





7 400 40



MADE IN SPAIN

D I V I
H I E R O N Y M I
S T R I D O N I E N S I S
O P E R A.






CRISPIANVS
inuentor.

IOHANNES
facile faciebat





OPERA
DIVI
HIERONYMI
STRIDONIENSIS,
ECCLESIAE
DOCTORIS:

PER
MARIANVM VICTORIVM REATINVM
ex manuscriptis codicibus multo
labore emendata, & ab innumeris
erroribus vindicata.



Cum Indice copiosissimo.

M. D. LXXIX.

ANTVERPIAE

EX OFFICINA
CHRISTOPHORI PLANTINI
ARCHITYPographi REGII,

LABORE
ET
CONSTANTIA



C E N S U R A.

Opera Diui HIERONYMI, ex recognitione R^{mi}. Mariani Victorij, vtiliter ad Ecclesiæ Dei ædificationem recuduntur.
M. D. LXXVII. 18. Nouembr.

*Ioh. Molanus, Censor Aposto-
licus & Regius.*

S V M M A P R I V I L E G I I.

PHILIPPI I I. Hispaniarum regis catholici priuata lege sancitum est, ne quis alius præter Christophorum Plantinum, suæ Maiestatis Architypographum, Diui Hieronymi Opera, per Marianum Victorium Reatinum ab innumeris erroribus vindicata, vel simul omnia, vel quædam separatim, infra proximos annos duodecim, à die impressionis absoluta, imprimat, aut alibi impressa, intra suæ ditionis limites adferat: Qui secus faxit, pœnis iis multabitur quæ Regis litteris expressæ sunt, datis Bruxelle xx. Ianuarij, M. D. LXXVIII.


Subsq.

Iac. Blyleuen.

TOMI I. II. ET III.

D. HIERONYMI,
STRIDONIENSIS,
CONTINENTES EIVS EPISTOLAS,
ET LIBROS CONTRA HÆRETICOS;

Ex antiquissimis exemplaribus, opera ac studio Maria-
ni Victorij Reatini emendati, argumen-
tis & Scholiis illustrati.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXVIII.



S Y M M A P R I V I L E G I I I.

P H I L I P P I I I. Hispaniarum regis Catholici, Ducis Brabantiae, &c. priuata lege sancitum est, ne quis alius præter Christophorum Plantinum, suæ Maiestatis Architypographum, D I U I H I E R O N Y M I O P E R A, vel simul omnia, vel ex iis quædam separatim, infra proximos annos duodecim, à die impressionis absolutæ, imprimat, aut alibi impressa, intra suæ ditionis limites adferat: Sub pœna confiscationis librorum & octoginta florenorum fisco regio applicandorum: vt latius patet in Regiis litteris Bruxellæ datis, xx. die Ianuarij. M. D. LXXVIII.

Subsignat.

Jac. Blyleuen.

PIO QVARTO PONTIFICI

MAXIMO MARIANVS

VICTORIVS REATINVS.



VOT quantāue sint Beatissime Pater, ac semper fuerint aduersus Catholicam Ecclesiam hæreticorum commenta; & quibus artibus, uasfrutiusq; eam destruere conati illi sint, explicari nō potest. Ex his autem nulla magis noxia impetitia umquam fuit, quā cum sub domesticorum, & orthodoxorum nomine illi in eam irruerunt; quippe cum nulla maior pestis, ut vulgato pro- uerbio dicitur, sit, quā familiaris inimicus. Erasmus Roterodamus Catholici hominis partes professus, antidoti nomine uenenum fudit: Quantum autem in restituendo veteres Ecclesia patres peccauerit, quantumq; circa eorum sensus aberrauerit, primi, ut credimus, nos in presentiarum ostēdimus. Restituimus enim in hoc opere loca, ut ex ipsis iunctis nostris scholiis apparebit, plus minus mille, & quingenta, quæ partim sua manu maculauit, partim tempore corrupta, ex rerum imperitia restituere ipse non potuit. Ex scholiis autem eius errores, & ignorantias confutauimus. Adiuti autem sumus hac in re exemplaribus manuscriptis uiginti, & ante eā impressis aliquot, quæ Florentia, Brixiaq; monachi Casinenses, & Neapoli Bononiaq; Dominicani inuicem multo labore cum Erasmijs codicibus contulerunt. nec defuerūt et iam ij qui in locupletissima Sanctitatis tuæ Vaticana Bibliotheca asseruantur. Variis autē tot exemplarium lectionibus adhibentes deinde iudicium, non passim omnia, sed ea tantū nos selegimus, quæ uel ex ipsa sententia, & dicendi ordine, uel ex cognitione rerum ita esse legenda clare nobis apparuit. Et ne temere mutatam lectionem prætereundum quis posset, mutationis in Scholijs rationem reddidimus. Qui enim ex solis ueteribus exemplaribus loca emendant, uariantibus illis, quod in manuscriptis consuetum est, sæpè illudantur. Adhibuimus præterea in restituendis locis Illustrissimi Cardinalis Gulielmi Sirleti iudicium. Explicuimus adhuc loca omnia, quæ aliqua ratione difficilia erant, præsertim historiarum, quibus D. Hieronymus, uti undecumq; eruditissimus, refertus est. idq; fecimus, tum quia necessarium nobis uisum est opus, tum ne plus in Erasmijs quā nostra editione, aliquid, quod utile uideretur, reperiri posset. Et ne aliquid in opere desideraretur, testimonia omnia, quæ à D. Hieronymo citantur, præsertim ex testamento ueteri, quæ secundum LXX. sua editione nondum recepta, ab eo adhibentur, multo labore conquisita, lateri apposuimus. Argumenta singulis Epistolis, librisque, præfiximus: & Indicem nouo quodam modo, uelut summam quandā operis, rerum temporūq; ordine seruato, contextum, calci appinximus. Vitam D. Hieronymi antea maiori ex parte ignoratam, ex eius scriptis fideliter collectam primi edidimus. Opus certè nobis fuit temporis, & laboris multi: sed ingens Ecclesia utilitas, quæ ex eo proditura considerabamus, deficientes sæpe recreauit uires, & animum rerum magnitudine fatigatum, & operis pondere depressum subleuauit. Videbā enim hinc infelices homines, qui Romanam Ecclesiam, cui tu felicissimè, & non minus re quā nomine PIVS nunc præsides, auersantur, cognituros tandem, quantā sit eorum, quos ipsi sequuntur, imperitia simul & socordia; & ex hac cognitione secum melius de salute sua postea deliberaturos: præsertim cum ex tali uiro, qualis D. Hieronymus fuit, discere quæ ipsi credere, aut reicere debeant, uti nos locis suis admonuimus, possint. Mouit etiam nos ad hoc opus peragendum multum, quod cum Apostolica hac sedes, à qua, uti à cæterarum

matre, fidei doctrina omnis emanat, Iudicem librorum qui legi, aut reijci debeant, edidisset, & virus ab alimento secreuisset, consentaneum videbatur, ut aliqua ratione ostenderet, se id iure fecisse; & libros non ob liuorem, aut commodum aliquod proprium, ut criminantur haeretici, reiecisse, sed quod erroribus, mendis, & doctrinis falsis maculati illi essent; proptereaq; alimentorum loco venenum fideles inde acciperent. Additur huic rationi altera ab ea dependens, qua nos permouit, nihilo minor: quod necessarium nobis videbatur eorum os obstruere, qui Romanam Ecclesiam aptam quidem esse ad demoliendos, non autem ad restituendos dicerent libros. Voluimus enim facto ipso ostendere, hanc solam Ecclesiam verè esse, qua ex Christi oratione illudi non possit; & a qua cetera illusa veritate edoceri, & confirmari in fide debeant. Huic autem necessitati optimè Sanctitas tua PIE QUARTE prospexit, Romam Paulum Manutium Aldi filium aduocando, ut suis praclarissimis typis, toti orbi iamdiu ex patris memoria celeberrimis, & sua doctrina, ac sedulitate etiam illustratis, Sanctorum veterum libros correctos excuderet, ac peruulgaret. magnoq; cum iudicio, addidit ad hanc rem, praeter alios ornatissimos proceres, M. Antonij Annulij, amplissimi Cardinalis, patriæ meæ Episcopi, viri omni laude cumulati, vigilantiam pariter, & protectionem. ita enim is ad hoc apus sustentandum, promouendumque intentus, & assiduus est, ut desiderari in eo non possit amplius. Suscipe igitur Beatissime Pater hoc tam sanctum, atque utile opus, quod tuo nomini dicatum in vulgus prodit: & D. Hieronymum, extra omnem ingenij aleam positum, qui in hac urbe nutritus, edoctus, & baptizatus fuit, quiq; presbyter sub Damaso magnum huius Ecclesiae onus pertulit, veluti è sua Bethlehem pristinis elutum maculis, nitidum, vegetumq; Romam redeuntem hilari fronte amplectere, indeq; ita emaculatum in cunctas Ecclesiarum oras emitte: vniuersoq; mundo ostende, quanti praesantitate, & doctrina tu facias virum, qui tanti Romanam ipse viuens semper fecit Ecclesiam. Vnus est enim ex quatuor, quos hac Sedes veluti Christianorum magistros, doctoresq; ab omnibus legendos, audiendosq; proposuit. Et cum tanta pro utilitate Ecclesiae feceris, ac quotidie facias, ut desiderari maiora non possint, in restituendis etiam ceteris, tam huius, quam aliorum Sanctorum patrum scriptis, omnem operam impende. ex hac enim via re maius, quam ex ceteris aliis & Christianis emolumentum, & Sanctitati tuae non minor quam ex omnibus aliis praclare gestis honor nascetur. Quidquid autem utilitatis ex hoc opere in Ecclesia exurgat, quod quidem erit plurimum, Joan. Morono, amplissimo & absolutissimo Cardinali, magna ex parte omnes adscribant: qui vir ex prudentia, religione, aliisque rebus praclare gestis innumeris tibi notissimus, quanti sit faciendus, ex vna tantum Tridentini Concilij absolute totus iam, puto, orbis agnouit. Is enim primum per Monachos sua protectioni commendatos conferri Hieronymi exemplaria cum Erasmijs voluit; collata deinde mihi examinanda tradidit: & ut perducere ad finem opus possem, omni commoditate in domo sua, ubi multis abhinc annis honorifice diuersor, fouit, & iuuuit. Christus Saluator mundi, ad totius Ecclesiae utilitatem, incolumem te, ac felicem diu nobis sustentet, ac seruet.

VITA

VITA DIVI HIERONYMI
STRIDONENSIS, PER MARIANVM
VICTORIVM REATINVM EX EIVS SCRIPTIS
VERE EDITA, ET AMPLISSIMO CARDI-
NALI CAROLO BORROMÆO DICATA.

HIERONYMVS, quod nomen sacram legem significat, Stridonis opido natus est, quod à Gothis euerſum Dalmatiæ quondam Pannoniæque cõfinium fuit. Strignam id vulgus nunc vocat, intra Petram pilosam, Portulam, & Primõntem poſitum. Natus eſt autem non, vt alij ante nos falſò ſcripſerunt, x x v. aut x x x i. hoc eſt vltimo Conſtantini Magni anno, ſed ſub Conſtantio filio, qui patri ſuccedens annis x x i i i. vt Oroſius auctor eſt, imperium tenuit. Verum autem hoc eſſe, ex ipſomet Hieronymo clarè apparet, ſcribente, ſe, dum Iuliani Imperatoris exitus renunciatus eſt, puerum fuiſſe, adeoque puerum, vt Grammaticæ tunc operam daret. Iulianus autem, qui Conſtantio ſucceſſit, x x v i. anno poſt mortem Conſtantini Magni occiſus eſt: ſiquidem duobus non integris is imperauit annis, & ante eum Conſtantius viginti quatuor. Ipſius autem Hieronymi verba ſunt hæc: Dum adhuc eſſem puer, & in Grammaticæ ludo exerce-
*Ex Catalo-
logo.*
*In Commẽt.
Abacuc c. 3.*
*Epist. 113.
hoc eſt in
prozm. Iob.
Ex Catalo-
go.*
*Epist. 37.
Iuliano.
Epist. 43.*
*Lib. 3. cõn-
tra Ruſinũ.
Lib. 1. cõtra
Ruſinũ.*
*Epist. 47.
Ruſino.*

cerer, omnesque vrbes victimarum ſanguine pollueretur, ac ſubitò in ipſo perſecutionis ardore Iuliani nunciatus eſſet interitus, eleganter vnus de ethnicis, Quo modo, inquit, Chriſtiani dicunt Deum ſuum eſſe patientem, & *ἀνεξήτανος*? nihil iracundius, nihil hoc furore præſentis: ne modico quidem ſpatio indignationem ſuam perferre potuit. Parentes eius ambo, vt ipſe ſcribit, Chriſtiani fuerunt. Patri nomen Euſebius, quod à pietatè Græcè trahitur, fuit: matri quodnam eſſet, non proditur. Matris tamen ſoror, hoc eſt Hieronymi matertera, Caſtorina dicta eſt: cum qua diſſidij neſcio quid interceſſit. quam tamen humaniſſimis litteris ſemel & iterum ad pacem & concordiam, vt ex eius Episto-
*Epist. 37.
Iuliano.
Epist. 43.*
*Lib. 3. cõn-
tra Ruſinũ.
Lib. 1. cõtra
Ruſinũ.*
*Epist. 47.
Ruſino.*

la x x v i. conſtat, inuitauit. Habuit itidem ſororem, quæ caſtitatis propoſitum poſt lapſum, in patria, Iuliano diacono adhortatè, ſuſcepit: in quo illam per-
*Epist. 37.
Iuliano.
Epist. 43.*
*Lib. 3. cõn-
tra Ruſinũ.
Lib. 1. cõtra
Ruſinũ.*
*Epist. 47.
Ruſino.*

manere, cum ipſe in eremo eſſet, per eiusdem Iuliani litteras didicit: Timens autem, ne ab eo caderet, Chromatium, Iouinum, & Euſebium, vt eam, tam ſuis, quam Valeriani epiſcopi litteris, ad perſeuerantiam hortarentur, precatus eſt: præſertim cum in Stridone patria, quæ à Lupicino Paſtore malo regeretur, Deus venter eſſet, in diem viueretur, & ſanctior ille haberetur qui eſſet ditior. Frater natu minor, qui poſt eius in Syriam acceſſum natus fuit, Paulinianus dictus eſt, qui adoleſcens cum eo in ſecundo ab vrbe diſceſſu Hieroſolymam petiit. Diuites autem eius fuiſſe parentes & amplo patrimonio honeſtatos, ex eo cõſtat, quòd ſeruorum familiam illos habuiſſe, ipſemet ſcribat his verbis: Memini me puerum curſiſſe per cellulas ſeruulorum, diem feriatum duxiſſe luſibus, & ad Orbilium ſæuientem de auia ſinu tractum eſſe captiuum. Ab his igitur diligenter ab incunabulis inſtitutus, vnà cum lacte Chriſtum imbibit, & inter nutricũ ſuus Chriſtianiæ pietatis rudimenta ſuſcepit: nec deſuit illi præceptor, quem Orbilium ab altero Be-
*Epist. 37.
Iuliano.
Epist. 43.*
*Lib. 3. cõn-
tra Ruſinũ.
Lib. 1. cõtra
Ruſinũ.*
*Epist. 47.
Ruſino.*

neuentano Grammatico acri atque plagoſo cognominat, qui illum fidem pariter, litterasque doceret. Collactaneus eius, & adoleſcentiæ tam ſtudij, quam itineris comes, Bonofus fuit: ambo enim pariter à tenera infantia ad florentem vſque adoleuerunt ætatem. iidem eos nutricum ſinus, iidem amplexus baiulorum fouerunt. Bonis igitur litteris, quibus tenera adhuc ætas illa capax erat, ſanctisque imbutus moribus, Romam veluti ad primam tum religione, tum doctrina urbem erudiendus puer miſſus eſt: miſſum autem diximus, quòd eò ſecum commiſſe parentes, ſoror, mulier innupta, relicta in patria, & prædia, cenſusque in ea retenti, credi non permittant: præſertim cum Gothorum armis deſtructa Stridon adhuc non eſſet. longè enim poſtea Gothorum impetus Europæ oras aggreſſi, & depopulati ſunt: hoc eſt Valentis, Theodoſij, Arcadij, Honorijque temporibus. In hanc ſententiã ipſe ad Euſtochium ſcribens ait: Cum ante annos plurimos, domo, parentibus, ſorore, cognatis, & quod his difficilius eſt, conſuetudine lautioris cibi propter cælorum me regna caſtraſſem, & Hieroſolymam militaturus pergerem, Bibliotheca, quam mihi Romæ ſummo ſtudio, ac labore confeceram, carere non poteram. Di-
*Epist. 37.
Iuliano.
Epist. 43.*
*Lib. 3. cõn-
tra Ruſinũ.
Lib. 1. cõtra
Ruſinũ.*
*Epist. 47.
Ruſino.*

dicat autem Romæ non ſolùm Latinas, ſed Græcās pariter litteras, optimè Quintiliani ſententiã recolens, qua iungendas eas inuicem præcipit, vt quod in Græcis duriuſculum, ac veluti barbarum eſt, Latinæ linguæ amœnitate, ac dulcore temperetur. Præceptorem in Grammatica Donatum habuit, eum ipſum qui in Virgilium, & Terentium Commentarios edidit. de qua re

super Ecclesiasten meminit, & lib. primo Apologiae aduersus Rufinum, ita scribit: Puto, quod puer legeris Aspri in Virgilium, & Sallustium Commentarios, Volcatij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, & in Terentij comœdias præceptoris mei Donati, quæ in Virgilium, & aliorum in alios. Victorinus autem, quod præceptor eius, in rhetorica, quod præditur, fuerit, falsum est; quippe cum id Hieronymus, qui de eo sæpe meminit, numquam asserat; & cum Donatum semper præceptorem suum appellet, Victorinum, quem ei semper adiungit, ne semel quidem aut magistrum, aut amicum suum vocet. docuit enim Romæ sub Constantio Principe rhetoricam Victorinus, ut idem in Catalogo scribit, quo tempore Hieronymus aut natus non erat, aut infans ita admodum erat, ut nec Romam quidem adueniret Victorino viuentem. scribens de eo in appendice Eusebij de temporibus, Victorinus, inquit, rhetor, & Donatus præceptor meus, Romæ insignes habentur, è quibus Victorinus etiam statuum in foro Traiani meruit. Quod si eius præceptor Victorinus quoque fuisset, præceptores mei dixisset, non præceptor meus: quod ipsum etiam fecisset in altero, quod modo ex libro contra Rufinum citauimus, testimonio. In præmio Epistolæ ad Galatas ita quoque de Victorino scribit: Non quia ignorem C. Marium Victorinum, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, edidisse Commentaria in Apostolum, sed quod occupatus ille eruditione sæcularium litterarum, scripturas sanctas ignorauerit, & nemo possit, quamuis eloquens, de eo bene disputare quod nesciat. Et rursus in præmio decimi tertij Commentariorum libri super Ezechielem: Illud rhetoris Victorini breuiter admonéo, ut obscuritatem voluminum ex tribus rebus fieri scias, vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audientis duritia. nec refert quod alicubi, Victorinus noster, dicat, hoc enim de Hilatio, Lactantio, Tertulliano, & aliis Latinis scriptoribus, ut suos eos appellet, facere solet. Manens autem Romæ non solum litteris operam dabat, sed Christianam pietatem vnâ cum litteris imbibeat: & tempus quod studiis supererat, religioni, & quod religioni residuum erat, studiis impendebat: quamobrem alicubi de se ita scribit: Dum essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris eiusdem ætatis & propositi, diebus Dominicis sepulcra Apostolorum & martyrum circuire, crebroque criptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ ex vtraque parte ingredientium per parietes haberet corpora sepulcorum, & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur, descendant ad infernum viuentes: & raro desuper lumē admissum horrorem temperet tenebrarum: ut non tam fenestram quam foramen admissi luminis pute: rursusque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur, Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent. Didicit autem Romæ non solum Latinas ac Græcas pariter litteras, sed nullum doctrinæ genus intactum reliquit. Porphyrij Isagogas legit, Alexandri Commentarios vertit, Platonem, Aristotelem, demum philosophos omnes, omnesque poetas percurrit, quod ex eius operibus omni doctrinarum genere refertis compertissimum est. in Latino autem ab ipsis incunabilis inter Grammaticos, rhetores, & philosophos detritus fuit. Rhetoricam autem ita didicit, ut adhuc adolescentulus controuersias se declamasse ipsemet his verbis affirmet: Aliquoties cum adolescentulus Romæ controuersias declamarem, & ad vera certamina fictis militibus exercerer, currebam ad tribunalia iudicum, & disertissimos oratorum tanta inter se videbam acerbitate contendere, ut omnis sæpe negotiis in perpetuas contumelias verterentur, & ioculari se inuicem dente morderent. Libro quoque primo contra Pelagianos se in controuersis puerum luisse testatur. studiorum autem sodales, qui scribantur, hos præcipue habuit, Pammachium Romanum nobilem, ac honesto genere natum, qui postea Paulinæ vir, hoc est Paulæ gener, fuit: Bonosum, qui cum eo Stridone primum didicit, mox Gallias cum eodem accessit: & Heliodorum, qui cum in eremum Syriæ comitatus est. Hoc tempore quo studiis adolescens vacabat, antequam baptismum scilicet, ut ego ex eius colligo dictis, suscepit, se lapsum esse ipsemet his verbis testatur: Scitis ipsi lubricum adolescentiæ iter, in quo & ego lapsus sum, & vos non sine timore transistis. & ad Heliodorum: Et hoc ego non integris rate vel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum præmoneo, sed quasi nuper naufragio eiectus in litus, timida nauigaturis voce denuncio: in illo æstu charybdis luxuriæ salutem vorat: ibi ore virgineo ad pudicitia perperanda naufragia, scylla ceu renidens, libido blanditur: quapropter ad Pammachium Apologiam pro suis aduersus Iouinianum libris scribens, sibi primam, quæ est à prima natiuitate, virginitatem clarè adimens, secundam quæ à secunda, id est à baptismo est, tacitè his verbis vindicat: Virginitatem autem in cælum fero, non quia habeam, sed quia magis mirer quod non habeo. ingenua & verecunda confessio est, quo ipse careas, id in aliis prædicare. numquid quia graui corpore terræ hæreo, auium non miror volatus? nec columbam prædico, quod Radit inter liquidum, celeres neque commouet alas? Nullus

In Apologia ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum. Cap. 10. super Ezechielem.

Epist. 11. Dominium.

Epist. 113. in præfatione Iob.

Cap. 1. in Commentariis ad Galatas.

Ex præmio super Abalam.

Epist. 41. Chronologia. Epist. 1.

DIVI HIERONYMI.

se decipiat, nemo blando adulatōre se præcipitet. Prima est virginitas à prima natiuitate, secunda virginitas à secunda natiuitate. Et in hunc sensum ad Eustochium scribens dicit: Virginitatem non tantum offerimus, sed seruamus. Ex his apparet illum Christo Romæ iam adolescētem renatum, vt hoc vno nomine sola Roma tam sanctissimum ac præclarissimum virum asserere sibi iure possit: quippe cum Christianus, ex eo quod renascitur, non ex eo quod nascitur censerī debeat. Romæ autem baptizatum fuisse, luculenter in duabus ad Damasum Epistolis ipsemet testatur, asserens se in Romana vrbe Christi vestem suscepisse, indeque cibum animæ postulare, vnde Christi vestimenta suscepit. Sæcularibus igitur litteris ad plenum eruditus, & Christo in fide renatus, ad Theologiam, & grauiora studia adiiciēs animum, instar eorum philosophorum, Pythagoram dico, Platonem, & Apollonium Tyaneum, qui discendi gratia varias regiones lustrarunt, Gallias primum comite Bonoso contendit, vt Romani studij grauitatem Gallico cothurno sustolleret, & ex omnibus doctis viris, quibus tunc Gallia abundabat, cunctisq; Bibliothecis, thesaurum sibi scienciæ compararet. meminit de hac re ipse in Epistola ad Rufinum dum Bonosum scilicet laudat his verbis: Vt ego & ille pariter à tenera infantia ad florentē vsq; adoleuerimus ætatem, vt iidem nos nutricum sinus, iidem amplexus fouerint baiulorum, & eum post Romana studia ad Rheni semibarbaras ripas eodem cibo, pari frueremur hospitio. Adolescentem autem eum tunc fuisse alibi in hunc modum narrat: Quid loquar de cæteris nationibus, cum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis vesci carnibus? Treueris autem, vbi magnus ille Athanasius exulauerat, per aliquod tempus mansisse ex eo apparet, quod prolixum valde S. Hilarij librum de Synodis se propria manu Treueris descripsisse ad Florentium testatur, & vt ad se in eremum, vbi tunc hoc postulans degebat, remittatur, obsecrat. vnde in proœmio secundi libri Commentariorum in Epistolam ad Galatas, ait Galatas, veluti qui à Gallis venerint, excepto sermone Græco, quo omnis Oriens tunc vtebatur, propriam habuisse linguam, eandem scilicet quam in Gallia Treuerenses haberēt. Iustrasse eum & alias Galliæ oras ex eo apparet, quod locorum situs, ac opidorum Galliæ nomina optimè calleat: quapropter Barbarorum in eam prouinciam irruptionem alicubi recensens, ita scribit: Quidquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vuadalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & ô lugenda Resp. hostes Pannonij vastarunt. Etenim Assur venit cum illis. Maguntiacum nobilis quondam ciuitas capta, atque subuersa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleri. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitaniæ, nouemque populorum Lugdunensis, & Narbonensis prouinciæ, præter paucas vrbes populata sunt cuncta: quas & ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrymis Tolosæ facere mentionem, quæ vt hucusque non rueret, sancti Episcopi Exuperij merita præstiterunt. Hedibiæ, quæ de vltimis Galliarum finibus vnà cum Algasia misso Apodemio, à Hieronymo Bethlehem sedente quaestiones aliquot mouerat, ille rescribens, rursus Galliarum, vbi ipse adolescens mansit, faciens mentionem, ita ait: Maiores tui Paterius atque Delphidius, quorum alter antequam ego nascerer rhetoricam Romæ docuit, alter me iam adolescentulo omnes Gallias prosa, versuque, suo illustrauit ingenio, me dormientes & taciti iure reprehendunt, quod audeam ad stirpem generis sui quippiã mussitare. Transiit in hoc ad Gallias itinere per Concordiam Mirandulæ vicinum opidū, vbi cum Paulo sene ad quem scribit Epistolam vicesimam primā numero, vitam Pauli Eremitæ interea illi mittens, amicitia contraxit: ab eoq; quo modo Cyprianus Tertullianū magistrum suū vocaret, didicit: sicut ipse testatur in Catalogo, vbi de Tertulliano historiam texit. Reuersus autem è Gallia & non minus moribus quam litteris locuples, vtramque, vt par est credere, reuisit patriā, tam scilicet eam in qua natus, quam illam in qua renatus fuerat. Verum cum miro Christo seruiendi teneretur ardore, & nihil aliud animo secum quotidie versaret, quam vt omnem vitam suā illi dicaret, monachi, ac solitarij professionem arripere placuit: quod sic magis expeditus, ac tutus ad cælum pergere posset. restabat dubium de loco, quo id perageret: veniebat illi in mētem patria, in qua natus, veniebat Roma in qua renatus, & edoctus fuerat: neutra tamen illi placuit: Patria quod à cognatis, & propinquis periculum semper sibi, si sic ageret, imminere prospiceret, præsertim cum rusticitatis esset vernacula, & in ea venter pro Deo haberetur, & sanctior ille teneretur qui ditior esset: & quod erat deterius, à Lupicino pessimo sacerdote illa tunc regeretur. Roma, quia quamuis sancta esset Ecclesia, & trophæis Apostolorum ac martyrum decorata, & vera Christi in ea confessio reperiretur, alienum tamen à monachi, ac solitarij proposito erat, in tanta ciuium ac peregrinorum frequentia versari, & procul, vt ipsemet ait,

Epist. 22.
Eusebio.

à quiete, videri, & videre, salutari, & salutare, laudare, & detrahere, & inter linguas rodentium ministrorum, postes ingredi deauratos. Stetit tandem sententia, vt longinquæ peterentur regiones, & illæ quæ tum locorum sanctitate, tum habitantium monachorum vicinitate, ad feruendum Deo magis commodæ, & oportunæ essent. Domi igitur ordinatis rebus, & locupletissima Bibliotheca, quam sibi summo studio, ac labore Romæ confecerat, vnâ cum viatico tantæ peregrinationi necessario assumptis, è patria, relictis, vt ipse testatur, ibi vtroque parente, sorore, & cognatis, Hierosolymâ militaturus accessit. comes itineris ac propositi eius Heliodorus præcipuus fuit, qui etiam aliquandiu cum eo in eremo vixit: verum mutato proposito, ad patriam tandem, veluti forori viduæ, ac nepoti ex eâ paruulo, Nepotiano nomine, dispositis rebus domesticis, prospecturus, rediit. fugatum suis sceleribus Heliodorum alicubi præ humilitate vir sanctus testatur, verum rem ipsam in secunda quam ad eum scribit Epistola his verbis detegit. Alius forsitan scriberet, quod ob salutem illius, Nepotiani scilicet, Orientem, eremumque dimiseris, & me carissimum sodalem tuum, redeundi spe lactaueris, vt primum, si fieri possit, sororem cum paruulo viduam, deinde si consilium illa respueret, saltem nepotem dulcissimum conseruares. Reliqui itineris eius comites fuerunt, Rufinus Aquileiensis, Innocentius, Euagrius, & Hylas sancti Melanij famulus. Verum Rufinus relicto Hieronymo in Ægyptum ad Nitriæ, aliorumque locorum monasteria visenda accessit, eo scilicet tempore quo à Hieronymo latere Heliodorus nondum discesserat. Innocentius autem & Hylas paulò post quam in Syria eremum secessit, mortui sunt. solus Euagrius qui eum in vasta solitudine degentem interdum ex Antiochia inuiseret, ac recrearet, ex comitibus illi remansit. Bonofus cum quo educatus, & à pueritia honestis sæculi artibus eruditus, quæ in Galliarum peregrinatione socius illi fuerat, ipse etiam solitudinem petiit, non tamen antè Hieronymum, vt scribitur, sed eo tempore quo Hieronymus in eremo Syriae degebat: sicut per Chromatij, Iouini & Eusebij litteras Hieronymus in Syria iam manens rescituit: quas litteras Euagrius, ad eum transmisit. secessit autem Bonofus in insulam quandam, Dalmatiæ, vt ego existimo, pelago circumsonante naufragam, cui asperæ cautes, & nuda saxa, ac ipsa solitudo terrori essent. & cum iuuenis esset apprime diues ac nobilis, contempta matre, fororibus, & carissimo sibi germano, cum vno tantum Onesimo in ea orationibus, ac ieiuniis vacans manebat. Piscis filium ea ex causa Chromatius, qui Aquileiensis postea fuit Episcopus, illum vocabat, Niceas subdiaconus Aquileiæ, non itineris Hieronymi comes, sed iam in eremo manentis recens fuit amicus. Non petiit autem statim Syriae solitudinem Hieronymus, sed postquam aliquandiu in sanctis Hierosolymæ locis mansit, in Thraciam, Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, & Ciliciam, & discendæ, & visendarum regionum causa accessit, sicut ipse ad Rufinum scribens testatur his verbis. Postquam me à tuo latere subitus turbo conuulsit, postquam glutino caritatis hærentem impia distraxit auulsio: Tunc mihi cæruleus supra caput astitit imber: Tunc maria vndique, & vndique cælum: tandem in incerto peregrinationis erranti, cum me Thracia, Pontus, atque Bithynia, totumque Galatiæ, & Cappadociæ iter, & feruido Cilicum terra fregisset æstu, Syria mihi, velut fidelissimus naufrago portus, occurrit. Et in proœmio secundi libri Commentariorum ad Galatas: Scit, inquit, inecum qui vidit Anchiram metropolim Galatiæ ciuitatem: quod nunc vsque schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum varietatibus constuprata. Mâsisse autem aliquandiu eum in Cilicia, præsertim in Tarso, Pauli Apostoli amore, non solum ex iis verbis ego affirmare audeo, verum etiam, multo magis quod Cilicum linguæ proprietates, quibus Paulus in epistolis suis vsus sit, optimè nouisse, & quæ nam illæ sint, fideliter in epistola ad Algasiam, quaestione decima retulisse eum video. Mansit non nihil temporis etiam Antiochiæ, antequam vastam illam solitudinem ingrederetur, vt ex Epistola sexta, quam ad Florentium scribit, latè patet: & diu antea de ea ingredienda deliberauit, & cum Theodosio, & cæteris Anachoretis in eam iam degentibus votum suum ingrediendi, locum antea inuisens, communicauit, vt ex Epistola 38. apparet. Posita est autem hæc solitudo in Chalcide Syriae, hoc est vbi Syri ab Agarenis barbaris determinantur, in qua præter sparsos hinc inde monachorum greges, nemo exceptis feris, serpentibus & scorpionibus incolebat: horridum profecto etiam monachis, & qui solitudinem tantum quærerent, habitaculum. attulit secum in eam, insignem illam Bibliothecam, quam summo studio, impendioque Romæ sibi parauerat, & quam inde Hierosolymam asportari fecerat. & hoc ne orationi deesset lectio, quâdo lectio orationem iuuat, & oratio lectionem sustentat: orantes enim cum Deo loquimur, sicut legètes Deus alloquitur: & quemadmodum orando, quod nobis opus est, postulamus, ita legendo quid à nobis faciendum sit, intelligimus: fatetur ipse dilucidè in proœmio super Abdiam, se dum puer esset & solitudinem cum Helio-

In proœmio
super Ab-
diam.

doro in-

DIVI HIERONYMI.

doro ingredi vellet, Commentaria quædam in eum prophetam scripsisse: & ex eadem solitudine ad Florentium scribens ita ait. Et quoniam largiente Domino, multis sacre Bibliothecæ codicibus abundamus, impera vicissim, & quodcumque vis, mittam: nec putes mihi graue esse, si iubeas, habeo alumnos, qui antiquariæ arti seruiunt. Neque verò beneficium pro eo quod pollicor postulo. Heliodorus frater mihi indicauit, te multa de scripturis querere, nec sic inuenire. aut si omnia habet, incipit sibi plus caritas vindicare, plus petere. Transtulit in ea eremo ex Origene Homilias quas ille loquebatur ad populum & alia quæ se adolescentem transtulisse variis in locis affirmat: Hebraicam quoque linguam, quam se post Quintiliani, & Tullij lectionem, & flores rhetoricos adolescentulum discere cepisse affirmat, ea in eremo discere cepit: quod ne alicui falsum ac commeticium videatur, ipsius hac de re testimonium audiamus. Dum essem iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, incentiua vitiorum ardoremque naturæ ferre non poteram: quem cum crebris ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat. ad quam edomandam cuidam fratri qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi: vt post Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum discerem, & stridentia, anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesque cessauerim, & contentione discendi rursus incœperim, testis est conscientia tam mea, qui passus sum, quam eorum qui mecum duxerunt vitam. & gratias ago Domino, quod de amaro semine litterarum dulces fructus carpo. Ingressum in eremum tam præclaræ spei adolescentem humani generis hostis, qui eum multis excussis reformidare iam cœperat, & à quo sibi magnum imminere exitium præfagiebat, variis ac diuersis tentationibus eum, vt à tam sancto remoueret proposito, aggredi cœpit: nullumque têtationis, ac moliminis genus, quo eum non impeteret, ac quassaret, omisit. abstulit enim ei imprimis sodales, & amicos omnes, quos secum in eam solitudinẽ duxerat. Nam Heliodorum, quem vnice ille amabat, & qui tanti itineris socius sibi fuerat, melioris cuiusdam boni prætextu, in patriam reuocarat. conatus est eum multis precibus, ac lacrymis vir sanctus retinere. sed neque preces ei profuere, nec planctus. absentem iam, vt ille se rediturum pollicitus erat, per eloquentissimam Epistolam, quam pluribus etiam lacrymis interluit, rursus reuocare têtauit: verum in hoc quoque nihil profecit. Præripuit etiam ei Innocentium partem animæ illius: hunc enim repentinus febrium ardor abstraxit. & paulò postea, nondum vulneris cicatrice obducta, rapuit ei etiam Hylam, Sancti Melanij famulum: qui ipse quoque in ea solitudine obiit. Ipsum verò tenerum alioqui, ac delicatè ab infantia nutritum adolescentem, paulo minus, quam olim fecerit in Iob, variis, ac diuersis infirmitatibus, & ægritudinibus ita torsit, vt nullum fuerit morborum genus, quo se ille distentum, ac quassatum fuisse non asserat. Sed præter cæteros morbos, ardentissima febris, qua se in media Quadragesima arreptum alicubi ipse testatur, eo tempore illum inuasit. valida autem ac lethalis adeo fuit, & ita infelicia, ieiuniisque alioqui exhausta adolescētis membra depasta est, vt parum abfuerit, quin morti illum tradiderit: nam exequiæ veluti iam morienti parati cœperunt, & toro frigescente iam corpore, ad tribunal Christi raptus, quod Ciceronis lectioni vacaret, grauitè vapulauit. At non solum variis corporis, ac membrorum morbis, feruis Dei alioqui insensissimum hostis Diabolus eum appetuit, sed, quod in Iob facere prohibitus fuit, dicente Domino, Animam illius ferua: ita animam eius carnis, ac venerearum rerum cogitationibus, facto impetu, aggredi, ac diuexare cœpit, vt in media eremo, vbi feræ tantum, & scorpiones, præruptæ dumtaxat cautes, & plantarum diuersa solummodo videbantur genera, sibi inter choros puellarum interesse videretur. Quid in talibus tentationibus fortis & in Christo roboratus adolescens egerit: quam strenuè pugauerit: quibus ieiuniis, & verberibus rebelantem carnem afflixerit: quibus lacrymis, & orationibus Iesum Saluatorem mundi, vt se à tantis hostis impetitionibus erueret, instantè precatus sit; ab ipso met, qui talia passus est, audiamus. O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis. sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situm Æthiopicæ carnis obduxerat. quotidie lacrymæ, quotidie gemitus: &, si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis verò & potu taceo. cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur; vt, coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob Gehennæ metum tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. pallebant ora ieiuniis, & mens desiderijs æstuabat in frigido corpore, & antè hominem sua iam carne præmortuum, sola libidinum incendia bulliebant, itaque, omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes, rigabam

Epist. 6.

Lib. 1. c. 11.
Refutatio.
In præmio
super Di-
nielem, &
p. 120.

Epist. 4. ad
Rusticum

Epist. 1.

Epist. 41.
Rustico.

Epist. 22.
Eustochio.

Epist. 22. ad
Eustochium.

lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarū inedia subiugabam. Nō erubescō confiteri infelicitatis meæ miseriam: quin potius plango me non esse quod fuerim. memini me clamantem diem crebrō iūxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quàm rediret, Domino increpante, tranquillitas. ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam, pertimescebam, & mihi met iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam. sic ubi concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus: ibi illud miserrimæ carnis ergastulum, & ut mihi testis est Dominus, post multas lacrymas, post cælo inhærentes oculos, nonnumquam videbar mihi interesse agminibus angelorum; & lætus, gaudensque cantabam: Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Vidēs autem Diabolus, se nullo molimine adolescentis animum dimouere ab arrepto proposito posse, nihilque se aut morbis, aut carnis tentationibus profecisse, ad secretiores artes, quibus fortiores fidelium animos quatere, ac decipere solet, & ad malitiæ commenta postremò confugit: vt quem aperta fronte veluti manifestus hostis superare non posset, occultè tamquam amicus insidians labefactaret, ac caperet. incitauit enim aduersus eum Campenses, & Tarsenses Arrianos hæreticos, qui fidem eius impetrent, & vel vno vel altero modo vinctum iuuenem ad se pertraherent. Videbant enim eum adolescentem esse maximæ spei, & qui doctrina & sanctitate Græcos omnes, qui eas, & remotiores incolebant oras, iam vinceret. instant igitur apud eum, an tres, vel vnam potius confiteatur hypostasim. cautus ille, & ad insidias dæmonum exercitatus, se vnam, si hypostasis nomine vsiam, si verò personam intelligant, tres confiteri hypostasies asseuerat: veluti qui optimè norit tres in vna diuina natura esse personas. Non contenti illi iuuenis sensum audisse, ipsam hypostasis nomen efflagitant, vt simpliciter vnâ-ne, an tres hypostasies in diuina credat esse natura, respondeat. Antiochena quoque Ecclesia, quæ in tres tunc partes diuisa atque discerpta erât, rapere ad se illum opidò festinat, vnaqueque scilicet pro se pars: Meletius, inquam, Paulinus, atque Vitalis. Hi enim tres, suarum scilicet factionum, Episcopi tunc erant. ille qui eò accesserat fundatus in ea Petra, aduersus quam portas inferi non præualituras Christus promiserat, vt qui Romæ fidem, baptismumque susceperat, se id credere quod Romana credit Ecclesia constanter asseuerat, & in ea velle se mori in qua natus sit, fide cunctis respondet: quando optimè norit non posse quem extra hanc arcam, diluuiò regnante, salutem consequi: & profanum esse qui agnum in hac domo non comedat. Respondent illi omnes, se cum Romana sentire Ecclesia, idque astutè faciunt, vt eruditissimum iuuenem, hac voce allectum, ad se pertrahant. Verum videns ille in diuersis dogmatibus, ac fidei factionibus, esse non posse, vt omnes id ipsum quod Romana Ecclesia crederet, crederent, latentes suspicatus dolos, Romam ad Damasum, qui Valentis & Valentini Imperatorum tempore, tunc scilicet Romanam regebat Ecclesiam, semel & iterum scribit, obsecrans, & multis cum precibus obtestans, vt, quidnam credere, & cui in Antiochia ex tribus illis Episcopis communicare debeat, sibi nunciare dignetur. Et vt litteræ ad eum in eremum peruenire possent, Euagriò presbytero, vtrique eorum noto, & Antiochiæ degenti, illæ dirigantur, rogat: admonens interea in hac hypostasis voce venenum latere: tamen se, quidquid ille iusserit, crediturum. Tam diu autem illum hæretici diuexarunt, & ea de illo in vulgus mendacia sparserunt, vt virgines, in monte Hermon degentes, ad quas ex eremo scribit Epistolam illam cuius initium est, Chartæ exiguitas indicium solitudinis est: ab eo cœperint abhorre, & aliqui sub Catholicorum nomine, cum tamen hæretici essent, illum acriter adeò persecuti sint, & omni inhumanitatis genere ita affecerint, vt ex eremo tandem eiecerint: explicat hæc omnia ipsemet in Epistola ad Marcum Celedensem, vbi inter cætera ait: Versu cogor clamare vulgato, Quod genus hochominum, quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. Bella cient, primaque vetant consistere terra. Quæ ideo de gentili poëta sumpsimus, vt qui Christi pacem non seruat, pacem saltem discat ab ethnico. Hæreticus vocor Homouision prædicans Trinitatem: Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasque personas indefessa voce pronuncians. Si ab Arrianis, meritò: Si ab orthodoxis, qui huiusmodi arguunt fidem, orthodoxi esse desierunt: aut, si eis placet, hæreticum me cum Occidente, hæreticum cum Ægypto, id est cum Damaso, Petroque condemnent. & infra: Quotidie exposcor fidem, quasi sine fide renatus sim. confiteor, vt volunt, non placet. Subscribo, non credunt. vnum tantum placet, vt hinc recedam. iam iam cedo, abruperunt partem à me animæ meæ, carissimos fratres. ecce discedere cupiunt, immò discedunt, melius esse dicentes, inter feras habitare, quàm cum talibus Christianis. Et ego ipse, nisi me & corporis imbecillitas, & hiemis retineret asperitas, iam modò fugerem. Verum tamen dum vernum tempus adueniat, obsecro, vt paucis mihi mensibus eremi conceda-

Epist. 57. &
58. Damasc.
56.

Epist. 57. &
58.

Epist. 59.

Epist. 77.

conceda-

DIVI HIERONYMI:

concedatur hospitium : aut , si hoc tardum videtur , abscedo . Domini est terra , & plenitudo eius . Ascendant soli cælum ; propter illos tantum Christus mortuus sit , habeant , possideant , gloriorentur . Mansit autem in ea solitudine quadriennio , vt scribitur , incredibili abstinentia vitam excrucians , & absque aliqua requie omne tempus modò studiis , modò orationibus impendens , nunc ab aliis monachis , & anachoretis inuisus , nunc alios ipse inuisens : tantasque in ea spiritus dulcedines expertus est , & cælestis patriæ beatitudines prægustauit : iisque splendoribus Deus , vt ait Propheta , illius animam impleuit , vt inde discessisse sepe penituerit , & veluti cælestis Hierusalem illius semper animo memoriam retinuerit . Ego quidem Romæ non eram , inquit ^{Epist. 160.} Pammachio , & tunc me tenebat eremus , atque vtinam pertinuisset , quando focero tuo viuente ^{Pammachio.} Toxotio , sæculo Paula & Eustochium seruiebant . Egressus ab eremo , vel verius hæreticorum persecutionibus inde eiectus , Antiochiam , Hierosolymamque repetiit , inuenis iam , & adolescentiæ annos superans : iuerit ne hoc tempore in Græciam , & Athenas petierit , an potius ; quod verius reor , tunc in Cilicia esset ; id egerit , commodè enim è Cilicia in Atticam nauigatur , incertum : nam Athenis eum fuisse , hæc eius verba , vt credamus , nos cogunt : In arce Atheniensium iuxta simulacrum Mineræ , vidi sphæram æneam grauissimi ponderis , quam ego pro imbecillitate corpusculi mouere vix potui . cum quærerem quid nam sibi vellet , responsum est ab vrbis eius cultoribus , athletarum in massa fortitudinem comprobari : nec prius ad agonem quemquam descendere , quam ex leuatione ponderis sciatur , quis cui debeat comparari . Antiochiæ autem degens , Apollinarium Laodicenum , qui postremò ex Ecclesia egressus est , audiuit , & coluit , sicut ipse ad Pammachium & Oceanum scribens , testatur his verbis : ^{Epist. 64.} Dum essem iuuenis , miro discendi ferebar ardore , nec iuxta quorundam præsumptionem , ipse me docui . Apollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter , & colui , & cum me in sanctis scripturis erudiret , numquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi . Adhæsit autem Antiochiæ ex tribus illis qui tunc eam diuexabant Episcopis , Paulino , quòd ita à Damaso , ad quem de ea rescripserat , iustus fuerat . Manens tamen Antiochiæ , monachi , ac solitarij hominis professionem propterea non omisit . Nam etsi sæpè quidem loca vel discendi causa , vel vt magis litteris & orationi in quiete & silentio vacaret , mutauit , ipsum tamen monachi animum numquam mutauit . Verum hoc fuisse experimento Paulinus , qui eum presbyterum Antiochi ordinauit , didicit : didicit & longè postea Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus , quæ cum ad animarum curam , & publicè sacramenta ministrandi munus vocauit . Nam primus illum ordinare non potuit , nisi in monachi professione se eum relicturum prius polliceretur . alter verò nullo modo vt publicè sacrificaret , & animarum curæ intenderet , obtinere potuit . Se enim non ad huiusmodi munus , sed vt in agris , & solitudinibus vitam traderet , ibique adolescentiæ peccata desleret , vocatum potius esse asserbat . Vtramque autem hanc rem veram esse à nemine , melius quam ab ipso met , iuncto Epiphaniij testimonio , discere possumus . ait enim ^{Epist. 62.} scribens ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani de ordinatione sua his verbis : Fac à te ordinatum , scilicet Paulinum fratrem meum , alloquitur autem his verbis ipsum Ioannem , idem ab eo audies quod à me misello homine sanctæ memoriæ Episcopus Paulinus audiuit , Num rogauit te vt ordinarer ? Si sic presbyterium tribuis , vt monachum nobis non auferas , tu videris de iudicio tuo . Sin autem sub nomine presbyteri tollis mihi , propter quod sæculum dereliqui , ego habeo quod semper habui : nullum dispendium in ordinatione passus es . & paulò superius : Si de me & presbytero Vincentio satis multo dormisti tempore , qui post annos tredecim , nunc excitatus hæc loqueris . Ob id enim & ego Antiochiam , & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus , non vt te in populis prædicantem laudaremus , sed vt in agris , & in solitudinibus adolescentiæ peccata desleres , Christi in nos misericordiam ^{Epist. 60.} deflecteremus . Epiphanius verò Ioanni Hierosolymitano in eandem sententiã ita testatur : Cum enim vidissem , quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret , & sancti presbyteri Hieronymus & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia , & laborare in hac parte ministerij , quæ Christianorum præcipua salus est : inuenire autem , & comprehendere seruum Dei non potes , qui te , eo quod graue onus sacerdotij nollet suscipere , sæpè fugiebat : & cætera . Ordinatus autem presbyter à Paulino iam tunc xxx . annorum vir , Commentarios quos iam puer egressus à studiis Rhetorum in Abdiam inceperat , perfecit , & Pammachio studiorum focio dicauit : Non tamen semper Antiochiæ mansit , sed partim etiã Hierosolymæ , in agris tamen , & solitudinibus , vsq ; quo Romam ad Damasum accessit , viuens . immò tunc Bethlechem ab eo electa , & habitari cœpta est . Verum autè hoc esse satis ex eo constat , quòd mortuo Damaso Hierosolymã rediens , illo scilicet tẽpore quò Paula & Melania cõ

adnauit

Lib. 1. contra Rufinum.

ad nauigarunt, tunc videlicet, cum Bethlehem ab eo ad habitandum electam ceteri aiunt, ita ipsemet de Bethlehem scribat: intraui Hierosolymam: vidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobavi. inde contendi Ægyptum, lustraui monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides latere perspexi. Protinus concito gradu Bethlehem meam reuersus sum, ubi adoravi præsepe, & incunabula saluatoris. Suam autem Bethlehem non appellasset, nec se concito gradu ad eam reuertisse, sed accessisse potius dixisset, nisi prius quoque, hoc scilicet, de quo nunc tractamus tempore, sedem illam tenuisset. Hoc tempore, quod inter recessum ab eremo, & ad urbem Romam accessum præterfluit, Constantinopolim quoque ad audiendum Gregorium Nazianzenum, cuius doctrinæ, & sanctitatis celebris tunc erat fama, Hieronymus contendit. translatus enim in eam Ecclesiam componendæ seditionis causa Gregorius fuerat, vt urbem ab Arrianis infestam liberaret, sub Theodosio seniore Augusto, antequam primum in ea Concilium celebraretur, hoc est circa primos Damasi Papæ annos. Hoc autem verum esse constat ex eo, quod Hieronymus se Constantinopoli fuisse eo tempore quo Gregorius ibi Episcopalem sedem tenebat, ipsemet asserit: & ab urbe Roma post Damasi mortem eundem recessisse ex Epistola quam in ipso recessu Afellæ scribit, satis liquet, dum ait: Beatæ memoriæ Damasi meus sermo erat. Tenuit Constantinopolitanam Ecclesiam Nazianzenus annis aliquot, tanta cum sui nominis laude, & Orthodoxæ fidei augmento, vt suo tempore in ciuitate vix vnus Arrianus reperiretur: adeo & doctrinæ magnitudine, & sanctitatis celebritate pacauerat omnia. eius tempore celebratum fuit ibi Constantinopolitanum primum aduersus Macedonium Concilium, quod factum est anno Domini CCLXXXIII. ipseque, in symbolo, rogatus à patribus, apposuit ea verba quæ sunt de Spiritu sancto. Cum autem Ecclesia omnem composuisset, ac conformasset, & fuscitari aduersus se rursus factionem videret, capta occasione, quod absque Synodi decreto primam sedem reliquerit, & Constantinopolitanam arripuerit, furorū hominum cedere melius ratus, expulso Maximo Cynico, quem Arriani elegerant, Neëtarium successorem sanctissimum, & eruditissimum virum, votis omnium concurrentibus, sibi suffecit, & vt quieti, & otio in senectute vacare sibi liceret, in Nazianzena quoque Ecclesia Eulalium Pastorem posuit. Quod autem Hieronymus Constantinopoli fuerit, ipsemet, qui se Gregorium Nazianzenum præceptorem habuisse semper gloriatur, pluribus in locis disertè testatur: Gregorius ait in Catalogo, primum Sasmotum, deinde Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus, præceptor meus, à quo scripturas explanare didici. Et in Epistola ad Nepotianum: Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me vt exponeret, quid sibi vellet in Luca Sabbathum *θεωροῦν παύρον*, eleganter lusit. Docebo te, inquit, super hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante, cogere inuitus scite quod nescis, aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. item in Commentariis Esaiæ, sextum eius Prophetæ caput exponens, De hac, inquit, visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum, tunc eiusdem urbis episcopum; sanctarum scripturarum studiis erudirer, scio me breuem dictasse, subitumque tractatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. ad illum itaque libellum mitto lectorem. Et exponens illud Apostoli ad Ephesios, Sacramentum hoc magnum est, ita ait: Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens, & in scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solèbat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentum sit, vt Apostolus in Christo illud, & Ecclesia interpretans, non se ita asserat, vt testimonij postulabat dignitas, expressisse, sed quodam modo dixerit: Sibi quoque & Nazianzeno Nyssenum quædam opera sua legisse, in Catalogo scribit, alibi quoque Gregorium præceptorem appellat suum, & vbi que se à tali viro eruditum gloriatur. magna enim non minus de vitæ sanctitate, quam de doctrinæ sublimitate Gregorij erat fama: adeoque in Ecclesiasticis litteris excellebat, vt solus ex omnibus tant Græcis quam Latinis scriptoribus Theologi meruerit nomen. Imperij habenas Theodosius adhuc moderabatur, & Apostolicam sedem Romæ Damascus gubernabat, ipseque Hieronymus iam presbyter annos triginta exegerat: cum ob dissensiones tum Antiochenæ Ecclesiæ, tum alias, Imperiales litteræ omnes totius occidentis, orientisque Episcopos, Romam pro quæstionum solutione vocarunt. Accesserunt inter alios et Paulinus Antiochiæ, à quo Hieronymus ordinatus fuerat presbyter, & Epiphanius Salaminæ, seu Constantiæ Cypri, Episcopi, ambo viro sancto amici, & arcto spiritus vinculo copulati. Visum est Græcis episcopis Latinum, & magni nominis iuuenem secum ducere; præsertim cum Damaso multis ex causis accersit, ac litterarum Imperiales illum eò coegerunt: quando inuitum, ac renitentem accessisse ipsemet testari videtur.

Hist. trip. lib. cap. 8. p. 10.

In Commentariis Esaiæ, cap. 6. Epist. 99. Afellæ.

Epist. eius ad Nyssenum.

Epist. 2.

Esaiæ 6.

Ephes. 1.

DIVI HIERONYMI.

Verba, quibus hæc omnia ille explicet, hæc sunt: Cumque Orientis & Occidentis episcopos ob quosdam Ecclesiarum dissensiones Romæ Imperiales litteræ contraxissent, vidit admirabiles viros, Christi que pontifices, Paulinum Antiochenæ urbis Episcopum, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur: quorum Epiphanium etiam hospitem habuit: Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium humanitate possedit: quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat. & alibi: Denique cum & me Romam cum sanctis Pontificibus, Paulino, & Epiphanio, Ecclesiastica traxisset necessitas, quorum alter Antiochenam Syria, alter Salaminam Cypri rexit Ecclesiam, & verecundè nobilium feminatum oculos declinarem; ita egit secundum Apostolum importunè, opportunè, ut pudorem meum sua superaret indultia. & quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarum, numquam conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret. Romam igitur ingressus D. Hieronymus cœpit reuiscere loca in quibus à pueritia nutritus, edoctus, & baptizatus fuerat: reuiscere templa Apostolorum ac Martyrum, ad quæ diebus Dominicis accedere; cum à Grammaticæ ludo vacaret, & quorum cryptas ad venerandas sanctorum reliquias ingredi puer solebat. inuenit hic Pammachium suum olim condiscipulum, inuenit alios tum veteres ex facie, tum ex sola sanctitatis, & doctrinæ fama postea sibi factos amicos. Damaso autem quàm carus, & quàm dilectus fuerit, incredibile est dictu. Nouerat enim iuuenem iam tunc in eremo degentem, ex litteris, & tractatibus, quos sæpè ad eum miserat: nouerat & egressum ab eremo, Antiochiæ primum, mox Bethlehem manentem, ut qui ei munera sæpè mittere, & qui ab eo Epistolas, & quæstionum solutiones recipere solebat. nouerat ex ingenti fama, quæ de eius vitæ probitate, & mira abstinentia ferebatur: concurritur ex vrbe ad eum vndique & vterque sexus in promerendo viro secum acriter certat. Non matronæ castæ illum dimittere, non ciues, non presbyteri possunt. aliis sanctitatis, aliis doctrina, aliis comitas, & vrbalitas placet. ille quod Romæ iam viderit puerum tunc optimæ spci, animo repetit: ille quod ausferam in eremo ab eo exactam vitam audierit, attentè vultus contemplatur, & ora: commendat in eo aliquis presbyterij dignitatem, aliquis orationis prædicat puritatem. hic in eo linguarum scientiam, alter sacrarum litterarum admiratur cognitionem. pariter suspiciunt, pariter prædicant, & extollunt omnes: & breuiter solus Hieron. inuenitur, in quo omnium oculi, omnium defigatur obtutus, & in quo vno totius cleri, populi que vota suspirent. Damascus, cui Hieron. etiam causa, Paulinus, Epiphanius que grati fuerunt, videns sibi, veluti alterum Paulum Petro, adiutorem in Urbem venisse, remisit ad sedes proprias Episcopis, & Paulino in Episcopatu Antiocheno confirmato, Hieronymum, ut sibi in Ecclesiasticis causis inferuieret, & partem Pontificij oneris sustineret, secum retinet. res fidei, & omnes quæstiones religionis, ei vti vnde quaque doctissimo, & maximè orthodoxo mandat: hoc est ut totius orbis consultationibus, præsertim Synodalibus, quæ ad Romam, velut ad matrem Ecclesiarum omnium, & Apostolicam Sedem quotidie deferuntur, respondeat: & quid credere, vel non credere reuertentes ab hæresi debeant, normam, formulamque præfigat. testatur hoc ipse ad Ageruchiam, vbi monogamiam laudat, his verbis: Ante annos plurimos cum in chartis Ecclesiasticis iuarem Damascum, Romanæ urbis Episcopum, & Orientis, atque Occidentis Synodicis consultationibus respöderem, vidi duo inter se paria vilissimorum è plebe hominum comparata. testatur etiam Rufinus, qui confessionem, qua reconciliarentur Apollinaristæ, ab eo, cum Damaso inferuieret, compositam fuisse scribit: cui respondens Hieronymus ita ait: Et superfluum puto apertas ineptias confutare, cum mihi mea ingeratur fabella, à Synodo videlicet, & sub nomine cuiusdam amici Damasi ego petar, cui ille Ecclesiasticas Epistolas dictandas tradidit, & Apollinariorum versutiæ describantur, quod Athanasij librū, vbi Dominicus homo scriptus est, ad legendū acceptū ita corruerint, ut in litura id quod referunt rursus scriberent, ut scilicet non ab illis falsatum, sed à me additum putaretur. Manes Romæ Hieronymus, & Ecclesiasticis vndiq; ad Apostolicam Sedem concurrentibus inferuientibus necessitatibus, non propterea arctā suam viuendi, & in precibus quotidie corā Deo assistendi omittit consuetudinē. Matronarum oculos verecundè declinat: exemplo omnes, verbo eos qui ad illum audiendum concurrunt, instruit. Et quia presbyteri munere insignitus erat, ne tam diuinum sibi commissum talentū occulat incruentū. Christi sacrificium, quod in cruce peractū fuit, Deo pro salute omnium offert. Nouit hoc Roma, quæ diu sacrificij seruauit casulā, & adhuc eius calicem seruat, & in memoriam tanti viri populo reuerenter ostentat. Nouerat hoc ipsum Nepotianus presbyter, Heliodori Episcopi, qui quōdam Hieronymum in eremum comitatus fuerat, nepos, quod scilicet offerendis Deo sacrificiis ille vacaret, propterea que dum moreretur talem vestem Missarum sacrificiis aptam, Hieronymo in hæc verba, ut testis est huius rei ipse Hieronymus,

Epist. 2. 7. in
epiphania
Paulina

Epist. 16. 7. in
epiphania
Marcellis

Epist. 12. 4.
C. 125.

Epist. 12. 4.

Rufinus in
sua Apolo-
gice pro Ori-
gene.
Lib. 2. con-
tra Rufinum.

Epist. 16.

reliquit:

*Epist. 1. in
epitaphio
Nepotiani.*

Ibidem.

Ibidem.

*Lib. primo
contra Pelag.*

*Gregor. 10.
Syrachiano
Epist. 62.
Lib. 2. contra
Rufinum.
Epist. 123.
Damasc.*

*Epist. 116.
Paulæ &
Eustochiæ.*

*Ad Galatas
cap. 1.*

*Ruf. lib. 2.
in uelutariis.
Ex proemia
libri Didymi
& 2. lib. in
Rufini.*

*Epist. 136.
137. 138.
141.
Epist. 155.
Epist. 145.
156.
Rufinus in
prefat. 119.
Epist. 25. de
obitu Blæsil-
le.
Epist. 99.
Aquila.*

reliquit. Hanc tunicam, qua utebar in ministerio Christi, mitte dilectissimo mihi, etate patri, fratri collegio, & quidquid à te nepori debetur affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligebas. Et si ipse Nepotianum presbyterum laudat, quod sollicitus esset si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa, si ianitor creber in porta, & quod in omnes carimonias pia sollicitudo disposita esset: item quod non minus, non maius negligeret officium, & quod semper in Ecclesia versaretur. & rursus quod basilicas Ecclesiæ, & martyrum conciliabula diuersis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrarit; ut quidquid placeret in Ecclesia tam dispositione, quam visu, illius labore, ac studio compositum esset: Et si contra Pelagianos scribens, ait non displicere, immò placere Deo, quod Episcopus, presbyter, diaconus, & reliquus ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum cum candida procedant veste: quid putandum est presbyterum procurasse Hieronymum, virum sanctissimum, & qui in vindicando Dei honore, & Ecclesiæ pulchritudine asserenda nemini cederet? non tantum hæc omnia Romæ manens procurauit, & cuncta Ecclesiæ munia ut honestè ac sanctè peragerentur effecit: sed quidquid etiam boni vel Antiochiæ, à qua Petrus Apostolorum princeps Romam uenerat, vel Hierosolymæ, ubi Ecclesiam quoque idem fundauit, & Iacobo gubernandam postea reliquit, esset, ut Romæ quoque, ubi Petri sedes manet, obseruaretur, procurauit: eo instante Alleluia, ut testatur D. Gregorius secundum Hierosolymitanæ Ecclesiæ consuetudinem, & secundum Antiochiæ usum, in fine omnium Psalmorum, Gloria patri, Romæ cantari cœptum est. eo emendante Roma legendos, canendosque in Ecclesia LXX. interpretum Psalmos suscepit. Ipse testamentum nouum, quod Romana postea semper legit Ecclesia, Damaso rogante è Græco tunc primum correxit. Ipse Martyrum fines, qui in Ecclesiis recitantur, primus, ut Cassiodorus, Iuardus, Adoque testantur, in vnum sub breuitate collegit. omitto alia quæ postea ad decorem, & utilitatem vniuersalis Ecclesiæ fecit, ut factorum librorum ex Hebræo, qui nunc vulgati, & recepti feruntur, versiones, & eorum interpretationes, & quæ contra hæreticos diuersis elaborauit temporibus. Manentis Romæ viri sanctitatem nunc tantum discutimus, & iuuenis solummodo examinamus labores: reliqua suis locis dicentur. In tanta negotiorum Ecclesiæ, vndique ad Apostolicam sedem delatorum occupatione, & aduentantium ad se quotidie passim è populo matronarum, virorumque pariter multitudine, studia nihilominus, quibus ab incunabulis vsque totus semper fuit addictus, nihil propterea omisit. quod auferebat illi dies, nox restituebat, & vigiliæ damna somni diminutio refarciebat. legit Romæ manens Blæsilæ Paulæ filia Salomonis Ecclesiasten, ut eam ad contemptum mundi prouocaret, & omne quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo. & Commeteria in eundem scribere inchoauit. Fabiolæ quærenti de tanta, quæ in libro Numerorum est, nominum congerie, & de tam aperta Balaam propheta, cuncta interpretatus, & opus de quadraginta duabus mansionibus Israël se scripturum pollicitus est. scripsit itidem Romæ manens contra Heluidium hæreticum: & ut testatur Rufinus, ad Eustochium de conseruanda virginitate libellum, hoc est Epistolam 22. Et librum Didymi de Spiritu sancto ad preces Damasi, transferre cœpit. Paulam item de obitu Blæsilæ filia consolatus est, ut ipse in epitaphio Paulæ testatur. Marcellæ exposuit decem Dei apud Hebræos nomina: item quid significet Alleluia, Amen, Maran atha, & Diapsalma: & Psalmum centesimum viciesimum sextum interpretatus est. Paulæ Hebraicum exposuit Alphabetum, Damaso Papæ quid esset Osanna: quid prodigi filij Parabola significaret: & interpretationem Origenis in cantica Canticorum è Græco ab eo rogatus vertit. Expositionem autem de sexto Esaia capite, ac Seraphim, quæ reperitur Epistola 142. Damaso dicata, scripta Constantinopoli fuit, rogantibus amicis, tunc cum Gregorium Nazianzenum audiret, ut ipse super sexto Esaia testatur capite. Dum Romæ versatur Hieronymus, quod per triennium ferè fuit, Paulinianum adolescentem tunc fratrem, qui post eius in Syriam secessum natus fuerat, in urbem aduocat: idque facit, ut eum melioribus litteris, & sanctioribus pariter moribus imbuat. conuertit præter ea quæ diximus, Romæ manens Hieronymus multos, qui vitiis & sceleribus vincti tenebantur: & matronas plurimas ad sanctioris vitæ duxit propositum. inter quas Marcella, Melania, Afella, Albina, Marcellina, Felicitasque celebrantur; sed cæteris præstantior Paula Eustochij, & Blæsilæ mater. nam Paula propositum implere desiderans vestem mutauit, & monasterium ingredi pollicita est: quod adimpleuit Hierosolymam vnà cum Melania sub Hieronymi ab vrbe discessum proficiscendo. Cum tot hæc ac tanta vir Sanctus Romæ perageret, & omnium ore dignus summo Pontificatu acclamaretur, clerici, o mortalium vita semper incerta, in quorum vitia ille pluries inuectus fuerat, & laici, quos sæpè reprehenderat, & quod durius illius videbatur exemplo sanctioris vitæ, & offuscabat quotidie, & viliores reddebat, Hieronymi famæ detrudere cœperunt: ca-

runt:capta occasione, quòd nobiles ac diuites matronas lucri, & amoris inhonesti causa, sanctioris vitæ prætextu deceperat, & Hierosolymam explendæ libidinis gratia ducebat. Subornatus est, quo facilius res crederetur, quispiam rumigerulus, qui se nescio quid inhonesti de sancto cum Paula vel vidisse, vel audisse assereret: eoque factum processit, vt vilis ille homuncio captus, quaestioibus super ea re examinandus subiiceretur. negauit ille quod prius dixerat, & infontem clamauit in tormentis, quem antea tamquam scelestum infamauerat. Moritur interea Damasus. Hieronymus occasionem regrediendi Hierosolymam cum ex Pontificis morte, tum ex impia hominum persecutione commodè nactus, relicta Roma, magna sanctorum comitante caterua, nauem in Romano portu conscendit, & per Sicilia, & Italiae fauces, Peloponnesia promontoria, & Cyprum nauigans, adolescentem fratrem secum ducens Antiochia appellens, Hierosolymam, & suam lætus reuertitur Bethlehem. exprimit hæc omnia ipsemet latè Afellæ, Epistola nonagesima nona, & etiam in Apologia contra Rufinum: nos ex Epistola illa pauca, ex Apologia, quæ prodatur, cuncta ponemus. loci qui plura desiderat, cõsulat. Ego, inquit, probrosus, ego versipellis, & lubricus, ego mendax, & Satanæ arte decipiens? Quid est tutius hæc vel credidisse, vel finxisse de infontibus, an etiam de noxiis credere noluisse? osculabantur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant: & dolebant labiis, corde gaudebant. Videbat Dominus, & subfannabat illos, & miserum me seruum suum, futuro cum eis iudicio reseruabat. alius incessum meum calumniabatur, & risum: & ille vultui detrahebat: hic in simplicitate aliud suspicabatur. Pæne certè triennium cum eis vixi. multa me virginum crebrò turba circumdedit. Diuinos libros, vt potui, nonnullis sæpè discerui: lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. dicant quid vnquam in me aliter senserint, quàm Christianum decebat? pecuniam cuiusquam accepi? munera vel parua, vel magna non spreui? in manu mea æs alicuius infonuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit? nihil mihi aliud obiicitur, nisi sexus meus: & hoc numquam obiicitur, nisi cum Hierosolymam Paula, & Melania proficiscuntur. illi crediderunt mentienti, cur non credunt neganti? idem est homo qui fuerat: fatetur infontem, qui dudum noxium loquebatur: & certè veritatem magis exprimunt tormenta quàm risus: nisi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur, aut nõ fictum, vt fingatur, impellitur. antequam domum sanctæ Paulæ nossem, totius in me vrbs studia consonabant. omnium pæne iudicio, dignus summo sacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat. dicebar sanctus, dicebar humilis, & disertus. num quid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? num quid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens, atque ieiunans, squalens fordibus, fletibus pæne cæcata: quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem, sol sæpè deprehendit. cuius canticum Psalmi, sermo Euangelium, deliciæ continentia, vita ieiunium. Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem numquam vidi. sed postquam eam pro suo merito castitatis venerari, colere, suspicere cœpi: omnes me illico deseruere virtutes. O inuidia primùm mordax tui! O Satanæ calliditas semper sancta persequens! Nullæ aliæ Romanæ vrbi fabulam præbuerunt nisi Paula & Melania, quæ contemptis facultatibus, pignoribus desertis, crucem Domini, quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. Si balneas peterent, vnguenta eligerent, diuitias, & viduitatem haberent materiam luxuriæ, & libertatis, Dominæ vocarentur, & Sanctæ. nunc in sacco & cinere formosæ volunt videri: & in gehennam ignis cum ieiuniis, & pedore descendere. videlicet non licet eis applaudente populo perire cum turbis. Si gentiles hanc vitam carperent, si Iudæi, haberent solatium non placendi eis quibus displicet Christus. Nunc verò, prò nefas, homines Christiani prætermissa domorum suarum cura, & proprii oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quærunt. lacerant sanctum propositum, & remedium poenæ suæ arbitrantur, si nemo sit sanctus: si omnibus detrahatur: si turba sit percutientium, si multitudo peccantium. Tibi placet lauare quotidie: alius has mundities sordes putat. Tu attagenem ructas, & de comeso acipensere gloriaris, ego faba ventrem impleo. Te delectant cachinnantium greges, me Paula, Melaniaque plangentes. Tu aliena desideras, illæ contempnunt sua. Te delibuta melle vina delectant: illæ potant aquam frigidam suauiolem. & infra: Hæc mi domina Afella cum iam nauem conscenderem raptim flens, dolensque conscripsi: & gratias ago Deo meo, quòd dignus sim quem mundus oderit. Ora autem vt de Babylone Hierosolymam regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonosor, sed Iesus filius Iosedec. veniat Ezdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriam meam. Stultus ego qui volebam cantare canticum Domini in terra aliena, & deserto monte Sina, Ægypti auxilium flagitabam. Non recordabar Euangelij, quia qui de Hierusalem egreditur, statim incidit

Epist. 99.
Ajsa.

incidit in latrones, spoliatur, vulneratur, occiditur. Sed licet sacerdos despiciat, atque leuites, Sa-
 maritanus ille misericors est. Nauigauit autem Hierosolymam Paula cum Eustochio filia &
 multis virginibus Romano in portu nauem conscendens, post ipsius Hieronymi discessum.
 quippe cum ab vrbe discedens ipse, & nauem iam ingrediens Afellæ Romæ degenti mandat, vt
 Paulam, & Eustochium, velit nolit mundus, suas saluet. Ipse autem flantibus Etesis Augusto
 abiit mense, & media hieme à Paulino Antiocheno Episcopo, qui antea vnà cum Epiphanio, vi-
 uente iam Damaso, regressus Antiochiam fuerat, comitatus, Hierosolymam, & Bethlehem re-
 diit. Omnem autem eius nauigationē, quòd discessum eius ab Vrbe cauillaretur Rufinus, ipse-
 met ei respondens, qualis fuerit his verbis refert: Vis nosse profectionis meæ de vrbe ordinem?
 narrabo breuiter. Mense Augusto, flantibus Etesis, cum sancto Vincentio presbytero, & ado-
 lescente fratre, & aliis monachis, qui nunc Hierosolymę commorantur, nauim in Romano por-
 tu securus ascendi, maxima me sanctorum frequentia prosequente. Veni Rhegium, in Scyllæo
 litore paululum steti: vbi veteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Vlyssis cursum, & Sire-
 narum cantica, & insatiabilem charybdis voraginem. Cumque mihi accolæ illius loci multa
 narrarent, darentque consilium vt non ad Protei columnas, sed ad Ionæ portum nauigarem: il-
 lum enim fugientium, & turbatorum, hunc securi hominis esse cursum: malui per Maleas, &
 Cycladas Cyprum pergere. vbi susceptus à venerabili Episcopo Epiphanio, cuius tu testimonio
 gloriaris, veni Antiochiam, vbi fruius sum communionem Pontificis, confessorisque Paulini: &
 deductus ab eo media hieme, & frigore grauissimo, intraui Hierosolymam. vidi multa miracu-
 la, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobauim. inde cõtendi Ægyptum,
 iustitiam monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides latere perspexi. protinus concito
 gradu Bethlehem meam regressus sum, vbi adorauim præsepe, & incunabula Saluatoris. Vidi
 quoque famosissimum lacum: nec me inertem tradidi otio, sed multa didici quæ antè nesciebam.
 Quid autem de me Romæ iudicatum sit, & quid postea scriptum, nolo taceas, præsertim cum
 habeas testimonia scripturarum: & ego non verbis tuis, quæ simulare potes, sed scriptis Eccle-
 siasticis arguendus sim. Vide quantum te timeam. Si vel paruam schedulam contra me Romani
 Episcopi, aut alterius Ecclesiæ protuleris, omnia quæ in te scripta sunt, mea crimina confitebor.
 Numquid & ego non possem profectionem tuam discutere? cuius ætatis fueris, vnde, quo tem-
 pore nauigaris, vbi vixeris? quibus interfueris? sed absit, vt quod in te reprehendo, faciam, & in
 Ecclesiastica disputatione, animum iurgiorum deliramenta compingam. Nauigans igitur D.
 Hieronymus non Protei columnas, hoc est Ægyptum, & altum petiit mare, sed ad Ioppen Ionæ
 portum intra Maleas, & Cycladas insulas, contendens, Antiochiæ tandem appulit. moratus est
 autem Antiochię aliquamdiu, & Paulini cõmunionem propterea vsus est, quòd Paulinus, quam-
 uis ex Eustathiana factione post Meletium Luciferi Caralitani opera assumptus fuisset, pro ve-
 ro tamen Episcopo à Romana Ecclesia tenebatur, & iam in sede à Damaso confirmatus erat.
 Meletium autem, quamuis Catholicus, ac sanctus ipse etiam esset, & in magno apud Orienta-
 les omnes nomine, propterea Apostolica sedes confirmare noluit, quòd ab Arrianis ex Armenia
 assumptus in eo Episcopatu positus erat. Durauit hæc discordia, Theodoro teste, annis decem
 & septem, non tantum ipsis viuentibus, sed in successoribus etiam eorum, Flauiano Meletij, &
 Euagrio Paulini: fauentibus Meletio, & Flauiano Orientalibus omnibus, Paulino verò & Eua-
 grio Occidentalibus, & quod amplius est, Romana Ecclesia. Anastasij tantum, qui Syricio suc-
 cessit, tempore composita contentio fuit. Imperiali enim in illius antea opprimebatur. Omit-
 to Apollinarium, & eius successorem Vitalem, hæreticos, ac etiam Euzoium Arrianæ factionis
 hominem, qui Antiochiæ Ecclesias omnes ita occupabat, vt Meletius aliquamdiu extra urbem,
 & Paulinus in vna tantum vrbs Ecclesia sollempnia celebraret. Theodoretus Sabellianæ hæresis
 accusatum à Flauiano Paulinum asserit: verum falsam fuisse accusationem, cum ex amicitia,
 quam tam arctè cum D. Hieronymo, acerrimo omnium hæreticorum hoste, Paulinus habebat,
 tum ex communionem Romanæ Ecclesiæ, in qua ille mortuus est, certissimum habeo. Accusatus
 est ipse etiam Hieronymus huius erroris, & tamen, si quis vmq̃am aliàs, falsò: quapropter ea
 de re Marco Celestensi conquerens, ait: Hæreticus vocor Homouision prædicans Trinitatem: Sa-
 bellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasque personas indefessa vo-
 ce pronuncians. Si ab Arrianis, meritò: si ab orthodoxis, qui huiusmodi arguunt fidem, ortho-
 doxi esse desierunt. aut si eis placet, hæreticum me cum Occidente, hæreticum cum Ægypto,
 hoc est cum Damaso, Petroque condemnent. Sed quid aio de Paulino, atque Hieronymo? nonne
 ipse etiam Meletius, qui omnium Græcorum præconiis celebratur, & quem Basilius, & Na-
 zianzenus, duo Orientis lumina, tantopere in cælum ferunt, veluti Sabellianus, vt idem scribit

Epist. 27.

Epist. 99. in
fine.Lib. 3. Apolo-
gia contra
Rufinum.Theodor. lib.
9. cap. 5.
Hist. trip. lib.
6. cap. 19
Hist. trip. lib.
5. cap. 47.
Theodor. lib.
5. cap. 23.Hist. trip. lib.
6. cap. 23.
Theodor. lib.
5. cap. 23.

Epist. 77.

DIVI HIERONYMI.

Theodoretus, ab Arrianis & accusatus, & ex Antiochena sede hoc nomine deiectus fuit? Arrianorum calumnia hæc erat, qui vt se ab hæresis infamia extricarent, viros sanctos, qui eis acriter resistebant, hæresis macula respergebant. adeo enim Arrianis infensus Paulinus fuit, vt D. Hieronymus scribat, Arrianorum & Eunomianorum tempore Athanasium, & Paulinum, solos in Oriente mansisse Catholicos. aduenit autem eò non multo postea, vt existimo, Paula cum Eustochio filia, & Melania Marcellini Consulis nepte, multis comitata virginibus, & Hieronymi nauigationem secuta, post Cyprum Antiochia ipsa etiam appulit: deinde sancta Palæstinae terra, quemadmodum latè eius iter in epitaphio prosequitur D. Hieronymus, Iustrata, Bethlehem, ibi perpetuò Christi militia inseruitura, contendit. mansit autem ibi per triennium satis angusto hospitio, quousque latius extruxerit monasterium vbi ipsa cum virginibus maneret, & aliud vbi Hieronymus, & viri degerent, & diuersorium pro hospitibus ad ea loca pietatis, & religionis causa aduenientibus. Diues enim erat Paula, & Nicopolis in Aetiaco littore posita, ad eius, veluti quæ ab Agamemnone descendebar, possessionem maximè pertinebat. De Melania, quid egerit postea, vir sanctus nusquam meminit. adhæsit enim illa Rufino & Euagrio Pontico, ac Hieronymi vitæ detrahare cœpit: in eius nomen propterea ille interdum inuehitur, & a tenebris perfidiæ dictam asserit: & dum de obrectatoribus suis meminit, Hæc non est, inquit, illius culpa, cuius sub persona alius agit tragediam, sed Rufini, & Melaniae magistrorum eius: qui illum magna mercede nihil scire docuerunt. Rufinus libro secundo inuectiuarum aduersus Hieronymum, quod austerioris illa esset, seueriorisque disciplinæ, proptereaque illi Hieronymi vita non placeret, recessisse eam comminiscitur. laudatam antea à viro sancto, ac Theclæ nomine appellatam, adiungit, sed post discessum è suis erasam libris. quod falsum est. regressa est enim illa Romam Paula, Eustochioque relictis, & quod amplius est, sanctioris vitæ proposito abiecto, & instar vxoris Lot, cum aratri Christi stiuam teneret, retro respexit: conuersaque est in statuam illius salis de quo scriptum est, quod si sal euauerit, in quo salietur? ad nihilum valet vitæ, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Bethlehem autem D. Hieronymus sedem sibi pietatis primum, & deuotionis intuitu elegit, quod in ea Saluator noster Christus natus à pastoribus visus, & adoratus esset à Magis: deinde quod amœnus & solitariæ vitæ ex nemoribus illi adiacentibus commodus esset locus. Posita est autem Bethlehem in Meridiana plaga, & tribui Iuda annumerata, sub Episcopatu Hierosolymitano, sex, vt testatur Seuerus Sulpicius, qui oram inuisit, & sex mēsis ibi cum sanctissimo viro degit, milliariis à Hierosolyma distans, & sexdecim ab Alexandria mansionibus. cellula, in qua Hieronymus mansit, posita erat, vt ipsemet in libro de nominibus Hebraicis testatur, in diuerticulo quo ibatur ad tumulum Archelai Regis. Super ipsum autem specum vnde salus mundo emerfit, Ecclesia constructa erat, & super ipsum præsepe, in quo agnus Dei reclinatus est, erectum altare: vt Christus in sacrificio ad placandam eius iram, ibi Deo offerretur vnde ille pro salute hominum primum in mundo illuxit. constructum ibi postea Paula monasteria quatuor, & diuersas pro diuersis peregrinis iuxta viam posuit mansiones. Monasterium vnum viri incolebant, reliqua tria virgines, vt quæ in tres turmas diuisæ essent: licet in opere, & cibo seiunctæ, psalmodiis tamen, & orationibus iungebantur. erant hæc monasteria ad Ecclesiæ super specum ipsum constructæ latius; ad eamque die tantum Dominicæ virgines, vnum quodque agmen propriam matrem sequens, accedebant. à viris autem ad eò separatæ viuebant, vt ne spadonibus quidem ad eas liceret accedere: & præ parietum altitudinem nullus furtiuus ad eas aditus erat. Quæ fuerit earum vita, latè Hieronymus in epitaphio Paulæ prosequitur. locum, si quis plura desiderat, adeat. Ipse autem Hieronymus qui vsq; ab adolescentia monachi egerat vitam, die noctuque studiis, nunc legendo, nunc scribendo, vacabat, & cū aliis fratribus in monasterio labore desudabat. viuebat in paupertate, & vt Rufinus ipse testatur, pecunias ne habebat, nec habere volebat: sed habens victum, & vestitum, his contentus erat, in cellula latebat, & sacerdotium non ambibat, nec humilitate damnata episcopatum auro redimere festinabat. esse tantum, non etiam apparere cupiebat, & interno dumtaxat homine, non etiam externo proficere satagebat. Hæreticos adeo persequebatur, vt coram eo hæreses, veluti coram sole nebulæ, euanescerent. nouerunt hoc Mileuitani Concilij patres, qui ad Innocentium primum scribentes, Hieronymum vti strenuum hæreticorum impugnatorem prædicant. Sanctam igitur rursus inchoans vitam, & veluti nouus quidam miles ad certamina, laboresque resurgens, nihil omittit eorum quæ ad æternam salutem consequendam vel vtile, vel necessarium esse retur. corpus ieiuniis macerat, mentem studiis, spiritum pascit oratione, vbi oratio deficit, lectio; vbi lectio, oratio incipit. somnus non ad delicias, sed ad naturæ capitur necessitatem: in duro, non in mollibus cubat, & vili pallio, non pretioso, ac nitido

Epist. 1. tripi. lib. 5. ca. 48.

Epist. 61. contra errores Ios. Hierosolymitani.

Epist. 27. in epitaphio Paulæ.

Rufinus lib. 2. inuectiuarum.

Epist. 27. Ex proemio super Epist. ad Titum.

Epist. ad Ciesephetem contra Pelagianos.

Epist. 101. ad Panamachium de optimo genere interpretandi.

Epist. 61. contra errores Ios. Hierosolymitani.

Epist. 48. Epist. 27. in epitaphio Paulæ.

Epist. 112. Augustino. Seuerus Sulpicius. Lib. 1. contra Rufin.

regitur indumento. ex ore nihil nisi sanctum, nisi castum procedit. quodcumque ex eo audieris, Christi sermo est: & in ipso quoque silentio Deum loquitur: humilitatem non minus re quam habitu, & professione præstat: hospites benignè excipit, omnesque præter hæreticos, illisque pedes etiam lauat. vigilat cor eius dum dormit: & cum ambulante Christus ambulat, cum sedente sedet. sed præter omnem tam animi, quam corporis sanctitatem, puritatemque, quibus veluti præclara lux quædam mundo irradiat, studiis nunc aliquid vertendo, nunc commentando incumbit, præcipuè autem aduersus hæreticos elaborando. Primo quinquenio quo ex vrbe Roma discedens Bethlechem repetiit, Ecclesiasten ex Hebræo transtulit, & præclarissima illius ingenij monumenta, libros aduersus Iouinianum, exarauit. Canis iam caput eius spangebatur, ipseque nihil propterea ex studiorum assiduitate remittens, cum Didymi Alexandrini, qui olim Athanasio carus, & Magno Antonio amicus fuerat, fama vsquequaque celebris ob doctrinæ magnitudinem efferretur, essetque illa tanto aliorum doctorum fama celebrior, quanto hominis cæcitas, quæ à parua illum ætate ceperat, singularem eam magis reddebat, rursus Alexandriam, vt eum videret, & dubiorum quæ in scripturis habebat, ab eo solutiones audiret, perrexit. magnam cum eo amicitiam inde contraxit, talemque, vt ille Didymi de Spiritu sancto librum transferret, & Didymus expositionem in Osee Prophetam illi dicauerit, eiusdemque rogatu Commentariorum in Zachariam libros quinque dictauerit. meminit huius rei ipsemet Hieronymus in Epistola ad Pammachium & Oceanum, ita scribens: Iam canis spangebatur caput, & magistrum potius quam discipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum, in multis ei gratias ago: quod nesciui, didici: quod sciebam, illo docente non perdiidi. & rursus in proœmio ad Ephesios: Non quo ab adolescentia aut legere vnumquam, aut doctos viros ea, quæ nesciebam, interrogare cessauerim: & memetipsum tantum, vt plerique, habuerim magistrum. denique nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam perrexi, vt viderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus, quæ habebam dubia, sciscitarem. Et in proœmio super Osee Prophetam ad Pammachium: Ante annos circiter vngintidos, cum rogatu sanctæ & venerabilis socrus, immò matris tuæ Paulæ, illud enim nomen carnis, hoc spiritus est, quæ monasteriorum, & scripturarum semper amore flagrauit, essem Alexandria, vidi Didymum, & eum frequenter audiui, virum sui temporis eruditissimum: rogauique eum, vt quod Origenes non fecerat, ipse completeret, & scriberet in Osee Commentarios, qui tres libros, me petente, dictauit, quinque quoque alios in Zachariam. & in tertio contra Rufinum libro: Extat liber Didymi ad te, quo sciscitanti tibi, respondit, non eos multa peccasse, & idè corporum carceres tantum eis tetigisse sufficere. Magister meus, & tuus, eo tempore quo tu ab eo ista quærebas, tres explanationum in Osee Prophetam libros ad me, me rogante, dictauit, ex quo apparet, quid me, quid te docuerit. Peritissimus in scripturis Didymus fuit. itaque, vt quemadmodum librorum multitudinem Origeni, eloquentiam Ciceroni, Aristoteli argumenta, prudentiam Platoni, & Aristarcho eruditionem Hieronymus tribuit, ita scientiam scripturarum Didymo concedat. non immeritò igitur se Gregorium Nazianzenum, & Didymum in scripturis sanctis catechistas habuisse cum Domnionem gloriatur. Quamdiu autem Alexandria apud Didymum vixerit D. Hieronymus, ipse non prodit. Rufinus, si tamen ei credi potest, per mensem tantum cum ibi mansisse scribit. Reuersus ab Alexandria, rursusque Hierosolymanam, & Bethlechem suam repetens, magno labore, & impendio Barrabanum, seu verius Barhanina, Hebræum præceptorem noctu audit. timebat enim ille Iudæos, proptereaque instar Nicodemi qui in tenebris Christum adiit, clam, ne factum à Iudæis resciretur, hoc est nocte tantum Bethlechem veniens Hieronymum edocebat: magno enim pretio eum, vt illuc ad docendum accederet, cõducebat. meminit huius præceptoris multis in locis, sicut de Huillo Origenes, præsertim in Epistola ad Pammachium, & Oceanum, & vbi Rufinò respondet, qui non minus ineptè, quam impiè viro sancto obiiciebat, quòd Barrabam dimisso Christo sequeretur, & Iudæis incumberet lectionibus: pulchrè sibi ex Euangelio lusum accepisse existimans, si cum Iudæorum populo clamaret, non hunc, sed Barrabam: vir ipse qui veluti inter olores anser obstreperet, & semet sanctorum, doctorumque, hominum numero auderet immiscere. Cum, vt respondens ei Hieronymus ait, ab eo Hebræam linguam discere non poterat: qui adeò tenacis erat ingenij, vt vnam sine alterius amissione discere non posset. suam enim, hoc est Latinam, oblitus erat, dum peregrinam Græcorum sectatus est. finxit, vt malignitatè hominis noscas, hæc garriens cornicula Hieronymi etiam nomine Epistolam; in qua illum penitentiam agere diceretur, quòd huic vacauerit studio, cum in eo nil nisi falsum, vanumque, reperiretur: & vbiq; per cereales; & anabasios suos sparsam disseminauit: tantum sibi apud omnes vindicat impudentia, & consue

hominum

Lib. 2. con-
tra Rufinum.

Epist. 116.

Ex Catalo-
g.

Epist. 65.

Epist. 61. ad
Domnionem.

Epist. 66.
Pammachio
& Oceano.

DIVI HIERONYMI.

hominum liuor procedit. Et vndenam apud nos ex Hieronymi studiis maior quam ex Hebraicæ linguæ cognitione vtilitas emanauit? vnde emolumentum maius profluxit? Eius enim tantum interpretatio ab Ecclesia iamdiu recepta in vsu nunc est, eius versio legitur, & citatur. Septuaginta enim, exceptis Psalms; qui ipsi etiam sicut à Hieronymo emendati sunt, leguntur, nullum amplius apud Latinos locum tenent. An non Abraham in omni Chaldaeorû, & Moses Ægyptiorum sapientia docti fuerunt; & Christiano homini non licet in vtilitatem Ecclesiæ, argutarum apum instar, vndique quæ bona ac recta sunt, colligere, & comportare? Nihil propterea hoc studium omittens D. Hieronymus, circuit etiã posthæc cum eruditissimis Hebræorum omnem Palæstinæ terram, vt cuncta illius loca, situs, ac regiones, de quibus scriptura meminit, propriis collustraret oculis, & quod absens audierat, præsens videret. Et cum Paralipomenon librum translaturus esset, propter immentis congeriem nominum, quæ in eo cõtinetur, ex Tyberide eruditissimum quendam Hebræum legis doctorem, qui cæteris Iudæis admirationi erat, conduxit, & cum eo à principio vsq; ad finem, cuncta quæ in eo libro scripta sunt, examinauit: sicut ipse ad Domnionem, & Rogatianum testatur. Non multò postea quod reuersus ex Alexandria fuit, vt ipse in præmio eorum librorum testatur, Commentarios in Epistolam ad Ephesios scripsit, adiunxit deinde eos qui sunt ad Philemonem, mox qui ad Galatas, postremo qui ad Titum, vt ex eius præfationibus Commentariis adpositis constat. omnes autè Paulæ, & Eustochio iam in Bethlehem degentibus dicauit: Commentarios verò, qui sunt super Matthæi Euangelium, ad preces Eusebij presbyteri Cremonensis, intimi sibi amici, tunc Romam proficiscens tumultuariè conscripsit: sicut aliquanto postea, qui sunt in septem Prophetas, Michæam, Nahum, Abacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, atque Malachiam. in cæteris enim quinque minores scripsit multo deinde, hoc est mortua iam Paula, post viginti duos circiter annos, ex quo ab Alexandria, & Didymo reuersus fuerat: sicut in Abdiam tricesimo suæ ætatis anno & in quattuor maiores multo postea, hoc est in postrema fere senectute. Verù quia hanc rem plenè ipse disserit, eum suis verbis ad Pammachium scribentem audiamus. Præpostero ordine, atq; confuso duodecim Prophetarum opus & cœpimus, & Christo adiuuante cõplebimus. Non enim à primo vsq; ad nouissimum iuxta ordinem, quo leguntur, sed vt potuimus, & vt rogati sumus, ita eos disseruimus. Nahum, Michæam, Sophoniam, & Aggæum primo *φιλοπονοτάταις* Paulæ, eiusque filia Eustochio *προσφώνησα*. Secundo in Abacuc duos libros Chromatio Aquileiensi Episcopo delegaui. Tertiò post longi temporis silentium Abdiam & Ionam tibi imperanti disserui. Præsenti anno qui sexti cõsulatus Arcadij Augusti, & Anicij Probi fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ Ecclesiæ Pontifici, Zachariam, & eiusdem vrbis Minerio & Alexandro monachis, Malachiam prophetam interpretatus sum. statimq; recurrens ad principium voluminis Osee, & Iohel, & Amos tibi negare non potui. Interea Rufinus librum Origenis *περὶ ἀρχῶν*, multis enormibus refertum erroribus transfert, & vt illum mundo legendum obtrudat, Hieronymum, quòd Origenem ipse etiam transfulerit, ac laudauerit, ad cælum effert. intercesserat inter eos antea nescio quid dissidij, sed reconciliati inuicem fuerant: verùm gratia malè facta non coit. incipit eam ob causam cicatrix vix obducta recrudescere, dũ Hieronymus ab amicis Pammachio, & Marcellino ex vrbe monetur, se ex obliquis Rufini laudibus Origenistam credi, & pro vero ita teneri, nisi suspiciones hominum purget. Verùm nondum ad pugnas, & contentiones verborum ventum erat, vt ab Epistola sexagesimasexta discere quis potest. Crescebat hoc eodem tempore in Bethlehem monasterium, quod à Paula exædificabatur. verùm licet pro viris, & virginibus ibi degentibus satis capax extructum habitaculum esset, & pro peregrinis mansiones aliquæ circa viam erectæ: tantus tamen vndique ad ea loca pietatis causa hominum concursus erat, præsertim monachorum, vt diuersorium magis amplum Hieronymus ædificare cogitauerit. mittit propterea Paulinum sibi Germanum in patriam, iam à Gothis vastatam, vt ferimiras villulas, quæ barbarorum effugerant manus, & parentum cõmunium venderet census. obierant enim tunc Hieronymi, Pauliniquè parentes. debebat hoc tempore Romæ Rufinus, eamq; tunc Syricius, de cuius testimonio deinde sub Anastasio, qui eum de Origenis versione damnauit, gloriabatur, gubernabat. ex ea Aquileiam, & patriam reuersus postea est, Pauliniano adhuc in Dalmatia, & vicinis oris manente. meminit huius rei in Epistola ad Pammachium, & in altera, quæ ad ipsum Rufinũ est, his verbis Hieronymus. Nos in ista prouincia ædificato monasterio, & diuersorio propter extructo, ne fortè & modò Ioseph cum Maria in Bethlehé venies non inueniat hospitium, tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorum, vt nec cœptum opus deserere, nec supra vires ferre valeamus. vnde, quia pæne nobis illud de Euangelio contigit, vt futuræ turris non antè computaremus expensas, compulsi sumus fratrem

Epist. 108.
ad Domnionem, & Rogatianum.

Ex præmio super Osee. Ex præmio in Abdiam. Ex præmio maxime in Ecclesiast.

Ex præf. Rufini in lib. περὶ ἀρχῶν. Epist. 66.

Epist. 66. Rufina.

Epist. 26. Pammachio. de obitu Paulina uxoris.

Paulinianum ad patriam mittere, vt femirutas villulas, quæ barbarorum effugerunt inanis, & parentum communium census videret, ne coeptum sanctorum ministerium deserentes, risum maledicis, & armulis præbeamus. & ad Rufinum: Frater meus Paulinianus necdum de patria reuersus est, & puto quod eum Aquiliæ apud sanctum papam Chromatium videris. Sanctum quoque presbyterum Rufinum ob quandam causam per Romam Mediolanum misimus: & orauimus, vt nostro animo, & obsequio vos videret. Gothi autem aliquot annis ante Romanam captam, hoc est Valentis tempore, vt Orosius testis est, primum Thraciam, exinde, vt alij, Pannoniam, Dalmatiamque vastarunt. quo tempore Stridon quoque destructa fuit. Reuersus Paulæstinam Paulinianus, & iam xxx. annorum vir factus, ab Epiphano Cypri, inuitus tento scilicet ore ne reclamaret, primum diaconus, deinde presbyter in monasterio quodam Eleutheropolitani territorij ordinatus est. arripuit ex hac causa iniuicitarum ansam Ioannes Hierosolymitanus Episcopus aduersus Epiphanium, Hieronymumque, & monachos secum degentes qui se vti Origenistam ab eis corripere, & profligari videret. allerit enim, in sua diocesi Paulinianum, se incio, ordinari non debuisse, præsertim cum ætatis sacerdotio aptus ille non esset. replicant illi, ad Eleutheropolitana, non Hierosolymitana diocesim monasterium illud, vbi ordinatio facta est, pertinere, & Paulinianum cum iam xxx. annorum sit, presbyteratum aptum esse, nec plures habuisse annos ipsum Ioannem, cum Episcopus creatus est. contentio eousque processit, vt Ioannes excommunicauerit omnes qui Paulinianum pro presbytero haberent, ita vt ipse etiam Hieronymus aliquamdiu specum Domini tantum videre, non etiam ingredi, propter Ecclesiam super eum constructam, cum monachis posset: posita enim sub Episcopatu Hierosolymitano Bethlehem est. De hac autem re ipse his verbis conqueritur: Ego misellus, dum in solitudine delitescere, à tanto Pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amisi. Et infra: An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis, ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad confessorem & Episcopum misimus Dionysium baptizandos? Ecclesiam scindere dicimur, qui extra cellulas nostras, locum Ecclesiæ non habemus? An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas clericis tuis, vt si quis Paulinianum ab Epiphano Episcopo consecratum presbyterum dixerit, Ecclesiam prohibeatur intrare? ex quo tempore vsque in præsentem diem videmus tantum specum Domini, & hæreticis intrantibus procul positi suspiramus. Nos ne sumus qui Ecclesiam scindimus, an ille qui viuis habitaculum, mortuis sepulcrum negat, qui fratrum exilia postulat? Non contentus hac excommunicatione Ioannes ab Imperatore etiam obtinuit, vt Hieronymus vna cum monachis in exilium mitteretur. verum re melius perpensa effectum suum rescriptum sortitum non est. Nuper nobis, inquit, postulauit & impetrauit exilium, atque vtinam implere potuisset, vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita nos non solum voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilij. Archelaus Comes sequester pacis inter eos prius fuerat, & Theophilus Alexandria episcopus eandem, nondum erroribus Ioannis cognitis, per Isidorum presbyterum procurauit. verum cum diuus Hieronymus hominis detexisset errores, quod scilicet Origenista esset, & octo, quas interim improbando recenset hæreses, prædicaret, & Pauliniani prætextu eos persequeretur, ipseque interea Ioannes, vt se expurgaret, vocatus, accedere non iussit, finis controuersie positus est. Origenes enim, quem Ioannes sequebatur, ab Alexandria tunc primum Ecclesia sub Theophilo episcopo, Epiphano, Hieronymoque instantibus, in Oriente damnatus est, quam condemnationem Occidens postea Romaque firmavit. Romæ Syricus papa adhuc Apostolicam regebat Ecclesiam cum Rufinus libros *περὶ ἀρχαῶν* Origenis à se versos in ea disseminat, ac multos eorum decipit lectione. Hæretici, quod amplius est, simplicitati sancti viri illudentes communionis litteras discessuri ex vrbe impetrant, negauerant enim se Origenis sequi errores. Detegit errores eorum Marcella, & examinatis testibus, illos adeo conuincit, vt cum vocati comparere noluerint, ab Anastasio, qui Syricio successit, condemnati sint. Hoc tempore inimicitie, quæ olim erant ex causa fidei cum Rufino, & sopite non extinctæ fuerant, in apertas contumelias eruperunt. Dum enim ille Hieronymum secum in hæresis suspicionem, veluti Origenista esset, trahere suis præconiis conatur, & vir sanctus se ab huiusmodi infamia extricare cunctis viribus quærit, necesse fuit aperte in hostem procedere, & amicitiam ab adolescentia cum Rufino contractam, religionis causa penitus scindere. Quis enim æquo animo se hæreticum appellari patitur, & perpetuò permansura infamia notari? præsertim cum huiusmodi labe vix vquam eluatur, & nisi infinitis propemodum contra scriptis, testificationibus, ac rebus etiam gestis contrarium postea manifestè appareat, numquam tollatur. Inurgit propterea acriter in Rufinum vir sanctus, & cunctis viribus insidiantem sibi proterit hostem:

& non

Epist. 66.
Rufino.Orosius lib.
7. cap. 19.
Epist. 61. con-
tra Iovinianum.
Epist. 60.

Epist. 61.

Epist. 61.
Ioviniana Iuan-
nium.

Epist. 61.

Epist. 16. in
Marcella epi-
scopo.

DIVI HIERONYMI.

& non tantum in refellendis falso vitæ obiectis criminationibus, quam in abigenda à se hæresis infamia occupatur: tantaque indignatione huius materiam defensionis suscepit, vt stylum iam ob omnia à multis annis gentilium litterarum studia languentem, & propter Hebraicæ linguæ barbariem quandam vitiatum, quasi tunc à rhetorum schola egressus esset, ita ornatè, acuteque exacerit, vt Rufinus postea ne inter doctos quidè haberi cœperit. Regebat hoc tempore Romanam Ecclesiam Anastasius papa, ei que Rufinus libellum, cui postea Hieronymus respondit, dicauit: & in Africa docebat Aurelius Augustinus & Hipponensem gubernans Ecclesiam suæ doctrinæ, ac sanctitatis documenta vbique spargebat. Audiens iam celebrem Hieronymi tum senis per totum terrarum orbem diffusam famam, (ad eum enim veluti ad oraculum quoddam vndique concurrebatur,) & se Hieronymi comparatione tamquam nouum quendam in Ecclesiasticis studiis militem esse cognoscens, contrahendæ amicitia causa ad eum scribere incipit; interrogans ab eo quædam, & expositionem eius de Pauli simulatione modestè vellicans, in scribendo, rescribendoque pro talibus rebus, multum conteritur tempus: dum litteræ serò ad Hieronymum ad quem mittuntur perueniunt. Certatum est aliquamdiu pro hac re inter eos, præsertim dum expositionem suam, quod Paulus simulauerit, Hieronymus defendere, & Augustinus dum mendacium omne à scripturis sacris tollit, alio modo solui posse difficultatem conténdit: Videlicet vt Paulus seruando tunc modo quodam non necessario legalia minimè errauerit, propterea que rectè Petrum, qui ad ea gentiles exemplo suo adigeret, reprehendere potuerit. Putatum est à principio inter eos magnas exorturas fore discordias, dum Hieronymus, à iuvene tunc primùm ex Oriente videns se notari, excaudit: verùm Christi caritas, qua inter eos certabatur, omnem discordiam ademit, tantumque postea Augustinus Hieronymo detulit, vt scripta sua discutienda illi miserit; libros dicauerit, & quæstiones aliquot, præsertim quæ sunt de origine animæ, ab eo petierit; & quia propter locorum distantiam, & animarum curam proficisci ad discendum in Bethlehem non potèrat, misit ad eum qui sua vice quærent & discerent à Hieronymo multa, Paulum Orosium, Alipium & Profuturum quendam presbyterum, qui tamen Profuturus morte præuentus eò peruenire non potuit, misit per Cyprianum diaconum & alios Epistolas multas; vehementerque dolebat se eò ad discendum proficisci non posse, multum enim, vt par erat, deferebat Hieronymo, & in viro non minus omnis generis cumulatè positam doctrinam, quam vitæ sanctitatem admirabatur. sicut ipse ad eum scribens his verbis testatur: Tantæ autem mihi in litteris tuis, quæ in manus nostras peruenire potuerunt, apparent res, vt nihil studiorum meorum mallet, si possem; quàm in hære lateri tuo, quod ego quia nō possum, aliquem nostrorum in Domino filiorum erudiendum nobis ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meruero. nam neq; in me tantum scientiæ diuinarum scripturarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi video. Quod autem Paulus Orosius in Bethlehem cum Hieronymo fuerit, ipsemet in septimo historiæ suæ libro prodit his verbis; Ego quoque ipse virum quendam Narbonensem illustrem sub Theodosio militiæ etiam religiosum, prudentemque & grauem apud Bethlehem opidum Palæstinæ, beatissimo Hieronymo presbytero referente, audiui; se familiarissimum Athaulpho apud Narbonam fuisse. At non solum Augustinus, sed totus terrarum orbis senem venerabatur. Sæuerus Sulpicius propterea illum inuisit, & sex mensibus cum eò mansit, mansissetque, vt ipse ait, perpetuò, si potuisset. doctissimum in omni fuisse scientia, & acerrimum hæreticorum prædicat hostem, & quod omne tempus in studiis consumeret interea asserens. Hedibia & Algasia ex vltimis Galliarum finibus Apodemium pro multarum quæstionum solutione ad eum misit, miserunt ex Germania Sunia & Fretella vt varietatem Psalterij ab eo audirent. Mittebant ex vrbe Pammachius, Oceanus, & alij, vt vel contra hæreticos responderet, vel dubia aliqua à se mota dissolueret. Mittebant & ex reliquis oris reliqui; tantusque vndique ad eum quæstionum ac litterarum concursus erat, vt scribens Paulino hoc ipsum ipse illis verbis testatur: Et vt sanctæ menti tuæ simpliciter fatear, vno ad Occidentem nauigandi tempore, tantæ à me simul Epistolæ flagitantur, vt si cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam. ob res Paulæ & Eustochij Firmum presbyterum Rauennam, Africam, Siciliamque his temporibus Hieronymus misit, qui ad eum reuersus sospitem esse Augustinum renunciauit. Moritur interea Paula, antequam scilicet Roma à Gothis sub Innocentio, Duce Alarico, caperetur, hoc est Honorio Augusto sexies & Arestenio Consulibus, sub finem scilicet Anastasij Pontificatus anno scilicet Domini quadringentesimo septimo. Assidet ægrotanti Hieronymus: & in longa eius infirmitate sedulo inferuit. Succedit Anastasio Innocentius primus, cuius octauo anno, cum is

Epist. 82.
Marcellin.

Epist. 86.
Epist. 94.

Epist. 94.
Epist. 86.

Epist. 119.

Epist. 150.
151.

Epist. 135.

Epist. 154.

Epist. 94.

Epist. 91.
Orosius lib. 7.
Ap. 28.

V I T A

Rauennæ, vt auctor est Orosius, moraretur, Roma capta fuit, his cæto, qui à fine Anastasij ad Romam captam præterfluxerunt, annis in Esaiam & Hieremiam D. Hieronymus scripsit: patet enim ex præfationibus affixis obiisse iam Paulam: nam quòd capta tunc fuisset Roma anno scilicet Domini quadringentesimo duodecimo in præmio Ezechielis ipsemet clarè his verbis ad Eustochoium scribens meminit. Postquam verò clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, immo Romani Imperij truncatum caput, & vt veriùs dicam, in vna vrbe totus orbis interiit, obmutui, & humiliatus sum, & silui de bonis, & dolor meus renouatus est. & ad Marcellinum: Ezechielis volumen olim aggredi volui, & sponsonem creberrimam studiosis lectoribus reddere, sed in ipso dictandi exordio ita animus meus Occidentalium prouinciarum & maximè vrbe Romæ vastatione confusus est, vt iuxta vulgare Prouerbum, proprium quoq; ignorarem vocabulum. De vrbe Romæ vastatione meminit etiam in epitaphio Marcellæ, cui & Pammachio Danielis Commentarios dicauit, qui etiam ipsi ante captam Romam conscripti sunt, post mortem similiter, vt reor, Paulæ, sicut epitaphium Marcellæ post illius ruinam. Nobiles multi, & vtriusque sexus homines post euerfam Romam Hierosolymam pergebant, quos Hieronymus ea qua poterat humanitate gratanter excipiebat, vnde in præmio Commentariorum tertij libri Ezechielis ita ipse ad Eustochoium scribit, Quis crederet, vt totius orbis extructa victoriis Roma eorrueret, vt ipsa suis populis, & mater fieret, & sepulcrum, vt tota Orientis, Ægypti, Africa littora olim dominatricis vrbe, seruatorum, & ancillarum numero completentur? vt quotidie S. Bethlehem nobiles quondam vtriusque sexus, atq; omnibus diuitiis affluentibus susciperet mendicantes? quibus quoniam opes ferre non possumus, cõdolemus, & lacrymas lacrymis iungimus, occupatiq; sancti operis sarcina, dum sine gemitu confluentes videre non patimur explanationes in Ezechielem, & pæne omne studium omisimus: laudans in epitaphio Marcellæ Anastasium Papam Hieronymus ait, Indignam fuisse Romam, quæ cum diu haberet ne sub tali Pontifice illa vel caperetur, vel eius precibus placatus Deus faceret ne caperetur. Senuerat iam Hieron. & in Prophetarum interpretationibus occupatus studium quotidie ponebat, cum statim ex vrbe Hierosolymam Fabiola insperata aduenit, vt in sanctis locis Christo seruiret. affert secum ingentem, quo Hieronymum, Eustochoium, & virgines recreet, lætitiã femina, quæ tamen paruo durauit tempore. dum enim loca sancta inuiferet, statim nuncius affertur, Hunnorum infinita examina cuncta sibi obuia vbique vastantium Hierosolymam petere: Inueteratum sanctorum locorum desiderium Hieronymum, vt in fixis maneret, cum virginibus senibus, tenuit: quamuis paratam ad fugam classem teneret, Fabiola, vt quæ ad iter expedita esset, quippe quæ sedes iam nullas posuerat, ac tota esset in sarcinis, Romam rediit. Conscripsit ei postea librum de quadraginta duabus mansionibus sicuti viuenti pollicitus fuerat, & memoriæ mortuæ reddit, sicuti viuenti opus, quod est de sacerdotilibus vestibus, in procinctu, cum nauigaturus iam esset, præstitit. Quòd autem post Romam captam barbarorum illuies Orientis loca, præsertim Syriæ cum Antiochiæ obsidione percurreret, atque vastauerit, ipsemet Hieron. scribens Marcellino & Anapsychiæ apertè testatur. in qua Epistola Fabiolæ etiam mentionem facit, asserens, quòd duos super Ezechielem Commentariorum libros ei miserat, & quòd ab ea exemplaria mutuari si vellet, posset. Exponebat præter Commentariorum tam exactos labores Bethlehem manens Hieronymus in conuentu fratrum sacros Bibliorum libros, à Septuaginta versos: de qua re ipse his verbis meminit: Ego ne contra LXX. interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emendatos meæ linguæ studiofis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum edissero, quorum Psalmos iugi meditatione decanto? Rufinus Grammatici eum vsum officio & ante non multos annos Nobilium pueros sibi ad discendum Christi timorem commissos humanioribus poetarum & historicorum litteris docuisse criminatur, quasi crimen, & non potius immensa sit laus vnà cum Christianæ religionis rudimentis litteras quoq; quæ illi ætati necessariæ sunt, pueris tradere, & paruulis tamquam paruulū fieri, vt eos quis lucrifaciat. vide quòd hominis liuor procedat, vt quod laudis loco sit, opprobrio detur. Certè ipse in præmio tertij ad Galatas libri, Paulæ & Eustochio testatur quindecim & amplius tunc fuisse annos, ex quo gentilium libros non legerit. Præter studiorum & orationis occupationem, necesse illi erat, quotidie aduenientes ad ea loca Christianos excipere, & ea qua poterat humanitate recreare. Qui quidem concursus tantus erat, vt studiis vix esset relictus locus. De qua re ita ipse Eustochio testatur: Fateor me explanationes in Ezechiel multo antè tempore promississe, & occupatione de toto huc orbe venientium implere non posse, dum nulla hora, nullumq; momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, & monasterij solitudinem hospitiũ

Epist. 82.

Epist. 16.

Epist. 30.
Fabiola epist.

Epist. 127.
Epist. 128.

Epist. 82.

Lib. 2. contra
Rufinum.
Rufinus lib.
2. inuictissimum.

In præm. 7.
libri super Ezechielem.

DIVI HIERONYMI.

hospitum frequentia commutemus, in tantum ut aut claudendum sit nobis ostium, aut scripturarum per quas aperiendæ sunt fores, studia relinquenda. Itaque lucratiuis, immo furtiuis noctium horis, quæ hieme propinquante longiores esse cœperunt, ad lucernulam, qualiacumque hæc sunt, dictare conamur. Ad Lucinium quoque scribens, quod præ frequentia, & peregrinorum turbis relegere quæ scripserat non potuerit, asserit. recipiebat enim venientes omnes ad ea loca cum tanta caritate, ut pedes etiam se illis solitum esse lauare his verbis testetur: *Epist. 28.* *Lib. 3. contra Rufinum.* Nobis in monasterio hospitalitas cordi est, omnesque ad nos venientes læta humanitatis fronte suscipimus, veremur enim ne Maria cum Ioseph locum non inueniat in diuersorio, ne nobis Iesus dicat exclusus, hospes eram, & non suscepistis me. solos hæreticos non recipimus, quos vos solos recipitis. propositum nobis quippe est pedes lauare venientium, non merita discutere. Ad decrepitam propemodum, & vltimam iam venerat ætatem sicut ipse ad Augustinum his *Epist. 89.* verbis testatur: Me autem ætatis vltimæ, & pæne decrepitem, ac monasterij, & ruris secreta sectantem, paruipendunt. Nec tamen propterea à studiis quicquam operæ remittebat, & non minus ad orandum alacris, quàm ad legendum promptus surgebat. Mirum erat, in corpore ieiuniis & ætate consumpto tantum spiritus, tantum vigere fortitudinis; quod corpori decrat, supplebat animus, & sacrarum rerum meditatione mentem quotidie recreabat. videres hominem à corporeis vinculis absolutum, veluti auem quandam à nexibus expeditam, nihil aliud nisi cælum spectare, ac petere, & quanto magis morti appropinquabat, tanto plus in eo spiritus excitabatur: ita ut mortem, demigrationem quandam à terrenis ad cælestia, à caducis ad æterna, non naturæ dissolutionem in eo crederes. sapientia quæ ætate in omnibus crescit, in eo quem semper comitata fuerat, absolutissima tunc erat: animi fortitudo, quæ iuuenem mirabiliter possederat, morti vicinum omni ex parte circumdabat. Christianæ religionis zelus, in eo alioqui perpetuus, prope mortem maior surgebat: languebant quidem membra, sed animus vigeat, & in corpore iam iam casuro, mens semper cælestia cogitans excitabatur, nec illi, ut cæteris euenire solet, vnà cum senectute animus frigescebat, sed citò tamquam corporeum onus depositurus, alacrior ad finem tendebat, sciebat se cursum suum bene peregisse, fidem seruasse, & in omnibus, ut strenuum militem sub Christo Duce fecisse stipendia: propterea ad coronam illi repositam, lætus gaudensque properabat; & veluti imbribus multis, ac procellis exagitatus oppressusque viator, æternum quietis, quo se reciperet, tectum optabat, & post bellorum turbines, & varias mundi pelagi iactationes, quietum cælorum portum ingredi, & amœnum ortum incolere desiderabat, & quò magis se illi appropinquare cernebat, eò lætior incedebat. repetebat animò seruis suis à Domino repromissa, quæ nec oculus viderit, nec auris audierit, nec in cor hominis ascenderint; & vberissima pascua vnà cum amœnissimis riuus Christi ouibus per Ezechielem præmonstrata mente tenebat: & cum longum peregrinationis suæ tempus consideraret, cum Propheta Dauid clamabat, hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauì cum habitantibus cedar, id est tenebras, multum incola fuit anima mea: & rursus, quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini, & quemadmodum desiderat ceruus ad fontem aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, sitiuit in te anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Dum iis cogitationibus vir sanctus exæstuat, & se ad amplexus præparat sponsi, in leuem incidit febriculam, quæ illum iam in carne sua præmortuum dum diuexaret, reputabat animo mundi quas pertransierat miseras omnes, quibus tempestatibus iactatus, quibus persecutionibus exagitatus fuerit, quomodo in hac vita nihil certum nihil beatum inueniretur. Orbis dominam concidisse Romam videbat, vrbes potentissimas reductas in cinerem considerabat, & barbarorum incursionibus cuncta vastata. Quid non exire ex his miseriis, & in amplexus sponsi volare illè cuperet? quid non corporis abiecto carcere expeditum in cælum tendere? appropinquantem cernebat sponsum, & innumeris angelorù agminibus, & sanctorum choris ad se iam iam tendere conspiciebat. eò ille mentem, eò tendebat oculos: & veluti iam solutus à carnis vinculis, ibi sibi esse videbatur, vbi venientem ad se Christum conspiciabatur. Mortem propterea veluti sororem carissimam, ut sibi ea quæ videbat concederet, precabatur. aderant iuxta eum monachi, & Christo dicatæ virgines, & ex variis sanctorum locorum vndique qui ad talis viri exitum confluxerant homines: quos omnes ille læto, ac alacri vultu conspiciebat: & ut Deo omni inseruirent nixu, exhortabatur. aderat Eusebius, & cæteri presbyteri qui secum Christo militauerant: & abeuntem à se communem patrem omnes lamentabantur. Solabatur ille cunctos, & ad humilitatem, patientiam, caritatem, cæterasque

hortabatur virtutes, & ne sibi caelestem inuiderent patriam precabatur: quando se nihil aliud optasse semper aiebat, quam ad eum diem peruenire unde illi ad caelestem beatitudinem daretur aditus. His & huiusmodi verbis sanctos omnes qui aderant postquam est adhortatus, & virgines, vt in proposito castitatis manentes Christo feruissent, animauit, versus ad sponsum, quem sibi iam adesse videbat, illi spiritum suum commendans obdormiuit in Domino die ultimo Septembris mensis sub Honorio & Theodosio iuniore multis claris miraculis: vir cui nec Græci, nec Latini quem comparent, habeant aliquem. In eum enim doctrinæ omnes & virtutes ita cumulatè se contulerunt, vt post eum, quem in aliqua re gentibus inuideat, Ecclesia neminem inueniat. Nam etsi multos in Ecclesia præstantissimos, ac doctissimos habuerimus viros, neminem tamen, qui tot, ac tanta in omni doctrinarum genere sciuerit, & qui tot linguarum habuerit cognitionem, inuenimus. Quòd si in aliqua re ipse ab aliquo vincatur, semper tamen ei supersunt alia, in quibus tandem illi præstans Hieronymus victor abscedat. Augustinus, qui Ioanni Baptistæ eum comparat, fatetur in se nec esse, nec esse vniquam posse tantum scientiæ diuinarum scripturarum, quantum in Hieronymo esse videbat. & contra Iulianum scribès, Sanctus, inquit, Hieronymus presbyter Græco & Latino, in super & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis, atque in litteris sacris vsque ad decrepitam vixit ætatem. Hic omnes, vel pæne omnes, qui ante illum ex vtraque parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserant, legit. & libro decimo octauo de ciuitate Dei, Non defuit, ait, temporibus nostris Presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & trium linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium scripturas conuertit. Gelasius Papa, vt omittam Damasum, qui tantum illi tribuit, & Diuum Gregorium qui honorificè de eo meminit, ita de B. Hieronymo scribit: Item Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus quæ beatum Hieronymum prædictum sentire cognoscimus. & non solùm de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir B. Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. & paulò superius: Vitas patrum Antonij, Pauli, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Quot autem vixerit annos, & quibus consulibus obierit, mihi incertum. Vnum tantùm constat, ad decrepitam vsque, vt tradit Augustinus, eum vixisse ætatem. Prosper, quem multi secuti postea sunt, vixisse eum annis vno & nonaginta testatur: obiisseque anno Domini ccccxix. natum hac ratione sub Constantini Magni imperio anno xxxi. alij deinde addiderunt. Paulus Diaconus, Sigibertus, Beda, & vulgatum Ecclesiæ Martyrologium, vixisse eum annis septem amplius aiunt, hoc est octo & nonaginta. Nec defunt, qui centesimum eum præterisse scribant annum. Incerta tot scriptorum sententia, incertam nobis etiam Hieronymi ætatem reddunt: præsertim cum Beda sub Arcadio eum obiisse testetur, & Prosper anno Domini quadringentesimo vicesimo secundo, hoc est sub Honorio & Theodosio iuniore. Quæ vtraque sententia in illud recidit, vt Constantini Magni tempore natum Hieronymum dicamus, anno scilicet eius vel xv. vel xxxi. Verùm cum eum non sub Constantino, sed Constantio filio natum, propterea quòd Iuliani tempore puer esset, & Grammaticæ operam daret, ipsius Hieronymi testimonio initio probauerimus: superest, vt fundamentum, quo innituntur, totum corruat: & aliquid tot annorum ex eius vita detrahendum sit: quòd eum sub Honorio & Theodosio obiisse pro compertissimo habeo, hoc est aliquot annis ante mortem diui Augustini, qui obiit anno Domini ccccxl. hoc est sub Theodosio iuniore, & Valentiniano tertio. Et vt scias mendacium sibi numquam constare, natalem Hieronymi diem quidam in xv. alij in xxxi. vel xxxv. plurimi in xxxi. Constantini magni annum, ex vitæ longitudine reiciunt. Sigibertus, qui xcvi. annos eum vixisse asserit, corpus laboribus ita confectum Hieronymum habuisse scribit, vt nisi fune manibus apprehenso, qui ad hoc ei de trabe penderat, surgere de lecto non potuisset testetur. Marcellinus comes, vir fidei & auctoritatis magnæ, per D. Augustini, quem & ego sequor, vestigia cautiùs incedens, nec quo anno mortuus, nec quot ille vixerit, definit, annis admodum tantum senem decessisse asseuerat: hoc est, vt ait Augustinus, in decrepita ætate, peracta scilicet senectute. In hunc sensum scribens Hieronymus ad Augustinum, se pæne decrepitum asseuerat: ad quam decrepitate peruenisse tantùm illum Augustinus significat, cum ait, vsque ad decrepitam vixit ætatem. alioqui si valde decrepitum cum intelligere velis, necesse esset vt vel post Augustinum decessisset, vel anno saltem xv. Constantini.

Epist. 113.

Lib. 1. contra Iulianum.

Lib. 18. cap. 43.

Dist. 15. cap. sancte Rom. Ecclesia.

DIVI HIERONYMI.

stantini Magni natus esset. quod utrumque falsum est. Vtrumque, constat certè ex eius scriptis, post Romam captam ab Halarico, quod fuit anno Domini ccccxii. aliquot eum vixisse annos: siquidem non solum ruina illam fugientes Romanos, se in Bethlehem pluries excessisse narrat; verumetiam aliqua postea eum scripsisse apparet: vt Commentaria in Ezechielem, Epitaphium Fabiolæ, similiter & Marcellæ. Augustinus libros suos de anima illi dicans, post Romam captam misit: sed tabellarius, vt ipse testatur, mortuum illum inuenit. Vtebatur vir beatissimus in senectute breui quodam pileo, quo frigescentis iam corpus confoueret: de qua re ipse Paulino, qui sibi illum donauerat, scribens, ita ait: Pileolū textura breue, caritate latissimum ^{epist. 172.} senili capiti confouendo libenter accepi, & munere, & muneris auctore lætatur. Humatus post mortem in Bethlehem fuit, exequiis illi ex Christiana religione, vt Antonium Paulo fecisse ipse refert, rite antea celebratis. Translatus inde postea Romam est vna cum Christi saluatoris nostri præsepio septimo Idus Maij, eo scilicet die quo præceptoris sui Gregorij Nazianzeni festum agitur. reiectus deinde est dies in Vigiliam Ascensionis à Pio secundo Pontifice Maximo, vt festiuus, ac frequentius ageretur; plenaria sepulcrum eius illo die aduentibus, criminum indulgentia condonata. iacet autem beatissimus vir omni præconio maior, & quem cuncta suspirant sæcula, super Exquilias, proprio sibi iuxta præsepio Domini erecto altari, vbi facra adhuc eius seruatur tunica, in Ecclesia S. Mariæ maioris: quam tu Amplissime Cardinalis Carole Borromæe, non minus pietate, & religione, quàm caritate conspicuus, & in tanta rerum affluentia, ac imperij potestate, rarum apud omnes exemplum, cum immensa tua laude, & populi utilitate regis, atque gubernas.

F I N I S.

CATA-



CATALOGVS EORVM,

QVÆ IN HIS TRIBVS

DIVI HIERONYMI TOMIS CONTINENTVR.



TOMVS PRIMVS.

<i>D Heliodorum, de laude vite solitaria. Epist. I.</i>	pag. 1.	1
<i>Ad Nepotianum de vita clericorum, & sacerdotum. Epist. I I.</i>	3	
<i>Ad Heliodorum Epitaphium Nepotiani.</i>	8	
<i>Epist. I I I.</i>		8
<i>Hieronymus Rustico monacho viuendi formam prescribit.</i>		12
<i>Epist. I I I I.</i>		12
<i>Ad Florentium, Epist. V.</i>		16
<i>Ad Florentium, Epist. V I.</i>		16
<i>Ad Letam de institutione filie. Epist. V I I.</i>		17
<i>Ad Demetriadem de seruanda virginitate. Epist. V I I I.</i>		20
<i>Ad Saluinatam de seruanda viduitate. Epist. I X.</i>		26
<i>Ad Furiam de viduitate seruanda. Epist. X.</i>		29
<i>Ad Ageruchiam viduam, de monogamia. Epist. X I.</i>		32
<i>Ad Gandentium, de Pacatule infantula educatione. Epist. X I I.</i>		37
<i>Ad Paulinum, de institutione monachi. Epist. X I I I.</i>		38
<i>Ad Celantiam matronam de ratione pie viuendi, forte Paulini Nolani episcopi. Epist. X I I I I.</i>		41
<i>Ad Marcellam, de Laudibus Asella. Epist. X V.</i>		47
<i>Ad Principiam virginem Marcella vidua epitaphium. Epist. X V I.</i>		47
<i>Paula & Eustochium Marcella, ut commigret Bethlehem. Epist. X V I I.</i>		50
<i>Hieronymus Marcellam iuuit ad rus Bethlehemiticum. Epist. X V I I I.</i>		53
<i>Ad Eustochium de acceptis ab ea munusculis. Epist. X I X.</i>		54
<i>Ad Marcellam de acceptis munusculis. Epist. X X.</i>		54
<i>Ad Paulum Concordiensem. Epist. X X I.</i>		55
<i>Ad Eustochium de custodia virginitatis. Epist. X X I I.</i>		55
<i>Ad Marcellam, de agrotatione Blasilla. Epist. X X I I I.</i>		65
<i>Ad Marcellam, de exitu Lea. Epist. X X I I I I.</i>		66
<i>Ad Paulam, super obitu Blasille filie. Epist. X X V.</i>		67
<i>Ad Pammachium consolatio super obitu Pauline uxoris. Epist. X X V I.</i>		69
<i>Ad Eustochium virginem epitaphium Paula matris. Epist. X X V I I.</i>		72
<i>Ad Lucinium. Epist. X X V I I I.</i>		82
<i>Ad Theodoram, epitaphium Lucini Beticæ. Epist. X X I X.</i>		83
<i>Ad Oceanum epitaphium Fabiola. Epist. X X X.</i>		84
<i>Ad Theophilum, episcopum Alexandrinum. Epist. X X X I.</i>		87
<i>Ad Abigaum. Epist. X X X I I.</i>		87
<i>Ad Castrutium. Epist. X X X I I I.</i>		88
<i>Ad Iulianum consolatio. Epist. X X X I I I I.</i>		88
<i>Ad Exuperantium hortatoria. Epist. X X X V.</i>		91
<i>Ad Castorinam Materteram. Epist. X X X V I.</i>		91
<i>Ad Iulianum Diaconum. Epist. X X X V I I.</i>		91
<i>Ad Theodosium, & alios Anachoretas. Epist. X X X V I I I.</i>		91
<i>pag.</i>		
<i>Ad virgines Hermonenses. Epist. X X X I X.</i>		92
<i>Ad Augustinum. Epist. X L.</i>		92
<i>Ad Rufinum. Epist. X L I.</i>		93
<i>Ad Niceam, hypodiam Aquileia. Epist. X L I I.</i>		94
<i>Ad Chromatium, Ioninum, & Eusebium. Epist. X L I I I.</i>		94
<i>pag.</i>		

Ad Chrysogonum, monachum Aquileia. Epist. X L I I I I.

	95	
<i>Ad Antonium de modestia. Epist. X L V.</i>		95
<i>Ad Rusticum. Epist. X L V I.</i>		96
<i>De vitando suspecto contubernio. Epist. X L V I I.</i>		99
<i>Ad Sabinianum Diaconum, increpatoria. Epist. X L V I I I.</i>		101
<i>Ad innocentium de muliere sepius iceta. Epist. X L I X.</i>		104
<i>Vita Pauli Eremitæ.</i>		106
<i>Vita Sancti Hilarionis.</i>		108
<i>Vita Malchi captiui monachi.</i>		116
<i>Liber de Viris illustribus.</i>		119

TOMVS SECVNDVS.

<i>Aduersus Bluidium, de perpetua virginitate beatae Mariae.</i>		133
<i>Aduersus Iouinianum Liber primus.</i>		140
<i>Aduersus Iouinianum Liber secundus.</i>		163
<i>Hieron. pro libris aduersus Iouinianum Apologia ad Pammachium. Epist. L.</i>		168
<i>Ad Dominionem Apologeticum. Epist. L I.</i>		186
<i>Ad Pammachium, pro libris suis aduersus Iouinianum. Epist. L I I.</i>		188
<i>Aduersus Vigilantium, ad Riparium presbyterum. Epist. L I I I.</i>		188
<i>Aduersus Vigilantium.</i>		189
<i>Ad Marcellam, aduersus Montanum. Epist. L I I I I.</i>		193
<i>Ripario. Epist. L V.</i>		194
<i>Apronio. Epist. L V I.</i>		194
<i>Damaso. Epist. L V I I.</i>		194
<i>Damaso. Epist. L V I I I.</i>		195
<i>Orthodoxi & Luciferiani dialogus.</i>		196
<i>Ad Autimum, quid cauendum in libris scripti ἀρχόν. Epist. L I X.</i>		204
<i>Epiphanius Ioanni episcopo Hierosolymorum. Epist. L X.</i>		208
<i>Ad Pammachium, aduersus errores Ioan. Hierosol. Epist. L X I.</i>		212
<i>Aduersus Ioan. Hierosol. ad Theophilum. Epist. L X I I.</i>		225
<i>Prefatio Rufini in libros περὶ ἀρχόν Origenis. Epist. L X I I I.</i>		227
<i>Pammachius & Oceanus Hieronymo. Epist. L X I I I I.</i>		228
<i>Pammachio & Oceano. Epist. L X V.</i>		228
<i>Rufino. Epist. L X V I.</i>		231
<i>Ad Pammachium & Marcellinum Apologia Hieronymi aduersus Rufinum.</i>		232
<i>Apologia Hieronymi aduersus Rufinum Liber secundus.</i>		241
<i>Apologia Hieronymi aduersus Rufinum Liber tertius.</i>		251
<i>Aduersus Pelagium ad Ctesiphontem.</i>		263
<i>In dialogos aduersus Pelagianos proximum.</i>		268
<i>Dialogorum Hieronymi aduersus Pelagium Liber primus.</i>		268
<i>Dialogorum Liber secundus.</i>		286
<i>Dialogorum Liber tertius.</i>		292
<i>Theophilus Epiphaniæ. Epist. L X V I I.</i>		298

CATALOGVS.

<i>Hieronimus Theophilo. Epist. LXVIII.</i>	299	<i>Hieron. Damascus, Romanus Episcopus. Epist. CXXIII.</i>	
<i>Theophilus Hieronymo. Epist. LXIX.</i>	299	350.	
<i>Hieronimus Theophilo. Epist. LXX.</i>	299	<i>Damaso. Epist. CXXV.</i>	351
<i>Hieronimus Theophilo. Epist. LXXI.</i>	300	<i>Euagrio. Epist. CXXVI.</i>	354
<i>Theophilus Hieronymo. Epist. LXXII.</i>	300	<i>Fabiola. Epist. CXXVII.</i>	356
<i>Epiphanius Hieronymo. Epist. LXXIII.</i>	300	<i>De quadraginta duabus mansionibus.</i>	356
<i>Hieronimus Marcellae. Epist. LXXIII.</i>	300	<i>Ad Fabiolam de vestitu sacerdotum. Epist. CX XVIII.</i>	
<i>Aduersus Vigilantium. Epist. LXXV.</i>	300	364	
<i>Tranquillino. Epist. LXXVI.</i>	302	<i>Dardano. Epist. CXXIX.</i>	369
<i>Hieron. Marco presbytero Coledensi. Epist. LXXVII.</i>	302	<i>Marcellae. Epist. CXXX.</i>	372
<i>Pammachio & Marcellae. Epist. LXXVIII.</i>	303	<i>Rufino. Epist. CXXXI.</i>	373
<i>Alipio & Augustino. Epist. LXXIX.</i>	303	<i>Vitali. Epist. CXXXII.</i>	375
<i>Hieron. Augustino. Epist. LXXX.</i>	304	<i>Marcellae. Epist. CXXXIII.</i>	376
<i>Hieron. Augustino. Epist. LXXXI.</i>	304	<i>Sobronio. Epist. CXXXIII.</i>	376
<i>Marcellino & Anapsychie. Epist. LXXXII.</i>	304	<i>Sunia, & Fretelle. Epist. CXXXV.</i>	377
<i>Ocimo. Epist. LXXXIII.</i>	305	<i>Marcellae. Epist. CXXXVI.</i>	386
<i>Magno oratori Romano. Epist. LXXXIII.</i>	309	<i>Marcellae. Epist. CXXXVII.</i>	387
<i>Euagrio. Epist. LXXXV.</i>	310	<i>Marcellae. Epist. CXXXVIII.</i>	387
<i>Augustinus Hieronymo. Epist. LXXXVI.</i>	311	<i>Ad Cyprianum explanatio Psalmi octogesimo.</i>	
<i>Augustinus Hieronymo. Epist. LXXXVII.</i>	312	CXXXIX.	388
<i>Augustinus Hieronymo. Epist. LXXXVIII.</i>	314	<i>Ad Principiam virginum explanatio Psalmi quadragesimo-</i>	
<i>Hieronimus Augustino. Epist. LXXXIX.</i>	315	<i>quarti. Epist. CXL.</i>	393
<i>Augustinus Hieronymo. Epist. XC.</i>	320	<i>Ad Marcellam Psalmi CXXVI. expositio. Epist. CXL I.</i>	
<i>Hieronimus Augustino. Epist. XCI.</i>	320	398	
<i>Hieronimus Augustino. Epist. XCII.</i>	321	<i>Damaso. Epist. CXLII.</i>	399
<i>Augustinus Hieronymo. Epist. XCIII.</i>	322	<i>Ad Damasum Papam. Epist. CXLIII.</i>	403
<i>Hieronimus Augustino. Epist. XCIII.</i>	324	<i>Damasus Hieronymo. Epist. CXLIII.</i>	404
<i>Augustinus Praefatio. Epist. XCV.</i>	324	<i>Hieronimus Damaso. Epist. CXLV.</i>	405
<i>Hieron. Augustino. Epist. XCVI.</i>	324	<i>Hieronimus Damaso. Epist. CXLVI.</i>	406
<i>Augustinus Hieronymo. Epist. XCVII.</i>	324	<i>Amando. Epist. CXLVII.</i>	411
<i>Hieronimus Augustino. Epist. XCVIII.</i>	331	<i>Marcellae. Epist. CXLVIII.</i>	413
<i>Hieron. Afella. Epist. XCIX.</i>	331	<i>Ad Marcellam, de blasphemia in Spiritum sanctum. Epistola</i>	
<i>Bonaso. Epist. C.</i>	332	CXLIX.	414
<i>Ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Epist. CI.</i>	332	<i>Hedible. Epist. CL.</i>	415
332		<i>Algasia. Epist. CLI.</i>	424
<i>Marcellae. Epist. CII.</i>	336	<i>Hieronimi in Homiliis Cantici canticorum Origenis, ad</i>	
		<i>Damasum praefatio.</i>	435
		<i>Origenis Homiliae duae in Cantica canticorum, interprete D.</i>	
		<i>Hieronimo.</i>	435
		<i>Secunda Homilia.</i>	439
		<i>Minerio & Alexandro. Epist. CLII.</i>	444
		<i>Paulino. Epist. CLIII.</i>	449
		<i>Desiderio. Epist. CLIII.</i>	449
		<i>Ad Paulam Urbicam. Epist. CLV.</i>	450
		<i>In traditiones seu quaestiones Hebraicas librorum Genesios</i>	
		<i>prooemium.</i>	451
		<i>Quaestiones, sine traditiones Hebraicae in Genesim.</i>	451
		<i>In libros Regum.</i>	470
		<i>In librum Paralipomenon primum.</i>	483
		<i>In librum secundum Paralipomenon.</i>	491
		<i>In Loca Hebraica, prooemium.</i>	495
		<i>De Actis Apostolorum.</i>	512
		<i>In librum nominum Hebraicorum praefatio.</i>	515
		<i>Interpretatio nominum de Genesi iuxta numerum literarum.</i>	515
		<i>De Exodo.</i>	518
		<i>De Numeris.</i>	518
		<i>De Deuteronomio.</i>	520
		<i>In librum Iesu Nave.</i>	520
		<i>De libro Iudicum.</i>	522
		<i>Canticum Deborah.</i>	523
		<i>In Ruth.</i>	523
		<i>De primo libro Regum.</i>	523
		<i>De secundo libro Regum.</i>	524
		<i>De tertio libro Regum.</i>	525
		<i>De li-</i>	


TOMVS TERTIVS.

<i>Hieron. Paulino. Epist. CIII.</i>	337
<i>In Pentateuchum Moysi praefatio. CIIII.</i>	340
<i>In Iosue praefatio. CV.</i>	341
<i>In librum Regum praefatio. CVI.</i>	343
<i>In librum Paralipomenon praefatio. CVII.</i>	343
<i>Ad Domnionem, & Rogatianum in librum Paralip. praefatio. CVIII.</i>	344
<i>In Esdras & Nehemiam praefatio. CIX.</i>	344
<i>Ad Chromatium, & Heliodorum, in Tobiam praefatio. CX.</i>	344
<i>In Iudith praefatio. CXI.</i>	345
<i>In librum Hester praefatio. CXII.</i>	345
<i>In librum Iob praefatio. CXIII.</i>	345
<i>Alia praefatio. CXIII.</i>	346
<i>In Prouerbia, Ecclesiasten, & Canticum canticorum Salomonis praefatio. CXV.</i>	346
<i>Ad Paulam, & Eustochium, in librum Ecclesiasten praefatio. CXVI.</i>	347
<i>In translationem Esae praefatio. CXVII.</i>	347
<i>In Hieremiam praefatio. CXVIII.</i>	347
<i>In Ezechielem praefatio. CXIX.</i>	348
<i>In Daniele praefatio. CXX.</i>	348
<i>Ad Paulam, & Eustochium, in duodecim Prophetas, praefatio. CXXI.</i>	349
<i>In Ioclem praefatio. CXXII.</i>	349
<i>In quatuor Euangelia ad Damasum praefatio. CXXIII.</i>	349

CATALOGVS.

<i>De libris Regum.</i>	525	De secunda Petri.	532
<i>De Psalterio.</i>	526	De prima Epistola Ioannis.	532
<i>De Esaiâ.</i>	527	De tertia Epistola Ioannis.	532
<i>De Osee.</i>	527	De Epistola Pauli ad Romanos.	533
<i>De Amos.</i>	527	Ad Corinthios prima.	533
<i>De Michaa.</i>	527	Ad Corinthios secunda.	533
<i>De Iobele & Abdia.</i>	527	Ad Galatas.	533
<i>De Iona & Naum.</i>	527	Ad Ephesios.	533
<i>De Habacuc & Sophonia.</i>	527	Ad Colossenses.	533
<i>De Aggeo.</i>	527	Ad Thessalonicenses.	533
<i>De Zacharia & Malachia.</i>	528	Ad Hebræos.	533
<i>De Hieremia.</i>	528	De Timotheo. I.	534
<i>De Daniele.</i>	528	De Timotheo. II.	534
<i>De Ezechiele.</i>	528	De Tito.	534
<i>De Iob.</i>	529	De Philemone.	534
<i>De Euangelio Matthæi.</i>	529	De Apocalypsi Ioannis Apostoli.	534
<i>De Marco.</i>	530	De Epistola Barnaba.	534
<i>De Luca.</i>	530	Eruditissima Scholia Mariani Victorij Reatini, in omnes D.	
<i>De Ioanne.</i>	531	Hieronymi Epistolas.	535
<i>De Actus Apostolorum.</i>	531	Index locupletissimus.	
<i>De Epistola Iacobi Apostoli.</i>	532	Loca sacre scripturæ, à S. Hieronymo his tribus Epistolarum	
<i>De prima Epistola Petri Apostoli.</i>	532	Tomis explicata.	

FINIS.



D. EVSEBII HIERONYMI STRI-

DONIENSIS, AD HELIODORVM, DE

LAVDE VITÆ SOLITARIE.

EPISTOLA PRIMA.

ARGVMENTVM.

HELIODORVS, intimus D. Hieronymi amicus, vna cum eo in vastam solitudinem, quæ Syros ab Agarenis diuidit, accessit. Conatus est eum vir sanctus vti propositi locium retinere: verum cum non potuerit, absentem per hanc epistolam reuocare contendit. Scripsit autem eam ætate tunc adolescens, immo penè puer, calentibus adhuc rhetorum studiis, plenam lacrymis, querimonisque; vt quæ deserti sodalis monstraret affectum; eamque scholasticis quibusdam floribus, oratoria arte ludendo, mirificè ac luculenter ornauit. Exhortatoriam Epistolam ipse alibi vocat, quod in exhortatorio versetur genere: Heliodorum enim ad solitariam vitam multis hortatur: & quæ in contrarium adduci poterant argumenta, non minus oratione fecunda, quàm felici ingenio latè, copioseque refellit.

CAP. I.



QVANTO amore & studio contenderim, vt pariter in eremo moraremur, conscium mutæ caritatis pectus agnoscat. Quibus lamenis, quo dolore, quo gemitu te abeuntem profecutus sim, istæ quoque litteræ testes sunt, quas lacrymis carnis interlitas. Verum tu, quasi paruulus delicatus, contemptum rogantis per blandimenta fouisti: & ego incautus, quid tunc agerem, nesciebam. Tacerè? sed, quod ardentè volebam, moderatè dissimulare non poteram. Impensius obsecrarem: sed audire nolebas: quia similiter non amabas. Quod vnum potuit, spreta caritas fecit: quem præsentem retinere nõ valuit, quærir absentem. Quoniam igitur & tu ipse abiens postularas, vt, postea quàm ad deserta migrassem, inuitatoria ad te scripta trãmitterem: & ego me facturum promiseram: iniuto: iam propera.

Nolo pristinarum necessitudinũ recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Qui in Christum credis, & eius crede sermonibus. Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis. Non pera tibi sumenda, non virga est. Assatim diues est, qui cum Christo pauper est. Sed quid ago? Rursus improuidus obsecro? Abeant preces, blandimenta discedant. Debet amor læsus irasci. Qui rogantem cõtempseras, forsitan audies obiurgantè. Quid facis in paterna domo delicate miles? vbi vallũ? vbi fossa? vbi hyems acta sub pellibus? Ecce de cælo tuba canit, ecce cum nubibus, debellaturus orbem, imperator armatus egreditur: ecce bis acutus gladius, ex regis ore procedens, obuia quæque metit: & tu mihi de cubiculo ad acie, tu de vmbra egredieris ad solem? Corpus assuetum tunicis, lorice onus non fert. Caput opertum linteo galeam recusat. Mollem otio manum durus exasperat capulus. Audi edictum regis tui: Qui non est mecum, contra me est: & qui mecum nõ colligit, spargit. Recordare tyrociniũ tui diem, quo Christo in baptisate consepultus, in sacramenti verba iurasti, pro nomine eius non te patri parciturum esse, nõ matri. Ecce aduersarius in pectore tuo, Christum conatur occidere. Ecce donatium, quod militaturus acceperas, hostilia castra suspirant. Licet paruulus ex collo p̄deat nepos: licet, sparso crine, & scissis vestibus, vbera, quibus te nutrierat, mater ostēdat: licet in limine pater iaceat: per calcatum perge patrem: siccis oculis ad vexillũ crucis euola. Solum pietatis genus est, in hæc re esse crudelem. Veniet veniet postea dies

ille, quo victor reuertaris in patriam; quo per Hierosolymam cælestem vir fortis coronatus incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies: tunc & parentibus tuis eiusdem ciuitatis ius petes: tunc & pro me rogabis, qui te, vt vinceres, incitauit. Neque verò nescio, qua te dicas nunc compepe præpediri: Non est nobis ferreum pectus, nec dura præcordia. Non ex silice natos Hyrcanæ nutrire tigres. Et nos per ista transiuimus. Nunc tibi blandis vidua soror hæret laceris: nunc illi, cum quibus adoleuisti, vernulæ aiunt: Cui nos seruituros relinquis? nunc & gerula quondam, iam anus, & nutricius, secundus post naturalem pietatè pater clamitat: Morituros expecta paulisper, & sepeli. Forsitã & laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referes mammæ lallare, congeminet. Dicant, si volunt, & grammaticis: In te omnis domus inclinata recumbit. Facile rumpit hæc vincula, amor Dei, & gehennæ timor.

At contra scriptura præcipit, parētibus obsequendum. Sed quicumque eos supra Christum amat, perdit animam suam. Gladium tenet hostis, vt me perimat: & ego de matris lacrymis cogitabo: Propter patrem militiam Christi deserã, cui sepulturam Christi causa non debeo, quam etiam omnibus eius causa debeo? Domino passuro timidè Petrus consulens scandalum fuit. Paulus retinentibus se fratribus, ne Hierosolymam pergeret, respōdit: Quid facitis plorantes, & conturbantes cor meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine Domini Iesu Christi, Arius iste pietatis, quo fides quatitur, euangelij retundendum est muro. Mater mea, & fratres mei hi sunt, quicumque faciunt voluntatem patris mei, qui in cœlis est. Si credunt in Christum, faueat mihi, pro eius nomine pugnato: si non credunt, mortui sepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in martyrio. Erras frater, erras, si putas vnquã Christianum persecutionem nõ pati. Tunc maximè oppugnaris, si te oppugnari nescis. Aduersarius nõster, tanquam leo rugiēs, aliquem deuorare quærens circumit: & tu pacem putas? Seder in insidiis cum diuitibus, vt in occultis interficiat innocetem: oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in occulto, sicut leo in spelunca sua, insidiatur, vt rapiat pauperem: & tu, frondose arboris tectus vmbraulo, molles somnos, futurus præda, carpis? Inde me persequitur luxuria: inde auaritia conatur irumpere; inde venter meus vult mihi Deus esse pro Christo: compellit libido, vt habitantem in me Spiritum sanctum fugem, vt templum eius violem: persequitur, inquam, me hostis, cui nomina mille, mille

CAP. 3.
Exo. 10.

Matt. 16.

Act. 21.

Matt. 12.

Matt. 8.

1. Pet. 5.

Psal. 31.

CAP. 2.
Luc. 12.
Matt. 10.

Apo. 2.

Mat. 12.

nocendi artes: & ego infelix victorem me putabo, dum capior?

CAP. 4. Nolo, frater carissime, examinato pondere delictorum, minora credas idololatriæ crimine esse, quæ diximus. Immo Apostoli disce sententiam, qui ait: Hoc enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator aut immundus, aut auarus, aut fraudator, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Et quamquam generaliter aduersum Deum sapiat, quidquid diaboli est, & quod diaboli est, idololatria sit, cui omnia idola mancipantur: tamen & in alio loco speciatim, nominatimque determinat, dicens: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, deponentes fornicationem, immunditiam, & concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ sunt idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentia. Non est tantum in eo seruitus idoli, si quis duobus digitulis thuram in bustum aræ iaciat, aut haustum pateræ poculo fundat merum. Neget auaritiam esse idololatriam, qui potest triginta argenteis Dominum venditum appellare iustitiam. Neget sacrilegiū in libidine, sed is, qui membra Christi, & hostiam viuam, placetem Deo, cum publicarum libidinum victimis, nefaria colluione violauit. Non fateatur fraudem idololatriam esse, sed similis eorum, qui in Actibus Apostolorum ex patrimonio suo partem precij reseruantes, præfenti perire vindicta.

CAP. 5. Animaduerte frater, non tibi licet de tuis quidquam habere rebus. Omnis, inquit Dominus, qui non renunciauerit cunctis, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Cur timido animo Christianus es? Respice Petro relictum rete: respice surgentem de teloneo publicanum statim apostolum. Filius hominis non habet, vbi caput reclinet: & tu amplas porticus, & ingentia rectorum spatia metiris? Hæreditatem expectans sæculi, cohæres Christi esse non poteris. Interpretare vocabulum monachi, hoc est nomen tuū. Quid facis in turba, qui solus es? Et hoc ego, non integris rate vel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum præmoneo: sed quasi nuper naufragio eiectus in litus doctus nauata timida nauigaturus voce denuncio. In illo æstu Charybdis luxuriæ salutem vorat. Ibi ore virgineo, ad pudicitia perperanda naufragia, Scylla ceu renidens, libido blanditur. Hic barbarum litus, hic diabolus pyrata, cum sociis portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite esse securi. Licet in modum stagni fufum æquor arrideat: licet vix summa iacentis elementi spiritu terga crispentur: magnos hic campus montes habet: intus inclusum est periculum, intus est hostis, expeditæ rudentes, vela suspendiæ, crux antennæ figatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est.

CAP. 6. Sed forsitan dicturus es: Quid ergo? quicumque in ciuitate sunt, Christiani non sunt? Non est tibi eadem causa, quæ cæteris. Dominum ausculata dicentem: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & veni sequere me. Tu autem perfectus te fore pollicitus es. Nam cum, derelicta militia, te castrasti propter regna cælorum, quid aliud quam perfectam secutus es vitam? Perfectus autem seruus Christi, nihil præter Christū habet: aut, si quid præter Christum habet, perfectus non est: & si perfectus non est, cum se perfectum fore Deo pollicitus sit, ante Deum mentitus est. Os autem, quod mentitur, occidit animam. Igitur, vt concludam, si perfectus es, cur bona paterna desideras? Dominum fecellisti, si perfectus non es. Diuinis Euangelium vocibus contonar: Non potestis duobus dominis seruire: &

audet quisquam medacem Christum facere, mammonæ & Domino seruando? vociferatur ille sæpè: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et ego onustus auro arbitror me Christum sequi? Qui dicit se in Christum credere, debet, quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare. Quod si nihil habes, vt te responsorum scio: cur, tam bene paratus ad bella, non militas? Nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere, cū in sua Dominus signa non fecerit. Et cur id? cum auctoritate fume ratione. Nemo propheta in patria sua honorem habet. Non quæro, inquires, honorem, sufficit mihi consciētia mea. Neque Dominus quærebat; quippe qui, ne à turbis rex constitueretur, au fugit. Sed vbi honor non est, ibi contemptus est, vbi contemptus, ibi frequens iniuria: vbi autem iniuria, ibi & indignatio: vbi indignatio, ibi quies nulla: vbi quies non est, ibi mens à proposito sæpè deducitur: vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo, quod tollitur: & vbi minus est, perfectum non potest dici. Ex hac supputatione, illa summa nascitur, monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle, delinquere est.

Sed, de hoc gradu pulsus, prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certè in suis vrbibus commorantur? Absit vt de his quicumque sinistram loquar, qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore consuecunt, per quos & nos Christiani sumus: qui clauis regni cælorum habentes, quodam modo ante iudicij diem iudicant: qui sponsam Domini sobria castitate conseruant. Sed alia, vt ante perstrinxim, monachorum est causa, alia clericorum. Clerici pascent oues: ego pascor. Illi de altario viuunt: mihi, quasi infructuosæ arbori, securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in Euangelio anum viduam, duo, quæ sola sibi supererant, æra mittentem in gazophylacium, laudauerit Dominus. Mihi ante presbyterum sedere non licet: illi, si peccauero, licet tradere me Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Et in veteri quidem lege, quicumque Sacerdotibus non obtemperasset; aut, extra castra positus, lapidabatur à populo; aut, gladio ceruice subiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens, spirituali mucrone truncatur; aut, eiectus de Ecclesia, rabido demonum ore discerpitur.

Quod si te quoque, ad eundem ordinem, pia fratrum blandimenta sollicitant: gaudebo de ascensu, timebo de lapsu. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Scimus ista: sed iunge, quod sequitur: Oportet autem huiusmodi irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, pudicum, prudentem, ornatū, hospitalē, docibile, non vinolentum, non percussorē, sed modestum: Et cæteris, quæ de eo sequuntur, explicitis, non minorem in tertio gradu adhibuit diligentiam, dicens: Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpilucros, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum; & sic ministrent, nullum crimen habentes. Væ illi homini, qui vestem non habens nuptialem, ingreditur ad cœnam. Nihil superest, nisi vt statim audiat: Amice, quo modo huc intraisti? Et illo obmutescente, dicatur ministris: Tollite illum, ligatis manibus, & pedibus; & mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. Væ illi, qui acceptum talentum in sudario ligans, cæteris lucra facienti-

Luc. 9.

Luc. 4.

CAP. 7.

Matt. 16.
18.

1. Co. 13.

CAP. 8.

1. Tim. 3.

Matth. 23.

Matth. 23.

cienti-

cientibus, id tantum, quod acceperat, reseruaui. Illico indignantis domini responsione, ac clamore ferietur: Serue nequam, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem eam? Id est, depoluisse ad altare, quod ferre non poterat. Dum enim tu ignauus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupasti. Quam obrem sicuti, qui bene ministrat, bonum gradum sibi acquirit: ita, qui indignè ad calicem Domini accedit, reus erit Domini corporis, & sanguinis. Non omnes episcopi, episcopi sunt. Attendis Petrum: sed & Iudam considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaum respice; quem Dominus in Apocalypsi sua damnat sententia: qui tam turpia & nefanda commentus est, vt Nicolaitarum haresis ex illa radice nascatur. Probet se vnusquisque, & sic accedat. Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius centurio, adhuc ethnicus, dono sancti spiritus mundatur. Presbyteros Daniel puer iudicat. Amos ruborum mora distringens, repente propheta effectus est. Dauid pastor eligitur in regem. Minimum discipulum Iesus amat plurimum. Inferius frater accumbet, vt, minore adueniente, sursum iubearis ascendere. Super quem Dominus requiescit, nisi super humilem, & quietum, & trementum verba sua? Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormenta patientur. Nec sibi quisquam de corporis tantum mundi castitate supplaudat, cum omne verbum otiosum quocumque locuti fuerint homines, reddituri sint de eo rationem in die iudicij; cum etiam conuicium in fratrem, homicidij sit reatus. Non est facile, stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christo regnantium: ne forte veniat angelus, qui scindat velum templi tui, qui candelabrum tuum de loco moueat. Edificaturus turrim, futuri operis sumptus supputa. Infatuatum sal ad nihil est vtile, nisi vt proiciatur foras, & à porcis conculcetur. Monachus si ceciderit, rogabit pro eo sacerdos: pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est?

Sed quoniam è scopulosis locis enauigauit oratio; & inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in altum cymba processit; pandenda vela sunt ventis, & quaestionum scopulis transuadatis, lætantium more nauarum, epilogi celeuma cantandum est. O desertum, Christi floribus vernans. O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis extruitur. O cremus familiaris Deo gaudens. Quid agis frater in sæculo, qui maior es mundo? quamdiu te tectorum vmbræ premunt? quamdiu fumosarum vrbiu[m] carcer includit? Crede mihi, nescio quid plus lucis aspicio. Liber, sarcina corporis abiecta, ad purum ætheris euolare fulgorem. Paupertatem times? sed beatos Christum pauperes appellat. Labore tereris? at nemo athleta sine sudore coronatur. De cibo cogitas? sed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exesa ieiunij membra collidere? sed Dominus tecum iacet. Squalidi capitis horret inculta cæsaries? sed caput tuum Christus est. Infinita eremi vastitas te terret? sed tu paradysum mente deambula. Quotiescumque illuc cogitatione conscenderis, toties in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis: sed qui in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lauare. Et vt breuiter ad cuncta audias Apostolum respondetem: Non sunt, inquit, condignæ passionis huius sæculi ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Delicatus es frater, si & hic vis gaudere cum sæculo, & postea regna-

re cum Christo. Veniet, veniet illa dies, qua corruptium hoc, & mortale, incorruptionem induat, & immortalitatem. Beatus seruus, quem Dominus inuenit vigilantem. tunc ad vocem tubæ patebit terra cum populis, & tu gaudebis. Iudicatio Domini, lugubre mundus immugiet: tribus ad tribum, pectora ferient: Potentissimi quondam reges, nudo latere palpitabunt. exhibebitur cū prole sua verè tūc ignitus Iupiter: adducetur & cum suis stultus Plato Discipulis: Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus & pauper exultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus Deus meus: ecce iudex, qui obuolutus pannis in præsepio vagijit. hic est ille operarij & quæstuarie filius: hic, qui matris gestatus sinu, hominem Deus fugit in Ægyptum: hic vestitus coccino: hic sentibus coronatus: hic Magus demonium habens, & Samarites. Cerne manus Iudæe, quas fixeras: cerne latus Romane, quod foderas. vide dete corpus an idem sit, quod dicebatis clam nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me compulit, vt hæc tibi frater dicerem; vt his tunc interesset contingat, pro quibus nunc labor durus est.

HIERONYMVS AD NEPOTIANVM, DE VITAE CLERICORUM, & SACERDOTUM.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

NEPOTIANVS, Heliodori ex sorore nepos, iuuenis adhuc ætate, verum senili animo, petierat per litteras à D. Hieronymo, vt illi viuendi formam, quæ à clericis, vel monachis seruari debet, præscriberet. facit hoc vir sanctus præfenti epistola; in qua præcipue multis multa ad eorum vitam pertinentia luculenter exponit.



ET IS à me, Nepotiane carissime, litteris transmarinis, & crebro petis, vt tibi breui volumine digeram præcepta viuendi, & qua ratione is, qui, sæculi militia derelicta, vel monachus cœperit esse, vel clericus, rectè Christi tramitem teneat, ne ad diuersa vitiorum diuerticula rapiatur. Dum essem adolescens, impenè puer, & primos imperus lasciuientis ætatis eremidituta restrenarem, scripsi ad auunculum tuum, sanctum Heliodorum exhortatoriam epistolam, plenam lacrymis, querimonijque, & quæ deserti sodalis monstraret affectum. Sed in illo opere pro ætate tunc iustus: &, calentibus adhuc rhetoricum studijs, atque doctrinis, quædam scholastico flore depinximus: nunc, iam cano capite, & arata rugis fronte, & instar bouum pendentibus à mento palcaribus, Frigidus obstitit circum præcordia sanguis. Vnde & in alio loco idem poeta canit: Omnia fert ætas, animum quoque. Et post modicum: Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœtin iam fugit ipsa. Quod ne de gentili tantum litteratura proferre videamur, diuinorum voluminum sacramenta cognosce. Dauid annos natus septuaginta, bellicosus quondam vir, senectute frigescens, non poterat caleferi. quaritur itaque puella de vniuersis finibus Israel Abisag Sunamitis, quæ cum rege dormiret, & senile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur si occidentem sequaris litteram, vel figmentum esse de mimo, vel Atellanarum ludicra? Frigidus senex obuoluit vestimentis, & nisi complexu adolescentulæ non tepescit. viuebat adhuc Bethsabee: supererat Abygal, & reliquæ vxores eius, & cõ-

Apoc. 1.

Act. 10.

Deut. 13.

Amos 1.

1. Reg. 16.

Ioan. 19.

Luc. 14.

Isa. 66.

Sap. 6.

Matth. 12.

Apoc. 2.

Luc. 14.

Matth. 5.

CAP. 9.

Matth. 5.

Rom. 8.

CAP. 1.

3. Reg. 1.

2. Par. 3.
Gen. 23.
25.

Gen. 35.

Deut. 24.

CAP. 2.

Prou. 4.

cubinæ, quas scriptura commemorat. omnes quasi frigida repudiantur, & in vnus tantum grandæuus calefcit amplexibus. Abraham multo Dauid senior fuit, & tamen, viuente Sara, aliam non quæsiuit vxorem. Isaac duplices Dauid annos habuit, & cum Rebecca iam vetula numquam friguit. Taceo de prioribus ante diluuium viris, qui post annos non-gentos, noti dico senilibus, sed pene iam cariis artibus, nequaquam puellares quæsiere amplexus. Certè Moyses, dux Israelitici populi, centum & viginti annos habebat, & Sephoram non mutauit. Quæ est igitur ista Sunamitis, vxor & virgo, tam feruens, vt frigidum calefaceret; tam sancta, vt calentem ad libidinem non prouocaret? Exponat sapientissimus Salomôn patris sui delicias; & pacificus bellatoris viri narret amplexus. Posside sapientiam, posside intelligentiam. Ne obliuiscaris, & ne declinaueris à verbis oris mei. neque derelinquas illam, & apprehendet te: ama illam, & seruabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam; & in omni possessione tua, posside intelligentiam: circumda illam, & exaltabit te: honora illam, & amplexabitur te: vt det capiti tuo coronam gratiarum. Corona quoque deliciarum proteget te. Omnes pene virtutes corporis mutantur in senibus; & crescente sola sapientia decrescunt cætera, ieiunia, vigiliae, & elemosinæ, chameuniæ: huc illucque discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, infantia orationum, perseverantia, visitatio languentium, labor manuum, vnde præbeantur elemosinæ. Et, ne sermonem longius protraham, cuncta, quæ per corpus exercentur, fracto corpore minora fiunt. Nec hoc dico, quod in iuuenibus & adhuc solidioris ætatis, his dumtaxat, qui labore & ardentissimo studio, vitæ quoque sanctimonia, & orationis ad Dominum Iesum frequentia, scientiam consecuti sunt, frigeat sapientia, quæ in plerisque senibus ætate marcescit; sed quod adolescentia multa corporis bella sustineat, & inter incentiua vitiorum, & carnis vitillationes, quasi ignis in lignis viridibus, suffocetur, vt suū non possit explicare fulgorem. Senectus verò rursus eorū, qui adolescentiam suā honestis artibus instruxerūt, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, vsu tritior, processu tēporis sapiētior, & veterum studiorū dulcissimos fructus metit. Vnde & sapiēs ille vir Græciæ Themistocles, cū, expletis centū & septē annis, se mori cerneret, dixisse fertur se dolere, quod tunc egrederetur è vita, quando sapere cœpisset. Plato, 81. anno scribens, mortuus est. Et Isocrates, 90. & 9. annos in docendi scribendiq; labore cōpleuit. Taceo cæteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonē, Cleanthem; qui, iam ætate longæua, in sapientiæ studijs floruerunt. Ad poetas venio; Homerū, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum: qui grandes natu, cygnicum nescio quid, & solito dulcius, vicina morte, cecinerunt. Sophocles, cum propter nimiam senectutem, & rei familiaris negligentiam à filijs accusaretur amentia, Oedipi fabulam, quam nuper scripserat, recitauit iudicibus; & tantum sapientiæ in ætate iam fracta specimen dedit, vt seueritatem tribunalium in theatri fauorem verteret. Nec mirum, cum etiam Cato Censorius, Romani generis disertissimus iam & senex, Græcas litteras discere nec erubuerit, nec desperauerit. Certè Homerus refert, quod de lingua Nestoris, iam vetuli, & pene decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.

CAP. 3.

Sed & ipsius nominis Abisag sacramentum, sapientiam fenum indicat ampliore. Interpretatur

enim, pater meus superfluus, vel patris mei rugitus. Verbum superflui ambiguum est, sed in præsentī loco virtutem sonat; quod amplior sit in senibus, & redundans ac larga sapientia. In alio autem loco superfluus, quasi non necessarius ponitur. Abisag autem, id est, rugitus proprie nuncupatur; quod, vt maris fluctus, resonat, & vt ita dicam, de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo ostenditur abundantissimum, & vltra humanam vocem diuini sermonis in senibus tonitruum commorari. Porrò Sunamitis in lingua nostra, coccinea dicitur: vt significet calere sapientiam, & diuina lectione feruere: quod licet Dominici sanguinis indicet sacramentū, tamen & feruorem ostendit sapientia. Vnde & obfretrix illa in Genesi coccinū ligat in manu Phares, qui ab eo, quod parietem diuiserat, duos ante populos separantem, diuisoris, id est Phares, sortitus est nomen. Et Rahab meretrix, in typo Ecclesiæ resticulain mysterium sanguinis continentem, vt, Hiericho pereunte, domus eius saluaretur, appendit in fenestra. Vnde & in alio loco de viris sanctis scriptura commemorat: Hi sunt, qui venerunt de calore domus patris Rechab. Et Dominus noster in Euangelio, Ignem, inquit, veni mittere in terram, & quam volo vt ardeat. Qui in discipulorum corda succensus, coegebat eos dicere: Nōne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas.

Quorsum hæc tam longo repetita principio? Ne à me quæras pueriles declamationes, sententiarum flosculos, verborum lenocinia, & per fines capitulorum singulorum acuta quædam breuiterque conclusa, quæ plausus & clamores excitent audientium. Amplexetur me modò sapientia: & Abisag nostra, quæ numquā senescit, in meo requiescat sinu. Impoluta est, virginitatisq; perpetuæ, & quæ in similitudinem Mariæ, cū quotidie generet, semperq; parturiant, incorrupta est. Hinc reor dixisse Apostolū: Spiritu feruentes: Et in Euangelio Dominū prædicasse, quod in fine mundi, quando, iuxta prophetā Zachariam, stultus pastor esse cœperit, sapientia decrescet, refrigescet caritas multorum. Audi igitur, vt beatus Cyprianus ait, non diserta, sed fortia. Audi fratrem collegio, patrem senio: qui te ab incunabulis fidei vsque ad perfectam ducat ætatem, & per singulos gradus viuendi præcepta constituens, in te cæteros erudiat. Scio quidem, ab auunculo tuo beato Heliodoro, qui nunc pontifex Christi est, te & didicisse, quæ sancta sunt, & quotidie discere; normamque vitæ eius, exemplum habere virtutum. Sed & nostra, qualiacumque sunt, suscipe; & libellum hūc libello illius copulato, vt, cum ille te monachū erudierit, hic clericum doceat esse perfectum.

Igitur Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. si enim Græcè, fors Latinè appellatur: propterea vocatur clericus, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, id est pars, clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet; talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum propheta dicit: Pars mea Dominus: nihil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia: si aurum, si argentū, si possessiones, si variam suppellectilem; cum istis partibus, Dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars Domini sum, & funi-

Gen. 38.

Isa. 1.

1. Paral. 2.
Luc. 12. 44

CAP. 4.

Rom. 12.
March. 24.
Zach. 11.

CAP. 5.

Psal. 17.

funiculus hereditatis eius; nec accipio partem inter ceteras tribus, sed, quasi leuita, & sacerdos, viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione sustentor: habens victum, & vestitum, his contentus ero; & nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaque te, & repetens, iterumque iterumque monebo, ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia; ne plus habeas, quam quando clericus esse cepisti; & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi, quam fuerant seculares; & clerici, qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerant; vt suspiret eos ecclesia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos. Mensulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Christus conuiuia nouerit. Negotiatorum clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Corruptunt mores bonis confabulationes pessimæ. Tu aurum contemnis, alius diligit: tu calcas opes, ille sectatur: tibi cordi silentium, mansuetudo, secretum; illi verboritas, attrita frons, cui nundinæ, fora placent, & plateæ ac medicorum tabernæ. In tanta morum discordia, quæ potest esse concordia? Hospitulum tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas, & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Nec sub eodem tecto mansites: nec in præterita castitate confidas. Nec sanctior Dauid, nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier ceciderit.

Hier. 11.

1. Cor. 1.5.

Gen. 3.

CAP. 6.

Ægrotanti tibi quilibet sanctus frater assistat, & germana, vel mater, aut probatæ quælibet apud omnes fidei. Quod si huiusmodi non fuerint consanguinitatis castimoniamque, personam multas anus nutrit Ecclesia, quæ & officium præbeant, & beneficiū accipiant ministrando, vt infirmitas quoque tua fructum habeat eleemosynæ. Scio quosdam conualuisse corpore, & animo ægrotare cepisse. Periculose tibi ministrat, cuius vultum frequenter attēdis. Si, propter officium clericatus, aut vidua visitatur, aut virgo; nunquam domum solus introeas. Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si lector, si acolythus, si psalter te sequitur: non ornentur veste, sed moribus: nec calamistiro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola, secretò, & absque arbitro, vel teste, non sedeas. Si familiaris est aliquid loquendum: habet nutricem maiorem domus, virginem, viduam, vel maritam: non est tam inhumana, vt nullum præter te habeat, cui se audeat credere. Caueto omnes suspitiones; &, quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicitas, & oblatos ac degustatos cibos, blandasque & dulces litterulas, sanctus amor non habet. Mel meū, lumen meum, meum desiderium, omnes delicias, & lepores, & risu dignas vrbanitates, & cæteras ineprias amatorum, in comœdijs erubescimus, in vœculi hominibus detestamur: quanto magis in monachis, & in clericis, quorum & sacerdotium proposito, & proposito ornatur sacerdotio? Nec hoc dico, quod aut in te, aut in sanctis viris ista formidem; sed quod in omni proposito, in omni gradu, & sexu & boni & mali reperiantur; malorumque condemnatio, laus bonorum sit.

CAP. 7.

Pudet dicere: sacerdotes idolorū, mimi, & aurigæ, & sortea hereditates capiūt: solis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non à persecutoribus, sed à principibus Christianis. Nec de lege con-

queror; sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonū est; sed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio? Prouida seueraque legis cautio, & tamen nec sic refrenatur auaritia. Per fidei commissæ legibus illudimus; & quasi maiora sunt imperatorum scita, quam Christi, leges timemus, euangelia contemnimus. Sit heres, sed mater filiorum, id est, gregis sui, Ecclesia: quæ illos genuit, nutriuit, & pauit. Quid nos inserimus inter matrem, & liberos? Gloria episcopi est, pauperum inopiæ providere. Ingnominia sacerdotis est, proprijs studere diuitijs. Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram: nunc simulam, & mella fastidio. Noui & genera, & nomina piscium: in quo litore concha lecta sit, calleo: saporibus auium discerno provincias; & ciborum me raritas, ac nouissimè damna ipsa delectant. Audio præterea in senes, & anus absque liberis, quorūdam turpe seruitium. Ipsi apponunt matulam; obsident lectum; purulentiam stomachi, & phlegmata pulmonis manu propria suscipiunt: paudent ad introitum medici: trementibusque labijs, an commodius habeant, sciscitantur: & si paululum senex vegetior fuerit, periclitantur; simulataque lætitia, mens intrinsecus auara torquetur: timet enim, ne perdant ministerium; & viuacem senem, Mathusalem annis comparant. O quanta apud Deum merces, si in præsentem pretium non sperarent. Quantis sudoribus hereditas casta expetitur? Minori labore margaritum Christi emi poterat.

Diuinas scripturas sæpius lege; immo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Discere, quod doceas: obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; vt possis exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi; sciens, à quo didiceris; paratus semper ad satisfactionem, omnipotenti te rationem, de ea, quæ in te est, spe. Non confundant opera tua sermonem tuum: ne, cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet reuondeat, cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiunijs dispurat. Accusare auaritiam & latro potest: sacerdotis Christi os, mens, manusque concordent.

CAP. 8.
Tit. 1.

2. Tim. 3.

1. Pet. 3.

Esto subiectus pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. Amare filiorum, timere seruorum est. Si pater sum, inquit; vbi est honor meus? Si dominus ego sum; vbi est timor meus? Plura tibi in eodem viro obseruanda sunt nomina, monachus, pontifex, auunculus, qui te iam in omnibus, quæ sancta sunt, docuit. Illud etiam dico, quod episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos: honorēt clericos, quasi clericos; vt & ipsis à clericis, quasi episcopis, honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habeam vt principem; cum tu me non habeas vt senatorem? Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum & presbyteros esse nouerimus: Vnus dominus, vnus templum, vnus sit etiam ministerium. Recordemur semper, quid apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus: Pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntariè; neque vt dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo: vt, cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs, tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui; quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et si alij, inquit,

CAP. 9:
Malac. 2.

1. Pet. 4.

1. Cor. 14. apostolus Paulus, fuerit reuelatum sedenti; prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discant; & omnes consolentur: & spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis Deus, sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.

CAP. 10. Docente te in ecclesia, non clamor populi, sed gemitus susciteretur. Lacrymæ auditorum, laudes tuæ sunt. Sermo presbyteri, scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse, & rabulam, garulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, & sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sæpe, quod nescit; & cum aliis persuaserit, sibi quoque vsurpat scientiam. Præceptor quodam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me vt exponeret, quid sibi vellet in Luca, sabbathum *δευτερεσιμων*, eleganter luit: Docebo te, inquit, super hac re in ecclesia: in qua, mihi omni populo acclamante, cogaris inuitus scire quod nescis: aut certe, si solus tacueris, solus ab omnibus sultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere: quæ, quidquid non intelligit, plus miratur. M. Tullius, in quæ pulcherrimum illud elogium est: Demosthenes tibi præripuit, ne esses primus orator; tu illi, ne solus: in oratione pro Q. Gallio, quid de favore vulgi, & de imperitis concionatoribus loquatur, attende: ne his fraudibus ludaris. Loquor enim, quæ sum ipse nuper expertus. Vnus quidam poëta, nominatus homo perlitteratus, cuius sunt illa colloquia Poëtarum, ac Philosophorum, cum facit Euripidem & Menandrum inter se, & alio loco Socratem atque Epicurum differentes, quorum ætates non annis, sed sæculis scimus esse distinctas, quantos is plausus, & clamores mouet? multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerant.

CAP. 11. Vestes pullas æquæ deuita, vt candidas. Ornatus, vt sordes, pari modo fugiendæ sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Non absque amictu lineo incedere, sed prætium vestium linearum non habere, laudabile est. Alioquin ridiculum, & plenum dedecoris est, referto mæsupio, quod sudarium orariumque non habeas, gloriari. Sunt qui pauperibus paulum tribuunt, vt amplius accipiant, & sub prætextu elemosynæ quærunt diuitias: quæ magis venatio appellanda est, quam elemosynæ genus. Sic bestiæ, sic aues, sic capiuntur & pisces. Modica in hamo esca ponitur, vt matronarum in eo sæculi protrahantur. Sciat episcopus, cui commissa est ecclesia, quem dispensationi pauperum curæque præficiat. Melius est non habere, quod tribuam; quam impudenter petere, quod recondam. Sed & genus arrogantia est, clementiorem te velle videri, quam postifex Christi est: Non omnia possumus omnes. Alius in ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, venter: & cætera. Lege Pauli epistolam ad Corinthios; quo modo diuersa membra vnum corpus efficiunt. Nec rusticus tamen & simplex frater ideo se sanctum putet, si nihil nouerit: nec peritus, & eloquens, lingua estimet sanctitatem. Multoque melius est e duobus imperfectis, rusticitatem sanctam habere, quam eloquentiam peccatricem.

CAP. 12. Multi ædificant parietes, & columnas ecclesiæ substruunt: marmora nitent: auro splendent la-

quearia: gemmis altare distinguitur: & ministrorum Christi nulla electio est. Neque verò mihi aliquis opponat diues in Iudæa templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à Domino, quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum, erat redemptio peccatorum. Quamquam hæc omnia præcesserint in figura: Scripta sunt autem propter nos, in quos fines sæculorum deuenerunt. Nunc verò, cum paupertatem domus suæ pauper Dominus dedicarit, cogitemus crucem eius, & diuitias lutum putabimus. Quid miramur, quod Christus vocat iniquum mammona? quid suspicimus, & amamus, quod Petrus se non habere, gloriose testatur? alioquin, si tantum litteram sequimur, & in auro atque diuitiis simplex nos delectat historia, cum auro obseruemus, & cætera. Ducant pontifices Christi, vxores virgines: Quamuis bonæ mentis sit qui cicatricem habuerit, & deformis est; priuetur sacerdotio; lepra corporis, animæ vitii præferatur: Crescamus, & multiplicemur, & repleamus terram, nec immolemus agnum, nec mysticum pascha celebremus: quia hæc absque templo fieri, lege prohibentur. Figamus septimo mensē tabernaculum, & solemne ieiunium buccina concrepemus. Quod si hæc omnia spiritualibus spiritualia comparantes, scientesque cum Paulo, quod lex spiritualis est, & Dauid verba cantantes: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: sic intelligimus, vt Dominus quoque noster intellexit, & interpretatus est sabbathum: aut aurum repudiemus cum cæteris substitutionibus Iudæorum: aut, si aurum placet, placeant & Iudæi; quos cum auro aut probare nobis necesse est, aut damnare.

Coniuiua tibi vitanda sunt sæculariū, & maxime eorum, qui honoribus tumēt. Turpe est, ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui cibo quoque vesceretur alieno, listores consuli, & milites excubare: iudicemque prouinciæ melius apud te prædere, quam in palatio. Quod si obtuleris te facere hæc, vt roges pro miseris atque subiectis: iudex sæculi plus deferet clerico cõtinenti, quam diuiti; & magis sanctitatem tuam venerabitur, quam opes. Aut, si talis est, qui non audiat clericos pro quibuslibet tribulatis nisi inter phylas: libenter carebo huiusmodi beneficio, & Christum rogabo pro iudice; qui magis, & citius subuenire potest, quàm iudex. Melius enim est confidere in Domino, quam confidere in homine: melius est sperare in Domino, quam sperare in principibus.

Numquam vinum redoleas, ne audias illud Philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Vinoleros sacerdotes & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet: Qui altario deseruiunt, vinum & ficeram non bibant. Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest, siue illa quæ frumento conficitur, siue pomorum succo, aut cum faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorē, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Quidquid inebriat, & statum mentis enertit, fuge similiter vt vinum. Nec hoc dico, quod Dei à nobis creatura damnetur: siquidem & Dominus vini potator est appellatus; & Timotheo, dolēti stomachum, modica vini sorbitio relaxata est: sed modum pro ætatis, & valetudinis, & corporum qualitate exigimus in potando. Quod si absque vino atque adolescentia, & inflammor calore sanguinis, & succul-

1. Cor. 10.

Luc. 16. Act. 3.

Rom. 7. Psal. 81. Mar. 2. Mat. 12.

CAP. 13.

Psal. 117.

CAP. 14. Tit. 2. Leuit. 10.

Deut. 14.

Matth. 11. 1. Tim. 5.

culento validoq; sum corpore: libenter carebo poculo, in quo suspitio veneni est. Pulchrè dicitur apud Græcos, & nescio an apud nos aequè resonet: Pinguis venter non gignit mentem tenuem.

CAP. 15. Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre potes. Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, & non supersticiosa ieiunia. Quid prodest, oleo non vesci, & molestias quasdam difficultatesq; ciborum querere, carycas, piper, nuces, palmarum fructus, similitam, mel, pistacia? Tota hortorum cultura vexatur, ut cibario non vescamur pane; & dum delicias sectamur, à regno calorum retrahimur. Audio præterea quosdam, contra rerum hominumq; naturam, aquam non bibere, nec vesci pane, sed forbitunculas delicatas, & contrita olera, baccarumq; succum non calice forbere, sed concha. Pro pudor, non erubescimus istiusmodi ineptijs, nec tædè superstitionis? Insuper etiam famam abstinentiæ in delicijs querimus. Fortissimum ieiunium est, aqua & panis: sed quia gloriam non habet, & omnes pane & aqua viuimus, quasi publicum & commune ieiunium non putatur.

CAP. 16. Caue, ne hominum rumuscolum aucuperis, ne offensam Dei populorum laude commutes. Si adhuc, inquit Apostolus, hominibus placerem, Christi seruus non essem. Desijt placere hominibus, & seruus factus est Christi. Per bonam famam & malam, à dextris & à sinistris, Christi miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur: non diuitijs tumet, non contrahitur paupertate; & lata contemnit, & tristitia: per diem sol non vrit eum, neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter precum tuarum frangat aura popularis. Nolo te dilatare simbrias, & ostentui habere phylacteria, & conscientia repugnante pharisaica ambitione circumdari. Quanto melius erat, hæc non in corpore, sed in corde gestare; & Deum habere fautorem, non aspectus hominum? Inde pendet euangelium, inde lex & prophetæ, siue sacra & apostolica doctrina. Melius est enim, hæc omnia in mente portare, quam in corpore. Fidelis mecum lector intelligis, quæ taceam, & quid magis tacendo loquar.

Tot te regulæ, quot species gloriarum percurrant. Vis scire, quales Dominus querat ornatus? Habeto prudèntiam, iustitiam, temperantiam, fortitudinem. His cæli plagis includere: hæc te quadriga, velut aurigam Christi, ad metam concita ferat. Nihil hoc monili pretiosius, nihil hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris, atque protegeris: & ornamento tibi sunt, & tutamini, gemmæ vertuntur in scuta.

CAP. 17. Caue quoq; ne aut linguam, aut aures habeas prurientes, id est, ne aut ipse alijs detrahas, aut alios audias detrahentes. Sedens, inquit, aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè, quòd ero tui similis: arguam te, & stantiam contra faciem tuam. Parce à detractione linguæ: custodi sermones tuos: & scito, quia per cuncta, quæ de alijs loqueris, tua conscientia iudicaris; & in his ipse deprehenderis, quæ in alijs arguebas. Neque verò illa iusta est excusatio: Referentibus alijs iniuriam facere non possum. Nemo inuito auditori libèter refert. Sagitta in lapidem numquam figitur, interdum resiliens percutit dirigentem. Discat detractor, dum te videt non libenter audire, non facile detrahere.

Cum detractoribus, ait Salomon, ne miscearis: quoniam repente veniet perditio eorum; & ruina ventrisque quis nouit: tam videlicet eius, qui detrahit, triusque quis nouit: tam videlicet eius, qui detrahit,

quam illius, qui accommodat aurem detrahenti.

Officij ergo tui est, visitare languentes, nosse domos matronarum, ac liberos earum: & nobilium virorum custodire secreta. Officij tui est, non solum oculos castos seruare, sed & linguam. Numquam de formis mulierum disputes; nec, quid agatur in alia, domus alia per te nouerit. Hippocrates adiurat discipulos antequam doceat, & in verba sua iurare cõpellit: extorquet sacramento silentium; sermonem, incessum, habitum, moresq; præscribit. Quato magis nos, quibus animarum cura commissa est, omnium Christianorum domos debemus amare, quasi proprias? Consolatores potius nos in mœroribus suis, quam conuiuas in prosperis, nouerint. Facile cõtemnitur clericus, qui sæpe vocatus ad prandium, non recusat. Numquam petentes, raro accipiamus rogati. Beatius enim est, magis dare, quam accipere. Nescio enim quo modo etiam ipse, qui deprecatur ut tribuat, cum acceperis, viliores te iudicat, & mirum in modum, si eum rogantem cõtempseris, plus te posterius veneratur. Prædicator continentia, nuptias ne conciliet. Qui Apostolum legit, dicentem: Superest, ut, qui habent uxores, sic sint, quasi non habeant: cur virginem cogit ut nubat? Qui de monogamia sacerdos est, quare viduam hortatur ut digama sit?

Procuratores & dispensatores domorum alienarum, atque villarum, quo modo possunt esse clerici, qui proprias iubentur continere facultates? Amico quippiam rapere, furtum est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium est: accepisse quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere; omnium prædonum crudelitatem superat. Ego fame torqueor, & tu iudicas quantum ventri meo satis sit. aut diuide statim, quod acceperis; aut, si timidus dispensator es, dimitte largitore, ut sua ipse distribuatur. Nolo, sub occasione mea facculus tuus plenus sit. Nemo mea melius me seruare potest. Optimus dispensator est, qui sibi nihil referuat.

Coegisti me, Nepotiane carissime, lapidato iam virginitatis libello, quem sanctæ Eustochio Romæ scripseram, post annos decem rursus Bethlehem ora reserare, & cõfodiendum me linguis omnium proderere. Aut enim nihil scribendum fuit, ne hominum iudicium subiremus, quod tu facere prohibuisti; aut scribentes nosse, cunctorum aduersum nos maledicorum tela esse torquenda. Quos obsecro, ut quiescant, & desinant maledicere. Non enim ut aduersarijs, sed ut amicis scripsimus: nec inieci sumus in eos, qui peccant; sed, ne peccent, monuimus. Neque in illos tantum, sed & in nos ipsos seueri iudices fuimus: volentesq; festucam de oculo alterius tollere, nostram primum trabem eiecimus. Nullum lesi: nullius nomen mea scriptura designatum est. Neminem specialiter meus sermo pulsauit. Generalis de vitijs disputatio est. Qui mihi irasci voluerit: prius ipse de se, quòd talis sit, confitebitur.

HIERONYMI AD HELIODORVM
Epitaphium Nepotiani.

EPISTOLA III.

ARGUMENTVM.

NEPOTIANVS presbyter, ad quem præcedens extat Epistola, diem suum adhuc iuuenis extremum obierat. D.

Hieronymus super eius morte consolatur nunc Heliodorum auunculum Episcopum, ostendens mortem non esse timendam, veluti quæ à Christo occisa sit: multosque infidelium veterum, qui fortiter eam in suis tolerarunt, primū recensens, ad laudes mortui deinde descendit: quibus expletis, humanam miseriam, imperatorum, aliorumque procerum exemplo, ante oculos illi docet, ac ingeniose ponit.

CAP. 1.



GRANDES materias ingenia parua non sustinent, & in ipso conatu ultra vires ausa, succumbunt: quantoque maius fuerit, quod dicendum est; tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis non potest explicare.

Nepotianus meus, tuus, noster, immo Christi, & quia Christi, iccirco plus noster, reliquit senes, & desiderij sui iaculo vulneratos, & intolerabili dolore confectos. Quem heredem putauimus, funus tenemus. Cui iam meum sudabit ingenium? Cui litterulæ placere gestient? Vbi est ille *επιδωκτής* noster, & cygneo canore vox dulcior? Stupet animus, manus tremat, caligat oculi, lingua balbutit. Quid, quid dixerō, quia ille non audit, mutum videtur. Stylus ipse quasi sentiens, & cera subtristior, vel rubigine, vel situ obducitur. Quot iescumque nitor in verba prorumpere, & super tumulum eius epitaphij huius flores spargere; toties lacrymis impletur oculi, & renouato dolore, totus in funere sum.

CAP. 2.

Moris quondam fuit, vt super cadauera parētum defunctorum in concione pro rostris laudes liberi dicerent: & instar lugubrium carminum ad fletus & gemitus audientium pectora concitarent. En rerum in nobis ordo mutatus est, & in calamitatem nostram perdidit sua iura natura. Quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus senes. Quid igitur faciam? Iungam tecum lacrymas? Sed Apostolus prohibet, Christianorum mortuos, dormientes vocans. Et Dominus in Euangelio, Nō est, inquit, mortua puella, sed dormit. Lazarus quoque, quia dormierat, suscitatus est. Læter & gaudeam, quia raptus est, ne malitia mentem eius mutaret, quia placuerat Deo anima illius? Sed inuito & repugnanti per genas lacrymæ fluunt; & inter præcepta virtutum, resurrectionisque spem, credulam mentem desiderij frangit affectus.

1. Theff. 4.
Matth. 9.
Ioan. 11.
Sap. 4.

CAP. 3.

Osee 13.

O mors, quæ fratres diuidis, & amore sociatos crudelis ac dura discias. Adduxit vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, qui siccauit venas tuas, & desolauit fontem tuum. Deuorasti quidem Ionam, sed & in vtero tuo viuus fuit. Portasti quasi mortuum, vt tempestas mundi conquiesceret, & Niniue nostra illius præconio saluaretur. Ille ille te vicit: ille te iugulauit. Fugitiuus propheta, qui reliquit domum suam, dimisit hereditatem suam, dedit dilectam animam suam in manibus quærentium eum. Qui per Osee quondam tibi rigidus minabatur: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Illius morte, tu mortua es: illius morte, nos viuimus. Deuorasti, & deuorata es. Dumque assumpti corporis sollicitaris illecebra, & auidis faucibus prædam putas, interiora tua adunco dente confossa sunt. Gratijs tibi Christe saluator tua agimus creatura, quod tam potentem aduersarium nostrum, dum occideris, occidisti. Quid ante miserius homine, qui, æternæ mortis terrore prostratus, viuendi sensum ad hoc tantum acceperat, vt periret? Regnauit enim mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam super eos, qui non peccauerunt, in similitudinem

Rom. 5.

præuicationis Adæ. Si Abraham, Isaac, & Jacob in inferno, quis in cælorum regno? Si amici tui sub pœna offendenti Adam, & qui non peccauerant, alienis peccatis tenebantur obnoxij: quid de his credendum est, qui dixerunt in cordibus suis, non est Deus? Qui corrupti, & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis? qui declinauerunt; simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum? Quod si Lazarus videtur in sinu Abraham, locoque refrigerij: quid simile infernus & regna cælorum? Ante Christum Abraham apud inferos: post Christum latro in paradiso. Et iccirco in resurrectione eius, multa dormientium corpora surrexerunt, visaque sunt in cælesti Hierusalem. Tuncque impletum est illud elogium: Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Christus. Ioannes Baptista in eremo personat: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum. à diebus enim Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Flammea illa romphæa, custos paradisi, & præsidetia foribus Cherubim, Christi restincta & referata sunt sanguine. Nec mirum hoc nobis in resurrectione promitti, cum omnes, qui in carne non secundum carnem viuimus, municipatum habeamus in cælo, & hic adhuc positus dicatur in terra: Regnum Dei intra vos est. Adde, quod ante resurrectionem Christi notus tantum in Iudæa erat Deus: in Israel magnum nomen eius: & ipsi, qui nouerant eum, tamen ad inferos trahebantur. Vbi tunc totius orbis homines, ab India vsque ad Britanniam, à rigida septentrionis plaga, vsque ad feruores Atlantici oceani tam innumerabiles populi, & tantarum gentium multitudines? Quam variæ linguis, habitu, tam vestis, & armis: piscium ritu ac locustarum, & velut muscæ & culices conterebantur: absque notitia enim sui creatoris, omnis homo pecus est: nunc verò passionem Christi, & resurrectionem eius, cunctarum gentium & voces, & litteræ sonant. Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis: quas nationes fidei suæ in crucis titulo Dominus dedicauit. Immortalem animam, & post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somniauit, Democritus non credidit; in consolationem damnationis suæ Socrates disputauit in carcere; Indus, Persa, Gothus, Ægyptius philosophantur. Bessorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferijs homines immolabant, stridorem suum in dulces crucis fregerunt melos, & totius mundi vna vox Christus est.

Psal. 17.

Eph. 6.
Matth. 7.
Matth. 11.
Gen. 3.

CAP. 4.

Quid agimus anima? quo nos vertimus? quid primum assumimus? quid tacemus? exciderunt ne tibi præcepta rhetorum? & occupata luctu, oppressa lacrymis, præpedita singultibus, dicendi ordinem non tenes: vbi illud ab infantia studium litterarum, & Anaxagoræ, ac Telamonis semper laudata sententia? Sciebam me genuisse mortalem. Legimus Crantorem; cuius volumen, ad confouendū dolorem suum, secutus est Cicero, Platonis, Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Posidonij ad sedandos luctus opuscula percurrimus; qui diuersis ætatibus diuersorum luctum vel libris, vel epistolis minuere sunt conati: vt etiam si nostrum areret ingenium, de illorum posset fontibus irrigari. Proponunt innumerabiles viros, & maxime Periclem, & Xenophontem Socraticum; quorum alter, amissis duobus filijs, coronatus in concione differuit: alter, cum sacrificans filium in bello audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, & eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidisse. Quid memorem Romanos

manos

manos duces, quorum virtutibus, quasi quibusdam stellis, Latine micant historie: Puluillus Capitolium dedicans, mortuum, vt nunciabatur, subito filium se iussit absente sepeliri. L. Paulus septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scauolas, Metellos, Scauros, Marios, Crassos, Marcellos, atque Aufidios; quorum non minor in luctu, quam in bellis, virtus fuit; & quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicauit: ne videar potius aliena, quam nostra quaesisse. Quamquam & hæc in suffigatione nostri breuiter dicta sint, si non præstet fides, quod exhibuit infidelitas.

CAP. 5.

Gen. 37.
1. Reg. 13.
18.
Psal. 29.
Rom. 13.
Deur. 34.
105. 24.

Igitur ad nostra veniamus. Non plangam cum Iacob & Dauid filios in lege morientes, sed cum Christo in euangelio recipiam resurgentes. Iudæorum luctus, Christianorum gaudium est. Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Vnde & Moyses moriens plangitur; Iesus absque funere & lacrymis in monte sepelitur. Quicquid de scripturis super lamentatione dici potest, in eo libro, quo Paulam Romæ cõsolati sumus, breuiter explicauimus. Nunc nobis per aliam semitam ad eundem locum perueniendum est, ne videamur præterita, & abolita quondam calcare vestigia. Scimus quidem Nepotianum nostrum esse cum Christo, & sanctorum mixtum choris, quod hic nobiscum eminens rimabatur in terris, & æstimatione quaerebat, ibi videntem cõminus dicere: Sicut audiuius, sic & vidimus in ciuitate Domini virtutis, in ciuitate Dei nostri: sed desiderium absentie eius ferre non possumus, nõ illius, sed nostram vicem dolentes. Quanto ille felicior, tanto amplius nos in dolore, quod tali caremus bono. Flebant & sorores Lazarum, quem resurrecturum nouerant. Et vt veros hominis exprimeret affectus, ipse saluator plorauit, quem resuscitaturus erat. Apostolus quoque eius, qui dixit: Cupio dissolui, & esse cum Christo: Et alibi: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum: gratias agit, quod Ephaphroditus de mortis sibi vicinia reddidit sit, ne haberet tristitiam super tristitiam, non incredulitatis metu, sed desiderio caritatis. Quanto magis tu & auunculus, & episcopus, hoc est, & in carne, & in spiritu pater, doles abesse viscera tua, & quasi à te diuulsa suspiras? Sed obsecro, vt modum adhibeas in dolore, memor illius sententiae: Ne quid nimis obligatoq; parumper vulnere, audias laudes eius, cuius semper virtute lætatus es. Nec doleas, quod talem amiseris, sed gaudeas, quod talem habueris. Et sicut ij, qui in breui tabella terrarum situs pingunt, ita in paruo isto volumine cernas adumbrata, non expressa signa virtutum; suscipiasq; à nobis non vires, sed voluntatem. Præcepta sunt rhetorum, vt maiores eius, qui laudandus est, & eorum gesta altius repetantur, sicq; ad ipsum per gradus sermo perueniat: quo videlicet auitis paternisque virtutibus illustrior fiat, & aut non degenerasse à bonis, aut mediocres ipse ornasse videatur. Ego carnis bona, quæ semper & ipse contempsit, in animæ laudibus non requiram: nec me iactabo de genere, id est, de alienis bonis: cum Abraham, & Isaac, sancti viri, Ismaëlem & Esau peccatores genuerint, & è regione, Iepte in catalogo iustorum Apostoli voce numeratus, de meretrice sit natus. Anima, inquit, quæ peccauerit, ipsa morietur. Ergo, quæ non peccauerit, ipsa viuet. Nec virtutes, nec vitia parentum liberis imputantur. Ab eo tempore cencemur, ex quo in Christo renascimur. Paulus, persecutor Ecclesiar, &

Psal. 47.

Ican. 11.

Philipp. 2.
Philipp. 2.

Heb. 17.
Ezech. 18.

mane lupus rapax Benjamin, ad vesperam diuidit escam, Ananæ oui submittens caput.

Gen. 49.
Act. 9.

CAP. 6.

Igitur & Nepotianus noster, quasi infantulus vagiens, & rudis puer, subito nobis quasi de Iordane nascatur. Alius forsitan scriberet, quod ob salutem illius orientem eremumque dimiseris, & me carissimum sodalem tuum redeundi spe lactaueris, vt primum, si fieri posset, fororem cum paruulo viduam, deinde, si cõsiliu illa respueret, saltem nepotè dulcissimum conseruares. Hic est enim ille, de quo tibi quondam vaticinatus sum: Licet paruulus ex collo pendeat nepos. Referret, inquam, alius, quod in palatij militia, sub chlamyde, & candenti lino, corpus eius cilicio tritum sit, quod stans ante sæculi potestates, lugenda ieiunij ora portauerit; quod adhuc sub alterius indumentis alteri militauerit; & ad hoc habuerit cingulum, vt viduis, pupillis, orphanis, oppressis, miserisque subueniret. Mihi non placent dilationes istæ imperfectæ seruitutis Dei: & centurionem Cornelium, vt lego iustum, statim audio baptizatum. Verum tamen velut incunabula quædam nascentis fidei comprobemus: vt qui sub alienis signis deuotus miles fuit, donandus laurea sit, postquam suo regi cõperit militare. Baltheoposito, habituque mutato, quidquid castrensium peculij fuit, in pauperes erogauit, legerat enim: Qui vult perfectus esse, vendat omnia, quæ habet, & det pauperibus, & sequatur me. Et iterum: Non potestis duobus dominis seruire, Deo, & mammonæ. Excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tantum corpore, frigus excluderet, nihil sibi amplius reseruauit. Cultus ipse, prouinciæ morem sequens, nec mupditijs, nec fordidibus notabilis erat, cumque arderet quotidie, aur ad Ægypti monasteria pergere, aut Mesopotamiæ inuisere choros, vel certè insularum Dalmatiæ, quæ Altino tantum frerè distant, solitudines occupare, auunculum pontificem deserere non audebat, tot in illo cernens exempla virtutum, domique habens vnde disceret, in vno, arque eodem, & imitabatur monachum, & episcopum venerabatur, nec vt in plenisq; accidere solet, assiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum illius fecerat: sed ita cum colebat, quasi parentem, ita admirabatur, quasi quotidie nouum cerneret.

Act. 16.

Mat. 19. 6.

CAP. 7.

Quid multa? sit clericus, & per solitos gradus presbyter ordinatur. Iesu bone, qui gemitus, qui eiularus, quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorum omnium. Tum primum, & solum auunculo iratus est. Querebatur se ferre nõ posse, & iuuenilem ætatem incongruam sacerdotio causabatur. sed quanto magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium concitabat: & merebatur negando, quod esse volebat: eoq; dignior erat, quo se clamabat indignum. Vidimus Timotheum nostri temporis, & canos in sapientia, electumq; à Moysè presbyterum, quem ipse sciret esse presbyterum. Igitur clericatum non honorem intellegens, sed onus, primam curam habuit, vt humilitate superaret inuidiam: deinde, vt nullam obscœni in sermoris fabulam daret, vt qui mordebantur ad ætatem eius, stuperent ad continentiam, subuenire pauperibus, visitare languentes, prouocare hospitio, lenire blanditijs, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Cæcorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, solamen lugentium fuit. Ita in singulari virtutibus eminebat, quasi cæteras non haberet. Inter presbyeros, & coæquales, primus in opere, extremus in ordine. quidquid boni fecerat, ad auunculum referebat. si quid forte aliter euenerat, quam putarat, illum nescire, se errasse dicebat. In publico episcopum,

domi patrem nouerat: grauitatem morum hilaritate frontis temperabat. gaudium in risu, nō cachinnum, intelligeres. Virgines, & viduas Christi honorare vt matres, hortari vt forores, cum omni castitate. Iam verò, postquam domum se contulerat, & relicto foris clerico, duritiæ se tradiderat monachorum, creber in orationibus, vigilans in præcando. Lacrymas Deo, nō hominibus, offerebat: ieiunia, in aurigæ modum, pro lassitudine, & viribus corporis attemperebat. Mensæ auunculi intererat, & sic apposita quæque libabat, vt & superstitionem fugeret, & continentiam seruaret. Sermo eius per omne cōuiuium de scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecundè, recta suscipere, praua non acriter cōfutare, disputantem contra se magis docere, quàm vincere: & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid cuius esset, simpliciter confiteri. atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est, sic Minucius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius. Me quoque, quia pro sodalitate auunculi diligebat, interdum proferebat in medium. lectioneque assidua, & meditatione diurna, pectus suū bibliothecā fecerat Christi. quoties ille transmarinis epistolis deprecatus est, vt aliquid ad se scriberem? quoties nocturnum de euangelio petitorum, & interpellatricem duri iudicis mihi viduam exhibuit? cumque ego silentio magis, quàm litteris, denegarem, & pudore reticentis, pudorem suffunderem postulantis: auunculum mihi opposuit precatorem, qui & liberius pro alio peteret, & pro reuerentia sacerdotij facilius impetraret. Feci ergo, quod voluit, & breui libello amicitias nostras æternæ memoriæ cōsecraui. quo suscepto, Cræsi opes, & Darij diuitias se vicisse iactabat. illum oculis, illum manibus, illum sinu, illum ore tenebat. cumque in stratu frequenter euolueret, super pectus soporati, dulcis pagina decidebat. Si verò peregrinorum, si amicorū quispiam venerat, lætabatur nostro super se testimonio: & quidquid minus in opusculo erat, distinctione moderata, & pronunciationis varietate pensabat; vt in recitando illo, ipse vel placere quotidie, vel displicere videretur. Vnde hic seruator, nisi ex amore Dei? vnde legis Christi indefessa meditatio, nisi ex desiderio eius qui legem dedit?

Luc. 11. 18.

CAP. 5.

Alij nummum addant nummo, & in marsupium suffocantes, matronarum opes venentur obsequijs: sint ditiores monachi, quàm fuerant sæculares: possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerant, & suspiret eos Ecclesia diuites, quos tenuit mundus ante mendicos. Nepotianus noster, aurum calcans, schedulas consecratur: & sicut sui in carne contemptor est, & paupertate incedit ornatior, ita totum animum inuestigat ornatum. Ad comparisonem quidem superiorum modica sunt, quæ dicturi sumus: sed & in paruis idem animus ostenditur. Vt enim creatorem nō in cælo tantum miramur, & terra, sole, & oceano, elephantis, camelis, equis, bubus, pardis, vrsis, leonibus, sed & in minutis quoque animalibus, formica, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quorum magis scimus corpora, quàm nomina, eandemque in cunctis venenam solertiam: ita mens Christo dedita, æque & in maioribus, & in minoribus intenta est, sciens etiam pro otioso verbo reddendam esse rationem. Erat ergo sollicitus, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa, si ianitor creber in porta, vela semper in ostijs, si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes cærimonias pia sollicitudo disposita, non mi-

Math. 12.

nus, nō maius negligebat officium. vbiicumque cum quaereres, in ecclesia inuenires. Nobilem virum, Q. Fabium miratur antiquitas: qui etiam Romanæ scriptor historiae est, sed magis ex pictura, quàm ex litteris, nomen inuenit: & Beselehel nostrum, plenum sapientia & spiritu Dei, scriptura testatur. Hyram quoque, filium mulieris Tyriæ, quod alter tabernaculi, alter templi supellestilem fabricati sint. quo modo enim lætæ segetes, & vberes agri, interdum culmis, aristisque luxuriant: ita præclara ingenia & mens plena virtutibus in variarum artium redundat elegantiam. vnde & apud Græcos philosophus ille laudatur, qui omne, quo vteretur, vsque ad pallium, & anulum, manu sua factum gloriatus est. Hoc idem possumus & de isto dicere, qui basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula diuersis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbravit, vt quidquid placebat in ecclesia, tam dispositione, quàm visu, presbyteri laborem, & studium testaretur. Macte virtute: cuius talia principia, qualis finis erit?

Exod. 31.
2. Reg. 5.
3. Reg. 5.

CAP. 6.

O miserabilis humana cōdicio, & sine Christo vanum omne, quod viuimus. Quid te subtrahis? quid tergiueraris oratio? quasi enim mortem illius differre possimus, & vitam facere longiorem, sic timemus ad vltimum peruenire. Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos feni. Vbi nunc decora illa facies, vbi totius corporis dignitas, quæ veluti pulchro indumento, pulchritudo animæ vestiebatur? Marcescebat, pro dolor, flante austro lilium, & purpura violæ, in pallorem sensim migrabat. Cumque febribus æstuarer, & venarum fontes hauriret calor, lasso anhelitu tristem auunculum consolabatur. lætus erat vultus, & vniuersis circa plorantibus, solus ipse ridebat, projicere pallium, manus extendere, videre quod alij nō videbant, & quasi in occursum se erigens, salutare venientes. intelligeres illum non emori, sed emigrare, & mutare amicos, non relinquere. Voluunt per ora lacrymæ, & obfirmato animo, non queo dolorem dissimulare, quem patior. Quis crederet in tali illum tempore nostræ necessitudinis recordari, & luctante anima, studiorum scire dulcedinem? Apprehensa auunculi manu, Hanc, inquit, tunicam, quæ vtebar in ministerio Christi, mitte dilectissimo mihi, ætate patri, fratri collegio: & quidquid à te nepoti debebatur affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligebas. Atque in talia verba defecit, auunculi manum mei recordatione contrectans. Scio, quod nolueris amorem in te ciuium sic probare, & affectum patriæ magis quæsisse in prosperis. sed huiuscemodi officij in bonis iucundius est, in malis gratius. Tota hunc ciuitas, tota planxit Italia. corpus terra suscepit: anima Christo reddita est. Tu nepotem quærebas, Ecclesia sacerdotem. Præcessit te successor tuus. Quod tu eras, ille post te iudicio omnium merebatur. Atque ita ex vna domo duplex pontificatus egressa est dignitas, dū in altero gratulatio est, quod tenuerit, in altero moror, quod raptus sit, ne teneret. Platonis sententia est, omnem sapientium vitam, meditationem esse mortis. Laudant hoc philosophi, & in cæelum vsque ferunt. Sed multo fortius Apostolus: Quotidie, inquit, morior per gloriam vestram. Aliud est enim conari, aliud agere; aliud viuere moriturum, aliud mori videturum. Ille moriturus est ex gloria, iste moritur semper ad gloriam.

Esa. 40.

1. Cor. 15.

CAP. 7.

Debemus igitur & nos animo præmeditari, quod aliquando futuri sumus, & quod, velimus nolimus, abesse longius non potest, nam si nongentos vitæ excederemus annos, vt ante diluuiū vivebat humanum genus, & Mathusalem nobis tempora donarentur: Genes. 9.

tamen

tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse desisset. etenim inter eum, qui decem vixit annos, & eum, qui mille; postquam idem vitæ finis aduenerit, & irrecusabilis mortis necessitas; transactum omne tantum est; nisi quod fenex magis onustus peccatorum fasce proficiscitur. Optima quæque dies miseris mortalibus aui, Prima fugit; subeunt morbi, tristitque; senectus, Et labor, & dura rapit inclementia mortis. Nævius poeta, Pari, inquit, necesse est multa mortale mala. Vnde & Nio bē, quia multum fluerit, in lapidem & diuersas bestias commutatam finxit antiquitas. Et Hesiodus natales hominum plangens, gaudet in funere. Prudenterque Ennius, Plebes, ait, in hoc regi antestatur loco: licet Lacrymare plebi, regi honeste non licet. Vt regi, sic episcopo, immo minus episcopo, quam regi. ille enim nolentibus præest, hic volentibus: ille terrore subiicit, hic seruituti donatur: ille corpora custodit ad mortem, hic animas seruat ad vitam. in te oculi omnium diriguntur: domus tua, & cõuersatio, quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ. quicquid feceris, id sibi omnes faciendum putant. Caue ne committas, quod aut, qui reprehendere volunt, dignè lacerasse videatur, aut, qui imitari, cogunt delinquere. Vince, quantum potes: immo plus, quam potes, mollitiem animi tui, & vbertim fluentes lacrymas reprime: ne gradis pietas in nepotē, apud incredulas mentes desperatio putetur in Deum. Desiderandus est tibi quasi absens, non quasi mortuus: ut illum expectare, non amisisse videaris.

Cap. 8.

Verum quid ago, medes dolori, quem iam reor & tempore & ratione sedatum, ac non potius replico tibi vicinas regum miseras, & nostri temporis calamitates; ut non tam plangendum sit, qui hac luce caruerit, quam gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit: Constantius, Arianae fautor hereseos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopsi viculo moriens, magno dolore hosti reliquit imperium. Iulianus, proditor animæ suæ, & Christiani iugulator exercitus, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarar, dumque Romanos propagare vult fines, perdidit oppugatos. Iouinianus, gustatis tantum imperialibus bonis, scetore prunarum suffocatus interit, ostendens omnibus, quid sit humana potentia. Valentinianus, vastato genitrali solo, & inultam patriam derelinquens, vomitu sanguinis extinctus est. Huius germanus Valēs, Gothico bello victus in Thracia, eundem locum & mortis habuit, & sepulchri. Gratianus ab exercitu suo proditus, & ab obuijs urbibus non receptus, ludibrio hosti fuit; cruentatque; manus vestigia parietes tui Lugdunc testantur. Adolescens Valentinianus, & pene puer, post fugam, post exilia, post recuperatum multo sanguine imperium, haud procul ab urbe fraternæ mortis conficia, necatus est; & cadauer exanime suspensio infamatum. Quid loquar de Procopio, Maximo, Eugenio, qui utique, dum rem potiretur, terrori gentibus erat? oēs capti steterunt ante ora victorū, & quæ potentissimum quodam miserimum est, prius ignomina seruitutis, quam hostili mucrone cõfossi sunt.

Cap. 9.

Dicat aliquis: Regum talis cõditio est; feruntque summos fulgura montes. Ad priuatus veniam dignitates; nec de his loquar, qui biennium excedunt: atque, ut ceteros prætermittam, sufficit nobis triū nuper consularium diuersos exitus scribere. Abundantius egens Pityute exulat. Ruffini caput pilo Constantinopolim gestatum est; & abscessa manus dextera, ad dedecus insatiabilis auaritiæ, ostentim stipem mendicauit. Timasius, precipitatus repente de altissimo dignitatis gradu, euasisse se putat, quod Assæ viuit inglorius. Non calamitates miserorum, sed fragile humanæ cõditionis narro statum. Horret animus temporum nostrorum ruinas persequi. Viginti, & eo amplius anni sunt, quod inter Constā-

tinopolim, & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythia, Thracia, Macedonia, Dardania, Dacia, Thessalonica, Achaia, Epiros, Dalmatia, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vuandali, Marcomanni vastarunt, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobiliisque corpora his belluis fuere ludibrio? Capti episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officia clericorum. subuersæ ecclesie, ad altaria christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquie. ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamē ceruix nostra erecta non flebitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperat barbari? Et certe paucas urbes nominari, in quibus olim fuere regna non modica. Immunis ab his malis vibebatur oriens, & tantum nunciis confertus. Ecce tibi anno præterito ex ultimis Caucasii rupibus immissi in nos non iam Arabia, sed septentrionis lupi, tatas breui prouincias percurrerunt. quot monasteria capta: quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatae sunt: obsessa Antiochia, & urbes reliquæ, quas Halis, Cydnus, Orontes, Euphratesque præterfluunt: tracti greges captiuorum: Arabia, Phœnicie, Palæstina, Ægyptus timore captiua. Non, mihi si linguæ centum sint, oraque; ceterum, Ferrea vox, Omnia poenarum percurrere nomina possum, neque enim historiam proposui scribere, sed nostras breuiter flere miseras. Alioquin ad hæc meritò explicanda & Thucydides, & Sallustius muti sint.

Felix Nepotianus, qui hæc non videt, felix, qui hæc non audit. nos miseri, qui aut patimur, aut patientes fratres nostros tanta perpicimus: & tamen viuere volumus, eosque qui his carent, flendos potius, quam beatos, putamus. Olim offensum sentimus, nec placamus Deum. Nostros peccatis barbari fortes sunt, nostris victimis Romanus superatur exercitus; & quasi non hæc sufficerent cladiibus, plus pene bella ciuilia, quam hostilis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus Dei dicitur. Infelices nos, qui tantum displicemus Deo, ut per rabie barbarorum, illius in nos ira de seuiat. Ezechias egit penitentiam, & 185 millia Assyriorum ab vno Angelo vna nocte deleta sunt. Iosaphat laudes Domini concinebat, & Dominus pro laudate superabat. Moyses contra Amalech non gladio, sed oratio pugnavit. Si erigi volumus, prosternamur. Propudor, & itolida usque; ad incredulitatem mens: Romanus exercitus, victor orbis, & dominus, ab his vincitur, hos pauet, horum terretur aspectu, qui ingredi non valent, qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur. Et non intelligimus prophetarum voces: Fugiet millevno persequete: Nec amputamus causas morbi, ut morbus pariter auferatur; statimque; cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.

Excessimus cõsolandi modum; & dum vnius mortem flere prohibemus, totius orbis mortuos plangimus. Xerxes ille rex potentissimus, qui subuertit montes, maria constrauit, cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem, & innumerabilem vidisset exercitum, fleisse dicitur, quod post centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat, superfuturus esset. O si possemus in tale accedere speculam, de qua vniuersam terram sub nostris pedibus cerneremus: iam tibi ostenderet totius orbis ruinas, gētes gentibus, & regnis regna collisa; alios torqueri, alios necari, alios aboleri fluctibus, alios ad seruitutem trahi; hic nuptias, ibi planctum; illos nasci, istos mori, alios affluere deliciis, alios mendicare: & non Xerxis tantum exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc viuunt; in breui spatio defuturos. Vincitur sermo rei magnitudine; & minus est omne, quod dicimus.

Cap. 10.

Hier. 25.
Isa. 37.
2. Para. 17.

Erod. 177

Isa. 30.

Cap. 11.

redea.

redeamus igitur ad nos, & quasi è caelo descendentes, paulisper nostra videamus. Sentis ne, obsecro te, quando infans, quando puer, quando iuuenis, quando robustæ ætatis, quando senex factus sis? quotidie morimur; quotidie cõmutamur, & tamen æternos nos esse credimus, hoc ipsum, quod dicto, quod scribitur, quod relego, quod emedo, de vita mea tollitur, quot puncta notarij, tot meorum damna sunt tẽporum. Scribimus, atque tescribimus: transeunt maria epistolæ; & scindente fulcum carina, per singulos fluctus ætatis nostræ momenta minuuntur, solũ habemus lucri, quod Christi nobis amore fociamur. Charitas paties est, benigna est: charitas non zelatur, non agit perperam, non inflatur, omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia patitur, charitas nunquã excidit, hæc semper uiuit in pectore: ob hanc Nepotianus noster absens presens est, & per tanta terrarum spatia diuisos vtraq; complectitur manu. Habemus mutuæ obfidem charitatis. Iungamur spiritu, stringamur affectu; & fortitudinem mentis, quam beatus Papa Chromarius ostendit in dormitione germani, nos imitemur in filio, illum nostra pagella decantet; illum nostræ litteræ sonent, quem corpore non ualemus, recordatione teneamus: & cum quo loqui non possumus, de eo loqui nunquam desinamus.

6. Cor. 13.

HIERONYMVS RVSTICO MO-

nacho viuendi formam præscribit.

EPISTOLA IIII.

ARGVMENTVM.

RVSTICVS, natione Gallus, professione monachus erat, hunc D. Hieronymus docet, quo modo vitam monacho dignã instituire debeat, & quanto tutius sit in monasterio cum alijs, quã in solitudine, illam traducere. Ex hac autem epistola luce clarius omnes discere possunt, cœnobarum vitam, & professionem, vetustissimo, sacroque instituto, non diabolico inuenio, sicut blasphemam hæretici, in Ecclesiam, qualis hodie est, introductam.

CAP. I.



Luc. 13.
Ioan. 13.
Luc. 22.

Ioan. 4.

1. Reg. 11.

Leuit. 2.
Cnl. 4.
Marc. 9.

I HIL Christiano felicius, cui promittitur regnum caelorum: nihil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit diabolum: nihil imbecillius, qui à carne superatur, vtriusque rei exempla sunt plurima. Latio credit in cruce, & statim meretur audire: Amen dico tibi; hodie mecum eris in paradiso. Iudas de apostolatus fastigio in prodicionis tartarum labitur, & nec familiaritate coniuuij, nec intinctione buccellæ, nec osculi gratia frangitur; ne quasi hominem tradat, quem filium Dei nouerat. Quid Samaritana vilis? non solum ipsa credidit, & post sex viros vnum inuenit Dominum; Messiamq; cognouit ad fontem, quem in templo Iudæorũ populus ignorabat: sed & auctor fit salutis multorum; & apostolis ementibus cibos, esurientem reficit, lassumq; sustentat. Quid Salomone sapientius? attamen infatuatur amoribus mulierum. Bonum est sal, nullumq; sacrificium absque huius aspersione suscipitur, vnde & Apostolus præcipit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Quod si infatuatur, foras projicitur, in tantumq; perdit nominis dignitatem, vt ne in sterquilinum quidem vile sit, quo solent credentium arua condiri, & sterile animarum solum pinguescere. Hæc dicimus, vt prima te, fili Rustice, fronte doceamus, magna cœpisse, & excelsa sectari; & adolescentiæ, immo pubertatis incentiua calcantem, perfectæ quidem ætatis gradum scandere, sed lubricum iter esse, per quod ingrederis; nec tantum sequi glo-

ria post victoriã, quantum ignominia post ruinã. Non mihi nunc per virtutũ prata ducendus est riuulus: nec laborandũ, vt ostendam tibi variorũ pulchritudinem florũ; quid in se lilia habeant puritatis; quid rosa verrecundia possideat; quid viola purpura promittat in regno; quid utilitanti spondeat pictura gemmarum, iam enim, propitio Deo, stiuã tenes, iam rectum, atq; solarium cum Petro apostolo conscendisti: qui esuriens in Iudæis, Cornelij saturatur fide; & famem incredulitatis eorum, gentium conuersione restinguit; atque in vase euangeliorum quadrangulo, quod de caelo descendit ad terrã, docetur & discit omnes homines posse saluari, rursumq; quod viderat, in specie cãdidissimi lintheaminis in superna trãsfertur; & credentium turbam de terris ad caelum rapit, vt pollicitatio Domini compleatur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Totum, quod apprehensa manu insinuare tibi cupio, quod quasi doctus nauta post multa naufragia rudẽ conor instruere vectorem; illud est, vt in quo litore pudicitia pirata sit, noueris; vbi Charybdis & radix omnium malorum auaritia, vbi Scyllæ obrectatorum canes, de quibus Apostolus loquitur: Ne mordentes inuicem mutuo consumamini: quo modo, in media tranquillitate securi, Libycis interdũ vitiorum Syrtibus obruamur; quid venenatorum animantium desertũ huius sæculi nuriat. Nauigantes Rubrum mare in quo optandũ nobis est, vt verus Pharo cum suo mergatur exercitu, multis difficultatibus ac periculis ad urbẽ maximam perueniunt. vtroq; in litore gẽtes vagæ, immo beluæ habitant ferocissimæ, semper solliciti, semper armati totius anni vehunt cibaria, latetibus saxis vadisq; durissimis plena sunt omnia; ita vt speculator doctus in summa mali arbore sedeat; & inde regendæ & circumflectendæ naus dictata prædicet. Felix cursus est, si post sex mentes supradictæ vrbis portũ teneant, à quo se incipit aperire oceanus: per quem vix anno perpetuo ad India peruenitur, & ad Gangem fluuiũ, quem Gen. 2

Luc. 9.
Act. 10.

Math. 5.

Gal. 5.

Gen. 2

Math. 17

CAP. 2

Scio me offensurum esse quamplurimos, qui generalem de vitijs disputationẽ in suam referunt contumeliam: & dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam; multoq; peius de se, quã de me, iudicant, ego enim neminem nominabo: nec, veteris comœdię licentia, certas personas eligam, atque perstringam. Prudentis viri est, ac prudentium feminarum, dissimulare, immo emendare, quod in se intellegant, & indignari sibi magis, quã mihi, nec in monitorem maledicta congerere: qui etsi iisdem teneatur criminibus, certè in eo melior est, quod sua ei mala nõ placent. Audio religiosam te habere matrẽ, multorum annorũ viduam; quæ aluit quæ erudiuit infantem; ac post studia Galliarum, quæ vel florentissima sunt, misit Romam, non parcens sumptibus, & ab-

& absentiam filij spe sustinens futurorum, vt vber-
 ratem Gallici nitoremq; sermonis grauitas Romana
 condiret; nec calcaribus in te, sed frenis vreretur:
 quod & in disertissimis viris Græciæ legimus; qui
 Asianum tumorem Attico siccabant sale, & luxu-
 riantes flagellis vineas falcibus reprimebant; vt elo-
 quentiæ torcularia non verborum pampinis, sed sen-
 sium quasi vuarum expressionibus redundarent,
 hanc tu suspice, vt parentem; ama, vt nutricem; ve-
 nerare, vt sanctam. Nec aliorum imiteris exemplum;
 qui relinquunt suas, & alienas appetunt: quorum de-
 decus in propatulo est, sub nominibus pietatis, quæ-
 rentium suspecta consortia. Noui ego quasdam, iam
 maturioris ætatis, libertini generis adolescentibus
 delectari, & filios quærere spirituales, paulatimq; pu-
 dore superato, ficta matrum nomina erumpere in li-
 centiam maritalem. Aliæ sorores virgines deserunt,
 & externis viduis copulatur. Sunt quæ oderunt suos,
 & non suorum palpantur affectu: quarum impatien-
 tia, index animi, nullam recipit excusationem: & cas-
 sa pudicitiae velamenta, quasi araneorum fila dirum-
 pit. Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica,
 barba proluxa, à mulieribus non posse discedere; sub
 eodem manere tecto, simul inire conuiuia; ancillas
 iuuenes habere in ministerio; & præter vocabulum
 nuptiarum, omnia esse matrimonij. Nec hæc culpa
 est Christiani nominis, si simulator religionis in vicio
 sit; quin immo confusio gentilium, cum ea videt ec-
 clesijs displicere, quæ omnibus bonis non placent. Tu
 verò, si monachus esse vis, non videri, habeto curam,
 non rei familiaris, cui renuenciando, hoc esse cœpisti,
 sed animæ tuæ. Sordidæ vestes, candidæ mentis indici-
 a sint: vilis tunica contemptum sæculi probet, ita
 dum taxat, ne animus tumeat, ne habitus sermoque
 dissentiant. Balnearum fomenta non quærat, qui cal-
 lorem corporis ieiuniorum cupit frigore extingue-
 re, quæ & ipsa moderata sint: ne nimia debilitent sto-
 machum, & maiorem refectioem poscentia, erumpant
 in cruditatem, quæ parens libidinum est. Modicus,
 ac temperatus cibus & carni, & animæ vilis est.
 Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum
 vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat sub
 pectore vulnus. Ancillas, quæ illi in obsequio sunt,
 tibi scias esse in insidijs: quia quanto vilior earum
 conditio, tanto facilior est ruina. Et Ioannes Bapti-
 sta sanctam matrem habuit, pontificisq; filius erat:
 & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vince-
 batur, vt in domo parentum cum periculo viueret
 castitatis. Viuebat in eremo; & oculis desiderantibus
 Christum, nihil aliud dignabatur aspicere, vestis as-
 pera, zona pellicea, cibus locustæ, melque syluestre,
 omnia virtuti & continentiae præparata. Filij prophe-
 tarum, quos monachos in Veteri testamento legi-
 mus, ædificabant sibi casulas propter fluentia Iordanis,
 & turbis vrbium derelictis, polenta & herbis
 agrestibus victitabant.

corpus suum, & subijcit seruituri, & tamen cernit
 naturalem carnis ardorem suæ repugnare sententiæ,
 vt quod non vult, hoc agere compellatur; & quasi
 vim patiens, vociferatur, & dicit: Miser ego homo,
 quis me liberabit de corpore mortis huius? Et tu te
 arbitraris absque lapsu, & vulnere posse transire, nisi
 omni custodia seruaueris cor tuum, & cum saluato-
 re dixeris: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faci-
 unt voluntatem patris mei? Crudelitas ista, pietas
 est. Immo quid tam pium, quam sanctæ matri san-
 ctum filium custodire: Oportet & illa te viuere, & non
 videre ad tempus, vt semper cum Christo videat. Ana-
 na Samuelem non sibi, sed tabernaculo genuit. Filij
 Ionadab, qui vinum & siceram non bibebant,
 qui habitabant in tentorijs, & quas nox compulerat,
 sedes habebant, scribuntur in psalmo, quod primi
 captiuitatem sustinuerint, qui ab exercitu Chaldæo-
 rum; vastante Iudæam, vrbes introire compulsi sunt.
 Viderint, quid alij sentiant, vnusquisque enim suo
 sensu ducitur, mihi oppidum carcer, & solitudo pa-
 radisus est. Quid desideramus vrbium frequentiam,
 qui de singularitate censemur? Moyses, vt præfesset
 populo Iudæorum, quadraginta annis eruditur in
 eremo: pastor ouium, hominum factus est pastor.
 Apostoli de piscatione lacus Genesareth, ad piscationem
 hominum transferunt. Qui tunc habentes
 patrem, rete, nauiculam, secuti Dominum, protinus
 omnia reliquerunt, portantes quotidie crucem
 suam, & ne virgam quidem in manu habentes. Hæc
 dico, vt etiam si clericatus te titillat desiderium, dis-
 cas quod possis docere, & rationabilem hostiam of-
 feras Christo, ne miles ante, quam tiro, ne prius ma-
 gister sis, quam discipulus. Non est humilitatis mex,
 neque mensuræ iudicare de clericis, & de ministris
 ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Habeant ili
 ordinem, & gradum suum: quem si tenueris, quo
 modo tibi in eo viuendum sit, editus ad Nepotianum
 liber docere te poterit. Nunc monachi incu-
 nabula, moresque discutimus, & eius monachi, qui
 liberalibus studijs eruditus in adolescentia, iugum
 Christi collo suo imposuit. Primumque tractandum
 est, vtrum solus, an cum alijs in monasterio viuere
 debeas.

Mihi quidem placet, vt habeas sanctorum contu-
 bernium: nec ipse te doceas, & absque doctore ingre-
 diaris viam, quam nunquam ingressus es; statimque
 tibi in partem alteram declinandum sit, & errori pateas;
 plusque aut minus ambules, quam necesse est: ne aut
 currens lasseres, aut moram faciens, obdormias.
 In solitudine cito subrepat superbia: & si parumper
 ieiunauerit, hominemque non viderit, putat se
 alicuius esse momenti: oblitusque sui, vnde, & quo
 venerit, intus corde, lingua foris vagatur. Iudicat cõ-
 tra Apostoli voluntatem alienos seruos: quo gula vo-
 luerit, porrigit manum: dormit, quantum voluerit:
 nullum veretur: facit quod voluerit: omnes inferiores
 se putat: crebriusque in vrbibus, quam in cellula,
 est: & inter fratres simulat verecundiam, qui platearum
 turbis colliditur. Quid igitur? solitariam vitam
 reprehendimus? Minime, quippe quam sæpe lauda-
 uimus: sed de ludo monasteriorum, huiusmodi volu-
 lumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta
 non terreat, qui specimen conuersationis suæ multo
 tempore dederint; qui omnium fuerint minimi,
 vt primi omnium fierent; quos nec efuries aliquant-
 do, nec saturitas superauit; qui paupertate lætantur,
 quorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina
 virtutum est; qui nesciunt, secundum quosdam ineptos
 homines, dæmonum pugnantium contra se
 portenta

Rom. 7.

Proverb. 4.
 Luc. 8.

r. Reg. 1.
 Hier. 35.

Psal. 70.

Exod. 2.33.

Luc. 5.
 Math. 4.
 Math. 10.

Luc. 1.

Math. 3.
 Marc. 1.

4. Reg. 6.

CAP. 3.

Math. 5.

Iob. 35.

Est. 34.

1. Cor. 9.

CAP. 4.

Rom. 14.

portenta confingere; vt apud imperitos & vulgi homines miraculū sui faciāt, & exinde lucra seſtentur. Vidimus nuper, & plāximus, Crēſi opes vnus morte deprehēſas, vrbīq; ſtipes, quaſi in vſus pauperum congregatas, ſtirpi & poſteris derelictas. Tunc ferum, quod latebat in profundo; ſuper natauit aqua; & inter palmarum arbores, myrrhē amaritudo monſtrata eſt. Nec mirum: talem & ſocium, & magiſtrum habuit: qui egentium famem ſuas fecit eſſe diuitias; & miſeris derelicta, in ſuam reſeruaui miſeriam, quorum clamor tandem peruenit ad cælum, & patientiſſimas Dei vicit aures; vt miſſus angelus peſſimus, Nabal Carmelo diceret: Stulte, hac nocte auferent animam tuam à te: quæ autem præparaſti, cuius erunt?

4. Reg. 6.
Exo. 15.1. Reg. 25.
Luc. 12.

CAP. 5.

Volo ergo te, & propter cauſas, quas ſupra expoſui, non habitare cum matre, & præcipue, ne aut offerentem delicatos cibos, renuendo contriſtes; aut ſi acciperis, oleum igni adijcias, & inter frequentiam puellarum per diē videas, quod nocte cogites. Numquam de manu & oculis tuis recedat liber: diſcatur pſalterium ad verbum: oratio ſine intermiſſione, vigil ſenſus ſit, nec vanis cogitationibus patens. Corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama ſcientiam ſcripturarum; & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus, quæ ſi pectori inſederint, dominabuntur tui, & te deducunt ad delictum maximum. Facito aliquid operis; vt te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si apoſtoli, habentes poteſtatem de euangelio viuere, laborabant manibus ſuis, ne quem grauent; & alijs tribuebant refrigeria, quorum pro ſpirituālibus debebāt metere carnalia: cur tu in vſus tuos ceſſura non præparaſ? vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus: ſarriatur humus: areolæ æquo limite diuidantur: in quibus cum olerum iacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ; vt pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas. Ecce ſupercilio clioſi tramitis vndam Elicit: illa cadens raucum per læuia murmur Saxa ciet, ſcatebrisq; atenia temperat arua. Inferantur infructuoſæ arbores vel gemmis, vel furculis: vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Solomonis prouerbia; & monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam, in paruis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus: ſcribantur libri: vt & manus operetur cibus, & animus lectione ſaturetur. In deſiderijs eſt omnis otioſus. Ægyptiorum monaſteria hunc morem tenent, vt nullum abſq; operis labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutem. Ne vagetur pernicioſis cogitationibus mens, & inſtar fornicantis Hieruſalem, omni tranſeunti diuaricet pedes ſuos.

Pſal. 18.
1. Cor. 4.

Eccl. 11.

Ez. ch. 16.

CAP. 6.

Dum eſſem iuuenis, & ſolitudinis me deſerta valarent; inſentia vitiorum, ardoremq; naturæ ferre non poteram: quem cum crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æſtuabat, ad quam edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in diſciplinam dedi; vt poſt Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios; grauitatemque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum diſcerem, & ſtridentia anhelantiq; verba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim, quid ſuſtinerim difficultatis, quoties deſperauerim, quotiesque ceſſauerim, & contentione diſcendi rursus inceperim; teſtis eſt conſcientia tam mea, qui paſſus ſum, quàm eorum, qui mecum duxerunt vitam, & gratias ago Domino, quod

de amaro ſemine litterarum dulces fructus carpo. Dicam & aliud, quod in Ægypto viderim. Græcus adoleſcens erat in cœnobio, qui nulla abſtinentia, nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extingueret, hunc periclitantem pater monaſterij hac arte ſeruaui. Imperat cuidam viro graui, vt iurgijs atque conuicijs inſectaretur hominem, & poſt irrogatam iniuriam, primus veniret ad querimoniam. Vocati teſtes, pro eo loquebātur, qui contumeliam fecerat, flere ille contra mendacium: nullus alius credere veritati: ſolus pater deſenſionem fuum callidè opponere; ne abundantiori triſtitia abſorberetur frater, quid multa? ita annus ductus eſt: quo expleto, interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis, an adhuc moleſtiæ aliquid ſuſtineret, Pape, inquit: viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic ſi ſolus fuiſſet, quo adiutore ſuperaiſſet? Philoſophi ſæculi ſolent amore veterem amore nouo, quaſi clauum clauo, expellere, quod & Aſſuero regi ſeptem principes fecere Perſarū, vt Vaſthi reginæ deſiderum aliarum puellarum amore compeſcerent, illi vitium, vitio, peccatumque peccato medicantur: nos amore virtutum vitia ſuperemus, Declina, ait, à malo, & fac bonum: quære pacem, & perſequere eam. Niſi oderimus malum, bonum amare non poſſumus, quin potius faciendum eſt bonum, vt declinemus à malo, Pax quærenda, vt bella fugiamus, nec ſufficite quære, niſi inuentam fugientemq; omni ſtudio perquamur, quæ exuperat omnem ſenſum, in qua habitatio Dei eſt, dicente Propheta: Et factus eſt in pace locus eius. Pulchreque perſecutio pacis dicitur, iuxta illud Apoſtoli: Hoſpitalitatem perfequentes, vt non leui vſitatoq; ſermone, & vt ita loquar, ſummis labijs hoſpites inuitemus, ſed toto mentis ardore teneamus, quaſi offerentes ſc cum lucro noſtro, atque compendio. Nulla ars abſq; magiſtro diſcitur. Etiam muta animalia, & ferarum greges, ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues vnam ſequuntur ordine litterato, imperator vnus, iudex vnus prouincia. Roma, vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca vtero Eſau & Iacob bella geſſerunt. Singuli eccleſiarū epīſcopi, ſinguli archipreſbyteri, ſinguli archidiaconi, & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In nauī vnus gubernator: in domo vnus dominus: in quauis grandi exercitu, vnus ſignū expectatur. Et ne plura replicado faſtidium legenti faciā: per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceā te, non tuo arbitrio dimittendum, ſed viuere debere in monaſterio ſub vnus diſciplina patris, confortioq; multorum, vt ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam; hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem, non facias quod vis, comedas, quod iuberis, veſtiare, quod acciperis, operis tui pſum perſoluas; ſubijciaris cui nō vis; laſſus ad ſtratū venias, ambulantiq; dormites, & necdū expleto ſomno, ſurgere compellaris.

He. 1. 1.

Pſal. 36

Phillip. 4.
Pſal. 67.
Rom. 11.

Gen. 15

CAP. 7.

1. Cor. 14.
Eph. 5.
Pſal. 46

Deut. 6.

Dicas pſalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quæritur, dicente Apoſtolo: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente: Et Cantantes in cordibus veſtris Domino. Legerat enim eſſe præceptum: Pſallite ſapienter. Seruias fratribus, hoſpitum laues pedes: paſſus iniuriam taceas: præpoſitum monaſterij timeas vt dominū, diligas vt parentem. Credas tibi ſalutare, quicquid ille præceperit; nec de maiorum ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicente Moyle: Audi Iſraël, & tace. Tantis negotijs occupatus, nullis vacabis cogitationibus; & dum ab alio tranſis ad aliud, opuſq; ſuccedit operi, illud ſolum mente tenebis, quod

bis, quod agere compelleris. Vidi ego quosdam, qui postquam renunciauere saeculo, vestimentis dumtaxat, & vocis professione, non rebus, nihil de pristina conuersatione mutarunt, res familiaris magis aucta, quam imminuta, eadem ministeria seruulorum, idem apparatus conuiuij, in vitro, & patella fictili aurum comeditur: & inter turbas & examina ministrorum, nomen sibi vindicat solitarij, qui verò pauperes sunt, & tenui substantiola, videnturq; sibi scioi; pompârum ferule similes procedunt in publicum, vt caninam exerceat facundiam. Alij, sublati in altum humeris, & intra se nescio quid cornicantes, stupentibusq; in terram oculis, tumentia verba trutinantur, vt si præconem addideris, putes incedere præfecturam. Sunt, qui humore cellarum, in moderatisq; ieiunijs, rædio solitudinis, ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus suis personant, vertuntur in melancholiam, & Hippocratis magis fomentis, quam nostris monitis, indigent. Pleriq; artibus, & negotiationibus pristinis carere non possunt; imitatiq; nominibus institorum, eadem exercent cõmercia, non victû & vestitum, quod Apostolus præcipit, sed maiora, quam sæculi homines, emolumenta sectantes, & prius quidem ab ædilibus, quos *ἀγορεύουσι* Græci appellant, vendentium coerebatur rabies, nec erat impune peccatum: nunc autem sub religionis titulo exercentur iniusta compendia; & honor nominis Christiani, inuidem magis facit, quam patitur, quodque pudet dicere, sed necesse est; vt saltem sic ad nostrum erubescamus dedectus: publicè extendentes manus, pannis aurum tegimus; & contra omnium opinionem, plenis sacculis morimur diuites, qui quasi pauperes viximus. Tibi, cum in monasterio fueris, hæc facere non licebit: & inolescente paulatim consuetudine, quod primum cogebaris, velle incipies; & delectabit te labor tuus; oblitusq; præteritorum, semper priora sectaberis, nequaquam considerans, quid alij mali faciant, sed quid boni tu facere debeas. Neque verò peccantium ducaris multitudine; & te pereuntium turba follicitet; vt tacitus cogites: Quid ergo omnes peribunt, qui in vrbibus habitant? ecce illi fruuntur suis rebus, ministrant ecclesijs: adeunt balneas, vnguenta non spernunt, & tamen in omnium ore versantur. Ad quod & ante respondi, & nunc breuiter respondeo; me in præsentii opusculo non de clericis disputare, sed monachum instituere. Sancti sunt clerici, & omnium vita laudabilis.

CAP. 8.

Ita ergo age, & viue in monasterio, vt clericus esse merearis; vt adolescentiam tuam nulla sorde commacules, vt ad altare Christi, quasi de thalamo virgo, procedas; & habeas de foris bonum testimonium; feminæq; nomen tuum nouerint, & vultum tum hæsciant. Cum ad perfectam ætatem veneris; si tamen vita comes fuerit; & te vel populus, vel pontifex ciuitatis in clerum elegerit: agito, quæ clerici sunt; & inter ipsos sectare meliores: quia in omni conditione, & gradu optimis mixta sunt pessima. Ne ad scribendum cito proficias, & leui ducaris infania, multo tempore discere doceas. Ne credas laudatoribus tuis; immo irrisoribus aurem ne libenter accommodes: qui cum te adulationibus fouerint, & quodam modo impotem mentis effecerint; si subito respexeris, aut ciconiari deprehendes post te colla curuari, aut manu auriculas agitari asini, aut æstuatem canis protendi linguam. Nulli detrahas; nec in eo te sanctum putes, si cæteros laceres. Accusamus sæpe, quod facimus; & contra nosmetipsos diserti, in nostra vitia inuehimur, muti de eloquentibus iudicantes. Testudino Grænnius incedebat ad loquendum gradu; &

per interualla quædam vix pauca verba carpebat, vt eum putares singultire, non proloqui, & tamen cum mensa posita, librorum exposuisset struem, adducto supercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos prouocans, tum nugas meras funderet, & aduersum singulos declamare. Criticū diceret esse Longinum, censoremq; Romanæ facundia, notare quem vellet, & de senatu doctorū excludere, hic bene nummatus, plus placebat in prædijs. Nec mirum, si qui multos inescare solitus erat, facto cuneo circūstrepentium garrulorum procedebat in publicum, intrus Nero, foris Cato; totus ambiguus, vt ex cõtrarijs diuersisq; naturis vnum monstrum nouamq; bestiam diceret esse compactam; iuxta illud poeticum: Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Numquam ergo tales videas; nec huiusmodi hominibus appliceas: nec declines cor tuum in verba malitiæ, & audias: Sedens aduersus fratrem tuum loqueris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Et iterum: Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ. Et alibi: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Et apertus in Ecclesiaste: Sicut mordet serpens in silentio, sic qui fratri suo occultè detrahit. Sed dices: ipse nõ detraho; alijs loquentibus, quid facere possum? Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus. Christus arte nõ illuditur; nequaquam mea, sed Apostoli sententia est: Nolite errare: Deus non iridetur. Ille in corde, nos videmus in facie. Solomon loquitur in proverbij: Ventus aliquo dissipat nubes, & vultus tristis linguas detrahentiū. Sicut enim sagitta, si mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mitentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, illudq; completur: Facti sunt mihi in arcum prauum: Et alibi: Qui mittit in altū lapidem, recidet in caput eius: ita detractor cum tristem facie viderit audientis, immo ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illico cõtescit, pallet vultus, hærent labia, saliuæ ficitur, vnde idem vir sapiens, Cum detractoribus, inquit, ne miscearis: quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinā vtriusq; quis nouit? tam scilicet eius, qui loquitur, quam illius, qui audit loquentem.

Veritas angulos non amat, nec querit suffragones. Timotheo dicitur: Aduersum presbyterum accusationem cito ne receperis. Peccantem autem coram omnibus argue; vt & cæteri metum habeant. Non est facile de prouecta ætate credendum; quam & vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. Verum quia homines sumus; & interdum contra annorum maturitatem, puerorum vitij labimur: si me vis corrigere delinquentem, aperte increpa, tantum ne occultè mordeas. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meū. Quem enim diligit Dominus, corripit; castigat autem omnem filium, quæ recipit. Et per Esaiam clamatur Dominus: Populus meus, qui beatos vos dicitur, seducunt vos, & semitas pedum vestrorum supplantant, quid enim mihi prodest, si alijs mala referas mea? si me nesciente, peccatis meis, immo detractationibus tuis alium vulneres; & cum certatim omnibus narres, sic singulis loquaris, quasi nulli dixeris alteri? hoc est, non me emendare, sed vitio tuo satisfacere. Præcipit Dominus, peccantes in os argui debere secreto, vel adhibito teste, & si audire noluerint; referri ad Ecclesiam, habendosque in malo pertinaces, sicut ethnicos, & publicanos. Hæc expressius loquor, vt ado-

CAP. 9.

Psal. 49.

Psal. 56.

Psal. 54.

Ecclesi. 10.

Gal. 6.

Prou. 25.

Os. 7.

Ecclesi. 17.

Prou. 24.

CAP. 10.

1. Tim. 5.

Psal. 140.

Hebr. 12.

Esa. 3.

Math. 18.

Eph. 5.
2. Cor. 11.
Math. 15.

vt adolescentem meum & lingua, & aurium pruriginem liberem; vt renatum in Christo, sine ruga & macula, quasi pudicam virginem exhibeam, castam mentem, quam corpore: ne solo nomine glorietur, & absque oleo bonorum operum, extincta lampade, excludatur a sponso. Habes istuc sanctum, doctissimumque pontificem Proculum; qui viua & presentis voce nostras scedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat; nec patiar te, in partem alteram declinando, viam relinquere regiam, per quam Israel ad terram repromissionis properas, se transiturum esse promittit. Atque vtinam exaudiatur vox Ecclesie implorantis: Domine, pacem tuam da nobis. omnia enim dedisti nobis. Vtinam, quod renunciamus saeculo, voluntas sit, non necessitas; & paupertas habeat expetita gloriam, non illata cruciatum. Ceterum, iuxta miserias huius temporis, & ubique gladios saeuientes, satis diues est, qui pane non indiget. Nimirum potens est, qui seruire non cogitur. Sanctus Exuperius, Tolosae episcopus, viduae Sareptensis imitator, esuriens pascat alios; & ore palente ieiunijs, fame torquetur aliena; omnemque substantiam Christi visceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro; qui auaritiam eiecit e templo; qui absque funiculo, & increpatione, cathedras vendentium columbas, id est dona sancti spiritus, mensasque subuertit mammonae, & nummulariorum aera disperdit; vt domus Dei, domus vocetur orationis, & non latronum spelunca. Huius tu e vicinis sectare vestigia, & ceterorum, qui virtutum illius similes sunt, quos sacerdotium & humiliores facit, & pauperes: aut, si perfecta desideras, exi cum Abraham de patria, & cognatione tua; & perge, quo nescis. Si habes substantiam, vende, & da pauperibus: si non habes, grandi onere liberatus es: nudum Christum nudus sequere. durum, grande, difficile; sed magna sunt praemia.

Num. 20.

3. Reg. 17.

Math. 21.

Gen. 12.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

LAUDAT Florentium Hierosolymae degentem, quod multorum pauperum necessitatibus subueniret: & quia huic epistolae alteram, quae erat ad Ruffinum, reddendam iunxerat, Ruffini etiam laudes admissit.

CAP. I.

1. Tim. 5.



VANTVS beatitudinis tuae rumor diuersa populorum ora compleuerit, hinc poteris aestimare, quod ego te ante incipio amare, quam nosse. Vt enim, ait Apostolus, quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium: ita e contrariis tuae dilectionis fama dispergitur, vt non tam laudandus sit ille, qui te amat, quam scelus putetur facere ille, qui non amat. Praetermitto innumerabiles, in quibus Christum sustenasti, paupisti, vestisti, visitasti. Heliodori fratris a te adiuta necessitas, murorum etiam potest ora laxare, quibus gratijs, quo ille praeconio peregrinationis incommoda a te nota referebat? ita vt ego ille tardissimus, quem intolerabilis languor vexat, pennatis, vt aiunt, pedibus, certe caritate & voto te salutauerim, & etiam complexus sim. Gratulor itaque tibi, & nascentem amicitiam vt Dominus confederare dignetur, precor. Et quia frater Ruffinus, qui cum sancta Melania ab Aegypto Hierosolymam venisse nar-

rarur, indiuidua mihi germanitatis caritate connexus est: quaeso, vt epistolam meam, huic epistolae tuae copulatam, ei reddere non graueris. Noli nos eius aestimare virtutibus. in illo conspicies expressa sanctitatis vestigia: & ego cinis, & vilissima pars lutuli, & iam fauilla, dum vertor, satis habeo, si splendorem mortui illius imbecillitas oculorum meorum ferre sustineat. Ille modo se lauit, & mundus est, & tamquam nix dealbatus: ego, cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus operior cum tremore reddere nouissimum quadrantem. sed tamen quia Dominus soluit compeditos; & super humilem & tremulentem verba sua, requiescit, forsitan & mihi, in sepulchro scelerum iacenti, dicat: Hieronymus, veni foras. Sanctus presbyter Euagrius plurimum te salutatur: & Martinianum fratre iuncto salutamus obsequio: quem ego videre desiderans, catena languoris innector.

Psal. 59.

Math. 3.
Psal. 141.
Esa. 66.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

SCRIBIT ad eundem Florentium, eius litteris respondens; petitque ab eo libros quosdam, offerens ipse inter cetera, quos habebat, de sua bibliotheca.



IN ea mihi parte eremi comoranti, quae iuxta Syriae Saracenis iugitur, dilectionis tuae scripta perlata sunt, quibus lectis, ita redactus est animus Hierosolymam proficiscendi, vt penocuerit proposito, quod profuerat caritati. Nunc igitur, quo modo valeo, pro me tibi litteras represento: etsi corpore absens, amore tamen & spiritu venio, impendio exposcens, ne nascentes amicitias, quae Christi glutino cohaeserunt, aut temporis, aut locorum magnitudo diuellat, quin potius foedere mus eas reciprocas epistolis, illae inter nos currant, illae sibi obuiet, illae nobiscum loquantur. Non multum perditura erit caritas, si tali seculo sermone fabuletur. Ruffinus autem frater, vt scribis, necdum venit, & si venerit, non multum proderit desiderio meo, cum eu iam visurus non sim. ita enim & ille longo intervallo separatus est, vt huc non possit excurrere: & ego arrepta solitudinis terminis arceor, vt coeperit iam mihi non licere quod volui. Ob hoc & ego obsecro, & tu vt petas, plurimum quaeso, vt tibi beati Rhetij, Augustudunensis episcopi, commentarios ad describendum largiatur, in quibus Canticum canticorum sublimiori sensu ille disseruit. Scripsit mihi & quidam de patria supradicti fratris Ruffini, Paulus senex, Tertulliani suum codicem apud eum esse, que vehementer reposcit. & ex hoc, quaeso, vt eos libros, quos me non habere breuis subditus edocebit, librarij manu in charta scribi iubeas. Interpretationem quoque psalmsorum Dauidicorum, & prolixum valde librum de synodis sancti Hilarij, quem ei apud Treuiros manu mea ipse descripseram, aequo vt mihi transferas peto. Nosti hoc esse Christianae animae pabulum, si in lege Domini meditetur die ac nocte. Ceteros hospitio recipis, solatio foues, sumptibus iuuas. Mihi si rogata praestiteris, cuncta largitus es. Et quonia, largiente Domino, multis sacrae bibliothecae codicibus abundamus, impera vicissim, & quodecumque vis, mittam. nec putes mihi graue esse, si iubeas. habeo alumnos, qui antiquariae arti seruiunt. Neque vero beneficium pro eo, quod polliceor, postulo. Heliodorus frater mihi

CAP. I.

Psal. 1.

mihî indicauit, te multa de scripturis querere, nec sic inuenire. aut, si omnia habes, incipit sibi plus caritas vindicare, plus petere. Magistrum autem pueri tui, de quo dignatus es scribere; quem plagiatores eius esse, non dubium est; sæpe Euagrius presbyter, dum adhuc Antiochiæ essem, me præsentem corripuit. cui ille respondit: Ego nihil timeo. Dicit se à Domino suo fuisse dimissum: & si vobis placet, ecce hic est, trāsmitte quo vultis. in hoc arbitror me non peccare, si hominem vagum non sinam longius fugere. Quapropter, quia ego, in hac solitudine constitutus, non possum agere quod iussisti; rogavi carissimum mihî Euagrium, vt tam tui, quàm mei causâ instanter negotium prosequatur.

HIERONYMVS AD LÆTAM de institutione filia.

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

PAVLA verula genuerat Toxotium, & Eustochium. Toxotius Lætam duxit vxorem, ex eoque coniugio orta est Paula puella. hanc Paula auiā virginitati destinarat. docet nunc D. Hieronymus Lætā viduam, quo modo instituerē filiam debeat: rogāsq; vt prope in Bethlehem ad auiam Paulam, & Eustochium amitam illam mitrat, se nutricium, & magistrum paruulæ futurum pollicetur.

CAP. I.
1. Cor. 7.



POSTOLVS Paulus scribens ad Corinthios, & rudem Christi Ecclesiam sacris instruens disciplinis, inter cetera mandata hoc quoque proposuit, dicens: Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum ea, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. alioqui filij vestri immundi essent, nunc autem mundi sunt. Si cui forte hactenus videbantur nimium disciplinæ vincula laxata, & præceptis indulgentia præceptoris, consideret domum patris tui, clarissimi quidem & eruditissimi viri, sed adhuc ambulantis in tenebris: & intellet consilium Apostoli illuc profecisse, vt radicis amaritudinem dulcedo fructuum compensaret; & viles virgulæ balsama pretiosa sudarent. Tu es nata de impari matrimonio: & de te, & Toxotio meo Paula generata est. Quis hoc crederet, vt Albini pontificis neptis de repromissione martyris nasceretur? vt, præsentem & gaudentem auo, paruulæ adhuc lingua balbutiens, Christi alleluia resonaret? vt virginem Christi in suo gremio nutrirat fenex? Et bene, feliciterq; expectauimus. Sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Iam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circumdat. Ego puto, etiam ipsum Iouem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere. Despuat, licet, & irrideat epistolam meam, & me vel stultum, vel insanum clamitet; hoc & gener eius faciebat antequam crederet. Fiunt, non nascuntur Christiani, Auratum squaleret Capitolium. fuligine, & aranearum telis omnia Romæ tēpla cooperta sunt. mouetur vrbs fedibus suis: & inundas populus ante delubra semiruta, currit ad martyrum tumulos. si non extorquet fidem prudentia, extorqueat saltem verecundia.

CAP. 2.

Hoc, Læta, religiosissima in Christo filia, dictum sit, vt non desperes parentis salutem; & eadem fide, qua meruisti filiam, & patrem recipias, totiusq; domus beatitudine perfruaris, sciens illud à Domino repromissum: Quæ apud homines impossibilia, apud Deum possibilia sunt. Numquam est sera conuersio.

Matth. 19.

HIERO. TOM. I.

Læta de cruce transijt in paradysum: Nabuchodonosor, rex Babylonis, post efferationem corporis, & cordis, & belluarum in eremo conuictum, mentem recepit humanam. Et, vt omittam vetera; ne apud incredulos nimis fabulosa videantur; ante paucos annos propinquus vester Gracchus, nobilitatem patriciam sonans nomine, cum præfecturam gereret vrbānam; nonne specum Mithræ, & omnia portentuosā simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perles, Helios, Bromius pater iniciantur, subuertit, fregit, exussit, & his quali obsidibus ante præmissis, impetrauit baptismum Christi? Solitudinem patitur & in vrbe gentilitas. dij quondam nationum cum bubonibus & noctuis in solis culminibus remanserunt. vexilla militum, crucis insignia sunt. Regum purpuras, & ardentēs diadematum gemas, paribuli salutaris pictura concederat. Iam & Ægyptius Serapis Christianus factus est. Marnas Gazæ luget inclusus, & euerfionem templi iugiter pertremisit. De India, Perside, Æthiopia monachorum quotidie turmas suscipimus. Deposuit pharetras Armenius: Hunni discunt psalterium: Scythiæ frigora feruent calore fidei: Getarum rutilus & flauus exercitus, ecclesiarum circumfert tentoria, & ideo forsitan contra nos æqua pugnant acie, quia pari religione confidunt. Pene lapsus sum ad aliam materiam; & currente rota, dum vrceum facere cogito, amphoram finxit manus. propositum enim mihî erat, sanctæ Marcellæ & tuis precibus inuitatum, ad matrem, id est, ad te, sermonem dirigere, & docere, quo modo instituere Paulam nostram debeas: quæ prius Christo consecrata est, quàm genita, quàm ante votis, quàm vtero, concepsit. Vidimus aliquid temporibus nostris de prophetalibus libris. Anna sterilitatem alui fecunditate mutauit. tu luctuosam fecunditatem, vitalibus liberis commutasti. Fidens loquor, accepturam te filios, quæ primum fetum Domino reddidisti. Ista sunt primogenita, quæ offeruntur in lege. Sic natus est Samuel: sic ortus Sampson est: sic Ioannes Baptista ad introitum Mariæ exultauit, & iussit. Audiebat enim verba Domini per os virginis pertonantis: & de vtero matris in occursum eius gestiebat erumpere.

Luc. 23.
Dan. 4.

1. Reg. 1.

Exo. 13.
Iud. 13.
Luc. 1.

CAP. 3.

Igitur, quæ de repromissione nata est, dignam habeat ortu suo institutionem parentum. Samuel nutritur in templo. Ioannes in solitudine preparatur. ille sacro crine venerabilis est, vinum & ficeram non bibit: adhuc paruulus cum Domino sermocinatur. hic fugit vrbes, zona pellicea cingitur, locustis alitur, ac melle siluestri, & in tyrum penitentia prædicandæ, tortuosissimi animalis veltitur exuijs. Sic erudienda est anima, quæ futura est templum Dei. Nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat: cantica mundi ignoret. adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbatur. Procul sit ætas lasciuia puerorū: ipsæ puellæ, & pedisequæ à sæcularibus consortijs arceantur; ne, quod male didicerint, peius doceant. Fiant ei litteræ vel buxæ, vel eburnæ, & suis nominibus appellentur. ludat in eis; vt & iustus ipse eruditio sit. & non solū ordinem teneat litterarum, vt memoria nominū in canticū trāseat; sed & ipse inter se crebro ordo turbetur; & medijs vltima, & primis media misceantur; vt eas non sono tantum, sed & visu nouerit. Cum verò cœperit trementi manu stylū in cera ducere; vel alterius superposita manu teneri regatur articuli, vel in tabula sculpatur elementa, vt pereosdem sulcos inclusa marginibus trahantur veltigia, vt foras nō queat euagari. Syllabas iūgat ad præmiū, &

B

quibus

quibus illa aetas deliniri potest, munusculis inuitetur. Habeat & in discendo socias, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur. Non obiurganda est, si tardior sit: sed laudibus excitandum est ingenium; ut & vicisse gaudeat, & victa doleat. Cauendum in primis, ne oderit studia: ne amaritudo eorum, praecipua in infantia, ultra rudes annos transeat. Ipsa nomina, per quae consuescit paulatim verba contexe- re, non sint fortuita, sed certa, & coaceruata de industria, prophetarum videlicet, atque apostolorum, & omnis ab Adam patriarcharum series, de Mat- thaeo Lucaq; descendat; ut dum aliud agit, futurae memoriae praeparatur. Magister probae aetatis, & vi- tae, atque eruditionis est eligendus: nec, puto, eru- bescat vir doctus id facere in propinqua, vel nobili virgine, quod Aristoteles fecit in Philippi filio, ut ipse librarioꝝum vilitate initia traderet litterarum. Non sunt contemnenda quasi parua; sine quibus magna consistere non possunt. Ipse clementorum fo- nus, & prima institutio praceptorum aliter de eru- dito, aliter de rustico ore profertur, vnde & tibi est prouidendum, ne ineptis blanditijs feminarum, di- midiatia dicere verba filia consuescat, & in auro at- que purpura ludere: quorum alteruꝝ linguaz, alterum moribus officit: ne discat in tenero, quod ei postea dediscendum est. Gracchorum eloquentiae multum ab infantia sermo matris contulisse scribitur. Hortensij oratio inter paternos sinus coaluit. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in pristinum candorem reuocet? Re- cens testa diu & saporem retinet, & odorem, quo pri- muꝝ imbuita est. Graeca narrat historia, Alexandrum, potentissimuꝝ regem, orbisq; domitorem, & in mor-ibus, & in incessu, Leonidis praedagogi sui non potuisse carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuerat in- fectus. Procliuis est enim maloruꝝ aemulatio: & quo- rum virtutes assequi nequeas, cito imitaris vitia. Nut-rix ipsa non sit temulenta, non lasciuia, non garrula: habeat modestam gerula, nutricium grauem. Cum auuꝝ viderit, in pectus eius transiliat, de collo pendeat, nolenti, alleluia, decantet. Rapiat eam auia: patrem risibus agnoscat: sit omnibus amabilis: & vniuersa propinquitas rosam ex se natam gaudeat. Discat sta- tim, quam habeat & alteram auiam, quam amitam; cui imperatori, cui exercitui tiruncula nutriatur, il- las desideret, ad illas tibi minitetur abscessum. Ipse habitus & vestitus doceat eam, cui promissa sit: Ca- ue, ne aures eius perfores: ne cerussa & purpurisso consecrata Christo ora depingas: nec collum auro & margaritis premas: nec caput gemmis oneres: nec capillum irruces, & ei aliquid de gehennae ignibus aspiceris; habeat alias margaritas, quibus postea venditis, emptura est pretiosissimum margaritum. Praetextata, nobilissima quondam femina, iubente viro Hymettio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius cultumq; mutauit; & neglectum cri- nem mundano more texuit sibi, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cernit in formis venisse ad se ange- lum, terribili voce minitantem poenas, & haec verba frangentem: Tu ne ausa es viri imperium praefere Christo? tu caput virginis Dei, tuis sacrilegis attri- butare manibus? quae iam nunc arescent, ut sentias ex- cruciata quid feceris; & finito mense quinto, ad in- ferna duceris, sin autem perseueraueris in scelere; & marito simul orbaberis, & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt; & seram miseram poenitentiam velox si- gnauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores te- pli sui, sic gemmas & pretiosissima ornamenta defen-

dit. Et hoc retuli, non quod insultare velim calamita- ribus infelicium: sed ut moneam, cum quato metu, & cautione seruare debeas, quod Deo spondidisti.

Heli sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum, Episcopus fieri non potest, qui filios habuerit luxu- riosos, non subditos. At e contrario de muliere scri- bitur, quod salua fiet per filioꝝum generationem, si permanserit in fide, & caritate, & sanctificatione cum pudicitia. Si perfecta aetas & sui iuris, imputatur pa- rentibus: quanto magis lactens, & fragilis, quae iuxta sententiam Domini, ignorat dextram, & sinistram, id est, boni, & mali differentiam? Si sollicita prouides, ne filia percutiatur a vipera: cur non eadem cura prouideas, ne feriat a malleo vniuersae terrae? ne bi- bat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienae? ne lu- dat pedibus, ne trahat tunicas? Venena non dan- tur, nisi melle circumlita: & vitia non decipiunt, ni- si sub specie vmbrae virtutis. Et quo modo, inquires, peccata patrum filijs non redduntur, nec filioꝝum pa- rentibus, sed anima, quae peccauerit, ipsa morietur: Hoc de his dicitur, qui possunt sapere, de quibus in Euangelio scriptum est: Aetatem habet, loquatur pro se. qui autem paruulus est, & sapit ut paruulus, donec ad annos sapientiae veniat, & Pythagorae litte- ra Y eum perducatur ad biuuium, tam bona eius, quam mala parentibus imputantur. Nisi forte existimas, Christianoꝝum filios, si baptisma non receperint, ipsos tantum reos esse peccati, & non etiam scelus referri ad eos, qui dare noluerint, maxime eo tem- pore, quo contradicere non poterant qui accepturi erant: sicut in regione salus infantium, maiorum lu- crum est. Offerre, necne, filiam, potestatis tuae fuit: quamquam alia sit tua conditio, quae prius eam vo- uisti, quam conciperes: ut autem oblatam non ne- gligas, ad periculum tuum pertinet. Qui claudam, & mutilam, & qualibet forde maculatam obrulerit hostiam, sacrilegij reus est: quanto magis, qui par- tem corporis sui, & illibatae animae puritatem regis amplexibus parat, si negligens fuerit, punietur? Post- quam grauiuscula esse coeperit, & in exempli spon- si sui crescere sapientia, aetate, & gratia apud Deum & homines; pergat ad templum veri patris cum pa- rentibus suis; sed cum illis non egrediatur e templo. Querant eam in itinere saeculi inter turbas & fre- quentiam propinquoꝝum, & nusquam alibi reperiant, nisi in adyto scripturarum, prophetas & apostolos de spiritualibus nuptijs sciscitantem. Imitetur Mariam, quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit: & ideo forsitam timore perterrita est, quia virum, quem non solebat, aspexit. Aemuletur eam, de qua dicitur: Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Loquatur & ipsa electo, caritatis iaculo vulnerata: Introduxit me rex in cubiculum suum. Nunquam exeat foras; ne inueniant eam, qui circumueunt euitatem; ne per- cutiant, & vulnerent, & auferant thesaurum pudici- tiae, & nudam in sanguine derelinquat: quin potius, cum aliquis ostium eius pulsauerit, dicat: Ego mu- rus, & vbera mea turris: laui pedes meos, non possum inquinare eos. Non vesticatur in publico, id est, in parentum conuiuio; ne videat cibos, quos deside- ret. Et licet quidam putent maioris esse virtutis, praesentem contemnere voluptatem: tamen ego arbitror securioris continentiae esse, nescire quod queras. Legi quondam in scholis puer: Aegre repre- hendas, quod simis consuescere. Discat iam nunc & vinum non bibere, in quo est luxuria. Ante annos ro- bustae aetatis, periculosa est teneris grauis abstenen- tia: vsque ad id tempus; si necessitas postulauerit;

CAP. 4.
1. Reg. 3.1. Tim. 3.
1. Tim. 1.

Ioan. 4.

Hier. 50.
51.
Gen. 34.

Ezech. 18.

Ioan. 9.

Leuit. 21.

Luc. 2.

Psal. 44.

Cant. 1.

Cant. 6.
& 5.

Eph. 5.

& bal-

Matth. 1.
Luc. 3a.

Matth. 13.

.Tom. 5.

& balneas adéat, & vino vtatur modico propter stomachum, & carniū edulio sustentetur, ne prius deficiant pedes, quàm currere incipiant. Et hoc dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium, timés debilitatem, non docens luxuriam. alioqui, quod Iudaica superstitio ex parte facit in reiectione quorūdam animalium, atque escarum, quod & Indorum Brachmani, & Aegyptiorum Gymnosophistæ in potentæ, & orizæ, & pomorum solo obseruant cibo, cur virgo Christi nõ faciat in toto? Si tanti vitrum, quare non maioris sit pretij margaritum?

CAP. 5.

Quæ nata est ex promissione, sic viuat, vt illi vixerunt, qui de repromissione generati sunt. æqua gratia æquum habeat & laborem. Surda sit ad organa, tibia, lyra, cithara, cur facta sint, nesciat. Reddat tibi pensum quotidie de scripturarum floribus captū. Edificat Græcorum versuum numerum. Sequatur statim & Latina eruditio: quæ si non ab initio os tenerum composuerit, in peregrinum sonum lingua corrumpitur, & externis vitij sermo patrius sordidatur. Te habeat magistratū, te rudis miretur infantia. Nihil in te & in patre suo videat, quod si fecerit, peccet. Memento te vos parentes virginis, magis eam exemplis doceri posse, quàm voce. Cito flores pereunt: cito violas, & lilium, & crocum pestilens aura corrumpit. Nusquam absque te procedat in publicum. basilicas martyrum, & ecclesias sine matre non adeat. Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus ardeat. Vigiliarum dies, & sollempnes pernoctationes sic virguncula nostra celebret, vt ne transuersum quidem vnguam a matre discadat. Nolo, de ancillis suis aliquam plus diligat, cuius crebrò auribus infusurret, quidquid vni loquitur, nec omnes sciant. Placeat ei comes, non compra, neque formosa, atque lasciuia, quæ liquido guttore carmen dulce moduletur, sed grauis, pallens, sordidata, subtristis. Præponatur ei probæ fidei, ac morum & pudicitia virgo veterana, quæ illam doceat, & assuescat exemplo ad orationes & psalmos nocte cõsurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensamque lucerna reddere sacrificium vespertinum. sic dies transeat, sic nox inueniat laborantem. orationi lectio, lectio succedat oratio. breue videbitur tempus, quod tantis operum varietatibus occupatur. Difcat & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere. Spernat bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lentescens. talia vestimenta paret, quibus pelatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur. Cibus eius olusculum sit, & similia, raroque pisciculi. Et, ne gulæ præcepta longius traham, de quibus in alio loco plenius sum locutus, sic comedat, vt semper esuriat; vt statim post cibum possit legere, orare, & psallere. Displicent mihi, in teneris maxime ætatibus, longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo, ac poma vetantur. Experimento didici, a sellum in via, cum lassus fuerit, diuerticula quærere. Faciant hoc cultores Isidis, & Cybeles, qui gulosa abstinentia Phasides aues, ac fumantes turtures vorant, ne scilicet cerealia dona contaminent. Hoc in perpetuo ieiunio sit præceptum, vt longo itineri vires perpetes superent, ne in prima mansione curretes, in medijs corruamus. Cæterum, vt ante scripsi, in quadagesima continentia vela pandenda sunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus. quamquam alia sit conditio sæcularium, alia virginum, & monachorum. Sæcularis homo in quadagesima ventris ingluuiem decoquit, & in cochlearum moré succo victi-

tans suo, futuris dapibus ac saginæ aqualiculū parat. Virgo, & monachus sic in quadagesima suos dimittat equos, vt sibi meminerint semper esse currendū. finitus labor maior, infinitus moderatior est. ibi enim respiramus, hic perpetuò incedimus. Si quando ad suburbana pergis, domi filiam non relinquant: nesciat sine te, nec possit viuere: & cum sola fuerit, pertimescat. Non habeat colloquia sæcularium, & malarum virginum contubernia. Non intersit nuptijs seruulorum, neque familiae perstreptentis lusibus misceatur. Scio præcepisse quosdam, ne virgo Christi cum eunuchis lauet, nec cum maritatis feminis; quia alij non deponant animos virorum, alia tumētibus veteris præferant sceditatem. mihi omnino in adulta virgine lauacra displicet, quæ se ipsam debet erubescere, & nudam videre nõ posse. si enim vigilijs, & ieiunijs macerat corpus suum, & in seruitute redigit, si flammâ libidinis, & incentiua feruentis ætatis extinguere cupit cõtinentiæ frigore, si appetitis sordibus turpare festinat naturalem pulchritudinem; cur econtrariò balnearum fomētis sopitos ignes suscitaret? Pro gemmis, & serico diuinos codices amet, in quibus nõ auri, & pellis Babylonicæ vermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata, & erudita distinctio. Difcat primò psalteriū, his se caticis auocet, & in prouerbijs Solomonis erudiatur ad vitâ. In Ecclesiaste consuecat, quæ mundi sunt, calcare. In Job virtutis & patientiæ exempla sectetur. Ad Euāgelia transeat, numquã ea positura de manibus: Apostolorū Acta & Epistolæ totâ cordis imbibat volūtate. Cumque pectoris suicellarium his opibus locupletauerit, mandat memoriæ Prophetas, Pentateuchum, & Regū, & Paralipomenon libros, Esdræ quoque & Hester volumina. Ad vltimum, sine periculo difcat Canticum canticorum, ne, si in exordio legerit, sub carnalibus verbis spirituum nuptiarum epithalamium non intelligens, vulneretur. Caueat omnia apocrypha: & si quado ea nõ ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit, sciat nõ eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaque his admixta vitiosa, & gradis esse prudentiæ, aurū in luto quærere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij epistolæ, & Hilarij libros inoffenso decurrat pede. illorum tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorū libris pietas fidei nõ vacillet. ceteros sic legat, vt magis iudicet, quàm sequatur:

Respõdebis: Quo modo hæc omnia mulier sæcularis, in tanta frequentia hominū, Romæ custodire poterit? Noli ergo subire onus, quod ferre non potes: sed, postquã ablastraueris eã cum Isaac, & vestieris cū Samuele, mitte auia, & amitæ. Redde pretiosissimã gemmam cubiculo Marię, & cunis Iesu vagietis imponia. Nutriatur in monasterio; sit inter virginū choros; iurare nõ difcat, mentiri sacrilegiū putet: nesciat sæculū, viuat angelicè: sit in carne sine carne; omne hominū genus sui simile putet. Et, vt cætera taceã, certè te liberet seruadi difficultate, & custodię periculo. Melius tibi est desiderare absentē, quàm pauere ad singulã, quid loquatur, cum quo loquatur, cui annuat; quæ libeter aspiciat. Trade Eustochio paruulã, cuius nūc & ipse vagitus pro te oratio est. trade comitem sanctitatis, futuram heredem. illam videat; illam amet; illam primis miretur ab annis, cuius & sermo; & incessus, & habitus doctrina virtutū est. Sit in gremio auia; quæ repetat in nepte, quidquid præmiserit in filia; quæ logo vsu didicit nutrire, seruare, docere virgines; in cuius coronam cetenarij quotidie numeri castitas textitur. Felix virgo, felix Paula Toxotij, quæ per auę amitæque virtutes nobilior est sanctitate, quã genere.

CAP. 6.

Gen. 27.
1. Reg. 2.

Eccle. 3.
1. Cor. 7.

1. Reg. 1.

O si tibi contingeret videre socrum, & cognatam tuam, & in paruis corpusculis ingentes animos inueneri: pro insita tibi pudicitia non ambigerem, quin precederem pontificis, & primam Dei fecunda Euangelij lege mutares: nec tu paruipederes aliorum desideria liberorum, sed te ipsam magis offerres Deo. Sed quia tempus est amplexandi, & tempus longe fieri à complexibus, & vxor non habet potestatem corporis sui, & vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat in Domino; & qui sub iugo est, ita debet currere, ne in luto comitem derelinquat: totum redde in sobole, quod interim distulisti. Anna filium, quem Deo uocera, postquam obtulit in tabernaculo, numquam recepit, indecens arbitrata, ut futurus propheta in eius domo cresceret, quæ adhuc alios filios habere cupiebat. Deniq; postquam concepit, & peperit, non est ausa ad templum accedere, & uacua apparere coram Domino, nisi prius redderet, quod debebat: taliq; immolato sacrificio, reuersa domum, quinque liberos sibi genuit, quia primogenitum Deo pepererat. Miraris felicitatem sanctæ mulieris? imitate fidem. ipse, si Paulam miseris, & magistrum me, & nutricium spondeo. gestabo humeris, balbutientia senex uerba formabo, multo gloriosior mundi philosopho, qui non regem Macedonum, Babylonio periturum ueneno; sed ancillam & sponsam Christi crudiam, regnis cælestibus offerendam.

AD DEMETRIADEM, DE
seruanda uirginitate.

EPISTOLA VIII.

ARGUMENTVM.

HIERONYMVS, à Iuliana matre, & Proba auia rogatus, Demetriadem uirginem docet, quo modo uiuere, & uirginitatem custodire debeat.

CAP. I.



NTER omnes materias, quas ab adolescentia usque ad hanc ætatē, uel mea, uel notariorū scripsi manu, nihil præsentī operē difficilius. scripturus enim ad Demetriadem, uirginē Christi, quæ & nobilitate, & diuitijs prima est in orbe Romano, si cuncta uirtutibus eius cõgrua dixerō, adulari putabor: si quædam subtraxero, ne incredibilia uideantur, damnum laudibus eius mea faciet uerecundia. quid igitur faciam? quod implere non possum, negare non audeo: tanta est auia eius, & matris, insignium feminarū, in iubendo auctoritas, in potendo fides, in extorquendo perseverantia. Neque enim ut nouum & præcipuum quiddam à me flagitant, cuius ingenium in huiusmodi materijs saepe detritū est, sed ne uocis meæ pro uirili parte desit testimonium in eius uirtutibus explicandis, cuius, ut inclyti oratoris utar sententiā, spes magis laudanda, quàm res est. quamquam puellares annos fidei ardore superarit, & inde exæperit, ubi alij desiste, perfecte consummatq; uirtutis est. Sit procul obrectatio, facessat inuidia, nullū in ambitione sit crimen: ignoti ad ignotam scribimus, dumtaxat iuxta faciē corporalem, alioquin interior homo pulchre sibi cognitus est, illa notitia, qua & Paulus apostolus Colossenses, multosq; credentiu nouerat, quos ante non uiderat. Quantum sit apud me meritum, immo miraculū uirginis nostræ, hinc potest æstimari, quod occupatus in explanatione templi Ezechielis, quod opus in omnibus scripturis sanctis uel difficillimum est, & in ea parte delubri, in qua sancta sanctorum, & thymiamatis altare describitur, malui parumper hoc

uti diuerticulo, ut de altari transirem ad altare, & hostiam uiam, placentem Deo, ac sine ulla macula, æternæ pudicitie consecrarem. Scio, quod ad imprecationem pontificis, flammæ uirginale, sanctum operuerit caput. & illud apostolicæ uocis insigne celebratum sit: Volo autem uos omnes uirginem castam exhibere Christo. Quando astitit regina à dextris eius, in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Qua ueste polymita, & multarum uirtutum diuersitate contexta, indutus fuit & Ioseph, & regum quoddam utebantur filia. Vnde & ipsa sponsa lætatur, ac dicit: Introduxit me rex in cubiculum suum. sodaliumq; responder choros: Omnis gloria filia regis intrinsecus. Sed & nostra oratio dabit aliquid emolumentum. Equorum cursus fauore pernicior sit, pugilum fortitudo clamoribus incitatur: paratas ad prælium acies, strictosq; mucrones, sermo imperatoris accendit. Igitur & in opere præsentī auia quidem, materq; plantauerunt: sed & nos rigabimus, & Dominus incrementum dabit.

Rhetorum disciplina est ab auis, & atauis, & omni retro nobilitate ornare, quem laudes: ut ramorum sterilitatem radix secunda compesceat, & quod in fructu non teneas, mireris in trunco, Scilicet nunc mihi Proborum, & Olibriorum clara repetenda sunt nomina, & illustris Antij sanguinis genus; in quo aut nullus, aut rarus est, qui non meruerit consilium. aut proferendus Olibrius uirginis nostræ pater, quem, immatura morte subactum, Roma congemuit. Vereor plura dicere; ne sanctæ matris uulnus exasperet, & uirtutum eius recordatio, fiat doloris instauratio. Pius filius, uir amabilis, clemens dominus, cuius affabilis, consul quidē in pueritia, sed morum bonitate senator illustrior. Felix morte sua, qui non uidit patriā corruentem. immo felicior sobole, qui Demetriadis proauitæ nobilitatem insigniorem reddidit, Demetriadis filia perpetua castitate. Verum quid ago: oblitus propositi, dum admiror iuuenem, laudauit aliquid bonorum secularium, cum in eo mihi uirgo magis nostra laudanda sit, quod hæc uniuersa contempserit; quod se non nobilem, non diuitijs præpollentem, sed hominem cogitarit. Incredibilis animi fortitudo, inter gemmas & sericum, inter eunuchorum & puellarum cateras, & adulationem ac ministeria familiarum perstrepetis, & exquisitas epulas, quas amplæ domus præbebat abundantia, appetisse eam ieiuniorum laborem, asperitatem uestium, uictus continentiam. legerat enim Domini uerba dicentis: Qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Stupebat ad conuersationem Helia, & Ioannis Baptistæ: quorū uterq; zona pellicca astrinxit & mortificauit lumbos suos: alter uenisse narratur in spiritu, & uirtute Helia, præcursor Domini, in utero prophetans parentis, & ante diē iudicij iudicis uoce laudatus. Annæ filia Phanuelis mirabatur ardorem, quæ orationibus atque ieiunijs usque ad ultimam senectutem in templo Domino seruiebat. Quatuor uirginum filiarum Philippi desiderabat choros; & uinam se illarum esse cupiebat, quæ pudicitia uirginali, prophetiæ gratiam consecutæ sunt. His, & huiusmodi cogitationibus pascebat animum, nihil ita metuens, quàm auiam, matremque offendere. quarum cum incitaretur exemplo, uoluntate, & studijs terrebatur; non quo displiceret eis sanctum propositum, sed quod, pro rei magnitudine, optare id, & appetere non auderent. Æstuebat Christi truncula. oderat ornatum suum: & cum Hester loquebatur ad Dominum: Tu nosti, quod oderim insigne capitis mei, hoc est, diadema,

2. Cor. 11.
Psal. 44.

Gen. 37.

Cant. 7.
Psal. 44.

CAP. 1.

Matth. 11.
4. Reg. 1.
Matth. 3.
Matth. 11.Luc. 2.
Act. 1.

Hest. 1. 15.

quo

quo utebatur quasi regina, & tantæ ducam immunitatæ, velut pannum menstruatæ. Aiunt sanctæ & nobiles feminæ, quæ eam viderunt, quæ norunt, quas de litore Galliarum ad habitationem sanctorum locorum, hostium per Africam compulit sæua tempestas; noctibus & secreto, consijs tantum virginibus Dei, quæ in matris, & auix comitatu erant, numquam eam linteaminum, numquam plumarum vlam mollitiæ, sed ciliciorum in nuda humo habuisse pro stratu, iugibus facie rigasse lacrymis; Saluatoris mente genibus aduolutam; vt suum reciperet propositum; vt impleret desiderium; vt auix animum matrisque molliret. Quid' ultra differo? cum iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur; secreto & absque arbitris, noctemque habens pro solatio, talibus se fertur armasse consijs: Quid agis Demetrias? cur pudicitiam tanto pauore defendis? libertate opus est, & audacia. quæ sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiundo? quæ tuorum vultum ferre non potes, quo modo sustineres tribunalia persecutorum? si te virorum exempla nõ pro-uocant, hortetur, faciatque securam beata martyr Agnes, quæ & ætatem vicit, & tyrannum; & titulum castitatis, martyrio consecrauit. Nescis misera, nescis cui virginatam tuam debeas. Dudum inter barbaras tremuisti manus; auix, matrisque sinu, & pallijs tegebaris. vidisti te captiuam, & pudicitiam tuam non tuæ potestatis: horruisti truces hostium vultus: raptas virgines Dei, gemitu tacito conspexisti. vrbs tua, quondam orbis caput, Romani populi sepulchrum est; & tu in Libyco litore, exulem virum, exul ipsa accipies: quam habitura pronubam? quo deducenda comitatu? Stridor Punicæ linguæ, procacia tibi Fescennina cantabit. Rumpere moras omnes. Perfecta Dei dilectio foras mittit timorem. Assume scutum fidei, lorica iustitiæ, galeam salutis: prode ad prælium. Habet & pudicitia seruata martyrium suum. Quid metuis auiam? quid formidas parentem? forsitan & ipsæ veliat, quod te velle non credunt.

1. Ican. 4.
Eph. 6.

CAP. 3.

His, & alijs compluribus inflammata stimulis, omnem corporis cultum, & habitum sæcularem, quasi propositi sui impedimenta, proiecit. Prætoriosa monilia, & graues censibus vniones, ardentisque gemmæ redduntur scrinijs: vili tunica induitur, viliori tegitur pallio: & insperata auix genibus repente prouoluitur; fletu tantum, & planctibus, quæ esset, ostendit. Obstupuit sancta & grauis femina, alienum habitum in nepte conspiciens. mater gaudio stabat attonita. vtraque verum nõ credere, quod verum esse cupiebat. hæsit vox faucibus; & inter ruborem, & pallorem, metumque atque lætitiæ, cogitationes varix nutabant. Succumbendum est huic loco; neque narrare aggrediar, quod dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibilis gaudij magnitudinẽ & Tulliani fluuius siccaretur ingenij, & cõtorte Demosthenis, vibratæque sententiæ, tardius, languidiisque ferrentur. Quidquid potest cogitare animus, quidquid sermo potest explicare, illo in tempore factum est. Certatim in oscula neptis, & filix mater, & auia ruunt. vbertim flere præ gaudio, iacētẽ manu attollere, amplexarique; trepidantem: agnoscere in illius proposito mentem suã, & gratulari, quod nobilem familiam virgo virginitate sua nobiliorẽ faceret; inuenisse eam, quod præstaret generi, quod Romanæ vrbs cineres mitigaret. Iesu bone, quid illud in tota domo exultationis fuit? Quasi ex radice secunda multe simul virgines pullu-

larunt: exemplumque patronæ: & dominæ secuta est clientum turba, atque famularum. Per omnes domos feruebat virginatatis professio quarum cum impar esset in carne condicio, vnum erat præmium castitatis. parum loquor. Cunctæ per Africam ecclesiæ quodam exultare tripudio. non solum ad vrbes, opida, viculosque; sed ad ipsa quoque; magalia celebris fama penetravit. omnes inter Africam, Italiamque; insulæ hoc rumore repletæ sunt, & inoffenso pede longius gaudia cucurrere. Tunc lugubres vestes Italia mutauit; & semiruta vrbs Romæ mœnia, pristinum ex parte recepere fulgorem, propitium sibi existimantes Deum, in alumna conuersione perfecta. Putares extinctam Gothorum manum, & colluuiem perfugarum atque feruorum Domini desuper intonantis fulmine concidisse. Non sic post Trebiam, Thrasymenum, & Cannas, in quibus locis Romanorum exercituum cæsa sunt millia, Marcelli primū apud Nolam prælio se populorum agmina, auro redempta nobilitas, & seminarium Romani generis in arce cognouit. Penetravit hic rumor orientis litora; & in mediterraneis quoque; vrbus Christianæ gloriæ triumphus auditus est. Quæ virginum Christi notuum, Iuliana, beatum clamat uterum? Incerta apud infideles sunt præmia futurorum. plus interim recepisti virgo, quam obtulisti. Quam sponsam hominis vna tantum provincia nouerat, virginem Christi totis orbis audiuit.

Solent miseri parentes, & non plena fidei Christiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginatati tradere. Tanti, vt dicitur, vitrum, quanti margaritum? Certe, qui religiosiores sibi videntur, paruo sumptu, & qui vix ad alimentã sufficiat, virginibus dato, omnem censum in vtroque sexu sæcularibus liberis largiuntur. quod nuper in hac vrbe diues quidam fecit presbyter; vt duas filias in proposito virginali inopes relinqueret; & aliorum ad omnem copiam filiorum luxuriæ, atque delicijs prouideret. fecerunt hoc multæ, pro dolor, nostri propositi feminæ: atque vitularum esset exemplum: quod quanto crebrius est, tanto istæ feliciores, quæ ne plurimarum quidem exempla secutæ sunt. Fertur, & omnium Christianorum laude celebratur, quicquid fuerat nuptijs præparatum, a sancta Christi Sinoride virgini traditum, ne sponso fieret iniuria; immo vt dotata pristinis opibus veniret ad sponsum; & quod in rebus mundi perituum erat, domesticorum Dei sustentaret inopiam. Quis hoc credat? Proba illa, omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius, cuius sanctitas, & in vniuersos effusa bonitas etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam triū liberorum, Prohini, Olibrij, & Probi, non fatigarunt ordinarij consulatus; & cum, incensis direptisque domibus, in vrbe capriuitas sit, nunc habitas venundare dicitur possessiones, & facere sibi amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in æterna tabernacula, vt erubescant omnis ecclesiastici ministerij gradus, & casta nomina monachorum emere prædia, tanta nobilitate vendente. Vix barbarorum effugerat manus; & auulas de complexu suo virgines fleuerat; cum subito intolerabili, quod nunquam timuerat, amantissimi filij orbitate percutitur; & quasi futura virginis Christi auia, spe futurorum mortiferum vulnus excepit. probans in se verum esse, quod in lyrico carmine super iusti præconio dicitur: Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. Legimus in volumine Iob: Adhuc isto loquente, venit alius nuncius. Iob. 1. 2.

CAP. 4.

Luc. 16.

Iob. 1.7. Et in eodem: Tétatio, siue, vt melius habetur in Hebræo, militia, est vita hominis super terram. Ad hoc enim laboramus, & in sæculi huius periclitamur militia, vt in futuro sæculo coronemur. Nec miri hoc de hominibus credere, cū Dominus ipse tétatus sit. Et de Abraham scriptura testatur, quòd Deus tentauerit eum. Quam ob causam & Apostolus loquitur: **Rom. 5.** Gaudentes in tribulatione, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Et in alio loco: **Rom. 2.** Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus, vt oues occisionis. Et Esaias huiusmodi homines cohortatur, dicens: Qui ablactati estis à lacte, qui auulsi ab ubere, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cur ista replicauerim, sequens sermo monstrabit. Quæ de medio mari fumantem viderat patriam, & fragili cymbæ salutem suam suorumq; commiserat, crudeliora inuenit Africa litora. Excipitur enim ab eo, quem nescias, vtrum auarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinum, & pretium: & qui, sub occasione partium clementissimi principis; sæuissimus omnium extitit tyrannorum; & vt aliquid loquar de fabulis poetarū, quasi Orcus in tartaro, non tricipitem, sed multorum capitum habuit Cerberum, qui cuncta traheret, ac laceraret. Hic matrum gremijs abducere pascas; negotiatoribus & auidissimis mortalium Syris, nobilium puellarum nuptias vendere; non pupillarum, non viduarum, non virginum Christi inopiæ parcere; magisq; manus rogantium speclare, quam vultus. Hanc feram Charybdim, Scyllamq; succinctam multis canibus fugiēs, barbaros matrona sustinuit, qui nec naufragijs parcerent, nec captiuitatibus flecterentur. Imitare crudelis saltē hostem Romani imperij. Brennus nostri temporis, tantum quod inuenerat tulit: tu quaeris, quod non inuenis. Et mirantur æmuli (virtus enim semper inuidiæ patet) cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptio mercata sit; cum & ille partem dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre, & hæc quasi comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine priuatae dignitatis tyranno seruientem? Sertio me inimicorum patere moribus, quòd adulari videar clarissimæ & nobilissimæ feminae: qui accusare non poterunt, si me scient hucusque tacuisse. Neque enim laudauim in ea vquam antiquitatem generis, diuitiarum & potentia magnitudinē, viro viuente, vel mortuo: quæ alij forsitan mercenaria oratione laudauerint. mihi propositum est stylo ecclesiastico laudare auiam virginis meæ, & gratias agere, quòd voluntatē eius sua adiuuerit vultate, alioquin cellula monasterij, vilis cibus, vestisq; contempta, & ætas vicina iam morti, breuisq; temporis viaticum, carent omni assentationis infamia.

Cap. 5. Denique in reliquis partibus, omnis mihi sermo ad virginem dirigitur, & virginem nobilem, & nobilem non minus sanctitate, quam genere: cuius quanto sublimior ascensus est, tanto lapsus periculosior.

Vnum illud tibi nata Deo præque omnibus vnum Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo, Vt animum tuum sacræ lectionis amore occupes, nec in bona terra pectoris tui, sementem lolij, auenarumque suscipias: ne dormiente patrefamilias, qui est *yoð*, id est, animus Deo semper adherens

inimicus homo zizania superfeminet, sed semper loquaris. In noctibus quaerui quem diligit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Et: Adhæsit post te anima mea: me suscepit dextera tua. Illudque Hieremias: Non laboraui sequens te: neque enim est dolor in Iacob, nec labor in Israel. Quādo eras in sæculo, ea quæ erāt sæculi, diligebas: polire faciem purpuriffo, & cerussa ora depingere, ornare crinen, & alienis capillis turritum verticē struere. Vt taceam de inaurium pretijs, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium, smaragdorū virore, ceruinarum flammis, hiacynthorum pelago, ad quæ ardent & infaniunt studia matronarum. nunc autem, quia sæculum reliquisti, & secundo post baptismum gradu, inisti pactum cum aduersario tuo, dicens ei: Renuncio tibi, diabole, & sæculo tuo, & pompæ tuæ, & operibus tuis: serua fœdus, quod pepigisti; & esto consentiens, pactumq; custodiens cum aduersario tuo, dum es in via huius sæculi; ne forte tradat te iudici, & te de suo aliquid vsurpasse conuincat: tradarisque ministro, qui ipse est & inimicus, & vindex; & mittaris in carcerem & in tenebras exteriores, quæ quanto à Christo vero lumine separantur, tanto nos maiori horrore circumdant; & non inde ex eas, nisi soluas nouissimum quadrantem, id est, minimum quodque delictum; quia & pro otioso verbo reddidituri sumus rationem in die iudicij. Hæc dicta sint nõ infausto cõtra te vaticinio, sed pauidi cautiq; monitoris officio, ea quoque in te, quæ tuta sunt, formidatis. Si spiritus, inquit, potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Quasi in prociuctu, & in acie stamus semper ad pugnam. Vult nos loco mouere hostis, & de gradu decedere, sed solidanda vestigia sunt, & dicendum: Statuit supra petram pedes meos, & petra refugium leporibus. Pro quo multi Herinaceos legunt: Herinaceus animal paruū, & fugax, & spinarum sentibus prægrauatū. Sed ideo Iesus spinis coronatus est, & nostra delicta portauit, & pro nobis doluit, vt de sentibus & tribulationibus feminarum, ad quas dicitur: In anxietatibus, & doloribus paries mulier, & ad virum conuersio tua, & ipse te tu dominabitur: rosa virginitatis, & lilia castitatis nascerentur. Vnde & sponsus pascitur inter lilia, & inter eos, qui vestimenta sua non coinquinauerunt: virgines enim permanferunt, audieruntque præceptum: Candida sint semper vestimenta tua, & quasi auctor virginitatis, & princeps, loquitur confidenter: Ego flos campi, & lilium conuallium. Petra igitur leporum est, qui in persecutionibus fugiūt de ciuitate in ciuitatem. Nec timent illud propheticum: Perijt fuga à me. Montes autem excelsi ceruis, quorum colubri cibus sunt: quos educit puer paruulus de foramine, quando pardus, & hœdus requiescunt simul: & bos, & leo comedunt paleas, vt nequaquam bos discat feritatem, sed leo doceatur mansuetudinem. Reuertamur ad propositum testimonium. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Post quod sequitur: Quia curatio quiescere facit peccata maxima. Qui vericulus huc habet sensum: Si in cogitationes tuas coluber ascenderit, omni custodia serua cor tuum. Et cum Dauid canito: Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo: & ad peccatū maximum, quod opere perpetratur, nequaquam peruenies, sed incentiua vitiorum statim in mente iugulabis. & paruulos Babylonis allides ad petram: in qua serpentis vestigia non reperiuntur: cauteq; Domino promittes: Si mei nõ fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emūdabor à delicto maximo. Hoc est, quod

Math. 13.

Cant. 3.

Psal. 67.

Hier. 17.

Math. 4.

Gen. 22.

Rom. 5.

Rom. 2.

Esa. 22.

Rom. 2.

Math. 5.

Math. 11.

Math. 12.

Eccle. 10.

Psal. 39.

Psal. 103.

Gen. 3.

Cant. 2.

Apo. 14.

Eccle. 9.

Cant. 2.

Psal. 74.

Esa. 11.

Eccle. 10.

Psal. 18.

Psal. 136.

Psal. 18.

Exod. 49. est, quod alibi scriptura testatur: Peccata patrum reddam in filios, in tertiam & quartam generatione, ut cogitationes nostras, mentisq; decretum non statim puniat, sed reddat in posteris, id est, in malis operibus, & in delictorum perseverantia: quoniam per Amos loquitur: Super tribus & quatuor impietatibus illius, & illius civitatis, nonne aduersabor eam?

Amos 1. & 2. CAP. 6. Hæc cursim, quasi de prato pulcherrimo sanctorum scripturarum, paruos flores carpsisse sufficiat pro commonitione tui; ut & claudas cubiculum pectoris; & crebro signaculo crucis munias frontem tuam; ne exterminator Ægypti in te locum reperiat, sed primogenita, quæ apud Ægyptios pereunt, in tua mente saluentur; & dicas cum propheta. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psallam. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Quam assumere iubetur & Tyrus, multis peccatorum confosa vulneribus: ut agat poenitentiam, & maculas pristinae foeditatis cum Petro amaris lacrymis abluat. Verum nos ignoremus poenitentiam, ne facile peccemus. Illa quasi secunda post naufragium miseris tabula sit: in virgine integra seruetur navis. Aliud est, querere, quod perdidisti: aliud, possidere, quod numquam amiseris. Vnde & Apostolus castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat; ne alijs prædicans, ipse reprobis inueniretur: corporisq; ex persona generis humani inflammaris ardoribus, loquebatur: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterum: Scio quia non habitam in me, hoc est in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi; ut faciam autem bonum, nequaquam inuenio. neque enim, quod volo bonum, sed, quod nolo malum, hoc facio. Et denuo: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Post cogitationum diligentissimam cautionem, ieiuniorum tibi arma sumenda sunt, & canendum cum David: Humiliaui in ieiunio animam meam. Et, Cinerem tantquam panem manducaui. Et, Cum molesti erant mihi, inducebar cilicio. Eua per cibum ciecra est de paradiso. Helias quadraginta dierum exercitatus ieiunio, igneo curru rapitur in caelum. Moyses quadraginta diebus ac noctibus familiaritate & sermone Dei pascitur, in se verissimum probans quod dicitur: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Saluator generis humani, qui virtutum & conuersationis suæ nobis reliquit exemplum, post baptismum statim assumitur à spiritu, ut pugnet contra diabolum, & oppressum, atque contritum tradat discipulis concuscadum. vnde & Apostolus loquitur: Deus autem conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Et tamen hostis antiquus, post quadraginta dierum ieiunium, per cibum molitur insidias, & dicit: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. In lege, mensē septimo post clangorem tubarum decimo die mensis, totius gentis Hebrææ ieiunium est, & exterminatur illa anima de populo suo, quæ saturitatem præuulerit continentia. In Iob scriptum est de dracone: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius super vmbilicum vetricis eius. Aduersum iuuenes, & puellas ætatis ardore hostis noster abutitur, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, & implet illud Osee: Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum, quæ Dei misericordia, & ieiuniorum frigore restringuntur. Hæc sunt ignita diaboli iacula, quæ simul & vulnerant, & inflammant, & à rege Babylonio tribus pueris preparantur, qui succendit fornacem quadraginta nouem cubitorum, habes & ipse septem hebdo-

mas ad perditionem, quas Domitius obseruari inferat ad salutem. Sed quo modo ibi quartus, speciem habens quasi filij hominis, immesos mitigauit ardores, & inter camini æstuantis incedium, docuit flammam calorem amittere, & aliud oculis cominari, aliud præbere tactui: sic & in animo virginali, rore caelesti & ieiuniorum frigore calor puellaris extinguitur; & in humano corpore, angelorum imperatur conuersatio, quam ob rem & vas electionis de virginibus se dicit Domini non habere præceptum: quia contra naturam, immo ultra naturam est, non exercere quod natura sit; interficere in te radicem tuam, & sola virginittatis poma decerpere; nescire thorum, omnem virorum horre contactum, & in corpore viuere sine corpore. Neque verò immoderata tibi imperamus ieiunia, & enormem ciborum abstinentiam, quibus statim corpora delicata franguntur, & ante egrotare incipiunt, quam sanctæ conuersationis facere fundamenta. Philosophorum quoque sententia est, *μεσότητις ἀρετῆς*; *ὑπερβολὰς καὶ ἑλάττωσιν*: quod Latinus ita potest sermo resonare; moderatas esse virtutes; excedentes modum, atque mensuram, inter vitia deputari. Vnde & vnus de septem sapientibus, *μηδὲν ἄγαν*, id est, ne quid, ait, nimis, quod tam celebre factum est, ut comico quoque versu expressum sit. Sic debes ieiunare, ut non palpitares, & respirare vix possis, & comitum tuarum vel portaris, vel traharis manibus, sed vt, fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in psalmis, nec in vigiliis solito quid minus facias: Ieiunium non perfecta virtus, sed cæterarum virtutum fundamentum est, & sanctificatio, atque pudicitia: sine qua nemo videbit Deum; gradus præbet ad summa scandentibus; nec tamen, si sola fuerit, virginem poterit coronare. Legamus euangelium sapientium & stultarum virginum: quarum alia cubiculum sponsum ingrediuntur; alia, bonorum operum oleum non habentes, extinctis lampadibus excluduntur. Latus est super ieiunii campus: in quo & nos sæpe cucurrimus, & multorum proprii habentur libri; ad quorum te mitimus lectionem; ut discas, quid boni habeat continentia, & quid è contrario mali saturitas. Imitare sponsum tuum. Esto autem matrici; subiecta nullum virorum, & maxime iuuenum, nisi cum illis, videas nullum scias, quem illæ nesciant. Sæcularis quoque sententia est: Eadem velle, & eadem nolle, ea demum firma amicitia est, vt appeteres virginittate, vt Christi præcepta cognosceres, vt scires quid tibi expediret, quid eligere deberes, illarum te exempla docuerunt, sancta domi instruxit conuersatio.

Nō igitur solum putes tuum esse, quod tuum est, sed earum, quæ suam in te expressere pudicitiam, & honorabilem nuptiarum, cubilisq; immaculati pretiosissimam germinauere te florem: qui perfectos afferet fructus, si humiliaueris te sub potenti manu Dei, & scriptum semper memineris: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam: Vbi autem gratia, non operum retributio, sed donantis est largitas, vt impleatur dictum Apostoli: Nō est volētis, neque currentis, sed Dei miserentis. Et tamen, velle, & nolle, nostrum est: ipsumq; quod nostrum est, sine Dei miseratione nostrum non est. Eunuchorum quoque tibi, & puellarum, ac seruulorum mores magis elegantur, quam vultuum elegantia; quia in omni sexu, & ætate & truncatorum corporum violenta pudicitia; animi considerandi sunt: qui amputari, nisi Christi timore, non possunt. Scurtilitas, atque lasciuia te presente non habeat locum. Numquam verbum inhonestum audias: aut, si audieris, non inefceris. Perditæ mentis homines, vno frequenter leuiq; sermone ten-

Deut. 18.

1. Cor. 7.

Matth. 3.

CAP. 7.

Iac. 4.

Rom. 9.

tant claustra pudicitia. Ridere, & rideri, secularibus derelinque, grauitas tua personam decet. Catonem quoque, illum dico Cenforium, & vestrae quondam virbis princeps, qui extrema aetate Graecas litteras nec erubuit censor, nec desperauit senex discere. Et M. Crassum semel in vita scribit risisse Lucilius. Fuerit illa affectata seueritas, & gloriam quaerens, auramque popularem: nos affectus, & perturbationes, quadiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragili carne circumdamur, moderari, & regere possumus, amputare non possumus: vnde & Psalmista dicit: Irascimini, & nolite peccare. Quod Apostolus edisseres, Sol, inquit, non occidat super iracundiam vestra: quia & irasci, hominis est; & finem iracundiae imponere, Christiani. Superfluum reor, te monere contra auaritiam; cum generis tui sit, & habere, & calcare diuitias; & Apostolus doceat auaritiam esse idolorum cultum, Dominusque respondeat sciscitanti: Magister bone, quid boni faciens, vitam aeternam possidebo? Si vis esse perfectus, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni sequere me. Apostolici fastigii est, perfectaque virtutis, vendere omnia, & pauperibus distribuere, & sic leuem, atque expeditum cum Christo ad caelestia subuolare. Nobis, immo tibi, diligens credita est dispensatio: quamquam in hoc omni aetate, omniisque personae libertas arbitrii relicta sit. Si vis, inquit, esse perfectus. Non cogo, non impero; sed propono palmam, ostendo praemia: tuum est eligere, si volueris in agone, atque certamine coronari. Et consideremus, quam sapienter sapientia sit locuta: Vende, quae habes. Cui ista praecipitur? nempe illi, cui dictum est: Si vis esse perfectus. Non partem bonorum tuorum vende, sed omnia. Cumque vendideris, quid sequitur? Et da pauperibus. Non diuitibus, non propinquis, non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Siue ille sacerdos sit, siue cognatus, & affinis, nihil in illo aliud consideres, quam paupertatem. Laudent te esurientiui viscera, non rudentium opulenta conuiuia. In Actis Apostolorum, quando Domini nostri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credentibus fides, vendebant omnes possessiones suas; & pretia earum ad Apostolorum deferrebant pedes, ut ostenderent pecunias esse calcandas; dabaturque singulis, prout cuique, opus erat. Ananias, & Saphyra, dispensatores timidi, immo corde duplici, & ideo condemnati, quia post votum obtulerunt quasi sua, & non eius, cui semel ea vouerant; partemque sibi iam alienae substantiae reseruauerunt, metuentes famem, quam vera fides non timet; praesentem meruere vindictam, non crudelitate sententiae, sed correptionis exemplo. Denique & Apostolus Petrus nequaquam imprecatur eis mortem, ut stultus Porphyrius calumniatur, sed Dei iudicium propheticum spiritu annunciat, ut poena duorum hominum sit doctrina multorum. Ex eo tempore, quo virginitati perpetuae consecrata es, tua non tua sunt, immo vere tua, quia Christi esse coeperunt, quae, auiam uicte, vel matre, ipsarum arbitrio dispensanda sunt. Sin autem obierint, & somno sanctorum requieverint: scio enim & hoc illas optare, ut te habeant superstitem, cum aetas maturior fuerit, & voluntas grauior, firmiorque sententia: facies quod tibi visum fuerit, immo quod Dominus imperat, scitura nihil te habituram, nisi quod in bonis operibus erogaueris. Alij redificent ecclesias, velint parietes marmorum crustis; columnarum moles aduehant, earumque deaurant capita, pretiosum ornatum non sententia, ebore, argentoque; valuas, & gemmis aurata distinguunt altaria. non reprehendo, non abnuo. vnusquisque in sensu

suo abundet, meliusque est hoc facere, quam repositis opibus incubare. sed tibi aliud propositum est. Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui tecto indigent, & maxime in domesticis fidei; virginum alere monasteria; seruorum Dei, & pauperum spiritum, habere curam; qui diebus & noctibus seruiunt Domino tuo; qui in terra positi, imitantur angelorum conuersationem, & nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes Dei pertinet; habentesque victum, & vestitum, his gaudent diuitijs, qui plus habere nolunt, si tamen seruant propositum. alioqui, si amplius desiderant, his quoque, quae necessaria sunt, probantur indigni.

Haec ad virginem diuitem, & virginem nobilem sum locutus. nunc tantum ad virginem loquar, id est, non ea, quae extra te, sed in te sunt tantum considerans. Praeter psalmodum, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, media nocte, & mane semper est exercendum, statue quot horis sanctam scripturam ediscere debeas, quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem, & instructionem animae. Cumque haec finieris spatia, & frequenter te ad figenda genera sollicitudo animae suscitauerit; habeto lanam semper in manibus; vel staminis pollice fila deducito; vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertantur; aliarumque nera aut in globum collige, aut texenda compone, quae texta sunt, inspice; quae errata, reprehende, quae facienda, constitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupata, numquam dies tibi longi erunt, sed, quamuis assuuis tendantur solibus, breues videbuntur, in quibus aliquid operis praetermissum non est. Hae obseruans & te ipsam saluabis, & alias; & eris magistra sanctae conuersationis; multarumque castitatem lucrum tuum facies, scriptura dicente: In desiderijs est omnis anima otiosa. Nec idcirco tibi ab opere cessandum est, quia, Deo propitio, nulla re indiges: sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet seruitutem. Simpliciter loquar. Quamuis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit pretiosius, nisi quod manibus tuis ipsa confeceris, vel in usus proprios, vel in exemplum virginum caeterarum, vel quod auiam matrique offeras, maiora ab eis in refectionem pauperum pretia receptura.

Pene praeterij, quod vel praecipuum est. Dum esses parua, & sanctae ac beatae memoriae Anastasii episcopi Romanam regeret Ecclesiam, de orientis partibus haereticorum saeva tempestas simplicitatem fidei, quae Apostoli voce laudata est, polluere, & labefactare conata est. sed vir ditissima paupertatis, & Apostolicae sollicitudinis, statim noxium percussit caput, & sibilantia hydrarum ora compefcuit. Et quia ve reor, immo rumore cognoui, in quibusdam adhuc viuere, & pullulare venenata plantaria; illud te pio caritatis affectu praemonendam puto, ut sancti Innocentij, qui Apostolicae cathedrae, & supradicti viri successor & filius est, teneas fidem; nec peregrinam, quamuis tibi prudens callidaque videaris, doctrinam recipias. Solent enim huiusmodi per angulos mussitare, & quasi iustitiam Dei quaerere: Cur illa anima in illa est nata provincia? quid causae extitit, ut alij de Christianis nascantur parentibus, alij inter feras & saeuissimas nationes, ubi nulla Dei notitia est? Cumque hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint, & fistulato vulnere locum sibi fecerint, venena diffundunt. Putas ne frustra infans paruulus, & qui vix matrem risu, & vultus hilaritate cognoscat,

qui

Psal. 7.
Eph. 1.Eph. 1.
March. 19.

A. G. 4.

A. G. 5.

CAP. 8.

CAP. 9.

qui nec boni aliquid fecit, nec mali, demone corripitur, morbo opprimitur regio, & ea sustinet, quæ videmus impios homines non sustinere, & sustinere Deo seruientes? Si autem iudicia sunt, inquit, Domini vera, iustificati in semetipsis, & nihil apud Deum iniustum est: ipsa ratione compellimur, ut credamus animas fuisse in caelestibus, & propter quædam antiqua peccata damnatas in corporibus humanis, & ut ita loquamur, sepultas, nosque in valle lacrymarum pœnas luere veterum peccatorum. vnde & propheta dicit: Priusquam humiliarer, ego peccaui. Et: Educ de carcere animam meam. Et: Ille peccauit, ut cæcis ex vtero nasceretur, an parentes eius: & cætera his similia. Hæc impia, & scelerata doctrina olim in Ægypto, & orientis partibus versabatur, & nunc abscondite, quasi in foueis viperarum, apud plerisque versatur, illarumque partium polluit puritatem; & quasi hereditario malo, serpit in paucis, ut perueniat ad plurimos: quam, certus sum, quod si audieris, non recipias. habes enim apud Deum magistras, quarum fides norma doctrinæ est. Intelligis, quid loquar. Dabit enim tibi Deus in omnibus intellectum. nec statim aduersum sæuissimam heresim, & multo his nequiora, quæ dixi, & responsum hominis flagitabis: ne non tam prohibuisse videar, quam commonuisse: cum præsentis operis sit instruere virginem, non hæreticis respondere. cæterum omnes fraudulentias eorum, & cuniculos, quibus nituntur subuertere veritatem, in alio opere, Deo adiuuante, subuertimus; quod, si volueris, prompte liberentur; mittemus, vltro neas enim, aiunt, putere merces, & pretia facilitate decrescunt; quæ semper in raritate maiora sunt. Solet inter plerisque esse certamen, vtrum solitaria, an cum multis vita melior sit. quarum prior præferatur quidem secunda: sed, si in viris periculosa est, ne abstracti ab hominum frequentia, sordidis & impijs cogitationibus pateant, & pleni arrogantia, & supercilij, cunctos despiciant, armentque linguas suas, vel clericis, vel alijs monachis detrahendo, de quibus rectissime dicitur: Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus: quanto magis in feminis, quarum mutabilis fluctuansque sententia, si suo arbitrio relinquatur, cito ad deteriora delabitur? Noui ego in vtroque sexu, per nimiam abstinentiam, cerebri sanitatem quibusdam fuisse vexatam, præcipueque, in his, qui in humidis & frigidis habitauere cellulis, ita ut nescirent quid agerent, quoue se vertent, quid loqui, quid tacere deberent. Certe, si rudes sæcularium litterarum, de tractatibus hominum disertorum quippiam legerint, verbositatem solam discunt, absque notitia scripturarum; & iuxta vetus elogium, cum loqui nesciant, tacere non possunt: docentque scripturas, quas non intelligunt: & cum alijs persuaserint, eruditorum sibi assumunt supercilium, prius imperitorum magistri, quam doctorum discipuli.

Bonum est igitur obedire maioribus, parere perfectis; & post regulas scripturarum, vitæ suæ tramitem ab alijs discere, nec præceptore vti pessimo, scilicet præsumptione sua. De talibus feminis & Apostolus loquitur: Quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Matronarum, maritis ac sæculo seruientium, tibi consortia declinentur; ne sollicitus animus, & audias, quid vel maritus vxori, vel vxor locuta sit viro. Venenatae sunt huiusmodi confabulationes. super quarum damnatione, sæcularem versus assumens Apostolus, fecit ecclesiasticum: Corruptum mores bonos confabulationes malæ.

HIERON. TOM. I.

Cuius iambici metrum, dum verbum seruat ex verbo, nequaquam expressit Latina translatio. Graues feminæ, & maxime viduæ, ac virgines, tibi comites eligantur, quarum probata est cõuersatio, sermo moderatus, sancta verecundia. Fuge lasciuiam puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, vtuntur pigmentis, astrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, foccosque crispantes; vt sub nomine virginali vendibilis pereant. mores enim, & studia dominarum plerumque ex ancillarum, & comitum moribus iudicantur. illa tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socias, quæ se nescit esse pulchram, quæ negligit formam bonum, & procedens ad publicum, non pectus & colla denudat, nec pallio reuoluto ceruicem aperit; sed quæ celat faciem, & vix vno oculo, qui via necessarius est, parente, ingreditur. Dubito an loquar: sed, velim nolim, quia crebro fit, dicendum est: non quo hæc in te timere debeam; quæ ista forsitan nescias, nec vnquam audieris; sed quo, per occasionem tui, cætera præmonenda sint. Cincinnatulos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est: Non bene olet, qui bene semper olet: quasi quasdam pestes & venena pudicitia virgo deuicit: vt taceam de cæteris, quorum importuna visitatio & se infamat, & alias: vt, etiam si nihil mali perpetretur, tamen hoc sit vel maximum malum, frustra patere maledictis & morsibus ethnicorum. Nec hoc de omnibus dicimus, sed de his, quos Ecclesia ipsa reprehendit, quos interdum abiicit, in quos nonnumquam episcoporum & presbyterorum censura defauit: vt prope periculosus sit lasciuus puellis, ad loca religionis, quam ad publicum, procedere.

Quæ viuunt in monasterio, & quarum simul magnus est numerus, nunquam solæ, numquam sine matre procedant. De agmine columbarum crebro accipiter vnã separat, quam statim inuadat, & laceat, cuius carnibus & cruore saturaretur. Morbidæ oues suam relinquunt gregem, & luporum faucibus deuorantur. Scio ego sanctas virgines, quæ diebus festis, propter frequentiam populorum, pedem domi cohibent, nec tunc egrediuntur, quando maior est adhibenda custodia, & publicum penitus deuittandum. Ante annos circiter triginta de virginitate seruanda edidi librum; in quo necesse fuit mihi ire contra vitia, & propter instructionem virginis, quam monebam, diaboli insidias patefacere: qui sermo offendit plurimos, dum vnusquisque in se intelligens quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audiuit, sed quasi criminatorem sui operis auersatus est. Veruntamen quid profuit armasse quosdam reclamatum, & vulnus conscientia dolore monstrasse: liber manet, homines præterierunt. Scripsi ad plerasque virgines, ac viduas *σπουδὴ σπουδῆ*: & quidquid dici poterat, in illis opusculis deploratum est: vt aut superfluo eadem à nobis repetantur; aut nunc prætermissa, plurimum noceant. Certè & beatus Cyprianus egregium de virginitate volumen edidit, & multi alij, tã Latino sermone, quam Græco. Omniumque gentium litteris, atque linguis, præcipue in ecclesijs Agnæ vita laudata est. Sed hoc ad eas pertineat, quæ necdum elegerunt virginitatem, & exhortatione indigent; vt sciant quale sit, quod eligere debeant. nobis electa seruanda sunt, & quasi inter scorpiones & colubros incedendum; vt, accinctis lumbis, calciatis pedibus, & apprehensis manu baculis, iter per insidias huius sæculi, & inter venena faciamus; vt possimus ad dulces Iordanis peruenire aquas, & terram repromissionis intrare, & ad domum Dei ascendere, ac dicere

EPIST. 8.

B 5 cum

Psal. 119.
Psal. 26.

cum propheta: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et illud: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. Felix illa conscientia, & beata virginitas, in cuius corde, præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia, atque iustitia, cæteræq; virtutes, nullus alius versatur amor, nec ad recordationem hominis aliquando suspirat, nec videre desiderat, quem cum viderit, nolit dimittere. Sanctum virginum propositum, & cælestis angelorumq; familiæ gloriam, quarundam non bene se agentium nomen infamat. Quibus aperte dicendum est, vt aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant, si nolunt nubere. Digna res risu, immo planctu: incedentibus dominis, ancilla virgo procedit oratio; vt pro nimia consuetudine, quâ incomptam videris, dominam suspiceris. nonnullæ separata, & absque arbitriæ quarunt hospitia, vt viuât licentius, vtantur balneis, faciantq; quod volunt, & deuiant conscientias plurimarum. Hæc videmus, & patimur; & si aureus nummus affuisset, inter bona opera deputamus. Finem iungo principio: nec semel monuisse contentus sum: Ama scripturas sanctas, & amabit te sapientia: dilige eam, & seruabit te: honora illam, & amplexabitur te. Hæc monilia in pectore, & in auribus tuis hæreant. nihil aliud nouerit lingua, nisi Christum: nihil possit sonare, nisi quod sanctum est. auis tuæ tibi semper, ac matris in ore dulcedo versetur: quarum imitatio, forma virtutis est.

HIERONYMVS AD SALVINAM de seruanda viduitate.

EPISTOLA IX.

ARGUMENTVM.

SALVINA, mulier nobilissima, Gildonis, qui Africam tenuit, filia, cum adhuc iuuenula esset, Nebridium maritum amisit. erat autem Nebridium ex sorore Augustæ natus, contubernalis, & condiscipulus Augustorum. consolatur eam D. Hieronymus: &, post mortui viri laudes, quo modo superstitis ex eo paruulos, Nebridium, & sororem regere, qualemque ipsa vitam traducere debeat, docet, & à secundis nuptijs dehortatur.

CAP. I.

math. 11.



VERBOR, ne officium putetur ambitio, & quod illius exemplo facimus, qui ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: gloriæ facere appetitione dicamur, & nõ viduam alloqui, & in angustia constitutam, sed aulæ nos insinuare regali; & sub occasione sermonis, amicitias potentium querere. quod liquido non putabit, qui scierit esse præceptum: Personam pauperis non accipies in iudicio; ne, sub prætextu misericordiæ, quod iniustum est, iudicemus. Vnusquisque enim non hominum, sed rerum pondere iudicandus est. Nec diuiti obsunt opes, si eis bene vtatur: nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiam peccata non caueat. vtriusque nobis rei testimonium & Abraham patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant: quorum alter in summis diuitijs amicus Dei fuit; alij quotidie, in sceleribus deprehensi, poenas legibus soluunt. Alloquimur igitur diuitem pauperem, nescientem ipsa, quæ possidet. neque enim marsupium eius discutimus, sed animæ puritatem. Loquimur ad eam, cuius faciem ignoramus, & virtutes nouimus; quam nobis fama comendat; cuius venerabiliorem pudicitiam adolescentia facit, quæ mortem iuuenis mariti sic fleuit, vt exem-

Leuit. 19.

plum coniugij dederit; sic tulit, vt eum profectum crederet, nõ amissum. Orbitatis magnitudo, religionis occasio fuit. Nebridium suum sic quærit absentem, vt in Christo præsentem nouerit. Cur ergo ad eam scribimus, quam ignoramus? Triplex nimirum causa est: prima, quia, pro officio sacerdotij, omnes Christianos filiorum loco diligimus, & profectus eorum nostra est gloria: altera, quia pater defuncti intima mihi necessitudine copulatus fuit: extrema, quæ & validior, quod filio meo Auito roganti negare nihil potui: qui crebris litteris interpellatricem duri iudicis viduam superans, & multorum mihi, ad quos ante super eadem materia scripseram, exempla proponens, ita suffudit pudorem negantis, vt plus considerarem quid ille cuperet, quàm quid me facere cõueniret. Alius forsitan laudet Nebridium, quod de sorore generatas Augustæ, & in materteræ nutritus sinu, inuicissimum principij ita carus fuit, vt ei coniugem nobilissimam quæreret, & bellis ciuilibus Africam dissidentem hæc velut obside sibi fidam redderet. Mihi à principio statim illud est prædicandum, quod quasi vicinæ mortis præcius, inter fulgorem palatij, & honorum culmina, quæ ætatem antebant, sic vixit, vt se ad Christum crederet profecturum.

Luc. 18.

CAP. 2.
Act. 10.

Sacra narrat historia, Cornelium, cæturionem cohortis Italicæ, intantum acceptum Deo, vt angelum ad eum mitteret, & omne mysterium, quo Petrus de circumcisionis angustijs transferebatur ad præputij latitudinem, ad illius merita pertinere doceret: qui primus ab Apostolo baptizatus, salutem gætium dedicauit. scriptum namque est de eo: Erat vir quidam in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, & timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & oras Deum semper. quiddid de illo dicitur, hoc, nomine commutato, in Nebridio meo vindico. Sic religiosus fuit, & amator pudicitæ, vt virgo fortiretur vxorem; sic timens Deum cum omni domo sua, vt oblitus dignitatis omne consortium cum monachis haberet, & clericis; tantasq; eleemosynas faceret in populis, vt fores eius pauperum ac debiliu obfiderent examina; certe sic semper orans Deum, vt illi, quod optimum esset, eueniret. Raptus est, ne malitia mutaret mentem eius; quia placita erat anima illius Deo. vnde & ego possum super eo verè abuti Apostoli voce, dicentis: In veritate cognoui, quoniã non est personarum acceptor Deus, sed in omni proposito, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Nihil nocuit militanti paludamentum, & baltheus, & apparitorum caterua: quia sub habitu alterius alteri militabat. sicut econtrario alijs nihil prodest vile palliolum, furua tunica, corporis illuuiæ, & simulata paupertas, si nominis dignitatem operibus destruant. Legimus & in euangelio de alio centurione Domini testimonium: Nec in Israel tantam fidem inueni. Et vt ad superiora redeamus, Iosèph, qui in egestate & in diuitijs dedit experimenta virtutum, qui & seruus, & dominus docuit animæ libertatem, nonne, post Pharaonè regijs ornatus insignibus, sic Deo carus fuit, vt super omnes patriarchas duarum tribuum pater fieret: Daniel, & tres pueri sic præerant Babylonæ opibus, & sic erant inter principes ciuitatis, vt, habitu Nabuchodonosor, Deo mète seruirer. Mardochæus & Hester inter purpuram, sericum, & gemmas, superbiam humilitate vicerunt, tantiq; fuere meriti, vt captiui victoribus imperarer. Hæc illuc tendit oratio, vt ostendam, iuuenem meum coniunctionem sanguinis regalis, & affluentiam diuitiarum, atque insignia potestatis, materiã habuisse

Sap. 4.

Act. 10.

math. 8.

Gen. 46.

Dan. 1. 4.

Hest. 8. 19.

virtu-

Erelef. 7. virtutum, dicente Ecclesiaſte: Sicut protegit ſapientia, ſic protegit & pecunia. Nec ſtatim illud huic teſtimonio putemus aduerſum: Amen dico vobis, difficile diues intrabit in regnum cælorum. Et rurſum dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.

Luc. 19. Alioquin Zachæus publicanus, quem ditiffimum commemorat ſcriptura, contra hanc ſententiam ſaluatus videbitur. Sed quo modo, quod apud homines impoſſibile eſt, apud Deum poſſibile fiat, Apoſtoli conſilium docet, ſcribentis ad Timotheum: Diuitibus huius ſæculi præcipe nõ ſuperbè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum. Benefaciant, ſint diuites in operibus bonis, facile tribuant, communicent, theſaurizent ſibi bonum fundamentum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Didicimus, quo modo camelus introire poſſit per foramen acus, quo modo animal tortuoſum, de poſito pondere ſarcinarum, aſſumat ſibi pennas columbæ, & requieſcat in ramis arboris, quæ de ſinapis ſemente ſuccreuit. Legimus in Elaia, camelos Madian, & Ephraim, & Saba, aurum & thus ad urbem Domini deportantes, in typo horum camelorum Iſmahelitz negotiatores, ſtaſſen, & thymiam, & refinã, quæ naſcitur in Gabaad, & cutem vulneribus obducit, Ægyptijs deferunt; tantaquæ felicitatis ſunt, vt emant & vendant Ioseph, & mercimonium eorum mundi ſalus ſit. Docet & Æſopi fabula, plenum muris ventrem per anguſtũ foramen egredi non valere.

CAR. 3. Ergo Nebridius meus quotidie illud reuoluens: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa: Quidquid & imperatoris largitio, & honoris inſulã dederant, in vſu pauperum conſerebat. Nouerat enim, à Domino eſſe præceptum: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Et quia hanc ſententiam implere non poterat, habes vxorem, & paruulos liberos, & multam familiam, faciebat ſibi amicos de iniquo mammona, qui ſe recipere in æterna tabernacula. Nec ſemel abiiciebat ſarcinam, quod fecerunt apoſtoli, patrem, reſte, nauiculam relinquentes, ſed ex æqualitate, aliorũ inopiã ſuam abundantiam communicabat, vt poſtea illorum diuitiã, huius indigentiam ſuſtarent. Scit ipſa, cui libellus hic ſcribitur, me non nota, ſed audita narrare, nec ex aliquo in me beneficio, ſcriptorum more Græcorum, gratiam lingua reddere. Procul à Chriſtianiſta iſta ſuſpicio. Habentes victum, & veſtium, his contenti ſumus. Vbi vile oliuſculum, & cibariorum panis, & cibus potuſque moderatus, ibi diuitiã ſuperuacua, ibi nulla adulatio, quæ vel præcipue fructum reſpicit. Ex quo colligitur, fidele eſſe teſtimonium, quod cauſas non habet mentiendi. Ac ne quis putet me ſolas in Nebridio prædicare eleemoſynas; quamquam & has exercuiſſe ſit magnum, de quibus dicitur: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum: ad cæteras virtutes eius veniam, quas ſingulas in paucis hominibus deprehendimus. Quis foliorem regis Babylonij ſine aduſione ingreſſus eſt? Cuius adoleſcentem Ægyptia domina pallium non tenuit? Quæ vxor Eunuchi nullos creat liberos, voluptate tranſacta? Quem hominum diſputatio illa non terreat? Video aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Mirum dictũ eſt: nutritus in palatio, contubernalis & condiscipulus Auguſtorũ, quorũ menſæ miniſtra orbis, & terræ ac maria ſeruiant,

inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore tantæ verecundiæ fuit, vt virginalẽ pudorem vinceret, & ne leuẽ quidem obſceni rumoris ſe fabulam daret. Deinde purpuratorum propinquus, ſocius, conſobrinius, iſdem cum ambobus ſtudijs cruditus, (quæ res etiam externorum mentes ſibi conciliat) non eſt inflatus ſuperbia, nec cæteros homines adducta fronte contempſit: ſed cunctis amabilis, ipſos principes amabat vt fratres, venerabatur vt dominos, & in illorum ſalute ſuam ſalutem poſitam fatebatur. Miniſtros autem eorum, & vniuerſum ordinem palatii, quo regalis frequentatur ambitio, ſic ſibi caritate ſociarat, vt, qui meritò inferiores erant, officijs ſe pares arbitrantur. Difficile factum eſt, gloriam virtute ſuperare, & ab his diligere, quos præcedas. Quæ vidua non huius auxilio ſuſtentata eſt? quis pupillus non in eo reperit patrem? totius orientis epiſcopi ad hunc miſerorum preces, & laborantium deſideria cõferebant. quidquid ab imperatore poſcebat, eleemoſina in pauperes, pretium captiuorum, miſericordia in afflictos erat. Vnde & ipſi principes libenter præſtabant, quod ſciebant non vni, ſed pluribus indulgeri. Quid vltra differimus? Omnis caro ſenum, & omnis gloria eius quaſi ſos ſeni. Reuerſa eſt terra in terram ſuam: dormiuit in Domino, & appoſitus eſt ad patres ſuos, plenus dierum ac luminis, & nutritus in ſenectute bona. Cui enim hominis ſunt ſapientia eius. In breui ætate tempora multa compleuit. Tenemus pro eo dulciſſimos liberos. vxor hereditariã præſentem eſt. Nebridius puſio patrem quærentitiã exhibet. Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat. Scintilla vigoris paterni lucet in filio: & ſimilitudo morum per ſpeculum carnis erumpens, ingentes animos anguſto in pectore verſat. Iungitur ei germana, roſarum & liliorum calathus, eboris oſtriq̃ue commercium. ſic reſert ore patrem, vt ad venuſtatem propenſior ſit: ſic matrem mixta ſimilitudine pangit, vt in vno corpore vtrumque agnoſcas: ita ſuauiſ eſt, & mellitula, vt honor ſit omnium propinquorum, hanc tenere non dedignatur Auguſtus: hanc fouere in ſinu regina lætatur. certatim ad ſe omnes rapiunt. pendet ex collo, hæret in brachijs ſingulorum. garrula, atque balbutiens, linguæ offenſione ſit dulcior.

Habes igitur Saluina, quos nutrias, in quibus virum abſentem tenere te credas. Ecce hereditas Domini, filij merces, fructus ventris, pro vno homine duos filios recepiſti: auctus eſt numerus caritatis. Quidquid debebas marito, redde filijs. amore præſentium abſentis deſiderium tempera. Non eſt parui apud Deũ meriti, bene filios educare. Audi Apoſtolum commonentem: Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta, quæ fuerit vni viri vxor, in bonis operibus habens teſtimonium, ſi filios educauit, ſi hoſpitalis fuit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis abundanter præbuit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. Didiciſti catalogum virtutum tuarum, quid debeas nomini tuo, quibus meritis ſecũdum pudicitia gradum poſſideas. Nec te moueat, quod ſexagenaria eligatur vidua, & putes adoleſcentulas ab Apoſtolo reprobari. Et te crede elige ab eo, qui diſcipulo dixerat: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, non continentiam, ſed atatem. Alioquin omnes, quæ ante ſexaginta annos viduatæ ſunt, hac lege accipient maritos. Sed quia rudẽ Chriſti inſtituebat eccleſiam, & omni ordini providebat, præcipueque pauperibus, quorum ei cura cum Barnaba fuerat demandata; illas vult eccleſiæ opibus ſuſtentari, quæ proprijs manibus non queunt laborare,

Eſa. 40.

Sap. 4.

CAP. 4.

Pſal. 116.

1. Tim. 5.

1. Tim. 4.

Gal. 2.

quæ

6. Reg. 2

2. Tim. 5
1. Cor. 13Rom. 7
1. Cor. 9

1. Tim. 4

Rom. 14
Eph. 5

CAP. 5.

quæ verè viduæ sunt, quas & ætas probat, & vita. He-
li sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum, ergo
è contrario placatur Deus virtutibus eorum, si per-
manferint in fide, & caritate, & sanctitate cum pudici-
ticia. O Timothee: te ipsam castam custodi. Absit,
vt sinistrum quippiã mihi de te suspicari liceat: sed,
ex abundantia lubricam ætatem monuisse, pietatis
est. quæ dicturus sum, non tibi, sed puellaribus annis
dicta intellige. Vidua, quæ in deliciis est, viuens mor-
tua est. Hoc vas electionis loquitur: & de illo profer-
tur thesauro, qui confidenter aiebat: An experimẽ-
tum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Hoc
ille pronunciat, qui liberè sub persona sua fragilita-
tem humani corporis fatebatur. non enim, quod vo-
lo bonum, hoc operor, sed, quod nolo, malum. Et
propterea castigo & redigo in seruitutẽ corpus meũ,
ne, aliis prædicans, ipse reprobos inueniar. Si ille ti-
mor, quis nostrum potest esse securus? Si Dauid ami-
cus Domini, & Solomõ amabilis eius, victi sunt qua-
si homines, vt & ruinę nobis ad cautionem, & pœni-
tudinẽ ad salutem exempla præberent: quis in lu-
brica via lapsus non metuat? Procul sint à coniu-
niis tuis Phasides aues, crassi turtures, atagen Ioni-
cus, & omnes aues, quibus amplissima patrimonia
auolant. Nec ideo te carnibus vesci non putes, si fũs,
leporum, atq; ceruorum, & quadrupedum animan-
tium esculentis reprobos. nõ enim hæc pedum nu-
mero, sed suauitate gustus iudicatur. Scimus ab Apo-
stolo dictum: Omnis creatura Dei bona est, & nihil
reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipi-
tur. Sed idem loquitur: Bonum est vinum nõ bibe-
re, & carnem non manducare. Et in alio loco: Noli-
te inebriari vino, in quo est luxuria. Omnis creatura
Dei bona est. Audiãt hæc mulieres, quę sollicitę sunt,
quo modo placeant viris. Comedant carnes, quę car-
ni seruiunt, quarũ feruor despumat in coitum, quę
maritis alligatę, generationi ac liberis dant operam.
Quarum vteri portat fetus, carum & intestina car-
nibus impleantur. Tu verò, quę in tumulto mariti se-
pelisti omnes pariter voluptates: quę litam purpu-
rissõ & cerussa faciem, super feretrum eius lacrymis
diluisti; quę pullam tunicam, nigrosq; calceolos, cã-
didę vestis & aurati focci depositione, sumpsisti; ni-
hil habes necesse aliud, nisi perseverare in ieiunio.
Pallor, & sordes gemmę tuę sint: plumarum mol-
lities iuuenilia membra non foueat: balnearum ca-
lor nouum adolescentulę sanguinem non incendat.

Audi, quid ex persona viduę continentis ethnicus
poëta decanter: Ille meos, primus qui me sibi iunxit,
amores Abstulit, ille habeat secum, seruetque sepul-
cro. Si tanti vilissimũ vitrum, quanti pretiosissimum
margaritum? Si sic communi lege naturę damnat
omnes gentilis vidua voluptates: quid expectandum
est à vidua Christiana, quę pudicitiam suam non so-
lam ei debet, qui defunctus est, sed & ei, cum quo re-
gnatura est? Quæso te, ne generalia monita, & con-
ueniens puellari sermo personę suspensionem tibi in-
iurię moueant, & arbitreris me obiurgantis animo
scribere, non timentis, cuius votum est, te nescire
quæ metuo. Tenera res in feminis fama pudicitie est,
quasi flos pulcherrimus cito ad leuẽ marcessit aurã,
leuiq; flatu corrumpitur, maximè vbi & ætas con-
sentit ad vitium, & maritalis deest auctoritas, cuius
vmbra tutamen vxoris est. Quid facit vidua inter fa-
milie multitudinem? inter ministrorũ greges? quos
nolo contemnat vt famulos, sed vt viros erubescat.
certe, si ambitiosa domus hæc officia flagitat, præfi-
ciat his senem honestis moribus, cuius honor domi-
næ dignitas sit. Scio multas, clausis ad publicum fori-

bus, nõ caruisse infamia seruulorum, quos suspectos
faciebat aut cultus immoderatus, aut crassi corporis
nitor, aut ætas apta libidini, aut, ex conscientia amo-
ris occulti, securus animi tumor: qui etiã bene dis-
simulatus, frequenter erumpit in publicum, & con-
seruos quasi seruos despicit. Hoc ex abundantia di-
ctum sit, vt omni diligentia custodias cor tuum, &
caucas, quidquid de te fingi potest. Non ambulet
iuxta te calamistratus procurator, non histrio fractus
in feminam, non cantoris diabolici venenata dulce-
do, non iuuenis cultus, & nitidus. Nihil artium sce-
nicarum, nihil tibi in obsequiis molle iungatur. Ha-
beto tecum viduarum & virginum choros, habeto
tui sexus solatia. Ex ancillarum quoque moribus do-
minæ iudicantur. Certè, cum tecum sancta sit ma-
ter, & lateri tuo amita hæreat virgo perpetua, non
debes periculosè externorum consortia quærere; de
eorum societate secura. Semper in manibus tuis sit
diuina lectio, & tam crebrę orationes, vt omnes co-
gitationum sagittę, quibus adolescentia percuti so-
let, huiusmodi clypeo repellantur. Difficile est, quin
potius impossibile, perturbationum initiis carere
quempiam, quas significãtijs Græci *επονοαδίας* vo-
cant: nos, vt verbum vertamus è verbo, antepassio-
nes possumus dicere, eo quod incentiua vitiorum,
omnium titillent animos; & quasi in medullis no-
strum iudicium sit, vel abiciere cogitata, vel recipere.
vnde & naturę Dominus in euangelio loqueba-
tur: De corde exeunt cogitationes malę, homici-
dia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia,
blasphemias. Ex quo perspicuum est, iuxta alterius li-
bri testimonium, proliuius esse cor hominis à pue-
ritia ad malum, & inter opera carnis, & spiritus, quę
Apostolus enumerat, mediam animam fluctuare,
nunc hæc, nunc illa, cupientem. Nam vitis nemo sine
ne nascitur: Optimus ille est, qui minimis vigetur:
velut si egregio inperfos reprehendas corpore na-
uos. Hoc est, quod aliis verbis propheta significat:
Turbarus sum, & non sum locutus. Et in eodem vo-
lume: Irascimini, & nolite peccare. Et illud Archi-
tæ Tarentini ad villicum negligentem: Iam te ver-
beribus enecassem, nisi iratus essem. Ira enim viri ius-
titiam Dei non operatur. Quod de vna perturbatio-
ne dictum est, referamus ad ceteras. Sicut, irasci, ho-
minis est, & iram non perficere, Christiani: sic om-
nis caro concupiscit quidem ea, quę carnis sunt, &
quibusdam illecebris ad mortiferas animam volu-
ptates trahit, sed nostrum est, voluptatis ardorem
maiore Christi amore restringere, & lasciuens iu-
mentum frenis inedia subiugare, vt non libidinem,
sed cibos quærat, ac desideret, & sefforem Spiritum
sanctum moderato atque composito portet incessu.
Quorsum ista? Vt hominem esse te noueris, & pas-
sionibus humanis, nisi caueris, subiacere. De eodem
cuncti facti sumus luto, iisdem compacti exordiis. In
serico & in pannis eadem libido dominatur: nec re-
gum purpuras timet, nec mendicantiũ spernit squa-
lorem. Multoq; melius est, stomachum te dolere,
quàm metem; imperare corpori, quàm seruire, gres-
su vacillare, quàm pudicitia. Nec statim nobis pœni-
tentię subsidia blandiantur, quę sunt infelicium re-
media. Cauendum est vulnus, quod dolore curatur.
Aliud est, integra naue & saluis mercibus portum
salutis intrare: aliud, nudum hæreere tabulę, & cre-
bris fluctuum recuribus ad asperissima saxa col-
lidi.

Nesciat vidua digamie indulgentiam, nec nouerit
illud Apostoli, Melius est nubere, quàm vri. Tolle,
quod peius est, vri, & per se bonũ non erit, nubere.

Procul

PROB. 4

Math. 13

Gen. 8.

Gal. 5

Psal. 77
Psal. 4
Iacob 1CAP. 6.
1. Cor. 7

Procul sint hæreticorum calumniæ. Scimus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum. Etiam de paradiso expulsi Adam vnam vxorem habuit. Primus Lamech maledictus, & sanguinarius, & de Cain stirpe descendens, vnam costam diuise in duas, & plantarum digamie protinus diluuij poena subuertit. Vnde illud Apostoli, quod fornicationis metu indulgere compellitur, scribens ad Timotheum: Volo adolescentulas nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasione dare aduersario maledicti causa. Cur indulserit, statim subiicit: Iam enim quædam declinauerunt post satanam. Ex quo intelligimus, illum non stantibus coronam, sed iacentibus manum porrigere. Vide, qualia sint secunda matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur, quia declinauerunt quædam post satanam. Ideo adolescentula vidua, quæ se non potest continere, vel non vult, maritum potius accipiat, quàm diabolum. Pulchra nimirum, & appetenda res, quæ satanæ comparatione suscipitur. Fornicata est quondam & Hierusalem; & diuicauit pedes suos omni transenti. In Ægypto primum deuirginata est, & ibi fractæ sunt mæmæ eius. Cumq; ad deserta venisset, & morarum Moyfi ductoris impatiens, quasi cestro libidinis furibunda dixisset: Isti sunt dii tui Israhel, qui te eduxerunt de terra Ægypti: accepit præcepta non bona, & iustificationes pessimas, in quibus non viueret, sed puniretur. Quid ergo mirum, si & lasciuientibus viduis, de quibus in alio loco Apostolus dixerat: Cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt? concessit digamie præcepta non bona, & iustificationes pessimas; ita secundum indulgens maritum, vt & tertium; si liberet, etiam vicissimum: vt scirent sibi non tam viros datos, quàm adulteros amputatos: Hæc, filia in Christo carissima, inculco, & crebrius repeto; vt posteriorum oblita, in priora te extendas, habens tui ordinis quas sequaris. Iudith de Hebræa historia, & Annam filiam Phanuelis de euangelij claritate, quæ diebus & noctibus versabantur in templo, & orationibus, atque iciniis thesaurum pudicitie conferuabant. vnde & altera in typo Ecclesie, diabolum capite truncavit: altera saluatorem mundi prima suscepit, sacramentorum conscia futurorum. Illud in calce sermonis quæso, vt breuitatem libelli non de inopia cloquij, vel de materie sterilitate, sed de pudoris magnitudine existimes accidisse; dum vereor me ignotis diu ingerere auribus, & occultum legentium iudicium pertimesco.

HIERONYMVS AD FVRIAM de viduitate seruanda.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

FVRIA, ex Lato consulari, & Patricio Camillorum generis patre, & Titiana matre nata, Probi præterea consulis nurus, virum amiserat. hortatur eam D. Hieronymus, vt in viduitate perseuet, & ad secundas nuptias non transeat: verum, quia florenti adhuc erat etate, quo modo pudicitiam vna cum fama tueri debeat, latè ac eleganter docet.

Cap. 1.



BESCRAS litteris, & suppliciter deprecari, vt tibi rescribam, immo scribam, quo modo viuere debeat, & viduitatis coronam illæso pudicitie nomine cõseruare. Gaudet animus, exultat viscera, gestit affectus, hoc te cupere esse post virum, quod sanctæ memoriæ mater

Titiana multo tempore fuit sub marito. Exaudite sunt preces, & orationes eius. impetrauit in vnica filia, quod viuens ipsa possederat. Habes præterea generis tui grande priuilegium, quod exinde à Camillo vel nulla, vel rara vestra familia scribitur secundos nosse concubitus: vt non tam laudanda sis, si vidua perseueres, quàm execranda, si id Christiana non ferues, quod per tanta sæcula gentiles femina custodierunt. Taceo de Paula, & Eustochio, stirpis vestrae floribus: ne per occasionem exhortationis tue illas laudare videat. Blesillamq; præterea, quæ maritum suum, tuum secuta germanum, in breui vitæ spatio temporum virtutum multa compleuit. Atque vtinam præconia feminarum imitentur viri; & rugosa senectus redderet, quod sponte offert adolescentia. Sciens & videns in flammam mitto manum, adducuntur supercilia, extenditur brachium. Iratusq; Chremes tumido defæuiet ore. Consurgent proceres, & aduersus epistolam meam turba patricia denotabit, me Magum, me seductorem clamitans, & in terras vltimas deportandum. Addant, si volunt, & Samaritem, vt Domini mei titulum recognoscant. Certè filiam à parente non diuido, nec dico illud de euangelio: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Viuit enim, quicumque credit in Christum. Et qui in illum credit, debet vtique, quo modo ille ambulauit, & ipse ambulare. Faceat inuidia, quam nomini Christiano maledicorum semper genuinus infigit: vt, dum proba metuunt, ad virtutes non prouocentur. Exceptis pistolis, ignoramus alterutrum. Solæque causa pietatis est, vbi nulla carnis notitia est. Honora patrem tuum, sed si te à vero patre nõ separas. Tam diu scito sanguinis copulam, quam diu ille suum nouerit creatorem. alioquin Dauid protinus tibi canit: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus. Grande præmium parentis obliti: Concupiscet rex decorem tuum, quia audisti, quia vidisti, quia inclinasti aurem tuam, & populi tui, domusque patris tui oblita es; iccirco concupiscet rex decorem tuum, & dicet tibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quid pulchrius anima, quæ Dei filia appellatur, & nullo extrinsecus meritis ornata? Credit in Christum, & hac ambitione pergit ad sponsum, eundem habens dominum, quem & virum. Quid angustiarum habeant nuptiæ, didicisti in ipsis nuptiis: & quasi coturnicis carnibus vsque ad nauisam saturata es: amarissimam choleram tuæ sensere fauces. Egestisti acefcentes & morbidos cibos: releuasti æstuantem stomachum. quid vis rursus ingerere, quod tibi noxium fuit? Canis reuertens ad vomitum, & sus lota ad volutabrum luti. bruta quoque animalia, & vagæ aues in eisdem pedicis retiaque non incidunt. An vereris, ne proles Furiana deficiat, & ex te parens tuus non habeat pusionem, qui reptet in pectore, & ceruicem eius stercore linat? Quippe ni omnes habent filios, qui habuere matrimonia? & quibus nati sunt liberi, suo generi responderunt? Exhibuit Ciceronis filius patrem in eloquentia? Cornelia vestra, pudicitie simul & secunditatis exemplar, Gracchos se genuisse lætata est? Ridiculi est sperare pro certo, quod multos & non habere videas, & cum habuerint, perdidisse. Cui dimittes tantas diuitias? Christo, qui mori non potest. Quem habebis hæredem? Ipsum, quem & dominum. Contristabitur pater, sed lætabitur Christus: lugebit familia, sed angeli gratulabuntur. Faciat pater, quod vult de substantia sua: non es eius, cui nata es, sed cui renata,

Ioan. 8. Luc. 9

1. Ioan. 2

Psalm. 44

Cant. 4

1. Petr. 2

renata, & qui te grandi pretio redemit sanguine suo. Caue nutrices & gerulas, & istiusmodi venenata animalia, quæ de corio tuo saturari ventrem suum cupiunt. non sua lent, quod tibi, sed quod sibi prosit. Et sæpe illud obganniunt: Sola ne perpetua mœrens carere iuuenta? Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris? Vbi pudicitie sanctitas, ibi frugalitas est. vbi frugalitas, ibi damna seruulorum. quidquid non tulerint, sibi ablatum putant: nec considerant, de quanto, sed quantum accipiant. Vbi cumque viderint Christianum, statim illud de triviuo, *ὁ γυναικὸς ἐπιθήτης*, vocant impostorem, derrahunt: hi rumores turpissimos ferunt: & quod ab ipsi egressum est, id ab aliis audisse se simulant, ijdem auctores, & exaggeratores. Exit fama de mendacio: quæ cum ad matronas peruenierit, & earum linguis fuerit ventilata, prouincias penetrat. Videas plerasque rabido ore sature, & tincta facie, viperinis orbibus, dentibus punicatis carpere Christianos. Hic aliqua, cui circa humeros hiacynthina læna est, Rancidulum quiddam balba de nare locuta, Perstreptit, ac tenero supplantat verba palato. Omnis consonat chorus, & latrant vniuersa subsellia. Iunguntur nostri ordinis, qui & roduntur, & rodunt, aduersus nos loquaces, pro se muti: quasi & ipsi aliud sint, quam monachi; & non, quidquid in monachos dicitur, redundet in clericos, qui patres sunt monachorum. Detrimentum pecoris, pastoris ignominia est. sicut è regione, illius monachi vita laudanda est, qui venerationi habet sacerdotes Christi, & non detrahit gradui, per quem factus est Christianus.

CAP. 2. Hæc locutus sum in Christo filia, non dubitans de proposito tuo: nunquam enim exhortatorias litteras postulares, si ambigeres de bono monogamie: sed vt nequitiam seruulorum, qui te venalem portant, & insidias affinium, ac pium parentis errorem intelligeres: cui vt amorem in te tribuam, amoris scientiam non concedo, dicens aliquid cum Apostolo: Confiteor; zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Imitare potius (crebro enim id ipsum repetam) sanctam matrem tuam: cuius ego quoties recordor, venit in mentem ardor eius in Christum, pallor ex ieiuniis, eleemosynæ in pauperes, obsequium in seruis Dei, humilitas vestium & cordis, atque in cunctis sermo moderatus. Pater tuus, quem honoris causa nomino, non quia consularis, & patricius, sed quia Christianus est, impleat nomen suum, lateatur filiam genuisse Christo, non faculo: quin potius doleat, quod & virginitatem frustra amiseris, & fructus perdidideris nuptiarum. Vbi est maritus, quem tibi dedit? Etiam si amabilis, etiam si bonus fuisset, mors rapuisset omnia, & copulæ carnis soluisset interitus. Arripe, quæso, occasionem, & fac de necessitate virtutem. Non quæruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male cepit, sed bene finiuit. Iude laudantur, exordia, sed finis proditione damnatur. Lege Ezechielem: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit. Et impietas impij non nocebit ei, in quacumque die couersus fuerit ab impietate sua. Ista est scala Iacob: per quam angeli ascendunt, & descendunt: cui Dominus innititur, lapsis porrigens manum, & fessos ascendentiū gradus sui contemplatione sustentans. Sed sicut non vult mortem peccatoris tantum, quantum vt conuertatur, & viuat: ita tepidos odit, & cito ei nauſeam faciunt. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix illa in euangelio baptizata, lacrymis suis, & crine, quo multos ante deceperat, pedes Domini tergens, saluata est: non habuit crispantes mirras, nec stridetes calceolos, nec orbis sibi fuligina-

ros; quanto foedior, tato pulchrior. Quid facit in facie Christianæ purpurissus, & cerussa: quorū alterum ruborem genarum, labiorumque metitur: alterum candorem oris, & colli, ignis iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia. quo modo flere potest pro peccatis suis, quæ lacrymis cutem nudat, & sulcos ducit in facie? Ornatus iste non Domini est, velamen istud antichristi est. Quæ fiducia erigit ad cœlum vultus, quos conditor non agnoscit? Frustra obtenditur adolescentia, & ætas puellaris asseritur.

Vidua, quæ marito placere desinit, & iuxta Apostolum verè vidua est, nihil habet necessarium, nisi perſeuerantiam. Meminit pristinæ voluptatis: scit quid amiserit, quo delectata sit. Ardentes diaboli sagittæ, ieiuniorum & vigiliarum rigore restinguendæ sunt. Aut loquendum nobis est, vt vestiti sumus: aut vestiendum, vt loquimur. quid aliud pollicemur, & aliud ostendimus? lingua personat castitatem, & totum corpus præfert impudicitiam. Hoc quantum ad habitum pertinet, & ornatum. Cæterum vidua, quæ in deliciis est, (non est meum, sed Apostoli) viuens mortua est. Quid sibi vult hoc, quod ait, Viues mortua est? Viuere quidem videtur ignorantibus, & non esse peccato mortua: sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est. Anima enim, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Quod dicit, istiusmodi est: quidam tam liberè & palam peccant, vt, postquam eos videris, statim intelligas peccatores. alios autem, qui callidè occultant vitia sua, ex sequenti conuersatione cognoscimus. Similiter & bona apud aliquos in proptulo sunt, in aliis longo vsu discimus. Quid ergo necesse est nos iactare pudicitia, quæ sine comitibus & appendiciis suis, continentia, & parcitate, fidem sui facere non potest? Apostolus macerat corpus suū, & animæ subicit imperio; ne, quod aliis præcipit, ipse non seruet: & adolescentula, seruente cibus corpore, de castitate secura est? Neque verò hæc dicens condemno cibos, quos Deus creauit ad vtendum cum gratiarum actione; sed iuuenibus & puellis incontinua aufero voluptatum. Non Æneï ignes, non Vulcania tellus, non Veseus, & Olympus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammate. Auaritia calcatur à plerisque, & cum marſupio deponitur. Maledicam linguam indictum emendat silentium. Cultus corporis & habitus vestium, vnius horæ spatio commutatur. Omnia alia peccata extrinsecus sunt: & quod foris est, facile abiicitur. Sola libido insita à Deo ob liberorum procreationem, si fines suos egressa fuerit, redudat in vitium, & quadam lege nature in coitum gestit erumpere. Grandis igitur virtutis est, & sollicitæ diligentie, superare quod nata sis, in carne non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem Argi, vt fabulæ ferunt, centum oculis obseruare. Hoc est, quod Apostolus verbis aliis loquebatur: Omne peccatū, quod fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Aiunt medici, & qui humanorum corporum scripsere naturas, præcipueque Galenus in libris, quorum titulus *περὶ ὁμοιω*, puerorum, & iuuenum; ac perfectæ ætatis virorum, mulierumque corpora insito calore ferere, & noxios illis esse cibos ætatis, qui calorem augeant; sanitatiq; cōducere, frigida quæque in esu & potu sumere: sicut è contrario senibus, qui pituita laborant, & frigore, calidos cibos, & vetera vina prodesse. vnde & saluator, Attendite, inquit, vobis,

CAP. 3.

1. Tim. 5

Ezech. 18

1. Tim. 5

1. Cor. 9

1. Tim. 4

1. Cor. 6

Luc. 11

Luc. 11. vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Et Apostolus: Nolite in ebriari vino, in quo est luxuria: Nec mirum hoc figulum sensisse de vasculo, quod ipse fabricatus est, cum etiam comicus, cuius finis est humanos mores nosse, atque describere, dixerit: Sine Cerere, & Libero friget Venus.

CAP. 4. Primum igitur, si tamen stomachi firmitas patitur, donec puellares annos transeas, aquam in potu sume, quæ natura frigidissima est, aut, si hoc imbecillitas prohibet, audi cum Timotheo: Vino modico vere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Deinde in ipsis cibis calida quæque deuita, non solum de carnibus loquor, super quibus vas electionis profert sententiam: Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum: sed etiam in ipsis leguminibus inflantia quæque & graui declinandâ sunt: nihilq; ita scias conducere Christianis adolescentibus, vt esum olerum. Vnde & in alio loco. Qui infirmus est, ait, olera manducet, ardorq; corporum frigidioribus epulis temperandus est. Si autem tres pueri & Daniel leguminibus vescerentur, pueri erant, necdum ad sartagine[m] venerant, in qua rex Babylonius senes iudices frixit. Nobis non corporis cultus, qui in illis, excepto priuilegio gratiæ Dei, ex huiusmodi cibis enituerat, sed animæ vigor quæritur, quæ carnis infirmitate fit fortior. Inde est, quod nonnulli vitam pudicam appetentium, in medio itinere corruunt, dum solam abstinentiam carniū putant, & leguminibus onerant stomachum, quæ moderatè parceque sumpta innoxia sunt. Et, vt, quod sentio loquar, nihil sic inflammatur corpora, & titillat membra genitalia, sicut indigestus cibus, ructusq; conuulsus. Malo apud te, filia, verecundia parum per, quâ causa, periclitari. Quidquid facit seminarium voluptatum, venenum putâ. Parcus cibus, & venter semper esuriens triduanis ieiuniis præfertur. Et multo melius est quotidie parum, quàm raro satis sumere. Pluuia illa optima est, quæ sensim descendit in terram. Subitus & nimis imber in præceps, arua subuertit. Quando comedis, cogita quòd statim tibi orandum, illico & legendum sit. De scripturis sanctis habeto fixum versum numerum: istud pensum Domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas, quàm calathum pectoris tui hoc subtegmine impleueris. Post scripturas sanctas, doctorum hominum tractatus lege, eorum duntaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quærere: multis margaritis vnam redime margaritâ. Sta, iuxta Hieremiam, in viis plurius; vt ad illam viam, quæ ad patrem ducit, peruenias. Amorem moniliū atque gemmarum sericarumq; vestium transfer ad scientiam scripturarum. Ingredere terram repromissionis, lacte & melle manantem. Comede simlam, & oleum: vestire cum Ioseph variis indumentis: perforentur aures tuæ cum Hierusalem sermone Dei, vt pretiosa ex illis nouarū segetum grana dependant. Habes sanctum Exuperium, probatæ ætatis, & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat. Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipiant in æterna tabernacula. Illis tribue diuitias tuas, qui non Phasides aues, sed cibariū panē comedant, qui famem expellat, non qui augeat luxuriam. Intellige super egenum, & pauperē. Omni petenti te, da, sed maximè domesticis fidei: nudum vesti, esurientem ciba, ægrorantem visita. Quotiescumq; manum extendis, Christum cogita. Caue ne, mendicantem domino Deo tuo, alienas diuitias augeas. Iuuenem fuge confortia. Comatulos, comptos, atque lasciuos, domus tuæ recta non videant. Cantor

pellatur vt noxius. Fidicinas, & psaltrias, & istiusmodi chorū diaboli, quasi mortifera Sirenarum carmina, proturba ex ædibus tuis. Noli in publici subinde procedere, & spadonum exercitu præcunte, viduarū circumferri libertate. Pessima consuetudinis est, cū fragilis sexus & imbecilla ætas suo arbitrio abutitur, & putat licere quodlibet. Omnia quidē licent, sed nō omnia expediūt. Nec procurator calamistratus, nec formosus collactaneus, nec candidulus & rubicūdus assecla adhæreat lateri tuo. Interdum animus dominarum ex ancillarum habitu iudicatur. Sanctarum virginum & viduarum societatem appete. Et, si fermocinandi cum viris incubuerit necessitas, arbitros ne deuites: tantaq; confabulandi fiducia sit, vt, intrate alio, nec pauetas, nec erubescas. Speculum mentis est facies: & taciti oculi, cordis fatentur arca. Vidimus nuper ignominiosum quendam per totum orientem volitasse rumorem. Et ætas, & cultus, & habitus, & incessus, & indifere[n]ta societas, exquisita epulæ, regius apparatus, Neronis & Sardanapali nuptias loquebantur. Aliorum vulnus, nostra sit cautio. Pestilente flagellato, stultus sapietior erit. Sanctus amor impatientiam non habet. Falsus rumor cito opprimitur, & vita posterior iudicat de priore. Fieri quidē non potest, vt absque morfu hominum, vitæ huius curricula quis pertranseat: malorumq; solatium est, bonos carpere, dum peccantium multitudine putat culpam minui peccatorum. Sed tamen cito ignis stipulæ conquefcit: & exundans flamma, deficientibus nutrimentis, paulatim emoritur. Si anno præterito fama mentita est, aut certè si verum dixit: cesset vitium, cessabit & rumor.

Hæc dico, nō quòd de te sinistrum quid metuum, sed quòd pietatis affectu, etiam quæ tuta sunt, pertimescam: O si videres sororem tuâ, & illud sacri oris eloquium coram audire contingeret: cerneres in paruo corpusculo ingentes animos: audires, toram vereris & noui testamenti supellectilē ex illius corde feruere. Ieiunia pro ludo habet, orationem pro deliciis. Tenet tympanum in exemplum Mariæ, & Pharaone submerso, virginum choro præcinit: Cante[m]us Domino: gloriose enim magnificatus est, equū & ascensorem deiecit in mare. Has docet psaltrias Christo, has fidicinas erudit saluatori. Sic dies, sic nox ducitur: & oleo ad lampades preparato, sponsi expectatur aduentus. Imitare ergo & tu consanguineam tuam. Habeat Roma, quod angustior vrbe Romana possidet Bethlehem. Habes opes, facile tibi est indigentibus victus subsidia ministrare: Quod luxuriæ parabatur, virtus infumat: nullam, nuptias contemptura, timeat egestatē. Redime virgines, quas in cubiculum regis inducas. Suscipe viduas, quas inter virginum lilia, & martyrum rosas, quasi quasdam violas, misceas: pro corona spinea, in qua Christus mundi delicta portauit, talia feta compone. Latetur, & adiuuetur nobilissimus pater tuus: discat à filia, quod didicerat ab vxore. Iam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt: & fronte ob senium rugis atrata, vicina est mors in foribus; designatur rogos prope. Velimus, nolimus, senescimus. Paret sibi viaticum, quod longo itineri necessarium est. Secum portet, quod inuitus dimissurus est, immo præmittat in celū, quod si negauerit, terra sumptura est. Solent adolescentulæ viduæ, quarum nonnullæ abierunt retro post Satanā, cū luxuriatæ fuerint in Christo; nubentes dicere: Patrimonium meū quotidie perit: maiorū hereditas dissipatur: seruus contumeliose locutus est: imperitū ancilla neglexit. quis procedet ad publicum? quis respondet pro agrorum tributis: paruulos meos quis erudit,

Hier. 6.

Erod. 29.
Gen 37.
Ezech. 16.Psal. 40.
Luc. 6.
Gal. 6.

1. Cor. 6.

Prou. 19.

CAP. 5.

Exod. 15.

1. Tim. 5.

erudiet, & vernulas quis educabit? Et hanc, pro nefas, causam opponunt matrimonij, quæ vel sola debuit nuptias impedire. Superducit mater filijs, non nutricium, sed hostem, non parentem, sed tyrannum. Inflammata libidine, obliuiscitur vteri sui: & inter paruulos, suas miserias nescientes, lugens dudum, noua nuptia componitur: Quid obtendis patrimonio? quid superbiam seruulorum? confitere turpitudinem, nulla iccirco maritum ducit, vt cum marito non dormiat, aut, si certè libido non stimulat, quæ tanta infamia est, in morem scortorum prostituere castitatem, vt augeantur diuitia, & propter rem vilem, atque perituram, pudicitia, quæ pretiosa & æterna est, polluatur: Si habes liberos, nuptias quid requiris? si non habes, quare expertam non metuis sterilitatem, & rem incertam certo præfers pudori. Scribantur tibi nunc sponsales tabulæ, vt post paululum testamentum facere compellaris. Simulabitur mariti infirmitas, & quod te morituram facere uolet, ipse victurus faciet: aut, si euenerit, vt ex secundo marito habeas filios, domestica oritur pugna, intestinum prælium. Non licebit tibi amare liberos, nec æquis aspicerere oculis, quos genuisti. Clam porriges cibos, inuidebit mortuo: & nisi oderis filios, adhuc eorum amare videberis patrem. Quod si, de priore uxore sobolem habens, domum te introduxerit, etiam si clementissima fueris, omnes comœdi, & mimographi, & cominunes rhetorum loci in nouercam seuisissimam declamabunt. Si priuignus langueat, & condoluerit caput, infamaberis vt malefica. si non dederis cibos, crudelis, si dederis, venefica diceris. Oro te, quid habent tantum boni secundæ nuptiæ, vt hæc mala valeant compensare.

Volumus scire, quales esse debeant viduæ? Legamus euangelium secundum Lucam: Et erat, inquit, Anna prophetissa, filia Phanuelis de tribu Aser. Anna interpretatur gratia: Phanuel in lingua nostra resonat, vultum Dei: Aser vel in beatitudinem, vel in diuitias vertitur. Quia igitur ab adolescentia vsque ad octogintaquattuor annos viduitatis onus sustinuerat, & non recedebat de templo, diebus ac noctibus insistens ieiunijs & obsecrationibus, iccirco meruit gratiam spiritualem, & nuncupari filia vultus Dei, & ætati beatitudine diuitijsq; censeris. Recordemur viduæ Sareptanæ, quæ & suæ & filiorum salutem, Helix prætulit famem, vt in ipsa nocte moritura cum filio superstitem hospitem relinqueret, males vitam perdere, quam eleemosynam; & in pugillo farinae, seminarium sibi messis Dominicæ præparauit. Farina feritur, & olei capsaces nascitur. In Iudæa frumenti est penuria, granum enim tritici ibi mortuum fuerat, & in gentium vidua olei fluentia manabant. Legimus in Iudith, (si cui tamen placet volumen recipere) viduam confectam ieiunijs, & habitu lugubri fordidatam, quæ nõ lugebat mortuū virum, sed squalore corporis, spōsi quærebat inuentum. Video armatam gladio manum, cruentam dexteram. recognosco caput Holophernis, de medijs hostibus reportatum. Vincit viros femina, & castitas truncat libidinem: habituq; repente mutato, ad victrices fordes redit, omnibus sæculi cultibus mundiores. Quidam imperitè & Deboraham inter viduas numerant, ducemq; Barach arbitrantur Deborah filium; cum aliud scriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quod prophetissa fuerit, & in ordine iudicij supputetur. Et quia dicere poterat: Quia dulcia gutturi meo eloquia tua: super mel & fauim ori meo: Apis nomen accepit, scripturarum floribus pasta, spiritus sancti odore perfusa, & dulces ambrosia

CAP. 6.
Luc. 1.

1. Reg. 17.

Yosn. 12.
Iudith 10.

Iud. 4.

Psal. 118.

sia succos prophetali ore componens. Noëmi, quæ nobis sonat *παρηγορημένη*, quam interpretari possumus, consolatam, marito & liberis peregere mortuis, pudicitiam reportauit in patriam, & hoc sustentata viatico, nurum Moabitidè tenuit: vt illud Esaiæ vaticinium completeretur: Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti, ad montem filiae Sion. Venio ad viduam de euangelio; viduam pauperulam, omni Israelitico populo ditiorè, quæ accipiens granum sinapis, & mittens fermentum in farinae satis tribus, patris & filij confessionem, spiritus sancti gratia tēperauit, & duo minuta misit in gazophylacium: id est: quidquid habere poterat in substantia sua, vniuersasq; diuitias in vtroq; fidei suæ obtulit testamento. Hæc sunt duo seraphim ter glorificantia trinitatem, & in thesauro Ecclesiæ condita. Vnde & forcipe vtriusq; testamenti, ardens carbo comprehensus, purgat labia peccatoris. Quid vetera repetam, & virtutes feminarum de libris proferam; cū possis multas ante oculos tibi proponere in vrbe, qua viuus, quarū imitari exemplum debeas? Et ne videar adulatione per singulas currere, sufficit tibi sancta Marcella; quæ respōdēs generi suo, aliquid nobis de Euangelio retulit. Anna septē annis à virginitate vixerat cum marito, ista septem mensibus. Illa Christi expectabat aduentum: ista tenet, quem illa suscepit. Illa vagientem canebat: ista prædicat triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Israël: hæc cum redemptis gentibus clamitat: Frater non redimit, redimet homo. Et de alio psalmo: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Scio me ante hoc ferme biennium edidisse libros contra Iouinianum, quibus venientes econtrario quæstiones, vbi Apostolus concedit secunda matrimonia, scripturarum auctoritate contriui. & non est necesse eadem ex integro scribere; cum possis inde, quæ scripta sunt, mutuari. Hoc tantum, ne modum egrediar epistola, admonitam te volo: Cogita quotidie, te esse morituram; & numquam de secundis nuptijs cogitabis.

Ruth.

Esa. 16.

Luc. 11.
Mar. 11.
Luc. 11.

Esa. 6.

Luc. 1.

Psal. 118.
Psal. 118.

AD AGERVCHIAM VIDVAM DE MONOGAMIA.

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

AGERVCHIAM virginem, Celerini filiam, & Metro-niæ neptem, à secundis dehortatur nuptijs, reiiciens argumenta omnia, quæ in contrarium facere viderentur. inchoat autem, vt solet, à laudibus, & explicata re ipsa, postremò vagatur, in hunc eundem sensum mundi calamitates illi ante oculos ponens.



N veterem via nouam semitam quærimus, & in antiqua, detrita q; materia, rudem artis excogitamus elegantiam: vt nec eadem sint, & eadē sint. Vnum iter, & perueniendi quo cupias multa compendia. Sæpe ad viduas scripsimus; & in exhortationem earum multa de scripturis sanctis exempla repetentes, varios testimoniorum flores in vnam pudicitia coronam texuimus. nunc ad Ageruchiam nobis sermo est: quæ, quodam vaticinio futurorum, ac Dei præfidentis auxilio, nomen accepit. quam auia, matris, amitaque, probatarum in Christo feminarum, nobilis turba circumstat: quarum auia Metro-nia, per quadraginta annos vidua perseuerans. Anna nobis filiam Phanuelis de euangelio retulit. Benigna mater, quartum & decimū viduitatis implens annum,

CAP. 11.

Luc. 4.

annum, centenarij virginum choro cingitur. Soror Celerini patris Ageruchia, quæ paruulâ nutrita infan-
 tem, & in suo natam suscepit gremio; per annos
 viginti mariti solatio destituta, erudit neptem, do-
 cens quod à matre didicit. Hæc breui sermone per-
 strinxit, vt ostendam adolescentulam meam non præ-
 stare monogamiam generi suo, sed reddere, nec tam
 laudandam esse, si tribuat, quam omnibus execran-
 dam, si negare tentauerit; præsertim cum posthu-
 mus eius Simplicius nomen patris referat, & nulla sit
 excusatio defertæ ac sine herede domus, sub quorum
 patrocinio interdum sibi libido blanditur, vt quod
 propter intemperantiam suam faciunt, videantur fa-
 cere desiderio liberorum. Sed quid ego quasi ad re-
 tractantem loquor; cum audiam eam multos palatij
 proceres ecclesiæ vitæ præsidio, quos certatim dia-
 bolus inflammat, vt viduæ nostræ castitatem probent,
 quam & nobilitas, & forma, & ætas, & opes faci-
 ciunt cunctis appetibilem; vt quanto plura sunt, quæ
 impugnant pudicitiam, tanto victricis maiora sint
 præmia? Et quia nobis de portu egredientibus quasi-
 quidam scopulus opponitur, ne possimus ad pelagi-
 rita decurrere; & Apostoli Pauli scribentis ad Ti-
 motheum profertur auctoritas, in qua de viduis dis-
 putans, ait: Volo autem iuniores nubere, filios pro-
 creare, matres familias esse, nullam occasionem da-
 re aduersario, maledicti gratia: iam enim quædam
 abierunt retro post satanam: oportet primum sen-
 sum tractare præcepti, & omnem loci huius conti-
 nentiam discutere, atque ita Apostolicis vestigijs in-
 sistentem, ne transuersum quidem, vt dici solet, vn-
 guem in partem alteram declinare. Supra scripserat,
 qualis vidua esse deberet: vnus viri vxor, quæ libe-
 ros educatur, quæ in bonis operibus habuit testimo-
 nium, quæ tribulatis de sua substantiâ submini-
 strauit, cuius spes Deus est, & quæ permanet in ob-
 secratione, & orationibus nocte ac die. Post quæ iun-
 guntur contraria: Quæ autem in delicijs est, viuens mor-
 tua est. Statimque infert, vt discipulum suum muniat
 omni arte doctrinæ: Adolescentiores autem viduas
 deuota: quæ cum lasciuierint in Christo, nubere vol-
 unt, habentes damnationem, quod primam fidem
 irrita fecerunt. Propter has igitur, quæ fornicatæ sunt
 in iniuriâ viri sui Christi, (hoc enim *ναρὰς πνικισσων*
 Græcus sermo significat) vult Apostolus alterum
 matrimonium, præferens digamiam fornicationi,
 secundum indulgentiam dumtaxat, non secundum
 imperium. Simulque singula testimonij verba tractan-
 da sunt. Volo, inquit, adolescentulas nubere. Cur,
 queso? quia nolo adolescentulas fornicari. Procreare
 filios, quam ob causam? Ne metu partus ex adul-
 terio filios necare cogantur. Matres familias esse.
 Quare obsecro? Quia multo tolerabilius est digamiam
 esse, quam scortû; & secundum habere virum,
 quam adulteros plures, in altero enim miseriarû cõ-
 solatio, in altero pœna peccati est. Sequitur: Nul-
 lam occasionem dare aduersario maledicti gratia: in
 quo breui accincto; præcepto multa simul monita
 continentur. Ne propositum viduæ exquisitior cul-
 tus infamet. Ne oculorum nutibus, & hilaritate vul-
 tus, iuuenum post se greges trahat. Ne aliud verbo,
 aliud habitu polliceatur, & conueniat ei versuculus
 ille vulgaris: Risit, & arguto quiddam promissit ocel-
 lo. Atque vt omnes nubendi causas breui sermone
 concluderet, cur hoc præcepisset, ostendit, dicens:
 Iam enim quædam abierunt retro post satanam.

CAP. 1.

Ideo ergo secunda, & si necesse est, tertia inconti-
 nentibus aperit matrimonia, vt à satana abstrahat;
 vt magis mulierem qualicumque viro iunctam faciat

esse, quam diabolo. Sed & ad Corinthios tale quid
 loquitur: Dico autem innuptis, & viduis: bonum
 est illis, si sic permanserint vt ego, si autem non se
 continent, nubant: melius enim est nubere, quam
 vri. Cur Apostole? Statim intulit: Quia peius est vri.
 Alioquin absolutum bonum est, & sine comparatione
 peioris, esse quod Apollolus est; id est, solum
 non ligatum, nec seruum, sed liberum, cogitantem
 ea, quæ Dei sunt, non ea, quæ vxoris. Et protinus in
 consequentibus, Mulier, inquit, alligata est viro,
 quamdiu vir eius viuunt: quod si dormierit vir eius,
 libera est: cui vult nubat, tantum in Domino, beatorum
 autem erit, si sic permanserit secundum consilium
 meum. Puto autem, quod & ego spiritum Dei ha-
 beam: & in hoc idem sensus est, quia idem spiritus:
 diuersæ epistolæ, sed vnus auctor epistolarû. Viuentem
 viro mulier alligata est, & mortuo soluta. Ergo ma-
 trimoniû vinculum est, & viduitas solutio. Vxor alligata
 est viro, & vir vxori alligatus est, intantum, vt sui
 corporis non habeant potestatem, & alterutrum de-
 bitum reddant: nec possint habere pudicitiam liber-
 tatem, qui seruiunt dominatui nuptiarum. Quodque
 addidit; Tantum in domino, amputat ethnicorum
 coniugia. De quibus & in alio loco dixerat: Nolite
 iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim partici-
 patio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci
 cum tenebris? quæ conuentio Christi cum Belial?
 aut quæ pars fideli cum infideli? qui consensus tem-
 plo Dei cum idolis? Ne scilicet arem in boue, &
 asino: ne tunica nuptialis vario sit texta subtegmine.
 Extemploque tollit, quod concesserat; & quasi præ-
 terat eum sententiæ suæ, retrahit: Beatorum erit, si sic
 permanserit: suique hoc magis dicit esse consilij, quod
 ne contemnatur vt hominis; spiritus sancti auctori-
 tate confirmat; vt non indulgens homo fragilitati
 carnis humanæ, sed in Apostolo spiritus sanctus præ-
 cipiens audiatur. Nec sibi in eo annorum puella-
 rium debet vidua blandiri, quod non minus sexage-
 nariam eligi præcipit: neque enim innuptas, vel iu-
 uenculas cogit, vt nubant, qui de nuptis quoque
 loquitur: Tempus breue est: superest, vt & qui ha-
 bent vxores, sic sint, quasi non habeant: sed de his
 viduis disputat, quæ suorum nutriendis alimentis,
 quæ filiorum & nepotum ceruicibus imponuntur.
 Quibus imperat, vt discant domum suam colere, &
 remunerare parentes, & sufficienter eis tribuere: vt
 non grauetur ecclesia, & possit certis viduis ministrare.
 De quibus scriptum est: Honora viduas, quæ ve-
 ræ viduæ sunt, hoc est, quæ omni suorum auxilio
 destitutæ sunt; quæ manibus suis laborare non pos-
 sunt, quas paupertas debilitat, ætasque conficit; qui-
 bus Deus spes est, & omne opus oratio. Ex quo da-
 tur intelligi, adolescentulas viduas, exceptis his, quas
 excusat infirmitas, vel suo labori, vel liberorum ac
 propinquorum ministerio delegari. Honor autem
 impræsentiarum vel pro elemosina, vel pro munere
 accipitur, vt est illud: Presbyteri duplici honore
 digni habeantur, maxime qui laborant in verbo,
 & doctrina: Et in euangelio Dominus disse-
 rit mandatum legis; in quo dicitur: Honora pa-
 tres tuum, & matrem tuam: non in verborum so-
 no, qui inopiam parentum cassa potest adulatione
 frustrari, sed in victus necessarijs ministrandis de-
 bere intelligi, iubente enim Domino, vt filij ale-
 rent parentes pauperes, & redderent beneficia sen-
 nibus, quæ paruuli acceperant, scribæ & pharisæi
 contrario docebant filios, vt parentibus responde-
 rent: Corban, hoc est, donum, quod altari pollicitus
 sum, & in templi dona promissum, si tu à me acceperis
 cibos,

1. Cor. 7.

2. Cor. 6.

Deut. 10.
Leuit. 19.

1. Cor. 7.

1. Timoc.

Math. 15.

Mar. 7.

cibos, vertetur in tuum refrigerium. Atque ita fiebat, ut egentibus patre, & matre, sacrificium offerrent filij, quod sacerdotes, scribæq; consumerent. Si ergo Apostolus pauperes viduas, eas tamen, quæ adolescentulæ sunt, & nulla debilitate franguntur, cogit suis manibus laborare, ne grauetur ecclesia, & possit anus viduas sustentare: qua excusatione utetur, quæ opibus mundi affluit, quæ potest etiã alijs ministrare, & de iniquo mammona sibi facere amicos, qui possint eam in æterna tabernacula recipere? Simulque considera, quod vidua non eligatur, nisi vnus viri vxor: & nos putabamus sacerdotum hoc tantum esse privilegium, vt non admittatur ad altare, nisi qui vnã habuerit vxorem, non solum enim ab officio sacerdotij digamus excluditur, sed & ab elemosina ecclesiæ, dum indigna putatur stipe, quæ ad secunda coniuga deuoluta est. Quamquam lege sacerdotali teneatur & laicus, qui talem præbere se debet, vt possit eligi in sacerdotium, non autem eligitur, si digamus fuerit, porro eliguntur ex laicis sacerdotes, ergo & laicus tenetur mandato; per quod ad sacerdotium peruenitur. Aliud est, quod vult Apostolus: aliud, quod cogitur velle. Vt concedat secunda matrimonia, meæ est incontinentiæ, non illius voluntatis. Vult omnes esse sicut se ipsum, & ea cogitare, quæ Dei sunt, & solutos nequaquam vltra alligari, sed si labentes per incontinentiam ad barathrum stupri viderit peruenire, digamiæ porrigit manum, vt cum vna magis, quam cum pluribus volutentur. Quod nequaquam vt amare dictum, & contra Apostoli regulam, secundus nuptiator exaudiat. Duæ enim sunt Apostoli voluntates, vna, qua præcipit: Dico autem innuptis, & viduis: bonum est illis, si sic permanferint, sicut & ego. Altera, qua indulget: Si autem non se continent, nubant, melius est enim nubere, quam vri. Primum, quid velit, deinde, quid cogatur velle, demonstrat. Vult nos permanere post nuptias, sicut se ipsum: & propositæ beatitudinis Apostolicum ponit exemplum, sin autem nos viderit nolle, quod ipse vult, incontinentiæ nostræ tribuit indulgentiam. Quam è duabus eligimus voluntatem; quod magis vult, & quod per se bonum est; an quod mali comparatione fit leuius, & quodam modo nec bonum est, quia præfertur malo? Ergo si eligimus, quod Apostolus non vult, sed velle compellitur, immo acquiescit deteriora cupientibus, non Apostoli, sed nostram facimus voluntatem. Legimus in veteri testamento: Semel maritatus filias sacerdotum, si viduæ fuerint, vesci debere de sacerdotalibus cibis, mortuisq; sic à patre exhibendũ inferiarum officium: sin autẽ alios viros acceperint, alienas eas & à patre & à sacrificijs fieri, & inter externas debere deputari. Quod quidem obseruat & gentilitas, in condemnationem nostri, si hoc nõ exhibeat veritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo, qui & castitatem reperit perditricem. Hierophanta apud Athenas euitatur, & æterna debilitate fit castus. Flammen vnus vxoris ad sacerdotium admittitur. Flaminica quoque vnus mariti eligitur vxor. Ad tauri Ægyptij sacra semel maritus assumitur. Vt omittam virgines Vestæ, & Apollinis, Iunonisq; Achiuæ, & Dianæ, ac Mineruæ, quæ perpetua sacerdotij virginitate marcescunt: stringam breuiter reginam Carthagini, quæ magis ardere voluit, quam Hiarbæ regi nubere; & Hadrubalis vxorem, quæ apprehensis vtraque manu liberis, in subiectum se præcipitavit incendium, ne pudicitia damna sentiret, & Luctetiam, quæ; amissa gloria castitatis, noluit pollutæ conscientia super viuere. Ac ne multa longo sermo-

ne contexam, quæ potes de primo conta Louiniani volumine ad ædificationem tuam sumere; vnum tantum, quod in patria tua gestum est, repetam, vt scias, pudicitiam etiam barbaris; ac feris, & sanguinarijs gentibus esse venerabilem, Gens Theutonũ, ex vltimis Gallorum oceani atq; Germaniæ profecta litioribus, omnes gallias inundauit; sapiusq; caesis Romanis exercitibus, apud aquas Sextias, Mario pugnantem, superata est; quorũ trecentæ matronæ, cum alijs se viris, captiuitatis cõditione, tradedas esse didicissent, primum cõsulem deprecatae sunt, vt templo Cereris ac Veneris in seruitium traderentur: quod cum non impetrarent, submouente eas lictore, paruulis caesis liberis, mane mortuæ sunt repertæ, soffocatis laqueo faucibus, & mutuis complexibus se tenentes. Quod igitur barbaræ castitati nõ potuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis faciet? & experietur alterũ virum, quæ priorem aut bonum perdidit, aut malum experta est, vt rursus contra iudicium Dei facere nitatur? Quid si statim secundum perdidit? quocumque & tertio, & si ille dormierit, in quartum quintumq; procedat, vt nihil sit, quo à meretricibus differat. Omni ratione viduæ prouidendum est, ne castitatis primos excedat limites; quos si excesserit, & verecundiam ruperit matronalem; in omnẽ debacchabitur luxuriam, ita vt prophetam mereatur audire dicentem: Facies meretricis facta est tibi: impudorata es tu.

Quid igitur? damnamus secunda matrimonia? minime, sed prima laudamus. Abijcimus de ecclesia digamos? absit: sed monogamos ad continentiam prouocamus. In arca Noë non solum munda, sed & immunda fuerunt animalia. habuit homines, habuit & serpentes. In domo quoque magna, vasa diuersa sunt: alia in honorem, alia in contumeliam, est & crater ad bibendũ, est & matula ad secretiora naturæ. Nam cum in femente terræ bonæ, centesimũ, & sexagesimũ & trigessimũ fructum, euãgelia doceant, & cetenarius, pro virginitatis corona, primum gradum teneat, sexagenarius, pro labore viduarum, in secundo sit numero; tricenarius fœdera nuptiarum ipsa digitorum coniunctione testetur: digamia in quo erit numero? immo extra numerum, certè in bona terra non oritur, sed in vepribus, & spinetis vulpium, quæ Herodi impijssimo comparantur, vt in eo se putet esse laudabilem, si scortis melior sit; si publicarum libidinum victimas superet; si vni sit prostituta, non pluribus. Rem dicturum sum incredibilem, sed multorum testimonijs approbatam. Ante annos plurimos, cum in chartis ecclesiasticis iuuarẽ Damascum, Romanæ vrbs episcopum, & oriẽtis atque occidentis synodicis consultationibus responderem, vidi duo inter se paria, vilissimorum è plebe hominum comparata, vnum, qui viginti sepelisset vxores, alteram, quæ vicesimum secundum habuisset maritum, extremo sibi, vt ipsi putabãt, matrimonio copularos, summa omnium expectatio, virorum pariter ac feminarum, post tantas rudes quis quem prius efferret, vicit maritus, & totius vrbs populo confluente, coronatus, & palmam tenens, adoreamq; per singulos sibi acclamantes, vxoris multinubæ feretrum præcedebat. Quid dicemus tali mulieri? neimpe illud, quod Dominus Samaritanæ: Viginti duos habuisti maritos, & iste, à quo sepelieris non est tuus. Itaque obsecro te, religiosa in Christo filia, vt testimonia ista non noueris, quibus incontinentibus, & miseris subuenitur, sed illa potius lætites, quibus pudicitia coronatur. Sufficit tibi, quod primum perdidisti virginitatis gradum; & per tertium venisti ad secundum, id est,

3. Tim. 5.

Luc. 16.

Hier. 3.

CAP. 3.

Gen. 7.
2. Tim. 4.

Math. 19.

Math. 19.

Leuit. 21.

22.

Ioan. 4.

ideft, per officium coniugale ad viduitatis continen-
tiam. Extrema, immo abiecta, ne cogites: nec alie-
na & longe posita exempla perquiras. habes auiam,
matrem, & amitam. quarum tibi abundans imita-
tio, atque doctrina, & præcepta viuendi, norma vir-
tutum est. si enim mulæ in coniugio, viuentibus
adhuc viris, intelligunt illud Apostoli: Omnia li-
cent, sed non omnia expediunt: & castrant se pro-
pter regna caelorum, vel à secunda natiuitate post la-
uacrum ex consensu, vel post nuptias ex ardore fi-
dei: cur vidua, quæ iudicio Dei virum habere desiit,
non illud lætabunda congeminet: Dominus dedit,
Dominus abstulit: & oblatam occasionem arripiat
libertatis, vt sui corporis habeat potestatem, nec rur-
sum ancilla fiat hominis? Et certe multo laboriosius
est, non frui eo, quod habeas, quam desiderare, quod
amiseris. Vnde & virginitas in eo facilior est, quod
carnis incentiua non nouit; & viduitas in eo soli-
citor, quod præteritas animo recolit voluptates,
maximè si se virum putet perdidisse, non præ-
miffisse; quorum alterum doloris, alterum gau-
dij est.

Primi hominis creatura nos doceat, plures nuptias
refutare. Vnus Adam & vna Eua, immo vna ex eo
costa, separatur in feminam. rursusque quod diui-
sum fuerat, nuptijs copulatur, dicente scriptura:
Erunt duo in carnem vnã: non in duas, nec in tres.
Propter quod relinquet homo patrem, & matrè; &
adhærebit vxori suæ: certè non vxoribus. Quod re-
ferti monium Paulus edifferens, ad Christum refert, &
ad Ecclesiam, vt primus Adam in carne, secundus in
spiritu monogamus sit. Sit vna Eua, mater cuncto-
rum viuentium, & vna Ecclesia, parens omnium Chri-
stianorum. Sicut illam maledictus Lamech in duas
diuisit vxores: sic hanc hæretici in plures ecclesias la-
cerant; quæ iuxta Apocalypsum Ioannis synagogæ
magis diaboli appellandæ sunt; quam Christi conciliabula.
Legimus in carminum libro: Sexaginta
sunt reginæ, & octoginta concubinae, & adolefcen-
tulæ, quarum non est numerus. Vna est columba
mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa geni-
trici suæ. Ad quam scribit idem Ioannes epistolam:
Senior electæ dominæ, & filijs eius. Sed & in Ar-
cam, quam Petrus Apostolus sub typo interpretatur
Ecclesiæ, Noë cum tribus filijs, singulas, non binas
vxores introduxit. Etiam de immundis animalibus
bina sumuntur, masculus, & femina: vt ne in bestijs
quidem, serpentibusque, crocodilis, ac lacertis di-
gama habeat locum. Quod si de mundis septena
ponuntur, id est, imparia; & in hoc virginitatis ac
pudicitæ palma monstratur: Egressus enim de arca
Noë, Deo victimas immolauit: non vtique de pari,
sed de impari numero, quia alterum fetibus, atque
coniugio, alterum sacrificio præparatum est. Atqui
patriarchæ non singulas habuerunt vxores, immo &
concubinas habuere plurimas. Et, ne hoc parum sit,
Dauid multas, & Solomon habuit innumerabiles.
Iudas ad Thamar, quasi ad scortum, ingreditur. Et
iuxta occidentem litteram, Ofese propheta non solum
meretrici, sed etiam adulteræ copulatur. Quod
si & nobis iure conceditur: adhinniamus ad omnes
feminas, & in exemplum Sodomæ, & Gomorræ,
ab vltimo dieprehendamur vendentes, & emen-
tes, nubentes, & nupti tradentes: vt tunc sit finis
coniugij, quando terminus vitæ. Quod & si post di-
luuium, & ante diluuium viguit ista sententia: Cres-
cite, & multiplicamini, & replete terram: quid ad
nos? in quos fines sæculorum decurrerunt, quibus
dicitur: Tempus breue est, & iam securis ad radices

arborum posita est, quæ syluam legis, & nuptiarum,
euangelica castitate succidat? Tempus amplexandi,
& tempus longe fieri ab amplexibus. Hieremias,
captiuitate propinqua, vxorem prolubetur accipere.
Ezechiel in Babylone, Mortua est, inquit, vxor mea:
& apertum est os meum. Nec ducturus vxorem, nec
ille, qui duxerat, possunt in opere coniugali liberè
prophetare. Olim gloria erat, illum audire verticu-
lum: Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circumitu
mentæ tuæ: & videas filios filiorum tuorum. nunc
de continentibus dicitur: Qui adhæret Domino,
vnus spiritus est. Et adhæsit anima mea post te: me
suscepit dextera tua. Tunc oculum pro oculo, nunc
verberanti maxillam, præberemus & alteram. Illo
tempore bellatoribus dicebatur: Accingere gladio
tuo super femur tuum potentissime: modo audit
Petrus: Conde gladium tuum in vaginam: qui enim
gladio percutit, gladio morietur. Hæc dicimus, non
separantes legem & euangelium, vt Marcion cal-
umniatur, sed vnum atque eundem suscipientes
Deum: qui pro varietate temporum atque causa-
rum principium & finis: ferit, vt metat: plantat, vt
habeat quod succidat: iacit fundamentum, vt ædi-
ficationi, consummato sæculo, culmen imponat.
Alioquin, si ad sacramenta veniamus, & futurorum
typos, non nostro arbitrio, sed Apostolo discente
consideremus; Agar, & Sara, vel mons Sina, & Sion,
duo testamenta significant. Lia lippientibus oculis,
& Rachel, quam Iacob amabat plurimum, synago-
gam Ecclesiamque testantur. Vnde & Anna prius
sterilis, Fenennæ vbertate fecundior est. Licet mo-
nogamia nos in Isaac & Rebecca præcesserit: cuius
solius partus Domini reuelatio est. Nec vlla alia fe-
minarum Deum per se ipsam consiliit. Quod loquar
de Thamar, quæ Zaram & Phares geminos fudit
infantes: in quorum natiuitate diuisa maceria duos
populos separauit: & ligata manus coccino, con-
fessionem Iudæorum iam tunc Christi passione re-
sperpsit. Ac de scorto propheticò: cuius similitudo vel
Ecclesiam significat de gentibus congregatam, vel,
quod ipsi loco magis conuenit, synagogam primum
assumptam de idololatris per Abraham, & Moysen,
deinde, post adulterium, & negationem saluatoris,
sedentem plurimo tempore sine altari, sacerdotibus
ac prophetis, & viri pristini confortium præstolan-
tem; vt, postquam subintrauerit plenitudo gentium,
tunc omnis Israel saluus fiat. Quasi in breui tabella
latissimos terrarum situs ostendere volui, vt pergam
ad alias quæstiunculas: quarum prima de Annæ con-
silio est. Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris? Id ci-
nerem, aut manes credis curare sepultos? Cui breui-
ter respondeat ipsa, quæ passa est: Tu lacrymis eui-
cta meis, tu prima furentem His germana malis
oneras, atque objicis hosti. Non licuit thalami ex-
pertem sine crimine vitam Degere more feræ, ta-
les nec tangere curas. Non seruata fides cineri pro-
missa Sichæi.

Proponis mihi gaudia nuptiarum: ego tibi oppo-
nam pyram, gladium, & incendium. Non tantum
boni est in nuptijs, quod speramus, quantum mali,
quod accidere potest, & timendum est. Libido enim
transacta semper sui relinquit poenitudinem; num-
quam satiatur, & extincta redaccenditur; su crescit,
& deficit; nec rationi pareat, quæ impetu ducitur. Sed
dices: Amplæ opes, & dispensario rei familiaris egêt
auctoritate viri. Scilicet perierunt domus cælibum;
& nisi cum seruulis tuis ipsa feruieris, familiaræ tuæ
imperare non poteris. Auiæ tuæ, mater, & amita,

Eccles. 5.
Hier. 16.

Ezech. 24.

Psal. 143.

1. Cor. 6.
Psal. 61.
Exod. 17.
Math. 5.Psal. 44.
Ioan. 18.
Math. 16.Gal. 4.
Gen. 29.
1. Reg. 7.
Gen. 25.

Gen. 38.

Ofes. 1.

Rom. 11.

C A P. 5.

nonne auctoritatis pristinae, honorisque maioris sunt, dum eas & tota prouincia, & ecclesiarum principes suspiciunt? Ergo milites, & peregrinantes, sine uxoris sua hospitium non regunt? & nec inuitat ad conuiuia, nec inuitantur? Quali non possis probare aetatis habere famulos, vel liberos, in quorum nutrita es manibus, qui praesint domui, ad publicum respondeant, tributa persoluant, qui te suscipiant, vt patronam, diligant, vt alunnam, veneratione, vt sanctam. Quare primum regnum Dei, & haec omnia adijcientur tibi. Si de veste cogitaueris, lilia tibi de euangelio proponantur. Si de cibo, remitteris ad aues, quae non serunt, neque metunt, & pater tuus caelestis pascit illas. Quantae virgines, & viduae, absque vlla sorte rumoris, suam substantiolam gubernarunt? Caue, ne iungaris adolescentulis; ne his adhaereas, propter quas Apostolus concedit secunda matrimonia, & sultineas in media tranquillitate naufragiam. Si Timotheo dicitur: Adolescentiores viduas deuota: Et iterum: Ama anus, vt matres; adolescentulas, vt sorores cum omni castitate: quare tu me commotentem non audias? Fuge personas, in quibus potest male conuersationis esse suspicio: nec paratum habeas illud esse triuio: sufficit mihi conscientia mea: non curo, quid de me loquantur homines. Et certe Apostolus prouidebat bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus; ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentibus. Habebat vtique potestatem sororem mulierem circumducendi; sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. Et cum posset de euangelio viuere, diebus ac noctibus laborabat manibus suis, ne quem grauaret credentium. Si scandalizat, inquit, esca fratrem; in aeternum carnem non manducabo. Dicamus & nos: Si scandalizat soror, vel frater non vnum, & alterum, sed totam Ecclesiam; nec sororem videbo, nec fratrem. Melius est rem familiarem minui, quam salutem animae perire. Melius est amittere, quod, velimus, nolimus, aliquando perituum est. Melius est sponte dimittere, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt. Quis nostrum, non dicam cubitum, quod enorme est, sed vnus vnciolae decimam partem adijcere potest ad staturam suam? & solliciti sumus, quid manducemus, aut quid bibamus? Ne cogitemus ergo de craftino. Sufficit diei malitia sua. Iacob fratrem fugiens, magnis in patris domo diuitijs derelictis, nudus pergit in Mesopotamiam; &, vt nobis fortitudinis suae praebere exemplum, lapide capiti supposito, vidit scalam ad caelum vsque subreptam, & Dominum innitentem super eam; per quam ascendebant angeli, & descendebant: vt nec peccator desperet salutem, nec iustus de sua virtute securus sit. Atque, vt multa praeteream; neque enim tempus est, vt assumpti testimonij omnia edisseram: post annos viginti diues Dominus, & pater ditior, qui dum Iordanem in baculo transferat, cum tribus turmis gregum in patriam reuertitur. Apostoli, toto orbe peregrini, non aes in zona, non virgam in manu, non caligas habere in pedibus; & tamen dicere poterant: Nihil habentes, & omnia possidentes. Et: Aurum & argentum non est nobis: quod autem habemus, hoc tibi damus: in nomine Iesu Christi Nazareni, surge, & ambula. Non enim erant diuitiarum sarcina praegravati. Et ideo stantes cum Helia in foramine petrae, per angustias acus transire poterant, & posteriora Domini contemplari. Nos vero ardemus auaritia, & contra pecunias disputantes, auro sinum expandimus; nihilque nobis satis est: & illud, quod de Megarensibus dicitur, iure miseris coaptari po-

test: Aedificant, quasi semper victuri: viuunt, quasi altera de morituri. Et haec facimus, quia Domini verbis non credimus, & quia aetas optata cunctis non viciniam mortis, quae debetur mortalibus lege naturae, sed, casta spe, annorum nobis spatia pollicetur. nemo enim tam fractis viribus, & sic decrepita senectutis est, vt non putet se vnum adhuc annum esse viturum. vnde subrept obliuio conditionis suae, vt terrenum animal, & iam iamque soluendum erigatur in superbiam, & animo caelum tenet.

Verum quid ago? fracta navi, de mercibus disputo. Qui tenebat, de medio fit, & non intelligimus Antichristum appropinquare, quem Dominus Iesus Christus interficiet spiritu oris sui. Vae praegnantibus, & nutrientibus in illa die; quorum vtrumque de fructibus nuptiarum est. Praesentium miseriarum pauca percurram. Quod rari hucusque refidemus, non nostri meriti, sed Domini misericordiae est. Innumerabiles, & ferocissime nationes vniuersas Gallias occuparunt. Quidquid inter alpes & Pyrenaeum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadas, Vuandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, & lugeda respublica, hostes Pannonij vastarunt. Etenim Assur venit cum illis. Maguntiacum, nobilis quondam ciuitas, capta, atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione delecti. Remorum vrbs praepotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitaniae, nouemque populorum Lugdunensis, & Narbonensis prouinciae, praeter paucas vrbes populata sunt cuncta: quas & ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrymis Tolosae facere mentionem: quae vt hucusque non rueret, sancti episcopi Exuperij merita praestiterunt. Ipsae Hispaniae, iam iamque periturae, quotidie contremiscunt, recordantes irruptionis Cimbricae, & quidquid alij semel passi sunt, ille semper timore patiuntur. caetera taceo; ne videar de Dei desperatione clementia. Olim a mari magno vsque ad alpes Iulias non erant nostra, quae nostra sunt: & per annos triginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani imperij regionibus pugnabatur. Aruerunt vetustate lacrymae. praeter paucos senes, omnes in captiuitate, & obsidione generati, non desiderabant, quam non nouerant, libertatem. Quis hoc credit? quae digno sermone historiae comprehendent? Romam in gremio suo, non pro gloria, sed pro salute pugnare? immo ne pugnare quidem, sed auro & cuncta supellectile vitam redimere? quod non vitio principum, qui vel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit proditoris; qui nostris contra nos opibus armavit inimicos. Aeterno quondam dedecore Romanum laborabat imperium; quod, Gallis cuncta vastantibus, fusoque apud Aliam exercitu, Romam Brennus intrauit. nec pristinam poterat abolere ignominiam, donec & Gallias, genitale Gallorum solium, & Gallograeciam, in qua confederant orientis occidentisque victores, suo imperio subiugasset. Hannibal, de Hispaniae finibus orta tempestas, cum vastasset Italiam, vidit urbem, nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reuerentia, vt, deletis omnibus, e propinquo recederet loco: nec audebat victor aspicere, quam regum didicerat ciuitatem. & tamen pro hac iniuria, (non enim dicam superbia) quae bonos exitus habuit, alter, toto orbe fugitiuus, tandem Bithyniae mortem veneno reperit: alter, reuersus in patriam, in suo regno occubuit: & vtriusque prouinciae populi

Luc. 12.
Marth. 6.

1. Tim. 5.

Rom. 12.

1. Cor. 9.
2. Theff. 3.
2. Cor. 8.

Luc. 12.

Marth. 6.

Gen. 28.

Gen. 32.

Marth. 10.
2. Cor. 6.
Act. 3.3. Reg. 19.
Matth. 19.

CAP. 6.

2. Theff. 3.
Marc. 13.

Pfal. 82.

populi Romani vestigales sunt. Nunc, vt omnia prospero sine eueniant; præter nostra, quæ amissimus, non habemus quod victis hostibus auferamus. Poteritiam Romanæ vrbs Ardens poeta describens, ait: Quid fatis est, si Roma parum est? Quod nos alio mutemus elogio: Quid saluum est, si Roma perit? Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum, Ferrea vox, omnes captorum dicere pœnas, Omnia cæforum percurrere nomina possim. Et hæc ipsa, quæ dixi, periculosa sunt tam loquentibus, quàm audientibus; vt ne gemitus quidem liber sit, nolentibus, immo nec audientibus nobis flere, quæ patimur.

CAP. 7. Responde mihi, carissima in Christo filia: inter ista nuptura es? quem acceptura virum, cedo? fugituum, an pugnatum? quid vtrumq; sequatur, intelligis. Et pro Fescennino carmine, terribilis tibi rauco sonitu buccina concrepabit: vt, quas habes pronubas, habeas fortè lugentes. aut quibus deliciis affluas; quæ possessionum tuarum reditus perdidisti, quæ obsessam familiolam tuam morbo & fame cernis contabescere? Sed absit, vt de te talia sentiam, vt sinistrum quippiam suspicer de ea, quæ suam Domino animam consecrauit. Nô tam tibi, quàm sub tuo nomine aliis sum locutus; quæ otiosæ, & curiosæ, atq; verbosæ domos circumueunt matronarum: quarum Deus venter est, & gloria in confusione earum: quæ nihil aliud de scripturis, nisi digamiæ præcepta nouerunt: quæ in alieno corpore sua desideria consolantur; vt, quod ipsæ fecerunt, alias facere videant, & malarum societate palpentur. quarum cum impudentiam, & propositiones apostolicarum sententiarum interpretatione contriueris; legito, quo modo tibi in viduitate seruanda viuendum sit, librum ad Eustochium de virginitate seruanda, & alios ad Furiam, atque Saluinam: quarum altera Probi, quondam consulis, nurus; altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia est. hic libellus de monogamia, sub nomine tuo, titulum possidebit.

1. Timot. 5. Eph. 5.

Exod. 16.

Prou. 5.

Leuit. 2.

Exod. 12.

1. Cor. 5.

Hier. 15.

1. Cor. 7.

Gen. 3.

Prou. 5.

Hier. 1.

1. Cor. 7.

HIERONYMVS AD GAVDENTIVM, DE PACATVLÆ infantulæ educatione.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

GAVDENTII precibus motus, docet quo modo Pacatula infantis, virginitati iam destinata, rudis, ac tenera artas sit instruenda.

CAP. 1.



A V S A difficilis paruulæ scribere; quæ non intelligit, quid loquaris; cuius animum nescias; de cuius voluntate periculose promittas; vt, secundum præclari oratoris exordium, spes in ea magis laudanda sit, quàm res. Quid enim horteris ad continentiam, quæ placentas desiderat? quæ in sinu matris garrula voce balbutit? cui dulciora sunt mella, quàm verba? Audiatur profunda Apostoli, quæ anilibus magis fabulis delectatur? Prophetarum ænigmata sentiat, quam tristior gerulæ vultus exagitat? Euangelij intelligat maiestatem, ad cuius fulgura omnis mortalium sensus hebetatur? Vt parenti subiiciatur, hortet, quæ manu tenera ridentem verberat matrem? Itaque Pacatula nostra hoc epistolium post lecturam suscipiat: interim modo litterarum elementa cognoscat; iungat syllabas; discat nomina, verba confociet: atque, vt voce tinnula ista meditetur, proponantur ei crustula, multa præmia;

HIERO. TOM. 1.

& quidquid gustu suaue est, quod vernet in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in pupis, acceptura festinet. interim & tenero tentet pollice fila ducere: rumpat sæpe stamina, vt aliquando non rumpat: post laborem lufibus gestiat: de matris pendet collo: rapiat oscula propinquorum: psalmos mercede decantet: amet, quod cogitur discere; vt non opus sit, sed delectatio; non necessitas, sed voluntas. Solent quædam, cum futuram virginem sponderint, pulchra tunica eam induere, & furuo operire pallio, auferre lintheamina, nihil in collo, nihil in capite aur: finire: reuera bono consilio, ne habere discat in tenero, quod postea ponere compellatur. Aliis vero è contra videtur: Quid enim, aiunt, si ipsa non habuerit, habentes alias non videbit? φιλόσομον genus femineû est; multaq; etiam insignis pudicitia, quamuis nulli virorum, tamen sibi scimus libenter ornari. quin potius habendo satietur; & cernat laudari alias, quæ ista non habeant, meliusq; est, vt satiata contemnat, quàm non habendo habere desideret. Tale verò quid & Israëlítico fecisse vides populo Domintim, vt, cupientibus Ægyptias carnes, vsque ad nauseam & vomitum præberet examina coturnicum: multosq; hæc li reperies homines facilius carere experta corporis volu prate, quàm eos, qui à pueritia libidinem nesciãt: ab aliis enim nota calcari, ab aliis ignota appeti: illos vitare pœnitendo suauitatis infidias, quas fingerunt, hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandientes, dum mella putant, venena noxia reperire: mel enim distillare labia meretricis, quod ad tempus impingat vescentium fauces, & postea felle amarius inuenitur. vnde & in Domini sacrificiis mel non offerunt; ceraq; contempta, quæ mellis hospitium est, oleum accenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliuarum. Pascha quoq; cum amaritudinibus comedi in azymis sinceritatis, & veritatis iubetur: quas qui habuerit, in sæculo persecutionem sustinebit. Vnde & propheta mysticè cantat: Sede bā solus, quia amaritudine repletus sum. Quid igitur? Luxuriandum est in adolescentia, vt postea luxuria fortius contemnatur? Absit verò, inquit. Vnusquisque enim, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Circumcisus quis, id est, virgo vocatus est: non adducat præputium, hoc est, non quærat pelliceas tunicas nuptiarum, quibus Adam, eiectus de paradiso virginitatis, indutus est. In præputio quis vocatus est, hoc est, habes vxorem, & matrimonij pelle circumdatus: non quærat virginitatis & æternæ pudicitia nuditatē, quam semel habere desinit; sed vtatur vase suo in sanctificatione, & pudicitia; bibatq; de fontibus suis; & non quærat cisternas luparum dissipatas; quæ purissimas aquas pudicitia continere non possunt. vnde & idem Paulus in eodem capitulo, de virginitate & nuptiis disputans, seruos carnis vocat in matrimonium constitutos; liberos eos, qui absque iugo nuptiarum tota Domino seruiunt libertate.

Quod loquimur, non in vniuersam loquimur, sed in parte tractamus, nec de omnibus, sed de quibusdam dicimus. ad vtrumq; enim sexum, non solum ad vas infirmum, noster sermo dirigitur. Virgo es: quid te mulieris delectat societas? quid fragilem & subtilem ratem magnis committis fluctibus, & grande periculum nauigationis incertæ securus ascendis? Nescis quid desideres, & tamen sic ei iungeris, quasi aut ante desideraueris, aut, vt leuissimè dicam, postea desideraturus sis. Sed ad ministerium iste sexus est aptior. Elige ergo anum deformem: elige probatam in Domino continentiam. quid te ado-

CAP. 2.

lescētula, quid pulchra, quid luxuriosa delectat? Vteris balneis, cute nitida, rubicūdis genis incedis; carnibus vesceris; affluis diuitijs; pretiosa veste circumdaris: & iuxta serpētem mortiferum securē dormire te credis? At non habitas in eodem hospitio. In nocte dumtaxat: ceterum totos dies in huius confabulatione consumis. Quare solus cum sola, & non cum arbitris sedes; vt cum ipse non pecces, alijs peccare videaris; vt exemplo sis miseris, qui nominis tui auctoritate delinquant? Tu quoque virgo, vel vidua, cur tam longo sermone viri retineris? cur cum solo relicta non metuis? saltem alui te, & versicā cogat necessitas, vt ex eas foras, vt deseras in hac re eum, cum quo licentius, quā cum germano, multo inuerecundius, quā cum marito, egisti. Sed de scripturis sanctis aliquid interrogas. Interroga publicē, audiant pediseque, audiāt comites tuæ. Omne, quod manifestatur, lux est. Bonus sermo secreta non quarrit, quin potius delectatur laudibus suis, & testimonio plurimorum. Magister egregius contemnit viros, despicit fratres, & in vnus mulierulæ secreta eruditione defudat. Declinaui parumper de mea disputatione, aliorum occasione; & dum infantem Pacatulam instituo, immo & nutrio, multarum subito mihi male pacatarum bella suscepi, reuertar ad propositum.

CAP. 3.

Sexus femineus suo iungatur sexui: nesciat, immo timeat cum pueris ludere. Nullum impudicum verbum nouerit: & si forte in tumultu familiæ discurrentis aliquid audiat, non intelligat. Marris nutum pro verbis, ac monitis, & pro imperio habeat. Amet vt parentem, subijciatur vt dominæ, timeat vt magistrā. Cum autem virgunculam rudem, & edentulam septimus ætatis annus exceperit, & coeperit erubescere, scire quid taceat, dubitare quid dicat, dicat memoriter psalterium, & vsque ad annos pubertatis libros Solomonis, Euangelia, Apostolos, & Prophetas sui cordis thesaurum faciat: nec liberius procedat ad publicum, nec semper ecclesiarum quærat celebritatem: in cubiculo suo totas delicias habeat: numquam iuenculos, nunquam cinnamatos videat: vocis dulcedines per aurem animam vulnerantes, puellarumq; lasciuia repellantur: quæ quāto licentius adeunt, tanto difficilius euitantur: & quod didicerunt, secretō docent, inclusamq; Danaen vulgi sermonibus violant. Sit ei magistra comes, pædagogica custos, non multo vino dedita, non iuxta Apostolum, otiosa, atque verbosa, sed sobria, grauis, lanifica, & ea tantum loquens, quæ animum puellarem ad virtutem instituant: Vt enim aqua in areola digitum sequitur præcedentem; ita ætas mollis & tenera in vtramq; partem flexibilis est, & quocunq; duxeris, trahitur. Solent lasciuia, & comptuli iuuenes blandimentis, affabilitate, munusculis aditum sibi per nutrices, aut alumnas quærere, & cum clementer intrauerint, de scintillis incendia concitare, paulatimq; proficere ad impudentiam, & nequaquam posse prohiberi, illo in se versiculo comprobato: Egredere reprehendas, quod finis consuescere. Pudet dicere, & tamen dicendum est: Nobiles femina; quæ nobiliores habere neglectui procos, vilissimæ conditionis hominibus & seruulis copulantur, ac sub nomine religionis, & umbra continentia; interdum deserunt viros Helenæ, sequuntur Alexandros, nec Menealos pertimescunt. Videntur hæc, planguntur, & non vindicantur: quia multitudo peccantium peccandi licentiam subministrat. Pro nefas, orbis terrarum ruit, in nobis peccata non ruunt. Vrbs incluta, & Romani imperij ca-

put, vno hausta est incendio, nulla est regio, quæ non exules Romanos habeat, in cineres ac fauillas sacrae quondam ecclesiae conciderunt, & tamen studemus auaritiæ. Viuimus quasi altera die morituri, & adificamus quasi semper in hoc sæculo victuri. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum; & nudus, atque esuriens ante fores nostras Christus in paupere moritur. Legimus Aaron pontificem isse obuiam furentibus flammis, & accenso thuribulo, Dei iram cohibuisse, stetit inter mortem & vitā sacerdos magnus: nec vltra vestigia eius ignis procedere ausus est. Moyses loquitur Deus: Dimitte me, & delebo populum istum. Quando dicit, Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est. Dei enim potentiam serui preces impediebant. Quis putas, ille sub cælo est, qui nunc iræ Dei possit occurrere? qui obuiare flammis? & cum Apostolo dicere: Obtinam ego anathema esse pro fratribus meis? Pereunt cum pastoribus greges: quia sicut populus, sic sacerdos. Moyses compassionis loquebatur affectu: Si dimittis populo huic, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo. Vult perire cum pereuntibus, nec propria salute contentus est. Gloria quippe regis, multitudo populi. His Pacatula nostra nata est temporibus: inter hæc crepundia primam carpit ætatem, ante lacrymas scitura, quā risum, prius fletum sensura, quā gaudium, necdum introitus, iam exitus, talem semper putet fuisse mundum: nesciat præterita, fugiat præsentia, futura desideret. Hæc vt tumultuario sermone dictarem, & post necesse amicorum, luctumq; perpetuum, infanti senex longo postliminio scriberem, tua, Gaudenti frater, impulit caritas: maluitq; parum quā nihil omnino, poscenti dare: quia in altero voluntas oppressa luctu, in altero amicitia; diffimulatio est.

Leu. 10.

Exod. 31.

Rom. 9.
Eph. 24.
Exo. 31.

HIERONYMVS AD PAVLI-
MVM DE INSTITVTIO-
NE MONAGHI.
EPISTOLA XIII.
ARGVMENTVM.

PAVLINVS, qui postea Nolæ fuit Episcopus, eloquens, ac eruditus iuuenis, cum sæculo monachus factus renunciaffet, ad Hieronymum iam senem scripsit, laudans eum, quod longo tempore Christo in sanctis Hierosolymæ locis seruiuerit, misso interea ad illum libro, quem in laudem, & defensionem Theodosij Imperatoris scripserat, rogansque vt modum aliquem peragenda sibi vitæ præfigeret. Hunc igitur ob eloquentiam, dicendiq; facilitatem collaudatum, hortatur modò ad sacrarum scripturarum cognitionem, normamque viuendi, sancte, accommodatèque illi proponit.



NONVS homo de bono cordis thesauro profert ea, quæ bona sunt: & ex fructibus arbor cognoscitur. Metris nos virtutibus tuis, & paruos magnus extollis: vltimamq; partē conuiuij occupas, vt patrisfamilias iudicio proueharis. quid enim in nobis, aut quantulum est, vt doctæ vocis mereamur præconium? vt illo ore, quo religiosissimus princeps defenditur, humiles nos, modicique laudemur? Noli igitur, frater charissime, annorum nos æstimare numero: nec sapientiam canos reputes, sed canos sapientiam, Salomone testante: Cani hominis prudentia eius. Nam & Moyses septuaginta presbyteros iubetur eligere, quos ipse sciret esse presbiteros, utique

CAP. 1.
Math. 14.
Luc. 6. 14Sap. 4.
Exod. 18.

vtique non auro, sed prudentia iudicandos. Et Dani-
 el adhuc puer longæuo iudicat, atque impudicos
 senes ætas lasciuia condemnat. Noli, inquam, fidem
 pensare temporibus: ne me iccirco meliorem putes,
 quod prior in Christi exercitu cœperim militare.
 Paulus Apostolus, & vas electionis, de persecutore
 mutatus, nouissimus in ordine, primus in meritis
 est: quia, extremus licet, plus omnibus laborauit.
 Iudas, qui quondam audierat: Tu autem homo, qui
 simul mecum dulces capiebas cibos, dux meus &
 notus meus, in domo Dei ambulauimus cum con-
 sensu, proditor amici & magistri: Saluatoris argui-
 tur voce, & nodum informis leti trabe nedit ab al-
 ta. E contrario latro crucem mutat paradiso, & facit
 homicidij pœnam martyrium. Quanti hodie
 diu viuendo portant funera sua, & quasi sepulchra
 dealbata, plena sunt ossibus mortuorum? Subitus
 calor longum vincit teporem. Denique & tu, audi-
 ta sententia Saluatoris: Si vis perfectus esse, va-
 de, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, &
 veni sequere me: verba vertis in opera, & nudam
 crucem nudus sequens, expeditior & leuior scandis
 scalam Iacob. Tunicam mutas cum animo: nec,
 pleno marsupio, gloriosas sordes appetis; sed, puris
 manibus, & candido pectore, pauperem te & spiritu,
 & operibus gloriaris. Nihil est enim grande, tristi &
 lurida facie vel simulare, vel ostentare ieiunia, pos-
 sessionum redditibus abundare, & vile iactare pali-
 liolum. Crates ille Thebanus, homo quondam diri-
 tissimus, cum ad philosophandum Athenas perge-
 ret, magnum auri pondus abiecit, nec putauit se si-
 mul posse & virtutes, & diuitias possidere. nos suf-
 facinari auro, Christum pauperem sequimur; &
 sub prætextu eleemosynæ, pristinis opibus incuban-
 tes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere;
 qui nostra timidè reseruamus? Plenus venter facile
 de ieiunijs disputat. Non Hierosolymis fuisse, sed
 Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. Illa ex-
 petenda est ciuitas, non quæ occidit prophetas, &
 Christi sanguinem fudit, sed quam fluminis impe-
 tus laticat: quæ in monte sita, cælari non potest:
 quam matrem sanctorum Apostolus clamat: In
 qua se municipatum cum iustis latatur habere. Ne-
 que verò hoc dicens memet ipsum inconstantia re-
 darguo, damnoque quod facio: vt frustra videar, ad
 exemplum Abraham, & meos, & patriam reliquisse:
 sed non audeo Dei omnipotentiam angusto sine
 concludere, & coartare paruo terræ loco, quem non
 capit cælum.

Singuli quique credentium, non locorum diuer-
 sitatibus, sed fidei merito ponderantur. Et veri ado-
 ratores neque Hierosolymis, neque in monte Gari-
 zim adorant patrem: quia Deus spiritus est, & adora-
 totes eius in spiritu & veritate adorare oportet. Spi-
 ritus autem spirat vbi vult: & Domini est terra; &
 plenitudo eius. Postquam, siccato Iudææ vellere,
 vniuersus orbis cælesti rore perfusus est, & multi, de
 oriente & occidente venientes, recubuerunt in si-
 nu Abraham: desijt notus esse tantum in Iudæa Deus;
 & in Israel magnum nomen eius: sed in omnem
 terram exiuit sonus Apostolorum, & in fines orbis
 terræ verba eorum. Saluator ad discipulos loquens
 cum esset in templo, Surgite, inquit, abeamus hinc:
 Et ad Iudæos: Relinquetur vobis domus vestra de-
 serta. Si cælum & terrâ transibunt, vtique transibunt
 omnia, quæ terrena sunt. Et crucis igitur & resur-
 rectionis loca profunt his, qui portant crucem suam,
 & cum Christo resurgunt quotidie, qui dignos se
 tanto exhibent habitaculo. Cæterum qui dicunt:

Templum Domini, templum Domini: audiant ab
 Apostolo: Vos estis templum Domini, & spiritus
 sanctus habitat in vobis. Et de Hierosolymis, & de
 Britannia æqualiter patet aula cælestis: Regnum
 enim Dei intra vos est. Antonius, & cuncta Ægypti,
 & Mesopotamiæ, Ponti, Cappadociæ, & Arme-
 niæ examina monachorum, non videre Hieroso-
 lymam: & patet illis absque hac vrbe paradisi ia-
 nuæ. Beatus Hilarion, cum Palæstinus esset, & in
 Palæstina viueret, vno tantum die vidit Hieroso-
 lymam; vt nec contemnere loca sancta propter vicini-
 am, nec rursus Deum loco claudere videretur.
 Ab Hadriani temporibus vsque ad imperium Con-
 stantini, per annos circiter centum octoginta, in
 loco resurrectionis simulacrum Iouis, in crucis ru-
 pe statua ex marmore Veneris à gentibus posita
 colebatur, existimantibus persecutionis auctoribus;
 quod tollerent nobis fidem resurrectionis, & crucis,
 si loca sancta per idola polluisent. Bethlehem nunc
 nostram, & angustissimum orbis locum, de quo
 Psalmista canit, Veritas de terra orta est, lucus
 inumbrabat Thamuz, id est, Adonidis: & in spe-
 cu, vbi quondam Christus paruulus vagijt, Vene-
 ris amasius plangebatur. Quorsum, inquit, hæc
 tam longo repetita principio? Videlicet, ne quid-
 quam fidei tuæ deesse putes, quia Hierosolymam
 non vidisti; nec nos iccirco meliores existimes, quod
 huius loci habitaculo fruimur; sed siue hic, siue
 alibi, æqualem te pro operibus tuis apud Dominum
 habere mercedem. Re vera, vt simpliciter motus
 mentis meæ fatear, considerans & propositum
 tuum, & ardorem quo sæculo renuncias, differ-
 entias in locis arbitror, si, vrbibus & frequentia
 vrbium derelicta, in agello habites, & Christum
 quæras in solitudine, & ores solus in monte cum
 Iesu, sanctorumque tantum locorum vicinitatibus
 perfruaris, id est, vt & vrbe careas, & propositum
 monachi non amittas. Quod loquor, non de epi-
 scopis, non de presbyteris, non de clericis loquor;
 quorum aliud officium est; sed de monacho, & mo-
 nacho quondam apud sæculum nobili: qui iccirco
 pretium possessionum suarum ad pedes Apostolo-
 rum posuit, docens pecuniam esse calcandam, vt
 humiliter & secretò victitans, semper contemnat,
 quod semel contempsit. Si crucis, & resurrectionis
 loca non essent in vrbe celeberrima, in qua cu-
 ria, in qua aula militum, in qua scorta, mimi, scur-
 ræ, & omnia sunt, quæ solent esse in cæteris vrbibus;
 vel si monachorum turbis solummodo fre-
 quenteretur, expetendum re vera huiusmodi cunctis
 monachis esset habitaculum: nunc verò sum-
 mæ stultitiæ est renunciare sæculo, dimittere pa-
 triam, vrbes deserere, monachum profiteri, & in-
 ter maiores populos periculosius viuere, quam eras
 victurus in patria. De toto huc orbe concurrunt
 plena est ciuitas vniuersi generis hominum: &
 tanta vtriusque sexus confusio, vt, quod alibi
 ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris.

Quia igitur fraternè interrogas, per quam viam
 incedere debeas; reuelata tecum facie loquar. Si offi-
 cium vis exercere presbyteri, si episcopatus te vel opus,
 vel honor forte delectat, viue in vrbibus, & castellis;
 & aliorum salutem fac lucrum animæ tuæ. Sin autem
 cupis esse, quod dicis monachus, id est, solus: quid
 facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habi-
 tacula, sed multorum? Habet vnumquodque prope-
 situm principes suos. Romani duces imitentur Ca-
 millôs, Fabricios, Regulos, Scipiones. philosophi
 propo-

proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium: historici Thucydidem, Sallustium, Herodotum, Liuium: oratores Lyfiam, Græchos, Demosthenem, Tullium. & vt ad nostra veniamus, Episcopi & presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & apostolicos viros: quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum. nos autem habeamus propositi nostri principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilario-nes, Macarios. & vt ad scripturarum auctoritatem redeam, noster princeps Helias, noster Helisæus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluentia Iordanis. De his sunt & illi filij Rechab, qui vinum & siceram non bibe-
 bant, qui morabantur in tentoriis, qui Dei per Hieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram Domino. hoc reor & septuagesimi Psalmi titulum significare: Filiorum Ionadab, & eorum qui primi in captiuitate ducti sunt. Iste est Ionadab filius Rechab, qui in Regnorum libro scribitur curram ascendisse cum Hieu. Et huius filij sunt, qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum, propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hierosolymanam intrare compulsi, hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quod, post solitudinis libertatem, vrbe quasi carcere sunt reclusi. Obscuro itaque te, vt quoniam sanctæ sororis tuæ ligatus es vinculo, & non penitus expedito pergis gradu, siue hic, siue ibi, multitudines hominum, & officia, & salutationes, & conuiuia, veluti quasdam catenas, fugias voluptatum. Sit vilis & vespertinus cibus, holeræ, & legumina: interdumque pisciculos pro sum-
 mis ducas deliciis. Qui Christum desiderat, & illo panem vescitur, non querit magnopere, de quam pretiosis cibus stercus conficiat. Quidquid post gulam non sentitur, idem tibi fit, quod panis, & legumina. Habes aduersus Iouinianum libros de contem-
 ptu ventris & gutturis plenius differentes. Semper in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum, & flexo corpore mens erigenda ad Dominum. Crebræ vigilia, & ventre vacuo sæpius dormiendum. Rum-
 sculos, & gloriolas, & palpantes adulatores, quasi hostes, fuge. Pauperibus, & fratribus refrigeria sum-
 ptuum manu propria distribue. Rara est in homini-
 bus fides. Non credis verum esse, quod dico: cogita Iudæa loculos. Humilitatem vestium tumentis ani-
 mo non appetas. Sæcularium, & maxime potentium consortium deuita. Quid tibi necesse est ea videre crebrius, quorum contemptu monachus esse cœpisti? Soror præcipue tua matronarum declinet
 consortia. Nec inter sericas vestes, & gemmas cir-
 cum sedentium feminarum se sorditam aut doleat, aut miretur: quia alterum propositi penitentia, alterum iactantiæ seminarium est. Caue, ne, quasi fi-
 delis & famosus tuorum quondam dispensator, alienam pecuniam distribuendam accipias. intelligis quid loquar. Dedit enim tibi Dominus in omnibus
 intellectum. Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & serpentis astutiam, & aliorum supplanteris insidijs. Non multum distat in
 vitio, vel decipere posse vel decipi Christianum. Quem senseris tibi aut semper, aut crebro de num-
 mis loquentem, excepta eleemosyna, quæ indiffe-
 renter omnibus patet, inuitorem potius habeto, quam monachum. Præter victum, & vestitum, & manifestas necessitates, nihil cuiquam tribuas, ne fi-

liorum panem canes comedant. Verum Christi templum anima credentis est: illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illa Christum suscipe. Quæ vtilitas est, parietes fulgere gemmis, & Christum in paupere fame periclitari: iam non sunt tua, quæ possides, sed dispensatio tibi credita est. Memento Anania, & Saphira: illi sua timide seruaerunt: tu confidera, ne Christi substantiam imprudenter effundas, id est, ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas, nõ pauperibus, & secundum dictum prudentissimi viri, liberalitate liberalitas pereat. Noli respicere ad phaleras & nomina vana Catonũ. Ego te, inquit, intus & in cute noui. Esse Christianum, grande est, non videri. Et nescio quo modo plus placent mundo, qui Christo displicent. Hæc non, sicut aiunt. Sus Mineruam, sed ingredientem pelagus amicus amicum monui, malens à te facultatem meam requiri, quam voluntatem: vt in quo ego lapsus sum, tu firmo pergeres gradu. Librum tuum, quem pro Theodosio principe prudenter ornateque compositum transmisiisti, libenter legi, & præcipue mihi in eo subdiuiso placuit. cumq; in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas. Sed & ipsum genus eloquij pressum est, & nitidum, & cum Tulliana luceat puritate, crebrum est in sententijs. iacet enim, vt ait quidam, oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna est rerum consequentia, & alterum pendet ex altero. Quidquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Felix Theodosius, qui à tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpuras eius, & vtilitatem legum futuris sæculis consecrasti. Macte virtute: qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O si mihi liceret istiusmodi ingenium non per Aonios montes, & Heliconis vertices, vt poetæ canunt, sed per Sion, & Itabirium, & Sina excelsa ducere: si contingeret docere, quæ didici, & quasi per manus mysteria tradere scripturarum: nasceretur nobis aliquid, quod docta Græcia non haberet.

Audi ergo mi conserue, amice, germane, ausculta paulisper, quo in scripturis sanctis calle gradiaris. Totum, quod legimus in diuinis libris, niter quidem, & fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frangat nucem. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantia confiteretur; qua nos putas paruulos, & pene lactentes in scitæ nocte circumdari? Hoc autem velamen non solum in facie Moysi, sed & in euangelistis, & apostolis positum est. Turbis saluator in parabolis loquebatur, & contestans mysticum esse quod dicebatur, aiebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Nisi aperta fuerint vniuersa, quæ scripta sunt ab eo, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit: nullo alio referante pandentur. Si haberes hoc fundamentum; immo si quasi extrema manus operi tuo induceretur; nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilque Latinius tuis haberemus voluminibus. Tertullianus creber est in sententijs, sed difficilis in loquendo. Beatus Cyprianus, instar fontis purissimi, dulcis incedit, & placidus, & cum totus sit in exercitatione virtutum, occupatus persecutionum angustijs, de scripturis diuinis nequaquam disseruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest. Lactantius, quasi quidam fluuius eloquentiæ Tullianæ, vtinam tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena dextruxit. Arnobius inæqualis, & nimius est, & absque operis
 sui

4. Reg. 6.

Hier. 33.

4. Reg. 10.

Hier. 33.

A. G. 3.

CA. 4.

Psal. 118.

1. Cor. 3.

Matth. 13.
Luc. 8.
Apo. 3.

Matth. 10.

sui partitione confusus. Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur; & cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione simpliciorum fratrum procul est. Taceo de cæteris, vel defunctis, vel etiam adhuc uiuentibus, super quibus in utramq; partem post nos alij iudicabunt. Ad te ipsum veniam Symmysten, sodalem meum, & amicum, amicum, inquam, meum, antequam notum: & præcabor, ne assentationem in necessitudine suspiceris: quin potius vel errare me existimato, vel amore labi, quàm amicum adulatione decipere. Magnum habes ingenium, & infinitam sermonis supellectilem: & facile loqueris, & purè, facilitasq; ipsa, & puritas mixta prudentiæ est. capite quippe sano, omnes sensus vigent. huic prudentiæ, & eloquentiæ si accederet vel studium, vel intelligentia scripturarum; viderem te breui arcem tenere nostrorum; & ascendentem cum Iacob testam Sion, canere in domatibus, quod in cubilibus cognouisses. Accingere, quæso te, accingere. Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus. Nobilem te Ecclesia habeat, vt prius senatus habuit. Præpara tibi diuitias, quas quotidie eroges, & numquam deficiant, dum viget ætas, dum nondum canis spargitur caput, antequam subeant morbi, tristisque senectus, Et labor, & diræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocriter esse contentus sum: totum summum, totum perfectum desidero. Sanctum Vigilantium presbyterum qua auiditate susceperim, melius est vt ipsius verbis, quàm meis discas litteris: qui cur tam cito à nobis profectus sit, & nos reliquerit, non possum dicere; ne lædere quempiam videar. tamen, quasi prætereuntem & festinantem paululum retinui, & gustum ei nostræ amicitiaæ dedi; vt per eum discas, quid in nobis non desideres. Sanctam conferam tuam, & tecum Domino militantem, per te salutari volo.

AD CELANTIAM MATRONAM DE RATIONE PÆ VIVENDI, FORTE PAVLINI Nolani episcopi.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

PAVLINVS (eius enim epistola hæc esse creditur, non Hieronymi,) Celantiam, nobilem matronam, à qua obnixè rogatus de hoc fuerat, instruit quo modo inter honores, diuitias, matrimonij onera, vitam suam sanctè, ac religiose ducat.

CAP. 1.
Eccle. 4.



ETVS scripturæ celebrata sententia est: Esse pudorem, quo gloria inueniatur, & gratia; & esse rursus pudorem, qui soleat parere peccatum. Cuius dicti veritas, quamquam satis ad omnium intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mihi tamen nescio quo modo in præsentia causa propius innotuit. prouocatus enim ad scribendum litteris tuis, quæ miris hoc à me obsecrationibus flagitabant, diu fateor de responsione dubitavi, silentium mihi imperante verecundia, cui tamen fortissime resistebat, & vim faciebat, precum tuarum fidelis ambitio: pugnabatque acriter cum hesitatione mea humilitas obsecrantis; & magna quadam fidei violentia, oris claustra pulsabat, cumq; sic animum in vtroq; nutantem cogitatio diuersa libraret; pene pudor exclusit officium. sed me illa, quam supra posui, sapientis sententia armavit, ad depellendam inutilem verecundiam, & dam-

HIERO. TOM. I.

nosum silentium resoluendum; cum utique ipsam scribendi causam tam honestam viderem esse, tam sanctam, vt peccare me crederem, si tacerem, illud mecum scripturæ reputans: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Et iterum: Ne retineas verbum in tempore salutis. Et illud Beati Petri: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem. Petis namq; & sollicitè ac violenter petis, vt tibi certam ex scripturis sanctis præfiniamus regulam, ad quam tu ordines cursum vitæ tuæ; vt cognita Domini voluntate, inter honores sæculi & diuitiarum illecebras, morum magis diligas supellectilem, atque vt possis in coniugio constituta, non solum coniugi placere, sed etiam ei, qui ipsum indulsit coniugium. Cui tam sanctæ petitioni, tamq; pio desiderio non satisfacere, quid aliud est, quàm profectum alterius non amare? Parebo igitur precibus tuis, teq; paratam ad implendam Domini voluntatem ipsum nitari incitare sententijs. Idem enim verus omnium Dominus, ac magister: qui nos placere sibi iubet, & docet quo modo placere ei possimus. Ipse itaque te informet, ipse te doceat: qui interroganti in euangelio adolecenti, quid faceret vt mereretur vitam æternam, diuina continuo mandata proponit, ostendens nobis eius voluntatem esse faciendam, à quo speramus & præmia. propter quod alio testatur loco: Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Quo manifestè illud ostenditur, nos non sola Dei confessione tanti præmij magnitudinem promereri, nisi fidei & iustitiæ opera coniuncta sint. Qualis enim est illa confessio, quæ sic Deo credit, vt pro nihilo eius ducat imperium? aut quo modo ex animo, ac verè dicimus, Domine, Domine, si eius, quem Dominum confitemur, præcepta contemnimus? Vnde ipse in Euangelio dicit: Quid autem vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Et iterum: Populus hic labijs me honorat, cor autè eorum longe est à me. Et rursus loquitur per prophetam: Filius honorificat patrem, & seruus Dominum suum timet. Et si pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Ex quo apparet, nec honorari ab eis Dominum, nec timeri, qui eius præcepta non faciunt. Vnde ad Dauid expressius dicitur, qui peccatum admiserat: Er pro nihilo duxisti Deum: Et ad Heli fit sermo Domini: Qui honorificat me, honorificabo eum; qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum rediguntur. Et nos securo ac bono animo sumus; qui per singula quæq; præcepta, inhonorantes Deum clementissimum, ad iracundiam prouocamus; eiusq; imperium superbissimè contemnendo, in tantæ maiestatis imus iniuriam? Quid enim vnquam tam superbum, quid verò tā ingratum videri potest, quàm aduersus eius viuere voluntatem, à quo ipsum viuere acceperis; quàm illius præcepta despiciere, qui ideo aliquid imperat, vt causas habeat remunerandi? neque enim obsequij nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio. Mandata eius desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulcora super mel, & fauum: quoniam in custodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis irascitur, iccirco magis illa immensa Dei bonitas offenditur, quia ea per tanti etiam præmij detrimenta contemnimus: nec solum imperata, sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. Vnde sepe, immò semper illa nobis Domini reuoluenda sententia: Si vis ad vitam venire, serua mandata, hoc enim tota nobiscum lege agitur:

Eccle. 3.
Eccle. 4.
1. Pet. 3.

Math. 19.

Math. 7.

Luc. 6.
Math. 23.
Mat. 1.

2. Reg. 18.
1. Reg. 2.

Psal. 118.

C 5 hoc

Matth. 19. hoc propheta, hoc Apostoli docent: hoc à nobis & vox Christi, & sanguis efflagitat: Qui ideo pro omnibus mortuus est, ut, qui viuunt, iam non sibi uiuât, sed ei, qui pro illis mortuus est. Viuere autem illi, nõ est aliud, quàm eius præcepta seruare, quæ nobis ille, quasi certum quoddam dilectionis suæ pignus, seruanda mandauit. Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruare. Et qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Ac rursus: si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Grandem vim obtinet vera dilectio. Et qui perfecte amatur, totam sibi amantis vindicat voluntatem. Nihil est imperiosius caritate. Nos si verè Christum diligimus, si eius nos redemptos sanguine recordamur; nihil magis velle, nihil omnino debemus agere, quàm quod illum velle cognoscimus. Duo autem sunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iustitia. prohibendi vnum est, iubendi alterum. Ut enim mala prohibentur, ita præcipiuntur bona. Ibi orium imperatur, hic studium. ibi coercetur animus, hic incitatur. hic fecisse, illic non fecisse, culpabile est. Vnde & propheta dicit: Quis est homo, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Et beatus Apostolus: Odientes malum, adherentes bono. Hoc itaque duplex diuersumque præceptum, prohibendi scilicet, & imperandi, æquo omnibus iure mandatum est. non virgo, non vidua, non nupta ab hoc imperio libera est. in quouis proposito, in quouis gradu, æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere. Neque verò eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt, quæ potissimum Dei mandata faciant: quæque quasi vilia ac parua despiciant: nec metuunt, ne, secundum diuinam sententiam, minima contemnendo, paulatim decidant. Stoicorum quidem est, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria iudicare, nec vllum inter scelus & erratum discrimen facere. Nos verò, etsi multum inter peccata distare credimus, quia & legimus: tamen satis prodesse ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cauere. tanto enim facilius abstinemus à quocumque delicto, quanto illud magis metuumus: nec cito ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat. Et sane nescio, an possimus leue aliquod peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur. Estque ille prudentissimus, qui nõ tam considerat quod iustum sit, quàm illum, qui iusserit, nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem.

CAP. 2.

Edificanti itaque tibi spiritualem domum, non super leuitatem arenæ, sed super soliditatem petre, innocentie in primis fundamentum ponatur, super quod facilius possis arduum culmen iusticie erigere. Maximam enim partem æquitatis impleuit, qui nulli nocuit. Beatusque est, qui potest cum sancto Iob dicere: Nulli nocui hominum: iuste vixi cum omnibus. Vnde audenter & simpliciter loquebatur ad Dominum. Quis est ille, qui iudicetur mecum: id est, quis tuum aduersum me potest implorare iudicium, ut se læsum à me, conuincat? Purissimæ conscientie est, securè canere cum propheta. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus tuæ. Vnde idem alibi dicit: Non fraudauit eos Deus bonis, qui ambulant in innocentia. Itaque malitiam, odium, atque inuidiam, quæ vel maxima, vel sola semina sunt nocendi, Christiana à se propel-

Iob 17. 31.
Iob 13.Psal. 100.
Psal. 83.

lat anima: neque manu tantum, aut lingua, sed corde quoque custodiat innocentiam: nec opere modo, sed voto etiam nocere formidet. quantum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit & qui nocere disposuit. Multi nomen illud absolute atque integre definiunt, innocentem, qui ne in eo quidem vlli noceat, quo prodesse desistat. quod si est verum, tum demum lætare de innocentie conscientia, si, cum potes, adiuuare non desinas. si verò diuisa inter se ista, atque distincta sunt; aliudque est non nocere, quod semper potes; aliud prodesse, cum possis; aliud malum non facere, aliud operari bonum: illud tibi rursus occurrat, non sufficere Christiano, si partem vnam iusticie impleat? cui vtrumque præcipitur. neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quæ nullam morum disciplinam sequens, nulum viuendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quàm quodam impetu fertur. Nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilem vitam agunt, & aliud professione, aliud conuersatione testantur, atque, ut Apostolus ait, Deum consentunt se nosse, factis autem negant. Inter Christianum, & gentilem non fides tantum debet, sed etiam vita distinguere, & diuersam religionem per diuersa opera monstrare. Nolite, ait Apostolus, iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticie cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Beliam? aut quæ pars fidei cum infidei? qui autem consensus templo Dei cum idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima separatio. Disiungitur certo discrimine error, & veritas. Illi terrena sapiant, qui cælestia promissa non habent. illi breui huic vitæ se toros implicent, qui æterna nesciunt. illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant. illi seruiant vitijs, qui non sperant futura præmia virtutum. Nos verò, qui purissima confitemur fide, omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, ut recipiat vnusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonum, siue malum, procul esse debemus à vitijs, dicente Apostolo: Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Nec turbam sequantur errantem, qui se veritatis discipulos consententur. Duas certe conuersationis vias, & distincta in diuersum itinera viuendi, saluator in euangelio ostendit. Quàm, inquit, spatiosa via, quæ ducit ad mortem; & multi sunt, qui intrant per eam. Et rursus: Quàm arcta via, & angusta est, quæ ducit ad vitam; & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vide, quanta inter has vias separatio sit, quantumque discrimen. illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. illa celebratur & teritur à multis, hæc vix inuenitur à paucis. illa enim vitijs per consuetudinem, quasi declinior, ac mollior, & velut quibusdam amœna floribus volupratum, facile ad se rapit commentantium multitudinem: hæc verò, insuetæ calle virtutum, tristior, atque horridior, ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est, quàm vtilitas mansionis. asperam enim nobis, & insuauem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo: quæ si in partem alteram transferatur; inuenitur, sicut scriptura dicit, semita iusticie leuis.

Tit. 7.

2. Cor. 6.

2. Cor. 9.
Gal. 5.

Matth. 7.

Matth. 11.

Pro. 4.

CAP. 3.

Ponamus ergo iam rationem vitæ nostræ; & per quam potissimum gradiamur viam, conscientia teste discamus. omne enim, quod agimus, omne, quod loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. si cū paucis, angustum iter, & subtilem quandam semitam inuenimus; ad vitam tendimus. si vero multorum comitamur viam, secundum Domini sententiam imus ad mortem.

mortem. Si ergo odio, atque inuidia possidemur; si cupiditati & auaritiæ cedimus; si præsentia comoda futuris præferimus: per spatiosam viam incedimus, habemus enim ad hæc comitum multitudinem, & latè similibus stipamur agminibus. Si iracundiam libidinemque explere volumus, si iniuriam vindicare; si maledicenti remaledicimus; & aduersum inimicum inimico animo sumus: æquè cum pluribus ferimur. Si vel adulamur ipsi, vel adulantem libenter audimus; si verum dicere gratia impedimur; & magis offendere animos hominum timeamus, quàm non ex animo loqui: de multorum item via sumus. Tor nostri sunt socij, quot extranei veritatis. At è contrario, si ab his omnibus vitij sumus extranei; si purum ac liberum animum præstamus; & omni cupiditate calcata, solis studemus diuites esse virtutibus: per angustam viam nitimur, conuersatio enim ista paucorum est: estque perrarum, atque difficile, idoneos huius itineris comites reperire, quin etiam multi hac ire se simulant; & per diuersa errorum diuerticula ad viam multitudinis reuertuntur, ideoque timendum est, ne quos duces recti huius itineris habere nos credimus, eos comites habeamus erroris. Si igitur inueniuntur exempla, quæ nos per hanc ducant viam, & rectum euangelij tramitem teneant: sequenda sunt, sin verò ea vel deficiunt vel deficere putantur: apostolorum forma vniuersis propòita est. Clamat vas electionis Paulus; nosque quasi ad angulum hoc iter conuocans, dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Certè, quod est amplius omnibus, ipsius Domini, reluet exemplum, qui in euangelio ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Si periculosum est imitari illos, de quibus dubitas an imitandi sint: hunc certè imitari tutissimum est, atque eius vestigia sequi, qui dixit: Ego sum via, veritas, & vita. Nunquam enim errat, qui sequitur veritatem. Vnde & apostolus Ioannes ait: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et beatus Petrus ait: Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum; vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Cesset omnis excusatio errorum, auferantur peccandi fœda solatia. Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus; & ad consolationem nostram aliena sæpe numerantes vitia, deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi. Ad illius exemplum mittimur, quem omnes facemur imitandum. Atque ideo præcipua tibi cura sit, legem nosse diuinam; per quam possis quasi præsentia cernere exempla sanctorum, & quid faciendum sit, quidue vitandum, illius consilio discere. Maximum enim ad iustitiam auxilium est, implere diuinis eloquijs animum, & quod opere exequi cupias, semper corde meditari. Rudi adhuc populo, & hominibus ad obedientiam insuetis per Moysen imperatur à Domino, vt in signum memoriæ, qua præcepta Domini recorderentur, per singulas vestimentorum fimbrias habeant cum cocco hiacynthini coloris insignia, vt etiam casu huc illucque respicientibus oculis, mandatorum cælestium memoria nascatur, de quibus

fimbrijs pharisæi redarguuntur à Domino, quòd eas peruerso vsu, non ad commonitionem præceptorum Dei, sed ad ostentationem sui habere cœperint, vt scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia sancti à populo iudicarentur. Tibi verò seruanti non iam litteræ præcepta, sed spiritus, diuinorum mandatorum memoria spiritualiter excolenda est, cui non tam frequenter recordanda sunt præcepta Domini, quàm semper cogitanda.

Sint ergo diuinæ scripturæ semper in manibus tuis, & iugiter in mente voluantur. Nec sufficere tibi putes, mandata Dei memoria tenere, & operibus obliuisci: sed ideo illa cognosce, vt facias quicquid faciendum didiceris. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Latus quidem, & immensus diuinæ legis campus extenditur, qui diuersis testimonijs veritatis, velut cælestibus quibusdam floribus, vernans, mira oblectatione legentis animum pascit, ac refouet. Quæ omnia semper cognoscere, secumque reuoluere, ingens ac conseruandam iustitiam beneficium est. Sed quasi ad compendiosum quoddam commonitorium, illa tibi euangelij eligenda sententia est, & superscribenda cordi tuo, quæ ad totius iustitiæ breuiarium Dominico ore profertur: Omnia, quæcumque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis: Cuius præcepti vires exprimens iungit, ac dicit: Hæc enim lex & prophetæ. Infinitæ namque sunt species, partisque iustitiæ: quas non modò stylo persequi, sed cogitatione etiam capere difficillimum est: quas omnes vna ac breui sententia comprehendit, & latentem hominum conscientiam, secreto animi iudicio, aut absoluit, aut damnat. Ad omnem igitur actum, ad omne verbum, ad omnem etiam cogitatum, hæc sententia retractetur: quæ tibi quasi speculum quoddam paratum, & ad manum semper positum, qualitatem tuæ voluntatis ostendat, ac etiam vel de iniusto opere redarguat, vel de iusto lætificet, quotiescumque enim talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero seruari cupis: æquitatis viam tenes, quoties verò talis erga alterum fueris, qualem in te vis neminem: iter iustitiæ dereliquisti. En totum illud diuinæ legis arduum, totumque difficile, en ob quam causam dura imperia, Domino reclamamus; & dicimus nos vel difficultate, vel impossibilitate mandatorum premi. Nec sufficit, quòd iussa non facimus; nisi etiam iubentem iniultum pronunciemus, dum ipsum æquitatis auctorem non modò dura, & ardua, sed etiam impossibilia præcepisse conquerimur. Omnia, inquit, quæcumque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Coniungi vult inter nos, atque connecti per mutua beneficia charitatem; omnesque homines vicario inter se amore copulari, vt id vnoquoque præstante alteri, quod sibi ab omnibus præstari velit, tota iustitia, & præceptum hoc Dei, communis sit vtilitas hominum. Et ò miram clementiam Domini, ò ineffabilem Dei benignitatem. Præmium nobis pollicetur, si nos inuicem diligamus, id est, si nobis ea præstemus inuicem, quorum vicissim indigemus, & nos superbo simul & ingrato animo, eius renitimus voluntati, cuius etiam imperium beneficium est? Nulli vnquam omnino detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis. Magisque vitam tuam ordinare disce, quàm alienam carpere. Ac semper scripturæ memor esto dicentis: Noli diligere detrahere, ne eradi-

Math. 23.

Rom. 2.

Math. 7.

Philip. 3.

Math. 23.

Ioan. 14.
1. Ioan. 2.
1. Petr. 2.

num. 13.

Pro. 10. ne eradicaris. Pauci admodum sunt, qui huic vitio renunciant: raroq; inuenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienam. tantaque huius mali libido mentes hominum intuasit, vt etiam qui procul ab alijs virtijs recesserunt, in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant. Tu verò hoc malum ita effuge, vt non modò ipsa non detrahas, sed ne alij quidem detrahenti aliquando credas. Nec obrectatoribus auctoritatem de consensu tribuas; ne eorum vitium nutrias annuendo. Noli, inquit scriptura, consentaneus esse cum derogantibus aduersus proximum tuum; & non accipies super illum peccatum. Et alibi: Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Vnde & beatus Dauid, diuersas innocentæ species iustitiæque dinumerans, de hac quodque virtute non tacuit, dicendo: Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos: Propterea quòd ipse non solum aduersatur, sed etiam persequitur detrahentem. Ait enim: Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequerebar. Est sane tale hoc vitium, quod vel in primis extingui debeat, & ab eis, qui se sanctè instituerunt volunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animum, nihil est, quod ita mobilem mentem, ac leuem faciat, quàm facile totum credere, & obrectatorum verba temerario mentis assensu sequi. hinc enim crebræ dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur. hoc est, quod sæpe de amicissimis etiam inimicos facit, dum concordem quidem, sed credulas animas maliloqua lingua discipiat. At contra, magna quies animi, magnaq; est morum grauitas, non temerè de quoquam finitri quid audire. Beatusque est, qui ita se contra hoc vitium armavit, vt apud eum detrahare nemo audeat. Quòd si hæc in nobis esset diligentia, ne passim obrectatoribus crederemus: iam omnes detrahare timerent; ne non tam alios, quàm se ipsos, viles detrahendo facerent. sed hoc ideo malum celeberrimum est, iccirco in multis feruet hoc vitium, quia pene ab omnibus libenter auditur. Adulatorum quoq; assentationes, & noxia blandimenta fallaciæ velut quasdam pestes animæ fuge. nihil est, quod tam facillè corrumpat mētes hominum; nihil, quod tam dulci & molli vulnere animum feriat. vnde & quidam sapiens ait: Verba adulatorum mollia, feriunt autem interiora ventris. Et Dominus loquitur per prophetam: Popule meus, qui beatificant vos, seducunt vos, & semitas pedum vestrorum dissipant. In multis, isto maximè tempore, regnat hoc vitium, quodq; est grauissimum, humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur. eo fit, vt, qui adulari nescit, aut inuidus, aut superbus putetur. Est sane grande & subtile artificium, laudare alterum in commendationem sui, & decipiendo, animum sibi obligare decepti, quodque hoc maxime vitio agi solet, fictas laudes certo pretio vendere. Quæ hæc tanta est leuitas animi, quæ tanta vanitas, relicta propria conscientia alienam opinionem sequi, & quidem fictam atque simulatam? rari vento falsæ laudationis, gaudere ad circumuentionem suam, & illusionem pro beneficio accipere? Tu ergo, si verè laudabilis esse cupis, laudem hominum ne requiras. illiq; præpara conscientiam tuam, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus tibi erit à Deo.

1. Cor. 4. Sit igitur intentus, ac vigilans, & aduersus peccata semper armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus, & parcus, & qui necessitatem loquendi

magis indicet, quàm voluntatem. Ornet prudētiam verecundia, quodq; præcipuum in feminis semper fuit, cunctas in te virtutes pudor superet. Diu ante considera, quid loquendum sit: & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio; & linguæ officium animi libra dispenset. vnde scriptura dicit: Argentum, & aurum tuum cōfla; & verbis tuis facito statheram, & frenos ori tuo rectos; & attende, ne forte labaris lingua. Numquam malum verbum de ore tuo procedat, quæ ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere. Misericordes, inquit, modesti, humiles, nõ reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes. Mentiri vero, atque iurare lingua tua prorsus ignoret: tantusq; in te sit veri amor, vt, quidquid dixeris, iuratum putes. de quo saluator ad discipulos ait: Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Et paulo post: Sit autē sermo vester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. In omni igitur actu, atque verbo quæta mens & placida seruetur: semperq; cogitationi tuæ Dei præsentia occurrat: sit humilis animus, ac mitis, & aduersus sola vitia erectus. numquam illum aut superbia extollat, aut avaritia inflectat, aut ira præcipitet. nihil enim quietius, nihil purius, nihil deniq; pulchrius ea mente esse debet, quæ in Dei habitaculum preparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata virtutibus. ideo & templum Dei sanctorum corda dicuntur, affirmante Apostolo, qui ait: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nihil habeas humilitate præstantius, nihil amabilius. hæc est enim præcipua conseruatix, & quasi custos quædam virtutum omnium: nihilq; est, quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat; quàm si vitæ merito magni, humilitate infimi simus. propter quod scriptura dicit: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et Dominus loquitur per prophetam: Super quem alium requiescā, nisi super humilem, & quietum, tremementem verba mea? Veruntamen humilitatem sequere, non quæ ostenditur, atque simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborum, sed quæ puro affectu cordis exprimitur. aliud est enim, virtutem habere; aliud, virtutis similitudinem; aliud est rerū vmbra sequi; aliud veritatē. Multo deformior illa est superbia, quæ sub quibusdam humilitatis vgnis latet. Nescio enim quo modo turpiora sunt vitia, cum virtutum specie cælatur. Nulli te vniquam de generis nobilitate præponas; neque obscuriores qualisque, & humiliore loco natus, te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorū: seruum & nobile de moribus pronunciat. Solā apud Deū libertas est, non seruire peccatis. Summa apud Deū est nobilitas, clarū esse virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilibus Petro, qui piscator & pauper fuit? quid in feminis beata Maria illustrius, quæ sponsa fabri describitur? sed illi piscatori & pauperi cælestis regni à Christo creduntur clauis: hæc sponsa fabri meruit esse mater illius, à quo ipse clauis datæ sunt. elegit enim Deus ignobilia, & contemptibilia huius mundi, vt potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Nam & alijs frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum vniuersi paris honoris, & eiusdem apud Deum pretij sint, qui vno Christi sanguine sunt redempti: nec interest, qua quis conditione

Eccle. 18.

1. Petr. 3.
Rom. 12.

Math. 5.

1. Cor. 3.

Eccle. 3.
Esa. 66.

Math. 14.

1. Cor. 1.

natus sit, cum omnes in Christo æqualiter renascamur, nam & si obliuiscimur, quia ex vno omnes generati sumus: saltem id semper meminisse debemus, quia per vnum omnes regeneramur.

CAP. 6.

Caue, ne si ieiunare aut abstinere cœperis, te putares esse iam sanctam, hæc enim virtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. magisq; id prouidendum est, ne tibi hoc, quod licita contempnas, securitatem quandam illicitorum faciat. Quidquid supra iustitiam, offertur Deo, nõ debet impedire iustitiam, sed adiuuare, quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia: quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si inuidia liuidi sumus? quid virtutis habet, vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc inquam, præclara est abstinentia, tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus à vitijs. Immo qui probabiliter ac scienter abstinentiæ virtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animæ frangant superbiam: vt quasi de quodam fastigio contemptus sui atque arrogantiae descendant ad implendam Domini voluntatem, quæ maximè in humilitate perficitur. Idcirco à varijs ciborum desiderijs mentem retrahunt, vt totam eius vim occupet in cupiditate virtutum. Iamq; minus ieiuniorum & abstinentiæ laborem caro sentit, anima esuriente iustitiam. Nam & vas electionis Paulus, dum castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prædicans ipse reprobis inueniatur, non ob solam, vt quidam imperiti putant, hoc facit castitatem: non enim huic tantummodo, sed omnibus omnino virtutibus abstinentia opitulatur, neq; magna, aut tota Apostoli gloria est, non fornicari: sed hoc agit, vt castigatio corporis crudiat animus; quantoq; nil ex voluptatibus concupiscit, tanto magis possit de virtutibus cogitare, ne perfectionis magister imperfectum aliquid in se ostendat, ne Christi imitator, extra præceptum quicquam aut voluntatem Christi faciat, neque minus exēplo, quam verbo doceat, cumq; alijs prædicauerit, ipse reproberetur, audiaturq; cum pharisæis: Dicunt enim, & non faciunt. Apostolici verò & præcepti est, & exempli, vt habeamus rationem non conscientiae tantum, sed etiã famæ. Non superfluum, & à fructu vacuum, gentium magister hoc docet: vult enim etiã extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, vt religionem ipsam religionis disciplina commendat. Et ideo sicut luminaria in mundo lucere nos iubet, in medio nationis prauæ & peruersæ, vt incredulæ mentes errantium ex nostrorum actuum lumine, ignorantiae suæ tenebras deprehendant, vnde ipse ad Romanos ait: Prouidentes bonæ famæ flamma cõstetur, alioquin frustra irascimur obrectatoribus nostris, si eis ipsis obrectandi materiam ministramus. Si autem, nobis diligenter atque sollicitè omnia ad honestatem prouidentibus, cunctisq; actibus nostris timorem Dei præferentibus, illi nihilominus insaniunt: console-

tur nos conscientia nostra; quæ tunc maximè tuta est, tunc optimè secura est, cum ne occasionem quidem male de se sentiendi dedit, illis enim, væ, dicitur per prophetam, qui dicunt, quod bonum est malum, qui lucem appellant tenebras, & quod dulce est, amarum vocant. Nobis ergo saluatoris aptabitur sermo: Beati estis, cum vobis maledixerint homines mentientes. Nos modò id agamus, vt male de nobis nemo loqui absque mendacio possit. Ita habeto solitudinem domus, vt aliquam tamen vacationem animæ tribuas. Eligatur tibi opportunus, & aliquantum à familiaris strepitu remotus locus, in quem tu, velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit diuini lectionis studium, tam crebræ orationum vices, tam firma & pressa de futuris cogitatio, vt omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenses. Nec hoc ideo dicimus, quo te retrahamus à tuis: immo id agimus, vt ibi discas, ibiq; mediteris, qualem tuis præbere te debeas.

Familiam tuam ita rege, & confoue, vt te matrem magis tuorum, quam dominam videri velis: à quibus benignitate potius, quam seueritate exige reuerentiam. Fidelius & gratius semper obsequium est, quod ab amore, quam quod à metu proficiscitur. Præcipue autem in coniugio venerabili, atq; immaculato, apostolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis viro auctoritas sua: totaq; à te discat domus, quantum illi honoris debeat. Tu illum dominum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra, tanto ipsa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. Caput enim, vt ait Apostolus, mulieris est vir: nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quam ex capitis dignitate. Vnde idem alibi dicit: Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino. Sed & beatus Petrus apostolus ait: Similiter subditæ sint viris, vt & si qui non credunt verbo per mulieris conuersationem sine verbo lucrifiant. Si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniugij, quanto magis reddendus est Christianis? Atque vt ostendat, quibus ornamentis etiam viris iunctæ feminae decorari debeant, ait: Quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut vestimentorum cultus, sed qui absconditus cordis est homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Domino ornabant se, subiectæ proprijs viris, sicut Sara obediebat Abrahamæ, Dominum suum vocans. Hæc autem præcipiens, non eas iubet squalore, sordibus, & horrentibus pannorum assumptis tegi, sed immoderato cultui, & nimis exquisito interdicit ornatum, simplicemq; commendat ornatum, atque habitum, de quo & vas electionis ait: Similiter autem & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes castitatem per opera bona.

Reperi vero te, miro fidei ardore succensam, aliquot iam ante annos continentia proposuisse, & reliquum vitæ tuæ tēpus pudicitiae consecraste. Magni hoc animi signum, & perfectæ virtutis indicium est, renūciare subito expertæ voluptati, fugere notas carnalis illecebras, & calentis adhuc ætatis flammam fidei amore restringere. Sed illud quoque simul didici, quod me non mediocriter angit, ac stimulat, te videlicet tantum hoc bonum absq; confensu & pacto viri seruare cœpisse; cum hoc apostolica omnino interdicit auctori-

Esa. 5.

Math. 5.

CAP. 7.

1. Cor. 11
Col. 3.
1. Pet. 3.

1. Tim. 4.

CAP. 8.

1. Cor. 9.

Math. 23.
Rom. 12.

Philip. 2.

Rom. 12.
1. Cor. 10.

2. Cor. 7

auctoritas, quæ in hac dumcaxat causa non modo vxorem viro, sed etiam virum vxoris subiecit potestati. Vxor, inquit, sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir potestatem non habet sui corporis, sed mulier. Tu verò, quasi oblita fœderis nuptialis, pactiq; huius ac iuris immemor, inconsulto viro vouisti Domino castitatem. Sed periculose promittitur, quod adhuc in alterius potestate est, & nescio, quàm sit grata donatio, si vnus offerat rem duorum. Multa iam per huiusmodi ignorantiam & audiuiimus, & vidimus scissa coniugia: quodq; recordari piget, occasione castitatis adulterium perpetratum, nam dum vna pars se etiam à licitis abstinet, altera ad illicita delapsa est. Et nescio, in tali causa quis magis accusari, quis amplius culpari debeat, vtrum ille, qui repulsus à coniuge fornicatur; an illa, quæ repellendo à se virum, eum fornicationi quodam modo objicit. Atq; vt super hac causa, quid veritas habeat, agnoscas; pauca mihi de diuina auctoritate ponenda sunt. Apostolicæ doctrinæ regula, nec cum Iouiniano æquat continentia opera nuptiarum, nec cum Manichæo coniugia condemnat. Ita vas electionis, ac magister gentium, inter vtrumque temperatus incedit, ac medius, vt remedium incontinentia indulgeat, & ad præmium prouocet continentiam. Torusq; in hac causa eius hic sensus est, vt ex vtriusque sententia proponatur castitas, aut certe ab vtroque debitum commune soluat. Sed ipsa iam Apostoli verba ponamus, totamque hanc causam à sui principio retractemus. Loquitur ad Corinthios. De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere. Et quamquam hic laudauerit castitatem; tamen, ne aliquibus videatur prohibere coniugia, subiungit: Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnacumque suum virum habeat, vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro, mulier autem sui corporis potestatem non habet, sed vir. & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, nolite fraudare inuicem. Ac rursus, ne tanta pro nuptiarum parte dicendo, videretur excludere castitatem, sequitur. Nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et statim quasi recusat hoc, quod dixit, Ad tempus, ne non tam perpetuam, quàm temporalem, ac breuem continentiam docere videatur, ait enim: Propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Vnde hoc, quod dixit, Ad tempus, docet meditationem debere fieri castitatis, vt per certa inter valla temporum, quasi exploratis continentia suæ viribus, sine periculo vtrique promittant, quod semper est ab vtroque seruandum. Quid verò absolute velit, manifeste dicit: Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, id est, in iugi ac perpetua castitate viuere. Vides ne, quàm caute, quàm prouide, quàm sine vilius occasione scandali, magister firmauerit de castitate sententiam, nolens tantum bonum in vnus temeritate nutare, quod ligare & confirmare debet consensus amborum? Et re verà quid ea castitate firmiter est, quidue tutius, quàm quæ ex duorum cepta sententia, ab vtroque velut in comune seruatur? Nec de se tantum pars altera sollicita, mutuo se ad virtutis animet perseuerantiam, hoc enim, sicut alia quocumque bona, non tantum cepisse, sed perfecisse laudandum est. Iam dudum, vt intelligis, scopuloso difficultatibus; in loco versatur oratio, nec audet in alteram declinare partem, dum æqualiter vtrumque formidat, sed ex nostra difficultate tuam agnosce discrimen, maluimus enim te contristare forsitan

dicendo, quàm fista adulatione decipere.

Duplex, vt vides, malum, æquale & anceps periculum est. ex vtroque arctaris, ex vtroque constringeris. Contemnere omnino virum, atque despiceris, aperte contra Apostoli sententiam est: Perdere vero tantu temporis castitatem, & Deo non reddere quod promiseras, timendum, atque metuendum est, vt vulgo dicitur: facile ex amico inimicū facies, cui promissa non reddas. Sic enim scriptura dicit. Quod si voueris votum domino Deo, non moreris reddere illud: quia quærens quarit illud dominus Deus abs te: Erit tibi in peccatum. Ait ergo: Debitam honorificentiam viro exhibe, vt ex vtroque domino debitum, quod vouisti, reddere possis. De cuius conscientia non diffidimus, si paululum expectaffes: non quod te à bono castitatis retrahamus, sed huius animi ad castitatis oraculum totis viribus incitemus; vt voluntarium sacrificium offerat Deo, in odorem suauitatis; vt exuta mens à cunctis retinaculis mundanis, atque corporalibus voluptatibus sit; vt valeas plenius inharere Dominicis præceptis, quod tamen ne quid à nobis negligenter esse dictum arbitreris, diuinarum scripturarum testimonijs edocuiimus, sicut etiam Apostolus dicit: Et erunt duo in carne vna, iam non vna caro, sed vnus spiritus. Hoc sacramentum magnum est; arduumq; est iter castitatis: sed magna sunt præmia, vocatq; nos Dominus in euangelio, dicens: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum ab origine mundi. Idem ipse Dominus dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Dicit enim idem Dominus his, qui ad sinistram eius erunt: Discedit à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo, & angelis eius: nescio vos operari iniquitatis. Erit ibi fletus & stridor dentium. Illi vtiq; omnes plangent, illi lugebunt, qui ira curis se vitæ presentis inuoluunt, vt obliuiscantur futuram; quos somno quodam ignorantia, & malæ securitatis oppressos fluctibus, Domini comprehendet aduentus, vnde ipse in euangelio ait: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: ne forte superueniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Et rursus: Vigilate, & orate: nescitis enim, quando tempus sit. Beati sunt, qui ita expectant, ita illum speculantur diem, vt se ad eum quotidie præparent, qui non de præterita sibi iustitia blandientes, secundum Apostolum, per dies singulos in virtute renouantur. Iustitia enim iusti non proderit ei, à quo die iustus esse deserit. Sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas sua, à die quo se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo securus esse debet, quamdiu in huius vitæ agone versatur; nec desperare peccator, qui secundum prædictam prophetæ sententiã, vno die iustum se efficere potest; sed totum, quo tenditur, spatium vitæ tuæ est, vt peragere possis iustitiam; nec de præterita iustitia confidens remissior efficiaris. Sed sicut dicit Apostolus, Posteriora obliuiscens, ad ea autem, quæ anteriora sunt, me extendens, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis, sciens scriptum esse cordis inspectorem Deum. Et idcirco sagagit, vt animam mundam habeat à peccato. Propter quod scriptum est: Omnia custodia serua cor tuum. Et iterum: Diligit

CAR. 9.

Deut. 11.

1. Cor. 6.

Math. 15.

Math. 11.

Luc. 21.

Mar. 13.

2. Cor. 4.

Ezech. 18.

Philip. 3.

Act. 1.

Prou. 4.

Domi.

Domini munda corda. Accepti autem sunt ei omnes immaculati. Iccirco age, vt ordines reliquam tempus vitæ tuæ sine offensa, vt possis securè canere cum propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Et iterum: Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Quia inchoasse non sufficit; sed perfecisse, iustitia est.

Phil. 100.
Phil. 41.

HIERONYMVS AD MARCELLAM, de laudibus Asellæ.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

ASELLAM virginem, ante natiuitatem in vtero benedictam, patrique in vitrea phiala per somnium à Deo monstratam, quæ Romæ, veluti in heremo, solitaria, ac monachæ vitam profitens, vixit, laudat. Epistolam autem non ad eam, sed ad Marcellam à qua illius sanctitatem audierat, mittit; quo eius exemplo cætera adolescentulæ ad huiusmodi vitam excitentur.



EMO reprehendat, quod in epistolis aliquos aut laudamus, aut carpimus: cum & in arguendis malis sit correctio cæterorum; & in optimis prædicandis bonorum ad virtutem studia concitentur. Nudius tertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. illico pupugit animum, & mihi venit in mentem, non debere nos tacere de virgine, qui de secundo ordine castitatis locuti sumus. Igitur Asellæ nostræ vita breuiter explicanda est: cui, quæso, ne hanc epistolam legas: grauar quippe laudibus suis: sed ijs potius, quæ adolescentulæ sunt, legere dignare: vt ad exemplum eius se instituentes, conuersatione illius, perfectæ vitæ normam arbitrentur. Prætermitto, quod in matris vtero benedicatur ei, antequam nascatur; quod in phiala nitentis vitri, & omni speculo purioris patri virgo traditur per quietem; quod adhuc infantie inuoluta pannis, & vix annum decimum ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis consecratur. Sit gratiæ omne, quod ante laborem fuit, licet deus præficijs futurorum & Hieremiam sanctificet in vtero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare, & Paulum ante constitutionem mundi separet in euangelium filij sui. ad ea venio, quæ post duodecimum annum sudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœpit, impleuit. Vnius cellulæ clausa angustijs, latitudine paradi fruebatur. Idē terræ solū, & orationis locus extitit & quietis. Ieiuniū pro ludo habuit, inediā pro refectione. & cū eam nō velscēdi desiderii, sed humana cōfectio ad cibū traheret; pane, sale, & aqua frigida concitabat magis esuriam, quàm restinguebat. Et quia pene oblitus sum, quod in principio debui dicere: cum primum hoc propositum arripuit, aurum colli sui, quod quidem murenulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contextitur, absque parentibus vendidit; & tunicam fulciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta, pio negotiationis auspicio, se repente Domino consecrauit; vt intelligeret vniuersā cognatio, non posse aliud ei extorqueri, quæ iam sæculum damaasset in vestibus. Sed, vt dicere cœperamus, ita se semper moderate habuit, & intra cubiculi sui secreta custodiuit, vt numquam pedem proferret in publicum, numquam viri nosset alloquium; & quod magis sit admirandum, fororem virginem amaret potius, quàm videret. Operabatur manibus suis, sciens scriptum esse:

Hier. 1.
Luc. 1.
Rom. 1.

Qui non operatur non manducet. Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Ad martyriū limina pene inuisa properabat. Et cū gauderet proposito suo, in eo vehementius exultabat, quod se nullus cognosceret. Cumq; per omnem annum iugi ieiunio pasceretur, biduo triduoq; sic permanens; tum verò in quadragesima nauigij sui vela tendebat, omnes pene hebdomadas vultu lætante coniugens. & quod impossibile forsitan est hominibus ad credendum, Deo autem prestare possibile est, ita ad quinquagenariā peruenit ætatem, vt non doleret stomachum; non viscerum cruciaretur iniuria; non sicca humus iacentia membra confringeret; non, sacco asperata cutis, foetorem aliquem situmq; contraheret; sed sana corpore, animo sanior, solitudinem putaret esse delicias, & in vrbe turbida inueniret eremum monachorum. Et hæc quidem tu melius nosti, à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities de genibus camelorum in illo sancto corpusculo præ orandi frequentia obcalluisse perfecta est. nos, quod scire possumus, explicamus. Nihil illius seueritate iucundius, nihil iucunditate seuerius, nihil suauitate tristius, nihil tristitia suauius. ita pallor in facie est, vt, cum continentiam indicet, non redoleat ostentationem. sermo filens, & silentium loquens, nec citus, nec tardus incessus. idem semper habitus. neglecta mundities, & inculta veste, cultus ipse sine cultu. Sola vitæ suæ aequalitate promeruit, vt in vrbe pompæ, lasciuia, deliciarum, in qua humilem esse miseria est, & boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant; viduæ eam imitentur, & virgines; maritatae colant, noxiæ timeant, suspiciant sacerdotes.

AD PRINCIPIAM VIRGINEM Marcellæ viduæ epitaphium.

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

MARCELLA Albina filia, nobilis, Romana, prius patre, mox septimo à nuptijs mensē viro orbatā, Cerealiq; consule, eam in vxorem petente, reiecto, ab Athanasio, Petroque Alexandrinis episcopis edocta, prima omnium Romæ monachæ vitam professa est: vbi à D. Hieronymo instructa, vna cum Principia sanctissimè vixit. Eius autem illud præcipuum facinus memoratur, quod Origenistarum heresim ex Vrbe expulerit, & Hierosolymam pietatis ac religionis causā acceperit. Obijt paucis diebus post captam à Gothis Romam. Huius nunc vitam elegantissime scribit D. Hieronymus.



ÆPE, & multū flagitas, virgo Christi Principia, vt memoriam sanctæ feminae Marcellæ litteris recolam, & bonum, quo diu frui sumus, etiam cæteris noscendum, imitandumque describam. Satis doleo, quod hortarijs sponte currentem, & me arbitraris indigere precibus, qui ne tibi quidē in eius dilectione cōcedam, multoq; plus accipiam, quàm tribuam beneficij, tantarum recordatione virtutum. nam, vt hucusque reciterem, & biennium præteriret silentio, non fuit dissimulationis, vt malè existimas, sed tristitiæ incredibilis; quæ ita meum oppressit animum, vt melius iudicarem cœcere impræsentialium, quàm nihil dignum illius laudibus dicere. Neq; verò Marcellam tuam, immo meam, & vt verius loquar, nostram omniumq; sanctorū, & propriæ Romanæ vrbis inclytum decus institutis rhetorum prædicabo, vt exponam illustrem familiam, alti sanguinis decus,

CAP. I.

decus, & stemmata per proconsules & praefectos pretorio decurrit, nihil in illa laudabo, nisi quod proprium est, & eo nobilius, quod, opibus & nobilitate contempta, facta est humilitate & paupertate nobilior. Orbata patris morte, viro quoque post nuptias septimo mense priuata est. cumq; eam Cerealis, cuius clarum iuter-consules nomen est, propter aetatem, & antiquitatem familiae, & insignem, quod maxime viris placere consuevit, decorem corporis, ac morum temperantiam ambiciosius peteret, suamq; longaeus polliceretur diuitias; & non quasi in uxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere; Albinaq; mater tam clarum praesidium viduae domus vltro appeteret; illa respondit: Si vellem nubere, & non aeternae me cuperem pudicitiae dedicare; vti que maritum quaerere, non hereditatem. Illoq; mandante, posse & senes diu viuere, & iuuenes cito mori, eleganter lussit, iuuenis quidem potest cito mori, sed senex diu viuere non potest, quia sententia repudiat; exemplo ceteris fuit, vt eius nuptias desperarent. Legimus in euangelio secundum Lucam: Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis de tribu Aser: Et haec prouecta aetatis in diebus plurimis. Vixeratq; cum viro suo annis septem a virginitate sua, & erat vidua annis octoginta quatuor, nec recedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus Domino seruiens die ac nocte. Nec mirum, si videre meruit saluatorem, quem tanto labore quaerebat. Conferamus septem annos septem mensibus, sperare Christum, & tenere, natum confiteri, & in crucifixum credere; paruulum non negare, & virum gaudere regnantem. Non facio vllam inter sanctas feminas differentiam, quod nonnulli inter sanctos viros & ecclesiarum principes stultitiam facere consueuerunt: sed illud tendit assertio, vt quarum vnus est labor, vnus & praemium sit. Difficile est, in maledica ciuitate, & in vrbe, in qua orbis quondam populus fuit, palmaq; vitorum, si honestis detraherent, & pura ac munda macularent, non aliquam sinistrae rumoris fabulam contrahere. vnde quasi rem difficilissimam, & pene impossibilem optat propheta, potius quam praesumit, dicens: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Immaculatos in via huius saeculi appellat, quos nulla obsceni rumoris aura macularit, qui opprobrium non acceperint aduersus proximos suos. De quibus & saluator in euangelio: Esto, inquit, beneuolus, siue bene sentiens de aduersario tuo, dum es in via eum illo. Quis vnquam de hac muliere, quod displiceret audiuit vt crederet? quis credidit, vt non magis se ipsum malignitatis & infamiae condemnaret.

Ab hac primum confusa gentilitas est, dum omnibus patuit, quae esset viduitas Christiana, quam & conscientia & habitu promittebat. Illae enim solent purpuris & ceruisa ora depingere, sericis nitere vestibus, splendere gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis rubri maris preciosissima grana suspendere, fragrare musco mire, maritos implangere; vt tandem dominatu eorum se caruisse laetentur, quaerantq; alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant, sed quibus imperent. vnde & pauperes eligunt, vt nomen tantum virorum habere videantur, qui patienter riuales sustineant; si mussitauerint, illico proijciendi. Nostra vidua talibus vsa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret, aurum vsque ad anuli signaculum repudiens, & magis in ventribus egenorum, quam in marisupijs recondens. Nusquam sine matre. Nullum clericorum, aut monachorum, quod amplae domus inter-

dum exigebat necessitas, vidit absque arbitris. Semper in comitatu suo virgines, ac viduas, & ipsas graues feminas, habuit, sciens ex lasciuia puellarum saepe de dominarum moribus iudicari, & qualis quaeque sit, talium consortio delectari. Diuinarum scripturarum ardor erat incredibilis: semperq; cantabat: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et illud de perfecto viro: Et in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Meditationem legis non in replicando, quae scripta sunt, vt Iudaeorum existimant pharisaei, sed in opere intelligens, iuxta illud Apostolicum: Siue comeditis, siue bibitis, siue quid agitis, omnia in gloriam Domini facientes. Et prophetae verba, dicentis: A mandatis tuis intellexi, vt postquam mandata complexisset, tunc se sciret mereri intelligentiam scripturarum. Quod & alibi legimus: Quia coepit Iesus facere, & docere. Erubescit enim quamuis plaeclara doctrina, quam propria reprehedit conscientia. Frustraque eius lingua praedicat paupertatem, & docet eleemosynas, qui Cresci diuitijs tumet, viliq; operis pallio, pugnat contra tineas vestium sericarum. Illi erant moderata ieiunia, carnum abstinentia, vini odor magis, quam gustus, propter stomachum, & frequentes infirmitates. Raro procedebat in publicum; & maxime nobilium matronarum vitabat domos; ne cogretur videre, quod contempserat, Apostolorum & martyrum basilicas secretis celebrans orationibus, & quae populorum frequentiam declinarent. Matri intantum obediens, vt interdum faceret, quod nolebat, nam cum illa suum diligeret sanguinem; & absque filijs, & nepotibus, vellet in fratris liberos vniuersa conferre: ista pauperes eligebat, & tamen matri contraire non poterat, monilia, & quidquid supellectilis fuit, diuitibus peritura concedens, magisq; volens pecuniam perdere, quam parentis animum contristare. Nulla eo tempore nobilium feminarum nouerat Romae propositum monachorum, nec audebat, propter rei nouitatem, ignominiosum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere.

Haec ab Alexandrinis prius sacerdotibus, papaque Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arianae haereseos declinantes, quasi ad tutissimum communionis suae portum Romam confugerant, vitam beati Antonij, adhuc tunc viuentis, monasteriorumq; in Thebaide Pachumij, & virginum ac viduarum didicit disciplinam: nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. Hanc multos post annos imitata est Sophronia, & aliae: quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: vitam ne in nemore Pelio. Huius amicitijs fruita est Paula venerabilis, in huius cubiculo nutrita Eustochium, virginitatis decus: vt facilis aestimatio sit, qualis magistra, vbi tales discipulae. Rideat forsan infidelis lector, me in muliercularum laudibus immorari: qui si recorderet sanctas feminas, comites Domini saluatoris, quae ministrabant ei de sua substantia, & tres Marias stantes ante crucem, Mariamque proprie Magdalenae, quae ob sedulitatem & ardorem fidei, Turritae nomen accepit, & prima ante apostolos Christum videre meruit resurgentem; se potius superbiae, quam nos condemnabit ineptiarum, qui virtutes non sexu, sed animo iudicamus, contemptaeq; nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus. vnde & Iesus Ioannem euangelistam amabat plurimum, qui propter generis nobilitatem erat notus pontifici, & Iudaeorum infidias non timebat, intantum, vt Petrum introduceret in atrium, & staret solus apostolorum ante crucem;

Luc. 2.

Psal. 118.
Psal. 14.

Math. 5.

CAP. 2.

1. Pet. 3.

Psal. 118.
Psal. 1.1. Cor. 10.
Psal. 118.

Act. 1.

CAP. 5.

Math. 27.
Ioan. 19.
& 20.

Ioan. 18.

crucem; matremq; saluatoris in sua reciperet; vt hereditatem virginis Domini, virginem matrem filius virgo susciperet. Annis igitur plurimis sic suam trāsegit ætatem, vt ante se vetulam cerneret, quā adolescentulam fuisse meminisset; laudans illud Platonicum, qui philosophiam meditationem mortis esse dixit. vnde & noster Apostolus, Quotidie, inquit, morior propter vestram salutem. Et Dominus iuxta antiqua exemplaria: Nisi quis tulerit crucem suam quotidie, & secutus fuerit me, non potest meus esse discipulus. Multoq; ante per prophetam Spiritus sanctus: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Et post multas ætates illa sententia: Memento semper diem mortis, & numquam peccabis. Disertissimiq; præceptum Satyrici: Viue memor leti: fugit hora: hoc, quod loquor, inde est. Sic ergo, vt dicere cœperamus, ætatem duxit, & vixit, vt semper se crederet esse morituram: sic induta est vestibus, vt meminisset sepulcri, offerens se hostiam rationabilem, viuam, placentem Deo. Denique, cum & me Romam cum sanctis pontificibus, Paulino, & Epiphanio, ecclesiastica traxisset necessitas; quorum alter Antiochenam Syriae, alter Salaminiam Cypri rexit ecclesiam, & verecundè nobilium feminarum oculos declinarem; ita egit, secundum Apostolum, importunè opportunè, ne pudorem meum sua superaret industria. Et quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarum; numquam conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret; nec vt statim acquiesceret, sed moueret è contrario quæstiones; non vt contenderet; sed vt quærendo disceret earum solutiones, quas opponi posse intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid sanctitatis, quid puritatis inuenirim, vereor dicere: ne fidem credulitatis excedam, & tibi maiorem dolorem incutiam, recordanti quanto bono carueris. hoc solum dicam; quod, quidquid in nobis longo fuit studio congregatum, & meditatione diuturna, quasi in naturam versum, hoc illa libauit, didicit, atque possedit; ita vt, post professionem nostram, si in aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur. & quia valde prudens erat, & nouerat illud, quod appellant philosophi τὸ πρῆπον, id est, decere quod facias; sic ad interrogata respondebat, vt etiam sua non sua diceret, sed vel mea, vel cuiuslibet alterius; vt in eo ipso, quod docebat, se discipulam fateretur: sciebat enim dictum ab Apostolo: Docere autē mulieri non permitto: ne virili sexui, & interdum sacerdotibus, de obscuris & ambiguis sciscitantibus, facere videretur iniuriam.

1. Cor. 15.

Luc. 9. Phil. 4. Eccles. 7.

Rom. 15.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

CAP. 4.

In nostrum locum statim audiuius te illius adhæsisse consortio, & numquam ab illa ne transuersum quidem vnguem, vt dicitur, recessisse; eadē domo, eodem cubiculo vsam, vt omnibus in vrbe clarissima notum fieret, & te matrem, & illam filiam reperisse. Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine. multoq; ita vixistis tempore, vt, ex imitatione vestri, & cōuersione multarum, gauderemus Romā factam Hierosolymam. Crebra virginum monasteria, monachorū innumerabilis multitudo, vt pro frequentia seruientiū Deo, quod prius ignominia fuerat, esset postea gloriae. Interim absentiam nostri mutuis solabamur alloquijs; & quod carne non poteramus, spiritu reddebamus. semper obuiare epistolis, superare officijs, salutationibus præuenire. nō multum perdebat absentia, quæ iugibus sibi litteris iungebatur. In hac tranquillitate, & Domini seruitute, hæretica in his prouincijs ex-

orta tempestas cuncta turbauit, & in tantam rabiem concitata est, vt nec sibi, nec vlli bonorum parceret: & quasi parum esset, hic vniuersa mouisse, nauem plenam blasphemiarum Romano intulit portui: inuenitq; protinus patella operculū; & Romanæ fidei purissimum fontem cœno lutosā permiscuere vestigia. nec mirum, si in plateis, & in foro rerum venalium, fictus ariolus stultorū verberet nares, & obtorto fuste dentes mordentium quatiat; cum venenata spurcaq; doctrina Romæ inuenerit, quos induceret. tunc librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio, tūc discipulus ὀλεος, & verè nominis sui, si in talem magistrum non impegisset. tunc nostrorum διδασκαλιῶν contradictio, & pharisæorum turbata est schola. tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur, postquā sensit fidem, apostolico ore laudatam, in plerisque violari, ita vt sacerdotes quoq; & nonnullos monachorū, ac simplicitati illuderet episcopi, qui de sui ingenio cæteros æstimabat, publicè restitit, malēs Deo placere, quā hominibus. Laudat saluator in euangelio villicum iniquitatis, quod cōtra Dominum quidem fraudulenter, attamen pro se prudenter fecerat. Cernentes hæretici de parua scintilla maxima incendia concitari, & suppositam dudum flammam iam ad culmina peruenisse, nec posse latere, quod multos deceperat, petunt, & impetrant ecclesiasticas epistolas; vt communicantes Ecclesiæ, discessisse viderentur. Non multum tempus in medio, succedit in pontificatum vir insignis Anastasius; quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub tali episcopo truncaretur: immo iccirco raptus, atque transilopus est, ne semel latam sententiam precibus suis fletere conaretur: dicente Domino ad Hieremiam: Ne oraueris pro populo isto, neque depreceris in bonum: quia, si ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si holocausta & victimas obtulerint, nō suscipiam eas. in gladio enim, & fame, & pestilentia ego consumam eos.

Rom. 1.

Luc. 16.

Hier. 14.

CAP. 5.

Dicas, quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium; dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi, & postea ab hæretico fuerant errore correpti, dum ostendit multitudinem deceptorum; dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit volumina, quæ emendata manu scorpion monstrabantur; dum acciti frequentibus litteris hæretici, vt se defenderēt, venire non sunt ausi; tantaq; vis conscientia fuit, vt absentes damnari, quā presentēs coargui, maluerint. Huius tam gloriosæ victoriæ origo Marcella est: tuq; caput horum & causa bonorum, scis me vera narrare, quem nosti vix de multis pauca dicere, ne legenti fastidium faciat odiosa replicatio; & videar apud maleuolos sub occasione laudis alterius stomachum meum digerere. Pergam ad reliqua. De occidentis partibus ad orientem turbo transgressus, minitabatur plurimis magna naufragia. tunc impletum est: Putas veniens filius hominis fidem inueniet super terram? Refrigerata caritate multorum, pauci, qui amabant fidei veritatem, nostro lateri iungebantur; quorum publicè petebatur caput; contra quos opes omnes parabantur, ita vt Barnabas quoq; duceretur in illam simulationem, immo apertum paricidium; quod non viribus, sed voluntate commisit. Et ecce vniuersa tempestas, Domino flante, deleta est, expletumq; vaticinium prophetale: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud euangelicum: Stulte, hæc nocte au-

Luc. 16.

Gal. 2.

Phil. 1. 23.

Luc. 12.

feretur anima tua à te: quæ autem præparasti, cuius erunt? Dum hæc aguntur in Iebus, terribilis de occidente rumor affertur, obsideri Romam, & auro salutem civium redimi, spoliatosq; rursus circumdari, vt post substantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & singultus intercepti verba dicentis. capitur vrbs, quæ totum cepit orbem: immo fame perit antequam gladio, & vix pauci, qui caperentur, inuenti sunt. ad nefandos cibos erupit esurientium rabies, & sua inuicem membra laniarunt; dum mater non parcat lactenti infantæ, & suo recipit vtero, quem paulo ante effuderat. Nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius. Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam: posuerunt cadauera sanctorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum, sicut aquam, in circumitu Hierusalem, & nõ erat, qui sepeliret. Quis cladem illius noctis, quis funera fando Explicet, aut posset lacrymis æquare dolorem? Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos: Plurima perq; vias sparguntur inertia passim Corpora, perq; domos, & plurima mortis imago.

Es. 11.
Psal. 78.

CAP. 6.

Cum interim, vt in tanta confusione rerum, Marcellæ quodque domum cruentus victor ingreditur. Sit mihi fas audita loqui, immo à sanctis viris visa narrare, qui interfuiere præsentis, qui te dicunt in periculo quodque ei fuisse sociatam. Intrepido vultu excepisse dicitur introgressos. cumque posceretur aurum, & defossas opes vili excusaret tunica, non tamen fecit fidem voluntariæ paupertatis. cæsam fustibus flagellisque aiunt non sensisse tormenta, sed hoc lacrymis, hoc pedibus eorum prostratam egisse, ne te à suo confortio separarent, ne sustineret adolescentia, quod senilis ætas timere non poterat. Christus dura corda mollit, & inter cruētos gladios inuenit locum pietas. cumq; & illam, & te ad beati Apostoli Pauli basilicam barbari deduxissent, vt vel salutem vobis ostēderent, vel sepulcrum: in tantam lætitiā dicitur erupisse, vt gratias ageret Deo, quod te integram sibi reseruasset, quod pauperem illam non fecisset captiuitas, sed inuenisset, quod egeret quotidiano cibo; quod saturata Christo non sentiret esuriam, quod & voce, & opere loqueretur: Nuda exiui de vtero matris meæ, nuda & redeam. Sicut Domino visum est, ita & factum est: Sit nomen Domini benedictum. Post aliquod dies, sano, integro, vegetoq; corpuscule obdormiuit in Domino, & te paupertatula suæ, immo per te pauperes reliquit heredes, claudens oculos in manibus tuis, reddēs spiritum in tuis osculis, dum inter lacrymas tuas illa rideret conscientia vitæ bonæ, & præmijs futurorum. Hæc tibi, Marcella venerabilis, & tibi, Principia filia, vna & breui lucubratione dictavi, non eloquij venustate, sed voluntate in vos animi gratissimi & Deo, & legentibus placere desiderans.

Iob 1.

PAVLA, ET EVSTOCHIVM

MARCELLÆ, VT COM-
migrat Bethlehem.

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

PAVLA, & Eustochium, quæ iam Bethlehem in monasterio vitam agebant, Marcellam, nobilissimam feminam, cuius epitaphium superior epistola continet, vt, relicta Roma, ad loca sancta se conferat, adhortantur.



ENSVRAM caritas non habet; & CAP. 1.

impatientia nescit modum, & desiderium non sustinet. vnde & nos oblitæ virium nostrarum, & non quid possumus, sed quid velimus, tantum cogitates, magistrum cupimus docere discipulæ, & vt est vulgare prouerbium,

Sus artium repertricem. Tu, quæ primam scintillam nostro fomiti subiecisti, quæ ad hoc studium nos & sermone hortata es, & exemplo, & quasi gallina congregasti sub alas pullos tuos, nunc nos liberè absque matre volitare pateris, & accipitris patere formidinem, & ad omnem umbram præteruolatiū auium formidare? Igitur, quod solum absentes facere possumus, querulas fundimus preces, & desiderium nostrum non tam fletibus, quàm eiulatibus contestamur; vt Marcellam nostram nobis reddas, & illam mitem, illam suauem, illam omni melle & dulcedine dulciorem, non patiaris apud eas esse rigidam, & tristem rugare frontem, quas affabilitate sua ad simile vitæ studiū prouocauit. Cerrè, si sunt meliora quæ poscimus, non est impudens desiderium. si cunctæ scripturarum voces nostræ sententiæ congruunt, nõ facimus audacter, ad ea te prouocantes, ad quæ tu nos sapissimè cohortata es. Prima Dei vox ad Abraham, Exi, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & vade in terram, quam mōstrauero tibi. Iubetur patriarchæ, ad quem primum de Christo facta est repromissio, vt relinquat Chaldaeos, relinquat confusionis vrbem, & Rohoboth, id est, latitudines eius; relinquat campum Sennaar, in quo superbiæ vsque ad cælum erecta turris est; & post fluctus huius sæculi, post flumina, super quæ sederunt sancti, & fleuerunt cum recordarentur Sion, post gurgitem grauem Cobar, de quo Ezechiel, capillo verticis subleuatus, Hierusalem vsque transfertur, vt habitet terram repromissionis, quæ non rigatur vt Ægyptus deorsum, sed deorsum; nec facit holera languentium cibos, sed temporaneum & serotinum de cælo expectat imbrem.

Math. 23.

Gen. 12.

Gen. 12.

Psal. 136.
Ezech. 1.

Osee 6.

CAP. 2.

Luc. 7.

r. Reg. 17.

r. Paral. 14.

Gen. 14.

Cant. 4.

Hæc terra montuosa, & in sublimi sita, quantum à delicijs sæculi vacat, tanto maiores habet delicijs spiritus. Denique & Maria, mater Domini, postquã ad eam angeli facta est promissio, & vterum suum intellexit esse domū filij Dei, derelictis campestribus ad montana perrexit. De hac vrbe, Alphylo quondam hoste superato, & diabolice percussa frontis audacia, postquam ille in faciem corruit, exultantium animarum turba processit: & concinens chorus decem millium, Dauid nostri victoriam prædicauit. In hac angelus gladium tenens, & totam impietatis deuastrans vrbem, in Orne Iebusæorum regis area templum Domini designauit, iam tunc significans Ecclesiam Christi, non in Israel, sed in gentibus consurgentem. Recurre ad Genesim: & Melchisedech, regē Salem, huius principem inuenies ciuitatis: qui iam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in saluatoris sanguine & corpore dedicauit. Tacita forsitan mente reprehendes, cur nõ sequamur ordinem scripturarum, sed passim, & vt quidque obuiam venerit, turbidus sermo perstringat. Sed in principio testatæ sumus, dilectionem ordinem non habere, & impatientiam nescire mensuram. vnde & in Cantico canticorum quasi difficile præcipitur: Ordinate in me caritatem, & nunc eadem dicimus, nos non ignoracione, sed affectu labi. Denique, vt multo ordinatius aliquid proferamus, antiquiora repetenda sunt. In hac vrbe, immo in hoc tunc loco & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam. vnde & locus, in quo crucifixus est Domi-

Dominus noster, caluaria appellatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis caluaria condita: vt secundi Adam, id est, Christi sanguis de cruce stillans, primi Adam & iacentis protoplasti peccata dilueret; & tunc sermo ille Apostoli completeretur: Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quantos hæc vrbs Prophetas, quantos emisit sanctos viros, longum est recensere. Totum mysterium nostrum istius prouinciæ vrbisq; vernaculum est. In tribus nominibus trinitatis demonstrat fidem. Iebus, Salem, & Hierusalem appellatur. primum nomen calcata, secundum pax, tertium visio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finem, & post conculcationem ad pacis visionem erigimur: ex quo Salomon, id est, pacificus, in ea natus est, & factus est in pace locus eius. Et in figura Christi, sub etymologia vrbis, Dominus dominantium, & rex regum nomen accepit. Quid referemus de Dauid, & tota progenie eius, quæ in hac ciuitate regnauit: quato enim Iudæa cæteris prouinciis, tanto hæc vrbs cuncta sublimior est Iudæa. & vt coactius differamus, totius prouinciæ gloria metropoli vindicatur; & quidquid in membris laudis est, omne refertur ad caput.

Iamdudum te cupientem in verba prorumpere, ipsi literarum apices sentiunt; & venientem contra charta intelligit quæstionem. Respondebis quippe, & dices, hoc olim fuisse, quando dilexit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, & fuerunt fundamenta eius in montibus sanctis: licet & hæc possint alius interpretari. Postquam verò confurgentis Domini vox illa peritonuit: Ecce relinquere vobis domus vestra deserta: & ruinam eius scilicet prophetauit, dicens: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta, & postquam velum templi scissum est, & circumdata ab exercitu Hierusalem, & Dominico cruore violata, tunc ab ea angelorum præsidia & Christi gratiam recessisse. Denique etiam Iosephum, qui vernaculus scriptor est Iudæorum, asserere illo tempore, quo crucifixus est Dominus, ex adytis templi virtutum cælestium erupisse voces, dicentium: Transmigremus ex his sedibus. Ex quibus & alijs apparere, vbi abundauit gratia, ibi superabundasse peccatum: & postquam audierunt apostoli: Euntes docete omnes gentes: Et ipsi apostoli dixerunt: Oportebat quidem vobis primum annunciare verbum Dei: quoniam autem noluistis, ecce transimus ad gentes: tunc omne sacramentum Iudææ, & antiquam Dei familiaritatem per apostolos in nationes fuisse trallatam. Valida quidem quæstio, & quæ possit etiam eos, qui scripturarum aliquid attingerunt, concutere; sed perfacile soluitur. Numquam eam flet Dominus conuenientem, nisi diligeret. Fleuit & Lazarum, quia amabat eum. Et hoc tamen, prima fronte cognoscito, non loci, sed hominum fuisse peccatum: verum, quia interfectio populi captiuitas ciuitatis est, propterea urbem deletam, vt populus puniretur; ideo templum subrutum, vt typicæ hostiæ tolleretur. Cæterum, quantum ad locum pertinet, per profectus temporum multo nunc augustior est, quam ante fuit. Venerabantur quondam Iudæi sancta sanctorum, quia ibi erant Cherubin, & propitiatorium, & arca testamenti, manna, virga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi venerabilis videtur sepulcrum Domini? quod quotiescumq; ingredimur, toties iacere in syndone cernimus saluatorem; & paululum ibidem commorantes,

rursum videmus angelum sedere ad pedes eius, & ad caput sudarium conuolutum. Cuius sepulcri gloria, multo antequam excideretur à Ioseph, scimus Esaiæ vaticinio prophetatum, dicentis: Et erit requies eius honor: quod scilicet sepultura Domini locus esset ab omnibus honorandus.

Sed dices, quo modo in Apocalypsi Ioannis legimus: Et occidet illos, (haud dubium, quin prophetas,) bestia, quæ ascendit ex abyssu, & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. Si enim ais: Ciuitas magna, in qua crucifixus est Dominus, nulla est alia, nisi Hierusalem: vbi autem crucifixus est Dominus, spiritualiter Sodoma appellatur, & Ægyptus: ergo Hierusalem Sodoma est, & Ægyptus, in qua crucifixus est Dominus: Primum te scire volumus, omnem sanctam scripturam non posse sibi esse contrariam, & maxime vnū aduersum se nõ discrepare librum, & vt plus adiciamus, eundem euisdemq; libri locum in Apocalypsi, de qua nunc testimonium protulisti, ante decem circiter versiculos scribitur: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, eice foras: & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus: & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. si enim Apocalypsis multo post passionem Domini scripta est à Ioanne, & in ea Hierusalem sancta ciuitas appellatur: quo modo rursum spiritualiter Sodoma vocatur & Ægyptus? Nec statim potes dicere, sanctam dici Hierusalem cœlestem, quæ futura est, & Sodomam, quæ corruit, appellari: quia de futura dicitur, quod bestia, quæ ascensura est de abyssu, faciet aduersus duos prophetas bellum, & vincet illos, & occidet, & corpora eorum iacebunt in platea ciuitatis magnæ. De qua ciuitate & in fine euisdem libri scribitur: Et ciuitas in quadro posita est: & longitudo eius, & latitudo tanta est, quanta & altitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea, per stadia duodecim millia. Longitudo, & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt. Et mensus est muros eius, centum quadraginta quattuor cubitorum mensura hominis, quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas auro mundo, &c. Vbi quadrum est, ibi nec longitudo, nec latitudo appellari potest. Et quæ est ista mensura, vt tanta sit longitudo, & latitudo, quanta altitudo eius, & muri de lapide iaspide, & tota ciuitas de auro mundo, & fundamenta & plateæ eius de lapidibus pretiosis, & duodecim portæ fulgentes margaritis? Cum ergo hæc non possint carnaliter accipi; (absurdum quippe est, per duodecim millia stadiorum tantam ciuitatis longitudinem & latitudinem, quantam & altitudinem, prædicari) spiritualiter intelligenda sunt singula: & ciuitas magna, quam videlicet primus ædificauit Cain, & nominauit eam ex vocabulo filij sui; hic mundus intelligendus est, quem accusator fratrum suorum diabolus, & fratri-cida Cain periturus extruxit vitijs, sceleribus condidit, iniquitate compleuit, quæ spiritualiter appellatur Sodoma, & Ægyptus, de qua Sodoma scribitur: Restituetur Sodoma in antiquum: quod scilicet ita restituentus sit mundus, vt ante fuit. nec enim possumus credere rursum ædificandam Sodomam, & cæteras, Gomorram scilicet, & Adamam, & Seboim, sed in perpetuos cineres relinquendas. Ægyptum autem nunquam pro Hierusalem legimus, sed semper pro hoc mundo.

Et quia longum est de scripturis innumerabilia

Psal. 75.
Apoc. 19.
1. Tim. 6.

CAP. 3.

Psal. 86.

Luc. 13.
Math. 23.

Mat. 23.

Rom. 5.
Math. 28.
Act. 13.

Luc. 19.
Ioan. 11.

Hebr. 9.
Exod. 25.

Ioan. 22.
Marc. 16.
Luc. 24.
Act. 17.

CAP. 4.
Apoc. 21.

Apoc. 11.

Gen. 4.

CAP. 5.

exempla cōgerere, vnum testimonium proferamus, vbi manifestissimè mundus hic Ægyptus appellatur. In epistola canonica Iudas Apostolus, frater Iacobi, scribit, dicens: Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populū de terra Ægypti saluans, secundo eos, qui nō crediderunt, perdidit. Et ne putares de Iesu dici filio Naue, statim sequitur: Angelos verò, qui nō seruauerunt suum principatū, sed dereliquerunt suū domiciliū, in iudiciū magni Dicit vinculis æternis sub caligine referuauit. Et vt credas, vbi cumque simul Ægyptus, & Sodoma, & Gomorra nominantur, non loca, sed mundum hunc interpretari, statim subiūgit exemplum: Sicut Sodoma, & Gomorra, & finitimæ ciuitates simili modo fornicatæ, & abeuntes post carnē alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Et quid necesse est plura conquerere, cum post passionem & resurrectionem Domini Matthæus euangelista cōmemoret: Et petra scissæ sunt, & sepulcra aperta, & plurima corpora dormientium sanctorum surrexerunt: & egredientes de sepulcris post resurrectionem suam, ingressi sunt sanctam ciuitatem, & apparuerūt multis. Nec statim Hierosolyma cælestis, sicut plerique ridiculè arbitratur, in hoc loco intelligitur, cum signum nullum esse potuerit apud homines Domini reſurgentis, si corpora sanctorum in cælesti Hierusalē visa sunt. Cum ergo & euangelistæ, & omnes scripture Hierosolymam sanctam nominent ciuitatem, & psalmista præcipiat, vt adoremus in loco, vbi steterunt pedes eius, ne patiaris eam appellari Sodomam, & Ægyptum, per quam Dominus iurare vetat, quia sit ciuitas magni regis. Maledictam terram nominat, quod cruorē Domini hauserit. Et quo modo benedicta loca putant, in quibus Petrus, & Paulus, Christiani exercitus duces, sanguinè fudere pro Christo? Si seruatorum, & hominum gloriosa confessio est; cur Domini & Dei non sit gloriosa confessio? Et martyrum vbi que sepulchra veneramur, & sanctam fauillam oculis apponentes, si liceat, etiam ore contingimus: & monumentū, in quo Dominus conditus est, quidam existimāt negligendum? Si nobis non credimus, credamus saltē diabolo, & angelis eius: qui quotiescumque ante illud de obſessis corporibus expelluntur, quasi in conspectu tribunalis Christi stantes contremiscunt, rugiunt, & serò dolent crucifixisse, quem timeant. Si post passionem Christi (vt scelerata vox concrepat) hic detestabilis locus est: quid sibi voluit Paulus Hierosolymam festinare, vt ibi faceret Pentecosten? qui retinentibus se locutus est, dicens: Quid facitis stentes, & conturbantes cor meum? ego enim non solum ligari, sed & mori in Hierusalē paratus sum pro nomine Domini Iesu. Quid cæteri sancti & illustres viri, quorū vota & oblationes post prædicationem Christi ad fratres, qui erant Hierosolymis, deferebantur?

Longū est nunc ab ascensu Domini vsque ad præsentem diem per singulas ætates currere, qui episcoporum, qui martyrum, qui eloquētiū in doctrina ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam, vt dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christi adorassent locis, de quibus primum euāgelium de patibulo coruscauerat. Certè si præclarus orator reprehendendū nescio quem putat, quod litteras Græcas non Athenis, sed Lilybæi, Latinas non Romæ, sed in Sicilia didicerit, quod videlicet vnaquæque prouincia habeat aliquid propriū, quod aliaque habere nō possit: cur nos putamus abiq; Athenis nostris quemquam ad studiorum fastigia peruenisse?

Nec hoc dicimus, quod renuamus, regnū Dei intra nos esse, & sanctos viros etiam esse in cæteris regionibus; sed quod hoc asseramus, vel maximè eos, qui in toto orbe sunt primi, huc pariter congregari: ad quæ nos loca non vt primæ, sed vt extremæ venimus, vt primos in eis omnium gentium cerneremus. Certè flos quidam, & pretiosissimus lapis inter ecclesiastica ornamenta, monachorum & virginū chorus est. Quicumq; in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuisus ab orbe nostro Britannus, si in religione proceſſerit, occiduo sole dimisso, querit locum fama sibi tantum & scripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Persas, quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipsamq; iuxta Ægyptum, fertilem monachorum, Pontum, & Cappadociam, Syriam, Cœlen, & Mesopotamiam, cunctaq; oriētis examina: Quæ iuxta Saluatoris eloquiū, dicens: Vbi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ: concurrunt ad hæc loca, & diuersarum nobis virtutum specimen ostendunt. Vox quidē dissona, sed vna religio, tot pene psallentium chori, quot gentiū diuersitates. & inter hæc, quæ vel prima in Christianis virtus est, nihil arrogat sibi de continentia supercilij. Humilitatis inter omnes contentio est. Quicumque nouissimus fuerit, hic primus putatur. In veste nulla discretio, nulla admiratio. Vt cumque placuerit incedere, nec detractionis est, nec laudis. Ieiunia quoque; neminem subleuant: nec defertur inedia, nec moderata saturitas condénatur. Suo domino stat vnusquisq; aut cadit. Nemo iudicat alterum, ne à Domino iudicetur. Et quod in plerisq; prouincijs familiare est, vt genuino dente se sacerent, hic penitus non habetur. Procul luxuria, procul voluptas: tanta in ipsa vrbe orationum loca, vt ad ea peragrandā dies sufficere non possit.

Verum, vt ad villulam Christi, & Mariæ diuersorium veniamus, (plus enim laudat vnusquisq; quod possidet) quo sermone, qua voce speluncam tibi possumus saluatoris exponere? Et illud præſepe, in quo infantulus vagijit, filietio magis, quàm infimo sermone honorandum est. Vbi sunt latæ porticus? vbi aurala laquearia? vbi domus miserorū pœnis, & damnatorum labore vestitæ? vbi, instar palatij, opibus priuatorum extructæ basilicæ, vt vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, & quasi mundo quidquam possit esse ornatius, tecta magis sua velint aspiciere, quàm cælum? Ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus est: hic inuolutus pannis, hic visus à pastoribus, hic demonstratus à stella, hic adoratus à Magis. Et hic puto locus sanctior est Tarpeia rupe, quæ de cælo sæpius fulminata ostendit, quod Domino displiceret. Lege Apocalypsim Ioannis, & quid de muliere purpurata, & scripta in eius fronte blasphemia, septem montibus, aquis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuere. Exite, inquit Dominus, de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius; & de plagis eius non accipiat. Fugite de medio Babylonis, & saluate vnusquisque animam suam. Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmonum, & custodia omnis spiritus immundi. Est quidem ibi sancta ecclesia, sunt trophæa Apostolorum, & martyrū: est Christi vera confessio, est ab Apostolo prædicata fides, & gentilirate calcata, in sublime se quotidie erigens vocabulum Christianum: sed ipsa ambitio, potētia, magnitudo vrbis, videri, & videre, salutare, & salutare, laudare, & detrahere, vel audire, vel proloqui, & tantam frequentiam hominum saltem inuitū videre à proposito monachorū & quiete aliena sunt.

Iud. 1.

Matth. 27.

Psal. 131.
Matth. 23.

Act. 20.

Gal. 1.

CAP. 6.

1. Cor. 16.

Matth. 24.

Rom. 14.

CAP. 7.

Apo. 17.
& 18.

Hier. 50.

Rom. 1.

aut enim videmus venientes ad nos, & silerium petidimus: aut non videmus, & superbiae arguimur. interdumq; vt visitantibus reddamus vicem, ad superbas fores pergimus, & inter linguas rodentium ministrorum, postes ingredimur auratos. In Christi vero, vt supra diximus, villula, tota rusticitas, & extra psalmos silentium est. Quocumq; te verteris, arator stiuam tenes, Alleluia decantat. Sudans messor psalmis se auocat, & curua attondens vitam falce vinitor, aliquid Dauidicū canit. Hæc sunt in hac prouincia carmina, hæc, vt vulgo dicitur, amatorix cantiones; hic pastorum sibilus, hæc arma cultura.

CAP. 8.

Verum quid agimus, nec, quid deceat, cogitantes, solum quod cupimus, hoc videmus? O quando illud tempus adueniet, cum anhelus nuncium viator apporet, Marcellam nostram ad Palæstinę litus appulsam, & toti monachorum chori, tota virginū agmina concrepabunt? obuiam iam iamq; gestimus occurrere, & non expectato vehiculo, concitum pedibus ferre corpus. Tenebimus manus; ora cernemus; & à desiderato vix auellemur amplexu. Ergo ne erit illa dies, quando nobis liceat speluncam saluatoris intrare? in sepulcro Domini flere cum sorore, flere cum matre? crucis deinde lambere lignum, & in oliueti monte cum ascendente Domino, voto & animo subleuari? videre exire Lazarum fascijs colligatum, & fluenta Iordanis ob lauacrum Domini puriora; inde ad pastorem caulas pergere, in Dauid orare Mausoleo? Amos prophetam etiam nunc buccina pastoralis in sua cōspicere rupe clangentē? ad Abraham, Isaac, & Iacob, trium quoq; illustrium feminarum, vel tabernacula proferre, illi memorias? videre fontem, in quo à Philippo eunuchus est tinctus? Samaritam pergere, & Ioannis Baptistæ, Helisæi quoque, & Abdiæ pariter cineres adorare? ingredi speluncas, in quibus persecutionis & famis tempore prophetarum agmina sunt nutrita? Ibimus ad Nazareth, & iuxta interpretationem nominis eius, florem videbimus Galilææ. Haud procul inde cernetur Cana, in qua aquæ in vinum versæ sunt. Pergemus ad Itabyrium; & tabernacula saluatoris non, vt Petrus quondam voluit, cum Moyse, & Helia, sed cum patre cernemus, & spiritu sancto. Inde ad mare veniemus Genezareth; & de quinque & septem panibus videbimus in deserto quinque & quattuor hominum millia saturata. Apparebit oppidum Naim, in cuius porta viduæ filius suscitatus est. Videbitur & Hermon, & torrens Endor, in quo superatus est Sisara. Capharnaum quoque signorum Domini familiaris, & omnis pariter Galilæa cernetur. Et tunc comitate Christo, cum per Silo, & Bethel, & cætera loca, in quibus Ecclesiæ quasi quædam victoriarum Domini sunt erecta vexilla, ad nostram speluncam redierimus, canemus iugiter, crebro flebimus, indefinenter orabimus, & vulneratæ iaculo saluatoris in commune dicemus: Inueni, quem quæsiuit anima mea: tenebo eum, & non dimittam illum.

Ioan. 2.
Matth. 17.

Matth. 14.
Marc. 8.

Iud. 3.

Cant. 3.

HIERONYMVS MARCELLAM INVITAT AD RVSBETHLEHEMICUM.
EPISTOLA XVIII.
ARGVMENTVM.

EANDEM Marcellam, quam superiori epistola Paula, & Eustochium ad loca sancta hortatæ sunt, nunc D. Hieronymus ad ruris Bethlehemitici vitam inuitat. hoc autem vt assequatur, primò rus omne collaudat: mox, quæ Romæ viuendi incommoda, & quæ in Bethlehem commoda sint, commemorat.

HIERON. TOM. I.



MBROSIVS, quo chartas, sumptus, notarios ministrante, tam innumerabiles libros verè Adamatius, & Chalcedæterus noster explicauit, in quadam epistola, quam ad eundem de Athenis scripserat, refert, nunquam se cibū,

Origene presente, sine lectione sumpsisse, numquam inisse somnum, nisi vnus è fratribus sacris litteris personaret: hoc diebus egisse & noctibus; vt & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. quid nos, ventris animalia, tale vniquam fecimus? quos si vel secunda hora legentes inuenerit, oscitamus: manu faciem defricantes, continemus stomachum; & quasi post multum laborem, mundialibus rursus negotijs occupamur. Prætermitto prandia, quibus mens onerata premitur. Pudet dicere frequentiam saluandi, qua aut ipsi quotidie ad alios pergimus, aut ad nos venientes cæteros expectamus. Deinceps itur in verba: sermo teritur: lacerantur absentes: vita aliena describitur; & mordentes inuicem, consumimur ab inuicem. Talis nos cibus occupat, & dimittit. Cum verò amici recesserint, ratiocinia supputamus. nunc ira personam leonis nobis imponit: nunc cura superflua in annos plurimos duratura præcogitat. nec recordamur euangelij, dicentis: Stulte, hac nocte auferent animam tuam à te: quæ autem præparasti, cuius erunt? Vestes non ad vsus tantum, sed ad delicias conquiruntur. vbicumque compendium est, velocior pes, citus sermo, auris attentior. Si damnum, vt sæpe in re familiari accidere solet, fuerit nunciatum, vultus mærore deprimitur: letamur ad numinum, amisso obolo contristamur. vnde cum in vno homine animorum tam diuersa sit facies, propheta Dominum deprecatur, dicens: Domine in ciuitate tua imaginem eorum dissipauit. Cum enim ad imaginem & similitudinem Dei conditi simus, ex vitio nostro personas nobis plurimas superinducimus: & quo modo in theatralibus scenis vnus atque idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem; ita & nos, qui si de mundo non essemus, odiremur à mundo, tot habemus personarum similitudines, quot peccata. Quapropter quia multa iam vitæ spatia transmisisimus fluctuando, & nauis nostra nunc procellarum concussa turbine, nunc scopulorum illisionibus perturbata est: cum primum licet, quasi portum quendam secreta ruris intremus. ibi cibarius panis, & holus nostris manibus irrigatum, & lac, delicix rusticanae, viles quidē, sed innocentes cibos præbent. ita viuentes non ab oratione somnus, nec saturitas à lectione reuocabit. Si æstas est, secretum arboris umbra præbabit: si autumnus, ipsa aeris temperies, & strata subter folia, locum quietis ostendūt. verè ager floribus pingitur; & inter querulas aues psalmi dulcius cantabuntur. Si frigus fuerit, & brumales niues; ligna non cōemam; & calidius vigilabo, vel dormiam; certe, quod sciam, vilius non algebo. Hæbeat sibi Roma suos tumultus, arena seuiat, circus insaniat, theatra luxuriēt; & quia de nostris dicendum est, matronarum quotidie visitetur senatus. nobis adhærere Domino bonū est, & ponere in domino Deo spem nostram, vt, cum paupertatem istam cælorum regna mutauerint, erumpamus in vocem: Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? quo scilicet, cum tanta reperiamus in cælo, parua & caduca quæsiisse nos doleamus in terra. Verum, vt ad villam, & ad Mariæ diuersorium veniamus: (plus laudat enim vnusquisque quod possidet) quo sermone, qua voce tibi spe-

Luce. 22.

Psal. 72.

Psal. 72.

D 3 luncam

In eam saluatoris exponam? Et illud præsepe, in quo infantulus vagijit, silētio magis, quàm infimo sermone honorandum est. Vbi sunt late porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus miserorum pœnis, & damnatorum labore vestitæ? vbi instar palatij priuatorum extractæ basilicæ, vt vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, & quasi in mundo quidquam possit esse ornari, tecta sua magis veltint aspiciere, quàm cælum. Berthelem ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus est. hic inuolutus pannis: hic visus à pastoribus: hic demonstratus à stella: hic adoratus à Magis: & puto, sanctior locus est rupe Tarpeia, quæ de cælo sæpius fulminata, ostendit quod Deo displiceat. Est quidem ibi sancta ecclesia, sunt trophæa Apostolorum & martyrum; est Christi vera confessio; est Apostolorum prædicata fides; & gentilitate calcata, in sublimē quotidie erigitur vocabulum Christianum: sed ambitio, potentia, magnitudo vrbs, videri, & videre, saluari, & salutare, laudare, & detrahere, vel audire, vel proloqui, & tantam hominum frequentiam videre, à proposito monachorum, & à quiete aliena sunt, aut enim videmus ad nos venientes, & silentium perdimus: aut, si non videmus, superbiam arguimur. interdum, vt visitantibus reddamus vicem, ad superbas fores pergimus. inter linguas rodentium ministrorum, postes ingredimur deauratos. in Christi vero villa, vt supra diximus, tota rusticitas est. extra psalmos silentium est, quocumque te verteris, arator stiuam tenens alleluia decantat: sudans messor psalmis se auocat: & curua attondens vites facit vinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc sunt in hac provincia carmina, hæc, vt vulgo dicitur, amatorie cantiones. Vale.

AD EVSTOCHIVM DE ACCEPTIS AB EA MVNVS CVLIS.

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

EVSTOCHIVM in die festo Petri Apostoli, qui xxix die Iunij celebratur, munuscula quadam, inter quæ cerasæ erant, vna cum epistola ad Hieronymum miserat: nunc ei responderet, cunctaque ad institutionem bonorum morum piæ, ac festiuiter transfert.

CAP. I.
Leuit. 2.



PARVA specie, sed caritate sunt magna, munera accepisse à virgine, armillas, epistolam, & columbas. & quoniam mel in Dei sacrificijs non offertur, nimia dulcedo artē mutata est, & quadam, vt ita dicam, piperis austeritate condita. apud Deum enim nihil voluptuosum, nihil tantum suauē placet, nisi quod in se habet mordacis aliquid veritatis. Pascha Christi cum amaritudinibus māducarur. Festus est dies & natalis beati Petri, festiuus est solito condendus, ita tamen, vt scripturarum cardinē iocularis sermo non fugiat, nec à præscripto palæstræ nostræ longius euagemur. Armillis in Ezechiele ornatur Hierusalem. Baruch epistolam accipit ab Hieremia. In columbæ specie Spiritus sanctus allabitur. Itaque vt te aliquid & piperis mordet, & pristini libelli etiam nunc recorderis, caue, ne operis ornamenta dimittas, quæ verè armillæ sunt brachiorum, ne epistolam pectoris tui scindas, quam à Baruch traditam nouacula rex profanus incidit; ne ad similitudinem Ephraim per Osee audias: Facta es insipiens, vt columba. Nimum, respōdebis, austerè, & quod festo non conueniat dici. Talibus ipsa mu-

Exod. 22.

Ezech. 16.
Hier. 36.
Ioan. 1.

Osee 7.

neribus prouocasti: dñi dulcibus amara sociata sunt, & à nobis paria recipies, laudem amaritudo comitabitur. Verum, ne videar dona minuisse, accepimus & canistrum cerasæ referum, talibus & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata existimari. siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunto primus Romam pertulit, vnde & de pati. arbor nomen accepit. Igitur, quia in scripturis canistrum ficis plenū legimus, cerasæ verò non inuenimus; in eo, quo allatum est, id, quod allatum non est, prædicamus; optamusque te de illis pomis fieri, quæ contra templum Dei sunt, & de quibus Deus dicit: Quia bona bona valde. Nihil quippe saluator medium amat: & sicuti, frigidum non refugiens, calidis delectatur; ita tepidos in Apocalypsi euomere se loquitur. Vnde nobis sollicitus providendum est, vt solemnem diem, non tam ciborum abundantia, quàm spiritus exultatione celebremus. quia valde absurdum est, nimia saturitate velle honorare martyrem, quem scimus Deo placuisse ieiunij. Ita tibi semper comedendum est, vt cibum & oratio sequatur, & lectio. quod si aliquibus displicet, Apostoli verba cantato: Si adhuc hominibus placerem, Christi ancilla non essem.

Hier. 24.

Apoc. 3.

Gal. 1.

AD MARCELLAM, DE ACCEPTIS MVNVS CVLIS.

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

MARCELLA Hieronymo, Paula, Eustochio, virginibus cum eis degentibus, miserat fellas, saccos, cereos, calices, muscariaque quibus muscæ abiguntur, xeniola. Hieronymus nunc ei respondens, omnia ἀλλεγορικῶς ad animæ documentum in vtramque partem sanctè, ac festiuiter interpretatur.



Vtabentiam corporum spiritus confabulatione solemur; facit vniuersique quod præualeat. vos dona transmittitis: nos epistolas remittimus gratiarum; ita tamen, vt, quia velatarum virginum munus est, aliqua in ipsis munusculis esse mysteria demonstremus. Saccus, orationis signum atque ieiunij est. fella, vt foras pedes virgo non moueat. cerei, vt, accenso lumine, sponsi expectetur aduentus. calices mortificationem carnis ostendunt, & semper animum ad martyrium præparatum. Calix quippe Domini inebrians, quàm præclarus est. Quod autem & matronis offertis muscaria, parua, paruis animalibus euentilandis: elegans significatio est, debere luxuriam cito restringere; quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminat. Hic typus sit virginum, hæc figura matronarum. Nobis autem, licet in peruersum, munera vestra conueniunt. Sedere, aptum est otiosis; in sacco iacere, pœnitentibus; calices habere, potantibus licet & propter nocturnos metus, & animos semper malo conscientie formidantes, cereos quoque accendisse sit gratum.

CAP. I.

Pfal. 22.

Eccles. 10.

HIERONYMVS AD PAVLVM CONCORDIENSEM.

EPISTOLA XXI.

ARGVMENTVM.

PAVLVM Concordiensem, ceterisimum agentem annu, virenti tamen, integroque corpore, laudat, & de vite termino doctè multa admiscens petit ab eolibros quosdam, mittens

ei interea vitam Pauli Heremita, quam ipse Hieronymus ediderat.

HIERONYMVS AD EVSTOCHIVM, DE CVSTODIA
virginitatis

EPISTOLA XXII.

ARGVMENTVM.

EVSTOCHIVM, sola ex omnibus liberis Paulæ, nobilis apud Romanos Matrone, perpetuam virginitatem professâ, matrem vsque in Bethlehem, vbi sanctissimè cum virginibus in monasterio ambe vixerunt, secuta est. Hanc nunc D. Hieronymus docet, quo modo custodire virginitatem debeat: eosque qui castitatis specie ventri, auaritiæque inferiunt, acriter interea reprehendit.



HVMANÆ vitæ breuitas, damnatio delictorum est. & in ipso saepe lucis exordio, mors secuta nascentem, labentia quotidie in vitii secula proficitur. Nam cum primum paradisi colonum, viperinis nexibus præpeditum, coluber deduxisset ad terras, æternitas, mortalitate mutata, in nongentos & eo amplius annos, secunda quodam modo immortalitate maledicti hominis distulerat elogium. exinde paulatim recrudescente peccato, totius orbis naufragium gigantum adduxit impietas. post illud, vt ita dixerim, purgati baptisima mundi, in breue tempus hominum vita contracta est. hoc quoque spatium sceleribus nostris, semper cõtra diuina pugnantes, pene perdidimus. quos enim quisque aut centenariam transgreditur ætatem, aut non ad eam sic peruenit, vt peruenisse pœniteat? secundum quod in libro Psalmorum scriptura testatur: Dies vitæ nostræ septuaginta anni: si autem multum, octoginta: quidquid reliquum est, labor, & dolor. Quorsum, ais, ista tam alto repetita principio, & ita procul cœpta, vt meritò quis Horatiano de nobis possit sale ludere: Et gemino bellum Troianum orditur ab ouo? Videlicet vt senectutem tuam, & caput ad Christi similitudinem candidum, dignis vocibus prædicemus. Ecce iam centenus ætatis circulus voluitur, & tu semper præcepta Domini custodiens, futuræ beatitudinem vitæ per præsentia exempla meditaris. Oculi puro lumine vigent: pedes imprimunt certa vestigia: auditus penetrabilis, dentes candidi, vox sonora, corpus solidum, & succi plenum: cani cum rubore discrepant, vires cum ætate dissentiant. non memoriæ renacitatem, vt in plerisque; cernimus, antiquior senectâ dissoluit. non calidi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit. non contractam rugis faciem arata frons exasperat. non denique tremula manus per curuos cæræ tramites errantem stylum ducit. Futuræ nobis resurrectionis virorem in te Dominus ostendit, vt peccati sciamus esse, quòd ceteri adhuc viuentes præmoriuntur in carne; iustitiæ, quòd tu adolescentiam in aliena ætate mentiris. Et quamquam multis istam corporis sanitatem, etiã peccatoribus euenire videamus: tamen illis hoc diabolus ministrat, vt peccent: tibi Dominus præstat, vt gaudeas. Doctissimi quique Græcorum, de quibus pro Flacco agens luculenter Tullius ait: Ingentia leuitas, & erudita vanitas: regum suorum ac principum laudes, accepta mercede, dicebant. hoc ego nunc faciens, pretium posco pro laudibus. Et ne putes modica esse, quæ deprecor: margaritum, de euangelio postularis: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum: Scilicet commentarios Fortunatiani, & propter noticiam persecutionum, Aurelij Victoris historiam, simulque epistolas Nouatiani, vt, dum schismatici hominis venena cognoscimus, libentius sancti martyris Cypriani bibamus antidotum. Misimus interim te tibi, id est, Paulo seni Paulum seniorem: in quo propter simpliciores quosque multum in deiicendo sermone laborauimus. sed nescio quo modo, etiam si aqua plena sit, tamen eundem odorem lagena seruat, quo, dum rudis esset, imbuta est. Si hoc munusculum placuerit; habemus etiam alia condita, quæ cum plurimis orientalibus mercibus ad te, si spiritus sanctus afflauerit, nauigabunt.

Gen. 3.

Gen. 6.7.

Psal. 91.

Psal. 111.



AVDI filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui; & concupiscet rex decorem tuum. In quadagesimo quarto Psalmo Deus ad animam loquitur humanam; vt secundum exemplum Abrahæ, exiens de terra sua, & de cognatione sua, relinquat Chaldæos, qui quasi dæmonia interpretantur, & habitet in regione viuentium, quâ alibi propheta suspirat, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Verum non sufficit tibi exire de terra tua, nisi obliuiscaris populi tui, & domus patris tui; vt, carne contempta, sponsi iungaris amplexibus. Ne respexeris, inquit, retro: nec steteris in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne forte comprehendaris. Nõ expedit, apprehenso aratro, respicere post tergum, nec de agro reuerti domum, nec, post Christi tunicam, ad tollendum aliud vestimentum recto descendere. Grande miraculum: Pater filiam cohortatur, ne meminerit patris sui. Vos de patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, dicitur ad Iudæos. Et alibi: Qui facit peccatû, de diabolo est. Tali primû parenti, generati nigri sumus, & post pœnitentiam, necdum culmine virtutis ascenso, dicimus: Nigra sum, sed speciosa filiæ Hierusalæ. Exiui de domo infantie meæ: oblita sum patris mei, renascor in Christo. Quid pro hoc mercedis accipio? Sequitur: Et concupiscet rex decorem tuum. Hoc ergo illud magnum est sacramentum: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt ambo, iam non, vt ibi, in vna carne, sed in vno spiritu. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, æthiopiissam duxit vxorem. Statim vt volueris sapientiam audire veri Salomonis, & ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta, quæ nouit, & inducet te rex in cubiculum suum, & mirum in modum, colore murato, sermo tibi ille cõueniet: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Hæc iccirco, domina mi Eustochium, scribo, (dominam quippe vocare debeo sponsam Domini mei) vt ex ipso principio lectionis agnosceres, non me nunc laudem virginitatis esse dicturum, quam probasti optimam, & consecuta es; nec enumeraturum molestias nuptiarû, quo modo vterus intumescat, infans vagiat, cruciet pellex, domus cura sollicitet, & omnia, quæ putatur bona, mors extrema præcidat: habent enim & maritatæ ordinem suum, honorabiles nuptias, & cubile immaculatû: sed vt intelligeres tibi exeunti de Sodoma, timendû esse Lor vxoris exemplum. nulla est enim in hoc libello adulatio. adulator quippe, blâdus inimicus est. Nulla erit rhetorici pōpa sermonis, quæ te etiã inter angelos statuatur, & beatitudine virginitatis exposita, mundû subiciat pedibus tuis. Nolo tibi venire superbiâ de proposito, sed timorè. Onusta incedis auro: latro tibi vitandus est. Stadiû est hæc vita mortalibus: hic

CAP. I.
Psal. 44.

Psal. 66.

Gen. 19.
Luc. 9.
Math. 24.Ioan. 8.
1. Ioan. 3.

Cant. 1.

Eph. 5.

Num. 12.
Cant. 3.

Heb. 13.

Gen. 19.

contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes, & scorpiones securus ingreditur. Et inebriatus est, inquit Dominus, gladius meus in celo: & tu pacem arbitraris in terra, quæ tribulos generat, & spinas, quam serpens comedit? Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed aduersus principatus, & potestates huius mundi, & rectores harum tenebrarum, aduersus spiritualia nequitia in caelestibus. Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia. caro fragilis, & cinis futura post modicum, pugnat sola cum pluribus. cum autem fuerit dissoluta; & venerit princeps mundi huius; & inuenerit in ea nihil: tunc secura audies per prophetam: Non timebis à timore nocturno: A sagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris, ab incursum & demonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabunt. Quod si eorum te multitudo turbauerit; & ad singula incitamenta vitiorum coeperis astuare; & dixerit tibi cogitatio tua: quid faciemus? respondebit tibi Helisæus: Noli timere, quia plures nobiscum sunt, quàm cum illis: & orabit, & dicet: Domine aperi oculos puellæ tuæ; ut videat: & apertis oculis videbis igneum currum, qui te ad exemplum Helix in astra sustollat: & tunc læta cantabis: Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Quamdiu hoc fragili corpore detinemur; quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus; & concupiscit spiritus aduersus carnem, & caro aduersus spiritum, nulla est certa victoria. Aduersarius noster diabolus, tamquam leo rugiens aliquid deuorare querens, circumit. Posuisti, ait Dauid, tenebras; & facta est nox. In ipsa pertransibunt omnes bestiarum filiae: Catuli leonum rugientes ut rapiant, & querat à Deo escam sibi. Non querit diabolus homines infideles: non eos, qui foris sunt, & quorum carnes rex Assyrius in olla succendit, de Ecclesia Christi rapere festinat. Escæ eius secundum Abacuc electæ sunt. Iob subuertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrandos Apostolos expetit potestatem. Non venit saluator pacem mittere super terram, sed gladium. Cecidit Lucifer, qui mane oriebatur: & ille, qui in paradiso deliciarum nutritus est, meruit audire: Si exaltatus fueris ut aquila; inde detraham te, dicit Dominus. Dixerat enim in corde suo: Super sidera cæli ponam sedem meam, & ero similis altissimo. Vnde quotidie ad eos, qui per scalam Iacob somniantis descendunt, loquitur Deus: Ego dixi, Dij estis, & filij altissimi omnes: vos autem sicut homines moriemini, & tamquam vnus de principibus cadetis. Cecidit enim primus diabolus, & cum stet Deus in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit. Apostolus ijs, qui Dij esse desinunt, scribit: Vbi enim in vobis sunt dissensiones, & æmulationes: nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Si Apostolus, vas electionis, & separatus in euangelium Christi, ob carnis aculeos & incentiua vitiorum reprimat corpus suum, & seruituti subiicit, ne alijs prædicans ipse reprobis inueniatur; & tamen videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuum se in legem duci peccati: si post nuditatem, ieiunia, fames, carcerem, flagella, supplicia, in semet ipsum reuerfus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: tu te putas securam esse debere? Caue quæso, ne quando de te dicat Deus: Virgo Israel cecidit; & non est, qui suscitet eam. Audenter loquar: Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. valet quidem liberare de pœna, sed non vult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur: Virgines bonæ deficient. Obserua quid dicat, Et virgines bonæ deficient: quia sunt & virgines malæ. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Perit ergo & mente virginitas. Istæ sunt virgines malæ, virgines carne, non spiritu; virgines stultæ, quæ oleum non habentes excluduntur à sponso. Si autem & illæ, quæ virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non saluantur: quid fiet illis, quæ prostituerunt membra Christi, & mutaerunt templum sancti spiritus in lupanar? illico audient: Descende, sede in terra virgo filia Babylonis: sede in terra: non est solum filia Chaldæorum: non vocaberis ultra mollis, & delicata. accipe molam, mole farinam: discooperi velamen tuum, denuda crura, transi flumina: reuelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua. Et hoc post Dei filij thalamos, post oscula fratruelis & sponsi, illa, de qua quoddam sermo propheticus concinebat: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate: nudabitur, & posteriora eius ponentur in faciem ipsius: Sedebit ad aquas solitudinis, &, posito vase, diuaricabit pedes suos omni transeunti, & vsque ad verticem polluetur. Rectius fuerat homini, subiisse coniugium, ambulasse per plana, quàm, ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. Ne fiat, obsecro, ciuitas meretrix, fidelis Sion: ne post trinitatis hospitium ibi demones saltent, & Sirenæ nidificent, & hericij. Non soluatur fascia pectoralis; sed statim ut libido titillauerit sensum, aut blandum volupatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi caro. Et cum paululum interior homo inter vitia atque virtutes coeperit fluctuare, dicito: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quia confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.

Nolo sinas cogitationem crescere. Nihil in te Babylonium, nihil confusionis adoleat. Dum paruus est hostis, interfice: nequitia, ne zizania crescant, elidatur in semine. Audi psalmistam, dicentem: Filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis: beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut coeperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram: petra autem Christus est. O quoties ego ipse in cremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse delicijs. sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. horrebant facco membra deformia; & squalida cutis situm æthiopicæ carnis obduserat. quotidie lacrymæ, quotidie gemitus; &, si quando repugnantem somnus immi-nens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. de cibis verò, & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, &, costum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius, & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. pallebant ora ieiunij; & mens desiderijs æstuabat in frigido corpore; & ante hominem sua iam carne præmortuum, sola libidi-

libidinum incendia bulliebant, itaque omni auxilio destitutus, ad Iesum iacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non erubescio confiteri infelicitatis meae miseriam: quin potius plango me non esse, quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus, quam rediret, Domino increpante, tranquillitas, ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam, pertimescebam: & mihi met iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam, sicubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus, ibi illud miserimæ carnis ergastulum, & ut ipse mihi testis est Dominus, post multas lacrymas, post cælo inhærentes oculos, nonnumquam videbar mihi interesse agminibus angelorum; & lætus gaudensque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Si autem hoc sustinent illi, qui exeso corpore, solis cogitationibus oppugnantur: quid patitur puella, quæ delicijs fruatur? nempe illud Apostoli: Vivens mortua est.

Can. 1.

1. Tim. 5.

CAP. 4.

Si quid itaque in me potest esse consilij, si experto creditur; hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno, hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt dæmonum. Non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio, facile alijs caremus vitijs: hic hostis nobis inclusus est. Quocumque perginus, nobiscum portamus inimicum. Vinum, & adolescentia, duplex est incendium voluptatis, quid oleum flammæ adijcimus? quid ardens corpusculo fomenta ignium ministramus? Paulus ad Timotheum, iam noli, inquit, aquam bibere, sed vino modico vtare, propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Vide, quibus causis vini potio concedatur, ut ex hoc stomachi dolor, & frequens medeatur infirmitas. Et ne nobis forsitan de ægrotationibus blandiremur, modicum præcepit esse sumendum, medici potius consilio, quam Apostoli: licet & Apostolus sit medicus spiritualis: ne Timotheus imbecillitate superatus, euangelij prædicandi non posset implere discursus, alioquin se dixisse meminerat: Vinum, in quo est luxuria: Et bonum est homini vinum non bibere, & carnem non manducare. Noë vinum bibit, & inebriatus est. Post diluuium, rudi adhuc sæculo, & tunc primum planrara vinea, inebriare vinum forsitan nesciebat. Et ut intelligas scripturæ in omnibus sacramentum: (Margaritum quippe est sermo Dei, & ex omni parte forari potest) post ebrietatem nudatio femorum subsecuta est, libido iuncta luxuriæ, prius enim venter extenditur, & sic cætera membra concitantur. Manducauit enim populus, & bibit, & surrexerunt ludere. Lot, amicus Dei, in monte saluatus; & de tot milibus populi solus iustus inuentus, inebriatur à filiabus suis: & licet illæ putarent genus hominum defecisse, & hoc facerent liberorum magis desiderio, quam libidinis, tamen sciebant, virum iustum hoc nisi ebrium, non esse facturum, denique, quid fecerit, ignorauit: & quamquam voluntas non sit in crimine, error in culpa est, inde nascuntur Moabitæ, & Ammonitæ, inimici Israël: qui vsque ad quartam & decimam progeniem, & vsque in æternum, non ingrediuntur in Ecclesiam Dei. Helias cum Iezabel fugeret, & sub quercu iaceret lassus, veniente ad se angelo suscitatur, & dicitur ei: Surge, & manduca. Respexit, & ecce ad caput eius panis collyra, & vas aquæ. Reuera non poterat Deus conditum ei merum mittere, & electos cibos, & carnes contusione mutatas. Hæ-

liscus filios prophetarum inuitat ad prandium, & herbis agrestibus eos alens consonum prandentium audit clamorem: Mors in olla, homo Dei: non iratus est cocis: lautioris enim mensæ consuetudinem non habebat, sed farina desuper iacta, amaritudinem dulcorauit, eadem spiritus virtute, qua Moyses mutauerat maram in dulcedinem. Necnon & illos, qui ad eum comprehendendum venerant, oculis pariter ac mente cæcatos, cum in Samariam nescios induxisset, qualibus eos epulis refici imperauerit, auscultat. Pone eis, inquit, panem, & aquam: manducate, & bibant, & remittantur ad Dominum suum. Potuit & Danieli de regijs ferculis opulentior mensa transferri: sed Abacuc ei mesorum prandium portat, arbitror rusticum, ideoque & desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderij non manducauit, & vinum concupiscentiæ non bibit. Innumerabilia sunt de scripturis diuina responsa, quæ gulam damnent, & simplices cibos probent, verum, quia nunc non est propositum de ieiunijs disputare, & vniuersa exequi, sui est tituli, & voluminis; hæc sufficiant pauca de plurimis, alioqui, ad exemplum horum, poteris tibi ipsa colligere, quo modo primus de paradiso homo, ventri magis obediens, quam Deo, in hanc lacrymarum deiectus est vallem: & ipsum Dominum satanas fame tentauerit in deserto: & Apostolus fatanæ Escæ ventri, & venter escis: Deus autem & hunc, & illas destruet. & de luxuriosis, quorum Deus venter est: id enim colit vnusquisque, quod diligit. Ex quo sollicitè prouidendum est, ut quos saturitas de paradiso expulit, reducat esurias.

Exo. 15.

4 Reg. 6.

Dan 14.

Dau. 9.

Gen. 1.

Math. 4.

1. Cor. 6.

Philip. 3.

CAP. 5.

Quod si volueris respondere, te nobili stirpe generatam, semper in delicijs, semper in plumis, non posse à vino & esculentijs cibis abstinere, nec his legibus viuere: districcius respondebo: Viue ergo lege tua, quæ Dei non potes. Non quod Deus, vniuersitatis creator, & dominus, intestinorum nostrorum rugitus, & inanitate venteris, pulmonisque delectator ardore; sed quod aliter pudicitia tuta esse non possit. Iob, Deo carus, & testimonio ipsius immaculatus, & simplex, audi quid de diabolo suspicetur: Virtus eius in lumbis, & potestas eius in vmbilico. Honestè viri mulierisque genitalia, immutatis sunt appellata nominibus, vnde & de lumbis Dauid super sedem eius promittitur esse sessurus, & septuagintaquinque animæ introierunt in Ægyptum, quæ exierunt de femore Iacob. At postquam, colluctante Domino, latitudo femoris eius emarcuit; à liberorum opere cessauit. Et qui pascha facturus est, accinctis mortificatisque lumbis facere præcipitur. Et ad Iob dicit Deus: Accinge sic vir lumbos tuos. Et Ioannes zona pellicea cingitur circa lumbos suos. Et apostoli iubentur accinctis lumbis, euangelij tenere lucernas. Ad Hierusalè verò, quæ respersa sanguine, in campo inuenitur erroris, in Ezechiele dicitur: Non est præcisus vmbilicus tuus. Omnis igitur aduersus viros diaboli virtus, in lumbis est: omnis in vmbilico contra feminas fortitudo. Vis scire ita esse, ut dicimus? accipe exempla. Sampson, leone fortior, & saxo durior, qui & vnus & nudus mille persecutus est armatos, in Dalila mollescit amplexibus. Dauid, secundum cor Domini electus, & qui venturum Christum sancto sæpe ore cantauerat, postquam deambulans super tectum domus suæ, Bethsabee captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende, quod nullus sit etiam in domo tutus aspectus. Quapropter ad Dominum penitens loquitur: Tibi soli peccaui, & malum cora te feci. Rex enim erit, alium non timebat. Salomon, per quem se cecinit ipsa sapientia, qui

4 Reg. 4.

Dan 14.

Dau. 9.

Gen. 1.

Math. 4.

1. Cor. 6.

Philip. 3.

CAP. 5.

Iob. 40.

Psal. 137.

Act. 1.

Gen. 46.

Exo. 12.

Iob. 40.

Mar. 1.

Luc. 12.

Ezech. 16.

Iud. 16.

2. Reg. 11.

Psal. 50.

9. Reg. 4.
11.2. Reg. 13.
Esa. 14. 11.Tit. 1.
2. Tim. 4.

Hier. 3.

Pro. 6.

CAP. 6.

disputavit à cedro Libani vsque ad hisopum, quæ exijt per parietem, recessit à Domino, quia amator mulierum fuit. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate consideret, in illicitum Thamar sororis Amnon frater exarsit incēdium. Piget dicere, quot quotidie virgines ruant; quantas de suo gremio mater perdat Ecclesia; super quæ sidera inimicus superbus ponat thronum suum, quot petras excauet, & habitet coluber in foraminibus earum. Videas plerasque viduas antequam nuptas, infelicem conscientiam mēta tantum veste protegere. quas nisi tumor vteri, & infantū prodiderit vagitus, sanctas & castas se esse gloriantur, & erecta ceruice, & ludentibus pedibus incedunt. Aliæ verò sterilitatem præbunt, & necdum fati hominis homicidium faciunt. Nonnullæ, cum se fenserint concepisse de scelere, abortij venena meditantur, & frequenter etiam ipsæ commortuæ, trium criminum reæ, ad inferos perducuntur, homicidæ sui, Christi adulteræ, necdū nati filij parricidæ. Istæ sunt, quæ solent dicere: Omnia munda mundis: Sufficit mi conscientia mea: Cor mundum desiderat Deus: Cur me abstinere à cibis, quos creauit Deus ad vtēdum? Et si quando festiuè & lepidè volūt viuere, vbi se mero ingurgitauerint, ebrietati sacrilegium copulantes, aiunt: Absit, vt ego me à Christi sanguine abstinere. Et quam viderint pallentem, atque tristē, miseram, & Manichæam vocant. Et consequenter: Tali enim proposito ieiuniū hæresis est. Hæ sunt, quæ per publicum notabiliter incedunt, & furuius oculorum nutibus, adolescentium greges post se trahunt, quæ semper audiunt per prophetam: Facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu. Purpura tantum in veste tenuis, & laxius, vt crines decidat, ligatum caput, focus vilior, & per humeros hiacynthina læna mauorte volitans, succinctæ manicæ brachijs adherentes, & solutis genubus fractus incessus. hæc est apud illas tota virginitas. Habeat istæ huiusmodi laudatores suos, & sub virginali nomine lucrosius percant. Libenter talibus non placemus. Pudet dicere, pro nefas: triste, sed verum est: Vnde in ecclesiis Agapetarum pestis introit: vnde sine nuptijs aliud nomen vxorum: immo vnde nouum concubinarum genus? Plus infera. Vnde meretrices vniuerſæ: eadem domo, vno cubiculo, saepe vno tenētur & lectulo, & suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus. Frater sororem virginem deserit, cœlibem spernit virgo germanum, fratrem querit extraneum, & cum in eodem proposito esse se simulent, querunt alienorum spiritale solatium, vt domi habeant carnale commercium. Istiusmodi homines Salomon in Proverbijis spernit, dicens: Alligabit quis in sinu ignem, & vestimenta eius non comburentur: aut ambulauit super carbones ignis, & pedes illius non ardebunt?

Explosis igitur, & exterminatis his, quæ nolunt esse virgines, sed videri, nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio, quæ quanto prima Romane vrbs virgo nobilis esse coepisti, tanto tibi amplius laborandum est, ne & presentibus bonis careas, & futuris. Et quidē molestias nuptiarum, & incerta coniugij, domestico exemplo didicisti, cum soror tua Bleſilla, ætate maior, sed proposito minor, post acceptum maritum, septimo mense viduata est. O infelix humana conditio, & futuri nescia. Et virginitatis coronam, & nuptiarum perdidit voluptatem. Et quamquam secundum pudicitia gradum teneat viduitas: tamen quas illam per momenta sustinere existimas cruces, spectantem quotidie in sorore, quod ipsa perdidit, & cum difficilius experta careat voluptate, minorem continentia habere mercedem? Sit, tamen & illa secura,

fit gaudens. Centesimus & sexagesimus fructus de vno sunt semine castitatis. Nolo habeas confortium matronarum: nolo ad nobilium domos accedas: nolo te frequenter videre, quod contemnens, virgo esse voluisti. Sic sibi solent applaudere mulierculæ de iudicibus viris, & in aliqua positis dignitate. Si ad imperatoris vxorem concurrat ambitio salutatum, cur tu facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem Dei sponsa quid properas? Disce in hac parte superbiam sanctam: scito te illis esse meliorem. Neque vero earum tantum te cupio declinare congressus, quæ maritorum inflantur honoribus, quas eunuchorum greges sepiunt, & in quarum vestibus attenuata in filum auri metalla textuntur; sed etiam eas fuge, quas viduas necessitas fecit, non voluntas; non quod mortem optauerint maritorum; sed quod datam occasionem pudicitia non libenter acceperint. Nunc vero, tantum veste mutata pristina, non mutatur ambitio. Præcedit caueas Basternarum ordo semiuironum: & rubentibus buccis, cutis facta distenditur, vt eas putes maritos non amisisse, sed quærere. Plena adulatoribus domus, plena conuiuus. Clerici ipsi, quos & magisterio esse oportuerat pariter, & timori, osculantur capita matronarum, & extenta manu, vt benedicere eos putes vele, si nescias, pretia accipiunt salutandi. Illæ interim quæ sacerdotes suo viderint indigere præsidio, eriguntur in superbiam: & quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem; castæ vocantur, & Nonnæ, & post cenam dubiam, apostolos somniant. Sint tibi sociæ, quas ieiunia tenuant, quibus pallor in facie est, quas & ætas probauit, & vita, quæ quotidie in cordibus suis canunt: Vbi pascis: vbi cubas in meridie? Quæ ex affectu dicunt: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Esto subiecta parentibus; imitare sponsum tuum. Rarus sit egressus in publicum: martyres tibi quærantur in cubiculo tuo. numquam causa deerit procedendi, si semper, quando necesse est, processura sis. Sit tibi moderatus cibus, & numquã venter expletus. Plures quippe sunt, quæ, cum vino sint sobriæ, ciborum largitate sunt ebrizæ. Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio rugum faciat, sed inanitas. Crebrius lege, disce quam plurima. Tenenti codicem somnus obrepit, & cadētem faciem pagina sancta suscipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens. Nihil prodest, biduo triduoque transmissio, vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compensetur saturitate ieiunium. illico mens repleta torpescit, & irrigata humus spinas libidinum germinat: Si quando fenseris, exteriorem hominem florem adolescentiæ suspirare, & accepto cibo, cum te in lectulo compositam dulcis libidinum pompa concusserit: arripe scutum fidei, in quo ignitæ diaboli extinguntur sagittæ. Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. At tu, Christi comitata vestigijs; & sermonibus eius intenta, dic: Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis Iesus scripturas? Et illud: Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruius tuus dilexit illud.

Difficile est humanam animam aliquid non amare: & necesse est, vt in quocumque mens nostra trahatur affectus. Carnis amor spiritus amore superatur. Desiderium desiderio restinguitur, quidquid inde minuitur, hinc crescit. Quin potius semper ingemina, & dicito super lectum tuum: In noctibus quæsiui, quem dilexit anima mea. Mortificate ergo, inquit Apostolus, membra vestra, quæ sunt super terram. Vnde, & ipse postea confidenter aiebat: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus.

Qui

Cant. 1.
Philip. 1.Eph. 6.
Osce. 7.

Luc. 14.

Psal. 118.

CAP. 7.

Cant. 3.
Col. 3.

Gal. 4.

Qui mortificat membra sua, & in imagine perambulatur, nō timeret dicere: Factus sum, sicut vter in pruina. Quidquid enim in me fuit humoris libidinis, excōctū est, & infirmata sunt in ieiunio genua mea, & oblitus sum māducare panem meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Esto cicada noctium. Lata per singulas noctes lectum tuum, lacrymis tuis stratum tuum riga. Vigila & fias sicut passer in solitudine: Psalle spiritu, psalle & sensu: Bededic anima mea dominū, & ne obliuiscaris omnes retributiones eius, qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis: Qui sanat omnes infirmitates tuas, & redimit ex corruptione vitam tuam. Et quis nostrum ex corde dicere potest: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potionem meam cum fletu miscebam? An nō flendum est, non gemendum, cum me rursus serpens inuitat ad illicitos cibos? Cum de paradiso virginittatis eiectū tunicis vult vestire pelliceis, quas Helias, ad paradīsum rediens, proiecit in terrā? Quid mihi, & voluptati, quæ breui perit? Quid cum hoc dulci, & mortifero carmine Sirenarum? Nolo te illi subiacere sententiæ, qua in hominem est illara damnatio: In doloribus, & in anxietatibus paries. Mulieris lex ista est, non mea. Et ad virum conuersio tua. Sit conuersio illius ad maritum, quæ virum non habet Christum: Et ad extremum, Morte morieris. Finis iste coniugij, meum propositum sine sexu est. Habeant nuptiæ suum tempus, & titulum. Mihi virginittas in Maria dedicatur & Christo.

Dicat aliquis: Et audes nuptijs detrahere, quæ à Deo benedictæ sunt? Non est detrahere nuptijs, cum illis virginittas antefertur. Nemo malum bono comparat. Glorietur & nuptiæ, cum à virginibus sint secundæ: Crescite, ait, & multiplicamini, & replete terram. Crescat, & multiplicetur ille, qui impleturus est terram. Tuum agmen in cælis est. Crescite, & multiplicamini, hoc expletur edictū post paradīsum, & nuditatem, & ficus folia, auspicantia pruriginem nuptiarum, Nubat, & nubatur ille, qui in sudore faciei comedit panem suū, cui terra tribulos & spinas generat, & cuius herba sentibus suffocatur. Meum semen, centenaria fruge secundum est. Non omnes capiunt verbum Dei, sed ij, quibus datum est, alium eunuchum necessitas faciat, me voluntas. Tempus amplexandi, & tempus abstinendi à complexibus: tempus mittendi lapides, & tempus colligendi. Postquam de duritia nationum generati sunt filij Abrahamæ, cœperunt sancti lapides volui super terram. Pertransēunt quippe mundi istius turbines, & in curru Dei rotarum celeritate voluuntur. Consuant tunicas, qui inconsutam desursum tunicam perdidērunt, quos vagitus delectat infantium, in ipso lucis exordio fletu lugentium quod nati sunt. Eua in paradiso virgo fuit, post pelliceas tunicas inicitū sumpsit nuptiarum. Tua regio paradīsus est. Serua quod nata es, & dic: Reuertere anima mea in requiem tuam. Et vt scias virginittate esse naturæ, nuptias post delictū: virgo nascitur caro de nuptijs, in fructu reddens, quod in radice perdidērat. Exierit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Virga mater est Domini simplex, pura, sincera, nullo extrinsecus germine cohærente, & ad similitudinem Dei vnioe secunda. Virgæ flos Christus est, dicens: Ego flos campi, & lilium cōuallium. Qui & in alio loco, lapis prædicatur abscissus de monte sine manibus, significante propheta, virginem nasciturū esse de virgine. Manus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum, vt ibi: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In huius sensus congruit voluntatem

etiam illud, quod animalia, quæ in arcam Noë bina inducuntur, immūda sunt. Impar enim numerus est mundus: Et Moyses & Iesus Naue nudis in sanctam terram pedibus iubentur incedere: & discipuli sine calciamentorum onere, & vinculis pellium ad prædicationem noui euangelij destinantur: & milites, vestimentis Iesu sorte diuisis, caligas non habuere quas tollerent, nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat seruis. Laudo nuptias, laudo cōiugium: sed quia mihi virgines generat, lego de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritum. Nunquid, qui arat, tota die arabit? nōne & laboris sui fruge lærabitur? Plus honorantur nuptiæ, quādo, quod de illis nascitur, plus amatur. Quid inuides mater filiæ? Tuo lacte nutrita est, tuis educata visceribus, in tuo adoleuit sinu, tu illam virginem sedula pietate seruasti. Indignaris, quod noluit militis esse vxor, sed regis? Grande tibi beneficiū præstitit. Socrus Dei esse cœpisti. De virginibus, inquit, apostolus, præceptū Domini non habeo, cur? quia, & ipse vt esset virgo, non fuit imperij, sed propriæ voluntatis. Neque enim audiendi sunt, qui eum vxorem habuisse confingunt, cum de continentia differens, & suadens perpetuam castitatem, intulerit: Volo autē omnes esse sicut me ipsum. Et infra: Dico autem inuuptis, & viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Et in alio loco: Numquid non habemus potestatem circumducendi mulieres, sicut & cæteri apostoli? Quare ergo non habet Domini de virginittate præceptum? Quia maioris est mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia, si fuisset virginittas imperata, nuptiæ videbantur ablatæ: & durissimum erat contra naturam cogere, angelorumque vitam ab hominibus extorquere, & id quodam modo damnare, quod conditum est.

Alia fuit in veteri lege felicitas, ibi dicitur beatus, qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem. Et: Maledicta sterilis, quæ non pariebat. Et: Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circumitu mensæ tuæ. Et: Repromissio diuitiarum. Et: Non erit infirmus in tribubus tuis. Nunc eunuchus dicitur: Ne te lignum arbitreris aridum. Habes locū pro filijs & filiabus, in cælestibus sempiternum. Nunc benedicuntur pauperes, & Lazarus diuiti præfertur in purpura. Nunc, qui infirmus est, fortior est. Vacuus erat orbis: & vt de typicis taceam, sola erat benedictio liberorū Propterea & Abraham iam fenex Cethuræ copulatur: & Iacob mādragoris redimitur: & cōclusam vuluam in Ecclesiæ figurā Rachel cōqueritur. Paulatim verō increfcēte segete, messor immixtus est. Virgo Helias, Heliseus virgo, virgines multi filij prophetarū. Hieremias dicitur: Et tu ne accipias vxorē. Sanctificatus in vtero, captiuitate propinqua, vxorem prohibetur accipere. Alijs verbis id ipsum apostolus loquitur: Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Quæ est ista necessitas, quæ aufert gaudia nuptiarum? Tempus breuiatum est: Reliquum est, vt & qui habent vxores, sic sint quasi non habeant. In proximo est Nabuchodonosor. Promouit se leo de cubili suo. Quo mihi superbissimo regi seruitura cōiugia: Quo paruulos, quos propheta complorat, dicens: Adhæsit lingua lætentis ad faucem ipsius in siti. Paruuli postulauerunt panem, & qui frangeret eis, non erat. Inueniebatur ergo, vt diximus, in viris tantum hoc continentia bonum, & in doloribus iugiter Eua porturiebat. Postquam verō virgo concepit in vtero, & peperit nobis puerum, cuius principatus in humeros eius, Deum, fortem, patrem futuri sæculi;

Gen. 6.
Exo. 3.
Ioc. 4.
Luc. 10.

Mat. 13.

1. Cor. 7.

1. Cor. 9.

CAP. 9.

Esa. 31.
Psal. 127.
Deut. 15.Esa. 58.
Matth. 5.
Luc. 16.
2. Cor. 12.Gen. 25.
30.

Hier. 16.

1. Cor. 7a.

Thren. 4.

Esa. 9.

culi, soluta maledictio est. Mors per Euam, vita per Mariam. Ideoque & ditius virginitatis donum fluxit in feminas, quia cepit à femina. Statim ut filius Dei ingressus est super terram, nouam sibi familiam instituit, ut qui ab angelis adorabatur in cælo, haberet angelos & in terris. Tunc Holofernis caput Iudith continens amputauit. Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, suo combustus est igni. Tunc Iacobus, & Ioannes, relicto patre, rete, nauicula, seculi, & curam domus pariter relinquentes. Tunc primum auditum est: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Nemo enim miles cum vxore pergit ad prælium. Discipulo, ad sepulturam patris ire cupienti, nõ permittitur. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, vbi requiescant: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Ne forsitan contristeris, si angustè manseris. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quo modo placeat Domino. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori. Diuisa est mulier, & virgo. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore, & spiritu, nam, quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro. Quantas molestias habeat nuptiæ, & quot sollicitudinibus vinciat, in eo libro, quem aduersus Heluidium de beata Mariæ perpetua virginitate edidimus, puto breuiter expressum, nunc eadem replicare perlongum est: & si cui placet, de illo potest haurire fonticulo.

Verum ne penitus videar omisisse; nunc dicam, quod cum Apostolus sine intermissione orare nos iubet, & qui in coniugio debitum soluit, orare non possit, aut oramus semper, & virgines sumus, aut orare definimus, ut coniugio seruiamus. Et si nupsit, inquit, virgo, non peccat: tribulationem tamè carnis habebunt huiusmodi. Et in principio libelli præfatus sum, me de angustijs nuptiarum aut nihil omnino, aut pauca dicturum: & nunc eadem admoneo, ut si tibi placet scire, quot molestijs virgo libera, quot vxor adstricta sit, legas Tertullianum ad amicū philosophum scribentem, & de virginitate alios libellos, & beati Cypriani volumen egregium, & Papæ Damasi super hac re versu, profaq; composita, & Ambrosij nostri, quæ, nuper scripsit ad sororem, opuscula: in quibus tanto se effudit eloquio, ut quidquid ad laudes virginum pertinet, exquisierit, expresserit, ordinarit, nobis diuerso tramite incedendum, virginitatem non tantum efferimus, sed seruiamus: nec sufficit scire, quod bonum est; nisi custodiatur attentius, quod electum est: quia illud iudicij est, hoc laboris; & illud comune cum pluribus, hoc cum paucis. Qui perseuerauerit, inquit, vsque in finem, hic saluus erit. Et multi vocati, pauci autem electi. Itaq; obtestor te coram Deo, & Christo Iesu, & electis angelis eius, ne vasa templi Domini, quæ solis sacerdotibus videre cõcessum est, facile in publicum proferas; ne sacrarium Dei quisquam profanus aspiciat. Oza arcam, quam non licebat tangere, attingens, subita morte prostratus est, neque enim vas aureum, & argenteum tam carum Deo fuit, quam templi corporis virginalis. Præcessit vmbra, nunc veritas est. Tu quidè simpliciter loqueris, & ignotos quosque blanda non despicias: sed aliter vident impudici oculi, non norunt animæ pulchritudinem considerare, sed corporum. Ezechias thesaurum Dei monstrat Assyrijs: sed Assyrij non debuerunt videre, quod cuperent. Denique, frequentibus bellis Iudæa conuulsa, vasa primum Domini capta atque translata sunt; & inter epulas & concubinarum gre-

ges, quia palma vitiorum est, honesta polluere, Balthasar potat in phialis. Ne declines aurem tuam in verba malitiæ. Sæpe enim indecens aliquid loquentes, tentant mentis arbitrium: si libenter audias virgo, quod dicitur; si ad ridicula quæque soluaris, quidquid dixeris, laudant; quidquid negaueris, negant, facetam vocant, & sanctam, & in qua nullus sit dolus; Ecce vere ancilla Christi, dicentes; Ecce tota simplicitas; non ut illa horrida, turpis, rusticana, terribilis, & quæ ideo forsitan maritum non habuit, quia inuenire non potuit. Naturali ducimur malo, adulatoribus nostris libenter fauimus: & quamquam nos respõdeamus indignos, & calidus rubor ora perfundat; attamen ad laudem suam intrinsecus animatur. Sponsa Christi arca est testamenti, intrinsecus & extrinsecus deaurata, custos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, nisi tabulæ testamenti: ita & in te nullus sit extrinsecus cogitatus. Super hoc propitiatorium, quasi super cherubim, sedere vult Dominus. Mittit discipulos suos, ut in te, sicut in pullo asinæ, sedeat. Curis te sæcularibus soluat, ut ut paleas & lateres Ægypti derelinquens, Moysen sequaris in eremo, & terra repromissionis introeas. Nemo sit, qui prohibeat, nõ mater, nõ soror, nõ cognata, non germanus: Dominus te necessariam habet. Quod voluerint impedire, timeant flagella Pharaonis, qui populum Dei ad colendum eum nolens dimittere, passus est ea, quæ scripta sunt. Iesus ingressus in templum, ea quæ templi non erant: proiecit. Deus enim zelotes est, & non vult patris domum fieri spelicam latronum. Alioquin, vbi æra numeratur, vbi sunt caueæ columbarum; simplicitas enecatur: vbi in pectore virginali sæcularium negotiorum cura æstuat; statim velum templi scinditur; sponsus confurgit iratus, & dicit: Relinquetur vobis domus vestra deserta. Lege euangelium, & vide quo modo Maria ad pedes Domini sedes Marthæ studio præferatur. Et certe Martha, sedulo hospitalitatis officio, Domino atque discipulis eius conuiuium præparabat. Martha, inquit, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: pauca autem necessaria sunt, aut vnum: Maria bonam partem eligit, quæ non auferetur ab ea. Esto & tu Maria, tibi præfero doctrinam. Sorores tuæ cursitent, & quarant quo modo Christum hospitem suscipiant. Tu semel sæculi onere proiecto, sede ad pedes Domini, & dic: Inueni eum, quem quærebat anima mea: tenebo eum, & non dimittam: & ille respondeat: Vna est colūba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ, cælesti videlicet Hierusalem.

Semper te cubiculi tui secreta custodiant: Semper tecum sponsus ludat intrinsecus. Oras, loqueris ad sponsum: legis, ille tibi loquitur: & cum te somnus oppræsserit, veniet post parietem, & mittet manum suam per foramen, & tanget ventrem tuum: Et expergefacta confurges, & dices: Vulnerata caritate ego sum. Et rursus ab eo audies: Hortus conclusus, soror mea sponsa: hortus conclusus, fons signatus. Caue, ne domum exeat, & velis videre filias regionis alienæ, quamuis fratres habeas patriarchas, & Israel pariete lateris. Dina egressa corrumpitur. Nolo te sponsum quærere per plateas: nolo te circumire angulos ciuitatis, dicas licet: Surgam, & circumibo ciuitatem, & in foro, & in plateis quæram, quæ dilexit anima mea: & interroges: Num, quem dilexit anima mea, vidistis? nemo tibi respondere dignabitur. Sponsus in plateis non potest inueniri. Arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam. Denique sequitur: Quæsiui eum, & non inueni: vocaui eum, & non respondit mihi. Atque vtinam non inuenisse sufficiat, vulneraberis, nuda-

Dan. 1
Psalm. 148

Iudith. 13.

Ecc. 7.

Math. 4.

Luc. 9.

Math. 8.

1. Cor. 7.

CAP. 10.

1. Thess. 5.

1. Cor. 7.

Mat. 10. 20

1. Reg. 6.

4. Reg. 10.

Hebr. 9.

Math. 11.

Exo. 5.

Marc. 11.

Exo. 34.

Math. 19.

Luc. 10.

Cant. 3.

Cant. 6.

CAP. 18.

Cant. 4.

Gen. 34.

Cant. 3.

Math. 7.

Cant. 5.

nubaberis, & gemebunda narrabis. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt theristrum meum mihi. Si autem hoc exiens paritur illa, quæ dixerat: Ego dormio, & cor meum uigilat: & fasciculus stacles fratruelis meus mihi, in medio uerbum meorum commorabitur: quid de nobis fiet, quæ adhuc adolescentulæ sumus? quæ sponsa intrante cum sponso, remanemus extrinsecus? Zelotypus est Iesus, non uult ab alijs uideri faciem tuam. Excuses licet, atque causeris, obducto uelamine ora contexi, & quasiui te ibi, & dixi: Annuncia mihi, quem dilexit anima mea: ubi pascis, ubi cubas in meridie, ne quando efficiar sicut aperta super greges sodalium tuorum: indignabitur, tumebit, & dicit: Si non cognoueris te ipsam o pulchra inter mulieres; egredere in uestigijs gregum, & pascere hædos tuos in tabernaculis pastorum. Sis licet pulchra, & inter omnes mulieres species tua diligatur à sponso: nisi te cognoueris, & omni custodia seruaueris cor tuum; nisi oculos iuuenù suggeris, egredieris de thalamo meo, & pascere hædos, qui litaturi sunt à sinistris. Itaq; mi Eustochiù filia, domina, cõserua, germana, (aliud enim ætatis, aliud meriti, aliud religionis, hoc caritatis est nomẽ) audi Esaiã loquentem: Populus meus intra cubiculum tuum. Claude ostium tuum, abscondere pusillum aliquantum, donec transeat ira Domini. Foris uagentur uirgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso: quia si ostium claueris, & secundũ euangelij præceptum in occulto oraueris patrem tuum, ueniet, pulsabit, & dicit: Ecce ego sto ante ianuam, & pulso. Si quis mihi aperuerit, introibo, & cenabo cum eo, & ipse mecum. Et tu statim sollicita respondebis: Vox fratruelis mei pulsantis, & dicentis, Aperi mihi soror mea, proxima mea, perfecta mea, columba mea: Necessè est ut dicas: Dispoliaui me tunica mea, quo modo induam illam? laui pedes meos, quo modo inquinabo eos? Illico confurge, & aperi; ne te morante pertranseat, & postea conqueraris, & dicas: Aperi ego fratruelis meo, fratruelis meus pertransiuit. Quid enim necesse est, ut cordis tui ostia clausa sint? Sponso aperiantur Christo, claudantur diabolo, secundum illud: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne dimiseris locum tuum. Daniel in sublimi cenaculo suo (neque enim manere poterat in humili) fenestras apertas ad Hierusalem habuit, & tu habeto apertas fenestras, sed unde lumen introeat, unde videas ciuitatem Domini, ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur, Intrauit mors per fenestras nostras.

Illud quoque tibi uitandum est cautius, ne inanis gloriæ ardore capiaris. Quo modo, inquit Iesus, potestis credere, gloriã ab hominibus accipientes? Vide quale malum sit, quod qui habuerit, non potest credere. Nos uerò dicamus: Quoniam gloriatio mea tu es. Et: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et illud: In te laudabimur tota die: In Domino laudabitur anima mea. Cum facis eleemosynam, Deus solum uideat. Cum ieiunas, læta sit facies tua. Vestis nec satis munda, nec fordidã, & nulla diuersitate notabilis; ne ad te obuiã prætereunantium turba consistat, & digito monstreris. Frater est mortuus, sororis est corpusculũ dedacendum: caue, ne dum hæc sapius facis, ipsa moriaris. Nec satis religiosa uelis uideri, nec plus humilis, quam necesse est, ne gloriam fugiendo quæras, plures enim,

paupertatis, misericordiæ, atque ieiunij arbitros declinantes, hoc ipso cupiunt placere, quod placere contemnunt, & mirum in modum laus, dum uisitur, appetitur. Cæteris perturbationibus, quibus hominis mens gaudet, agrefcit, sperat, & metuit, plures inuenio extraneos, hoc uitio, pauci admodum sunt, qui caruerint: & ille optimus, qui, quasi in pulchro corpore, rara nauorum sorde respersit. Neque uero moneo, ne de diuitijs gloriens; ne de generis nobilitate te iactes; ne te cæteris præferas, scio humilitatem tuam, scio te ex affectu dicere: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, noui, & apud te, & apud matrem tuam superbiã, per quam diabolus cecidit, penitus locum non habere, unde ad te super ea scribere superfluum sit, stultissimum quippe est docere, quod nouerit ille, quæ doceas. Sed ne hoc ipsum tibi iactantiam generet, quod sæculi iactantiam contempsisti: ne cogitatio tacita subrepat, ut quia in auratis uestibus placere desisti, placere coneris in fordids: & si quando in conuentum fratrum ueneris, uel sororum, humilis sed eas, scabellum te causeris indignam: uocem ex industria, quasi confectam ieiunij, non tenues: & deficientis imitatio gressum, humeris ne innitatis alterius. Sunt quippe nonnullæ exterminantes facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes: quæ statim ut aliquem uiderint, ingemiscunt, demittunt supercilium, & operta facie, uix unum oculum liberant ad uidentum, uestis pulla, cingulum sacceum, & fordids manibus pedibusq; uenter solus, quia uideri non potest, æstuat cibo, his quotidie psalmus ille canitur: Dominus dissipabit ossa hominum sibi placentium. Aliq; uirili habitus, ueste murata, erubescunt esse quod natæ sunt, crinem amputant, & impudenter erigunt facies eunuchinas. Sunt quæ cilicij uestiuntur, & cucullis fabricatis, ut ad infantiam redeant, imitatur noctuas & bubones. Sed ne tantum uideat disputare de feminis, uiros quoque fuge, quos uideris catenatos: quibus femine contra Apostolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi in patientia frigoris pedes. Hæc omnia argumenta sunt diaboli, talem olim Antymum, talem nuper Sophronium Roma conge-muit: qui postquam nobilium introierunt domos, & deceperunt mulierculas oneratas peccatis, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes, tristitiam simulant, & quasi longa ieiunia, furtiuus nocturnum cibis protrahunt, pudet dicere reliqua, ne uideat porius inuehi, quam monere. Sunt alij, (de mei ordinis hominibus loquor) qui ideo presbyterium, & diaconatũ ambiunt, ut mulieres licentius uideant. Omnis his cura de uestibus, si bene oleant, si pes, laxa pelle, non folleat, crines calamistri uestigio rotantur: digiti de anulis radiant, & ne platas humidior uia spargat, uix imprimunt summa uestigia, tales cum uideris, sponso magis existimato, quam clericos. Quidam in hoc omne studium, uitamq; posuerunt, ut matronarum nomina, domos, moresq; cognoscant: ex quibus unum, quod huius artis est princeps, breuiter strictimq; describam; quo facilius, magistro cognito, discipulos recognoscas. Cum sole festinus exurgit: salutandi ei ordo disponitur, uiarum compendia requiruntur; & pene usque ad cubicula dormitiũ senex importunus ingreditur, si puluillũ uiderit, si mantile elegans, si aliquid domesticæ suppellectilis; laudat, miratur, attrahat, & se his indigere conquerens, nõ tam impetrat, quam extorquet: quia singulæ metuunt ueredariũ urbis offendere. Huic inimica castitas, inimica ieiunia; prandiũ nidoribus probat, & altili γέριον ὀσπρίων vulgo pipizo nominatur.

Os bar-

Cast. 5.1.

Can. 1.

Eccl. 16.

Math. 25.
Math. 6.
Apu. 3.

Can. 1.

Eccl. 10.
Dan. 6.

Hier. 9.

Cap. 1.2.

Ioan. 5.

Psal. 3.

1. Cor. 1.
Gal. 1.6.

Psal. 43. 3.

Psal. 130.

Marth. 6.

Psal. 52.

1. Cor. 11.

2. Tim. 3.

Os barbarum, & procax, & in cōiicia semper armatum. Quocumque te verteris, primus in facie est. Quidquid nouum insonuerit, aut auctor, aut exaggerator est famæ. Equi per horarum momenta mutantur, tam nitidi, tamq; feroces, vt Thracij regis illum putes esse germanum. Varijs callidis hostis pugnat infidijs. Sapientior erat coluber omnibus bestijs, quas creauerat Dominus super terram. Vnde & Apostolus, Non, inquit, ignoramus eius astutias. Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano.

Gen. 3.
1. Cor. 1.

CAP. 13.

2. Cor. 11.

1. Cor. 7.

1. Cor. 15.

1. Tim. 5.

1. Cor. 6.
1. Cor. 8.
Tit. 1.

Si quid ignoras, si quid de scripturis dubitas, interroga eum, quem vita commendat, excusat ætas, fama nõ reprobatur, qui possit dicere: Desponsaui enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Aut si non est qui possit exponere, melius est aliquid nescire securè, quàm cum periculo discere. Memento, quia in medio laqueorũ ambulat: & multæ veteranæ virgines, castitatis indubitatæ, in ipso mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quæ ancillulæ sunt comites propositi tui, ne erigaris aduersus eas, ne inleris vt domina. Vanum sponsum habere cœpisti, simul pfallitis: Christi simul corpus accipitis: cur mensa diuersa sit: Prouocentur & aliæ. Honor virginum sit inuitatio cæterarum, quod si aliquam senseris infirmoierem in fide, suscipe, consolare, blandire, & pudicitiam illius fac lucrum tuum. Si qua simulat, fugiens seruitutem: huic apertè Apostolum lege: Melius est nubere, quàm vri. Eas autem virgines, & viduas, quæ otiosæ & curiosæ domos circumeunt matronarum, quæ rubore frontis abstrito, parasitos vincunt mimorum, quasi quasidã pestes abijce. Corrumpunt mores bonos cõfabulationes pestilentiæ. Nulla illis, nisi ventris, cura est, & quæ ventri sunt proxima. Istiusmodi hortari solent, & dicere: Mi catella, rebus tuis vttere, viue dum vitis: & numquid filijs tuis seruas? Vinosæ, atque lasciuæ quiduis mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias emolliunt. Et cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quod primam fidem iritam fecerunt. Nec tibi diserta irutum velis videri, aut lyrici festiua carminis metro ludere. Non delumbem matronarum saluam delicata secteris, quæ nunc strictis dentibus, nunc labijs dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata verba moderatur, rusticum putantes omne, quod nascitur, adeo illis adulterium etiam lingue placet. Quæ enim communicatio luci ad tenebras? qui consensus Christo cum Belial? quid facit cum psalterio Horatius? cum euangelij Maro? cum apostolis Cicero? Nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentem? Et licet omnia munda mundis, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: tamẽ simul bibere non debemus calicem Christi, & calicem demoniorum. Referam tibi meæ infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & quod his difficilior est, consuetudine lautioris cibi propter cælort me regna castrissem; & Hierosolymã militaturus pergerem; bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio ac labore confeceram, carere omnino non poteram; itaque miser ego, lecturus Tullium, ieiunabam; post noctium crebras vigilijs, post lacrymas, quas mihi præteritorum redordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus, si quando, in memet ipsum reuerfus, Prophetas legere cœpisssem; sermo horrebat incultus: & quia lumen cæcis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in

media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus inuasit exhaulitum, & sine vlla requie, quod dictu quoq; incredibile sit, sic infelicia membra depasta est, vt ossibus vix hærerem, interim parantur exequiæ; & vitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpabat: cum subito raptus in spiritu, ad tribunal iudicis pertrahor: vbi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram, sursum aspiciere non auderem, Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi. Et ille, qui præsidebat, Mentiris, ait; Ciceronianus es, non Christianus, Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Illico obmutui, & inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientia magis igne torquebar, illum mecum pectusculo reputans: In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare autem cæpi, & eiulans dicere: Miserere mei Domine, miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsentis genia prouolui qui adstant, præcabantur vt veniam tribueret adolescentia, & errori locum pœnitentiæ commodaret; exacturus deinde cruciatum, si gentilium litterarum libros aliquando legissem. Ego, qui in tanto restrictus articulo, vellem etiam maiora promittere, deicere cœpi, & nomen eius obtestans dicere: Domine, si vnquam habuero codices sæculares, si legero, te negaui. In hæc sacramenti verba dimissus, reuertor ad superiores, & mirantibus cunctis, oculos aperio, tanto lacrymarum imbri perfusus, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec verò sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur, testis est tribunal illud, ante quod iacui: testis iudicium triste, quod timui, ita mihi nunquam cõtingat in talem incidere quaestionem, liuentes fateor habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnum, & tanto dehinc studio diuina legisse, quanto non ante mortalia legeram.

Auaritiæ tibi quoq; vitandum est malum, non vt aliena non appetas, (hoc enim & publicæ leges puniunt) sed quo tua, quæ tibi sunt aliena, non serues. Si in alieno, inquit, fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Aliena nobis auri argenti que sunt pondera; nostra possessio spiritalis est; de qua alibi dicitur: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Nemo enim potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum amabit; aut vnum patrietur, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ, id est, diuitijs. Nam gentili Syrorum lingua, mammona diuitiæ nuncupantur. Cogitatio victus, spinæ sunt fidei. Radix auaritiæ, cura gentilium. At dicis: Puella sum delicata, & quæ manibus meis laborare non possum, si ad senectam venero, si ægotare cœpero, quis mei miserebitur? Audi apostolis loquentem Iesum: Ne cogitetis in corde vestro, quid manducetis; neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est, quàm esca, & corpus plus, quàm vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Si vestis defuerit, lilia proponantur. Si esurieris, audias, Beatos pauperes & esurientes. Si aliquis te afflixerit dolor, legiro: Propter hoc complaceo mihi in infirmitatibus meis, & datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet, ne extollar. Lætare in omnibus iudicijs Dei. Exultauerunt enim filia Iudæ in omnibus iudicijs tuis Domine. Illa tibi semper in ore vox resonet: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus reuertar. Et: Nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre quid possumus. At

Math. 6.

Psal. 6.

CAP. 14.

Luc. 16.

Prou. 15.

Luc. 16.

Math. 6.

Math. 6.

1. Cor. 13.

Psal. 47.

Job. 1.

1. Tim. 6.

nunc

nunc plerumque videas armaria stipare vestibus, tunicas mutare quotidie, & tamē tunicas non posse superare. Quæ religiosior fuerit, vni exterit vestimentum, & plenius arcis pannos trahit. Inficiuntur membranę colore purpureo. Aurum liquefcit in literas, gemmis codices vestiuntur, & nudus ante fores earum Christus emoritur: & cum manum egēti porrexerit buccinant. cum ad agapen vocauerint, præco cōducitur. Vidi nuper (nomen taceo, ne satyrā putes) nobilissimā Romanorum mulierem in basilica beati Petri, sēmi viris antecedentibus, propria manu quo religiosior putaretur, singulos nummos dispertire pauperibus, interea, vt vsu nosse perfacile est, anus quædam, annis pannisque obsita, præcurrit, vt alterum nummū acciperet: ad quam cum ordine peruenisset, pugnis porrigitur pro denario, & tanti criminis reus sanguis effuditur. Radix omnium malorum est auaritia: deoq; ab Apostolo idolorum seruitus appellatur. Quare primum regnum Dei & hæc omnia apponēt tibi. Non occidet fame animam iustam Dominus. Iunior fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, neque sēmen eius quarens panem. Helias cornu ministrantibus pascitur. Vidua Sareptana, ipsa cū filijs nocte moritura, prophetam pascit esuriens: & mirum in modum: capite completo, qui alēdus venerat, alit. Petrus apostolus, inquit: Argentum, & aurum non habeo: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Domini Iesu surge, & ambula. At nūc multi, licet sermone taceant, opere loquuntur: Fidem, & misericordiam non habeo: quod autem habeo, argentum, & aurum, hoc tibi non do. Habentes autem victum, & vestitum, his contenti sumus. Audi, Iacob quid sua oratione postulet: Si fuerit Deus tecum, & seruauerit me in via hac, per quam ego iter facio, & dederit mihi panem ad manducandum, & vestitum ad vestiendum. Tantum necessaria deprecatus est: & post annos viginti diues dominus, & ditior pater, ad terram reuertitur Chanaan. Infinita de scripturis exempla suppetunt, quæ auaritiam doceant esse fugiendam: verum, quia nunc ex parte de ea dicitur, & suo, si Christus annuerit, volumini referuatur; quid ante non plures annos Nitriæ gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus parior magis quam auarior, & nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lina texendo acquisierat, moriens dereliquit, ininitum est inter monachos consilium, (nam in eodē loco circiter quinque milia diuisis cellulis habitabant) quid factū opus esset, alij pauperibus distribuendos esse dicebant, alij dandos ecclesiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius verò, & Pambo, & Isidorus, & cæteri quos patres vocant, sancto in eis loquente spiritu, decreuerunt infodiendos esse cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet factum: tantus cunctos per totam Ægyptum terror inuasit, vt vnum solidum dimississe, sit criminis. Et quoniam monachorum fecimus mentionem, & te scio libenter audire, quæ sancta sunt, aurem paulisper accomoda.

CAP. 15. Tria sunt in Ægypto genera monachorū. Primum Cænobitæ, quod illi Sausēs gentili lingua vocant, nos, In communi viuentes, possumus appellare. Secundum Anachoritæ, qui soli habitant per deserta, & ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur. Tertium genus est, quod Remoboth dicunt, deterrimum, atq; neglectum, & quod in nostra provincia aut solum, aut primum est. Hi bini vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viuantes; & de eo, quod laborauerint, in me-

dium partes conferunt, vt habeant alimenta communia. Habitant autem quamplurimum in vrbibus, & castellis: & quasi ars sit sancta, non vita, quidquid vendiderint, maioris est pretij, inter hos sæpe sunt iurgia: quia, suo viuentes cibo, non patiuntur se alicui esse subiectos, re vera solent certare ieiunijs, & rem secreti victoriæ faciunt. Apud hos affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ sollicitantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum: & si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum. His igitur, quasi quibusdam pestibus, exterminatis, veniamus ad eos, qui plures sunt, & in commune habitant, id est, quos vocari Cænobitas diximus. Prima apud eos cōcederatio est, obedire maioribus, & quidquid iusserint, facere, diuisi sunt per decurias, atque centurias, ita vt nouem hominibus decimus præsit; & rursus decem præpositus sub se ceteris habeat, manent separati, sed iunctis cellulis, vsq; ad horam nonam, vt institutum est, nemo pergat ad alium, exceptis his decanis, quos diximus; vt si cogitationibus fortē quis fluctuat, illius consoletur alloquijs, post horam nonam in commune concurritur: psalmi resonāt, scripturæ recitatur ex more, & completis orationibus, cunctisque residentibus, medius, quem patrem vocant, incipit disputare: quo loquente tantum silentium fit, vt nemo alium respicere, nemo audeat excreare, dicētis laus in fletu est audientium. tacitæ voluntur per ora lacrymæ, & ne in singultus quidē erumpit dolor. Cum verò de regno Christi, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare ventura, videas cunctos, moderato suspirio, & oculis ad cælum leuatis, intra se dicere: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam.* Post hæc concilium soluitur, & vnaquæq; decuria cum suo parente pergat ad mensam, quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrat. Nullus in cibo strepitus est: nemo comedens loquitur, viuunt pane, leguminibus, & holeribus, quæ sale solo cōdiuntur: vinū tantum senes accipiunt, quibus & paruulis sæpe fit prandium; vt aliorum fessa sustentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens. Dehinc consurgunt pariter, & hymno dicto, ad præsepia redeunt: ibi vsque ad vesperam cum suis vnusquisq; loquitur, & dicit: *Vidistis illum, & illum? quanta in ipso sit gratia? quātum silentium? quām moderatus incensus? Si infirmum viderint, consolantur; si in Dei amore feruentem, cohortantur ad studium.* Et quia nocte extra orationes publicas in suo cubili vnusquisque vigilat, circumeunt cellulas singulorū, & aure apposita, quid faciant, diligenter explorant, quem tardiorē deprehenderit, non increpant; sed dissimulato quod norunt, eum sæpius visitant, & prius incipientes, prouocant magis orare, quam cogunt. Opus diei statū est: quod decano redditum, fertur ad œconomum: qui & ipse per singulos menses patri omnium cum magno tremore reddit rationem: à quo etiam cibi, cum facti fuerint, præstantur: & quia non licet dicere cuiquam: *Tunica, & sagum, texta; iuncis strata non habeo: ille ita vniuersa moderatur, vt nemo quid posulet, nemo non habeat.* Si quis verò cœperit agrotare, transfertur ad exedram latiore; & tato senum ministerio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quærat affectum. Dominicis diebus orationi tantum & lectiōibus vacant: quod quidem & omni tempore, completis opusculis, faciunt. Quotidie aliquid de scripturis discitur. Ieiunium totius anni æquale est, excepta quadragesima, in qua sola conceditur districtius viuere, à pascha ad pentecostē canæ murantur in prandia, quo & traditioni ecclesiasticæ satisfiat,

satisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato. Tales Philo, Platonici sermonis imitator, tales Iosephus, Græcus Liuius, in secunda Iudaicæ captiuitatis historia Esenos refert.

Cap. 16. Verum quia nunc, de virginibus scribens, pene superfluum de monachis disputaui, ad tertium genus veniam, quos anachoritas vocant: qui & de cœnobijis exeuntes, excepto pane, & sale, ad deserta nihil perferunt amplius. huius vitæ auctor Paulus, illustrator Antonius, & vt ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista fuit. Talem verò virum Hieremias quoque propheta describit, dicens: Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit, quoniam sustulit super se iugum, & dabit percutienti se maxillam; saturabitur opprobrijs, quia non in sempiternum abijciet Dominus. Horum laborem, & conuersationem in carne non carnis, alio tempore, si volueris, explicabo. Nunc ad propositum redeam; quia de auaritia differens ad monachos veneram. Quorum tibi exemplum proponens, non dico aurum, atque argentum, & ceteras opes, sed ipsam terram, & cælum despiciens, & Christo copulata cantabis: Pars mea Dominus. Post hæc quamquam Apostolus orare nos semper iubeat; & sanctis etiam ipse sit somnus oratio: tamen diuisas orandi horas debemus habere; vt si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoveat. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque, & vesperam, nemo est qui nesciat. Nec cibi sumantur, nisi oratione præmissa: nec recedatur à mensa, nisi referatur creatori gratia. Noctibus bis terque surgendum, reuoluenda, quæ de scripturis memoriter retinemus. Egredientes de hospitio, armet oratio: regredientibus de platea, oratio occurrat ante quam sessio: nec prius corpusculum requiescat, quam anima pascatur. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat crucem. Nulli detrahas, nec aduersus filium matris tuæ ponas scandalum. Tu quæ es, vt alienum seruum iudices? Suo Domino stat, aut cadit. Stabit autem: Potens est enim Deus statuere illum. Nec, si biduo ieiunaueris, putes te non ieiunantibus esse meliorem. Tu ieiunas, & irasceris; ille comedit, & fronte blanditur. Tu vexationem mentis, & ventris esuriam rixando digeris; ille moderatius alitur, & Deo gratias agit, vnde quotidie clamat Elias: Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus. Et iterum: In diebus ieiuniorum vestrorum inueniuntur volutates vestrae, & omnes, qui sub vestra potestate sunt, stimulis. In iudicijs, & litibus ieiunatis, & percutitis pugnis humilem. Vt quid mihi ieiunatis? Quale illud potest esse ieiunium, cuius ira non dicam nox occupat, sed luna integrâ derelinquit? Te ipsam considerans, noli in alterius ruina, sed in tuo opere gloriari. Nec illarum tibi exempla proponas, quæ carnis curam facientes, possessionum reditus, & quotidianas domus impensas supputant. Neque enim vnde dicit apostoli Iudæ prodicione sunt fracti: nec, Philero & Alexandro facientibus naufragium, ceteri à cursu fidei subfiterentur. Nec dicas, illa & illa suis rebus fruuntur: honoratur ab hominibus: fratres ad eam conueniunt, & sorores. Numquid ideo virgo esse desijt? Primum dubium est, an virgo sit talis. Non enim quo modo videt homo videt Deus. Homo videt in facie, Deus autem videt in corde. Dehinc, etiâ si corpore virgo est, an spiritu virgo sit, nescio. Apostolus autem ita virginem definiuit. Vt sit sancta corpore, & spiritu. Ad extremum habeat sibi gloriam suam. Vincat Pauli sententiam; delicijs fruatur, & viuat. Nos meliorum exempla sectemur. Propone tibi beatam Mariam:

quæ tantæ exitit puritatis, vt mater Domini esse mereretur. Ad quam cum angelus Gabriel in viri specie descendisset, dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum: consternata & perterrita, respondere non potuit, nunquam enim à viro fuerat salutata. Denique nuncium discit, & loquitur, & quæ hominem formidabat, cum angelo fabulatur intrepida. Potes & tu esse mater Domini. Accipe tibi tomum magnum, nouum, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe: & postquam accesseris ad prophetissam, & conceperis in vtero, & pepereris filium, dic: A timore tuo Domine concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum saluationis tuæ, quem fecimus super terram. Tunc & filius tuus tibi respondebit, & dicet: Ecce mater mea, & fratres mei. Et mirum in modum ille, quem in latitudine pectoris tui paulo ante descriperas, quem in nouitate cordis stylo signaueras, postquam spolia ex hostibus receperit, postquam denudauerit principatus, & potestates, & affixerit eas cruci, conceptus adolescit, & maior effectus sponfam te incipit habere de matre.

Grandis labor, sed græde præmium, esse quod martyres, esse quod Apostoli, esse quod Christus est, quæ quidè vniuersa tunc profunt, cum in ecclesia fiunt, cum in vna domo pascha celebramus: si arcam ingredimur cum Noë: si pereunte Hiericho, Rahab meretrix iustificata nos continet, ceterum virgines, quales apud diuersas hæreses, & quales apud impurissimum Manichæum esse dicuntur, scorta sunt existimandæ, non virgines, si enim corporis earum auctor est diabolus, quo modo possunt honorare plasmationem hostis sui? sed quia sciunt virginale vocabulum gloriosum, sub ouium pellibus lupulos tegunt. Christum mentitur antichristus, & turpitudinem vitæ falso nominis honore cœuestiunt. Gaude soror, gaude filia, gaude mi virgo: quia, quod alia simulat, tu verè esse cœpisti. Hæc omnia, quæ digessimus, dura videbuntur ei, quæ non amat Christum. Qui autem omnem sæculi pompam pro purgamento habuerit, & vana duxerit vniuersa sub sole. vt Christum lucrificat, qui commortuus est Domino suo, & consurrexit, & crucifixit carnem cum vitijs & concupiscentijs, liberè proclamabit: Quis nos separabit à caritate Christi? an tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et iterum. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque futura, neque fortitudo, neque excelsum, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Dei filius pro nostra salute hominis factus est filius. Nouem mensibus in vtero, vt nascatur, expectat, fastidia sustinet, cruentus egreditur, pannis inuoluitur, blanditijs delinitur; & ille pugillo mundum includens, præsepis continetur angustijs. Taceo, quod, vsque ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate contentus est: verberatur, & tacet: crucifigitur, & pro crucifigentibus deprecatur. Quid igitur retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Hæc est sola digna retributio, cum sanguis sanguine compensatur, & redempti cruore Christi, pro redemptore libenter occumbimus. Quis sanctorum sine certamine coronatus est? Abel iustus occiditur: Abraham vxorem periclitatur amittere. Et ne in immensum volumen extendam, quare, & inuenies singulos aduersa perpeffos. Solus in delicijs Solomon fuit, & forsitan

CAP. 16.

Luc. 1.
Thren. 3.Psal. 17.
3. Theff. 5.Psal. 49.
Rom. 14.

Esa. 58.

2. Tim. 2.4

1. Reg. 16.

2. Cor. 7.

Luc. 1.

Esa. 8.

Esa. 26.
Mar. 3.

1. Cor. 11.

CAP. 17.

Gen. 7.
Ios. 6.

Math. 7.

Rom. 4.

Psal. 115.

Gen. 16.

PROV. 3. forsitan ideo corrui. Quem enim diligit Dominus, corripit: castigat autem omnem filium, quem recipit. Nonne melius est, breui tempore dimicare, ferre vallum, arma sumere, lassescere sub lorica, & postea gaudere victorem, quam impatientia vnius horæ seruire perpetuo.

CAP. 18. Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. Respice, quanta Iacob pro Rachel pacta vxore sustinuit: Et scriuitur, inquit scriptura, Iacob pro Rachel annis septem. Et erant in conspectu eius quasi dies pauci: quoniam amabat illam. Vnde & ipse postea memorat. In die vrbear ætu, & gelu nocte. Amemus & nos Christum, eiusque semper quæramus amplexus: & facile videbitur omne difficile: breuia putabimus vniuersa, quæ longa sunt: & iaculo illius vulnerati, per horarum momenta dicemus: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est. Nō sunt enim condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit. Quando tibi graue videbitur esse, quod sustines, Pauli secundam epistolam ad Corinthios lege: In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci: nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sæpius, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in laboribus, in miseris, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis plurimis, in frigore, & nuditate. Quis nostrum saltem minimam portionem de catalogo harum sibi potest vindicare virtutum? ob quæ ille postea confidenter aiebat: Cursum consummavi, fidem seruavi. Superest mihi corona iustitiæ, quæ retribuet mihi in illa die Dominus iustus iudex. Si tibi infulsior fuerit, contristamur: & putamus Deo nos aliquid præstare beneficii, cum aequatius vinum bibimus. Calix frangitur, mæsa subuertitur, verbera resonant, & aqua tepidior sanguine vindicatur. Regnum cælorum vim vitatur, & violenti rapiunt illud. Nisi vim feceris, cælorum regna non capies. Nisi pulsaueris importunè, panem non accipies sacramenti. An non tibi videtur violentia, cum caro cupit esse quod Deus est, & illuc, vnde Angeli corruerunt, Angelos iudicatura conscendit? Egredere, quæso, paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tuos tibi pingue mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit illa dies, cum tibi Maria, mater Domini, choris occurret comitata virginis? cū post rubrum mare, submerso cū suo exercitu Pharaone, tympanum tenens præcinct responsuris: Cætemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Tunc Thecla in tuos læta volabit amplexus. Tunc & ipse spiritus occurret, & dicet: Surge, veni proxima mea, speciosa mea columba mea: quia ecce hyems transiit, pluuia abiit sibi. Tunc angelum irabuntur, & dicent: Quæ est ista prospiciens quasi diluculum, speciosa vt luna, electa vt sol? Videbunt te filia, & laudabunt reginæ, & cōcubinæ prædicabunt. Hinc & alius castitatis chorus occurret: Sara cum nuptis veniet, filia Phanuelis Anna cū viduis. Erūt in diuersis gregibus, carnis & spiritus matres tuæ. Lætabitur illa, quod genuit, exultabit ista quod docuit. Tūc verè super animam Dominus ascendet, & cælestē ingredietur Hierusalē.

Tunc paruuli, de quibus in Esaia Saluator effatur: Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit deus, palmas victoriæ subleuant, consono ore cantabunt: Osanna in excelsis: Benedictus, qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis. Tunc centum quadraginta quattuor millia in conspectu throni & seniorum tenebunt citharas, & cantabunt canticum nouum. Et nemo poterit dicere canticum illud, nisi numerus definitus. Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquinauerunt: virgines enim permanerunt. Hi sunt, qui sequuntur agnum, quocumque vadit. Quotiescumque te vana sæculi delectauerit ambitio; quoties in mundo aliquid videris gloriosum; ad paradysum mente transgredere, esse incipe, quod futura es, & audies à sponso tuo: Pone me sicut vmbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo, & corpore pariter ac mente munita clamabis, & dices: Aquæ multæ non poterunt extinguere caritatem, & flumina non operient eam.

HIERONYMVS AD MARCELLAM, DE ÆGROTATIONE Blæsilæ.

EPISTOLA XXIII.

ARGVMENTVM.

Blæsilia, Paulæ filia, & Eustochij soror, amisso viro, & valida febre admonita, se totam ad Christum conuertens, monachæ vitam profiteri cœpit. D. Hieronymus nunc eius obrectatoribus respondet, & sanctam commendat vitam.



ABRAM tentatur in filio, & fidelior inuenitur. Ioseph in Ægyptū venditur, vt patrem pascat, & fratres: Ezechias vicina morte terretur; & fusus in lacrymas, & quindecim annorum spatio protelatur ad vitam. Petrus Apostolus Domini passione concutitur, & amariter flens, audit: Pisce oues meas. Paulus, lupus rapax, & Beniamin adolescentior in ecstasi cæcatur, vt videat; & repentino tenebrarū horrore circumdatus, Dominum vocat, quem dudum vt hominem persequebatur. Ita & nunc, mi Marcella, Blæsilam nostram vidimus ardore febriū per triginta ferme dies iugiter æstuisse; vt sciret reiciendas delicias corporis, quod paulo post vermibus exarandum sit. Venit & ad hanc Dominus Iesus, tetigitque manum eius, & ecce surgens ministrat ei. Redolebat aliquid negligentia; & diuitiarum fasciis colligata, in sæculi iacebat sepulchro. sed infremuit Iesus, & conturbatus in spiritu, clamauit dicens: Blæsilia, veni foras. Quæ vocata surrexit, & egressa cum Domino vescitur. Iudei minentur, & tumeant, quarant occidere suscitatum: soli Apostoli gloriantur. Scit se vitam suam ei debere, qui reddidit. scit se eius amplexari pedes, cuius paulo ante iudicium pertimescebat. Corpus penè iacebat exanime, & anhelos artus mors vicina quatuebat. vbi tunc erant auxilia propinquorum? vbi verba omni inaniora fumo? Nihil tibi debet, o ingrata cognatio, quæ mundo periit, & Christo reuixit. Qui Christianus est, gaudeat: qui irascitur, non se esse indicat Christianum. Vidua, quæ soluta est vinculo maritali, nihil necesse habet nisi perseuerare. At scandalizat quempiam vestis susciōr. Scandalizet Ioannes, quo inter natos mulierum maior nullus fuit, qui angelus dictus, ipsum quoque Dominum baptizauit; qui camelorum vestitus regmine, zona pellicea cingebatur. Cibi displicent viliores? nihil vilius est lo-

Es. 3.
Apo. 14.
Cant. 8.
CAP. I.
Gen. 22.
(17.45)
4. Reg. 10.
Matth. 26.
Ioan. 21.
Gen. 49.
Act. 9.
Luc. 4.
Ioan. 11.
Mat. 18.
Mar. 11.
est lo-

Psal. 119. 5.
Rom. 5. 5.

2. Cor. 11.

1. Tim. 4.

Matth. 21.
Luc. 11.

Es. 64.

Exo. 15.

Cant. 2.

Cant. 6.

Matth. 11.

est locustis. Illæ Christianos oculos scandalizent potius, quæ purpuris, & quibusdam fucis ora oculisque depingunt, quarum facies gypsea, & nimio candore deformes, idola mentiuntur. quibus si forte improvidis lacrymarum stilla erupent, sulco defluit: quas nec numerus annorum potest docere, quod vetulae sint, quæ capillis alienis verticem struunt, & præteritam iuuentutem in rugis anilibus poliunt; quæ denique ante nepotum gregem trementes virgunculae componuntur. Erubescat mulier Christiana, si natura cogit decorem, si carnis curam facit ad concupiscentiam, in qua qui sunt, secundum Apostolum, Deo placere non possunt. Vidua nostra ante morosius ornabatur, & die tota, quid sibi deesset, querebat ad speculum. nunc loquitur confidenter: Nos autem omnes reuelata facie, gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam quasi à Domini spiritu. Tunc crines ancillulae disponbant, & mitellis crispantibus vertex artabatur innoxius: nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod velatur. Illo tempore plumarum quoque dura mollietas videbatur, & in extructis thoris iacere vix poterat. nunc ad orandum festina confurgit, & rinnula voce cæteris alleluia præripiens, prior incipit laudare Dominum suum. Flectuntur genua supra nudam humum, & crebris lacrymis facies pfimmitio ante sordidatam purgatur. Post orationem psalmi cõcrepant, & laxa ceruix poplites vacillantes, in somnumque vergentes oculi, nimio mentis ardore vix impetrant vt quiescat. Pulla tunica, minus cum humi iacuerit, sordidatur. Soccus vilior, auratorum pretium calceorum egentibus largitur. Cingulum non auro, gemmisque distinctum est, sed laneum, & tota simplicitate purissimum, & quod possit magis altingere vestimenta, quam scindere. Si huic proposito inuidet scorpis, & sermone blado de vetita rursum arbore comedere persuadet; illidatur ei pro solea anathema, & in suo morienti puluere dicatur: Vade retro satana, quod interpretatur, aduersè. Aduersarius quippe Christi est, & antichristus, cui præcepta displicent Christi. Oro te, quid tale vnumquam, quale Apostoli, fecimus, vt merito scandalizentur? Patrem senem cum nauicula & reti dimittunt. Publicanus à telonio surgit, & sequitur Saluatorem: volens discipulus reuerti domum, & suis ante renuciare, magistri voce prohibetur. Sepultura non datur patri: & pietatis genus est, impium esse pro Domino. Nos, quia serica veste non vtitur, monachi iudicamur: quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentibus vocamur, & tristes. si tunica nõ canduerit, statim illud è triuio, impostor, & Græcus est. Cauillentur vastiora licet, & pingui aqualiculo fartos circumferant homines. Blæssilla nostra ridebit, nec dedignabitur loquacium ranarum audire conuicia, cum Dominus eius dictus sit beelzebub.

HIERONYMVS AD MARCELLAM, DE EXITV LEÆ.
EPISTOLA XXIII.

ARGVMENTVM.

LEÆ, religiosissima femina, & monasterij præfecta, mortem laudat, cum Consulis designati, infidelis hominis, qui per id tempus obierat, morte comparans; ostendens quantum discrimen sit inter sanctorum, & ethnicorum exitus.



VM hora ferme tertia hodiernæ diei septuagesimum secundum Psalmum, id est, tertij libri principium legere cepissimus; & docere cogemur, tituli ipsius partem ad finem secundi libri,

partem ad principium tertij libri pertinere, quod scilicet, Defecerunt hymni David, filij Iesse, finis esset prioris; psalmus verò Asaph, principium sequentis, & vsque ad eum locum peruenissemus, in quo iustus loquitur: Si dicebam, narrabo sic, ecce generatione filiorum tuorum præuaricatus sum: quod in Lacinis codicibus non ita habemus expressum: repente nobis nunciatum est, sanctissimam Leam exisse de corpore: ibique ita te palluisse conspexi, vt verè aut pauca, aut nulla sit anima, quæ, fracto vase testaceo, non tristis erumpat. & tu quidè, non quoddam futuri incerta esses, dolebas, sed quod triste funeri obsequium non dedisses. Denique in medijs fabulis, rursus didicimus, reliquias eius ià Ostiam fuisse delatas. Quæras, quo pertineat ista replicatio? Respondebo tibi verbis Apostoli, Multum per omnem modum. Primiti, quod vniuersorum gaudijs prosequenda sit, quæ calcato diabolo coronam iam securitatis accepit. Secundo, vt eius vita breuiter explicetur. Tertio, vt designatum consulem de suis saculis detrahentes, esse doceamus in tartaro. Et quidem conuersatione Leæ nostræ quis possit digno alleuare præconio? Ita eam totam ad Dominum fuisse conuersam, vt monasterij princeps, mater virginum fieret, post mollicium vestium sacco membra triuissè, in somnes orationibus duxissè noctes, & comites suas plus exemplo docuissè, quàm verbis. Humilitatis fuit tantæ, tamque subiectæ, vt quondam domina plurimorum, ancilla omnium putaretur, nisi quoddam eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculata vestis, vilis cibus, neglectum caput, ita tamen, vt cū omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in præsentis seculo mercedem suam. Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruatur, excipitur angelorum choris. Abrahæ sinibus cofouetur; & cum paupere quondam Lazaro, diuitem purpuratum, & non-palmatum consulem, sed atratum, stilla digiti minoris cernit inquirere. O quanta rerum mutatio, Ille, quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina præcedebant; qui, quasi de subiectis hostibus triumpharet, Capitolas ascendit arces, quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit, ad cuius interitum vrbs vniuersa commota est, nunc desolatus, & nudus, non in lacteo cæli palatio, vt vxor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur. Hæc verò, quam vnus cubiculi secreta vallabant, quæ pauper videbatur, & tenuis, cuius vita putabatur amentia, Christum sequitur, & dicit: Quæcumque audiimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri: & reliqua. Quapropter moneo, & flens gemensque contestor, vt, dum huius mundi viam currimus, nõ duabus tunicis, id est, duplici vestiamur fide: non calciamentorum pellibus, mortuis videlicet operibus prægrauemur: non diuitiarum nos pera ad terram premar: non virgæ, id est, potentia secularis queratur auxilium: non pariter & Christum velimus habere, & sæculum: sed pro breuibus & caducis, æterna succedant, & cum quotidie, (secundum corpus loquor) præmoriamur, in cæteris non nos perpetuos existimemus, vt possimus esse perpetui.

HIERONYMVS AD PAVLAM,
SVPER OBITY BLÆ-

ssillæ filia.

EPISTOLA XXV.

ARGVMENTVM.

BLÆSSILLA, Paulæ primogenita, septimo à nuptiis mense viro amisso, perit: consolatur matrem D. Hieronymus,

Rom. 8.

2. Cor. 1.

Gen. 3.
Math. 4.

Math. 4.
Luc. 5. 9.
Mat. 8.

Rom. 1.

Luc. 16.

Psalm. 47.
Math. 16.
Marc. 6.
Luc. 9.

mus, eamque, quod nimis intemperanter filie mortem ploro, reprehendens, Blæsilla interea vitam admisset.

CAP. I.

Hier. 9.
Luc. 19.



Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo, non, ut Hieremias ait, vulneratos populi mei, nec, ut Iesus, miseriam Hierusalem, sed plorabo sanctitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem;

plorabo omnes pariter in vnus morte defecisse virtutes: non quod lugenda sit illa, quæ abijt: sed quod nobis impatientius sit dolendum, qui talem videre defuiimus. Quis enim sicis oculis recorderetur, viginti annorum adolescentulam tã ardenti fide crucis leuasse vexillum, ut magis amissam virginitatem, quã mariti doleret interitum? Quis sine singultibus transeat orandi instantiam, nitorem linguæ, memorię tenacitatem, acumen ingenij? Si Græcè loquentem audisses, Latinè eam nescire putares. Si in Romanum sonum lingua se verterat; nihil omnino peregrini sermo redolebat. Iam verò, quod in Origene quoq; illo Græcia tota miratur, in paucis non dicam mensibus, sed diebus, ita Hebrææ linguæ vicerat difficultates, ut in discendis canendisq; psalmis cum matre contenderet. Humilitas vestium non, ut in plerisque solet, tumentes animos arguebat; sed cum interiori se mente deiecerat, inter ancillarum virginum cultum dominamq; nihil medium, nisi quod in eo facilius dignoscebatur, quod neglectius incedebat. Vacillabant ægrotatione gressus; & pallentem ac trementem faciem vix collum tenuè sustinebat; & tamen aut prophetam, aut euangeliũ semper in manibus tenebat. Lacrymis ora complentur: singultus occupat vocem: & hærentem linguã viscera commota non laxant. Cum sanctum corpusculũ febrili ardor excoqueret, & semiani mæ lectulũ vallaret circulus propinquorum; hæc in extremo verba mandabat: Orate dominum Iesum, ut mihi ignoscat, quia implere non potui, quod volebã. Secura esto, mi Blæsilla: confidimus, probas vera quæ dicimus: Numquam est serua conuersio. Vox hæc primum dedicata est in latronie: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Postquam autem, sarcina carnis abiecta, ad suũ animam reuolauit auctorem, & in antiquam possessione diu peregrinata conscendit: ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præcunte, aureum feretro velamen obtenditur. Videbatur mihi tunc clamare de celo: Non agnosco vestes: amictus iste non est meus: hic ornatus alienus est. Sed quid agimus? Matris prohibitori lacrymas, ipsi plangimus. Confiteor affectus meos: totus hic liber stertibus scribitur. Fleuit & Iesus Lazarum, quia amabat illum. Non est optimus consolator, quem proprij vincunt gemitus, cuius visceribus emollitis, fracta in lacrymis verba defudant. Testor, mi Paula, Iesum, quæ Blæsilla nunc sequitur; testor sanctos angelos, quorum consortio fruitor; eadem me dolorum perpeti tormenta, quæ pateris; patrem esse spiritum, nutricium caritate, & intertergum dicere: Pereat dies illa, in qua natus sum. Et, Hei mihi mater, ut quid genuisti me virum, qui diceret discrimen omni terræ. Et illud: Iustus es Domine, veruntamen iudicia loquar ad te. Quid est, quod viæ peccatorum prosperant? Et: Mei quoq; pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Et dixi: Quo modo cognouit Deus, & si est scientia in excelsis? Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias. Sed rursus illud occurrit. Si narraueris sic, ecce generationem filiorum tuorũ præuaricatus sum. Numquid & in meam mentem non

hic sæpius fluctus illiditur? Quare senes impij, sæculi diuitijs perfruuntur: quare adolescentia rudis, & sine peccato pueritia, immaturo flore metitur? Quid causã est, ut sæpe bimuli trimulique, & vbera materna lactentes, à dæmonio corripiantur, replcantur lepra, morbo regio deuorentur? & e contrario, impij, adulteri, homicidæ, sacrilegi, vegeti, atque securi de sua sanitate, in Deum blasphemant: præsertim cum iniustitia patris non redundet ad filium; & anima, quæ peccauerit, ipsa moriatur. Aut, si manet vetus illa sententia, peccata patrum in filios oportere restitui, iniquum sit longæui patris innumera delecta in innocentem infantiam recompensare. Et dixi: Ergo sine causã iustificauit cor meum: & laui inter innocentes manus meas: & factus sum flagellatus tota die. Sed, cum hæc cogitarem, statim didici cum propheta: Et suscepi, ut cognoscerem hoc: labor est in conspectu meo, donec ingrediar sanctuarium Dei, & intelligam in nouissima eorum. Iudicia enim Domini abyssus multa. Et: O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Bonus est Deus, & omnia, quæ bonus facit, bona sunt necesse est. Mariti orbitas irrogatur: plango quod accidit: sed, quia sic placet Domino, æquo animo sustinebo. Vnicus raptus est filius: durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille, qui dederat, si cæcus fuero, amici me lectio consolabitur. Si auditum quocumque surdæ aures negauerint, vacabo à vitijs: nihil aliud, nisi Dominũ cogitabo. Imminebit super hæc & dura pauperies, frigus, languor, & nuditas: extremam expectabo mortem, & breue putabo malum, quod finis melior subsequetur.

Cõsideremus quid ethicus ille psalmus sonet: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Hoc non potest dicere, nisi ille, qui ad vniuersã, quæ patitur, magnificat Dominum, & suo merito imputans, in aduersis de eius elementia gloriatur. Exultauerunt enim filie Iudæ in omnibus iudicijs Domini. Si Iuda confessio interpretatur; confitens autè omnis anima credetis est, necesse est, ut qui se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudicijs gaudeat. Sanus sum, gratias refero creatori. Lagueo, & in hoc laudo Domini voluntatè. Quando enim infirmor, tunc fortior sum, & virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur. Patitur & Apostolus aliquid, quod non vult, pro quoter Dominum deprecatur, sed dicitur ei: Sufficit tibi gratia mea: quia virtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationem humiliandam superbiã, monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in similitudinem triumphantium; quibus in currũ retro comes adhærebat, per singulas acclamationes ciuium dicēs: Hominem te esse memento. Cur autem durum sit, quod quandoque patiendũ est? & cur dolemus quæquam mortuum? ad hoc enim nati nõ sumus, ut maneamus æterni. Abraham, Moyses, Esaias, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus electionis vas, & super omnia filius Dei, moritur: & nos indignamur aliquem exire de corpore, qui ad hoc forsitan raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: placita enim erat Deo anima eius, propter hoc properauit educere eã de media iniquitate, ne longo vitæ itinere, deuijs oberraret amfractibus. Lugeatur mortuum, sed ille, quem gehena suscipit, quem tartarus deuorat, in cuius penam æternus ignis æstuat. Nos, quorum exitum angelorum turba comitatur, quibus obuiam Christus occurrit, grauamur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus. Quia quamdiu hic moramur, peregrinamur à Domino. Illa illa nos cupido teneat:

Eze. 18.
Ezo. 20.

Psal. 72.

Psal. 35.
Rom. 11.

CAP. 2.
Psal. 118.

Psal. 96.

2. Cor. 12.

Sap. 4.

2. Cor. 5.

Luc. 13.

Job. 11.

Job. 3.
Hier. 15.
11.

Psal. 72.

Flal. 119. Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est à me, habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Si Cedar tenebræ sunt, & mundus iste sunt tenebræ, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt: faucibus Blæfilla nostræ, quæ de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem consummati operis percepit coronam. Reuera, si secularè desiderium, & quod Deus à suis auertat, delicias vitæ huius cogitantem mors immatura rapuisset; plangenda erat, & omni lacrymarum fonte ploranda. nunc verò cum, propitio Christo, ante quatuor ferme menses, secundo quodam modo propitio se baptismo lauerit; & ita deinceps vixerit, vt, calcato mundo, semper monasterium cogitarit: non vereris, ne tibi Saluator dicat: Irasceris Paula, quia tua filia, mea facta est filia? indignaris de iudicio meo, & rebellibus lacrymis facis iniuriam possidenti? scis enim, quid de te, quid de cæteris tuis cogitem. Cibum tibi denegas, non ieiuniorum studio, sed doloris. non amo frugalitatem istam. ieiunia ista aduersarij mei sunt. nullam animam recipio, quæ, me nolente, separatur à corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres, habeat Zenonem, Cleombrotum, vel Catonem. Super nullum requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea. Hoc est, quòd mihi monasterium promittebas? quòd, habitu à matronis cæteris separato, tibi quasi religiosior videbaris? Mens ista, quæ plangit, sericarum vestium est. Interciperis, & emoreris, &, quasi non in meas manus ventura sis, crudelem iudicem fugis. Fugerat quondam & Ionas animosus propheta, sed in profundo maris meus fuit. Si viuentem crederes filiam, numquam plangeres ad meliora migrasse. Hoc est, quod per Apostolum meum iusseram, ne de dormientibus in similitudinem gentium tristaremini. Erubescere, ethnica comparatione superaris. melior diaboli ancilla, quàm mea est. illa infidelè maritum translatum fingit in cælum: tu mecum tuam filiam commoràtem, aut non credis, aut non vis.

Gen. 37. Sed dicis: quo modo lugere me prohibes, cum & Iacob Ioseph in sacco fleuerit, congregatisque ad se omnibus propinquis noluerit consolari, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum? Et 1. Reg. 18. David Absalon cooperto capite planxerit, repetens: Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis dabit, vt moriar pro te fili mi Absalon? Moyse quoque, & Aaron, cæterisque; sanctorum solemnis sit luctus exhibitus? Perfacilis ad ista responsio est, Luxisse Iacob filium, què putabat occisum, ad quem & ipse erat ad inferos descensurus, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum: quia necdum paradisi ianuam Christus effregerat; necdum flammeam illam romphæam, & vertiginem præsentium cherubin, sanguis eius extinxerat. Vnde & Abraham, licet in loco refrigerij, tamè apud inferos cum Lazaro fuisse scribitur. Et David iuste fleuisse filium parricidam, qui alium paruulum, postquam, vt viueret, impetrare non potuit, quia sciebat non peccasse, non fleuit. De Moyse verò, & Aaron, quòd eis ex veteri more sit plandus exhibitus, non mirandum est; cum & in Actis Apostolorum, iam euangelio corruscante, Stephano fecerint Hierosolymæ fratres plandum magnum, & vtique plandus magnus, non in plangentium exanimatione, vt tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum frequentia intelligendus sit. Denique de Iacob scriptura sic loquitur: Et ascendit Ioseph sepelire patrem suum: & ascenderunt cum eo

omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & seniores omnis terræ Ægypti, & omnis domus Ioseph, & fratres eius. Et post paululum: Et ascenderunt cum eo quadrigæ, & equites, & facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde: Et planxerunt eum planctu magno, & forti nimis. Planctus iste solemnis non longas Ægyptijs imperat lacrymas, sed funeris monstrat ornatum. Iuxta quem modum Aaron quòque, & Moysem fletos esse, manifestum est.

Nequeo satis scripturæ laudare mysteria, & diuinum sensum in verbis licet simplicibus admirari, quid sibi velit, quod Moyse plangitur, & Iesus Naue, vir sanctus, sepultus refertur, & tamen fletus esse non scribitur. Nempe illud, quod in Moyse, id est, in lege veteri sub peccato Adam, omnes tenebatur elogio, & ad inferos descendentes consequenter lacrymæ prosequerantur, secundum Apostolum, qui ait: Et regnavit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiam super eos, qui non peccauerunt. In Iesu verò, id est, in euangelio, per quem paradus est apertus, mortem gaudia prosequuntur, fentesque hodie Iudæi, & nudatis pedibus in cinere volutati, sacco incubant, ac, ne quid desit superstitioni, ex ritu vanissimo pharisæorum, primum cibum lentis accipiunt, videlicet ostendentes, quali edulio primogenita perdidissent. sed merito: quia in resurrectionem Domini non credentes, antichristi præparantur aduentui. Nos verò, qui Christum induimus, & facti sumus, iuxta Apostolum, genus regium & sacerdotale, non debemus super mortuos contristari. Et dixit, inquit, Moyse ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar filios eius, qui relictæ erant. Caput vestrum non denudabitis, & vestimenta vestra non scindetis, ne moriamini, & super omnem synagogam veniat ira. Nolite, inquit, scindere vestimenta vestra, & luctum exhibere gentilem, ne moriamini. Mors nostra peccatum est. Et, quod forsitan crudele alicui videatur, sed fidei necessarium est, in eodem Leuitico scribitur; quo modo sacerdos magnus ad patrem, matrem, fratresque, vel liberos mortuos prohibeatur accedere; ne videlicet anima Dei sacrificijs vacans, & tota in illius mysterijs occupata, aliquo impediatur affectu. Nonne alijs verbis id ipsum in euangelio præcipitur, vt non renunciet domui discipulus? vt mortuo patri non exhibeat sepulturam? Et de sanctis, inquit, non exiet, & non contaminabitur sanctificatio Dei eius, quia sanctum oleum vnctionis à Deo super eum est. Certe, postquam credimus in Christum, & oleo vnctionis eius accepto, illum portamus in nobis, non debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano; non foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commisceri, sed esse semper intrinsecus, id est, volutati Domini ministrare.

Hæc iccirco dicimus; ne ignorantia scripturarum auctoritatem tibi præberet in luctu, & videreris rationabiliter errare. Et adhuc sic locutus sum, quasi vnam de turbis conuenerim Christianam. nunc verò, cum sciam toti te renunciasse mundo, &, abiectis calcatisque delicijs sæculi, orationi, ieiunijs, lectioni vacare quotidie; cum ad exemplum Abraham cupias exire de terra tua, & de cognatione tua, vt, & Chaldæis & Mesopotamia derelictis, terram repromissionis introeas; cum omnem substantiam aut pauperibus dilargita sis, aut filijs ante mortem mundo mortua dederis: miror te ea facere, quæ si facerent cætera, reprehensione dignæ viderentur. Redit tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiæ, sermo, consortium: &, quòd his careas, pati non potes.

Ignosce.

Ignoscimus matris lacrymis, sed modum querimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo, quod plangis: si Christianam, & monacham, istis nominibus mater excluditur. Recens vulnus est, & tactus iste, quo blandior, non tam curat, quam exasperat. Attamen, quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur? Nam & Noëmi famem fugiens in terra Moab, & maritum perdidit, & filios. Et cum suorum auxilio esset destituta, Ruth alienigena ab eius latere non recedit. Vide, quanti meriti sit desertæ præstitisse solatium. ex eius semine Christus oritur. Respice Iob, quanta sustinuit, & videbis te nimium delicatam, illum erectis in cœlum oculis, inter ruinas domus, poenas ulceris, innumeras orbitates, & ad extremum vxoris insidias, inuictam tenuisse patientiam. Scio, quod responsura sis, hoc illi quasi iusto ad probationem euenisse. Et tu è duobus elige, quod velis: aut sancta es, & probaris: aut peccatrix, & iniustè quereris, minora sustinens, quam mereris. Quid vetera replicem? præsentia exempla sectare. Sancta Melania, nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus, mihi quæ concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed teste Christo non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste confissa, lacerum pectus inuadere? Lacrymæ gutta non fluxit: stetit immobilis, & ad pedes aduoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit. Expeditius, inquit, tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberaisti. Sed forsitan superatur in cæteris. Quinimmo, qua illos mente contempserit, in vnico postea filio probat: cui omni, quam habebat, possessione concessa, ingruente iam hyeme Hierosolymam nauigauit. Parce, quæso, tibi, parce filia cum Christo iam regnanti: parce saltem Eustochiotuæ, cuius parua adhuc ætas, & rudis pene infantia, te magistrante dirigitur. Sæuit nunc diabolus, & quia vnam cernit de tuis liberis triumphantem, obrutum se esse condolens, quaerit in remanente victoriam, quam in præcunte iam perdidit. Grandis in suos pietas, impietas in deum est. Abraham vnicum filium lætus interficit, & tu vnici de pluribus quereris coronatam.

Ruth 1.

Iob. 1. 2.

Gen. 12.

CAP. 6.

Non possum sine gemitu eloqui, quod dicturus sum. Cum de media pompa funeris te exanimem referrent, hoc inter se populus missitabat: Noine illud est, quod sæpius dicebamus? Dolet filiam ieiunijs interficere, quod nõ vel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. quousque genus detestabile monachorum non vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miserabilem seduxerunt: quæ quia monacha esse noluerit, hinc probatur, quod nulla gentiliu ita suos vnquam fleuerit filios. Qualem putas ad istas voces Christum habuisse tristitiam? Quo modo exultasse fatanam, qui nunc tuam animam eripere festinans, & pij tibi proponens doloris illecebram; dum ante oculos tuos filia semper imago versatur, cupit matrem simul necare vetricis, & solitudinem sororis inuadere relicta. Non vt terream, loquar, sed, vt mihi restis est Dominus, quasi ante tribunal eius assistens, in hæc te verba conuenio. Detestanda sunt istæ lacrymæ, plenæ sacrilegio, incredulitate plenissimæ, quæ non habent modum, quæ vsque ad viciniam mortis accedunt. Vlulas, & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tui semper homicida es. Sed ad talem clemens ingreditur Ie-

sus, & dicit: Quid ploras? Non est mortua puella, sed dormit. Irrideant circumstantes. Ista infidelitas Iudeorum est. Te quoque, si ad sepulcrum filiae volueris volutari, angelus increpabit: Quid quæris viuentem cum mortuis: quod quia Mana fecerat Magdalene, post quam vocem Domini se clamantis agnouit, ad eius prouoluta pedes audit: Ne tetigeris me: necdum enim ascendi ad patrem meum, id est, non mereris tangere resurgentem, quem mortuum existimas in sepulcro. Quas nunc existimas Blesillam nostram pati cruce, quæ ferre tormenta, quod tibi Christum videat subirat? Clamat nunc illa lugenti si vnquam me amasti mater; si tua vbera suxi; si tuis instituta sum monitis; ne inuideas gloriæ meæ; nec hoc agas, vt à nobis in perpetuum separemur. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam, matrem Domini. multas hic video, quas ante nesciebam. o quanto melior est iste comitatus. habeo Annam, quon-

Math. 9.

Luc. 24. Ioan. 10.

Luc. 2.

HIERONYMI AD PAMMACHIVM CONSOLATIO SVPER OBIV PAVLINÆ VXORIS.

EPISTOLA XXVI. ARGVMENTVM.

PAMMACHIVS, nobilis, doctusque iuuenis, Paulinam, Paulæ, & Toxotij filiam, quam habebat vxorem, amisit: qua mortua, se totum Del cultui, ac Christianæ tradidit vite, opes omnes suas in pauperes, & in Xenodochium, quod Romano in portu construxerat, erogans. nunc mortuam vxorem laudat D. Hieronymus, Pammachium quæ, vt in sancto perseveret proposito, doctè, eloquenterque hortatur.



ANATO vulneri, & in cicatricem superductæ cuti si medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quaerit, plagam doloris instaurat. ita & ego seruus consolator, qui importunè per biennium tacui, vcreor ne nunc importunius loquar, & attrictas vulnus

CAP. I.

vulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum est, commemoratione exulcerem. Quæ enim aures tam duræ, quæ de silice excisa præcordia, & Hyrcanarum tigrii lacte nutrita, possunt sine lacrymis Paulinæ tuæ audire nomen? quis parturientem rosam, & papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentium foliorum pandatur ambitio, immaturè de mæssum, æquis oculis marcescere videat? Fractum est præciosissimum margaritum, virens smaragdi gemma contrita est. quid boni habeat sanitas, languor ostendit. Plus sensimus, quod habuimus, postquam habere desuimus. In agro terræ bonæ tres fructus legimus, centesimum, sexagesimum, & tricesimum. In tribus mulieribus & sanguine & virtute coniunctis, tria Christi præmia recognosco. Eustochiū virginitatis flores metit. Paula laboriosam viduitatis aream terit. Paulina castū matrimonij cubile seruat. Tali filiarum mater sulca comitatu, totū sibi in terris vindicat, quod Christus promisit in cælo. Et ut quadrigam domus vna emitteret sanctitatis, & feminarum virtutibus responderent viri, additur comes Pammachius, verum Ezechielis Cherubin, cognatus, gener, maritus, immo frater amantissimus; quia sancta consortia spiritus vocabula non tenent nuptiarum. Huic quadrigæ Iesus præsidet. De his equis & Abacuc canit: Alcende super equos tuos, & equitatio tua salus. Impari cursu, pari animo ad palmam tenditur. Discolors equi, sed voluntate concordēs, vnum aurigæ iugum trahunt, non expectantes flagelli verbera, sed ad vocis hortamenta feruentes. Dicamus aliquid & de philosophis. Quattuor virtutes describit Stoici, ita sibi inuicem nexas, & muruo coherentes, ut qui vnam non habuerit, omnibus careat, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Has omnes sic habetis singuli, ut tamen eminentis in singulis. Prudentia in te, in matre iustitia, in virgine fortitudo, in nupta temperantia prædicatur. Quid enim eo sapiētius, qui contempta mundi stultitia, Christū secutus est, Dei virtutem, & Dei sapiētiam? Quid matre iustius, quæ inter liberos opibus distribuitis, docuit diuitias contemnendo, quid filij amare deberent? Quid Eustochio fortius, quæ nobilitatis portas, & arrogantiam generis consularis, virginali proposito fregerit, & in vrbe prima primum genus subiugauerit pudicitia? Quid Paulina temperantius? quæ legens illud Apostoli: Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum: nec sororis felicitatem, nec matris continentiam ausa appetere, maluit in humilioribus tuta pergere, quam pendulo gradu in sublimioribus fluctuare. Quamquam illa semel inito matrimonio, nihil aliud diebus ac noctibus cogitauerit, nisi ut, reddito fructu nuptiarum, secundum castimoniam gradum arriperet, & tanti dux femina facti, virum proposito suo iungeret, non relinquens salutis comitem, sed expectans. dumque crebris abortijs, & experta fecunditate conceptuum, non desperat liberos, & focus auaritatem, maritiq; tristitiam præponit imbecillitati suæ, passa est aliquid de Rachel exemplo, & pro filio doloris ac dexteræ, virum desiderij sui peperit heredem. Certisq; auctoribus didici, illam non primæ sententiæ Dei: Crescite & multiplicamini, & replete terram: nec officio coniugali seruire voluisse, sed ad hoc optasse filios; ut Christo virgines pareret. Legimus & vxorem sacerdotis Phinees, audita captiuitate arcæ Domini, subito vteri dolore correpta, edidisse filium Ichabod, & inter manus, & officia feminarum, animam emisisse cum prole. De prima, Benjamin, hoc est filius virtutis, ac dexteræ, de secūda

inclutus sacerdos Dei ex arcæ cognomine nascitur. Nobis, post dormitionem somnumq; Paulinæ, Pammachium monachum ecclesia peperit posthumum, & patris coniugis nobilitate patricium, elemosynis diuitem, humilitate sublimem.

Apostolus scribit ad Corinthios: Videte fratres vocationem vestram: quia non multi sapientes, non multi nobiles. Hoc nascentis ecclesiæ rudimenta poscebant, ut granum sinapis paulatim in arborem cresceret, ut sensim euangelij fermentum totam ecclesiæ massam altius eleuaret. Nostris temporibus Roma possidet, quod mundus ante nesciuit. Tunc rari sapientes, potentes, nobiles, Christiani: nunc multi monachi sapientes, potentes, nobiles. quibus cunctis Pammachius meus sapientior, potentior, nobilmagnus in magnis, primus in primis, ἀρχὴς πάντων ἁγιωτάτων, monachorū. Tales Paulina morte sua nobis liberos dedit, quos viuēs concupierat possidere. Lætare sterilis, quæ nō parit, erumpe, & clama, quæ non parturis, quoniam, quot Romæ sunt pauperes, tot filios repente genuisti. Ardentes gemmæ, quibus antea collum & facies ornabantur, egentium ventres saturant. Vestes sericæ, & aurum in fila lente scens, in mollia lanarum vestimenta mutata sunt, quibus repellatur frigus, non quibus nudetur ambitio. Deliciarum quondam supellectilem virtus infumit. Ille cæcus extendens manum, & sæpe, vbi nemo est, clamitans, heres Paulinæ, coheres Pammachij est. Illum truncum pedibus, & toto corpore se trahentem, tenere puellæ sustentat manus. Fores, quæ prius salutantium turbas vomebant, nunc à miseris obstruuntur. Alius tumentis aquali culo mortem parturit: alius elinguis, & mutus, & ne hoc quidem habens vnde roget, magis rogar, dum rogare non potest. hic debilitatus à paruo, non sibi mendicat stipem: ille putrefactus morbo regio, superuiuit cadaueri suo. Non, mihi si linguæ centum sint oraq; centum, Omnia pœnarum percurrere nomina possim. Hoc exercitu comitatus incedit, in his Christum confouet, horum sordibus dealbatur. Munerarius pauperum, & egentium candidatus, sic festinat ad cœlum. Cæteri mariti super tumulos coniugum spargunt violas, rosas, lilia, floresq; purpureos, & dolorem pectoris his officijs consolantur. Pammachius noster sanctam fauillam, ossaq; veneranda, elemosynæ balsamis rigat: his pigmentis, atque odoribus fouet cineres quiescentes, sciens scriptum: Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatū. Quantas vires habeat misericordia, & quibus donanda sit præmijs, beatus Cyprianus grādi volumine profequitur, & Danielis consilium probat, qui regē impiissimum, si se audire voluisset, scit pauperum sustentatione saluandum. Gaudet huiuscemodi filia mater herede. Non dolet opes ad alium peruenisse, quas cernit iisdem, quibus ipsa voluerat, erogari: quin potius gratulatur, absque labore suo sua vota compleri. non enim substantiæ diminutio, sed operarij commutatio est. quis enim hoc crederet, ut consulum pronepos, & Furiani germinis decus, inter purpuras senatorū, furua tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos sodalium, ut deridentes se derideret? Est confusio, quæ ducit ad mortem: & est confusio, quæ ducit ad vitam. Prima virtus est monachi, contemnere hominum iudicia, & semper Apostoli recordari, dicentis: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Tale quid & Dominus loquitur ad prophetas, quod postuerit faciem eorum, quasi urbem æneā, & lapidem adamantinum, & columnam ferreā, ne paucere ad iniurias populi, sed impudentiam subfannat.

CAP. 2.
1. Corin.Marc. 4.
Lucæ 13.
1. Cor. 1.

Eg. 14.

Eccle. 4.

Dan. 4.

Eccle. 4.

Gal. 4.

Ezech. 1.
Hier. 4.

substantiantium frontis rigore contererent. Ingentia liberaliter educata, facilius verecūdia, quā metus, superat: & quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor.

CAP. 3. Non est parum, virum nobilem, virum disertum, virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatū, miscere se turbis, adherere pauperibus, rusticis copulari, de principe vulgum fieri, sed quanto humilior, tanto sublimior est. Lucet margaritum in foridibus, & fulgor gemmæ purissimæ etiam in luto radiat: Hoc est, quod Dominus repromissit: Glorificantes me, glorificabo. Alij hoc intelligant de futuro, quando mœror vertetur in gaudium, & transeunte mundo, sanctorum corona non transit, ego & in præsentiarum video sanctorum promissa compleri. Antequam Christo tota mente seruiret, notus erat in senatu; sed multi alij habebant insulas procōsulares. Torus orbis huiuscemodi honoribus plenus est. Primus erat, sed inter primos. Præcedebat alios dignitate, sed & alios sequebatur. Quamuis clarus honor, vilescit in turba, & apud viros bonos indignior fit ipsa dignitas, quam multi indigni possident, vnde egregiè de Cæsare Tullius, Cum quosdam, ait, ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit. At nunc omnes Christi ecclesiæ Pammachium loquuntur, miratur orbis pauperem, quem hucusque diuitem nesciebat. Quid consulatu illustrius? Annuus honor est, & postquam alius successerit, prior definit. Latent in multitudine laureæ; & triumphus interdum triumphantū foridibus polluntur. Quod ante per manus patricias tradebatur, & sola nobilitas possidebat, quo consil Marius, victor Numidiæ, Teuthonū, atque Cimbrorum, ob ignobilitatem familiæ putabatur indignus, quod Scipio ultra annos pro virtute meruit, nunc sola militia possidet, & agrestia dudum corpora fulgens palma circumdat. Plus ergo accipimus, quā dedimus. Parua dimisimus, & grandia possidemus. Centuplicato fenore Christi promissa redduntur. In tali & Isaac quondam agro feuerat, qui paratus ad mortem, ante euangelicum euangelicam portauit crucem. Si vis, inquit, perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Si vis perfectus esse. Semper grandia in audientium ponuntur arbitrio, & ideo virginitatem Apostolus non imperat, quia Dominus disputans de eunuchis, qui se castrassent propter regna cælorum, ad extremum intulit. Qui potest capere, capiat. Non est enim volētis, neq; currentis sed miserētis Dei. Si vis perfectus esse. Non tibi imponitur necessitas, vt voluntas præmiū consequatur. Si vis ergo esse perfectus, & desideras esse quod prophetæ, quod Apostoli, quod Christus est: vende, non partem substantiæ, ne timor penuriæ infidelitatis occasio sit, & cum Anania & Sapphira peareas, sed vniuersa quæ possides. Cumq; vendideris, da pauperibus, non locupletibus, non superbis: da quo necessitas sustentetur, non quo augeantur opes.

1. Cor. 9. Cumq; legeris illud Apostoli, Boui trituranti os non alligabis: Et, Dignus est operarius mercede sua: Et: Qui altario ministrant, de altario participant: memento quoque huius sententiæ: Habentes victum, & vestitum, his contenti sumus. Vbi videris fumare patinas, & Phasides aues lentis vaporibus decoqui, vbi argenti pondus, vbi ferentes Buricos mannos, comatulos pueros, pretiosas vestes, picta tapetia; ibi ditior est largitore, cui largiendum est.

CAP. 4. Pars sacrilegij est rem pauperum dare non pauperibus. Et tamen nō est satis perfecto & consummato viro opes contemnere, pecuniam dissipare, & proj-

cere quod in momento & perdi, & inueniri potest. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antithetes, fecerunt plurimi, quos virtuosissimos legimus. Plus debet Christi discipulus prestare, quā mundi philosophus, gloriæ animæ, & popularis auræ, atque rumorum venale mancipium. Tibi non sufficit opes contemnere, nisi Christum sequaris. Christum autem sequitur, qui peccata dimittit, & virtutum comes est. Christum scimus sapientiam. Hic thesaurus in agro scripturarum nascitur: hæc gemma multis emittitur margaritis. Sin autem adamaueris captiuam mulierem, id est, sapientiam sæcularem, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras criminum atque ornamenta verborum cum emortuis vnguibus seca. Laua eam propheta nitro, & tunc requiescens cum illa dicit: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, & multos tibi fetus captiuæ dabit, ac de Moabitide efficietur Israëlitis. Christus sanctificatio est, sine qua nemo videbit faciem Dei. Christus redemptio, idem redemptor, & pretium. Christus omnia, vt qui omnia propter Christum dimiserit, vnum inueniat pro omnibus, & possit liberè proclamare: Pars mea Dominus. Sentio te diuinis ardere doctrinis, nec temeritate quorundam docere, quod nescias, sed ante discere, quod docturus sis. Simplices epistolæ tuæ olent prophetas, Apostolos sapiunt. Non cothurnatam affectas eloquentiam, nec more puerorum argutas sententiosas in clausulis struis. Cito turgens spuma dilabitur, & quamuis grandis tumor, contrarius sanitati est. Scitum est illud quōque Caronis: Sat cito, si fat bene. Quod nos quondam adolescentuli, cum à perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, risimus. Meminisse te puto erroris mutui, quando omne Athenæum scolasticorum vocibus consonabat: Sat cito, si fat bene. Felices, inquit, Fabius, essent artes, si de illis soli artifices iudicarent. Poëtam non potest nosse, nisi qui versum potest struere. Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates. Manufacta & oculis patentia, magis probant artifices. Nostra quā dura sit necessitas, hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio, & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias. Hoc præteriens tetigi, vt eruditus contentus auribus, non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactent, sed prophetarum quotidie medullas bibas, Christi mystes, patriarcharum symythes. Siue legas, siue scribas, siue vigiles, siue dormias, amor tibi semper buccina in auribus sonet: hic lituus excitet animā tuam: hoc amore furibundus, quære in lectulo tuo quem desiderat anima tua, & loquere cōfidenter. Ego dormio, & cor meum vigilat. Cumq; inueneris eum, & tenueris, ne dimittas: & si paucillū dormitātī elapsus fuerit è manibus, noli protinus desperare. Egredere in plateas, adiura filias Hierusalem: reperies eum cubantem in meridie, lassum, ebrium, noctis rote madefactum, inter greges sodalium, in aromatū varietatibus, inter poma paradisi, ibi ei da mamillas tuas: fugat de erudito pectore, & requiescat inter medios clericos pennæ columbæ deargentatæ, & interiora eius in fulgore auri. Paruulus iste, & puer, qui butyro & melle saginatur, qui inter caseatos nutritus est montes, cito crescit in iuuenem, velociter in te hostes spoliat, maturè prædatur Damascum, & regem vincit Assyrium.

Audio te Xenodochiū in portu fecisse Romano, & virgam de arbore Abrahā in Ausonio plantasse litore. Quasi Æneas noua castra metaris; & super vndam Tyberis, vbi ille, cogente quondam penuria,

Matt. 13.

Deut. 21.

Hier. 20.

Cant. 3.

Psal. 135.

Cant. 3. 5.

Cant. 2.

Cant. 1. 5.

Psal. 67.

Eg. 7.

Gen. 18.

CAP. 5.

crustis fatalibus & quadris parulis non pepercit, tu viculum nostrum, id est, domum panis adificas, & diuturnam famem repentina saturitate compensas. Euge, nostra initia transgredis: statum summum tenens: de radice peruenis ad cacumen: primus inter monachos, in prima vrbe, primum sequeris patriarcham. Lot, qui interpretatur declinans, campestria eligat, & iuxta Pythagoræ literam, facilia magis ac sinistra seletur. Tu in arduis & saxosis cum Sara tibi monumentum para. Iuxta sit ciuitas litterarum: delictisque gigantibus, filijs Enakim, hæreditatem tuam gaudium & risus excipiat. Diues erat Abraham auro, argento, pecore, possessione, vestibus: tantam habebat familiam, vt ad subitos nuncios, iuuenibus electis, armare posset exercitum, & quattuor reges, quos quinque reges fugerant, in Dan consecutus occideret: & tamen post tam crebra hospitalitatis officia, dum nõ refutat homines, suscipere meruit Deum. Non feruis, & ancillis imperabat, vt ministrarent hospitibus: nec bonum, quod exercebat per alios minuit, sed quasi reperta præda, cum Sara sua humanitati solus incubuit. ipse pedes lauit: ipse pingue vitulum portauit humeris de armento. Ite vt seruus peregrinis prandentibus; & Saræ manibus coctos cibos ieiunaturus apposuit. Hæc moneo, frater carissime, pietate qua te diligo, vt nõ solũ pecuniã, sed & te ipsum Christo offeras hostiam viam, sanctam, placentem Deo, rationabile obsequium tuum; & imiteris filiũ hominis, qui non venit ministrari, sed ministrare: & quod patriarcha alienis, hoc discipulis, & seruus magister exhibuit, & dominus. Corium pro corio, & omnia, quæ homo possidet, dare potest pro anima sua. Sed tange, inquit diabolus, carnes eius, nisi in faciem benedixerit tibi. Scit hostis antiquus, maius continentia, quàm nummorum, esse certamen. Facile abijcitur, quod hæret extrinsecus: intestinum bellum periculosius est: coniuncta disglutinamus, vnita diffusimus. Zachæus diues erat, apostoli pauperes. Reddidit ille quadruplum, quod rapuerat, diuisitque pauperibus medietatem substantiæ suæ, quæ remanserat: suscepit Christum hospitem: salus facta est domui eius, & tamen, quia paruulus erat, & apostolicæ proceritati se non poterat extendere, non fuit in duodecim numero apostolorum. apostoli autem, quantum ad diuitias, nihil, quantum ad voluntatem, totum mundum pariter reliquerunt. Si offeramus Christo opes cum anima nostra, libenter suscipiet, si autem, quæ foris sunt Deo, quæ intus sunt, diabolo demus, non est æqua partitio; & dicitur nobis: Nonne, si recte offeras, & non recte diuidas peccasti.

CAP. 6. Quod patricij generis, primus inter primos monachos esse coepisti, non tibi sit tumoris, sed humilitatis occasio, scienti filiũ Dei factũ filium hominis. Quantumquid te deiiceris, humilior Christo nõ eris. Esto, incedas nudis pedibus: fusca tunica vestiariis: æqueris pauperibus: inopũ cellulas dignanter introcas: cæcorum oculus sis, manus debiliũ, pes claudorum: ipse aquam portes, ligna concidas, focum extruas: vbi vincula? vbi alape? vbi sputa? vbi flagella? vbi patibulum? vbi mors? Et cum omnia, quæ dixi, feceris, ab Eustochio tuã, Paulaque vinceris, si non opere, certè sexu. Ego quidem Romæ non eram, & tunc me tenebat eremus, atque vtinam peruenisset, quando focero tuo viuente Toxorio, seculo seruiebant: sed tamen audio, quæ immunditias platearum ferre non poterant, quæ eunuchorum manibus portabantur, & iniquale solum molestius transcendebat, quibus serica vestis oneri erat, & solis calor incendium, nunc fordi datæ, & lugubres, & sui comparatione forticulæ, vel

lucernas concinnant, vel succendunt focum, pauimenta verrunt, mundant legumina, holerum fasciculos in feruentem ollam deiiciunt, apponunt menfas, calices porrigunt, effundunt cibos, huc illucque discurrunt. Et certè magnus virginum chorus cum illis habitat, num huiusmodi ministeria alijs imperare non poterant? sed nolunt vinci ab his labore corporum, quas ipsæ superant virtute animi. Hæc dico, non quod de ardore mentis tuæ quidquam dubitem, sed quo currentem impellam, & acriter dimicanti feruorem fauore augeam. Nos in ista prouincia adificato monasterio, & diuersorio propter extructo, ne fortè & modò Ioseph cum Maria in Bethlehem veniens non inueniat hospitium, tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorum, vt nec cœptum opus deferere, nec supra vires ferre valeamus. vnde, quia penè nobis illud de euangelio contigit, vt futuræ turris non ante computaremus expensas, cõpulti sumus fratrem Paulinianum ad patriã mittere, vt semirutas villulas, quæ barbarorum effugerunt manus, & parentum communiũ census venderet, ne cœptum sanctorum ministerium deferentes, risum maledicis & æmulis præbeamus. In calce epistolæ recordarus sum, quadrigæ vestræ, & proposito quintam deesse Blæfillam, pene oblitus de ea loqui, quæ prima de vobis præcessit ad Dominum. Verè nunc quinque in tres, ac duas videmus esse diuisas. illa cum sorore Paulina dulci somno fruitur: tu duarum medius, ad Christum leuius subuolabis,

AD EVSTOCHIVM VIRGINEM

EPITAPHIVM PAVLÆ MATRIS.

EPISTOLA XXVII.

ARGVMENTVM.

PAVLA, nobilissima matrona Romana, patre Rogato, matre Blæfilla, ex Corneliorum, & Gracchorum familijs orta, Toxorio nupsit; ex eoque quatuor edidit filias, Blæfillam, Paulinam, Eustochium cognomento Iuliam, & Ruffinam, & præter has Toxotium etiam filium. viro mortuo, se totam in obsequium Christi tradens, à Paulino, & Epiphanio episcopis docta; monachæ vitam profiteri cœpit. vixit in hoc proposito Romæ annos quinque: mox Hierosolymam profecta, in Bethlehem confedit: vbi cum pro viris, tum pro mulieribus virginibus monasterijs conditis, annis viginti sanctissime vixit, nunc eius vitam D. Hieronymus scribit, & Eustochium filiam, quæ post eam monasterij præses relicta est, consolatur.



Sicuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes artus humana voce resonarent; nihil dignũ sanctæ ac venerabilis Paulæ virtutibus dicerem. Nobilis genere, sed multo nobilior sanctitate; potens quondam diuitijs, sed nunc Christi paupertate insignior. Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli hæres, cuius vocabulum trahit, Martiæ Papiæ, matris Africani, vera & germana progenies. Romæ prætulit Bethlehem, & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutauit. Non mœremus, quod talem amissimus; sed gratias agimus, quod habuimus, immo habemus. Deo enim viuunt omnia; & quidquid reuertitur ad Dominum, in familiæ numero computatur. Quamquam amissio illius, cælestis domus habitatio sit: quæ quamdiu in corpore fuit peregrinata est à Domino, & voce semper flebili querebatur, dicens: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est, habitauit cum habitantibus Cedar, multam

Luc. 2.

Luc. 16.

Luc. 14.

CAP. 1.

2. Cor. 5.
Psal. 117.

multum peregrinata est anima mea. Nec mirum, si planxerit se versari in tenebris, (hoc enim Cedar interpretatur) cum mundus in maligno positus sit; & sicut tenebræ illius, ita & lumen eius, luxq; in tenebris luceat, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde & illud crebrius inferebat: Aduena sum, & peregrina, sicut omnes patres mei. Et iterum. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quoties autem infirmitate corpusculi, quam incredibili abstinentia, & duplicatis contraxerat ieiunijs, vexabatur, hoc in ore voluebat: Subjicio corpus meum, & in seruitutem redigo; ne alijs prædicans, ipsa reprobata inueniar. Et: Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Et: Humiliaui in ieiunio animam meam, & totum lectum meum versasti in infirmitate mea, & versata sum in misera, dum mihi configitur spina. Atque inter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi apertos sibi cælos aspiceret, loquebatur: Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ: & volabo, & requiescam? Testor Iesum, & sanctos eius, ipsumq; proprium angelum, qui custos fuit & comes admirabilis feminæ, me nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui, sed quidquid dicturus sum, pro testimonio dicere, & minus eius esse meritis, quam totus orbis canit, sacerdotum mirantur, virginum chori desiderant, monachorum, & pauperum turbæ deplangunt. Vis, lector, eius breuiter scire virtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum, de proximis, & familiola, quam in utrôque sexu de seruis & ancillis, in fratres fororesq; mutauerat, ista proferre, cum Eustochium virginem, & deuotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic deditur, procul à nobili genere sola fide & gratia diuitem reliquerit. Carpamus igitur narrandi ordinem. Alij altius repetant, & à cunabulis eius, ipsiq; vt ita dicam, crepundijs matrem Blæfillam, & Rogatum proferant patrem: quorum altera Scipionum, Græchorumq; progenies est; alter per omnes ferè Græcias vsque hodie stemmatibus; & diuitijs, ac nobilitate Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui decenali Troiam obsidione delcuit, nos nihil laudabimus, nisi quod proprium est, & de purissimo sanctæ mentis fonte profertur.

Quamquam Dominus atque Saluator in euangelio doceat apostolos, sciscitantes quid sibi redditurus sit, qui omnia sua pro nomine eius dimiserunt, centuplum in præsentiarum receptorum, & in futuro vitam æternam. Ex quo intelligimus, non laudis esse, possidere diuitias, sed pro Christo eas contemnere; non tumere ad honores, sed pro Dei fide eos paruipendere. Verè, quod pollicitus est seruis suis & ancillis Saluator, reddidit in præsentem, nam quæ vnus vrbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitantem, nullus extra Romam nouerat, latentem in Bethlehè & barbara & Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non veniunt? quis autè in sanctis locis, præter Paulam, quod plus inter homines miraretur, inuenit? Hæc, sicut inter multas gemmas pretiosissima gemma micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit, & obscurat, ita cunctorum virtutes & potentias sua humilitate superauit; minimaque fuit inter omnes, vt omnium maior esset: & quanto se plus deiecit, tanto magis à Christo subleuabatur, latebat, & non latebat, fugiendo gloriam, gloriâ merebatur; quæ virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens appetit cõtemptores. Sed quid ago, narrandi ordinem prætermittens? dum in singulis teneor, non seruo præcepta dicendi. Tali igitur stirpe gene-

rata, iuncta est viro Toxotio, qui Ænæ & Iuliorum altissimum sanguinem trahit, vnde etiam filia eius Christi virgo Eustochium Iulia nuncupatur, & ipse, Iulius à magno demissum nomen Iulo. Et hæc dicimus, non quod habentibus græcia sint, sed quo contemnentibus mirabilia. Sæculi homines suspiciunt eos, qui his pollent priuilegijs; nos laudamus, qui pro Saluatore ista despexerint: & mirum in modum, quos habentes paruipendimus, si habere noluerint prædicamus. His, inquam, orta maioribus, & fecunditate ac pudicitia probata, primum viro, deinde propinquis, & totius vrbis testimonio, cum quinq; liberos edidisset, Blæfillam, super cuius morte eam Romæ consolatus sum; Paulinam, quæ sanctum, & admirabilem virum, & propositi & rerum suarum Pammachium reliquit hæredem, ad quem super obitu eius paruulum libellum edidimus; Eustochium, quæ nunc in sanctis locis virginittatis & ecclesiæ monile pretiosum est; Ruffinam, quæ immaturo funere pium matris animam consternauit; & Toxotium, post quem parere desijt, vt intelligeres eam non diu seruire voluisse officio coniugali, sed mariti desiderio, qui marem optabat, liberos edidisse; postquam vir mortuus est, ita eum planxit, vt prope ipsa moreretur, ita se conuertit ad Domini seruitutem, vt eius mortem videretur oprasse. Quid ego referam, amplæ & nobilis domus, & quondam opulentissimæ, omnes pene diuitias in pauperes erogatas? quid in cunctos clementissimum animum, & bonitatem etiam in eos, quos nunquam viderat, euagantem? quis inopum moriens non illius vestimentis obuolutus est? quis clinicorum non eius facultatibus sustentatus est? quos curiosissime tota vrbe perquirens, damnâ putabat, si quisquam debilis & eluriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos; maiorem se eis hæreditatem, Christi misericordiam, dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi apud sæculum generis, & nobilissimæ familiæ visitationes & frequentiam sustinere. Mœrebat honore suo, & ora laudantium declinare ac fugere festinabat, cumq; orientis & occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales litteræ cõtraxissent, vidit admirabiles viros, Christi q; pontifices, Paulinum, Antiochenæ vrbis episcopum; & Epiphaniû, Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur: quorum Epiphanius etiam hospitem habuit, Paulinum, in aliena manentem domo, quasi proprium humanitate possedit; quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deferere cogitabat, non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alicuius rei, quæ ad sæculum pertinet, memor, sola, si dici potest, & incomitata ad eremum Antoniorum, atque Paulorum pergere gestiebat, tandemq; exacta hyeme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio nauigauit. Quid ultra differo? descendit ad portum, fratre, cognatis, affinis, & quod his maius est, liberis prosequentibus, & clementissimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu nauis in altum protrahabatur, paruus Toxotius supplices manus tendebat in litore. Ruffina iam nubilis, vt suas expectaret nuptias, tacens steribus obsecrabat, & tamen illa siccos tendebat ad cælum oculos, pietatem in filios pietate in Deum superans.

Nesciebat se matrem, vt Christi probaret ancillam. Torquebantur viscera, & quasi à suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat; in eorum cunctis admirabilior, quod magnam vinceret caritatem,

Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quam parentes à liberis separari, hoc contra iura naturæ plena fides patiebatur. immo gaudens animus appetebat; & amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in sola Euftochio, quæ & propofiti & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim nauis mare; & cunctis, qui cum ea uehebantur, littora respicientibus, ipsa auersos tenebat oculos; ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor, nulla sic amauit filios, quibus, antequam proficisceretur, cuncta largita est, exheredans se in terra, vt hereditatem inueniret in cælo. Delata ad insulam Pontiam, quam, clarissimæ quondam feminarum, sub Domitiano principe pro confessione nominis Christiani, Flauæ Domitillæ nobilitauit exilium, vidensque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidelis, Hierosolymam & sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti, & omnis pigra velocitas. Inter Scyllam, & Charibdim Adriatico se credens pelago, quasi per stagnum venit Methonen: ibique, resocillato corpusculo, Et sale tabentes artus in litore ponens. Per Maleam, & Cytheram, sparsaque; per aquor Cycladas, & crebris freta concita terris; post Rhodum & Lyciam tandem vidit Cyprum: vbi sancti & venerabilis Epiphani pedibus prouoluta, decem ab eo diebus retenta est, non in refectionem, vt ille arbitrabatur, sed in opus Dei, vt re comprobaturum est, nã omnia illius regionis lustrans monasteria, prout potuit, refrigeria sumptuū fratribus dereliquit, quos amor sancti viri de toto illuc orbe conduxerat. Inde breui cursu transfretauit Seleuciam, de qua ascendens Antiochiam, sancti confessoris Paulini modicum caritate detenta, media hyeme, calente ardore fidei, femina nobilis, quæ prius eunuchorum manibus portabatur, a sello sedes profecta est. Omitto Coeles Syriæ & Phœnicis iter: (neque enim hoc dæmonicon eius disposui scribere) ea tantum loca nominabo, quæ sacris voluminibus continentur. Bærto Romana colonia, & antiqua vrbe Sydona derelicta, in Sareptæ litore Helix est ingressa turriculam: in qua adorato Domino Salvatore, per arenam Tyri, in quibus genua Paulus fixit, peruenit ad Coth, quæ nunc Ptolemæis dicitur; & per campos Mageddo, Iosiaz necis conscios, intrauit terram Philistijm. mirata ruinas Dor, vrbis quondam potentissimæ, & versa vice Stratonis turrim ab Herode rege Iudæ in honorem Cæsaris Augusti Cæsaream nuncupatam, in qua Cornelij domum, Christi vidit ecclesiam, & Philippi ædículas, & cubicula quatuor virginum prophetarum, deinde Antipatrida semirutū opidulum, quod de patris nomine Herodes vocauerat; & Lyddam versam in Diospolim, Dorcadis atque Aenæ resurrectione ac sanitate inclutam. Haud procul ab ea Arimathiam viculum Ioseph, qui Dominum sepeliuit, & Nobe, vrbem quondam sacerdotum, nunc tumulum occisorum. Ioppen quoque, fugientis portum Ionæ, & (vt aliquid perstringam de fabulis poetarum) religatæ ad saxum Andromades spectatricem. Repetitoque itinere Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophæ domum in ecclesiam dedicauit. Atque inde proficiscens, ascendit Bethoron inferiorem & superiorem, vrbes à Solomone conditas, sed varia postea bellorum tempestate deletas; ad dexteram aspiciens Haialon, & Gabaon, vbi Iesus, filius Naue, contra quinque reges dimicans, soli imperauit, & lunæ; & Gabaonitas ob dolos & insidias federis impetrati, in aquarios lignariosque damnauit. In

Gabaon, vrbe vsque ad solum diruta, paululum substitit, recordata peccati eius, & concubinæ in frustra diuisæ, & tribus Beniamin trecentos viros propter Paulum apostolum reseruos. Quid diu moror? Ad læuam mausoleo Helenæ derelicto, quæ Adiabonorum regina in fame populum frumento iuuebat, ingressa est Hierosolymam, vrbem trinominem. Iebus, Salem, Hierusalem, quæ ab Helio postea Hadriano de ruinis, & cineribus ciuitatis in Heliam fulcitata est. Cumque proconsul Palæstinæ, qui familiam eius optime nouerat, præmissis apparitoribus iussisset parari prætorium, elegit humilem cellulam; & cuncta loca tato ardore ac studio circumiuit, vt nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset abduci, prostrataque; ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adorabat. Ingressa seculum, resurrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amouerat angelus: & ipsum corporis locum, in quo Dominus iacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fidei ore lambebat. Quid ibi lacrymarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, testis est cuncta Hierosolyma, testis est ipse Dominus, quem rogabat. Inde egrediens ascendit Sion, quæ in arcem vel speculam vertitur. Hanc vrbem quondam expugnauit & reedificabit Dauid. De expugnata scribitur: Væ tibi ciuitas Ariel, id est, leo Dei: & quondam fortissimam, quam expugnauit Dauid. Et de ea, quæ edificata est, dictum est: Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.

Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillam & cinerem dissolutas, sed portas, quibus non præualet infernus, & per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Ostendebatur illi columna, Ecclesiæ porticum sustinens infecta cruore Domini, ad quam vincus ducitur & flagellatur. Monstrabatur locus, vbi super centum viginti credentium animas spiritus sanctus descendisset, vt Iohelis vaticinium completeretur. Deinde pro facultatula sua pauperibus atque conferuis pecunia distributa, perrexit Bethlehem, & in dextera parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, in quo mater Benjamin, non vt vocauerat moriens, Benoni, hoc est, filius doloris mei, sed vt pater prophetauit in spiritu, filium dextræ procreauit. Atque inde Bethlehem ingressa, & in specum saluatoris introiens, postquam vidit sacrum virginis diuersorium, & stabulum in quo agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, vt illud impleretur, quod in eodem propheta scriptum est: Beatus, qui seminat super aquas, vbi bos & asinus calcant: me audiente iurabar, cernere se oculis fidei infantem pannu inuolutum, vagientem in præsepe Dominum. Magos adorantes, stellam fulgentem de super, matrem virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, vt viderent verbum, quod factum erat, & iam tunc euangelistæ Ioannis principium dedicarent: In principio erat verbum, & verbum caro factum est: Paruos interfectos, Herodem saeuientem, Ioseph & Mariam fugientes in Ægyptum. Mixtisque gaudio lacrymis, loquebatur: Salute Bethlehem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cælo descendit. Salute Ephrata regio vberissima, atque *νετροφόρε*, cuius fertilitas Deus est. De te quondam Michæas vaticinatus est, Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israël, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Propterea dabis eos vsque ad tempus parientis. Pariet, & reliquæ fratrum eius conuertentur ad filios Israël.

In te enim natus est princeps, qui ante luciferum genitus est, cuius de patre natiuitas omnem excedit ætatem. Et tamdiu in te Dauidici generis origo permansit; donec virgo pareret; & reliquæ populi credentis in Christum, conuerterentur ad filios Israel, & liberè prædicarent: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim Deus: Non veni nisi ad oues perditas domus Israel. Et eo tempore Iacob super ea verba completa sunt: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Bene David iurabat, bene vota faciebat, dicens: Si introiero in tabernaculum domus meæ; si ascendero in lectum fratris mei; si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitionem, & requiem temporibus meis; donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et statim, quid desideraret exposuit, atque oculis prophetalibus, quem nos venisse iam credimus, ille venturum esse cernebat. Ecce audiimus cum in Ephrata, inuenimus eum in campis syluæ. Vau quippe sermo Hebraicus, vt re docente didici, non Mariam matrem Domini, hoc est, *auvny*, sed ipsum, idest, *auvny*, significat. vnde loquitur confidenter: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego misera, atque peccatrix, digna sum iudicata de osculari præsepe, in quo Dominus paruulus vagijt? orare in spelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hæc requies mea: quia Domini mei patria est. hic habitabo: quoniam saluator elegit eam. Parauit lucernam Christo meo. anima mea illi viuere, & semen meum seruiet ipsi. Haud procul inde descendit ad turrim Ader, idest, gregis: iuxta quam Iacob pavit greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis.

Dumq; seruant oues, inuenerunt agnum Dei puro & mundissimo vellere, quod in ariditate totius terræ caelesti rore complutum est; & cuius sanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem Ægypti, litus in postibus fugauit. statimq; concito gradu, cœpit per viam veterem pergere, quæ ducit Gazam, ad potentiam, vel ad diuitias Dei, & tacita secum voluere, quo modo Eunuchus Æthiops gentium populos præfigurans mutauerit pellem suam: & dum vetus relegit instrumentum, fontem reperit euangelij. Atque inde ad dexteram, transita Bethsur, venit Escol, quæ in botrum vertitur. Vnde in testimonium terræ fertilissimæ, & in typum eius qui dicit: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum: exploratores botrum miræ magnitudinis portauerunt. Nec post longum spatium intrauit Saræ cellulas, videns incunabula Isaac, & vestigia quercus Abraham, sub qua vidit diem Christi, & lætatus est. Atque inde confurgens, ascendit Chebron: hæc est Cariath arbe, idest, opidum virorum quatuor, Abraham, Isaac, Iacob, & Adam magni, quem ibi conditum, iuxta librū Iesū Naue, Hebræi autumat: licet pleriq; Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur. His inspectis, noluit pergere ad Cariathsephor, id est, viculū literarū, quia continens occidentē litterā, repererat spiritū viuificantē. Magisq; mirabatur superiores & inferiores aquas, quas Othoniel filius Iephone Kenaz pro australi terra & arida possessione susceperat, & quarū ductu siccos prioris instrumenti agros faciebat irriguos, vt redemptionē veterū peccatorū in aquis baptismi reperiret. Altera die, or-

toia sole, stetit in supercilio Caphar Barucha, idest, villæ benedictionis: quem ad locum Abraham Dominum persecutus est. Vnde latam despiciens solitudinem, ac terram quondam Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboim, contemplata est balsami vineas in Engaddi, & Segor vitulam contornantem, quæ prius Bala vocabatur: & in Zoaram, idest, paruulam, Syro sermone translata est. Recordabatur speluncæ Lot; & versa in lacrymas, virgines focias admonebat cauendum esse vinum, in quo est luxuria, cuius opus Moabitæ sunt, & Ammonitæ. Diu herco in meridie, vbi sponsa cubatē reperit sponsum, & Ioseph inebriatus est cum fratribus suis. Reuertar Hierosolyam, & per Thecuam atq; Amos rutilantem montis Oliueti lucem aspiciam, de quo Saluator ascendit ad patrem. In quo per annos singulos vacca ruffa in holocaustum Domino cremabatur, & cuius cinis expiabat populum Israel: in quo, iuxta Ezechielem, Cherubim de templo transnigrantes, ecclesiam Domini fundauerunt.

Post ingressa sepulcrum Lazari Mariæ & Marthæ vidit hospitium, & Bethphage villam sacerdotium maxillarum, & locum, in quo pullus lasciuens gentium, Dei frena suscepit, apostolorumq; stratus vestibus, mollia terga præbuit ad sedendum. Rectoq; itinere descendebat Hiericho, recogitans illum de euangelio vulneratum, ac sacerdotibus & leuitis, mentis feritate prætereuntibus, clementiam Samaritæ, idest, custodis, qui seminecem suo iumento impositum, ad stabulum ecclesiæ deportauit. Et locum Adomim, quod interpretatur sanguinum, quia multus in eo sanguis crebris latronum fundebatur incurfibus. Et arborem sycomorum Zachæi, idest, bona penitentis opera, quibus cruenta dudum, & noxia rapinis, peccata calcabat: excelsimq; Dominum de excelsis virtutum intuebatur. Et iuxta viam cæcorum loca, qui receptis luminibus vtriusque populi credentis, in Dominum sacramenta præmiserant. Ingressa Hiericho, vidit urbem, quam fundauit Hiel in Abiram primogenito suo, & cuius portas posuit in Segub nouissimo filiorum. Intuita est castra Galgalæ, & acernum præputiorum, & secundæ circumcissionis mysterium: & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alueo, duodecim apostolorum fundamenta firmauerant: & fontem quondam legis amarissimum & sterilem, quem verus Helisæus sua condidit sapientia, & in dulcorem vbertaremq; conuertit. Vix nox transierat, seruentissimo æstu venit ad Iordanem. Stetit in ripa fluminis, & orto sole, solis iustitiæ recordata est, quo modo in medio amnis alueo sicca sacerdotes posuerint vestigia; & ad Heliz & Helisæi imperium, stantibus ex vtraque parte aquis, iter nuda præbuerit: pollutasque diluio aquas, & totius humani generis interfectione maculatas, suo Dominus mundauerit baptismate. Longum est, si velim de valle Achor dicere, idest, tumultus atque turbarum, in qua furtū & auaritia cōdemnata est, & de Bethel domo Dei, in qua super nudā humū nudus & pauper dormiuit Iacob: & posito subter caput lapide, qui in Zacharia septē oculos habere describitur, & in Esaiā lapis dicitur angularis, vidit scalā vsq; ad cœlū tendentē, in qua Dominus desuper innitebatur, ascendētibus porrigēs manū, & negligētēs de sublimi præcipitās. Sepulcra quoq; in mōre Ephraim Iesū filij Naue, & Eleazari filij Aarō sacerdotis, e regione venerata est: quorū alter cōditus est in Tanathlare à septentrionali parte mōtis Gaas, alter in Gabaa filij sui Phinees: facisq; mirata est, quod distributor possessionū sibi montana & aspera delegisset. Quid nar-

Ps. 109.
AA. 13.
Mat. h. 17.
Gen. 49.
Ps. 117.
Gen. 15.
Luc. 1.
CAP. 5.
Iud. 6.
Ezo. 12.
AA. 1.
Esa. 63.
Ios. 1.
Gen. 12.
Ios. 8.
Ios. 14. 15.
Iud. 1.
Ios. 19.
Iud. 1.

Gen. 12.
Esa. 15.
Gen. 19.
Can. 1.
Gen. 43.
Act. 1.
Num. 19.
Ezech. 10.
CAP. 6.
Marth. 26.
Luc. 19.
Luc. 10.
Luc. 19.
Matth. 9.
3. Reg. 16.
Ios. 6. 1.
4. Reg. 2.
Ios. 3.
4. Reg. 3.
Ios. 7.
Gen. 28.
Zach. 3.
Esa. 28.
Ios. 14.

rem

rem Silo, in quo altare dirutum hodieque monstra-
 tur, & raptum Sabinarum à Romulo tribus Benia-
 mitica præcurrit? Transiit Sichem, non, ut pleri-
 que errantes legunt, Sichar, quæ nunc Neapolis ap-
 pellatur, & ex latere montis Garizim extructam cir-
 ca puteum Jacob intrauit ecclesiam: super quo resi-
 dens Dominus, sitiensque; & esuriens, Samaritanæ fide
 faciatuſ est: quæ quinque Moſaicorum voluminum
 viris, sextoque, quem se habere iactabat, errore Dofi-
 thei derelicto, verum Messiam, & verum reperit salu-
 torem. Atque inde diuertens, vidit duodecim pa-
 triarcharum sepulcra, & Sebasten; idest, Samariam,
 quæ in honorem Augusti ab Herode Græco sermo-
 ne Augusti est nominata. ibi siti sunt Helifæus, &
 Abdias propheta, & quo maior inter natos mulierum
 non fuit, Ioannes Baptista. vbi multis intremuit con-
 sternata mirabilibus: namque cernebat varijs dæmo-
 nes rugire cruciatibus, & ante sepulcra sanctorum v-
 lulari homines more luporum, vocibus latrare ca-
 num, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire
 taurorum; alios rotare caput, & post tergum terram
 vertice tangere; suspensusque pede feminis, vestes de-
 fluere in faciem. miserabatur omnium; & per singu-
 los effusis lacrymis, Christi clementiam deprecaba-
 tur. Et sicut erat inualida, ascendit pedibus montem:
 in cuius duabus speluncis, persecutionis & famis
 tempore, Abdias propheta centum prophetas aluit
 pane & aqua. Inde cito itinere percucurrit Naza-
 reth, nutriculam Domini; Chanaan & Caphar-
 naum, signorum eius familiares: lacum Tyberiadis,
 nauigante Domino sanctificatum: & solitudinem,
 in qua multa populorum millia paucis saturata sunt
 panibus, & de reliquijs vescentium repleti sunt co-
 phini duodecim tribuum Israel. Scandebat montem
 Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Aspi-
 ciebat procul montes Hermon & Hermonim, &
 campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara & om-
 nis exercitus eius, Barach vincete, poſtratus est. Tor-
 rens Cifon, qui mediam planitiem diuidebat, & opidum
 iuxta Naim, in quo viduæ suscitatus est filius,
 monstrabatur. Dies me prius, quam sermo, deficiet,
 si voluero cuncta percurrere, quæ Paula venerabilis
 fide incredibili peruagata est. Transibo ad Ægyptum,
 & inter Sochoth atque fontem Sampson, quem de
 molari maxilla dente produxit, subsistam parumper;
 & arentia ora colluam, ut refocillatus videam Mora-
 sthim, sepulcrum quondam Micheæ propheta, nunc
 ecclesiam. Et ex latere derelinquam Choreos, &
 Getheos, Mareſa, Idumæam, & Lachis: & per arenas
 mollissimas pergentium vestigia subtrahetes, latamque
 eremi vastitatem, veniam ad Ægypti fluiuium Sior,
 qui interpretatur turbidus: & quinque Ægypti tran-
 seam ciuitates, quæ loquuntur lingua Chananitide,
 & terram Gessen, & campos Tamneos, in quibus fecit
 Deus mirabilia. Et urbem No, quæ postea versa
 est in Alexandriam: & opidum Domini Nitriam, in
 quo purissimo virtutum nitro sordes lauantur quoti-
 die plurimorum.

Quod cum vidisset, occurrente sibi sancto & ve-
 nerabili episcopo Isidoro confessore, & turbis innu-
 merabilibus monachorum, ex quibus multos sacer-
 dotalis & leuiticus sublimabat gradus, letabatur qui-
 dem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto ho-
 nore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arse-
 nios, Serapionas, & reliqua columnarum Christi no-
 mina: cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus
 non aduoluta est? Per singulos sanctos Christum se
 videre credebat, & quidquid in illos contulerat, in
 Dominum se contulisse letabatur. Mirus ardor, &

vix in femina credibilis fortitudo. Oblita sexus &
 fragilitatis corporeæ, inter tot millia monachorum
 cum puellis suis habitare cubiebat: & forsitan, cun-
 ctis eam suscipientibus impetrasset, ni maius sancto-
 rum locorum retraxisset desiderium. Atque propter
 feruentissimos æstus de Pelusio Maiomam nauiga-
 tione perueniens, tanta velocitate reuersa est, ut aue
 putares. Nec multo post in sancta Bethlehæ mansura
 perpetuo, angusto per triennium mansit hospitio,
 donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum
 peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua
 Maria & Ioseph hospitium non inuenerant. Hucus-
 que iter eius descriptum sit, quod cum multis virgi-
 nibus, & filia comite peragrauit. Nunc virtus largius
 describatur, quæ ipsius propria est, & in qua exponen-
 da, Deo iudice ac teste profiteor, me nihil addere, ni-
 hil in maius attollere more laudatium, sed ne rerum
 excedam fidem, multa detrahere, & ne apud detra-
 ctos, & genuino me semper dente rodentes finge-
 re puter, & cornicem Æſopi alienis coloribus adorna-
 re. Quæ prima Christianorum virtus est, tanta se
 humilitate deiecit, ut, qui eam non vidisset, & pro cele-
 britate nominis miserabatur omnium; ipsam esse non cre-
 deret, sed ancillarum vltimam. Et cum frequenti-
 bus choris virginum cingeretur, & veste, & voce, &
 habitu, & incessu minima omnium erat. Numquam
 post viri mortem vsque, ad diem dormitionis suæ cum
 villo comedit viro, quamuis eum sanctum, & in pon-
 tificali sciret culmine constitutum. Balneas, nisi pe-
 riclitans, non adiit. Mollia, etiam in grauissima fe-
 bre, lectuli strata non habuit; sed super durissimam
 humum; stratis ciliciolis quiescebat: si tamen illa
 quies dicenda est, quæ iugibus pene orationibus dies
 noctesque iungebat: illud implens de psalterio: La-
 uabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis
 meis stratum meum rigabo. In qua fontes crederes
 lacrymarum: ita leuia peccata plugebat, ut illam gra-
 uissimorum criminum crederes ream. Cumque a no-
 bis erebrius moneretur, ut parceret oculis, & eos ser-
 uaret Euangelicæ lectioni, aiebat: Turpanda est fa-
 cies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & ce-
 ruisa, & stibio sæpe depinxi. Affligendum corpus,
 quod multis vacauit delicijs. Longus risus perpeti
 compensandus est fletu. Mollia linteamina, & serica
 pretiosissima, asperitate cilicij commutanda: Quæ
 viro, & sæculo placui, nunc Christo placere deside-
 ro. Si inter tales tantasque virtutes castitatem in illa
 voluero prædicare; superfluus videar: in qua, etiam
 cum secularis esset, omnium Romæ matronarum
 exemplum fuit: quæ ita se gessit, ut nunquam de illa
 etiam maledicorum quidquam auderet fama con-
 fingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga hu-
 miles blandius fuit. Non appetebat potentes, nec ta-
 men superbos & gloriolam quaerentes, fastidio de-
 spiciebat. Si pauperem videbat, sustentabat: si diui-
 tem, ad benefaciendum hortabatur. Liberalitas sola
 excedebat modum. Et vsuras tribuens, versuram quo-
 que sæpius faciebat, ut nulli stipem rogantium dene-
 garet. Fateor errorem meum: cum in largiendo esset
 profusior, arguebam, illud proferens de Apostolo: Non
 ut alijs refrigerium, vobis autem tribulatio: sed
 ex æqualitate in hoc tempore, ut vestra abundantia
 sit ad illorum inopiam, & illorum abundantia sit
 ad vestram inopiam. Et hoc de euangelio saluato-
 ris: Qui habet duas tunicas, det alteram non ha-
 bentibus. Et prouidendum esse, ne, quod libenter fa-
 ceret, semper facere non posset: multaque huiuscemodi,
 quæ illius mira verecundia, & sermone parcissimo dis-
 soluebat, testem inuocans Deum, se pro illius nomi-
 ne cuncta

CAP. 7.

Psal. 6.

1. Cor. 5.

Luc. 5.

ne cuncta facere; & hoc habere voti, vt mendicans ipsa moreretur; vt vnum nummum filiz non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. Ad extremum inferebat: Ego, si periero, multos inueniam, qui mihi tribuant: iste mendicans si à me non acceperit, quæ ei possum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit; à quo eius anima requiretur? Ego cautiorem in re familiari esse cupiebam: sed illa ardentior fide, toto saluatori animo iungebatur; & pauperem Dominum pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipso effecta. Deniq; consecuta est, quod optabat; & in grandi ære alieno filiam dereliquit; quod lucifque debens, non suis viribus, sed Christi se confidit misericordia reddituram.

CAP. 8. Solent plerq; matronarum buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusa, manum à cæteris retrahere: quo illa omnino carebat vitio: ita enim singulis suam pecuniam diuidebat, vt singulis necessarium erat, nõ ad luxuriam, sed ad necessitatem, nemo ab ea pauperum vacuus reuersus est: quod obtinebat non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi, illud semper replicans: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordia consequentur. Et: Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Et: Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et verba Danielis, regem Nabuchodonosor monentis, vt elemosynis redimeret peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra & sæculo transituri sunt, sed in viuis lapidibus, qui voluntur super terram, de quibus, in Apocalypsi Ioannis, ciuitas magni regis extruitur; quos in saphirum, & smaragdum, & iaspidem, & cæteras gemmas esse vertendos, scriptura commemorat. Verum hæc posuit esse communia cum multis: & scit diabolus, non in summo virtutum culmine posita, vnde loquitur ad Dominum. Iob. 1. Post amissam Iob substantiam, post euerfam domum, post liberos interfectos, conum pro corio, & omnia, quæ habuerit homo, dabit pro anima sua: sed extende manum tuam, & tange ossa eius, & carnes, nisi in faciem benedixerit tibi. Scimus plerq; dedisse elemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse, porrexisse egentibus manum, sed carnis voluptate superatos; dealbasse ea, quæ foris erant, & intus plenos fuisse ossibus mortuorum. At non Paula talis: quæ tantæ continentiz fuit, vt prope mensuram excederet, & debilitatem corporis nimis ieiunijs ac labore contraheret: quæ, exceptis diebus festis, vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno æstimeret, quid de vino, & liquamine, piscibus, & lacte, & melle, & ouis, & reliquis, quæ gustui suauiora sunt, iudicaret: in quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant; & si his ventrem ingurgitauerint, tutam pudicitiam suspicantur. Semper quidem virtutes sequitur inuidia, ferientq; summos fulgura montes, nec mirum, si hoc de hominibus loquar, cum etiam Dominus noster pharisæorũ zelo sit crucifixus, & omnes sancti æmulos habuerint; in paradiso quoque serpens fuerit, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Suscitauerat ei Dominus Adad Idumæum, qui eam colaphizaret, ne se extolleret: & quasi quodam stimulo carnis sæpius admonebat, ne magnitudo virtutum altius raperet, & aliarum vitijs seminarum se in excelso crederet constitutam, ego aiebam, liuori esse cedendum, & dandum insaniz locum; quod fecisset Iacob in fratre suo Esau,

& David in pertinacissimo inimicorum Saul; quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se Alphyllis tradiderit, malens hostibus, quàm inuidis subiaceri. At illa respondebat: Iuste hæc diceret, si diabolus contra seruos Dei & ancillas non vbique pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet, si non sanctorum locorum amore retineret, & Bethlehem meam in alia reperire possem parte terrarũ, cur enim non patientia liuorem superem? cur non humilitate frangam superbiam, & percutiẽti maxillam offeram alteram? dicente Apostolo Paulo: Vincite in bono malum. Nonne apostoli gloriabantur, quando pro Domino sunt passi contumeliam? Nonne ipse Saluator humiliavit se; formam serui accipens, & factus est obediẽs patri vsque ad mortem, & mortem crucis, vt nos sua passione saluaret? Iob nisi certasset, & vicisset in prælio, non accepisset coronam iustitiæ, nec audisset à Domino: Putas me aliter locutum tibi, quàm vt appareres iustus? Beati dicuntur in euangelio, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Secura scit conscientia, quod non propter peccata patiamur: & afflictio in sæculo, materia præmiorum est. Si quando procacior fuisset inimicus, & vsque ad verborũ iurgia profuisset; illud spalterij decantabat: Cum cõsisteret aduersum me peccator, obmutui, & filii à bonis: Et rursus: Ego autem quasi surdus non audiebam, & quasi mutus non aperiẽns os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & nõ habens in ore suo increpationes. In temptationibus, Deuteronomij verba volebat: Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis Dominum Deum vestrum de toto corde vestro, & de tota anima vestra. In tribulationibus & angustijs, Esaiæ replicabat eloquia. Qui ab lactari estis à lacte, qui abstracti ab vberẽ, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem; adhuc pusillum propter malitiam labiortum, propter linguam malignam. & scripturæ testimonium in consolationem suam edifferebat: Ablactatorum esse, eorum scilicet, qui ad virilem ætatem peruenissent, tribulationem super tribulationem sustinere, vt spem super spem mereantur accipere: Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Et: Quod si is, qui foris est homo noster corrumpatur, ille, qui intus est, innouetur: & in præsentiarum leue & momentaneum tribulationis vestræ, æternum gloriæ pondus operatur in vobis: nõ aspicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem nõ videntur, æterna. Nec longum fore tempus, etiam si humanæ impatientiæ tardum videatur, quin Dei statim videatur auxilium, dicentis: Tempore oportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Nec dolosa labia, & linguas iniquorum esse metuendas, cū Domino adiutore lætemur, & ipsum debeamus audire per prophetam monẽtem: Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne metueritis, sicut enim vestimentum, sic comedit eos vermis: & sicut lanam, sic deuorauit eos tinea. Et: Per patientiam vestram possidebitis animas vestras. Et: Non sunt dignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi: Tribulationem super tribulationem sustinere, vt patienter agamus in omnibus, quæ accidunt nobis. Patientis enim vir multũ prudens. Qui autẽ pusillanimis est, vehemẽter insipies. In languoribus, & crebra infirmitate dicebat: Quãdo infirmor, tũc fortior sum. Et: Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus, donec mor

1. Reg. 27.

Rom. 12.

Act. 5.
Philip. 2.

Iob. 42.

Math. 5.

CAP. 9.

Psal. 38.
Psal. 37.

Deut. 13.

Esa. 28.

Rom. 5.

2. Cor. 4.

Esa. 49.

Esa. 51.

Luc. 11.
Rom. 8.Prod. 14.
1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

tale

tale hoc induat immortalitatem, & corruptivum hoc vestiatur incorruptione. Et iterum: Sicut superabundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat & consolatio. Ac deinde: Ut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. In merore cantabat: Quare tristis es anima, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. In periculis loquebatur: Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et iterum: Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam: Et: Qui perdidit animam suam propter me salvam eam faciet. Quando dispendia rei familiaris, & eversio totius patrimonij nunciabatur, aiebat: Quid enim prodest homini, si totum mundum lucrifecerit, & animæ suæ damnum habuerit? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Et: Nudus exiui de utero matris mee, nudus & redea. Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomē Domini benedictum. Et illud: Nolite diligere mundum neque ea, quæ sunt in mundo: quoniam omne, quod in mundo est, desiderium carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ huius: quæ non est ex patre, sed ex mundo. & mundus transiit, & concupiscentia eius. Scio ei scriptas infirmitates gravissimas liberorum, & maximè Toxotij sui, quem diligebat plurimum. Cumq; illud virtute compleffet, Turbata sum, & non sum locuta, in hac verba prorupit: Qui amat filium, aut filiam plus quàm me, non est me dignus. Et orans ad Dominum, loquebatur: Posside Domine filios mortificatorum, qui pro te quotidie mortificant corpora sua.

Noui susurrionem quendam, (quod genus hominum perniciosissimum est) quasi benevolam nunciassent, quod pro nimio feruore virtutum quibusdam videretur insana, & cerebrum illius dicerent confouendum. Cui illa respondit: Theatrum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Et: Nos stulti propter Christum: sed stultum Dei sapientius est hominibus. Unde & saluator loquitur ad patrem: Tu scis insipientiam meam. Et iterum: Tamquam prodigiū factus sum multis, & tu adiutor fortis: ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quem in euangelio & propinqui quasi mentis impotem ligare cupiebant, & aduersarij suggillabāt, dicentes: Dæmonium habet, & Samaritanus est. Et: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Sed nos audiamus Apostolum cohortantem: Hęc est gloria nostra, testimonium conscientia: nostræ: quoniam in sanctitate, & sinceritate, & in gratia Dei conuersati sumus in mundo. Et Dominum dicentem ad apostolos: Ideo mundus odit vos, quoniam non estis de mundo. Si enim effectis de mundo, amaret utiq; mundus quod suum erat. Et ad ipsum Dominum verba vertebat: Tu nosti cordis abscondita; & hæc omnia venerunt super nos, nec sumus obliti tui, nec inique egimus in testamento tuo, nec auersum est retrorsum cor nostrum. Et: Propter te mortificati sumus tota die: reputati sumus vt oues occisionis. Sed Dominus auxiliator meus: non timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili honora Dominum, & confortaberis, & extra Dominum nullum timueris. His, & talibus testimonij, quasi armatura Dei, & aduersus omnia quidem vitia, sed præcipue instruebat se contra inuidiam seuientem, & patiēdo iniurias, furorē rabidi pectoris mitigabat.

CAP. 10. Denique vsque ad diem mortis & huius patientia, & aliorum zelus omnibus patuit, qui suum rodit auctorem, & dū æmulū lædere nititur, in semet ipsum

proprio furore bacchatur. Dicam & de ordine monasterij, quo modo sanctorum continentia in suum verterit lucrum. Seminabat carnalia, vt meteret spiritualia: dabat terrena, vt cœlestia tolleret: breuia cōcedebat, vt pro his æterna mutaret. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas è diuersis prouincijs congregarat, tam nobiles, quàm medijs & infimi generis, in tres turmas monasteriaq; diuisit, ita duntaxat, vt in opere & in cibo separatæ, psalmodijs & orationibus iungerentur. Post alleluia cantatū, quo signo vocabantur ad collectam, nulli residere licitum erat: sed prima, seu inter primas veniens, cæterarum operiebatur aduentum, pudore & exemplo ad laborem eas prouocans, non terrore. Mane hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant. Nec licebat cuiquam sororum ignorare psalmos, & non de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. Die tantum Dominico ad ecclesiam procedebant, ex cuius habitabat latere. & vnumquodq; agmen matrem propriam sequebatur: atque inde pariter reuertentes, instabant operi distributo, & vel sibi, vel cæteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non permittebatur de domo sua habere comitem; ne veterum actuum memor, & lasciuientis infantia errorem refricaret antiquum, & crebra confabulatione renouaret. Vnus omnium habitus. Lintheamine ad tergendas solum manus utebantur. A viris tanta separatio, vt à spadonibus quoque eas seungeret, ne vllam darēt occasionem linguæ maledicæ, quæ sanctos carpere solita est in solatium delinquendi. Si qua vel tardior veniebat ad psalmos, vel erat in opere pigrior, varijs eam modis aggrediebatur: si erat iracunda, blanditijs: si patiens, correptione: illud Apostoli imitans: Quid vultis: in virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis, & mansuetudinis? Excepto victu & vestitu, nullam habere quidquam patiebatur, dicente Paulo: Habentes victum, & vestitum, his contenti sumus: ne consuetudine plus habendi præberet locum avaritiæ, quæ nullis expletur opibus; & quanto amplius habuerit, plus requirit, & neque copia, neque inopia minuitur. Iurgantes inter se, sermone lenissimo fœderabat. Lasciuientem adulescentulam carnem crebris & duplicatis frangebat ieiunijs, malens eis stomachum dolere, quàm mentem. Si vidisset aliquam comptiorem, contractione frontis, & vultus tristitia arguebat errantem, dicens: Munditiam corporis, atque vestitus, animæ esse immunditiam: & turpe verbum, atque lasciuum, numquam de ore virgineo proferendum: quibus signis libidinosus animus ostenditur: & per exteriorē hominem interioris hominis vitia demonstrantur. Quam linguosam, garrulam, ac procacem, rixisque perpexerat delectari, & sæpius commonitam nolle conuerti, inter vltimas & extra conuentum sororum, ad fores triclinij orare faciebat, & separatim cibum capere; vt, quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor. Furtū quasi sacrilegium detestabatur, & quod inter sæculi homines vel leue putatur, vel nihil, hoc in monasterijs grauissimum dicebat esse delictum. Quid memorem clementiam, & sedulitatem in ægrotantes, quas miris obsequijs, & ministerijs confouebat: cumq; alijs languentibus large præberet omnia, & esum quoq; exhiberet carniū, si quando ipsa ægrotasset, sibi nō indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quod in alijs clementiam, in se duritiam commutabat. Nulla iuuenum puellarum, sano, & vegeto corpore, tantæ se dederat continentia, quantæ ipsa fracto, & senili, debilitatoque

1. Cor. 4

1. Tim. 4

tinentiae, quante ipsa fracto, & fenili, debilitatoque corpusculo. Fateor, in hac re pertinacior fuit, ut sibi non parceret, & nulli cederet admonenti. Referam, quod expertus sum. Mense Iulio feruentissimis aestibus incidit in ardorem febris: & post desperationem cum Dei misericordia respirasset, & medici persuaderent, ob refectiorem corporis vino opus esse tenui, & parco, ne aquam bibes in hydropem verteretur, & ego clam beatum Papam Epiphanium rogarem, ut eam moneret, immo compelleret vinum bibere; illa, ut erat prudens & solertis ingenij, statim sensit incidias, & subridens, meum esse, quod ille diceret, intimavit. Quid plura? cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quaerenti mihi quid egisset, respondit: Tantum profeci, ut seni homini penè persuaserit, ne vinum bibam. Haec refero, non quod inconsiderater, & ultra vires sumpta onera probem, monente scriptura: Super te onus ne leuaueris: sed quod mentis eius ardorem, & desiderij fidelis animæ, ex hac quoque probare velim perseverantia, decantantis: Si uiuit anima mea in te, quam multipliciter tibi caro mea. Difficile est modum tenere in omnibus. Et verè, iuxta philosophorum sententiam, *μεσότης ἢ ἀρετή, κακία ὑπερβολὴ καὶ ἄκρασις*: id est: modus virtus est, vitium nimietas reputatur. Quod nos vna & breui sententia exprimerè possumus: Ne quid nimis. Quæ in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam, in lectu mitis erat, & suorum mortibus frangebatur, maximè liberorum. nam & in viri, & filiarum dormitiõe, semper periclitata est. Et cum os, stomachumq; signaret, & matris dolorem, crucis niteretur inpressione lenire: superabatur affectu, & credulam mentem, parentis viscera consternabant; animoque vincens, fragilitate corporis vincebatur. quam semel languor arripiens, longo tempore possidebat, ut & nobis inquietudinem, & sibi discrimina afferret. in quo illa lætabatur, per momenta commemorans: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector, pro laudibus me vituperationem scribere. testor Iesum, cui illa seruiuit, & ego seruire cupio, me vtramque in partè nihil fingere, sed quasi Christianum de Christiana, quæ sunt vera, proferre, id est, historiam scribere, non panegyricum; & illius vitia, aliorum esse virtutes. vitia loquor, secundum animum meum, & omnium sororum ac fratrum desiderium, qui illam diligimus, & absentem quaerimus.

Cæterum illa impleuit cursum suum, fidemque seruaui, & nunc fruitur corona iustitiæ, sequiturque agnum, quocumque vadit. Saturatur, quia esuriuit, & læta decantat: Sicut audiuius, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. O beata rerum commutatio: fleuit, ut semper rideret: despexit lacus contritos, ut fontem Dominum reperiret. vestita cilicio est, ut nunc albis vestimentis vteretur, & diceret: Scidisti faccum meum, & induisti me lætitia. Cinerem sicut panem manducabat, & potionem suam cum fletu miscebat, dicens: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, ut in æternum pane angelorum vesceretur, & caneret: Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Et: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Ut Esaiæ, immo Domini per Esaiam in se cerneret verba compleri? Ecce, qui seruiunt mihi, manducabunt: vos autem esurietis. Ecce, qui seruiunt mihi, bibent: vos autem sitietis. Ecce qui seruiunt mihi, lætabuntur: vos autem confundemini. Ecce, qui seruiunt mihi, exultabunt: vos autem clamabitis ob dolorem cordis, & propter con-

tritionem spiritus vluabit. Dixeram, lacus eam semper fugisse contritos, ut fontem Dominum reperiret, ut posset læta cantare: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: Quando veni, & apparebo ante faciem Dei? Tangam ergo breuiter, quo modo hæreticorum cœnolos deuinauerit lacus, & eos instar habuerit ethnicorum. Quidam veterator callidus, atque, ut sibi videbatur, doctus, & sciolus, me nesciente cœpit ei proponere quæstiones, & dicere: Quid peccauit infans, ut à dæmone corripiatur? in qua ætate resurrecturi sumus? si in ipsa, qua morimur: ergo nutricibus post resurrectione opus erit. si in altera: nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexus maris ac feminæ erit, aut non erit? si erit: sequentur & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio. si non erit: sublata diuersitate sexus eadem corpora non resurgēt: aggrauat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: sed tenuia Sap 9. erunt, & spiritualia, dicente Apostolo: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quedam vitia, & antiqua peccata in corpora esse delapsas? & pro diuersitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari; ut vel corporum sanitate gauderent, & parentum diuitijs, ac nobilitate, vel in morbidas carnes, & domos inopum venientes, pœnas pristinorum luèrent delictorum; & præfenti seculo atque corporibus, quasi carcere clauderentur. Quod cum audisset, & ad me retulisset, indicans hominem; mihi que incubuisset necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestię resistendi; de quibus psalmista commemorat, dicens: Ne tradas bestijs animas confitentium tibi: Et. Increpa Domine bestias calami, qui scribentes iniquitate, loquuntur contra Dominum mendacium, & eleuant in excelsum os suum: conueni hominem, & orationibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione conclusi, dicens: Vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorum, an non? Qui cum se credere respondiisset, intuli: Eadem resurgent corpora, an altera? Cum dixisset, eadem: sciscitatus sum: In eodem sexu, an in altero? Ad interrogata reticenti, & instar colubri huc atque illuc transerenti caput, ne feriretur; Quia, inquam, taces, ego mihi pro te respondebo, & consequentia inferam. Si non resurget mulier, ut mulier, neque masculus, ut masculus: non erit resurrectio mortuorum, quia sexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. si autem sexus & membra nõ fuerint: vbi erit resurrectio corporum, quæ sine sexu non constant, & membris? Porro si corporum nõ fuerit resurrectio, nequaquam erit resurrectio mortuorum. Sed & illud, quod de nuptijs obijcis: Si eadem membra fuerint, sequi nuptias, à saluatore dissoluitur. Erratis nescientes scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione enim mortuorum, non nubent, neque nubentur, sed erunt similes angelorum. Vbi dicitur, Non nubent, neque nubentur, sexuum diuersitas demonstratur. nemo enim de lapide, & ligno dicit, non nubent, neque nubentur, quæ naturam nubendi non habent; sed de ijs, qui possunt nubere, & gratia Christi ac virtute non nubant. Quod si opposueris: quo modo ergo erimus similes angelorum; cum inter angelos non sit masculus, & femina: breuiter ausculta. Non substantiam nobis angelorum, sed conuersationem, & beatitudinem Dominus repromittit: quo modo & Ioannes Baptista, antequam decollaretur, angelus appellatus est, & omnes sancti, ac virgines Dei, etiam in isto

Psal. 41.

Sap 9.

1. Cor. 15.

Psal. 73. 67

Matth. 22.

Luc. 20.

Luc. 7.

Proc. 13.

Psal. 62.

Rom. 7.

CAP. II.
1. Tim. 4.
Apoc. 14.
Psal. 37.
Hic. 2.

Psal. 29.
Psal. 101.

Psal. 41. 33.
Psal. 44.

Esai. 65.

in isto sæculo vitam in se exprimunt angelorū. quando enim dicitur: Eritis similes angelorum: similitudo promittitur, non natura mutatur. Simulq; responde, quo modo illud interpreteris, quod Thomas Domini resurgens tetigerit manus, & viderit lancea latus eius perforatum? Et Petrus in litore stantem viderit Dominum, & partem aspi piscis, ac fauam mellis comedentem? Qui stabat, profecto habebat pedes. Qui monstravit latus vulneratum, utiq; & ventrem, & pectus habuit, sine quibus non sunt latera ventri & pectori coherentia. Qui locutus est, lingua & palato ac dentibus loquebatur. sicut enim plectrum cordis, ita lingua illiditur dentibus, & vocalem reddit sonum. Cuius palpatæ sunt manus, consequenter & brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuisse dicatur; necesse est, ut totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris, non utiq; femineum, sed virile, id est, eiusdem sexus, in quo mortuus est. Quod si obtenderis: Ergo & nos post resurrectionem comedemus? Et quo modo clausis ingressus est ianuis, contra naturam pinguium, & solidorum corporum? Audies: Noli propter cibum, resurrectionis fidem in calumniam trahere. Nam & archisynagogi filia resuscitata iussit cibum dari: & Lazarus quadrupes mortuus, cum ipso scribitur inisse conuiuium; ne resurrectio eorum phantasma putaretur. Sin autem clausis ingressus est ianuis, & iccirco spirituale & aerium corpus niteris approbare: ergo & antequam pateretur, quia contra naturam grauiorum corporum super mare ambulauit, spirituale corpus habuit. Et apostolus Petrus, qui & ipse super aquas pendulo incessit gradu, spirituale corpus habuisse credendus est: cum potentia magis & virtus ostendatur Dei, quando fit aliquid contra naturam. Et vt scias, in signorum magnitudine non naturæ mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari: Qui ambulabat fide, cepit infidelitate mergi, nisi eum manus Domini subleuasset, dicentis: Modicæ fidei, quare dubitasti? Miror autem te obdurare frontem loquente Domino, Infer digitum tuum huc, & tange manus meas: & porrige manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Et alibi: Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Ossa audis, & carnem, & pedes, & manus: & globos mihi Stoicorum, atque aëria quædam deliramenta confingis.

Porro si quæris, cur infans à dæmone corripitur, qui peccata non habuit; aut in qua ætate resurrectori sumus, cum diuersa ætate moriamur. ingratissimè suscipies, iudicia Dei abyssus multa. Et: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? Ætatum autem diuersitas non mutat corporū veritatem. cum enim corpora quotidie nostra fluant, & aut crescant aut decrescant: ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur: aut alius fui, cū decem annorum essem, alius, cum triginta; alius, cum quinquaginta; alius, cum iam toto cano capite sum? Igitur, iuxta ecclesiarum tradiones, & apostolum Paulum, illud est respondendum: quod in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi resurrectori sumus, in qua & Adam Iudæi conditum aurumant: & Dominum saluatorem legimus surrexisse: & multa, quæ de vtroque testamento in suffocationem hæretici protuli. Ex quo die ita cepit hominem decrescere, & omnes, qui eiusdem dogmatis

erant, vt eos voce publica hostes Domini proclamaret. Et hæc dixi, non vt breuiter hæresim confutarem, cui multis voluminibus respondendum esset; sed vt fidem tantæ femina ostenderem, quæ maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quàm Dei offensam amicitij noxijs prouocare. Dicam ergo, vt cœperam: nihil ingenio eius docilius fuit.

Tarda erat ad loquendum, velox ad audiendum, memor illius præcepti: Audi Israel, & tace. Scripturas sanctas tenebat memoriter. Et cum amaret historiam, & hoc veritatis diceret fundamentum; magis tamen sequebatur intelligentiam spirituales; & hoc culmine ædificationem animæ protegebat. Denique compulit me, vt vetus & nouum instrumentum cum filia, me differente, perlegeret. quod propter verecundiam negans, propter assiduitatem tamen, & crebras postulationes eius præstiti, vt docerem quod didiceram, non à me ipso, id est, à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus ecclesiæ viris. Sicubi hæsitabam, & nescire me ingenue confitebar; nequaquam mihi volebat acquiescere, sed iugi interrogatione cogebar, vt è multis variisq; sententijs, quæ mihi videretur probabilior, indicarem. Loquar & aliud, quod forsitan æmulis videatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab adolescentia multo labore ac iudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea desereret, discere voluit, & consecuta est; ita vt psalmos Hebræicè caneret, & sermonem absque vlla Latinæ linguæ proprietate personaret. quod quidem vsque hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus: quæ ita semper adhæsit matri, & eius obediuit imperijs, vt numquam absque ea cubaret, numquam procederet, numquam cibum caperet, ne vnum quidem nummum haberet potestatis suæ, sed & paternam, & maternam substantiolaria à matre distribui pauperibus lætaretur; & pietatem in parentem, hereditatem maximam & diuitias crederet. Non deo silentio præterire, quanto exultauerit gaudio, quod Paulam, neprem suam, ex Lata & Toxotio genitam, immo voto & futuræ virginitatis repromissione conceptam, audierat in cunis, & crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare, auiaq; & amitæ nomina dimidiatis verbis frangere. In hoc solo patriæ desiderium habuit, vt filium, nurum, neprem renunciaffe sæculo, & Christo seruire cognosceret. quod & impetravit ex parte. nam neptis Christi flammico reseruat: nurus æternæ se tradens pudicitia, socrus opera, fide, & elemosynis sequitur, & Romæ conatur exprimere, quod Hierosolymis illa compleuit.

Quid agimus anima? cur ad mortem eius venire formidas? Iam tūdem prolixior liber cuditur, dum timemus ad vltima peruenire, quasi, tacentibus nobis, & in laudibus illius occupatis, differri possit occupatus. Hucusque prosperis nauigauimus ventis, & crispantia maris æquora labens carina sulcauit: nunc in scopulos incurrit oratio, & tumentibus fluctuum motibus, præsens vtriq; nostrum intentatur naufragium, ita vt cogamur dicere: Præceptor saluos nos fac, perimus. Et illud: Exurge, vt quid obdormis Domine? Quis enim possit siccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauissimam valetudinem: immo, quod obtabat inuenit, vt nos desereret, & plenius Domino iungeretur. In quo languore, Eustochij filia probata semper in matre pietas, magis ab omnibus comprobata est. ipsa assidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, puluillum supponere, fricare pedes, manu stomachū confouere, molliam strata componere, aquam calidam temperare, mapulam

Ios. 19. 11.
Luc. 24.

Ioan. 20.

Mar. 5.
Ioan. 12.

Marth. 14.

Ioan. 20.

Luc. 24.

CAP. 12.

Psal. 35.
Rom. 11.

Eph. 4.

CAN. 11

Luc. 8.
Psal. 45.

pulam apponere, omnium ancillarum præuenire officia, & quidquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum, quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu interiacentem matrem & specum Domini discurret, ne priuarentur tanto contubernio, ne illa absente uiueret, ut eodē feretro portaretur? Sed o mortalium fragilis, & caduca natura; & nisi Christi fides nos extollat ad cælum, & æternitas animæ promittatur, cum bestijs ac iumentis corporum vna conditio est. idem occubitus iusto & impio, bono & malo, mundo ac immundo, sacrificanti & non sacrificanti, sicut bonus, ita & qui peccat. sicut qui iurat, ita & is, qui iuramentum meruit, similiter & homines, & iumenta in fauillam & cinerem dissoluuntur. Quid diu immoror, & dolorem meum differendo facio longiorem? Sentiebat prudentissima feminarum adesse mortem, & frigente alia parte corporis atque membrorum, solum animæ teporem in sacro pectore palpitare: & nihilominus, quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos verficulos susurrabat: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Et: Elegi abiecta esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Cumque à me interrogaretur, cur taceret, cur nollet respondere, an doleret aliquid: Græco sermone respondit, nihil se habere molestiæ, sed omnia quieta & tranquilla perspicere. Post hæc obmutuit, & clausis oculis, quasi iam mortalia despiceret, vsque ad expirationem animæ eisdem reperebat verficulos; ut, quod dicebat, vix audire possemus, digitumque ad os tenens, crucis signum pingebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhelabat in mortem: animaque erumpere gestiens, ipsum fridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini conuertebat. Aderant Hierosolymarum & aliarum urbium episcopi, & sacerdotum inferioris gradus, ac leuitarum innumerabilis multitudo: omne monasterium, virginum & monachorum chori repleuerant. Statimque, ut audiuit sponsum vocantem: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: Quoniam ecce hyes transiit, & recessit, pluuia abiit tibi: Læta respondit: Flores visi sunt in terra, tempus sectionis aduenit. Et: Credo videre bona Domini in terra uiuentium. Exhinc non ululatus, non planctus, ut inter sæculi homines fieri solet, sed psalmodiarum linguis diuersis examina concrepabant. Translataque episcoporum manibus, & ceruicem feretro subijciētibus, cum alij pontifices lampadas cereosque præferrent, alij choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncæ saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palæstinarū urbium turba conuenit. quem monachorum latentium in eremo cellula sua tenuit? quam virginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegum putabat, qui non tali feminae vltimum reddidisset officium. Viduæ, & pauperes, in exemplum Dorcadis, vestes ab ea præbitas ostendebant. omnis inopum multitudo matrem; & nutriciam se perdidisse clamabat. quodque mirum sit, nihil pallor mutauerat faciem, sed ita dignitas quadam, & grauitas orā compleuerat, ut eam putares non mortuam, sed dormientem. Hebræo, Græco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant, non solum triduo, donec subter ecclesiam, & iuxta specum Domini conderetur, sed per omnem hebdomadam, cunctis, qui venerant, suum funus, & proprias credentibus lacrymas. Venerabilis virgo filia eius Eustochium, quasi ablactata super matrem suam, abstrahi à parente non poterat:

HIERON. TOM. I.

deofculari oculos, hæere vultui, totum corpus amplexari, & se cum matre velle sepeliri.

Testis est Iesus, ne vnum quidem nummum ab ea filia derelictum, sed, ut ante iam dixi, derelictum magnam æs alienum, & quod his difficilium est, fratrum & sororum immensam multitudinem, quos & sustentare arduum, & abicere impium est. Quid hac virtute mirabilius, feminam nobilissimæ familiæ, magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, ut ad egestatem pene vltimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in carbonam Dei æra congesa, funeralibusque aureis dona pendentia. nemo plus dedit pauperibus, quam quæ sibi nihil seruauit. nunc illa diuitijs fruitur, & ijs bonis, quæ nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nostram vicem dolemus, & inuidere potius gloriæ eius videbimur, si voluerimus diutius flere regnantem. Secura esto Eustochium, magna hæreditate ditata es. Pars tua Dominus; & quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotæ quoque mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & violis plebitur, ista de lilijs. vnde & in Cantico scribitur canticorum: Frater uelis meus candidus, & rubicundus, & in pace, & in bello eadem præmia vincentibus tribuens. Mater, inquam, tua audiuit cum Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam ostendam tibi. Et per Hieremiam Dominum præcipientem: Fugite de medio Babylonis, & saluate animas vestras. Hæc autem exijt de terra sua; & vsque ad diem mortis suæ non est reuerfa in Chaldæam; nec ollas Ægypti, & virulentias carniū desiderauit; sed choris comitata virgineis, cuius est saluatoris effecta, de paruula Bethlehem, cælestia regna conscendens, dicit ad veram Noëmi: Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus. Hunc tibi librum ad duas lucubratiunculas, eodem, quem tu sustines, dolore, dictaui. nam quotiescumque styllum figere volui, & opus exarare promissum; toties obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit. vnde & inculta oratio votum scribentis absque vlla elegantia & verborum lepore testatur. Vale, o Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuuua. Fides & opera tuâ Christo te fociant: præfens facilius, quod postulas, impetrabis. Exegi monumentum tuum ære perennius, quod nulla destruere possit vetustas. incidi elogium sepulcro tuo, quod huic volumini subdidi, ut, quocumque noster sermo peruenerit, te laudatam, te in Bethlehæ conditam lector agnoscat.

Sequitur titulus sepulcri.

Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,
Gracchorum soboles, Agamemnonis inclyta proles,
Hoc iacet in tumulo, Paulam dixere priores,
Eustochij genitrix, Romani prima senatus
Pauperiæ Christi, & Bethlehemitica ruta secuta est.

In fronte speluncæ.

Aspicias angustum præcisa rupe sepulcrum?
Hospitium Paulæ est, cælestia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamque relinquens,
Diuitias, sobolem, Bethlehemiti conditur antro.
Hic præsepe tuum Christe, atque hic mystica magi
Munera portantes, hominibusque deoque dedere.

Dormiuit sancta & beata Paula VII. Kal. Feb. tertii sabbati post solis occubitus. sepulta est V. Kal. earundem, Honorio Augusto, sexies, & Arestenio consulis. Vixit in sancto proposito Romæ annos

F. quinque,

Psal. 115.
Psal. 83.

Cant. 1.

Psal. 116.

Aa. 9.

Psal. 130.

CAR. 14.

Ea. 84.

Cant. 9.

Gen. 12.

Hier. 50.
48.

Exod. 18.

Ruth 2.

quinque, Bethlehem annos viginti. omne vitæ tempus impleuit annis quinquaginta sex, mēſibus octo, diebus viginti, & vno.

HIERONYMVS AD
LVCINIVM.

EPISTOLA XXVIII.

ARGVMENTVM.

LVCINIVS, Beticus natione, qui vnā cum Theodora vxore castam ducebat vitam, suis sumptibus D. Hieronymi gregem adiuuerat, & ad sancta Hierosolymæ loca, ibi reliquū vitæ traducturus, nauigare statuerat. Hieronymus nunc eum hortatur, vt in proposito persistet, & quamprimum potuerit, ad nauiget. interea opera quadam sua, quæ postulauerat, vnā cum quattuor ciliciculis, & Esaiæ codice, litteris iungens, ad eum mittit.

CAP. I.



EC opināti mihi subito litteræ tuæ redditæ sunt: quæ quanto inſperatæ, tanto gaudiorum plenæ, quiescentē animam fuscitarunt, vt statim amore complecterer, quem oculis ignorabam; & illud mecum tacitus miffitarem: Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ? & volabo, & requiescam; vt inueniat, quem diligit, anima mea. Vere nunc in te sermo Dominicus completus est: Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent in sinu Abrahæ. Cornelius, centurio cohortis Italicæ, iam tunc Lucinij mei præfigurabat fidem. Apostolus Paulus scribens ad Romanos, Cum, inquit, in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc: tantis fluctibus approbauit, quid de illa prouincia quæreret. In breui tempore ab Hierosolymis vsque ad Illyricum euangelij iaciens fundamenta, Romam vincētus ingreditur, vt vincētos superstitionis erroribus liberos faciat. Manet in hospicio conducto per biennium, vt nobis vtriusque instrumenti æternam reddat domum. Piscator hominum, misso rete Apostolico, te quoque quasi pulcherrimum Auratam inter innumera piscium genera traxit ad litus. Reliquisti amarus fluctus, falsos gurgites, fissuras montium, & Leuiathan regnantem in aquis; cum Iesu deserta experens contempnisti, vt possis illud propheticum canere: In terra deserta, & in inuio, & in aquoso, sic in sancto apparui tibi. Et iterum: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate. Obsecro ergo te, & moneo parentis affectu, vt, qui Sodomam reliquisti, ad montana festinans, post tergum ne respicias: ne aratri stitiam, ne fimbriam saluatoris, ne cincinnos eius, noctis rore madefactos, quos semel tenere cœpisti, aliquando dimittas: ne de tecto virtutum pristina quæsiturus vestimenta descendas: ne de agro reuertaris domum: ne campes tria cum Loch & amœna hortorum diligas: quæ non irrigantur de cælo, vt terra sancta, sed de turbido flumine Iordanis, postquam dulces aquas maris mortui commixtione mutauit. Cœpisse, multorum est; ad culmen peruenisse, paucorum. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. At contra de nobis dicitur: Sic currite, vt apprehendatis. Non est inuidus agonotheta noster: nec alterius palma alteri parat ignominiam. omnes athletas suos desiderat coronari. Gaudet anima mea, & magnitudine lætitiæ rem mæroris patior. Ruth in lacrymas verba prorumpit. Zachæus publicanus ad vnus horæ conuersionem, hospitem habere meruit saluatorem, Martha & Maria, conuiuio

preparato, Dominum susceperunt. Meretrix lauat pedes, & vnguentis bonorum operū Dominici corporis dedicat sepulturam. Simon leprosus inuitat magistrum cum discipulis, & non cōtemnitur. Abrahæ dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; & vade in terrā, quam monstrauero tibi. relinquit Chaldæam, relinquit Mesopotamiam: quærit, quod nescit; ne perdat, quod inuenerat. nō enim arbitratus est simul se habere posse & patriam & Dominum, sed iam tunc illud prophete David opere cōplebat: Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hebræus, id est, peregrinus, atque transitor, dum non est præſenti virtute contentus, sed præteritorum obliuiscens, in futurū se extendit, & scit illud: Ibūt de virtute in virtutem: mysticū sortitus est nomen, & viam tibi aperuit, quo modo non quæras ea, quæ tua sunt, sed quæ aliena: & illos putes parentes, fratres, affines atque cognatos, qui tibi in Christo copulati sunt. Mater, inquit, mea, & fratres mei sunt hi, qui faciunt voluntatem patris mei. Habes tecum prius in carne, nunc in spiritu sociam, de coniuge germanam, de femina virū, de subiecta parem; quæ sub eodem iugo ad cælestia simul regna festinat. Cauta rei familiaris dispensatio, & ad calculos rediens, non cito deponitur. Ioseph cum tunica Aegyptiam effugere non potuit. Adoleſcens ille, qui opertus sindone sequebatur Iesum, quia tētus fuerat à ministris, terrenum abiciēs operimentum, nudus euasit. Helias igneo curru raptus ad cælū, meloten reliquit in terris. Helisæus boues & iuga prioris operis vertit in vota. Loquitur sapiētissimus vir: Qui tagit picem, inquinabitur ab ea. Quamdiu versamur in rebus sæculi, & anima nostra possessionum ac reddituum procuracione deuincta est, de Deo liberè cogitare non possumus. Quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? qui consensus Christi ad Belial? quæ pars fideli cum infideli? Non potestis, inquit Dominus, Deo seruire, & mammonæ. Aurum deponere, incipientia est, non perfectorum. fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antisthenes. se ipsum offerre Deo, propriè Christianorū est, & Apostolorum: qui duo cum vidua pauperatis suæ in gazophylacium æra mittētes, totum censum, quem habuerunt, Domino tradiderunt, & merentur audire: Sedebitis super duodecim solia, iudicātes duodecim tribus Israel. Hæc, & ipse intelligis, quo animo replicem, & quod sub alijs verbis te ad sanctorum locorum inuitem habitaculum. Abundantia tua multorum inopiam sustentauit, vt & horum diuitiæ in tuam indigentiam redundarent. Fecisti tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipere in æterna tabernacula. Laudāda res, & Apostolicorum temporum virtutibus coæquanda; quando, venditis possessionibus suis, credentes afferebant pecunias, atque fundebant ante pedes Apostolorum, ostendētes auaritiā esse calcandam. Sed Dominus magis quærit animas credētium, quā opes. Legimus: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Possumus quidem diuitias proprias intelligere, quæ non de alieno, nō de rapinis sunt: iuxta illud: Honora Deum de tuis iustis laboribus. sed melior est intelligentia, vt diuitias proprias cognoscamus thesauros absconditos, quos nec fur possit suffodere, nec latro violentus eripere. Opuscula mea, quæ non sui merito, sed tua bonitate desiderat te dicis, ad describendum hominibus tuis dedi, & descripta vidi in chartaceis codicibus, ac frequenter monui, vt conferrent diligentius, & emendarent. Ego enim tanta volumina, præ frequentia commætantium, & peregrinorum turbis relegere

Psal. 54.

Math. 3.

Act. 10.
Rom. 15.

Act. 18.

Job. 40.

Psal. 62.
Psal. 54.

Gen. 19.
Luc. 9.

Cant. 5.
Math. 24.

Gen. 13.

1. Corin. 6.
1. Corin. 9.

Ruth 1.
Luc. 19.
Ioan. 12.

Luc. 7.

Marc. 14.
Genes. 11.

Psal. 18.

Psal. 81.

Math. 11.

Gen. 39.

Marc. 14.

4. Reg. 2.
3. Reg. 19.

Eccle. 13.

2. Corin. 6.

Math. 6.

Luc. 11.

Math. 13.

Luc. 16.

Act. 4.

Prover. 13.

Prover. 13.

Luc. 11.

relegere non potui: & vt ipsi probauere præsentem, lógo tentus incommodo, vix diebus quadragésimæ, quibus ipsi proficiscebantur, respirare cœpi. vnde, si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quæ sensum legentis impediunt; non mihi debes imputare, sed tuis, & imperitiæ notariorum, libroriorumque incuria; qui scribunt, non quod inueniunt, sed quod intelligunt; & dum alienos errores emendare nituntur, offendunt suos. Porrò Iosephi libros, & sanctorum Papiæ & Polycarpi volumina, falsus ad te rumor pertulit, à me esse translata: quia nec otij mei, nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate. Origenis & sancti Didymi pauca transfulimus, volentes nostris ex parte ostendere, quid Græca doctrina retineret. Canonem Hebraicæ veritatis, excepto Hebræateucho, quem nunc in manibus habeo, pueris tuis & notarijs dedi scribendum. Septuaginta interpretum editionem & te habere non dubito, & ante annos plurimos diligentissimè emendatam, studiosis tradidi: nouum testamentum Græcæ reddidi auctoritati. vt enim veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum Græci sermonis normam desiderat. De sabbato quod quæris, vtrum ieiunandum sit, & de eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romanæ ecclesiæ & Hispaniæ obseruare perhibentur: scripsit quidem & Hippolytus, vir disertissimus, & carptim diuersi scriptores è varijs auctoribus edidere: sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditionem ecclesiasticam, præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. atque vtinam omni tempore ieiunare possimus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes & die Dominico, Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. Nec tamen Manichææ hereseos accusandi sunt, cum carnalis cibus præferri non debuerit spirituali. Eucharistiam quoque absque condemnatione nostri, & pungeat conscientia, semper accipere, & psalmistam audire, dicentem: Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus, & cum eo canere: Eructauit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quod Dominici diebus ieiunandum putem, & contextas quinquaginta diebus serias auferam: sed vnaquæque pronuncia abundet in sensu suo, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. Duo palliola, & amphimallum de tuis vsibus vel vtenda, vel sanctis danda suscepi. Ego insignia paupertatis, & quotidianæ symbola pænitentia, tibi & sorori tuæ misi, quattuor ciliceola apta proposito & vsibus vestris, & codicem, hoc est, visiones Esaiæ valde obscurissimas, quas nuper historica explanatione disserui: vt, quotiescumque mea opuscula videris, toties amici dulcissimi recordatus, nauigationem, quam partim per distuleras, pares. Et quia non est in homine via eius, & à Domino gressus hominis diriguntur: si forte, quod procul abijt, aliquid fuerit impediendi, quæso, vt quos caritas iungit, terrarum longitudo non separet, & absentem Lucinium nostrum, semper præsentem litterarum vicissitudine sentiamus.

HIERONYMVS AD THEODORAM
EPISTOLAM
Lucinij Bætici.

EPISTOLA XXIX.
ARGUMENTVM.

LUCINIUS Bæticus, ad quem superior extat epistola, dum esset in procinctu pergendi in Bethlehem, obiit. D. Hieronymus Theodoram vxorem, cum qua, vti cum

HIERON, TOM. I.

sorore, castè viuebat, nunc consolatur, & Lucinij laudes describit.



VGVRI nuncio consternatus super sancti & venerabilis mihi dormitione Lucinij, vix breuem epistolam distare potui: non quòd eius vicem doleam, quem scio ad meliora transisse, dicente Moyse: Transiens

videbo visionem hanc magnam: sed quo torquar de desiderio, non meruisse me eius viri videre faciem, quem in breui tempore huc venturum esse credebam. Verum est illud super necessitate mortis prophetale vaticinium, quòd fratres diuidat, & carissima inter se nomina crudelis & dura dissociet. Sed habemus consolationem, quia Domini voce iugulatur, per quem ad eam dicitur: Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Et in consequentibus: Adducet vrentem vntum Dominus de deserto ascendentem, qui siccabit omnes venas eius, & desolabit fontem illius. Exiuit enim virga de radice Iesse, & flos de virginali frutice pullulauit. Qui loquitur in Cætico canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos noster mortis interitus: ideoque & mortuus est, vt mors illius morte moreretur. Quod autem de deserto dicitur adducendus, virginalis vterus demonstratur, qui absque coitu & femine viri Deum nobis fudit infantem, qui calore Spiritus sancti exiccaret fontes libidinum, & caneret in Psalmo: In terra deserta, & in iuuia, & iniquosa, sic in sancto apparui tibi. Aduersum ergo mortis duritiam, & crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur, quòd breui visuri sumus eos, quos dolemus absentes. Neque enim mors, sed dormitio, & somnus appellatur. vnde & beatus Apostolus verat de dormientibus contristari: vt, quos dormire nouimus, suscitari posse credamus, & post digestu sopore vigilare cum sanctis, & cum angelis dicere: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. In cælo, vbi non est peccatum, gloria est, & perpetua laus, & indefessa præconia. In terra autem, vbi seditio, bella, atque discordia, pax imprecanda est, & pax non in omnibus, sed in his, qui bonæ voluntatis sunt, & salutationem audiunt Apostolicam: Gratia vobis & pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo multiplicetur: vt in pace sit locus eius, & habitatio eius in Sion, idest, in specula, in sublimitate dogmatum atque virtutum, in anima credentis: cuius quotidie angelus videt faciem Dei, & reuelato vultu, gloriam Dei contempletur. Vnde, obsecro te, & currentem, vt aiunt, impello, vt Lucinium tuum desideres quidem vt fratrem, sed gaudeas regnare cum Christo, quia raptus est, ne malitia immutaret mentem eius. placita enim erat Deo anima illius, & in breui spatio tempora multa compleuit. Nos dolendi magis, qui quotidie stamus in prelio peccatorum, vitijs sordidamur, accipimus vulnera, & de otioso verbo reddituri sumus rationem. Ille iam securus & victor te aspicit de excelso, & fauet laboranti: & iuxta se locum præparat, eodem amore & eadem caritate, qua, oblitus officij coniugalis, in terra quòque sororem te habere cœperat, inimo tu illum fratrem: quia casta coniunctio sexum non habet nuptialem. Et si adhuc in carne positi & renati in Christo, non sumus Græcus & barbarus, seruus & liber, masculus & femina, sed omnes in eo vnum sumus: quanto magis, cum corruptiuu hoc induerit incorruptione, & mortale hoc induerit immortalitate, non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cælis: Quado dicit, Non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cælis; non natura & substantia corporum tollitur,

F 2 sed

Act. 13. 20.

27.

Psal. 33.

Psal. 44.

Hier. 10.

Psal. 36.

Exo. 3.

Osce. 13.

Est. 11.

Cant. 2.

Psal. 62.

1. Theff. 4.

Luc. 2.

1. Petr. 1.

Psal. 75.

Math. 18.

2. Cor. 3.

Sap. 4.

Math. 22.

Gal. 3.

1. Cor. 15. 5.

Math. 22.

sed gloriæ magnitudo monstratur. neque enim scriptum est, erunt angeli, sed, Sicut angeli, ubi similitudo promittitur, veritas denegatur. Erunt, inquit, sicut angeli, id est, similes angelorum: ergo homines esse non desinent. Incliti quidem, & angelico splendore decorati, sed tamen homines: ut Apostolus Apostolus sit, & Maria Maria; & confundatur hæresis; quæ ideo incerta & magna promittit, ut quæ certa & moderata sunt auferat. Et quia hæreseos semel fecimus mentionem; qua Lucinius noster digne eloquentiæ tuba prædicari potest: qui spurcissima per Hispanias Basilidis hæresi sequeute, & instar pestis & morbi, totas intra Pyrenæum & oceanum vastante prouincias, fidei ecclesiasticæ tenuit puritatem, nequaquam suscipiens Armagil, Barbelon, Abraxas, Balsamum, & ridiculum Leusiboram, cæteraque magis portenta, quàm nomina; quæ, ad imperitorum & mulierularum animos concitandos, quasi de Hebraicis fontibus hauriunt, barbaro simplices quosque terrentes sono; ut quod non intelligunt, plus mirentur. Refert Hirenæus, vir Apostolicorum temporum, & Papiæ, auditoris euangelistæ Ioannis, discipulus, episcopus ecclesiæ Lugdunensis, quod Marcus quidam, de Basilidis gnostici stirpe descendens, primum ad Gallias uenerit; & eas partes; per quas Rhodanus & Garumna fluunt; sua doctrina maculauerit; maximeque nobiles feminas, quædam in occulto mysteria repromittens, hoc errore seduxerit, magicis artibus; & secreta corporum voluptate amorem sui concilians; inde, Pyrenæum transiens, Hispanias occuparit; & hoc studij habuerit, ut diuitum domos, & in ipsis feminas maxime appeteret, quæ ducuntur uariis desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Hoc ille scripsit ante annos circiter trecentos; & scripsit in ijs libris, quos aduersus omnes hæreses doctissimo & eloquentissimo sermone composuit. Ex quo perpendat prudentia tua, qua Lucinius noster laude sit dignus; qui clausit aurem, ne audiret iudicium sanguinis; & omnem substantiam suam dispersit, & dedit pauperibus, ut iustitia eius maneret in æternum: nec patriæ suæ largitate contentus, misit Hierosolymarum & Alexandrinæ ecclesiæ tantum auri, quanto multorum possit inopiæ subueniri. quod cum multi mirerentur, & prædicent; ego in illo magis laudabo feruorem, & studium scripturarum. quo ille desiderio opuscula nostra flagitauit, & missis sex notarijs, quia in hac prouincia Latini sermonis scriptorumque penuria est; describi sibi fecit; quæcumque ab adolescentia usque in præsens tempus dictauimus: non nos honorauit, qui paruuli & minimi Christianorum omnium sumus, & ob conscientiam peccatorum, Bethlehemitici ruris saxa incolimus; sed Christum, qui honoratur in seruis suis, & Apostolis repromittit, dicens: Qui vos recipiunt me recipiunt; & qui me recipiunt, recipiunt eum, qui me misit. Itaque, carissima filia; hæc epistolam amoris mei in illum habeto epitaphium; & quidquid posse me scieris in opere spiritali, audacter impera; ut sciant sæcula post futura, eum qui dicit in Esaia: Posuit me ut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me: duos viros, tantis maris atque terrarum inter se spatijs separatos, suo acumine vulnerasse; ut cum mutuo in carne se nec sciant, amore spiritus copulenter. Subscriptio. Sanctam te corpore & spiritu seruet ille Samarites, id est, seruator & custos, de quo in psalmo scribitur: Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: ut Hir, qui interpretatur vigil, qui descendit ad Daniëlem, ad te quoque ueniat, & possis dicere: Ego

dormio, & cor meum uigilat.

HIERONYMVS AD OCEANVM
EPIGRAMMVM FABIOLE.

EPISTOLA XXX.

ARGUMENTVM.

FABIOLEAM, nobilem Romanam, quæ viro ob adulterium dimisso, alteri perperam nupsit, nunc D. Hieronymus laudat, quod, post errorem publica pœnitentia elutum, ad Christum conuersa, sanctam traduxerit vitam, & cunctis facultatibus suis in pauperes distributis, post reditum ex sanctis Hierosolymæ locis obierit.



LVRES anni sunt, quod super dormitione Blæsilæ Paulam, venerabilem feminam, recenti adhuc vulnere, consolatus sum. quartæ ætatis circulus voluitur, ex quo, ad Heliodorum episcopum Nepotiani scribens epitaphium, quidquid habere potui virium, in illo tunc dolore consumpsi. ante hoc ferme biennium Pammachio meo pro subita peregrinatione Paulinæ breuem epistolam dedi, erubescens ad disertissimum virum plura loqui, & ei sua ingerere; ne non tam consolari amicum viderer, quàm stultitia docere perfectum. nunc mihi, fili Oceane, volenti, & vltro appetenti, debitum munus imponis; quod pro nouitate virtutum, veterem materiam nouam faciam. in illis enim vel parentis affectus, vel mærorum auunculi, vel desiderium mariti temperandum fuit, & pro diuersitate personarum, diuersa de scripturis adhibenda medicamina: in præsentiarum tradis mihi Fabiolam, laudem Christianorum; miraculum gentilium, suorum pauperum, solatium monachorum. Quidquid primum arripueri, sequentium comparatione vilescit. Ieiunium prædicandæ præualefcunt eleemosynæ. Humilitatem laudem? sed maior est fidei ardor. Dicam appetitas sordes, & in condemnationem vestium fericarum, plebeium cultum, & seruilia indumenta quæstia? plus est animi deponuisse, quàm cultum: difficilius arrogantia, quàm auro; caremus; & gemmis. his enim abiectis, interdum gloriosis tumemus sordibus, & vendibilem paupertatem populari auro offerimus. Cælata virtus, & conscientia nota secreta, Deum solum iudicem respicit: Vnde nouis mihi est effrenda præconijs, & ordine rhetorum prætermisso, tota de confessionis ac pœnitentiæ incunabulis assumenda. Alius forsitan, scholæ, memor, Q. Maximum, Vnus qui nobis cunctando restituit rem, & totam Fabiorum gentem proferret in medium: diceret pugnas describeret prælia: & per tantæ nobilitatis gradus Fabiolam venisse iactaret: ut, quod in virga non poterat, in radicibus demonstraret. Ego, diuersorij Bethlehemitici, & præsepis Dominirator, in quo virgo puerpera Deum fudit infantem, ancillam Christi non de nobilitate veteris historiarum, sed de ecclesiæ humilitate producam. Et quia statim in principio quasi scopulus quidam, & procella mihi obtrectatorum eius opponitur, quod secundum sortita matrimonium, primum reliquerit: non laudabo conuersam, nisi prius ream absoluerit. Tanta prior maritus vitia habuisse narratur, ut ne scortum quidem & vile mancipium ea sustinere posset. quæ si voluero dicere, perdam virtutem feminæ; quæ maluit culpam subire dissidij, quàm corporis sui infamare partem, & maculas eius degetere. hoc solum proferam, quod verecundæ matronæ

2. Tim. 3

Psal. 111

Math. 10

Esa. 49

Psal. 120

Dan. 4
Cant. 3

matronæ & Christianæ satis est. Præcepit Dominus vxorem non debere dimitti, excepta causâ fornicationis, & si dimissa fuerit, manere innupram. Quidquid viris iubetur, hoc consequenter redundat in feminas. neque enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus retinendus. Si qui meretrici iungitur, vnum corpus facit: ergo, & quæ scortatori impuroque sociatur, vnum cum eo corpus efficitur. Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. apud illos viris impudicitiae frena laxantur, & solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur; quasi culpam dignitas faciat, non voluntas: apud nos, quod non licet feminis, æque non licet viris; & eadem seruitus pari conditione censetur. Dimisit ergo, vt aiunt, vitiosum: dimisit illius & illius criminis noxium: dimisit, pene dixi, quod, clamante vicina, vxor sola non prodidit. Sin autem arguitur, quare, repudiato marito, non innupta permanserit: facile culpam fatebor, dum tamen referam necessitatem. Melius est, inquit Apostolus, nubere, quam viri. Adolescentula erat, viduitatem suam seruare non poterat. videbat aliam legem in membris suis repugnantem legi mētis suæ, & se vincitā & captiuam ad coitum trahi. melius arbitrata est, aperte cōfiteri imbecillitatem suam, & vmbra quamdam miserabilis subire coniugij, quam sub gloria vniuersæ opera exercere meretricum. Idem Apostolus vult viduas adolescentulas nubere, filios procreare, nullam dare occasionem aduersario maledicti gratia: & protinus, cur hoc velit, exponit: Iā enim quædam abierunt retro post satanam. Igitur & Fabiola, quia persuaserat sibi, & putabat à se virum iure dimissum, nec euāgelij vigorem nouerat, in quo nubendi vniuersa causatio, viuētibus viris, feminis amputatur; dum multa diaboli vitat vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpam, cuius poenitentiam ipsa confessā est? Quis hoc crederet, vt post mortem secundi viri in semet ipsam reuersa, quo tempore solent viduæ negligentes, iugo soluitutis excusso, agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretricis, saccum indueret; vt errorem publicè fateretur; & tota vrbe spectante Romana, ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine poenitentium, episcopo, presbyteris, & omni populo collacrymantibus; sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submitteret: Quæ peccata fletus iste non purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant?

CAP. 2.
Ioan. 21.
Exod. 31.
2. Reg. 11.
12.

Petrus trinam negationem trina cōfessione deleuit. Aaron sacrilegium, ob constatum ex auro vituli caput, fraternæ correxere preces. Dauid, sancti & mæfuetissimi viri, homicidium pariter & adulterium septem dierum emédauit fames. iacebat in terra; volutabatur in cinere; & oblitus regis potestatis, lumē quærebat in tenebris: illumque tantum respiciens, quem offenderat, lacrymali voce dicebat: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Et: Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Atque ita factum est, vt qui me prius docuerat virtutibus suis, quo modo stans non caderem, doceret per poenitentiam, quo modo cadens resurgerem. Quem tam impium legimus inter reges, quam Achab, de quo scriptura dicit: Non fuit alius talis vt Achab: qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini. Hic cum propter sanguinem Nabuthæ correptus fuisset ab Helia, & audisset iram Domini per

prophetam: Occidisti, & insuper possedisti: & ecce ego inducam super te malum, & demetā posterorua: & reliquæ: scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam: ieiunabatque in sacco, & ambulabat demisso capite. Tunc factus est sermo Dei ad Heliam Thesbyten, dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? quia ergo humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus eius. O felix poenitentia, quæ ad se Dei traxit oculos; quæ furentē sententiam Dei, confesso errore, mutauit. Hoc idem & Manassen in Paralipomenon, & Niniuen fecisse, legimus in propheta, publicanum quoque in euangelio. è quibus primus non solum indulgentiam, sed & regnum recipere meruit: alter impendentem Dei fregit iram: tertius, pectus verberans pugnīs, oculos non leuabat ad cælum. & multo iustificatior recessit publicanus humili confessione vitiorum, quam phariseus superba iactatione virtutum. Non est loci huius, vt poenitentiam prædicem, & quasi contra Mōtanum Nouatumque scribens, dicam illam hostiam Domino esse placibilem: Et, Sacrificium Deo, spiritum contribulatum: Et, Malo poenitentiam peccatoris, quam mortem: Et, Exurge, exurge Hierusalem: & multa alia, quæ prophetarum clangunt tubæ. hoc vnum loquar, quod & legentibus vtile sit, & presentis causæ conueniat. Non est confusa Dominum in terris, & ille eā non confundet in cælo. Aperuit cunctis vulnus suum, & decolorere in corpore cicatricē flens Roma conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput, clausum os. Nō est ingressa ecclesiam Domini, sed extra castra cum Maria sorore Moyfi, separata consedit; vt quam sacerdos eiecerat, ipse reuocaret. Descendit de folio deliciarum suarum, accepit molam, fecit farinam, & discalciatis pedibus, transfuit fluentia lacrymarum. sedit super carbones ignis. hi ei fuere in adiutorium. Faciem, per quam secundo viro placuerat, verberabat: oderat gemmas, linteamina videre non poterat, ornamenta fugiebat. sic dolebat, quasi adulterium commisisset; & multis impendijs medicaminum vnum vulnus sanare cupiebat. Diu morati sumus in poenitentia: in qua, velut in vadosis locis, refedimus, vt maior nobis & absque villo impedimento se laudum eius campus aperiret. Recepta sub oculis omnis ecclesie communiōe, quid fecit? Scilicet in die bona malorum non oblita est; & post naufragium rursus tētare pericula nauigandi. quin potius omnem censum, quem habere poterat, (erat autem amplissimus, & respondens generi eius) dilapidauit, ac vendidit; & in pecuniam congregatum, vibus pauperum præparauit; & prima omnium *νοσοκομείων* instituit, in quo agrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foueret. Describam ego nunc diuersas hominum calamitates, truncas narēs, effoscos oculos, semiustos pedes, luridas manus, tumentes aluos, exile femur, crura turgentia, & de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pedore confectos humeris suis ipsa portauit? quoties lauit purulentam vulnerum faniē, quam alius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadauer forbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos, ob stomachi angustiam, exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria, & clementes esse pecunia, nō manu. quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: sed sicut imbecillitati stomachi veniā tribuo, sic perfectæ mentis ardorem in cælum laudibus fero.

Magna fides ista contemnit. Scit, quid in Lazaro diues

2. Par. 33.
Ion. 3. 4.
Luc. 18.

Psalm. 50.
Ezech. 18.
Eia. 60.

Luc. 9.

Num. 12.
Eia. 47.

Eccles. 11.

CAP. 3.
Luc. 16.

diues purpuratus aliquando non fecerit, quali superba mens retributione damnata sit. Ille, quem despiciamus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit, nostri similis est, de eodem nobiscū formatus est luto, isdem compactus elementis. quidquid patitur, & nos pati possumus. vulnera eius existimemus propria: & omnis animi in alterū duritia, clementi in nos met ipsos cogitatione frangeretur. Non mihi si linguæ centum sint, oraquæ centum, Ferrea vox, Omnia morborum percurrere nomina possum, Quæ Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutauit, ut multi pauperum sani languentibus inuiderent. Quanquam illa simili liberalitate erga clericos, & monachos, ac virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est: quæ nudum, & clinicum non Fabiolæ vestimenta texerunt: in quorum se indigentiam non effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuit, peragrabat ergo insulas, & totum Etruscum mare, Volscorumquæ prouinciam, & reconditos curuorum litorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore, vel transfusa per viros sanctos ac fideles munificentia, circumibat. vnde repente, & contra opinionem omnium Hierosolymam nauigauit: vbi multorum excepta concursu, nostro parumper vsa est hospitio: cuius societatis recordans, videor mihi adhuc videre, quam vidi. Iesu bone, quo illa feruore, quo studio intenta erat diuinis voluminibus? & veluti quandam famem satiare desiderans, per prophetas, euangelia, psalmosquæ curabat, quæstiones & proponens, & solutas recondens in scrinio pectoris sui. Nec verò satiabatur audiendi cupidine, sed addens scientiam, addebat dolorem, & quasi oleum flammæ adiciens, maioris ardoris fomenta capiebat. Quodam die, eū in manibus Moysi Numeros teneremus, & me verecundè rogaret, quid sibi vellet nominum tanta congeries; cur singulæ tribus in alijs atque alijs locis variè iungerentur, quo modo Balaam ariolus sic futura Christi mysteria prophetarit, ut nullus propemodum prophetarum tam apertè de eo vaticinatus sit: respondi, ut potui, & visus sum interrogationi eius satisfacere. Reuoluens ergo librum, peruenit ad eum locum, vbi catalogus describitur omnium mansionū, per quas de Aegypto egrediens populus, peruenit vsque ad fluentia Iordanis: cum quæ causas quæreret & rationes singularum, in quibusdam hæsitauit, in alijs inoffensè cucurrit pede, in plerisque simpliciter ignorantiam confessus sum. tūc verò magis cœpit virgere, & quasi non mihi liceret nescire, quod nescio exposulare, ac se indignam tantis mysterijs dicere. Quid plura? Exortit mihi negandi verecundia, ut proprium ei opus huiuscemodi disputatiunculæ pollicerer: quod vsque in præsens tempus, ut nunc intelligo, Domini voluntate dilatatum, reddetur memoriæ illius; ut sacerdotibus prioris ad se voluminis induta vestibus, per mūdī huius solitudinem gaudeat se ad terram repromissionis aliquādo venisse. Verum, quod cœpimus, prosequamur. Querentibus nobis dignum tantæ feminæ habitaculum, cum illa ita solitudinem cuperet, & diuersorio Mariæ carere nollet; ecce subito, discurrentibus nuncijs, oriens totus intremuit ab vltima Mæotide inter glatiā Tanain, & Massagetarum immanes populos, vbi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ perniciosè equis huc illucquæ volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta cōplerent. aberat tunc Romanus exercitus, & bellis ciuilibus in Italia tenebatur. hanc gentem Herodotus refert sub

Dario rege Medorum viginti annis orientem tenuisse captiuum, & ab Aegyptijs atque Aethiopibus annuū exegisse vectigal. Abigat Iesus ab orbe Romano tales vltra bestias. In sperati vbique aderant; & famam celeritate vincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miserabantur infantia. cogebantur mori, qui nondum viuere cœperant: & nescientes malum suum inter hostium manus ac tela ridebāt. Consonus inter omnes rumor, petere eos Hierosolymam. & ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbem percurrere. Muri, neglecti pacis incuria, sarciebantur: Antiochia obsidebatur: Tyrus, se volens à terra abrumpere, insulam quærebat antiquam. tunc & nos compulsi sumus parare naues, esse in litore, aduentum hostium præcauere, & sæuientibus ventis, magis barbaros metuere, quàm naufragium, non tam propriæ salutis, quàm virginum castimoniam prouidentes. Erat in illo tempore quædam apud nos dissensio, & barbarorum pugnam domestica bella superabant. Nos in oriente tenuerunt iam fixæ sedes, & inueteratum locorum sanctorum desiderium. Illa, quia tota in sarcinis erat, & in omni vrbe peregrina, reuerſa est ad patriam; ut ibi pauper viueret, vbi diues fuerat; manens in alieno, quæ multos prius hospites habuit; & ne sermonem longius protraham, in conspectu Romanæ vrbs pauperibus erogaret, quod illa teste venderat.

Nos hoc tantum dolemus, quod pretiosissimum CAP. 4. de sanctis locis monile perdidimus. recepit Roma quod amiserat, & procax ac maledica lingua gentiliū oculorum testimonio confutata est. Laudent ceteri misericordiam eius, humilitatem, fidem: ego ardorem animi plus laudabo. Librum, quo Heliodorum quondam iuuenis ad eremum cohortatus sum, tenebat memoriter, & Romana cernens moenia, inclusam se esse plangebat. oblita sexus, fragilitatis immemor, ac solitudinis tatum cupida, ibi erat, vbi animo morabatur. non poterat teneri consilij amicum: ita ex vrbe, quasi de vinculis, gestiebat erumpere. Dispensationem pecuniæ, & cautam distributionem genus infidelitatis vocabat. Non alijs distributionem elemosynarum tribuere, sed suis pariter effusus, ipsa pro Christo stipes optabat accipere. Sic festinabat, sic impatiens erat morarum, ut illam crederes profecturam. itaque, dum semper paratur, mors eam inuenire nō potuit imparatam. Inter laudes femine subito mihi Pammachius meus exoritur. Paulina dormit, ut iste vigilet. præcedit maritum, ut Christo famulum derelinquat. Hic heres vxoris, & hereditatis alij possessores. Certabant vir & femina, quis in portu Abrahæ tabernaculum figeret: & erat hæc inter vtrumquæ cōtētio, quis humanitate superaret. vicit vterque, & vterque superatus est. ambo se victos & victores fatentur, dū quod alter cupiebat, vterque perfecit. iungunt opes, sociant volūtates, ut quod emulatio dissipatura erat, concordia cresceret. Necdum dictum, iam factum. Emitur hospitium, & ad hospitium turba cōcurrit. Non est enim labor in Iacob, nec dolor in Israel. Adducunt maria, quos in gremio suo terra suscipiat. mittit Roma properantes, quos nauigaturos litus molle confoueat. Quod Publius semel fecit in insula Melite erga vnum apostolum, & ne contradictioni locum tribuam, in vna nauī, hoc isti & frequenter faciunt, & in plures; nec solū inopū necessitas sustentatur, sed prona in omnes munificētia aliquid & habētibus prouidet. Xenodochiū in portu Romano sitū, totus pariter mundus audiuit. Sub vna æstate didicit Britānia, quod Aegyptus & Parthus nouerāt vere. Quod scriptū est: Timēntibus Dominum omnia Rom. 4.

cooperantur in bonum : in obitu tantæ femine vidimus comprobatum . Quodam præfagio futurorum ad multos scripserat monachos, vt venirent, & se graui onere laborantem absoluerent, faceretque sibi de iniquo mammona amicos, qui eam reciperent in æterna tabernacula. venerunt; amici facti sunt; dormiuit illa, quo modo voluit; & deposita tandem sarcina, leuior volauit ad cælum. Quantum haberet viuentis Fabiolæ Roma miraculum, in mortua demonstrauit. Necdum spiritum exhalauerat, necdum debitam Christo reddiderat animam: Et iam fama volans, tanti prænuncia luctus, totius vrbs populum ad exequias congregabat. Sonabat psalmi, & aurata tecta templorum, reboans in sublime quatiebat alleluia. Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes Femineas, & facta ferant. Non sic Furius de Gallis, non Papius de Samnitibus, non Scipio de Numantia, non Pompeius de Ponti gentibus triumphauit. illi corpora vicerant, hæc spirituales nequitas subiugauit. Audio præcedentium turmas, & cateruatim in exequijs eius multitudinem confluentem. nõ plateæ, non porticus, non imminetia desuper tecta capere poterant prospectantes. tunc suos in vnum populos Roma conspexit: fauebant sibi omnes in gloria penitentis. nec mirum, si de eius salute homines exultarent, de cuius conuersione angeli lætabatur in cælo. Hoc tibi, Fabiola, ingenij mei senile munus, has officiorum inferias dedi. Laudauimus sæpe virgines, viduas, ac maritatas, quarum semper fuere candida vestimenta, quæ sequitur agnum, quocumque vadit. Felix præconium, quod nulla totius vitæ forde maculatur. procul liuor faceffat, absit inuidia. Si paterfamilias bonus est; quare oculus noster malus est? Quæ incidit in latrones, Christi humeris reportata est. Multæ mansiones sunt apud patrem. Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Cui plus dimittitur, plus amat.

Luc. 16.

Luc. 15.

Math. 20.
Luc. 10 15,
Ioan. 14.
Rom. 5.
Luc. 7.

HIERONYMVS AD THEOPHILVM, EPISCOPVM
ALEXANDRINVM.
EPISTOLA XXXI.
ARGVMENTVM.

THEOPHILVS, Alexandrinæ ecclesiæ vicissimus primus Episcopus, miserat ad D. Hieronymum paschalem librum, vt eum in latinum sermonem verteret. excusat se nunc ei, quod scripsi verterit, cum valetudine, tum Paulæ obitu impeditus, librum laudat; & vt alia opera vel sibi legenda, vel vertenda transmittat, rogat.

CAP. I.



Ex eo tempore, quo beatitudinis tuæ accepi epistolas, iuncto paschali libro, vsque in præsentem diem ita & mærore luctus, & sollicitudine, ac diuersis super statu ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum, vt vix volumen tuum potuerim in latinum sermonem vertere. optimè enim nõ, iuxta veterum sententiam, non esse tristem eloquentiam, maxime si ad ægritudinem animi accedat corporis ægritudo. & hanc ipsam epistolâ febre æstus, & quantum iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictaui, breuiter indicans beatitudini tue, magnum me laborem sustinuisse in translatione eius, vt omnes sententias pari venustate transferrè, & Græcæ eloquentiæ Latinum aliqua ex parte responderet eloquium. In principio philosopharis & generaliter agens, dum omnes erudis, vnum iugulas: in reliquis autem, quod vel difficillimum est, rhetoricæ eloquentiæ iungis philosophos, & Demosthenem,

HIERON. TOM. I.

atque Plantonem nobis confocias. O quanta dicuntur in luxuriam, quantis præconijs extollitur contentia; & de intimis sapientiæ disciplinis, diei ac noctis, lunæ cursus ac solis ratio, & mundi istius natura describitur; & hanc ipsam disputationem ad scripturarum refers auctoritatem, ne in paschali libro videaris de sæcularibus quidquam fontibus mutuarus. Quid plura? In his laudare te vereor, ne assentandi crimen incurram. Optimus liber est, & in philosophis, & agens susceptam causam absque inuidia personarum. Vnde, obsecro te, ignoscas tarditati meæ, ita enim sanctæ & venerabilis Paulæ confectus sum dormitione, vt absque translatione huius libri, vsque in præsentiarum, nihil aliud diuini operis scripserim, perdidimus enim, vt ipse nosti, repente solatium; quod, vt conscientiæ nostræ testis est Dominus, non ad proprias ducimus necessitates, sed ad sanctorum refrigeria, quibus illa sollicitè seruebat. sancta & venerabilis te, filia tua, Eustochium, quæ nullam pro matris absentia recipit consolationem, te vniuersa fraternitas suppliciter salutat. Libros, quos dudum scripsisse te nunciasti, vel legendos nobis, vel vertendos transmittite. Vale in Christo.

HIERONYMVS AD ABIGAVM.
EPISTOLA XXXII.
ARGVMENTVM

ABIGAO Presbytero Hispano, quod non scripserit, se excusat; consolaturque eum de corporis cæcitate, asserens quod sponsa, hoc est animæ oculum habeat, virum præterea laudat, Theodoram commendat, & salutationem admiscet.



VAMVIS mihi multorum sim concitius peccatorum; & quotidie in oratione flexis genibus loquar; Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: tamen sciens scriptum esse ab Apostolo, Ne inflatus superbia incidat in iudiciû diaboli: Et in alio loco scriptû: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiâ: nihil ita à pueritia conatus sum vitare, quàm tumentem animum, & ceruicem erectam, Dei contra se odium prouocantem. noui enim magistrum, & dominum, & Deum meum, in carnis humilitate dixisse: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & ante per os Dauid cecinisse: Memeto Domine Dauid, & omnis mâsuetudinis eius. Et in alio loco legimus: Ante gloriam humiliabitur cor viri, & ante ruinam eleuatur. Itaque, obsecro te, ne me putes sumptis literis tuis ante tacuisse, & aliorum vel infidelitatem, vel negligetiam in me referas. quid enim causæ erat, vt prouocatus officio tacerem, & amicitias tuas meo silentio repellerem, qui vltro soleo bonorum appetere necessitudinem, & me eorum ingerere caritati?

Quia meliores sunt duo, quàm vnus: & si alter ceciderit, ab altero fulcietur. Funiculus triplex non facile rumpitur: & frater fratrem adiuuans, exaltabitur. Scribe ergo audacter, & absentiam corporum crebro iunge sermone. Nec doleas, si hoc non habeas, quod forniculæ, & muscæ, & serpentes habent, idest, carnis oculos: sed illum te oculum habere lætare, de quo in Cantico dicitur canticorum: Vulnerasti me, soror mea sponsa, vno de oculis tuis, quo Deus videtur: de quo à Moyse dicitur: Transiens videbo visionem hanc magnam. Denique quosdam etiâ mudi philosophos legimus, vt totâ cogitationem ad mentis cogent puritatem, sibi oculos eruisse. Et à propheta dicitur: Intrauit mors per fenestras nostras. Et apostoli audiunt:

F 4 Qui

CAP. 2.

Psal. 24.

1. Tim. 3.
1. Pet. 5.

Math. 18.

Psal. 37.

Pro. 16.

Eccle. 4.

Exod. 3.

Hier. 9.

Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam : & reliqua. Vnde præcipitur eis vt cluent oculos, & videant segetes candidas, quæ præparatæ sunt ad metendum. Quod autem precaris, vt nostris monitis Nabuchodonosor, & Rapfaces, & Nabuzardan, & Holofernes, in te occidantur : nunquam nostra auxilia postulares, si in te viuerent : sed quia illi in te mortui sunt, & cum Zorobabel, & cum Iesu filio Iosedech sacerdote magno, cum Ezra quoque & Neemia ruinas Hierusalem ædificare cœpisti, nec mittis mercedes in pertusum sacculum, sed thesauros tibi in cælestibus paras, iccirco nostras appetis amicitias, quos Christi famulos arbitraris. Sanctam filiam meam Theodoram, sororem beatæ memoriæ Lucini, per se commendatam, meo sermone commendo, vt in cepto itinere non lassetur, vt ad terram sanctam multo per eremum labore perueniat, vt non putet perfectam esse virtutem exisse de Aegypto, sed per innumerabiles insidias ad sermone Nabo, & ad Iordanem fluiuium peruenire, vt accipiat secundam in Galgala circumcisionem, vt illi muri Hiericho corruant, sacerdotum tubarum subuersi clangoribus, vt iuguletur Adonizedek, vt Hai, & Azor pulcherrime quodam corruat ciuitates. Fratres, qui nobiscum in monasterio sunt, te salutant. Sanctos, qui nos diligere dignantur, per te, opido salutamus.

Math. 5.
Joan. 4.

1. Es. 1.
Agg. 1.

Num. 33.

Ios. 1. 4.
2. 21. 13.

HIERONYMVS AD CASTRVTIVM.

EPISTOLA XXXIII.

ARGVMENTVM.

CASTRVTIVS Pannonius nauigare, vt Hieronymum inuideret, constituerat. agit nunc ei gratias, & de oculorum cæcitate consolatur, docens tribulationes ob amorem à Deo immitti, & sequenti se illum anno asserit expectare.



SANCTVS filius meus Heraclius diaconus mihi retulit, quod cupiditate nostri Cistam vsq; venisses, & homo Pannonius, id est terrenum animal, non timueris Adriatici maris æstus, & Aegæi atque Ionij subire discrimina, & nisi te pius fratrum retinuisset affectus, voluntatem opere complexeris. Habeo itaque gratias, & in acceptum refero. In amicis enim non res queritur, sed voluntas: quia alterum ab inimicis sepe præbetur, alterum sola caritas tribuit. Simulque obsecro, ne imbecillitatem corporis, quam sustines, de peccato tibi existimes euenisse, quod quidem & apostoli suspicantes de eo, qui natus erat cæcus ex utero, interrogantesque Dominum saluatorem: Iste peccauit, an parentes eius, vt cæcus nasceretur? audiunt: Neque hic peccauit, nec parentes eius, sed vt manifestetur opera Dei in illo. Quantos enim cernimus ethnicos, atque Iudeos, hereticos, atque diuersorum dogmatum homines, volutari in cœno libidinum, maderè sanguine, feritate lupos, rapacitate miluos vincere, & nihilominus flagellum non appropinquare tabernaculis eorum, nec eos cum hominibus verberari, & iccirco superbire contra Deum, & transire vsque ad cælum os eorum? Cum sanctos e contrariò viros sciamus ægrotationibus, miserijs, & egestate torqueri, qui forsitan dicunt: Ergo frustra sanctificauimus animam meam, & laui inter innocentes manus meas. Statimque se reprehendentes aiunt. Si narrauerò sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Si cæcitatibus causam putas esse peccatum, & id Dei inferre iram, quod crebrò medici remediatur: in simulabis Isaac, qui in tantum lucis istius expers fuit, vt, etiam cui noller, errore deceptus benediceret. Referes crimè in Iacob,

Joan. 9.

Psal. 94.

Psal. 72.

Gen. 27.
Gen. 24.

cuius caligauerat acies: & cum interioribus oculis, & spiritu prophetali longe post futura prospiceret, & Christum cerneret de stirpe regia esse venturum, Ephraim & Manassem videre non poterat. Quid inter reges Iosia sanctius? Aegypto mucrone interfectus est. Quid Petro, quid Paulo sublimius? Neronianum gladium cruentarunt. Et (vt de hominibus taceam) Dei filius sustinuit ignominiam crucis. & tu putas beatos, qui felicitate istius sæculi & delicijs perfruuntur? Magna ira est, quando peccantibus non irascitur Deus. Vnde & in Ezechiele ad Hierusalem, Iam, inquit, non irascar tibi, zelus meus recessit à te. Quem enim diligit Dominus, corripit, & castigat omnem filium, quem recipit. Non crudit pater, nisi quem amat. Non corripit magister discipulum, nisi eum, quem ardentioris cernit ingenij. Medicus, si cessauerit curare, desperat. Quod si responderis: quo modo Lazarus recepit mala in vita sua: libenter nunc tormenta patiar, vt futura mihi gloria referatur. Non enim vid dicabit Dominus bis in id ipsum. Iob, vir sanctus, & immaculatus, & iustus in generatione sua, cur tanta perpeffus sit: ipse volumine continetur. Et ne, veteres replicando historias, longum faciam, & excedam mensuram epistolæ; breuem tibi fabulam referam, quæ infantia meæ temporibus accidit. Beatus Antonius cum à sancto Athanasio, Alexandria episcopo, propter confutationem hæreticorum in urbem Alexandriam esset accitus; & isset ad eum Dydimus, vir eruditissimus, captus oculis: inter ceteras sermocinationes, quas de scripturis sanctis habebat, cum eius admiraretur ingenium, & acumè animi collaudaret, sciscitans ait: Num tristis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret; secundo tertioque interrogans, tandem elicit, vt mærorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius, Miror, ait, prudentem virum eius rei dolere damno, quam formicæ, & muscæ, & culices habet; & non læari illius possessione, quam sancti soli, & apostoli meruerunt. ex quo peruides, quod multo melius sit spiritu videre, quam carne; & illos oculos possidere, in quos peccati festuca non possit incidere. Nos, licet hoc anno non veneris, tamen non desperamus aduentum tuum, quod si sanctus Diaconus, portitor litterarum, tuis amplexibus fuerit irretitus, & illo comitante huc veneris: libenter suscipiam dispensationis moram magnitudine fenoris duplicatam.

4. Reg. 19.

Eze. 16.
Hebr. 19.

Luc. 16.

Naum. 1.

Luc. 6.

HIERONYMI AD IVLIANVM

CONSOLATIO.

EPISTOLA XXXIII.

ARGVMENTVM.

IVLIANVM diuitem, ac præpotentem Iob exemplo consolatur, quod duas virgunculas filias, vnam octo, alteram sex annorum, intra viginti dies amiserit; subsecuta deinde sit Faustinae vxoris mors, & infelix generi cum vnica superstite filia contracta affinitas, rotius in super familia, rei que familiaris dispendium, caritatem eius laudat, & exemplo Pamachij, Paulini, & Veræ ad perfectam hortatur vitam, multis ostendens, oblatio sui ipsius quantum excedat cuncta alia caritatis opera.



ILIVS meus, frater tuus, Ausonius, in ipso iam profectiois articulo, cum mihi presentiam sui tardè dedisset, & cito abstulisset, atque in puncto temporis, saluè pariter valeque dixisset, vacuum se redire arbitratus est, nisi mearum aliquid ad te nugarum tumultuario sermone portaret. Iam demisso synthemate equus publicus

CAP. 1.

publicus sterneretur; & nobilem iuuenem, punicea indutum tunica, baltheus ambiebat; & tamen ille, appositio notario, cogebat loqui, quæ velociter edita velox consequeretur manus; & linguæ celeritatem prenderent signa verborum, itaq; non scribentis diligentia, sed distantis temeritate, longuissimè ad te silentium rumpo, offerens tibi nudam officij voluntatem, extemporalis est epistola, absque ordine sensuum, sine lenocinio & compositione verborum, vt totum in illa amicum, nihil de oratore reperias, in procinctu effusam pures, & abire cupienti ingestum viaticum. Diuina scriptura loquitur: Musica in luctu, intempestiua narratio. Vnde & nos, leporem artis rhetoricæ contemnentem, & puerilis atque plausibilis eloquij venustatem, ad sanctarum scripturarum grauitatem confugimus; vbi vera vulnerum medicina est, vbi dolorum certa remedia, in quibus recipit vnicum filium mater in feretro; vbi turbæ dicitur circumstanti: Non est mortua puella, sed dormit. Vbi & quatruiduanus mortuus ad vocem inclamantis Domini ligatus egreditur. Audio te in breui tempore duas virgunculas filias iunctis pene exulisse funeribus, & pudicissimam ac fidissimam coniugem tuam Faustinam, immo fidei calore germanam, in qua sola post amissos liberos acquiescebas, subita tibi dormitione subtraham: quasi, si naufragus in litore latrones reperiat, & iuxta eloquia prophetarum fugiens vsu incidat in leonem, extendensq; manum ad parietem, à colubro mordeatur: consecuta rei familiaris damna, vastationem totius barbaro hoste prouinciar, & in communi depopulatione priuatas possessionum tuarum ruinas, abactos armentorum ac pecorum greges, vincetos occisosq; seruos, & in vnica filia, quam tibi tam crebræ orbitates fecerant cariorem, electum nobilissimum generum: ex quo, vt omnia taceam, plus maroris, quam gaudij, suscepisti. Hic est catalogus tentationum tuarum, hæc cum Iuliano, tirunculo Christi, pugna hostis antiqui, quæ si ad te respicias, grandia sunt: si ad bellatorem fortissimum, ludus & umbra certaminis. Beato Iob post malorum examina vxor pessima reserua ta est, vt per eam disceret blasphemare, tibi sublata est optima, vt miseriarum solatium perderes. Aliud est sustinere quam nolis: aliud desiderare quam diligas. Ille in tot mortibus filiorum domus suæ ruina nvm habuit sepulcrum; & scissis vestibus, vt parentis monstraret affectum, procidens in terram adorauit, & dixit: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus & redeam. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Tu, vt parcissimè dicam, inter multorum officia propinquorum, & cõsolantes amicos, tuorum exequias profecutus es. Perdidit ille simul omnes diuitias; & succedentibus sibi malorum nuncijs, ad singulas plagas feriebat immobilitas, complens in se illud de sapiente præconium: Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinae. Tibi maior pars derelicta substantiæ, vt tantum tenteris, quantum ferre potes, necdum enim ad eum peruenisti gradum, vt totis aduersum te cuneis dimiceretur. Diues quondam Dominus, & ditior pater, subito orbis, & nudus est. Cumq; in omnibus his, quæ contigerant ei; non peccasset coram Domino; nec quidquam locutus esset insipiens, exultans Dominus in victoria famuli sui, & illius patientiam suum ducens triumphum, dixit ad diabolum: Animaduertisti famulum meum Iob, quia non est quisquam ei similis super terram? Homo innocens, verus Dei cultor, abstinens se ab omni malo, & adhuc perseue-

rans in innocentia. Pulchrè addidit: Et adhuc perseuerans in innocentia: quia difficile est pressam malis innocentiam non dolere; & hoc ipso fide non periclitari, quod se videat iniuste sustinere, quod patitur. Ad quæ respondens diabolus Domino, ait: Corium pro corio, & omnia, quæ habuerit homo, dabit pro anima sua, sed extende manum tuam, & tange ossa, & carnes eius, nisi in faciem benedixerit tibi.

Callidissimus aduersarius, & inueteratus dierum malorum, nouit alia esse, quæ extrinsecus sunt, & philosophis quoque mundi adiaphora, hoc est indifferentia, non inuentur, in eorumq; amissione atque contemptu perfectam non esse virtutem, alia, quæ intrinsecus & desiderata cogant dolere perdentem. Vnde audacter Dei renuit prædicationem, & dicit nequaquam eum debere laudari, qui nihil de se, sed totum extra se dedit, qui pro corio suo coria obtulerit filiorum, & deposuerit marsupium, vt fruatur corporis sanitate. Vnde intelligat prudentia tua, vsq; ad hunc terminum peruenisse tentationes tuas, & dedisse te corium pro corio, pellem pro pelle, omniaque, quæ habes, parum esse dari pro anima tua, necdum autem extentam in te manum Dei, nec tætas carnes, nec ossa contracta, ad quorum dolorem difficile est non ingemiscere; & in faciem Deo benedicere, pro eo quod est maledicere. Vnde & Nabutha in Regum libris dicitur benedixisse Deum, & regem; & iccirco lapidatur à populo. Sciens autem Dominus athletam suum, immo virum fortissimum, etiam in isto extremo perfectosq; certamine non posse superari, Ecce, inquit, trado illum tibi, tantum animam illius custodi. Caro viri sancti datur in diaboli potestatem, & animæ sanitas reseruat; ne, si illud percussisset, in quo sensus est menti que iudicium, non esset culpa peccantis, sed eius, qui statum mentis euerterat. Laudent ergo te alij, & tuas contra diabolum victorias panegyricis prosequantur, quod lato vultu mortes tuleris filiarum, quod in quadragesimo die dormitionis earum lugubrem vestem mutaueris; & dedicatio ossium martyris, candida tibi vestimenta reddiderit, vt non sentires dolorem orbitatis tuæ, quem ciuitas vniuersa sentiret, sed ad triumphum martyris exultares; quod sanctissimam coniugem tuam non quasi mortuam, sed quasi proficiscentem deduxeris. Ego te nequaquam adulatione decipiam, nec lubrica laude supplantabo: loquar illud potius, quod tibi audire, conducit. Fili, accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem; & cum omnia feceris dicit: Seruus inutilis sum: feci, quod facere debui. Tulisti liberos, quos ipse dederas. Recepisti ancillam, quam mihi ob breue solatium commodaueras. Non contristor, quod recepisti: sed ago gratias, quod dedisti. Quondam diues adolescens omnia, quæ in lege præcepta sunt, se impleisse iactabat: ad quem Dominus in euangelio, Vnum, inquit, tibi deest: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & veni sequere me. Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine diuitias vincere non potest, vnde & difficile intrant diuites in regna cælorum: quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderant. Vade, inquit, & vende, non partem substantiæ, sed vniuersa, quæ possides: & da, non amicis, nõ consanguineis, non propinquis, nõ vxori, non liberis: plus aliquid addam: nihil tibi ex omnibus metu inopiæ reseruans, ne cum Anania danneris & Sapphira: sed da cuncta pauperibus: & fac tibi amicos de iniqua mammona, qui te recipiant in æterna tabernacula, vt me sequaris; vt

CAP. 2.

J. Reg. 21.

Iob 2.

Eccle. 2.

Luc. 17.

Luc. 18.

Math. 23.

Act. 5.

Luc. 19.

Mat. 7.

118.

dominum mundi, possessionem habeas: vt possis canere cum propheta: Pars mea Dominus, & vt verus leuita nihil de terrena hereditate possideas. Et hoc hortor; Si vis esse perfectus; si apostolicæ dignitatis culmen cupis, si sublata cruce Christum sequi, si apprehenso aratro non respicere post tergum; si in sublimi tecto positus, pristina vestimenta contemnis, & vt euadas Ægyptiæ dominam, sæculi pallium derelinquis. Vnde & Helias, ad cælorum regna festinans, non potest ire cum pallio, sed mundi in mundo vestimenta dimittit. Sed hoc, ais, apostolicæ dignitatis est, & eius, qui velit esse perfectus. Cur autem & tu nolis esse perfectus: cur, qui in sæculo primus es, non & in Christi familia primus sis? an quia uxorem habueris? habuit & Petrus, & tamen cum reti eam & nauicula dereliquit. Prouidentissimus Dominus, & omnium salutem desiderans, malensq; poenitentiam peccatoris, quam mortem, abstulit tibi hanc excusationem, vt non illa te retrahat ad terras, sed tu eam sequaris ad paradisi regna trahentem. Bona liberis pares, qui te ad Dominum præcesserunt, vt partes eorum non in diuitias sororis proficiant, sed in redemptionem animæ tuæ, atque alimenta miserorum. Hæc monilia filix tuæ à te expectat, his gemmis ornari capita sua volunt. Quod perituum erat in serico, in vilibus pauperum tunicis seruetur, reputat à te partes suas, iunctæ sponso voluit videri pauperes, & ignobiles, propria ornamenta desiderant.

CAP. 3. Nec est, quod excutes nobilitatem, & diuitiarum pondera, respice sanctum virum Pammachium, & feruentissimæ fidei Paulinum presbyterum, qui non solum diuitias, sed se ipsos Domino obtulerunt: qui contra diaboli tergiversationem, nequaquam pellem pro pelle, sed carnes, & ossa, & animas suas Domino consecrarunt: qui te & exemplo & eloquio, id est & opere & lingua, possunt ad maiora perducere. Nobilis es, & illi, sed in Christo nobiliores. Diues, & honoratus, & illi, immo ex diuitibus & honoratis pauperes, & inglorij, & iccirco ditiores, & magis inclyti, quia pro Christo pauperes, & inhonorati. Et tu quidem bene facis, quod sanctorum diceris vsibus ministrare, fouere monachos, ecclesijs offerre quamplurima. Sed hæc rudimenta sunt militiæ tuæ. Contemnis aurum; contempserunt & multi philosophi, & quibus vnus, vt cæteros fileam, multarum possessionum pretium proiecit in pelagus, Abite, dicens, in profundum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Philosophus, gloriæ animal, & popularis auræ vile mancipium, totam simul sarcinam deposuit: & tu te putas in virtutum culmine constitutum, si partem ex toto offeras? Te ipsum vult Dominus, hostiam viuam, placentem Deo, Te inquam, non tua, & ideo varijs tentationibus commonet, quia multis plagis & doloribus eruditur Israël. Et quem diligit Dominus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Pauperula vidua duo æra minuta misit in gazophylacium: & quia totum obtulit, quod habebat; omnes dicitur in oblatione munerum Dei superasse locupletes, que non pondere sui, sed offerentium voluntate pensantur. Vt multis erogaueris census tuum, & quidam tua gaudeant liberalitate; tamen multo plures sunt, quibus nihil dedisti, neque enim Darij opes, & Croesi diuitiæ valent explere pauperes mundi. Quod si te ipsum Domino dederis, & Apostolica virtute perfectus, sequi cœperis Saluatorem: tunc intelliges, vbi fueris, & in exercitu Christi quam extremum tenueris locum. Non planxisti filias mortuas, & paternæ in genis lacrymæ Christi timore siccatæ sunt: Quanto

maior Abraham, qui vnicum filium voluntate iugulauit; & quem heredem mundi futurum audierat, non desperat etiam post mortem esse victurum. Itepte obtulit virginem filiam, iccirco in enumeratione sanctorum ab Apostolo ponitur. Nolo tantum ea offeras Domino, quæ potest fur rapere, hostis inuadere, proscriptio tollere; quæ & accedere possunt, & recedere, & instar vndarum, ac fluctuum, à succedentibus sibi dominis occupantur; atque, vt vno cuncta sermone comprehendam, quæ velis nolis, in morte dimissurus es, illud offer, quod tibi nullus hostis possit auferre, nullus eripere tyrānus; quod tecum pergat ad inferos, immo ad regna cælorum, & ad paradisi delicias. Extruis monasteria, & multas à te per insulas Dalmatiæ sanctorum numerus sustentatur, sed melius faceres, si & ipse sanctus inter sanctos viueres. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dicit Dominus.

Apostoli gloriantur, quod omnia dimiserint, & secuti sint saluatorem, & certe, præter retia, & nauem, nihil legimus eos dimisisse: & tamen testimonio futuri iudicis coronantur: quia se offerentes, totum dimiserant, quod habebant. Hæc loquor non in fugillationem operum tuorum, vel quod extenuem liberalitatem & eleemosynas tuas; sed quod te nolim inter sæculares esse monachum; & inter monachos sæcularem; totumq; à te expectam, cuius audio mentem diuino cultui deditam. Si huic consilio nostro vel amicus, vel assecla, vel propinquus renititur, & te ad delicias splendentis mensæ reuocat: intelligito eum non de tua anima, sed de suo ventre cogitare, & omnes opes, lauræq; conuiuia, subita morte finiri. Octo & sex annorum intra viginti dies duas filias amissisti, & arbitraris senē diu posse viuere? cuius vt ætas longa tendatur, audi & Dauid, Dies vitæ nostræ sepruaginta anni. Si autē amplius, octoginta: & quidquid superest, labor & dolor est. Felix, & omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat seruientem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantem, qui non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta: cui in introitu paradisi dicitur, Recepisti mala in vita tua, nunc autem hic in lætare. Nec enim viciscetur bis Dominus in eadem re. Diuitem purpuratum gehennæ flamma suscepit. Lazarus pauper, & vlcibus plenus, cuius carnes putridas lambebant canes, & vix de micis mensæ locupletis miserabilem sustentabat animam, in sinu Abrahæ recipitur, & tanto patriarcha parente lætatur. Difficile, immo impossibile est, vt & presentibus quis & futuris fruatur bonis; vt & hic ventrem, & ibi mentem impleat; vt delicijs transeat ad delicias; vt in vtroque sæculo primus sit; vt & in cælo & in terra appareat gloriosus. Quod si tibi tacita cogitatio scrupulum mouerit, cur monitor ipse non talis sim, qualem te esse desidero, & nonnullos videris in medio itinere corruisse: illud breuiter respondebo, non mea esse, quæ dico, sed Domini Saluatoris, non monere quod ipse possim, sed quid debeat velle, vel facere, qui seruus futurus est Christi. Et athleteæ suis incitatoribus fortiores sunt: & tamē moner debilior, vt pugnet ille, qui fortior est. Noli respicere Iudæ negantē, sed Paulum respice contentē. Iacob, ditissimi patris filius, solus, & nudus in baculo pergit Mesopotamiam, iacet lassus in itinere; & qui delicatissime à Rebecca matre fuerat educatus, lapide ad caput pro puluillo vitur, vidit scalam de terra vsque ad cælum, & ascendentes per eam angelos & descendentes, & desuper innitētem Dominum, vt lapsis manum porrigeret, vt ascendentes suo ad laborem prouocaret aspectu,

Gen. 22.

Iud. 11.

Hebr. 11.

Deut. 10.

CAP. 4.

Matth. 13.

Psal. 8.

Psal. 116.

Naum. 1.

Luc. 16.

Gen. 14.

aspectu, vnde & vocatur locus ipse Bethel, id est, domus Dei, in qua quotidie ascenditur, atque descenditur. Et sancti enim corruunt, si fuerint negligentes: & peccatores pristinum recipiunt gradum, si sordes fleatibus lauerint. Hoc ideo dixi, vt non te terreant descendentes, sed prouocent ascendentes. Nunquam exemplum à malis sumitur, etiam in sæculi rebus semper à meliori parte incitamenta virtutum sunt. Oblitus propositi, & epistolæ breuitatis, plura dicere cupiebam: ad materiam quippe dignitatem, & ad meritum personæ tuæ, parum est omne quod dicitur: & ecce tibi noster Aufonius cœpit schedulas flagitare, virgere notarios; & hinnitu feruentis equi, ingenioli mei festinus arguere tarditatem. Memento igitur nostri, & cura vt in Christo valeas. Atque, vt cætera taceam, domestica sanctæ Veræ exempla sectare; quæ verè secuta Christum, peregrinationis molestias sustinet; & sit tibi tanti dux femina facti.

AD EXUPERANTIVM HORTATORIA.

EPISTOLA XXXV.

ARGUMENTVM.

EXUPERANTIVM, qui sub paludamento & chlamyde militari Christianam agebat vitam, ad perfectionem hortatur, vt distributis diuitijs, se ipsum Deo offerat, & vnà cum fratre Quintiliano Bethlehem migret.



INTER omnia, quæ mihi sancti fratris Quintiliani amicitia præstiterunt, hoc vel maximum est, quod te mihi, ignorum corpore, mente sociavit, quis enim non diligit eum, qui sub paludamento & habitu mili-

tari agat opera prophetarum, & exteriorem hominem, aliud promittentem, vincat interiori homine, qui formatus est ad imaginem creatoris? vnde & prior ad officium prouoco litterarum; & precor, vt mihi occasionem tribuas sæpius rescribendi, quo de cætero scribam audacius. Illud autem prudentiæ tuæ breuiter significasse sufficiat, vt memineris apostolicæ sententiæ: Vincetus uxori, ne quæras solutionem: solutus es, ne quæras uxorem; id est, alligationem quæ solutioni contraria est. Qui igitur seruit officio coniugali, vincetus est: qui vincetus est, seruus est. Qui autem solutus est, liber est. Cum ergo Christi gaudeas libertate; & aliud agas, aliud repromittas; ac propemodum in domate constitutus sis; non debes ad tollendam tunicam te descendere, nec respicere post tergum, nec aratri semel arrepti stiuam dimittere, sed si fieri potest, imitare Ioseph, & Aegyptiæ dominæ pallium relinque; vt nudus sequaris Dominum saluatorem, qui dicit in euangelio: Nisi quis dimiserit omnia, & tulerit crucem suam, & secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus. Projice farcinam sæculi, ne quæras diuitias, quæ camelorum prauitibus comparantur: nudus & lenis ad cælum euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera. Hoc autem dico, non quod te auarum didicerim; sed quod intelligam, iccirco adhuc militiæ operam dare, vt impleas sacculum, quem euacuare Dominus præcepit. Si igitur, qui habent possessiones, & diuitias, iubentur omnia vendere, & dare pauperibus, & sic sequi Saluatorem: dignatio tua aut diues est, & debet facere quod præceptum est; aut adhuc tenuis, & non debet quærere, quod erogatura est. Certe Christus pro animi voluntate omnia in acceptum refert. Nemo apostolis pauperior fuit, & nemo tantum pro Domino dereliquit. Vidua illa in euangelio pau-

1. Cor. 7.

Luc. 17.

Luc. 9.

Gen. 39.

Luc. 14. 9.

Matth. 19.

Luc. 1.

percula, quæ duo minuta misit in gazophylacium, cunctis præfertur diuitibus, quia totum, quod habuit, dedit. Et tu igitur eroganda non quæras, sed quærita iam tribue; vt fortissimum tirunculum suum Christus agnoscat; vt latus tibi de longissima regione venienti occurrat pater; vt stolam tribuat; vt donet anulum; vt immolet pro te vitulum faginatum; vt expeditum cum sancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulsauit amicitiarum fores: si aperueris, nos crebro habebis hospites.

Luc. 15.

AD CASTORINAM MATERTERAM.

EPISTOLA XXXVI.

ARGUMENTVM.

CASTORINAM, materteram suam, cum qua nescio quid dissidij fuerat, ad pacem, & concordiam, quod per alias etiam fecerat litteras, adhortatur.



IOANNES, idem apostolus, & euangelista, in epistola sua ait: Quicumque odit fratrem suum, homicidia est, & rectè: cum enim homicidium ex odio sæpe nascatur: quicumque odit, etiam si necdum gladio percussit, animo tamen homicida est. Cur, ais, tale principium? Scilicet vt veteri rancore deposito, mundum pectoris Deo paremus habitaculum. Irascimini, inquit Dauid, & nolite peccare. Hoc quid velit intelligi, Apostolus plenius interpretatur: Sol non occidat super iracundiam vestram. Quid agemus nos in die iudicij, super quorum iram non vnus diei, sed tantorum annorum sol testis occubuit? Dominus loquitur in euangelio: Si offers munus tuum ad altare, ibi; recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade reconciliari prius fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Væ mihi misero, ne dicam & tibi, qui tanto tempore aut non obtuli munus ad altare, aut ira permanente, sine causa obtuli. Quo modo in quotidiana prece vmquam diximus: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: animo discrepante cum verbis, oratione dissidente cum factis? Precor itaque, quod & ante annum prioribus litteris rogaueram, vt pacem, quam nobis reliquit Dominus, habeamus; & meum desiderium, & tuam mentem Christus intueatur, in breui, ante tribunal eius, reconciliata, seu scissa concordia aut præmium recuperabit, aut pœnam, quod si tu, quod procul absit, nolueris; ego liber ero. epistola me hæc mea, cum lecta fuerit, absoluet.

1. Ioan. 3.

Psal. 4.

Eph. 4.

Matth. 5.

Matth. 6.

HIERON. AD IULIANVM DIACONVM.

EPISTOLA XXXVII.

ARGUMENTVM.

Ex heremo, quo vnà cum Heliodoro adolescens fere Hieronymus accesserat, Iulianum diaconum Stridonensem salutat, excusans se quod eius litteras non habuerit, cumque ipse quid ageretur in patria nesciret, rogat, vt an foror in proposito virginitatis perseveret, certiore illum reddat, addens se obrectatorem suum interea non timere.



NTIQVVS sermo est: Mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. Quod mihi à te ego obiurgatus de silentio litterarum accidisse video. Dicam: sæpe scripsi, sed negligetia baiulorum fuit: Respondebis: omnium non scribentium vetus ista excusatio est. Dicam: non reperi qui epistolas

epistolas ferret? Dices, hinc isthuc esse quamplurimos. Contendam, me etiam his dedisse? At illi, quia non reddiderunt, negabunt: & erit inter absentes incerta cognitio. Quid igitur faciam? Sine culpa veniam postulabo, rectius arbitrans pacem loco motum petere, quam aequo gradu certamina concitare, quamquam ita me iugis tam corporis egrotatio, quam animæ ægritudo consumpsit, ut morte imminente, nec mei pene memor fuero. quod ne falsum putes, oratorio more post argumenta testes vocabo. Sanctus frater Heliodorus hic affuit, qui cum mecum eremum vellet incolere, meis sceleribus fugatus abscessit. Verum omnem culpam præsens verborum excusabit, nam, ut ait Flaccus in Satyra, Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos Rogati ut nunquam cantent, iniussi nunquam desistant: Ita te deinceps fascibus obruam litterarum, ut e contrario incipias rogare, ne scribam. Sororem meam, filiam in Christo tuam, gaudeo, te primum nunciare, in eo permanere, quod ceperat. hic enim, ubi nunc sum, non solum quid agatur in patria, sed et ipsa patria perisset, ignoro. & licet me sinistro Hiberna excetra ore dilaniet: non timebo hominum iudicium, habiturus iudicem meum, iuxta illud, quod quidam ait: Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae. Quapropter quaeso, ut apostolici memor præcepti, quo docet opus nostrum permanere debere, & tibi à Domino premium in illius salute pares, & me de communi in Christo gloria crebris reddas sermonibus lætorem.

AD THEODOSIVM, ET ALIOS

ANACHORETAS.

EPISTOLA XXXVIII.

ARGUMENTVM.

THEODOSIVM, & ceteros sub eo Anachoretas rogat, ut suis precibus à Deo impetrent, ut cum ipsis, sicut habet in votis, in deserto vivere possit.



VAM vellem nunc vestro interesse conuentui, & admirandum consortium, licet isti oculi non mereantur aspicere, tota cum exultatione complecti. spectarem desertum omnino amoenius ciuitate: viderem desolata

ab accolis loca, quasi ad quoddam paradisi instar, sanctorum cœtibus obsideri, verum, quia hoc mea faciunt delicta, ne consortio beatorum inferatur obsessum omni crimine caput: iccirco obsecro, (quia vos impetrare posse non ambigo) ut me ex istius tenebris sæculi vestro liberetis oratu. Et ante dixeram præsens, & nunc per litteras votum indicare non cesso, quod mens mea omni ad id studium cupiditate rapiatur. Nunc vestrum est, ut voluntatem sequatur effectus: meum est, ut velim: obsecrationum vestrarum est, ut quod velim, & possim. Ego ita sum, quasi à cuncto grege morbida aberrans ovis, quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositum reportarit: lababunt gressus, & in ipso conamine vestigia concident assurgenti, ego sum ille prodigus filius, qui omni, quam mihi pater crediderat, portione profusa, necdum me ad genitoris genua submissi, necdum coepi prioris à me luxuriæ blandimenta depellere, & quia paululum non tam desui à vitijs, quam coepi velle desinere: nunc me nouis diabolus ligat retibus; nunc noua impedimenta proponens, maria vndique circumdat, & vndique pontum: nunc in medio constitutus elemento, nec regredi valeo, nec progredi possum, superest, ut oratu ve-

Luc. 15.

stro sancti spiritus aura me prouehat, & ad portum optatum optati litoris profequatur.

HIERONYMVS AD VIRGINES

HERMONENSES.

EPISTOLA XXXIX.

ARGUMENTVM.

CONQUERITVR, quod virgines in monte Hermon degentes, sæpe ab eo litteris prouocatae, numquam rescripserint: ostenditque non esse obrectatoribus credendum, qui contra ipsum adlatabant, cum ante tempus de homine iudicandum non sit, & esse possit ut vir malus in bonum mutatus sit, scripsit autem hanc epistolam è solitu dine adolefcens, sicut & aliquot alias superiores.



HARTÆ exiguitas indicium solitudinis est: & iccirco longum sermonem breui spatio coarctavi: quia & vobiscum volebam prolixius loqui, & angustia schedulæ cogebat tacere, tunc igitur ingenio est victa pauperies, mi-

nistræ quidem litteræ, sed confabulatio longa est, & tamen in hoc necessitatis articulo animaduertite caritatem; cum nec penuria scriptiois valuerit prohibere, ne scriberem. Vos autem ignoscite obsecro dolenti. Dico enim læsus, dico lacrymans: ne vnum quidem apicem, toties vobis tribuenti officium, præstitistis. Scio, quia nulla communio luci & tenebris est, nulla cum ancillis Dei peccatori societas, attamen & meretrix Domino pedes lacrymis lauit: & de dominorum micis canes edunt: & ipse Saluator non venit iustos vocare, sed peccatores. Non enim egent sani medico. Et magis vult penitentiam peccatoris, quam mortem. Et errantem ouiculam suis humeris refert. Et prodigum filium reuertentem excipit lætus pater. Quin potius Apostolus ait: Nolite iudicare ante tempus. Tu enim quis es, qui alienum seruum iudices? Suo Domino stat, aut cadit. Et qui stat, videat ne cadat. Et inuicem onera vestra portate. Aliter sorores carissimæ, hominum liuor, aliter Christus iudicat. Non eadem est sententia tribunalis eius, & anguli susurronum. Multæ hominibus via videntur iustæ, quæ postea reperientur prauæ. Et in testaceis vasculis thesaurus sæpe reconditur. Petrum ter negantem amaræ in suum locum restituere lacrymæ. Cui plus dimittitur, plus amat. De toto grege siletur, & ob vnius morbidæ pecudis salutem angeli lætantur in celo. Quod si cui videtur indignum, audiat à Domino: Amice, si ego bonus sum, quare oculus tuus nequam est?

2. Cor. 6
Luc. 7.Math. 11
Luc. 11.Ezech. 11
Matt. 11.

Luc. 15.

1. Cor. 4
Rom. 14
1. Cor. 11
Gal. 6.

Luc. 11.

Luc. 7. 11

Math. 11

AD AVGVSTINVM.

EPISTOLA XL.

ARGUMENTVM.

DOLET, quicumque hanc scripsit epistolam, (nam stylus Hieronymi non videtur) quod in vrbe Leges cum inuenire non poterit: & quantum eum amet, videreque desideret, exponens, rogat ut pro eo Dominum oret.



VM in vrbe Leges anteriori tempore commeassem; nimium sum contristatus, quod te totum ibidem minimum potui reuerire, inueni enim te medium, & ut ita dicam, partem animæ tuæ, Seuerum carissimum: de quo ex parte gauisus sum: perfectè enim gaude-rem, si te totum inuenirem, vnde ex parte, qua te repereram, gratulabar; & propter partem tuam, quam nequa-

nequa-

nequaquam cernebam, omnibus modis contrista-
 bar, proinde dixi animæ meæ: Quare tristis es, &
 quare conturbas me? Spera in Deo; & faciet præsen-
 tem amicum, quem diligis. Vnde confido in Domi-
 no; & spero, quod me faciet de tua visione gratulari.
 O si oculis cerni dilectio posset: profecto videres,
 quanta apud te nostra esset dilectio, aut enim æqui-
 parâs dilectioni tuæ magnum tibi afferret gaudium;
 aut, si maior esset, magnum tibi afferret imitationis
 studium. Ergo, quia in Domino te diligo, dilige di-
 ligentem: & vt cæteri tecum diligant, per ecclesiasti-
 cam auctoritatem hortare. Nam quod petis litteris
 tuis, vt ego pro te orem: id rectè facerem, si ego ipse
 à peccatis liber essem, vt pro alijs liceret orare, & ideo
 te admoneo, vt orationes assiduas animi tui pro me
 emittas ad Dominum; & memor professionis, illam
 ante oculos tuos constituas diem, in qua iustus ab
 auditu malo non timebit, & ideo iustus non time-
 bit, quia non audiet, Vade in ignem æternum: sed
 veni benedicte patris mei, percipe regnum. Ad quod
 nos perducatur, qui viuunt & regnant in sæcula sæculo-
 rum, Amen.

Psal. 41.
 Psal. 111.
 Math. 25.

HIERONYMVVS AD RUFFINVM.

EPISTOLA XLII.

ARGVMENTVM.

RUFFINVM, Aquileiensem, quem in Ægyptum con-
 cessisse audierat, vt ad se in Syriam pergat, inuitat, asserens
 se, vno Euagrio excepto, ab omnibus derelictum fuisse, In-
 nocentio scilicet, Hylæque defunctis, & Bonoso insulam
 quandam, penitentia peragenda causa, incolente.

Ed. 64.



DLVs Deum tribuere; quam rogatur,
 & ea sæpe concedere, quæ nec oculus
 vidit, nec auris audiuit, nec in cor hõ-
 minis ascenderunt, licet ex sacrõrum
 ministerio voluminum ante cogno-
 uerim; tamen in causa propria nunc
 probaui, Ruffine carissime. Ego enim, qui audaci fi-
 ri fatis voto credebam, si vicissitudine litterarũ ima-
 ginem nobis præsentia mentiremur, audio te Ægy-
 pti secreta penetrare, monachorum inuisere choros,
 & cælestem in terris circumire familiam. O si mihi
 nunc Dominus Iesus Christus vel Philippi ad Euu-
 chum; vel Abacuc ad Daniele translationem re-
 pente concederet: quam ego nunc tua artus stringe-
 rem colla complexibus: quam illud os, quod me-
 cum vel errauit aliquando, vel sapuit, impressis fige-
 rem labijs. Verum, quia non tam te sic ad me venire,
 quam ad te sic ire non mereor; & inualidum, etiam
 cum sanum est, corpusculum crebri fregere morbi:
 has mei vicarias, & tibi obuias mitto, quæ te, copu-
 la amoris innexum, ad me vsque perducant. Prima
 inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi est nũcia-
 ta felicitas. Non credebam certum, quod certũ esse
 cupiebã, præsertim cum & ille ab alio se audisse dice-
 ret, & rei nouitas fidem sermonis auferret, rursus
 suspensam voto nutante mentem, quidam Alexan-
 drinus monachus, qui ad Ægyptios confessores, &
 voluntate iam martyres, pio plebis iamdudum fuerat
 transmissus obsequio, manifestus ad credulitatem
 nuncijs auctor impulerat. Fateor & in hoc meam la-
 basse sententiam, nam cum & patriam tuam ignora-
 rer, & nomen; in eo tamen plus videbatur asserre,
 quod eadem asserbat, quæ iam alius indicauerat.
 Tandem plenum veritatis pondus erupit. Ruffinum
 enim Nitria esse, & ad beatum perrexisse Maca-
 rium, crebra commeatium multitudo referebat.

Ad. 8.
 Dan. 14.

Hic verò tota credulitatis frena laxaui; & tunc vere
 ægrotum esse me dolui; & nisi me attenuati corpo-
 ris vires quadam compede præpedissent; nec mediæ
 feruor ætatis, nec nauigantibus semper incertum
 mare, pia cum festinatione gradienti, valuisset obfi-
 sfere. Credas mihi frater: non sic tempestate iactatus
 portum nauta prospectat; non sic sitientia imbres ar-
 ua desiderant; non sic curuo assidens litori anxia fi-
 lium mater expectat, postquam me à tuo latere subi-
 tus turbo conuulsit; postquam glutinum caritatis hæ-
 rentem impia distraxit auulsio: Tunc mihi caruleus
 supra caput albitit imber: Tunc maria vndiq; & vndiq;
 cælum. Tandem in incerto peregrinationis errati, cum
 me Thracia, Pontus, atq; Bithynia, totumq; Galatia
 & Cappadocia iter, & feruido Cilicũ terra fregisset
 æstu; Syria mihi, velut fidissimus naufrago portus,
 occurrit, vbi ego, quiddid morborum esse poterat,
 expertus, ex duobus oculis vnũ perdidit. Innocen-
 tium enim, partem animæ meæ, repentinus februm
 ardor abstraxit, nunc vno & toto mihi lumine Eu-
 agrio nostro fruor; cui ego semper infirmus ad labo-
 rem cumulus accessi. Erat nobiscum & Hylas, sancti
 Melanij famulus; qui puritate morum, maculam
 seruitutis abluerat, & hic necdum obductam rescidit
 cicatricem. Verum quia, de dormientibus contrista-
 ri, Apostoli voce prohibemur; & nimia vis mæroris
 lato superueniente nuncio temperata est: indicamus
 hæc tibi; vt si nescis, discas; si ante cognouisti, pariter
 gaudeamus. Bonosus tuus, immo meus, & vt verius
 dicam, nofter, scalam prælagatam Iacob somniantem
 iam scandit; portat crucem suam; nec de crastino
 cogitat, nec post tergum respicit. Seminat in lacry-
 mis, vt in gaudio metat. Et sacramento Moyfi ser-
 pentem in eremo suspendit. Cedant huic veritati
 tam Græco quam Romano stylo mendacijs ficta mi-
 racula. Ecce puer honestis sæculi nobiscum artibus
 institutus; cui opes affatim, dignitas apprime inter
 æquales erat, contempta matre, sororibus, & carissi-
 mo sibi germano, insulam pelago circumsonante
 naufragam, cui asperæ cautes, & nuda saxa, & soli-
 tudo terroris est, quasi quidam nouus paradisi eo-
 lonus incedit, nullus ibi agriculturalum, nullus mona-
 chorum, ne paruulus quidem, quem nosti, Onesi-
 mus, quo velut fratre in osculo fruebatur, in tanta
 vastitate adhæret lateri comes, solus ibi, immo iam
 Christo comitante non solus videt gloriam Dei, quam
 etiam apostoli, nisi in deserto, non viderant. Non
 quidem conspicit turritas vrbes; sed in nouæ
 ciuitatis censu dedit nomen suum. Horrent sacco
 membra deformia, sed sic melius obuiam Christo
 rapietur in nubibus. Nulla Euriporum amoenitate
 perfruitur; sed de latere Domini aquam vitæ bibit.
 Proponet tibi ante oculos, amice dulcissime; & in
 præsentia rei totus animo ac mente conuertere, tunc
 poteris laudare victoriam, cum laborem præstantis
 agnoueris. Totam circa insulam fremit insanũ mare,
 & sinuosus montiũ illisum scopulis æquor reclamat,
 nullo terra gramine vires; nullis vernans campus
 densatur umbraculis, abruptæ rupes quasi quendam
 horrore carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus,
 & totus de Apostolo armatus, nunc Deum audit,
 dum diuina religit; nunc cum Deo loquitur, Cum
 Dominum rogat; & fortasse ad exemplum Ioannis
 aliquid videt, dum in insula commoratur. Quas tunc
 diabolus necere credis tricas? quas parare arbitra-
 ris insidias? Forsitan, antiquæ fraudis memor, famenũ
 suadere tentabit, sed iam illi responsum est: Non in-
 solo pane viuunt homo. Opes forsitan, gloriamque
 proponet, sed dicetur illi: Qui cupiunt diuites fieri,
 incidunt

r. Test. 4.

Gen. 28.
 Mat. 16. 6.
 Luc. 9.
 Psal. 125.
 Num. 21.

Math. 17.
 r. Test. 4.

Eph. 6.

Deut. 8.
 1. Tim. 6.

Gal. 6.

2. Cor. 12.

Philip. 1.
Eph. 6.

Iona. 14.

Matth. 5.

Apoc. 7. 14
Ioan. 14.
1. Cor. 1. 5.

incidunt in muscipulam, & tentationes. Et: Mihi gloriatio omnis in Christo est. Fessa membra ieiunij, morbo grauante, concutient, sed Apostoli repercutietur eloquio: Quando enim infirmor, tunc fortior sum. Et: Virtus in infirmitate perficitur. Minabitur mortem: sed audiet: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ignita iacula vibrabit: sed excipientur scuto fidei. Et, ne multa replicem, impugnat satanas, sed tutabitur Christus. Gratia tibi, Domine Iesu, quod in die tua habeo, qui pro me te possit rogare. Scis ipse (tibi enim patent pectora singulorum, qui cordis arcana, qui tantæ bestiae alio inclusum prophetam in profundo vides) vt ego & ille pariter à tenera infantia ad florentem vsque adoleuerimus ætatem; vt iisdem nos nutricum sinus, iisdem amplexus fouerint baiulorum; & cum post Romana studia ad Rheni semibarbaras ripas, eodem cibo, pari fruere hospitio; vt ego primus cœperim velle te colere. Memento, quæso, hunc bellatorem tuum, mecum quondam fuisse tironem. Habeo promissum maiestatis tuæ. Qui docuerit, & non fecerit, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem docuerit, & fecerit, maximus vocabitur in regno cælorum. Fruatur ille virtutis corona, & ob quotidiana martyria stolatus agnum sequatur. Multæ enim sunt mansiones apud patrem. Et: Stella à stella differt in claritate. Mihi concede, vt inter sanctorum calcaea caput possim leuare: vt cum ego voluerim, ille perfecerit, mihi ignoscas, quia implere non potui, illi tribuas præmium, quod meretur. Plura fortasse, quam epistolæ breuitas patiebatur, longo sermone protraxerim: quod mihi semper accidere consuevit, quado aliquid de Bonosi nostri laude dicendum est. Sed, vt ad illud redeam, vnde discesseram; obsecro te, ne amicum, qui diu quæritur, vix inuenitur, difficile seruetur, pariter cum oculis mens amittat. Fulgeat, cui liber, auro, & pompaticis ferculis corrusca ex sarcinis metalla radiant. Caritas non potest comparari. Dilectio pretium non habet. Amicitia, quæ desinere potest, vera nunquam fuit. Vale in Christo.

HIERONYMVS AD NICEAM,

HIPODIACONVM

AQUILEIÆ.

EPISTOLA XLII.

ARGVMENTVM.

NICEAM, subdiaconum Aquileiæ, veterem sodalem, vt ad se aliquando scribat, exemplo Chromatij, & Eusebij fratrum, hortatur.



VRPILIVS comicus, tractas de vicissitudine litterarum, Sola, inquit, res est, quæ homines absentes præsentem facit. Nec falsam dedit, quamquæ in re non vera, sententiã. quid enim est, vt ita dicã, tam præsentem inter absentes, quam per epistolas & alloqui, & audire, quos diligas? nam & rudes illi Italici homines, quos cascos Ennius appellat, qui sibi, vt in rhetoricis Cicero ait, ritu ferino victum quærebant, ante chartæ & membranarum usum aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquia missitabant, vnde & portitores earum tabellarios, & scriptores à libris arborum librariorum vocauere, quanto magis igitur nos, expolito iam artibus mundo, id non debemus omittere, quod illi sibi præstiterunt, apud quos erat cruda rusticitas, & qui humanitatem quodam modo nesciebant: Ecce Beatus Chro-

matus cum sancto Eusebio, non plus natura, quam morum æqualitate germano, litterario me prouocauit officio, tu, modo à nobis abiens, recentem amicitiam scindis potius, quam distuis, quod prudenter apud Ciceronem Laelius vetat. Nisi forte ita tibi exosus est oriens, vt litteras quoque tuas huc venire formides. Expergiscere expergiscere, euigilia de somno, præsta vnã chartæ schedulã caritati, inter delicias patriæ, & cõmunes, quas habuimus, peregrinationes, aliquando suspira, si amas, scribe obsecranti: si irascaris, iratus licet scribe, magnum & hoc desiderij solamen habebis, si amici litteras vel indignantis accipiam.

HIERONYMVS AD CHROMA-

TIVM, IOVINVM, ET

EUSEBIVM.

EPISTOLA XLIII.

ARGVMENTVM.

CHROMATIVM & Eusebium fratres vnã cum Iouino amico, necnon matre, & fororibus virginibus eadem in domo sanctè viuentes, omnes Stridonenses resalutat. Bonosum laudat, & fororem suam illis commendat.



ON debet charta diuidere, quos amor mutuus copulauit: nec per singulos officia mei sunt partienda sermonis; cum sic inuicem vos ametis, vt nõ minus tres caritas iungat, quam duos natura sociat: quin potius, si rei conditio pateretur, sub vno litterulæ apice nomina indiuisa concluderem, vestris quoque ita me litteris prouocantibus, vt & in vno tres, & in tribus vnũ putarem, nam postquam; sancto Euagrio transmittente, in ea ad me eremi parte delatæ sunt, quæ inter Syros ac Saracenos vastum limitem ducit; sic gauisus sum, vt illum diem Romanæ felicitatis, quo primum Marcelli apud Nolam prælio post Cannensem pugnam Hannibalis agmina conciderunt, ego vicerim, & licet supra dictus frater sæpe me visiter, atque me ita, vt sua in Christo viscera foueat: tamen longo à me spatio seiunctus, non minus mihi dereliquit abeundo desiderium, quam attulerit veniendo lætitiã. Nunc cum vestris litteris fabular, illas amplector: illæ mecum loquuntur, illæ hic tantum latine sciunt: hic enim aut barbarus semisermo discendus est, aut tacendum, quotiescunq; carissimos mihi vultus, notæ manus referunt impressa vestigia; toties aut ego hic non sum, aut vos hic estis. Credite amori vera dicenti: & cum has scriberem, vos videbam. De quibus hoc primum quæror, cur tot interiacentibus spatijs maris, atq; terrarum, tam paruum epistolam miseritis, nisi quod ita merui, qui vobis, vt scribitis, ante non scripsi. Chartam desuisse non puto, Ægypto ministrante commercia. Et si alicui Ptolomæus maria clausisset, tamẽ rex Attalus membranas à Pergamo miserat, vt penuria chartæ pellibus pensaretur, vnde & pergamenarum nomen ad hunc vsque diem, tradente sibi inuicem posteritate, seruatum est. Quid igitur? arbitrer baiulum festinasse? quamuis longæ epistolæ vnã nox sufficit. An vos aliqua occupatione detentos? nulla necessitas maior est caritate. Restant duo, vt aut vos piguerit, aut ego non meruerim, è quibus malo vos inculcare tarditatis, quam me condemnare non meritum, facilius enim negligentia emendari potest, quam amor nasci. Bonosus, vt scribitis, quasi filius *ἰχθῦνος*, id est, piscis aquosa petit, nos, pristina contagione sordentes, quasi reguli & scorpiones, arentia quæque sectamur, ille iam

calcat,

HIERONYMVS AD CHRYSO-
GONVM, MONACHVM
AQUILEIÆ.

EPISTOLA XLIIII.

ARGVMENTVM.

CVM Chryfologo, Aquileiæ monacho, quòd nihil ad fe scripferit, ex postulat.



VI circa te affectus meus fit, carissimus ambobus Heliodorus tibi potuit fideliter nunciare; qui non minore te diligit amore, quàm ego diligo: vt semper in ore meo nomen tuum sonem, vt ad primam quamque consulationem iucundissimi mihi cõsortij tui recorder; vt humilitatẽ admirer, virtutem efferam; prædicem caritatem. Verum tu, quod natura lynces instum habent, ne post tergum respicientes meminerint priorum; & mens perdat, quod oculi videre deserint; ita nostræ es necessitudinis penitus oblitus, vt illam epistolam, quam in corde Christianorum scriptam Apostolus refert, non parua litura, sed imis, vt aiunt, ceris eraseris. & illæ quidem, quas diximus, feræ, sub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas, aut timidum ceruos animal comprehendunt; currentemq; frustra prædam, dum hostem suum secum vehit, rabido desuper ore dilaniant, & tamdiu meminerẽ prædandi, quamdiu venter vacuus siccum fame guttur exasperat: vbi verò sanguine pasta feritas viscera distenta compleuerit, cum saturitate succedit obliuio, tamdiu nescitura quid capiat, donec memoriam reuocauerit esuries. tu, necdum satiatus è nobis, cur finem iungis exordio: cur amittis ante, quàm teneas: nisi forte, negligentia semper excusatione socia, asseras te non habuisse quod scriberes: cum hoc ipsum debuisses scribere, te non habuisse, quod scriberes.

HIERONYMVS AD ANTONIVM DE MODESTIA.

EPISTOLA XLV.

ARGVMENTVM.

ANTONIVM quod, toties rogatus, numquam rescripserit, reprehendit, & superbiae coarguit.



DOMINVS noster, humilitatis magister, disceptantibus de dignitate discipulis, vnum apprehendit è paruulis, dicens: Quicumque vestrum non fuerit conuersus sicut infans, non potest introire in regnum cælorum. Quod ne tantum docere, nec facere videretur, impleuit exemplo; dum discipulorum pedes lauat; dum traditorem osculo excipit; dum loquitur cum Saramitana; dum, ad pedes sibi sedente Maria, de cælorum disputat regno; dum ab inferis resurgens, primum mulierculis apparet. Satanas autem ex archangelico fastigio non aliam ob causam, nisi ob contrariam humilitati superbiam, ruit. Et Iudaicus populus primas sibi cathedras & salutationes in foro vindicans, deputato antea in stillam situlæ, gentium populo succedente, deletus est. Contra sophistas quoque sæculi & sapientes mûdi Petrus & Iacobus piscatores mitruntur. Cuius rei causa scriptura ait: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Vide frater, quale malum sit, quod aduersarium habet Deum: ob quod in euangelio & pharisæus arrogans spernitur, & humilis publicanus auditur. Decem iam, nisi fallor, epistolas, plenas tam officij quàm precum, misit cum

quasi reguli & scorpiones, arentia quæque sectamur, ille iam calcat super colubri caput: nos serpenti, terram ex diuina sententia comedenti, adhuc cibis fumus, ille iam potest summum graduum psalmum scandere; nobis, adhuc in primo ascensu stentibus, nescio an dicere aliquando contingat: Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ille inter minaces sæculi fluctus in tuto insulæ, hoc est, ecclesiæ gremio sedens, ad exemplum Ioannis; librum forte iam deuorat: ego, in scelerum meorum sepulcro iacens, & peccatorum vinculis colligatus, Dominicum de Euangelio expecto clamorem: Hieronyme veni foras: Bonosus, inquam, (quia, secundum prophetam, omnis diaboli virtus in lumbis est) trans Euphratem tulit lumbare suum, vbi illud in foramine petreæ abscondens, & postea scissum reperiens cecinit: Domine, tu possedisti renes meos: Dirupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis. Me verò Nabuchodonosor ad Babylonem, id est, confusionem mentis meæ catenatum duxit: ibi mihi captiuitatis iugum imposuit: ibi ferri circulum naribus meis innectens, de canticis Sion cantare præcepit. Cui ego dixi: Dominus soluit compeditos. Dominus illuminat cæcos. Et, vt breuiter cœptam dissimilitudinem finiam, ego veniam deprecor, ille expectat coronam. Soror mea, sancti Iuliani in Christo fructus est. Ille plantauit, vos rigate: Dominus incrementum dabit. Hanc mihi Iesus pro eo vulnere, quod diabolus infixerat, præstitit, viuiam reddendo pro mortua. Huic ego, vt ait gentilis poëta, omnia etiam tuta timeo. Scitis ipsi lubricum adolescentiæ iter; in quo & ego lapsus sum, & vos non sine timore transistis, hoc illa nunc maximè ingrediens, omnium est fulcienda præceptis, omnium est sustentanda solatijs, id est, crebris vestræ sanctitudinis epistolæ roboranda; & quia caritas omnia sustinet, obsecro vt etiam à Papa Valeriano ad eam confortandam litteras exigatis. Nostis puellares animos his rebus plerumque solidari, si se intelligant curæ esse maioribus, in mea enim patria, rusticitatis vernacula, Deus venter est, & in diem viuatur: & sanctior est ille, qui ditior est, accessit huic patellæ, iuxta tritum populi sermone prouerbum, dignum operculum: Lupicinus sacerdos, secundum illud quòque, de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucilius: Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente: videlicet vt perforatam nauem debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foueam; Talisque sit rector, quales illi qui reguntur. Matrem communem, quæ cum vobis sanctitate societur, in eo vos præuenit, quia tales genuit, cuius verè venter aureus potest dici, eo salutamus honore, quo nostis: vna quoque suscipiendas cunctis sorores, quæ sexum vicere cum sæculo; quæ, oleo ad lampadas largiter preparato, sponsi operiuntur aduentum. O beata domus, in qua morantur Anna vidua, virginis prophetissæ, geminus Samuel nutritus in templo, & tecta felicia, in quibus cernimus Machabæorum martyrum coronis cinctam sibi martyrem matrem. Nam licet quotidie Christum confiteamini, dum eius præcepta seruat: tamen ad priuatam gloriam publica hæc accessit vobis & aperta confessio, quòd per vos ab vrbe Ariani quondam dogmatis virus exclusum est. Et miramini forsitan, quòd in fine iam epistolæ rursus exorsus sim. Quid faciam? vocem pectori negare non valeo: epistolæ breuitas compellit tacere; desiderium vestri cogit loqui, præproperus sermo confusa turbatur oratio: amor ordinem nescit.

Gen. 1.
Psalm. 150.
Psalm. 120.Apoc. 10.
Ioan. 11.Job. 40.
Hier. 13.Psalm. 138.
115.

4. Reg. 15.

Psalm. 136.
145.

1. Cor. 3.

1. Cor. 13.

Math. 25.

2. Cor. 5.

Math. 23.

Ioan. 13.
Luc. 12.
Ioan. 4.
Luc. 7.Mar. 16.
Eua. 14. 40.

1. Pet. 5.

Luc. 18.

cum tu ne nutum quidē facere dignaris; & Domino loquente cum seruis, frater cum fratre non loqueris. Nimis, iniques, contumeliose. Crede mihi, nisi styli verecundia prohiberet, tanta læsus ingererem, vt inciperes mihi rescribere vel iratus, sed quoniam & irasci hominis est; & iniuriam non facere, Christiani; ad antiquum morem reuertens, rursus precor, vt & diligentem te diligas, & consensu sermonem consensu impartias. Vale in Domino.

HIERONYMVS AD RVSTICVM.

EPISTOLA XLVI.
ARGVMENTVM.

RVSTICVM, quod promissam cum vxore Artemia continentiam fraxerat, ad pœnitentiam, & vt sancta inuisar, coniugis exemplo, loca hortatur.

CAP. I.



VO D ignotus ad ignotū audeo scribere, sanctæ ancillæ Christi Hedibiz, & filiz meæ, coniugis tuæ, Artemiz, immo sororis ex coniuge atque consensu, fecit deprecatio, quæ nequaquam propria salute contenta, tuam

& ante quæsiuit in patria, & nūc in sanctis locis querit, imitari cupiens Andrea & Philippi apostolorum benevolentiam, quorum vterq; inuentus à Christo, fratrem Simonem, & amicum Nathanael inuenire desiderat, vt alter eorum mereatur audire: Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Alter donum Dei (hoc enim lingua nostra sonat Nathanael) Christi ad se loquentis testimonio subleuetur: Ecce vere Israëlita: in quo dolus non est. Obtauerat quondam & Loth. cum filius saluare coniugem suam, & de incendio Sodomæ & Gomoræ pene semiustus erumpens, educere eam, quæ pristinis vitijs tenebatur adstricta: sed ea desperatione trepida, respiciensq; post tergum, æterni infidelitatis titulo condemnatur. Et ardens fides pro vna muliere perditâ, totam Segor liberat ciuitatem. Denique postquam Sodomiticæ valles ac tenebras derelinquens, ad montana conscendit, ortus est ei Sol in Segor, quæ interpretatur paruula, vt paruus filius Lot, quia maiora non poterat, saltem minora seruari. Neque enim Gomoræ quondam & erroris habitator statim ad meridiem poterat peruenire, in qua Abraham, amicus Domini, cum angelis suscepit Deum. Et Ioseph fratres pascit in Ægypto, sponsusq; audit à sponsa: Vbi cubas: vbi pascis in meridie: Samuel quondam plangebat Saul, quia superbia vulnera pœnitentiæ medicamine nō curabat. Et Paulus lugebat Corinthios, qui fornicationis maculas lacrymis delere nolebāt. Vnde & Ezechiel librum deuorat scriptū intus & foris, carmine, & planctu, & vā: carmine, super laude iustorū: planctu, super pœnitentibus: vā, super ijs, de quibus scriptum est: Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit. Quos ostendit Esaias, dicens: Vocauit Dominus sabaoth, in die illa ad fletum, & planctum, & decalutationem, & accinctionem ciliciorum: ipsi autem fecerunt lætitiā, & exultationem, mactantes vitulos, occidentes oues, vt comederent carnes, dicentes: Manducemus, & bibamus; cras enim moriemur. De quibus & Ezechiel loquitur: Et tu fili hominis dic domui Israël, sic locuti estis, dicentes: Errores nostri & iniquitates nostræ super nos erūt, & in ipsis contabescimus: & quo modo salui esse poterimus? Dic eis: Viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem

impij, sed vt conuertatur à via sua. Et iterum, Reuertimini recedentes à via vestra: quare moriemini domus Israël?

Nihil tam offendit Deum, quàm desperatione meliorum hæreret prioribus, licet & ipsa desperatio incredulitatis indicium sit, qui enim desperat salutem, non putat futurum esse iudicium, quod si metueret, vtiq; bonis operibus se iudici præpararet. Audiamus per Hieremiam loquentem Deum: Conuerte pedem tuum à via aspera, & guttur tuum à siti. Et iterum: Numquid, qui cadit, non resurget? aut, qui auersus est, nō reuertetur? Et per Esaiam: Quando conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & scies vbi fueris. Scire non possumus agrotationis mala, nisi cum fuerit sanitas consecuta. Et quantum boni virtus habeat, vitia demonstrant: clarusq; sit lumen comparatione tenebrarum. Ezechiel quoq; iisdem verbis, quia eodem & spiritu, Conuertimini, inquit, & redite ab iniquitatibus vestris domus Israël, & non erunt vobis in tormentū impietates. Projicite omnes impietates vestras, quibus impiè egistis aduersum me, & facite vobis cor nouū, & spiritū nouum. Et quare moriemini domus Israël? Nolo enim mortē peccatoris, dicit Dominus. Vnde & in consequentibus loquitur: Viuo ego, dicit Dominus. Nolo mortē peccatoris, nisi vt reuertatur à via sua, & viuat; ne mēs incredula de bonorū repromissione desperet; & semel perditioni animus destinatus, non adhibeat vulneri curationem: quod nequaquam existimat posse curari. Idcirco iurare se dicit, vt si non credimus promittenti Deo, credamus saltem pro nostra salute iuranti. Quam ob causam iustus præcatur, & dicit: Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte furorem tuum à nobis. Et iterum: Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo fortitudinem. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Postquam enim scditatem delictorum meorum virtutum decore mutauit, infirmitatem meam tua gratia roborasti. Ecce audio pollicentem: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non reuertar donec deficiant: vt qui te ante fugiebam, & inimicus eram, tua comprehendar manu. Ne cesses a persequendo, donec deficiam à via mea pessima; & reuertar ad virum meum pristinum, qui mihi dabit linteamina mea, & oleum, & simillam, cibabit me pinguis cibus. Qui iccirco obsepit, atq; præcluserit vias meas pessimas, vt eam inuenirem viam, quæ dicit in euangelio: Ego sum via, veritas, & vitā. Audi prophetam loquentem: Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Euntes ibant, & flebant, mittentes femina sua. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos, Et loquere cum eo: Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lacrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum: Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad te Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Facta sunt mihi lacrymæ mez panes per diem & noctē. Et in alio loco: Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitiuit anima mea ad te, quàm multipliciter tibi & caro mea: In terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Quam enim sitiit te anima mea; tamen multo te plus carnis meæ labore quæsiui, & tibi in sancto apparere non potui, nisi prius in terra deserta à vitijs, & inuia aduersarijs potestatis, & absque humore & rheumate vilius libidinis commorarer: Fleuit & Dominus super ciuitatem Hierusalem, quia non egissent pœnitentiam: & Petrus trinam negotiationem

CAP. I.

Hier. 1.
Hier. 8.

Esai. 30.

Ezech. 11.

Psal. 46.
Psal. 137.

Psal. 17.

Ioan. 14.
Psal. 124.

Psal. 6.
Psal. 41.

Psal. 61.

Luc. 19.
Mat. 14.

amaritu-

amaritudine abluit lachrymarum, impleuitq; illud propheticum: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Plangit & Hieremias populum pœnitentiam non agentem, dicens: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo populum istum per diem & noctem? Cur autem plangat, & defleat, sequenti sermone demonstrat: Nolite flere mortuum, neque plangatis eum. Flete planctu, qui egreditur, quia non reuertetur vltra. Nequaquam igitur gentilis plangendus est, atq; Iudæus qui in ecclesia non fuerunt, & semel mortui sunt: de quibus Saluator dicit: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: sed eos plange, qui per scelera atq; peccata egrediuntur de Ecclesia, & nolunt vltra reuerti ad eam damnatione vitiorum. Vnde & ad viros ecclesiasticos, qui muri & turres Ecclesiæ nuncupantur, loquitur sermo propheticus, dicens: Muri Sion, proferte lacrymas, implentes illud Apostoli: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: vt dura corda peccantium vestris lacrymis prouocetis ad fletum, ne perseverantes in malitia, audiant. Ego plantaui te vineam frugiferam, omne semeq; verum: quo modo versa es in amaritudinem vitis alienæ? Et iterum: Ligno dixerunt, mater meus es tu: & lapidi, tu genuisti me, & verterunt ad me dorsa, & non facies suas. Et est sensus: Noluerunt ad me conuerti, vt agerent pœnitentiam, sed per cordis duritiam in iniuriam meam sua terga verterunt. Quamobrem & Dominus loquitur ad Hieremiam: Vidisti, quæ fecerunt mihi habitatio Israël? Abierunt super omnem montem excelsum, & subter omne lignum frondosum, & fornicati sunt ibi, & dixi: Postquam fornicata est, & fecit hæc omnia, ad me reuertere, & non est reuerfa.

OC clementia Dei, ò nostra duritia, dum & post tanta scelera nos prouocat ad salutem: & ne sic quidem volumus ad meliora conuerti. Si reliquerit, inquit, vxor virum suum, & alij nupserit, & voluerit postea reuerti ad eum; nunquid suscipiet eam, & non detestabitur? Pro quo scriptum est, iuxta Hebraicam veritatem, quod in Græcis & Latinis codicibus non habetur: Et tu reliquisti me: tamen conuertere, & suscipiam te, dicit Dominus. Esaias quoque in eundem sensum iisdem pene loquitur sermonibus: Conuertimini, qui profundum consiliū cogitatis, & iniquum filij Israël: reuertere ad me, & redimam te. Ego Deus, & non est alius præter me; iustus & saluator non est absque me. Reuertimini ad me, & salui eritis, qui estis in extremis terræ. Recordamini horum, & ingemiscite, & agite pœnitentiam qui erratis. Conuertimini corde, & mementote priorum à sæculo: quoniam ego sum Deus, & non est alius absque me. Scribit & Iohel: Conuertimini ad me ex toto corde vestro, in ieiunio, & lacrymis, & planctu: scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Misericors enim & miserator est Dominus, & agens pœnitentiam super malitiis. Quantæ autem sit misericordiæ, & quàm, vt ita loquar, nimis ineffabilisq; clementiæ, Osce propheta nos doceat, per quæ loquitur Deus: Quid tibi faciam Ephraim? quomodo te protegam Israël? quid tibi, inquam, faciam? Sicut Adama ponam te, & sicut Seboim. Conuersum est cor meum in me, & conturbata est pœnitudo mea. Nequaquam faciam secundum iram furoris mei. Vnde & Dauid loquitur in Psalmo: Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Et in alio loco: Peccatum meum notum tibi feci, & iniquitatem meam non abscondi. Dixi pronuncia-

bo contra me iniquitatem meam Domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Vide, quanta magnitudo sit fletuum, vt aquarum diluuiio comparetur. quos qui habuerit, & dixerit cum Hieremia: Non fileat pupilla oculi mei: statim in illo complebitur: Misericordia & veritas obuauerunt sibi, iustitia & pax deofcularæ sunt: vt, si te iustitia & veritas terruerint, misericordia & pax prouocent ad salutem. Totam pœnitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad Bethsabeæ, vxorem Vriæ Ethei, & à Nathan prophetante correptus, respondit: Peccavi. Statimq; meruit audire: Et Dominus abs te abstulit peccatum: Adulterio enim iunxerat homicidium: & tamen conuersus ad lacrymas, Misereere, ait, mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum magna indigebat misericordia, vnde iungit, & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi (rex enim eram, & alium non timebam) & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Conclufit enim Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur. Tantumq; profecit, vt dudum peccator & pœnitens transierit in magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Confessio enim, & pulchritudo coram eo: vt, qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ: sceditatem vulnerum in sanitatis decorem commutet. Qui enim abscondit iniquitatem suam, non prosperabitur. Achab, rex impiissimus, vineam Nabuthæ cruore possedit, & cum Hiezabel non tam coniugio sibi, quàm crudelitate coniuncta, Heliæ increpatione corripitur. Hæc dicit Dominus: Occidisti, & possidisti. Et iterum: In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi lingent sanguinem tuum, & Hiezabel canes comedent ante muros Ierusalem. Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit sacco super carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in cilicio: factusq; est sermo Domini ad Heliæ, dicens: Quoniam reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius.

Vnum scelus Achab & Hiezabel: tamen, conuerso ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in posteros, & Hiezabel, in scelere perseverans, præsentis iudicio condemnatur. Loquitur & Dominus in Euangelio: Viri Niniuitæ surgent in iudicium cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ. Et iterum: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Drachma perit, & tamen inuenitur in stercore. Nonagintanouem oues relinquuntur in solitudine; & vna ouis, quæ aberrauerat, pastoris humeris reportatur. vnde & lætitia angelorum est super vno peccatore agente pœnitentiam. Quanta felicitas, vt de salute nostra exultent cælestia? De quibus dicitur: Pœnitentiam agite, appropinquet enim regnum cælorum. Nullum in medio spatium. Mors & vita sibi contraria sunt, & tamen pœnitentia copulantur. Luxuriosus filius totam prodègerat substantiam; &, procul à patre, vix porcorum cibus in ediam sustentabat. reuertitur ad parentem: immolatur ei vitulus saginatus; stolam accipit & anulum,

Psal. 118
Hier. 9

Hier. 11.

Math. 8

Ther. 2

Rom. 12

Hier. 2.

Hier. 5.

CAP. 3.

Esa. 37
Esa. 45

Iohel 2

Osee 11.

Psal. 6

Psal. 31

Thren. 8
Psal. 84

2. Reg. 18

Psal. 56

Rom. 11

Psal. 37

3. Reg. 21

CAP. 4.

Math. 12

Luc. 5. 17

Math. 18

Math. 5

Luc. 15

vt Christi recipiat vestimentum, quod dudum pol-
luerat, & audire mereatur: Candida sunt semper ve-
stimenta tua. Receptoque signaculo Dei, procla-
maret ad Dominum: Pater, peccavi in cælum, & cor-
am te: & reconciliatus osculo, dicat ad eum: Signa-
tum est super nos lumen vultus tui Domine. Iustitia
iusti non liberabit eum, in quacunq; die peccaverit:
& iniquitas iniqui non nocebit ei, quacunq; die
conuersus fuerit. Vnumquemque iudicat sicut
inuenerit. Nec præterita considerat, sed præsentia:
si tamen vetera crimina nouella conuersione muten-
tur. Septies cadit iustus, & resurget. Si cadit, quo
modo iustus? si iustus, quo modo cadit? Sed iusti
vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam sem-
per resurgit. Et non solum septies, sed septuagies sep-
ties delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam,
peccata donantur. Cui plus dimittitur, plus diligit.
Meretrix lacrymis pedes Saluatoris lauat, & crine
detergit; & in typum ecclesiæ de gentibus congrega-
tæ meretur audire. Dimittuntur tibi peccata tua.
Pharisæi iustitia perit superbia: & publicani humilitas
conessione saluatur. Per Hieremiam contestatur
Deus: Ad summam loquar contra gentem, & regnum,
vt eradicem, & destruam, & disperdam illud.
Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locu-
tus sum aduersum ea: agam & ego pœnitentiam
super malo, quod cogitavi vt facerem ei. Et ad sum-
mam loquar super gentem, & regnum, vt ædificem,
& vt plantem illud. Si fecerit malum in conspectu
meo, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam
super bono, quod locutus sum vt facerem ei.
Statimq; infert: Ecce ego fingo contra vos malum,
& cogito contra vos cogitationem. Reuertatur v-
nusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras,
& studia vestra. Qui dixerunt: Desperauimus: post
cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque post
prauitatem cordis sui malum faciemus. Symeon ius-
tus in Euangelio loquitur: Ecce hic positus est in
ruinam, & in resurrectionem multorum: in ruinâ vide-
licet peccatorum, & in resurrectione corum, qui agunt
pœnitentiâ. Apostolus scribit ad Corinthios: Auditur
inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis ne
inter gentes quidem, ita vt vxor patris aliquis habeat.
Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt
tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Et in
secunda ad eosdem epistola, ne abundantiori tristitia
pereat, qui eiusmodi est, reuocat eum, & obsecrat,
vt confirmet super illum caritatem; vt qui in
cessu perierat, pœnitentia conferuetur. Nullus quidem
mundus est à peccato, ne si vnus quidem diei
fuerit vita eius. numerabiles autem anni vitæ illius.
Astra quoque ipsa non sunt munda in conspectu eius:
& aduersum angelos suos peruersum quid excogita-
uit. Si in cælo peccatum, quanto magis in terra? Si
delictum in iis, qui carent tentatione corporea: quâ-
to magis in nobis, qui fragili carne circumdamur,
& cum Apostolo dicimus: Miser ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius? Non enim
habitat in carne nostra bonum, nec agimus quod vo-
lumus, sed quod nolumus; vt aliud anima deside-
ret, aliud caro facere cogatur. Quod si quidam ius-
ti, appellantur in scripturis, & non solum iusti,
sed iusti in conspectu Dei: iuxta illam iustitiam ap-
pellantur iusti, iuxta quam supra dictum est: Septies
in die cadit iustus, & resurget. Et iuxta quod iniquitas
iniqui non nocebit ei, in quacunq; die con-
uersus fuerit. Denique & Zacharias pater Ioannis,
qui scribitur iustus, peccauit in eo, quod non credidit,
& statim silentio condemnatur. Et Iob, qui ius-
tus & immaculatus, ac sine querela in principio vo-
luminis sui scribitur, postea & Dei sermone, & con-
fessione sui peccator arguitur.
Si Abraham, Isaac, & Iacob, prophetæ quoq; & Apostoli,
nequaquam carere peccato; si purissimum triticum
habuit mixtas paleas: quid de nobis dici potest,
de quibus illud scriptum est: Quid paleis ad frumen-
tum, dicit Dominus? Et tamen palcæ futuro
reseruantur incendio: & zizania hoc tempore mixta
sunt segetibus frumentorum, donec veniat; qui
habet ventilabrum in manu sua, & purgauerit aream
vt congreget triticum in horrea, & quisquilias ge-
hennæ igni comburat. Hæc omnia, quasi per pul-
cherrima scripturarum prata discurrens, in vnum lo-
cum volui congregare, & de speciosissimis floribus
coronam tibi texere pœnitentiæ, quam imponas ca-
piti tuo, & assumes pennas columbæ, & voles, & re-
quiescas, & clementissimo reconcileris patri. Nar-
rauit mihi vxor quondam tua, nunc foror, atq; con-
serua, quod iuxta præceptum Apostoli ex consensu
abstinueritis vos ab opere nuptiarum, vt vacaretis
orationi; tuâque rursus vestigia, quasi in salo posita,
fluctuasse, immo, vt apertius loquar, esse prolapsa;
illam autem audisse à Domino cum Moyse: Tu
verò hic sta mecum: & dixisse de Domino: Statuit
supra petram pedes meos. Tuam domum, quæ funda-
menta fidei solida non habebat, postea diabolus tur-
bine concidisse. Porro illius perstare in Domino, &
suum tibi hospitium non negare: vt, cui prius con-
iunctus fueras corpore, nunc spiritu copuleris. Qui
enim adhæret Domino, vnus spiritus est. Cùmque
vos rabies barbarorum, & imminens captiuitas sepa-
raret, sub iurifurandi testificatione pollicitum, vt
ad sancta transeuntem loca vel statim, vel postea se-
quereris, & seruares animam tuam, quam visus fue-
ras negligentia perdidisse. Redde igitur, quod præ-
sente Deo spondidisti. Incerta est vita mortalium;
ne ante rapiaris, quàm tuam impleas sponsonem.
Imitare eam, quam docere debueras. Pro pudor, fragi-
lior sexus vincit sæculum, & robustior superatur à
sæculo. Tanti dux femina facti est: & non sequeris
eam, in cuius salute candidatus es fidei? Quod si te
rei familiaris tenent reliquæ; vt scilicet & mortes
amicorum, & ciuium videas, & ruinas urbium, atq;
villarum: saltem inter captiuitatis mala, & feroces
hostium vultus, & prouinciæ tuæ infinita fragora,
teneto tabulam pœnitentiæ; & memento conserua-
tæ, quæ tuam quotidie suspirat, nec desperat salu-
tem. Tu vagaris in patria, immo non patria, quia pa-
triam perdidisti: ista pro te in locis venerabilibus re-
surrectionis, & crucis, & incunabulorum Domini
Saluatoris, in quibus paruulus vagit, tui nominis re-
cordatur, teque ad se orationibus trahit; vt si non
tuo merito, saltem huius salueris fide. Iacebat quon-
dâ paralyticus in lectulo, & sic erat cunctis artibus
dissolutus, vt nec pedes ad ingrediendum, nec ma-
nus mouere posset ad precandum; & tamen profer-
tur ab aliis, & restituitur pristinæ sanitati, vt porta-
ret lectulum, qui dudum portabatur à lectulo. Et te
igitur absentem corpore, præsentem fide, offert cõ-
serua tua Domino Saluatori: & dicit cùm Chana-
næa: Filia mea malè vexatur à dæmonio. Rectè enim
appellabo animam tuam saluam animæ eius, quæ se-
xus nescit diuersitatem: quia te, quasi paruulum, atq;
lacrantem, & necdum valentem sumere solidos ci-
bos, inuitat ad lac infantie, & nutricis tibi alimenta
demonstrat: vt possis dicere cùm propheta: Erraui
sicut ovis perdita: quare seruum tuum: quoniam
mandata tua non sum oblitus.

DE VITANDO SVSPECTO
CONTYBERNIO.

EPISTOLA XLVII.

ARGVMENTVM.

DOMESTICAM eorum consuetudinem, unde vel fama, vel pudicitia periculum sit, à viduis & virginibus vitandam esse docet. sumptum autem declamatorio more à se fuisse hoc argumentum, tum in fine huius, tum in alia quadam prodiit epistola. Dicendi genus suaviorum est: propterea coniecturis, dilemmatisque festiuitate quadam admixtis vtitur.

CAP. I.



ET VLT MIHI quidam frater è Galia, se habere sororem virginem, matremque viduam; quæ in eadem vrbe diuuis habitarent cellulis; & vel ob hospitij solitudinè, vel ob custodiendas facultatulas, presules sibi quos

dà clericos assumpissent; vt maiore dedecore iungerentur alienis, quàm à se fuerant separaræ. cumque ego ingemiscerem, & multo plura tacendo, quàm loquendo, significarem; Quæso te, inquit, corripas eas litteris tuis, & ad concordiam reuoces; vt mater filiam, & filia matrem agnoscat. Cui ego, Optimam, inquam, mihi iniungis prouinciam; vt alienus conciliem, quas filius, fraterque non potuit. quasi verò episcopalem cathedram teneam, & non; clausus cellula, ac procul à turbis remotus, vel præterita plangam vitia, vel vitare nitar præsentia. Sed & incongruum est latere corpore, & lingua per totum orbem vagari. Et ille, Nimum, ait, formidolosus es. vbi illa quondam constantia, in qua multo sale orbem defricans, Lucilianum quippiam retulisti? Hoc est, aio, quod me fugat, & labra diuidere non finit. Postquam enim, arguendo crimina, factus sum criminofus; & iuxta tritum vulgi sermone prouerbium, Iurgantibus, & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tactum; ipsique patrietes in me maledicta resonarunt; & in me psallebant, qui bibebant vinum: coactus malo tacere didici, rectius esse arbitrans, ponere custodiã ori meo, & ostium munitum labiis meis, quàm declinare cor meum in verba malitiæ, & dum carpo vitia, in vitium detractionis incurrere. Quod cum dixissem, Non est, inquit, detrahere, verum dicere: nec priuata correptio generalem facit doctrinam: cum aut rarus, aut nullus sit, qui sub huius culpæ reatu non cadat. Quæso ergo te, ne me, tanto itinere vexatum frustra venisse patiaris. Scit enim Dominus, quòd post visionem sanctorum locorum, hanc vel maximè causam habui, vt cum tuis litteris sorori mederer, ac matri. Et ego, lamiam, inquam, quòd vis faciam: nam & epistolæ transmarinæ sunt; & specialiter sermo dictatus, raro potest inuenire quos mordeat. Te autem obsecro, vt clam sermonem hunc habeas: cumque portaueris eum pro viatico, si auditus fuerit, letemur pariter; si autem contemptus, quod & magis reor, ego verba perdididerim, tu itineris longitudinem. Primum vos scire cupio; mater, & filia, me nõ iccirco scribere, quia aliatico, si autem finistrum suspicer, sed, ne cæteri suspicentur, vestram errare concordiam. alioqui, quod absit, si peccatorum vos existimarem glutino cohasisse, nõquam scriberem, scireque me surdis narrare fabulam. Deinde hoc obsecro, vt si mordacius quippiam scripsero; non tam meæ putetis austeritatis esse, quàm morbi. Putridæ carnès ferro curantur,

Psal. 68
Plal. 140

& cauterio: venena serpentina pelluntur antidoro. Quod satis dolet, maiori dolore expellitur. Ad extremum hoc dico, quòd si etiam hæc conscientia criminis vulnus non habeat, habet tamen fama ignominiam. Mater, & filia, nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturæ, secundaque post Deum fœderatio. Non est laus, si vos diligitis: scelus est, quòd odistis. Dominus Iesus Christus subiectus erat parentibus suis: venerabatur matrem, cuius ipse erat pater: colebat nutricium, quem nutruerat: gestatumque se meminerat alterius vtero, alterius brachiis. unde & in cruce pendens, commendat parentem discipulo, quam numquam ante crucem dimiserat. Tu verò filia, (iam enim desino ad matrem loqui, quam forsitan & ætas, & imbecillitas, ac solitudo excusabilem facit) tu, inquam, filia, eius domum angustam iudicas, cuius non tibi fuit venter angustus? Decem mensibus vtero clausa vixisti, & vno die in vno cubiculo cum matre non duras? An oculos eius ferre non potes? & quia omnes motus tuos, vt pote illa quæ genuit, quæ aluit, & ad hanc adduxit ætatem, facilius intelligit, testem domesticam fugis? Si virgo es, quid times diligentem custodiam? si corrupta, cur non palam nubis? Secunda post naufragium tabula est, quod malè ceperis, saltem hoc remedio temperare. Neque verò hoc dico, quòd post peccatum tollam penitentiam, vt quod malè cœpit, malè perseueret, sed quod desperem in istiusmodi copula diuulsionem. Alioqui, si ad matrem migraueris post ruinam, facilius poteris cum ea plangere, quod per illius absentiam perdidisti. Quòd si adhuc integra es, & non perdidisti: serua, ne perdas. Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habeas quotidie aut perire, aut vincere?

Luc. 2

Ioan. 19

CAP. 2.

Quis vnquam mortalium iuxta viperam securos somnos capit? quæ etsi non percutiat, certè sollicitat. Securius est perire non posse, quàm iuxta periculum non perisse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio. ibi gaudemus, hic euadimus. Sed forte respondeas: Non benè morata mater est, res sæculi cupit; amat diuitias, ignorat ieiunium, oculos sibi linat, vult compta procedere, & nocet proposito meo; nec possum cum huiusmodi viuere. Primum quidem, etiam si talis est, vt causaris; maius habebis præmium, si talem non deseras. Illa te diu portauit in vtero, diu aluit; & difficiliore infantia: mores blanda pietate sustinuit. lauit pannorum sordes, & immundo sæpè fœdata est stercore. affedit ægrotati; & quæ pro te sua fastidia sustinuit, tuæ quoque passa ad hanc perduxit ætatem: vt Christum amares docuisti. Non tibi displiceat eius conuersatio, quæ te sponso tuo virginem consecrauit. Quòd si ferre non potes; & delicias eius fugis; atque (vt vulgò solet dici) sæcularis est mater: habes alias virgines, habes sanctum pudicitia chorum. Quid matrem deserens, eum eligis, qui forsitan suam reliquit sororem, & matrem? Illa difficilis, sed iste facilis: illa iurgatrix, ergo iste placabilis. Quæro, vtrū virum secuta sis, an postea inueneris? Si cum secuta es; manifestum est, cur matrem reliqueris. si postea reperisti; ostendis, quid in matris hospitio non potueris inuenire. Durus dolor, & meo mucrone me vulnerans: Qui ambulat, inquit, simpliciter, ambulat confidenter. Tacerem, si me non morderet conscientia, & in aliis meum crimen non reprehenderem, nec per trabem oculi mei alterius festucam viderem. Nunc autem, cum inter fratres procul habitans, eorumque fruens contubernio, honestè sub

Prover. 10

Matth. 7

Rom. 12

Math. 7
Ioan. 12

arbitris & videam raro, & videar: impudentissimum est eius te verecundiam non sequi, cuius sequeris exemplum. Quod si dixeris: Et mihi sufficit conscientia mea: habeo Deum iudicem, qui meam vitam est testis: non curo quid loquantur homines: audi Apostolum scribentem: Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si quis te carpit, quod sis Christiana, quod sis virgo: non cures: quod ideo dimiseris matrem, ut in monasterio inter virgines viveres, talis detractio laus tua est. Vbi non luxuria in puella Dei; sed duritia carpitur, crudelitas ista pietas est. illum enim praefers matri, quem praeferre iuberis & animae tuae. quem si & ipsa praetulerit, & filiam te sentiet, & sororem. Quid igitur? scelus est, sancti viri habere contubernium? Oborto collo me in ius trahis; ut aut probem quod nolo, aut multorum invidiam subeam. Sanctus vir numquam a matre filiam se iungit: utramque suscipit, utramque veneratur. Sit quamlibet sancta filia, mater vidua; indicium castitatis est. Si coaevus tuus est ille nescio quis, matrem tuam honoret ut suam: si senior te, ut filiam diligit, & parentis subiciat disciplinam. Non expedit amborum famam, plus te illum amare, quam matrem: ne non videatur in te affectum eligere, sed aetatem. Et haec dicerem, si fratrem monachum non haberes, si domesticis careres praesidiis. nunc vero, pro dolor, inter matrem, atque germanum, & matrem viduam, fratremque monachum, cur se alienus interfert? Bonum quidem est, ut te & filiam noveris, & sororem. si autem utrumque non potes, & mater quasi dura respuitur; saltem frater placeat. si frater asperior est, mollior sit illa, quae genuit. Quid palles? quid aestuas? quid vultum rubore suffundis? & tremantibus labiis impatientiam pectoris contestaris? Non superat amorem matris & fratris, nisi solius uxoris affectus. Audio praeterea te suburbana rura, villarum amoenitates cum affinis atque cognatis, & istiusmodi generis hominibus circumire. nec dubito, quin vel consobrina, vel soror sit, in quarum solatium novi generis ducaris affecta. Absit quippe, ut quamvis proximi sint, & cognati, virorum te suspicer captare consortia.

CAP. 3.

Obsecro ergo te virgo, ut mihi respondeas. Sola vadis in comitatu propinquorum, an cum amasio tuo? Quamvis sis impudens, saecularium oculis eum ingerere non audebis. si enim hoc feceris: & te, & illum familia uniuersa cantabit: vos cunctorum digiti denotabunt. ipsa quoque soror, aut affinis, siue cognata, quae in adulationem tui sanctum nonnumquam coram te vocat, cum se paululum auerterint, portentuosum ridebunt maritum. Sin autem sola ieris; quod & magis existimo: utique inter seruos adolecentes inter maritatas feminas, atque nupturas, inter lasciuas puellas, & comatos linteatosque iuvenes, furuarum vestium puella gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum; sustentabit lassam; & pressis digitis aut tentabitur, aut tentabit. Erit tibi inter viros matronasque conuiuium: spectabis aliena oscula, praegustatos cibos: & non absque scandalo tuo in aliis sericas vestes, atratasque miraberis. In ipso quoque conuiuio ut vescaris carnibus, quasi inuita cogaris. Ut vinum bibas, Dei laudabitur creatura. Ut laues balneis, sordibus detrahetur. Et omnes te, cum aliquid eorum, quae suadent, retractans feceris, puram, simplicem, dominam, & verè ingenuam conclamabunt. Personabit interim aliquis cantor ad mensam, & inter psalmos dulci modulamine currentes, quoniam alienas non audebit vx-

res, te quae custodè non habes, sapius respectabit. loquetur nutibus; & quidquid metuit dicere, significabit affectibus. Inter has tantas illicetbras voluptatum etiam ferreas mentes libido domat; quae maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putat omne, quod nescit. Narrant gentilium fabulae, cantibus Sirenarum nautas esse in saxa praecipites, & ad Orphei citharam arbores bestiasque, ac filicum dura mollita. Difficile inter epulas seruetur pudicitia. Nitens cutis sordidum ostendit animum. Legimus in scholis pueri, & spirantia in plateis ara peripemus; aliquem ossibus vix haerentem, illicitis arsis amoribus, & ante vita caruisse, quam peste. Quid tu facies puella, sani corporis, delicata, pinguis, rubens, & tuans inter carnes, inter vina, & balneas, iuxta maritos, iuxta adulescentulos? quae & si rogata non feceris, tamen formae putes testimonium, si rogeris. Libidinosa mens ardentius honesta persequitur, & quod non licet, dulcius suspicatur. Vestis ipsa vilis & pulla, animi tacentis indicium est; si rugam non habeat; si per terram, ut altior videaris, non trahatur, si de industria diffusa sit tunica, ut aliquid intus appareat, operiatque quod foedum est, & aperiat quod formosum. Caliga quoque ambulantis nigella ac nitens, stridore ad se iuuenes vocat. Papillae fascioli comprimuntur, & crispanti cingulo angustius pectus arctatur. Capilli vel in frontem, vel in aures defluunt. Palliolum interdum cadit, ut candidos nudet humeros, & quasi videri noluerit, caelat festina, quod volens detexerat. Et quando in publico quasi per verecundiam operit faciem; lupanarium arte, id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest. Respondebis: Vnde me nosti; & quo modo, tam longè positus, iactas in me oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narrauerunt lacrymae, & intolerabiles per momenta singultus. atque utinam ille mentitus sit, & magis timens hoc, quam arguens, dixerit. sed mihi crede, nemo mentiens plorat. Dolet sibi praetulum iuuenem, non quidem comatum, non vestium sericarum, sed torosulum, & in sordibus delicatum; qui ipse sacculum signet, texturinum teneat, pensa distribuatur, regat familiam, emat quidquid de publico necessarium est; dispensator, & dominus, & praeueniens officia seruulorum, quem omnes rogant famuli, & quidquid domina non dederit, illum clamitent subtraxisse. Querulum seruulorum genus est; & quantumque dederis, semper eis minus est. non enim considerant, de quanto, sed quantum detur; dolorumque suum solis, quod possunt, obtestationibus consolantur. Ille parasitum, iste impostorem, hic hereditipetam, alius nouo quolibet appellat vocabulo. Ipsum iactant assidere lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas. Facilius mala credunt homines, & quodcumque domi fingitur, rumor in publicum fit. Nec mireris, si ancillae & seruuli de vobis ista confingant; cum mater quoque id ipsum queratur, & frater.

Fac igitur quod moneo, quod precor, ut primum matri, dehinc, si id fieri non potest, saltem fratri reconcilieris. aut si ista tam cara nomina hostiliter detestaris; diuidere ab eo, quem tuis diceris praetulisse. si autem & hoc non potes; reuerere certè tuos; si non potes deferere; vel honestius sodali tuo vttere. Separantur domus vestrae, diuidaturque conuiuium, ne maledici homines, sub vno testulo vos manentes, lectulum quoque criminantur habere communem. Potes & ad necessitates tuas quale voluisti habere solatium, & aliqua ex parte publica carere infamia. quam-

CAP. 4

Hier. 2

quamquam cauenda sit macula, quæ nullo nitro, secundum Hieremiam, nulla fullonum herba elui potest. Quando vis, vt te videat & inuisat; adhibe arbitros, amicos, liberos, seruulos. Bona conscientia nullius oculos fugit. Inter intrepidus, securus exeat. Taciti oculi, & sermo silens, & totius corporis habitus vel trepidationem interdum, vel securitatem loquuntur. Aperi, quæso, aures tuas, & clamorem totius ciuitatis exaudi. Iam perdidistis vestra vocabula, & mutuo ex vobis cognomina suscepistis: tu illius diceris, & ille tuus. Hæc mater audit, & frater: paratique sunt, & precantur vos sibi diuidere, & priuatam vestræ coniunctionis infamiam laudem facere communem. Tu esto cum matre, sit ille cum fratre. Audentius diliges sodalem fratris tui: honestius amabit mater amicum filij, quam filiam suæ. quod si nolueris, si mea monita rugata fronte contempseris; epistola tibi hæc voce libera proclamabit: Quid alienum seruum obsides? quid ministrum Christi famulum tibi facis? respice ad populum: singulorum facies intruere. ille in ecclesia legit, in te aspiciunt vniuersi, nisi quod pene licentia coniugali de tua infamia gloriaris. Nec iam secreto dedecore potes esse contenta. procacitatem libertatem vocas. Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. Iterum me malignum, iterum suspiciosum, & rumigerulum clamitas. Ego ne suspiciosus? ego ne maleuolus? qui vt in principio epistolæ præfatus sum, ideo scripsi, quia non suspicabar: an tu negligens, dissoluta, contemptrix, quæ annos nata viginti quinque, adolescentem necdum bene barbatulum, ita brachij tuis, quasi cassibus, includisti? Optimum reuera pædagogum, qui te moncat, qui asperitate frontis terreat. Et quamquam in nullis ætatibus libido sit tuta; tamen, vel cano capite, ab aperta defendat ignominia. Veniet, veniet tempus, (dies enim allabitur, dum ignoras) & iste formosulus tuus, quia cito senescunt mulieres, maxime quæ iuxta viros sunt, vel ditiozem reperiet, vel iuniorem. tunc te pœnitebit cõsilij tui, & tædebit pertinaciæ, quando & rem, & famam amiseris; quando quod malè iunctum fuerat, diuidetur bene. Nisi fortè secura es, & coalescente tanti temporis caritate, dissidium non vereris. Tu quoque mater, quæ propter ætatem maledicta non metuis, noli sic vindicare, vt pecces. Magis à te discat filia separari, quam tu ab illa seiungi. Habes filium, & filiam, & generum, immo & contubernalem filiam tuæ. quid quæris aliena solatia, & ignes iam sopitos suscitatis? honestius est tibi saltem culpam filiam sustentare, quam occasionem tuam quærere. Si tecum filius monachus, pietatis viduitatisque præsidium: quid tibi alienum hominem quæris, in ea præsertim domo, quæ filium, & filiam capere non potuit? Eius iam ætatis es, vt possis nepotes habere ex filia: inuita ad te vtrumque: reuertatur cum viro, quæ sola exierat. virum dixi, non maritum. nemo calumniatur. sexum significare volui, non coniugium. Aut si erubescit, & retractat, & domum in qua nata est, arbitratur angustam: vos ad eius hospitium pergite: quamuis arctum sit, facilius matrem, & fratrem capere potest, quam hominem alienum, cum quo certè in domo vna, sine cubiculo, casta manere non poterat. Sint in vna domo duæ feminae, & duo masculi. si autem & tertius ille *ἡμιόβριος* tuus abire non vult, & seditiones ac turbas concitat: sit biga, sit triga frater vester, ac filius; & sororem illi exhibebis & matrem. Alij vitricum & generum vocitent, ille nutricium appellet, & fratrem. Hæc ad breuem lucubratiunculam

HIERON. TOM. I.

celeriter sermone dictaui, volens desiderio postulantis satisfacere, & quasi ad scholasticam materiam me exercens: eadem enim die mane pulsabat ostium, qua profecturus erat: simulque vt ostenderem obrectatoribus meis, quod & ego possem, quidquid veniret in buccam, dicere: vnde & de scripturis pauca perstrinxi; nec orationem meam, vt in cæteris libris facere solitus sum, illarum floribus texui. extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profusa, vt notariorum manus lingua præcurreret, & signa ac furta verborum volubilitas sermonum obrueret, quod iccirco dixi, vt qui non ignoscit ingenio, ignoscat vel temporari.

AD SABINIANVM DIACONVM, INCREPATORIA.

EPISTOLA XLVIII.

ARGVMENTVM.

SABINIANVS Diaconus, virum cuius uxorem vitiauerat, fugiens, in Bethlehem venerat: per litteras Episcopus suus illum Hieronymo commendauerat: manens in sanctis locis, & Diaconi officio fungens, virginem quandam sacram è monasterio Bethlehemitico ad stuprum, fugamque sollicitauit: deprehenso, ac veniam petenti ignouit vir sanctus. is deinde passim famæ illius obrectare cepit. admoner nunc eum per litteras, vt pœnitentiam aliquo in monasterio inclusus agat.



AMVEL quodam lugebat Saulem, quia pœnituerat Dominum, quod vnxisset eum regem super Israël. &

Paulus Corinthios, in quibus audiebat fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes quidem, voce

flexibili comonebat, dicens: Ne cum rursus venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super imunditiis, quas gesserunt in impudicitia, & fornicatione. Si hoc propheta, & Apostolus, nulla ipsi labe maculati, clementi in cunctos mente faciebant: quanto magis ego ipse peccator in te deo facere peccatore, qui non vis erigi post ruinam, nec oculos ad cælum leuare; sed prodita patris substantia, porcorum siliquis delectaris; & superbiæ prærupta conscendens, præcepti laberis in profundum? Deum ventrem vis habere pro Christo; seruis libidini; gloriaris in carne, & confusione tua; & quasi pinguis hostia, in mortem propriam saginaris; imitarique eorum vitam, quorum tormenta non metuis; ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te hortetur. Secundum autem duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ. An iccirco induratur, iuxta Pharaonem, cor tuum, quia non statim percuteris; & differis diu ad pœnitentiam? Et ille dilatus est; & decem plagas, non quasi ab irato Deo, sed quasi à patre commonente sustinuit; donec, in peruersum acta pœnitentia, populum quem dimiserat, per deserta sequeretur, & ingredi auderet Maria: per quæ vel sola doceri potuit, timori habendum eum, cui etiam elementa seruiunt. Dixerat & ille: Non noui Dominum, neq; dimitto Israël. Quem tu imitans loqueris: Visio, quam hic vider, in dies longos est, & in tempora longa iste propheta. Propter quod dicit idem propheta: Hæc dicit Adonai Dominus: Non prolongabuntur amplius omnes sermones mei, quoscumque loquar, quia loquar verbum, & faciam. Sanctus David de

CAP. I.
1. Reg. 16

2. Cor. 12

Luc. 11

Rom. 2

Exod. 4

Exod. 14

Exod. 5

Ezech. 12

Psal. 72.

impis, & de scelestis; quorum tu pars non modica, sed princeps es; quod sæculi felicitate fruerentur, & dicerent: Quo modo cognouit Deus, & si est scientia in excelsis? Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias: pene lapsa pede, & fluctuanti vestigio caufabarur, dicens: Ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocetes manus meas. Præmiserat enim, quia æmulatus sum super iniqua agentes, pacem peccatorum videns, quia non est respectus morti eorum, & solida plaga in flagella eorum. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Propterea tenuit eos superbia, circumdati sunt iniquitate, & impietate sua. Egredietur, sicut ex adipe, iniquitas eorum: transfuerunt in affectum cordis. Cogitauerunt, & locuti sunt mala, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum pertransit super terram. Nonne tibi videtur de te omnis iste psalmus esse cõpositus? Vegeto quippe es corpore: & nouus antichristi Apostolus, cum in vna notus fueris ciuitate, transgredieris ad aliam. Non indiges sumptibus, non plaga forti percuteris. Et cum hominibus, qui non sunt, vt tu, irrationabilia iumenta, corripere non mereris. Propterea elatus es in superbiam: & vestimentum tuum foetet luxuria: & quasi ex aruina pingui, & quodã adipe eructans verba mortifera, non te respicis esse moriturum; nec vnquam, post expletam libidinem, pœnitentia remorderis. Transisti in affectum cordis, & ne tibi solus videaris errasse, simulas nefanda de seruis Dei, nesciens quod iniquitatem in altum loquaris, & ponas in cælum os tuum. Nec mirum si à te qualescumq; serui Dei blasphemetur, cum patrẽfamilias Beelzebub vocauerint patres tui.

Math. 10

CAP. 2.

Luc. 6. 23.

Malach. 3

Non est discipulus supra magistrum, nec seruus supra Dominum suum. Si illi in viridi ligno tanta fecerunt, tu in me arido ligno quid facturus es? Tale quid & in Malachia plebs scandalizata credentium, de ore tuo loquitur: Dixerunt, vanus est, qui seruit Deo. Et quid plus? Quia custodiimus mandata eius, & quoniam iuimus supplicantes ante facie Dei omnipotentis. Et nunc nos beatos dicimus alienos. Reædificantur omnes qui faciunt iniqua. Aduersati sunt Deo, & salui facti sunt. Quibus postea diem iudicij Dominus cominatur, & quid inter iustum, & iniustum futurum sit, multo antè prænuncians, ait: Et conuertimini: & videbitis, quid sit inter iustum, & iniustum, inter seruientẽ Domino, & non seruientẽ Domino. Hæc tibi ridicula fortè videantur, qui comædis, & lyricis scriptoribus, mimis, & lentulis delictaris: quãquã ne ista tibi quidẽ præ nimia cordis hebetudine intelligẽda cõcesserim. Prophetarũ verba contemnas, sed respondebit Amos: Et in tribus & in quattuor impietatibus, nonne auerfabor eum, dicit Dominus? Quonia enim Damascus, Gaza, Tyrus, Idumæa, Ammonitæ, & Moabitæ, Iudæi quoque, & Israël, sæpe ad se Dei vaticinio destinato, vt agerent aliquando pœnitentiam, audire contẽpserunt, itæ suæ, quam illaturus est Dominus, causas iustissimas profert, dicens: In tribus & quattuor impietatibus nonne auerfabor eos? Sceleratum est, inquit, mala cogitare: concessi. Nequius est, malè cogitata velle perficere: & hoc pro mea misericordia benignus indulsi. Numquid & opere implendum peccatum fuit; & mea superbè calcanda clementia? Famen & post factum, quia malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem: Non enim sani opis habent medico, sed malè habentes: iacenti manum porrigo, & conspersum in sanguine suo vt propriis fletibus lauetur, exhortor. Quod si nec sic pœni-

Amos 1. 2.

Ezech. 18

Mat. 2

tentiam vult agere, & fracto nauigio, tabulam, per quam saluari poterat, non retentat; cogor dicere: Super tribus & quattuor impietatibus nonne auerfabor eum, dicit Dominus? Auersionem dicens pro pœna, dum suæ peccator relinquitur voluntati. Inde est, quod peccata patrum in tertiam & quartam generationem restituit, dum non vult statim punire peccantes: sed ignoscens primis, postrema condemnat. Alioqui, si protinus scelerum vltor existeret; & multos alios, & certè Paulum Apostolum Ecclesiæ non haberent. Ezechiel propheta, cuius supra fecimus mentionem, Dei verbum ad se factum referens, ait: Aperi os tuum, & manduca, quæ ego dabo tibi. Et vidi, inquit, & ecce manus extenta ad me, & in ipsa volumen libri. Et reuoluit illud in conspectu meo, & in ipso scriptum erat à facie & retrorsum, lamentum, & carmen, & v. Prima scriptura ad te pertinet, si tamen volueris agere pœnitentiam post delictum. Secunda ad sanctos, qui ad Dei canticum prouocantur. non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris. Tertia ad tui similes: qui desperantes, semet ipsos tradiderunt immunditiæ, & fornicationi, & ventri, & iis quæ infra ventrẽ sunt, qui putant omnia morte finiri, & nihil esse post mortem, & dicunt: Tempestas si transferit, non veniet super nos. Liber ille, quem propheta deuorat omnis series scripturarum est. In quibus & pœnitens plangitur, & iustus canitur, & maledicitur desperans. Nihil ita repugnat Deo, quàm cor impœnitens. Solum crimen est, quod veniam confecti non potest. si enim ei ignoscitur post peccatum, qui peccare desistit; & ille flectit iudicem, qui rogat, impœnitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicantem: solum desperationis crimen est, quod mederi nequeat. Porro, vt scias Deum quotidie peccatores ad pœnitentiam prouocare: qui si rigidi persistierint, de clemente eum feuerum & trucem faciunt? audi Esaia verba, dicens: Et vocabit, inquit Dominus Sabaoth in die illa ad fletum, & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipsi verò fecerunt latitiam, & exultationem, maclantes vitulos, & immolantes oues, vt comederent carnes, & biberent vinum, dicentes: Manducemus, & bibamus: cras enim moriemur.

Exod. 10

Ezech. 1

Ezech. 2

Ezech. 15

Esa. 48

Esa. 46

1. Cor. 13

Esa. 44

CAP. 4

1. Reg. 15

Math. 17

Apo. 6

Psal. 84

Parce, quæso, animæ tuæ. Crede, Dei filium futurum esse iudicem. Recordare, à quo episcopo diaconus ordinatus sis. Nec mirum, quamuis sanctum hominem, tamen in homine deligendo potuisse falli; cum & Deum pœniteat, quod Saul in regem vnixerit: & in duodecim Apostolis Iudas sit proditor repertus: & de quodam ordinis tui hominibus Nicolaus Antiochenus, immunditiarum omnium, & Nicolaitarum hæreseos auctor extitisse referatur. Non tibi illa nunc replico, quod plures virgines stuprasse narres, quod à te nobilium violata matrimonia publico cæsa sint gladio; quod per lupanaria impurus, & helluo cucurristi. Magna quidem ista sunt pondere suo, sed sunt eorum, quæ illaturus sum, comparatione leuiora. Rogo quantum crimen est, vbi stuprum & adulterium parum est? Infelicissime mortalium, tu speluncam illam, in qua Dei filius natus est, & veritas de terra orta est, & terra dedit fructum suum, de stupro condiditur

Luc. 1
Matth. 1

dicturus ingredere? non times, ne de præsepi infans vagiat, ne puerpera virgo te videat; ne mater Domini contempletur? Angeli clamant; pastores currunt, stella desuper rutilat, Magi adorant, Herodes terretur, Hierosolyma conturbatur: & tu cubiculum virginis, decepturus virginem, irrepis? Paucos miser, & tam mente, quam corpore perhorresco, ponere tibi volens ante oculos tuos opus tuum. Totam Ecclesiam nocturnis vigiliis Christum Dominum personabat; & in diuertarum gentium linguis vnus in laudibus Dei spiritus concinebat. tu inter ostia quondam præsepi Domini, nunc altaris, amatorias epistolas fulcibas, quas postea illa miserabilis, quasi flexo adoratura genu, inueniret, & legeret. Et stabas deinceps in choro psallentium, & impudicis nutibus loquebaris. Pro nefas, non possum ultra progredi. Prorumpunt lacrymæ ante, quam verba, & indignatione pariter ac dolore, in ipso meatu faucium spiritus coarctatur. Vbi mare illud eloquentiæ Tullianæ? vbi torrens fluuius Demiothenis? nunc profecto muti essetis ambo, & vestra lingua torpesceret. inuenta est res, quam nulla eloquentia explicare queat. repertum est facinus, quod nec mimus fingere, nec scurra ludere, nec Atellanus possit effari. Moris est in Ægypti & Syriæ monasteriis, vt tam virgo, quam vidua, quæ se Deo vouerint, & sæculo renunciantes, omnes delicias sæculi conculcarint, crinem monasteriorum matribus offerant defecandum, non in te cto postea contra Apostoli voluntatem incessuræ capite, sed ligato pariter ac velato. nec hoc quisquam, præter tondentes, nouit, & tonsas, nisi quod quia ab omnibus fit, pene scitur ab omnibus. hoc autem duplicem ob causam de consuetudine versum est in naturam, vel quia lauatrum non adeunt, vel quia oleum nec capite, nec ore norunt; ne à paruis animalibus, quæ inter cutem & crinem gigni solent, & concretis sordibus opprimantur. Videamus igitur, tu vir bone inter ista quid feceris futuro matrimonio, in spelunca illa venerabili, quasi quosdam obsides accipis capillos, sudariola infelicis; & cingulū dotale pignus deportas; iurans eire nullam similiter amaturum. deinde curris ad pastorum locum, & angelorum desuper strepitu concinente, in eadem verba testaris. Nihil dico amplius, quod in oscula tueris, quod amplexatus sis. Totum quidem de te credi potest; sed veneratio præsepi & campi non me sinunt plus credere, quam te voluntate tantum & animo corruisse. Miser, nonne quando in spelunca cum virgine stare ccepisti, caligauerunt oculi tui, lingua torpuit, coniderunt brachia, pectus intremuit; nutauit incessus? Post Apostoli Petri Basilicam, in qua Christi flammeo consecrata est, post crucis & resurrectionis & ascensionis Dominicæ sacramenta, in quibus rursum se in monasterio victuram sponderat, audes crinem accipere tecum noctibus dormituræ, quem Christo messuerat in spelunca? Deinde à vespere vsque mane fenestræ illius affides, & quia; propter altitudinem, hæreris vobis comminus non licebat, per funiculum vel accipis aliquid, vel remittis. Vide quanta diligentia Domini fuerit, vt numquam domi virginem, nisi in Ecclesia videris; & cum talem vtrique vestrum habuerit voluntatem, nisi per fenestram nocte facultas vobis non fuerit colloquendi. Oriebatur tibi, vt postea didici, sol inuito, exanguis, marcidus, pallidus, vt suspicione omni careres Euangelium Christi, quasi diaconus, læditabas. Nos pallorem iciniij putabamus; exanguis os contra institutum ac morem tuum, quasi

1. Cor. 11

confectum vigiliis mirabamur. Iam tibi & scalæ, per quas deponeres miseram, parabantur: iam iter dispositum, decreta nauigia, condicta dies, fuga animo pertractata: & ecce angelus ille cubiculi Mariæ ianitor, cunatum Domini custos, & infantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas, ipse te prodidit.

O funestos oculos meos, o diem illum omni maledictione dignissimum, in quo epistolas illas tuas, quas huc illic retinemus, consternata mente legi. Quæ ibi turpitudines? quæ blanditiæ? quanta do condicto stupro exultatio? Hæcine diaconum, non dicam loqui, sed scire potuisse? Vbi miser ista didicisti, qui in ecclesia te nutritum esse iactabas? nisi quod in eisdem epistolis iuras te nunquam pudicum, nunquam fuisse diaconum. si negare volueris, manus tua te redarguet, ipsi apices proclamabunt. Habeto igitur interim lucrum sceleris: non possum tibi ingerere, quæ scripsisti. Iaces iraque aduolutus genibus meis, & misericordiam, vt tuis verbis vrar, sanguinis deprecaris. Et o te miserum, neglecto iudicio Dei, me tantum, quasi vindicem, times. Ignoui, fateor. quid enim aliud possum tibi facere Christianus? hortatus sum, vt ageres poenitentiam; & in cilicio, & cinere volutaberis; vt solitudinem peteres; vt viueres in monasterio; vt Dei misericordiam iugibus lacrymis implorares. At tu bonæ spei columen, excetra stimulis inflammatus, factus es mihi in arcum peruersum, & contra me conuiciorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum, vera dicens. Non doleo de maledictis: quis enim nesciat, nihil nisi flagitiosum, tuo ore laudari? hoc plango quod te ipse non plangis, quod te non sentis mortuum, quod quasi gladiator paratus libithynæ, in proprium funus ornaris. Amicis lineis: digitos anulis oneras: dentes puluere teris: raros in rubenti caluaria digeris capillos: taurina ceruix, toris adipeis intumescens; nec quia propter libidinem fracta est, inclinatur. super hæc vnguenta fragras: mutas balneas: & contra renascentes pilos pugnas: per forum ac plateas nitidus ac politus amator incedis. Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. Conuertere miser ad Dominum, vt ad te Dominus conuertatur. Age poenitentiam, vt & ille agat poenitentiam super omnibus, quæ locutus est malis vt faceret tibi. Quid neglecto vulnere proprio, alios niteris infamare? quid me, bene tibi & sedulo consulentem, quasi phreneticus morsu laceras? Esto, ego flagitiosus sum, vt vulgò iactitas: saltem mecum age poenitentiam. Criminosus, vt simulas: imitare lacrymas criminosi. Num mea peccata virtutes tuæ sunt? an malorum tuorum putas solatium si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis lacrymæ: inter sericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & formosus; intellige te nudum, conscissum, sordidatum, mendicantem. Numquam est sera poenitentia. Quamuis de Hierosolymis descenderis, & sis in itinere vulneratus, inde te Samaritanis impositum iumento, curandumque ad stabulum referet. Sed etsi mortuus iaces in sepulcro, tamen & ferentem Dominus suscitabit: imitare saltem cæcos illos, propter quos Saluator, dimittens domum suam, & hereditatem suam, Hiericho venit. Sedentibus in tenebris & vmbra mortis lux orta est eis. Qui postquam præterire Dominum cognouissent, ceperunt clamare, dicentes: Fili David miserere nostri. Poteris & tu videre, si clames, si accitus ab eo sordida vestimentapropicias. Cum conuersus ingemueris, tunc

CAP. 4.

Osee 7

Gal. 4

Hier. 3. 18

Luc. 16

Ioan. 11

Matth. 9

Marc. 16

Esa. 9

Matth. 9

saluus eris; & tunc scies ubi fueris. Tangat modicè cicatrices tuas, pertractet luminum quondam tuorum vestigia. Licet ab vtero sic genitus sis; & in delictis conceperit te mater tua: asperget te hyssopo, & mundaberis: lauabit te, & super niuem dealbaberis.

Quid incuruus terræ hæres, & totus in cæno iaces? Illa quam decem & octo annis satanas vinxerat, postquam à Salvatore curata est, cælum erecta suspexit.

Psal. 50

Luc. 13

CAP. 5.

Gen. 4

Psal. 39

Num. 25

2. Reg. 13

2. Reg. 18

2. Reg. 21

Ezech. 18

1. Reg. 8

3. Reg. 2

2. Reg. 6

Quod ad Cain dictum est, tibi dictum puta: Peccasti, quiesce. Quid longius recedis à facie Dei, & habitas in terra Naïd? Quid totus in sâlo fluctuas, nec statuis supra petram pedem tuum? Caue ne te Phinees cum Madianitide fornicantem sua hasta configat, qui plus quàm Thamar virginem frater & consanguineus polluisti, versus in Absalom, occidere eum cupis, qui te rebellantem plangit, & mortuum. Clamat contra te sanguis Nabuthæ, & vinea Iezraël, hoc est feminis Dei, quam in hortum voluptatis, & lasciuiz holera conuertisti, dignam de te ultionem reposcit. Mittitur tibi Helias, tormentum & interitum nunciatus. Incuruare, & sacco vestire paulisper, & de te poterit dicere Deus: Vidisti, quia reueritus fuerit Achab à facie mea? Non superducam malitiam in diebus eius. Sed fortè blandiris tibi, quod à tali episcopo diaconus ordinatus es. Iam superius dixi, nec patrem pro filio, nec filium pro patre puniri. Anima enim, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Samuel habuit filios, qui recesserunt à timore Dei, & abierunt post auaritiã, & iniquitatem. Et Heli sacerdos sanctus fuit, sed habuit filios, qui vt in Hebræorum voluminibus legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo Dei, & in similitudinem tui, impudenter sibi Dei ministerium vindicabant. vnde & locus tabernaculi ipse subuersus est: sed propter vitia sacerdotum Dei, sanctuarium destitutum est. Quamquam & ipse Heli, dum est nimium lenis in filios, offendit Deum. Tantùmque abest, vt te valeat episcopi tui iustitia liberare, vt timendum sit, ne propter te de folio suo corruens, pereat insanabilis. Oza leuitis arcam Domini, quam portare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare voluit, & percussus est. quid de te futurum putas, qui stantem arcam Domini præcipitare conatus es? Quanto magis episcopus, qui te ordinauit, probabilis est: tanto tu amplius detestandus, qui talem hominem fecellisti. Solemus mala domus nostræ scire nouissimè; ac liberorum & coniugum vitia, vicinis canentibus, ignorare. Nouerat te omnis Italia: vniuersi te stare antè altare Christi ingemiscebant. nec tu tam callidus eras, vt prudenter tua vitia cælares. sic aestuabas, sic subantè te & lasciuientem huc atq; illuc rapiebat voluptas, vt quasi quosdam triumphos, palmamque vitiorum de expletis libidinibus subleuares. Denique inter gladios barbari mariti, & mariti potentis excubias, impudicitiz flamma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulterium facere, in qua sine iudice læsus vir se poterat vlcisci. Duceris ad hortulos, ad suburbana pertraheris: tam liberè & insanè te agis, vt absente marito, vxorem te putares habere, non adulteram. vnde per quosdam cuniculos, dum illa tenetur, e-rumpis. Romam occultus ingrederis, latitas inter Samnitas latrones, & ad primum mariti nuncium, quod nouus tibi ex alpihus Hannibal descendisset, nauigio te credis in tuto. tanta fugæ celeritas fuit, vt tempestatem terra duceres tutiorem: venisti vti-cumque in Syriam: inde te velle Hierosolymam transcendere, & seruiturum Domino polliceris. Quis non suscipere eum, qui se monachum promit-

tebat, præsertim ignorans tragœdias tuas, & episcopi tui commendatitias ad cæteros sacerdotes epistolæ legens? At tu infelix transfugabas te in angelum

1. Cor. 11

lucis; & minister satanæ, ministrum iustitiæ simula-

Math. 7

bas. Sub vestitu ouium latebas lupus, & post adul-

terium hominis adulter Christi esse cupiebas. Hæc iccirco retuli, vt totà tibi scenam operû tuorû quasi

in breui depingerem tabellam, & gesta tua ante oculos

Hebr. 6

tuos ponerem; ne misericordiam Domini, nimiamque clementiam, materiam existimes delictorum,

rursus crucifigens tibi met ipsi filium Dei, & ostentui habens, & non legens illud, quod sequitur: Terra enim venientem sæpe super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Domino; proferens autem spinas, & tribulos, reprobata est, & maledicto proxima, cuius cõsummatio erit in combustionem.

AD INNOCENTIVM DE MV- LIERE SEPTIES ICTA.

EPISTOLA XLIX.

ARGVMENTVM.

REFERT historiam cuiusdam mulieris, quæ à viro Vercellis adulterij falso accusata, cum confitente ob tormenta delato iuvene, ipsa nulla vi ad confessionem non admissi sceleris adduci posset, occiso iuvene, sapius icta mori non potuit. scripsit autem hanc epistolam D. Hieronymus (commet teste) vt remissum, ac desuescentem iam stilum, rursus ad scribendum acueret, ac reuocaret.



SEPE à me Innocenti carissime, postulasti, vt de eius rei miraculo, quæ nostra ætate acciderat, non tacerem. cumq; ego id verecundè, & verè, vt nunc expior, negarem; meq; assequi posse diffiderem; siue quia omnis sermo humanus inferior esset laude cælesti, siue quia otium, quasi quædam ingenij rubigo, parvulam licet facultatem pristini siccaisset eloquij: tu econtrariò asserebas, in Dei rebus non possibilitatè inspici debere, sed animum; neque posse eum verba deficere, qui credidisset in verbo. Quid igitur faciam? quod implere non possum, negare non audeo. super onerariam nauem rudis vector imponor: & homo, qui necdum scalmum in lacu rexi, Euxini maris credor fragoribus. Nunc mihi euanescentibus terris, cælum vndique, & vndique pontus: nunc vnda tenebris inhorrescit, & cæca nocte, nimborum spumei fluctus canescunt. Hortaris, vt tumida malo vela suspendam, rudentes explicem, clauum regam: Pareo iam iubenti; & quia caritas omnia potest, Spiritu sancto cursum prosequente confidam, habiturus in vtrâque parte solatium. si me ad optatos portus æstus appulerit: gubernator putabor, si inter asperos orationis antractus impolitus sermo substiterit: facultatem forsitan requires, voluntatem certè flagitare non poteris. Igitur Vercellæ, Ligurum ciuitas, hæud procul à radicibus Alpium sita, olim potens, nunc raro est habitatore semirutæ. Hæc cum ex more consularis inuiferet, oblatâ sibi quandam mulierculam vna cum adultero, (nam hoc crimen maritus impegerat) pœnali carceris horrore circumdedit. neque multo post, cum liuidas carnes vngula cruenta pulsaret, & sulcatis lateribus dolor quæreret veritatem, infelicissimus iuuenis volens compendio mortis longos cruciatus vitare, dum in suum mentitur sanguinem, accusauit alienum, solusque omnium miser, meritò iussus est percuti, quia non reliquit innoxiz, vnde posset negare. At verò mul-

lier,

707

lier, sexu fortior suo, cum eculeus corpus extendere, & sordidas fetore carceris manus post tergum vincula cohererent, oculis quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad caelum; & voluit per ora lacrymis: Tu, inquit, testis es Domine Iesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renis & cordis, ideo me negare velle, ne peream, sed ideo mentiri nolle, ne peccem. At tu miser homo, si interire festinas, cur duos interimis innocentes? equidem & ipsa cupio mori, cupio inuisum hoc corpus exueri, sed non quasi adultera. praesto iugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tamen mecum feram. Non moritur, quisquis victurus occiditur. Igitur consularis, passis cruore luminibus, ut fera, quae gustatum semel sanguinem semper sitit, duplicari tormenta iubet; & saeuum dentibus frendens, similem carnifici minitatus est poenam, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robor virile reticere. Succurre Domine Iesu: ad vnum hominem tuum complura sunt inuenta supplicia. Crines ligantur ad stipitem, & toto corpore ad eculeum fortius alligato, vicinus pedibus ignis apponitur: vtrumque latus carnifex fodit: nec papillis dantur induciae: immota mulier manet, & a dolore corporis spiritu separato, dum conscientiae bono fruitur, vetuit circa se saeuire tormenta. Iudex crudelis, quasi superatus, attollitur. Illa Deum deprecatur, soluuntur membra compagibus. Illa oculos ad caelum tendit, quasi de communi scelere alius confiteretur. Illa pro confitente negat, & periclitans ipsa, alium vindicat periclitantem. Vna interim vox est: Caede, vre, lacera, non feci. si dictis tollitur fides: veniet dies, quae hoc crimen diligenter discutiat: habeo iudicem meum: iam lassus tortor suspirabat in gemitum: nec erat nouo vulnere locus. iam victa saeuitia corpus quod laniarat, horrebat. extemplo ira excitus consularis, Quid miramini, inquit, circumstantes, si torqueri mulier mauult, quam perire? adulterium certe sine duobus committi non potuit: & esse credibilis reor, noxiam ream negare de scelere, quam innocentem iuuenem confiteri. Pari igitur prolata in vtrumque sententia, damnatos carnifex trahit: totus ad spectaculum: populus effunditur, ut prorsus quasi migrare ciuitas putaretur: stipatis prouens portis turba densatur. & quidem miserissimi iuuenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput, truncumque in suo sanguine volutatur cadaver. postquam vero ad feminam ventum est; & flexis in terram poplitibus, super trementem cervicem micans eleuatus est gladius; & victam carnifex dexteram totis viribus concitauit, ad primum corporis tactum sterit mucro letalis; & leuiter perstringens cutem; rasurae modicam sanguinem aspersit; imbellem manum percussor expauit, & victam dexteram gladio marcescente miratus, in secundos impetus torquet, languidus rursus in feminam mucro delabitur, & quasi ferrum eam timeret attingere, circa cervicem torpet innociam. itaque furens & anhelans licitor, paludamento in cervicem retorito, dum totas expedit vires, fibulam, quae chlamydis mordebat oras, in humum excussit, ignarumque rei, enssem librabat in vulnus. En tibi, ait mulier, ex humero aurum ruit: collige multo quaesitum labore, ne pereat. Pro, rogo, quae est ista securitas? Impendentem non timet mortem: latatur percussa: carnifex pallet: oculi gladium non videntes, fibulam vident: & ne parum esset, quod non formidabat interitum, praestat beneficium saeuienti. iam igitur & tertius ictus sacra-

mentum frustratus erat trinitatis. iam spiculator exterritus, & non credens ferro, mucronem aptabat in iugulum, ut qui fecare non poterat, saltem premente manu, corpori conderetur. Omnibus res inaudita saeculis. Ad capulum gladius reflectitur, & velut Dominum suum victus aspiciens; confessus est se ferire non posse. Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidus flammaram globos hymnos edidere pro fletibus, circa quorum saraballa, sanctamque caesariem, innoxium lufit incendiū. Huc beati Danielis reuocetur historia, iuxta quem adulantibus caudis, praedam suam leonum ora timuerunt. Nunc Susanna, nobilis fide, omnium subeat mentibus, quae iniquo damnata iudicio spiritu sancto puerum replente, saluata est: Ecce non dispar in vtrique misericordia Domini. Illa liberata per iudicem, ne iret ad gladium: haec a iudice danata absoluta per gladium est. Tandem ergo ad feminam vindicandam populus armatur. Omnis aetas, omnis sexus carnificem fugat, & coetu in circumloco coeunte, exclamant. non credit penes vnusquisque, quod videt. turbatur tali nuncio vrbs propinqua, & tota licitorum turba glomeratur: e quibus medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, erumpens, & canitiem immunda perulere turpas, Quin meum, inquit, o ciues petitis caput: me illi vicarium datis? Si misericordes, si clementes estis; si vultis seruare damnatam: innocens certe perire non debeo. Quo fletu vulgi concussus est animus, moestusque se per omnes torpor insinuat, & mirum in modum volutate mutata, cum pietatis fuisset, quod ante defenderant, pietatis visum est genus, ut paterentur occidi. Nouus igitur ensis, nouus percussor apponitur. Stat victima, Christo tantum fauente munita, semel percussa concutitur, iterum reperita quassatur, tertio vulnerata prosternitur. O diuinae potentiae sublimada maiestas: quae prius fuerat quarto percussa, nec laesa, ideo post paululum visa est mori, ne pro ea periret innoxius. Clerici quibus id officij erat, cruentum linteum cadaver obuoluunt, & fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant. Festinato sol cursu occasum petit, & misericordia Domini, celeriore cursu naturae, nox aduenit. Subito feminae palpitat pectus; & oculis quaerentibus lumen corpus animatur ad vitam. iam spirat, iam videt, iam subleuatur, & loquitur. iam in illam potest vocem erumpere: Dominus auxiliator meus; Psal. 117 non timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quaedam, quae ecclesiae sustentabatur opibus, debitum caelo spiritum reddidit, & quasi de industria ordine corrente rerum, vicariū tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce, in licitore diabolus occurrit, querit cadaver occisae, sepulcrum sibi monstrari petit: viuere putat, quam mori potuisse miratur. Recens a clericis cespes ostenditur, & dudum superiecta humus, cum his vocibus ingeritur flagitanti: Erue scilicet ossa iam condita: infer nouum sepulcro bellum, & si hoc parum est, a uibus ferisque lamanda membra discerpe. Septies percussa, debet aliquid plus morte perpeti. Tali ergo inuidia carnifex confuso, clam domi mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad ecclesiam commeatu suspensionis panderet viam, cum quibusdam virginibus ad secreteiore villulam secto crine transmittitur ibi patrum virili habitu veste mutata, in cicatricem vulnus obducitur. Et o vere, Ius summum summa malitia: post tanta miracula adhuc saeuunt leges. En quo me gestorum ordo pertraxit. iam enim ad Euaugrij nostri nomen peruenimus. Cuius ego pro

Dan. 3

Dan. 13, 14

Psal. 117

Christo laborem si arbitretur me dici posse, non sapiam. si penitus tacere velim, voce in gaudium erumpente non possim. quis enim valeat digno capere præconio, Auxentium, Mediolani incubantem, huius excubis sepulchrum pene ante, quam mortuum? Romanum Episcopum, iam pene factionis laqueis irretitum, & vicisse aduersarios, & non nocuisse superatis? Verum hæc ipse equidem, spatiis exclusus iniquis, Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo. Præsentis tantum rei sine contentus sum. Imperatorem de industria adit, precibus fatigat, merito lenit, solitudine promeretur, ut redditam vitæ, redderet libertati.

VITA PAULI EREMITÆ. ARGVMENTVM.

PAVLVS, à quo primum eremum habitari cœpta est, patria Thebaus, annos natus circiter quindecim, tam Græcis, quam Ægyptiacis litteris eruditus, utroque orbarus parente, accusatus à fororis marito, quod Christianus esset, sub Decio, & Valeriano persecutoribus fugiens, eremum perit, ibi annis xcviii. mira abstinentia, ac sanctitate, usque quo à magno illo Antonio diuinitus admonito inuiferetur, vitam traducens, obdormiuit in Domino. Huius vitam luculenter describit D. Hieronymus.



INTER multos sæpe dubitatum est, à quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. quidam enim, altius reperentes, à beato Helia, & Ioanne sumpserunt principium. quorum & Helias plus nobis videtur fuisse, quam monachus, & Ioannes ante prophetare cœpisse, quam natus est. Alij autem, in quam opinionem vulgus omne consentit, asserunt Antonium huius propositi fuisse caput, quod ex parte verum est. non enim tam ipse ante omnes fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas verò, & Macarius, discipuli Antonij, quorum superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant, Paulum quendam Thebeum, principem istius rei fuisse: quod non tam nomine, quam opinione nos quoque eorum probamus. Nonnulli & hæc, & alia, prout voluntas tulit, iacitant: subterraneo specu crinitum calcaneo tenus hominem fuisse, & multa quæ persequi otiosum est, incredibilia fingentes, quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur. Igitur quia de Antonio tam Græco, quam Romano stylo diligenter traditum est, pauca de Pauli principio & fine scribere disposui, magis quia res omissa fuit, quam fretus ingenio. Quo modo autem in media ætate vixerit, & quas satanæ pertulerit insidias, nulli hominum commperum habetur. Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, & Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt, multas apud Ægyptum & Thebaida ecclesias tempestas sæua populata est. Voti tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. verum hostis callidus, tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora: & ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait, volentibus mori, non permittebatur occidi, cuius ut crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exempla subieciimus. Persecrantem igitur in fide martyrem, & inter oculios laminasque victorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus post tergum, resupinari, scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagine ante superasset. Alium iuuenili ætate

florantem in amantissimos hortulos præcepit abduci. ibique inter lilia candentia, & rubentes rotas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia ventus præstringeret, super exstructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. quo cum, recedentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus, & quod dictum quoque scelus est, manibus atrectare virilia; ut corpore in libidine concitato, se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi, & quo se verteret, nesciebat. quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. tandem calidus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit. Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaida, cum sorore iam viro tradita, post mortem amborum parentum in hereditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, litteris tam Græcis quam Ægyptiacis apprime eruditus, manfueti animi, Deum valde amans: & cum persecutionis procella detoneret, in villam remotiorem & secretiorem secessit. Verum quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere velle, quæ celare debuerat, non illi uxoris lacrymarum, non cōmunio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus ab scelere reuocauit. ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatē videbatur imitari. Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finē præstolaretur, necessitatem in voluntatem vertit, ac paulatim progrediens, rursusque subsistens, atque hoc idē sæpius faciens, tandem reperit saxeam montē; ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur: quo remoto, ut est cupiditas hominū occulta cognoscere, audius explorans, animaduertit intus grande vestibulum, quod aperto desuper celo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontē lucidissimū ostendens, cuius riuum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine, eadē quæ genuerat, aquas terra sorbebat, erant præterea per excessum montem haud pauca habitacula, in quibus scabra iā incudes, & mallei, quibus pecuniæ olim signatæ viscebantur, hunc locū Ægyptiorum litteræ ferunt furtiue moperatæ officinam fuisse, ea tempestate, qua Cleopatraz iunctus est Antonius. Igitur adamato, quasi quod à Deo sibi offerretur habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem. cibum & vestimentum ei palma præbebat. quod ne cui impossibile videatur; Iesum testor, & sanctos angelos eius, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidisse me monachos, de quibus vnus, per triginta annos clausus, hordeaceo pane & lutulenta aqua vixit; alter in cisterna veteri, quam gentili sermone Syri cubam vocant, quinque; caricis per singulos dies sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse videbuntur iis, qui non crediderint: quia omnia possibilia sunt creditibus. Sed ut ad id redeam, vnde digressus sum: cum iam centum tredecim annos beatus Paulus vitā caelestē ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur, ut ipse asserere solebat, hæc in mentē eius cogitatio incidit, nullum vltra se perfectū monachū in eremo confedissee. at illi per noctē quiescenti reuelatū est, esse aliū vltius multo se meliorē, ad quē visendū deberet proficisci. Illico erumpente luce, venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire velle, quo nesciebat, & iā media dies, coquente desuper

sole, feruebat: nec tamen à cœpro itinere abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quòd seruum suum, quem mihi promisit, ostendet. Nec plura his, conspicit hominem equo mixtum cui opinio poetarum hippocentauro vocabulum indidit. quo viso, salutaris impressione signi armat frontem; & Heus tu, inquit, quam in parte hic seruus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius verba, quàm proloquens, inter horrentia ora senis blandum quæsuiit alloquium; & dextrę protensione manus cupitum indicat iter; & sic patentes campos volucris transmittens fuga, ex oculis mirantis euanuit. Verùm hæc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an vt solet eremus; monstruosorum animalium ferax, istam quòque gignat bestiam, incertum habemus. Stupens itaque Antonius, & de eo, quod viderat, secum voluens, vterius progreditur. nec mora, inter saxosam conuallem haud grandem homunculum videt, ad uncis naribus fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. infractisq; & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei, & lorica m spei, vt bonus præliator, arripuit: nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsides, afferebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius; & quisnam esset, interrogans, hoc ab eo responsum accepit: Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore genitalitas, Faunos, Satyrósque, & incubos vocans colit. legatione fungor gregis mei. precamur, vt pro nobis communem Deum depreceris, quem pro salute mundi venisse cognouimus, & in vniuersam terram exiit sonus eius. Talia eo loquente, longæus viator vbertim faciem lacrymis rigabat, quas magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat. gaudebat quippe de Christi gloria, & de interitu satanæ: simulque admirans, quòd eius posset intelligere sermonem, & baculo humum percutiens, aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris: væ tibi ciuitas meretricis, in quam totius orbis dæmonia confluxere, quid nunc dictura es? bestia Christum loquuntur, & tu pro Deo portenta veneraris. Necdum verba compleuerat, & quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum moueat, sub rege Constantino, vniuerso mundo teste, defenditur. nam Alexandriam istiusmodi homo viuus perductus, magni populo spectaculum præbuit: & postea cadauer examine, ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso, Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est. Sed vt propositum persequar: Antonius cœptam regionem pergebat, ferarum tantum vestigia intuens, & eremi latam vastitatem, quid ageret, quo verteret gradum, nesciebat. iam altera effluerat dies. restabat vnum, vt deseret se à Christo non posse confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras; & dubia adhuc luce, procul intuetur, lupam sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere, quam secutus oculis, & iuxta speluncam, cum fera abiisset, accedens, intro cepit aspicere. nihil curiositate proficiente, tenebris arcentibus visum. verùm vt scriptura ait, perfecta dilectio foras mittit timorem: suspenso gradu & anhelitu temperato, callidus explorator ingressus, ac paulatim progrediens, sepiusque subsistens, sonum aure captabat. Tandem per cæcæ noctis horrorem procul lumen intuitus, dum audiuis properat, offensus in lapidem pede, strepitum concitauit: post cuius sopitum beatus Paulus ostium, quod patebat, occludens, fera ob-

Ephes. 6

1. Iohan. 4

firmavit. Tunc verò Antonius præ foribus corrucens, vsque ad sextam, & eo amplius horam aditum precabatur, dicens: Qui sum, vnde, vel cur venerim, nosti. scio me non mereri conspectum tuum: tamen nisi videro, non recedam. qui bestias recipis, hominem cur repellis? quæsui, & inueni: pulso, vt aperiat. quòd si non impetro, hic moriar ante postes tuos: certè sepelies vel meum cadauer. Talia perstabat memorans, fixisq; manebat. Ad quem responsum paucis ita reddidit heros. Nemo sic petit, vt nainetur: nemo cum lacrymis iniuriam, vel calumniam facit. & miraris, si non recipiam, cum moriturus adueneris? Sic ardens Paulus patefecit ingressum, quo aperto, dum in mutuos miscetur amplexus, propriis se salutauere nominibus, gratia Domino in commune referuntur. Et post sanctum osculum residens Paulus, cum Antonio ita exorsus est: En, quem tanto labore quæsisti, putridis fenestrate membris operit inculca canities: en vides hominem, puluerem mox futurum. Verùm, quia caritas omnia sustinet, narra mihi quæso, quomodo se habeat humanum genus: an in antiquis urbibus no ua tecta consurgant: quo mundus regatur imperio: an supersint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitè coruum in ramo arboris confedissee, qui inde leniter subuolans integrum panem ante mirantium ora deposuit. post cuius abscessum, Eia inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors. sexaginta iam anni sunt, quòd accipio dimidij semper panis fragmentum: verum ad aduentum tutum, militibus suis Christus duplicauit annonam. Igitur, Domino gratiarum actione celebrata, super vitrei marginem fontis vterque confedit. Hic verò, quis frangeret panem, oborta contentio; pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij. Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, vt apprehenso è regione pane, dum ad se quisque nititur, pars cuique sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libauerunt: & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem transfere vigiliis. Cùmque iam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic locutus est. Olim te frater, in istis regionibus habitare sciebam: olim te conferuum meum mihi promiserat Deus. sed quia iam dormitionis meæ tempus aduenit, & quod semper cupiebam, dissolui & esse cum Christo, peracti cursu superest mihi corona iustitiæ: tu missus es à Domino, qui humo corpusculum meum tegas, immo terrę terram reddas. His Antonius auditis, flens, & gemens, ne se desereret, atque vt comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille, Non debes, inquit, quærere quæ tua sunt, sed quæ aliena. expedit quidem tibi, sarcina carnis abiecta, agnum sequi: sed & cæteris expedit fratribus, vt tuo adhuc instituantur exemplo. quamobrem; quæso perge, nisi molestum est, & pallium, quòd tibi Athanasius episcopus dedit, ad inuoluendum corpusculum meum defer. Hoc autem beatus Paulus rogauit, non quòd magnopere curaret vtrum teclum puret sceret cadauer, an nudum; quippe qui, tanto temporis spatio, contextis palmarum folijs vestiebatur; sed vt à se recedenti maror suæ mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antonius, quòd de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo videns, & in pectore eius Deum venerans, ultra respondere nihil ausus est; sed cum silentio lacrymans, osculatis eius oculis manibusq; ad monasteriũ, quòd postea à Saracenis occupatum est, regrediebatur. neq; verò gressus sequebatur

Math. 7

1. Cor. 13

Philip. 1

2. Tim. 4

animus:

animum: sed quamuis corpus inane ieiuniis, seniles etiam anni fregerant, tamen animo vincebat aetatem. tandem fatigatus, & anhelus, ad habitaculum suum, confecto itinere, peruenit. Cui cum duo discipuli, qui ei longo iam tempore ministrare consueverant, occurrissent, dicentes: Vbi tamdiu moratus es, pater? Respondit: Væ mihi peccatori, qui falsi monachi nomen fero. vidi Heliam, vidi Ioan-
Eccles. 3 nem in deserto, & verè vidi Paulum in paradiso. & sic ore compresso, & manu verberans pectus, ex cellula pallium protulit. rogantibusque discipulis, vt plenus, quidnam rei esset, exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi fumens, per viam, qua venerat, regressus est, illum sitiens, illum videre desiderans, illum oculis ac mente contemplans. timebat enim, quod euenit, ne se absente, Christo debitum spiritum redderet. cùmque iam dies alia illuxisset, & trium horarum spatium remeauisset, vidit inter angelorum cateruas, inter prophetarum & Apostolorum choros, niueo Paulum candore fulgentem in sublime conscendere. & statim in faciem suam procidens, sabulum capiti superiaciebat: ploransque & eiulans, aiebat: Cur me Paule dimittis? cur in salutatus abis? tam tarde notus, tam citò recedis? Reserebat postea beatus Antonius, tanta se velocitate, quod reliquum erat viæ, cucurrisse, vt instar auis peruolasset: nec immeritò: nam introgressus speluncam, vidit genibus complicatis, erecta ceruice, extensisque in altum manibus, corpus exanime. ac primùm & ipse viuere cum credens, pariter orabat. postquam verò nulla, vt solebat, suspiria præcantis audiuit, in flebile osculum ruens, intellexit quòd etiam cadauer sancti, Deum, cui omnia viuunt, officioso gestu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans, contristabatur Antonius, quòd farculum, quo terram foderet, non haberet: fluctuansque vario mentis æstu, & secum multa reputans, dicebat: Si ad monasterium reuertar tridui iter est: si hic maneam, nihil ultra proficiam. moriar ergo, vt dignum est, & iuxta bellatorem tuum, Christe ruens; extremum halitum fundam. Talia eo animo volente, ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes, volantibus per colla iubis ferebantur: quibus aspectis primo exhorruit. rursumque ad Deum referens mentè quasi columbas videret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu ad cadauer beati senis substiterunt; adulantibusque caudis circa eius pedes accubere, stremitu ingenti rugientes; prorsus vt intelligeret eos plangere, quo modo poterant. deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere; arenamque certatim egerentes; vnius hominis capacem locum foderunt: ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium ceruice deiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesque lingentes. at ille animaduertit, benedictionem eos à se precari. nec mora, in laudationem Christi effusus, quòd muta quoque animalia Deum esse sentirent, ait; Domine, sine cuius nutu nec folium arboris defluit, nec vnus passerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis. Et manu annuens eis, vt abirent, imperauit. cùmque illi recessissent, sancti corporis oneri seniles curuauit humeros: & deposito eo in fossam, desuper humum congregans, tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius heres ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi vindicauit, quam in sportarum modum de

palmæ foliis ipse sibi contexuerat, ac sic ad monasterium reuersus, discipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusque solemnibus Paschæ & Pentecostes semper Pauli tunica vestitus est. Libet in fine opusculi eos interrogare, qui sua patrimonialia ignorant, qui domos marmoribus vestiunt, qui vno filo villarum insuunt prædia: huic seni nudo quid vique defuit? Vos gemma bibitis: ille naturæ concavis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum textitis: ille ne vilissimum quidem indumentum habuit mancipij vestri. Sed e contrario illi quidem pauperulo paradysus patet: vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruauit: vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo puluere coopertus iacet, resurrecturus in gloriam: vos operosa saxi sepulcra premunt, cum vestris opibus arduos. Parcite, quæso vobis: parcite saltem diuitiis, quas amatis. cur & mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? cur ambitio inter luctus lacrymæque non cessat: an cadauera diuitum nisi in serico putrefcere nesciunt? Obsecro, quicumque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris: cui si Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quàm regum purpuram cum pœnis suis.

VITA SANCTI HILARIONIS.

ARGUMENTVM.

HILARION monachus, Thabatha Palæstine vico, ortus, magni illius Antonij discipulus, quanta abstinentia, ac sanctitate vitam duxerit, quantisque semper, etiam latitando, claruerit miraculis, latè, eruditeque Hieronymus ita describit, vt in eo perfectum monachum contemplari iure quis valeat.



CRIPTRVS vitam beati Hilarionis, habitatorem eius in uoco spiritu sanctum; vt qui illi virtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, vt facta dictis exæquentur. Eorum enim, qui fecere virtutes vt ait Crispus, tanta habentur merita, quantum ea verbis potuere attollere præclara ingenia. Alexander Magnus Macedo, quem vel arietem, vel pardum, vel hircum caprarum Daniel vocat, cum ad Achillis tumulum peruenisset, Felicem te, ait iuuenis, qui magno fruaris præcone meritorum: Homerum videlicet significans. Porro mihi tanti ac talis viri conuersatio, vitæque dicenda est, vt Homerum quoque si adesset, vel inuideret materiæ, vel succumberet. quamquam enim sanctus Epiphanius, Salaminæ Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quæ vulgò legitur: tamen aliud est, locis communibus laudare defunctum; aliud defuncti proprias narrare virtutes. vnde & nos fauore magis illius, quàm iniuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum voces contemnimus; qui olim detrahentes Paulo meo, nunc fortè detrahent & Hilarioni, illum solitudinis calumniati, huic obitantes frequentiam; vt qui semper latuit, non fuisse, quia à multis visus est, vilis existimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam pharisæi, quibus nec Ioannis eremus ac ieiuniu, nec Domini Saluatoris turbæ cibi potusque placuere. Verùm destinato operi imponam manum, & Scyllæos canes obturata aure transibo. Hilarion, ortus vico Thabatha, qui circiter quinque millia à Gaza, vrbe Palæstinae, ad austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa, vt dicitur, de spinis floruit, à quibus missus Alexandriam, grammatico traditus est: ibique, quantum

Dan. 7.

Mat. h. II

illa patiebatur ætas, magna ingenij & morum documenta præbuit in breui, carus omnibus & loquendi arte gnarus, quòdque his maius est omnibus, credens in Dominum Iesum, non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illi voluntas in Ecclesiæ erat congregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus visendi eius studio, perrexit ad eremum: & statim vt eum vidit, mutato pristino habitu, duobus ferè mensibus iuxta eum mansit, contemplanus ordinem vitæ eius, morumque grauitatem; quàm creber in oratione, quàm humilis in suscipiendis fratribus, seuerus in corripiendis, alacer in exhortandis esset; & vt continentiam cibique eius asperitatem nulla vnquam infirmitas frangeret. Porro frequentiam eorum, qui ad eum ob varias passiones aut impetus demonum concurrerant, vltra non ferens; nec congruum esse ducens, pati in eremo populos ciuitatum: sicq; sibi magis incipiendum esse, vt cœpisset Antonius, illum quasi virum fortem victoriæ præmia accipere, se verò necdum militare cœpisse, reuersus est cum quibusdam monachis ad patriam; & parentibus iam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino reseruans, timens illud de Actibus Apostolorum, Ananiæ & Sapphiræ vel exemplum, vel supplicium, maximèque Domini memor, dicentis: Qui non renunciauerit omnibus que habet, non potest meus esse discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus, & armatus in Christo, solitudinem, quæ in septimo miliario à Maioma, Gazæ emporio, per litus euntibus Ægyptum ad leuam flectitur, ingressus est. cùmque essent cruenta latrocinii loca, & propinqui amicique eius imminens periculum denunciarent; contempsit mortem, vt mortem euaderet. Mirabantur omnes animum, mirabantur ætatem, nisi quòd flamma quædam pectoris, & scintilla fidei in oculis relucebant. Lenes erant genæ, delicatum corpus & tenue, & ad omnem iniuriam impatiens; quod leui vel frigore, vel æstu posset affligi. Igitur sacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusticum inter mare & paludem, vasta & terribili solitudine fruebatur, quindecim tantum carycas post solis occasum comedens; & quia regio latrocinii infamis erat, numquam in eodem loco mansitans. **Quid** faceret diabolus? quo se verteret? **Qui** gloriabatur antè, dicens: In cælum ascendam: super sidera cæli ponam thronum meum, & ero similis altissimo: cernebat se vinci à puero, & prius ab eo calcatum fuisse, quàm per ætatem calcare potuisset. Titillabat itaque sensus eius, & pubescenti corpori solita voluptatum incendia suggererat. Cogebatur tirunculus Christi cogitare quòd nesciebat: & eius rei animo pompam voluere, cuius experimenta non nouerat. Iratus itaque sibi, & pectus pugnis verberans quasi cogitationes cæde manus posset excludere, Ego, inquit, afelle faciam, vt non calcitres; nec te hordeo alam, sed paleis: fame te conficiam, & siti: graui onerabo pondere: per æstus indagabo & frigora, vt cibum potius, quàm lasciuia cogites. Herbarum ergo succo, & paucis carycis post triduum vel quadriduum deficiente animam sustentabat, orans frequenter & psallens, & rastro humum fodiens; vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret. Simulque fscellas iunco texens, æmulabatur Ægyptiorum mo-

nachorum disciplinam, & Apostoli sententiam, dicentis: **Qui** autem non operatur, non manducet. Sic attenuatus, & in tantum exco corpore, vt ossibus vix hæreret, quadam nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus bouum, planctum quasi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rursus variarum portenta vocum, vt ante sonitu, quàm aspectu, territus cederet. intellexit dæmonum ludibria: & prouolutus genibus, Christi crucem signauit in fronte: talique armatus casside, & lorica fidei circumdatus, acens fortius præliabatur, amodo videre desiderans, quos horrebat audire, & sollicitis oculis huc illucque circumspiciens: cùm interim ex improuiso, splendente luna, cernit rhedam feruentibus equis super se irruere: cumque inclamasset Iesum, ante oculos eius repentino terræ hiatus pompa omnis absorpta est. Tunc ille ait: Equum, & ascensorem proiecit in mare. Et, Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Multæ sunt tentationes eius, & die noctuque variæ dæmonum insidiæ: quas si omnes narrare velim, modum excedam voluminis. **Quoties** illi nudæ mulieres cubanti, quoties esurienti largissimæ apparuere dapes? Interdum orantem lupus ululans & vulpectilla ganniens transfiliuit, psallentique gladiatorum pugna spectaculum præbuit, & vnus, quasi interfectus, & antè pedes eius corruens, sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in terram capite: & vt natura fert hominum, abducta ab oratione mens nescio quid aliud cogitabat: insiliit dorso eius festinus agitator: & lacerâ calcibus, certucenti flagello verberans, Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansque desuper, cùm defecisset, an hordeum veller accipere, sciscitabatur. Igitur à sextodecimo vsque ad viceesimum suæ ætatis annum, æstus & pluuia breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & carice texerat. Extracta deinceps breui cellula, quæ vsque hodie permânet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, hoc est statura sua humiliore, porro longitudine paulò ampliore, quàm eius corpusculum patiebatur, vt sepulcrum potius, quàm domum crederes; capillum semel in anno die Paschæ totondit: super nudam humum, stratumque iunceum vsque ad mortem cubitauit: faccum, quo semel fuerat indutus, numquam lauens: & superfluum esse dicens, mundicias in cilicis querere. Nec mutauit alteram tunicam, nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quòque sanctas memoriter tenens, post orationes & psalmos, quasi Deo præsentè, recitabat. Et quia longum est per diuersa tempora carptim ascensum eius edicere, comprehendam breuiter, antè lectoris oculos vitam eius pariter exponens, & deinceps ad narrandi ordinem regrediar: A viceesimoprimo anno vsque ad viceesimumseptimum, tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, & aliis tribus panem aridum cum sale & aqua. Porro à viceesimoseptimo vsque ad tricesimum, herbis agrestitibus, & virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo vsq; ad tricesimumquintum, sex vncias hordeacei panis, & coctum modicè holus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, & torum corpus impetigine & pumicea quadam scabredine contrahi ad superiorem viftum adiecit oleum: & vsque ad sexagesimum tertium vitæ suæ annum hoc continentia cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorū, aut leguminis, aut cuiuslibet rei gustans. Inde, cū se videre

Act. 3

Luc. 14

Luc. 14

Exod. 17
Psal. 13

se videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à sexagesimo quarto anno vsque ad octogesimum pane abstinuit, incredibili feruore mentis; vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domini, quo ceteri solent remissius viuere. Fiebant autem ei de farina & comminuto holere forbiciunculæ, cibo & potu vix quinque vncias appendentibus: sicque complens ordinem vitæ, numquam antè solis occasum, nec in diebus festis, nec in grauissima valetudine soluit ieiunium. Sed iam tempus est, vt ad ordinem reuertamur. Cùm habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte uenerunt, vel existimantes habere aliquid, quod tollerent, vel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorum impetus non pertimesceret. itaq; inter mare & paludem à vespere vsque ad solis ortum discurrentes, numquam locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Porro, clara luce reperto puero, quasi per iocum, Quid, inquit, faceres, si latrones ad te uenirent? Quibus ille respondit: Nudus latrones non timeo. Et illi, Certè, aiunt, occidi potes. Possum, inquit, possum: & ideo latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam eius, & fidem, confessi sunt noctis errorem, cæcatorumque oculos, correctiorem deinceps vitam pollicentes. Viginti & duos iam in solitudine habebat annos, fama tantum notus omnibus, & per totas Palaestinae vulgatus vrbes: cum interim mulier quædam Eleutheropolitana, cernens despectui se haberi à viro ob sterilitatem, (iam enim per annos quindecim nullos coniugij fructus dederat) prima irrumperè ausa est ad beatum Hilarionem: & nihil tale suspicanti, repentè genibus eius aduoluta, Ignosce, inquit, audacia, ignosce necessitati meæ. quid auertis oculos? quid rogantem fugis? noli mulierem aspicere, sed miseram. hic sexus genuit Saluatorem. non habent sani opus medico, sed qui malè habent. Tandem substitit, & post tantum temporis visâ muliere, interrogauit causam aduentus eius, ac fletuum: & postquam didicit, leuatis ad cælum oculis, fidere iussit, euntèmq; lacrymis profectus, exacto anno vidit cum filio. Hoc signorum eius principium maius aliud signum nobilitauit. Aristæneta, Helpidij, qui postea præfectus prætorio fuit, vxor valde nobilis inter suos, & inter Christianos nobilior, reuertens cum marito, & tribus liberis à beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est. ibi enim, siue ob corruptum aërem, siue, vt postea clauit, propter gloriam Hilarionis serui Dei, hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis desperati sunt. Iacebat vlulans mater, & quasi inter tria filiorum discurrens cadauera, quem prius plangèret, nesciebat. cognito autem quòd esset quidam monachus in vicina solitudine, oblita matronalis pompæ, tantum se matrem nouerat, vadit comitata ancillis, & eunuchis: vixq; à viro persuasum est, vt a seculo sedens pergeret. ad quem cum peruenisset, Per ego te, ait, Iesum, clementissimum Deum nostrum, obtestor, per cruce[m] eius, & sanguinem, vt reddas mihi tres filios; & glorificetur in vrbe gentilium nomen Domini Saluatoris: ingrediatur seruus eius Gazam, & Marnas corruat. Reuente illo, & dicente, numquam se egressurum de cella, nec habere consuetudinem, vt non modò ciuitatem, sed ne villulam quidem ingrederetur; prostravit se illa humi, crebro clamitans: Hilarion, serue Christi, redde mihi liberos meos. quos

Antonius tenuit in Ægypto, à te seruentur in Syria. Flebant cuncti, qui aderant: sed & ipse negans fleuit. Quid multa? Non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est, se post solis occasum Gazam introiturum. quo postquam venit, singulorum lechulos, & arentia membra considerans, inuocauit Iesum. & o mira virtus; quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit: eadem hora acceperunt cibos; lugentemque matrem cognoscentes, & benedicentes Deum, sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est, & longè lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria & Ægypto confluebant; ita vt multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. necdum enim tunc monasteria erant in Palaestina, nec quisquam monachos antè sanctum Hilarionem in Syria nouerat, ille fundator, & eruditor huius conuersationis, & studij in hac prouincia fuit. Habebat Dominus Iesus in Ægypto senem Anronium, habebat in Palaestina Hilarionem iuniorem. Facidia vicus est Rhinocoruræ, vrbs Ægypti. de hoc (sunt decem iam anni) cæca mulier adducta est ad beatum Hilarionem: oblatæque ei à fratribus (iam enim multi cum eo monachi erant) omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: Si quæ in medicis perdidisti, dedisses pauperibus; curasset te verus medicus Iesus. Clamante autem illa, & misericordiam deprecante, expuit in oculos eius: statimque Saluatoris exemplum virtus eadem profecta est. Auriga quòque Gazensis, in curru percussus à dæmone: totus obrigit, ita vt nec manus agitare, nec ceruicem posse reflectere. delatus ergo in lecto, cum solam linguam moueret ad preces, audit, non prius posse sanari, quam crederet in Iesum, & se sponderet arti pristinae renunciaturum. Credit, ipopondit; sanatus est, magisque de animæ, quam de corporis salute exultauit. Præterea fortissimus iuuenis, nomine Marfitas, de territorio Hierosolymæ, tantum sibi applaudebat in viribus, vt quindecim frumenti modios diu longèque portaret; & hanc haberet palmam fortitudinis suæ, si asinos vince-ret. Hic afflictus pessimo dæmone, non catenas, non compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur: multorum nasum & aures morsibus amputauerat: horum pedes illorum gulani fregerat: tantumque terrorem omnibus incusserat, vt oneratus catenis & funibus, in diuersa nitentium, quasi ferocissimus taurus ad monasterium, pertraheretur: quem postquam fratres videre, perterriti, (erat enim miræ magnitudinis) nunciauerunt patri. Ille, sicut sedebat, iussit eum ad se pertrahi, & dimitti: solutoque, inclina, ait, caput, & veni. Tremere ille, & ceruicem flectere, nec aspicere contra ausus, omnique ferocitate deposita, pedes coepit sedentis lambere. adiuratus itaque dæmon & tortus, qui iuuenem possederat, septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est, quòd Orionus, vir primarius & ditissimus vrbs Aila, quæ mari rubro imminet, à legione possessus dæmonum, ad eum adductus est. manus, ceruix, latera, pedes ferro onerati erant: furorifque fœnitium tori oculi minabantur. cumque deambulare sanctus cum fratribus, & de scripturis nescio quid interpretaretur; erupit ille de manibus se tenentium; & amplexus eum, post tergum, in sublime leuauit. clamor ortus ab omnibus: timebant enim, ne confecta ieiuniis membra collideret. Et sanctus arridens, Sinite, inquit, & mihi meum palæstritam dimittite. Ac sic reflexa super humeros manu,

Marc. 2

Marc. 8

caput

caput eius tetigit: apprehensoque crine, ante pedes adduxit; stringens e regione ambas manus eius, & plantas utroque calcans pede; simulque ingemians, torquere ait dæmonum turba torquere. Cùmque ille eiularet, & reflexa ceruice terram vertice tangeret; Domine, inquit; Iesu, solue miserum, solue captiuum. vt vnum, ita & plures vincere, tuum est. Rem loquor inauditam: ex vno hominis ore diuersæ voces, & quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaque & hic, non post multum temporis cum vxore & liberis venit ad monasterium, plurima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. Cui sanctus, non legisti, inquit, quid Giezi, quid Simon passi sint; quorum alter accepit pretium, alter obtulit; vt ille venderet gratiam spiritus sancti, hic mercaretur? Cùmque Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus: respondit: Tu melius potes tua distribuere, qui per vrbes ambulas, & nosti pauperes: ego, qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum, occasio auaritiæ est: misericordia verò artem non habet. Nemo melius erogat, quàm qui sibi nihil referuat. Tristi autem, & in terra iacenti, Noli, inquit, contristari fili, quod facio pro me, & pro te facio. si enim hæc accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio reuertetur. Quis verò possit silentio præterire, quod Gazanus Maiomites, haud longe à monasterio eius lapides ad ædificandum de ora maris cuedens, totus paralyti dissolutus, & ab operis sociis delatus ad sanctum, statim ad opus reuersus est? etenim litus, quod Palæstinæ Ægyptoque prætenditur, per naturam molle, arenis in laxa durefcentibus, asperatur; paulatimque cohærescens sibi glareæ, perdit tactum, cum non perdat aspectum. Sed & Italicus, eiusdem opidi municeps, Christianus aduersum Gazensem duumvirem, Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutriebat. hoc siquidem in Romanis vrbibus iam inde seruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum, Conso quasi consiliorum Deo, quadrigæ septeno curant circumitu; & equos partis aduersæ fregisse, victoria sit. Hic itaque, æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniis quibusdam imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum; venit ad beatum Hilarionem, & non tam aduersarium lædi, quàm se defendi obsecrauit. Ineptum visum est venerando seni, in huiuscemodi nugis orationem perdere. cùmque subrideret, & diceret: Cur enim non magis equorum pretium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functione esse publicam; & hoc nõ tam se velle, quàm cogi; nec posse hominem Christianum vti magicis artibus, sed à seruo Christi potius auxilium petere, maximè contra Gazenses, aduersarios Dei, & non tam sibi, quàm Ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo à fratribus, qui aderant, scyphum fictilem; quo bibere consueuerat, aqua iussit impleri, eique tradi. quem cum accepisset Italicus; & stabulum, & equos, & auriga suos, rhedam, carcerumque repagula asperfit. Mira vulgi expectatio: nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat; & fautores Italici, sibi certam victoriam pollicentes, exultabant. Igitur, dato signo, hi aduolant, isti præpediuntur. sub horum currum rotæ feruent, illi præteruolantium terga vix cernunt. clamor sit vulgi nimius, ita vt ethnici quòq; ipsi concreparent, Marnæ victus à Christo est. Porro furentes aduersarij Hilarionem maleficum Christianorum supplicium poscere. Indubitata ergo victoria, &

4 Reg. 3
Ag. 8

illis, & multis retro Circensibus plurimis fidei occasio fuit. De eiusdem Gazensis temporij opido virginem Dei vicinus iuuenis deperibat. qui cum frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, quæ solent morituræ virginitatis esse principia, nihil profecisset; perrexit Memphim, vt, confesso vulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. igitur post annum doctus ab Æsculapij vatibus, non remediatis animas, sed perdenis, venit præsumptum animo stuprum gestiens, & subter limen domus puellæ tormenta quædam verborum, & portentosas figuras sculptas in aris Cyprij lamina defodit. Illico insanire virgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinem, fridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. perducta ergo à parentibus ad monasterium, seni traditur: vlulante statim & confitente dæmone, vim sustinui, inuitus abductus sum: quàm bene Memphim somniis homines deludebam. O cruce, o tormenta quæ patior. exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex, Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & lamina strictus teneris. dic, quare autus es ingredi puellam Dei? Vt seruarem, inquit, eam virginem. Tu seruares, proditor castitatis? cur non potius in eum, qui te mittebat, es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat, collegam meum amoris dæmonem? Noluit autem sanctus ante, quàm purgaret virginem, vel adolescentem, signa iubere perquiri: ne aut solitis incantationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermoni eius accomodasse fidem, asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandum esse callidos: & magis, redita sanitate, increpuit virginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset. Non solum autem in Palæstina, & in vicinis vrbibus Ægypti, vel Syriæ, sed etiam in longinquis prouinciis fama eius percubuerat. Namque candidatus Constantij Imperatoris, rutilus coma, & candore corporis indicans prouinciam, (inter Saxones quippe, & Alemanos gens eius non tam lata, quàm valida, apud historicos Germania, nunc verò Francia vocatur) antiquo, hoc est, ab infantia possessus à dæmone, qui noctibus eum vlulare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secretè ab imperatore euectionem petiit, causam ei simpliciter indicans: & acceptis ad consularem quòque Palæstinæ litteris, cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus est. qui cum à decurionibus illius loci quæssisset, vbi habitaret Hilarion monachus; territi Gazenses, & putantes eum ab Imperatore missum, ad monasterium adduxerunt; vt & honorem commendato exhiberent; & si quid ex præteritis iniuriis in Hilarionem esset offensæ, nouo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, & secum de psalmis nescio quid submurmurabat: vidensque tantam turbam venientem, substitit; & resalutatis omnibus, manique eis benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum verò cum seruis suis & apparitoribus remanere. ex oculis enim eius, & vultu, cur venisset, agnouit. Statim ergo ad interrogationem suspensus homo, vix terram pedibus tangens, & immane rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat, sermone respondit. Videres de ore barbaro, & qui Francam tantum & Latinam linguam nouerat, Syra ad purum verba resonare; vt nõ stridor, non aspiratio, non idioma aliquod Palæstini deesset eloquij. Cõfessus est itaq; quo in eum intrasset ordine.

Et

Et vt interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantum & Latinam linguam nouerant, Græcè quoque cum interrogauit. Quo similiter & in uerba eadem respondente, multasque incantationum occasiones, & necessitates magicarum artium obtendete. Non curo, ait, quo modo intraueris, sed vt ex eas, in nomine Domini nostri Iesu Christi impero. Cùmque curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens hordeaceum ab eo panem accepit, audiens quòd qui tali cibo alerentur aurum pro luto ducebant. Parum est de hominibus loqui: bruta quoque animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur: in quibus Bactrum camelum, enormis magnitudinis, qui iam multos obtriuerat, triginta & eo amplius uiri distentum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinci erant oculi: spumabat os: uolubilis lingua targebat, & super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eum dimitti senex. Istatim uerò & qui adduxerant, & qui cum sene erant, usque ad unum omnes diffugerunt. porro ille solus perrexit obuiam, & sermone Syro. Non me, inquit, terretis diabolus tanta mole corporis: & in vulpecula, & in camelo vnus atque idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, & quasi eum deuoratura belua peruenisset, statim corruit, submissumque caput terræ coæquauit, mirantibus cunctis, qui aderant, post tantam ferociam tantam subito mansuetudinem. Docebat autem senex, hominum causâ diabolum etiam iumenta corripere; & tanto eorum ardere odio, ut non solum ipsos, sed & ea, quæ ipsorum essent, cuperet interire. huiusque rei proponebat exemplum, quòd, antequam beatum Iob tentare permitteretur, omnem substantiam eius interfecerit, nec mouere quempiam debere, quod Domini iussione duo milia porcorum à dæmonibus interfecta sunt: siquidem eos, qui uiderant, non potuisse aliter credere, exisse de homine tantam dæmonum multitudinem, nisi grandis porcorum numerus, & quasi à multis actus pariter corruisset. Tempus me deficiet, si uolero uniuersa signa, quæ ab eo perpetrata sunt, dicere. in tantam enim à Domino fuerat eleuatus gloriam, ut beatus quoque Antonius, audiens conuersionem eius, scriberet ei, libenterque eius epistolas fumeret: & si quando de Syriæ partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quare uos tam longè vexare uoluistis, cum habeatis ibi filium meum Hilarionem? Exemplo itaque eius per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt, & omnes ad eum monachi certatim currere. quod ille cernens, laudabat Domini gratiam; & pro affectu animi singulos cohortabatur, dicens: Præterire figuram huius mundi; & illam esse ueram uitam, quæ uitæ præsentis emeretur incommodo. Volens autem exemplum eis dare & humilitatis, & officij, statim diebus ante uindemiam lustrabat cellulas monachorum. quod postquam cognitum est à fratribus, omnes ad eum confluebant; & comitati tali duce, circumibant monasteria, habentes uaticum suum: quia interdum usque ad duo milia hominum congregabantur. Sed & , procedente tempore, uicinasque uillula vicinis monachis ad susceptionem sanctorum gaudens, cibos offerebat. Quantum autem fuerit in eo studij, ut nullum fratrem, quamuis humilem, quamuis pauperem, præteriret, uel illud indicio est, quòd uadens in desertum Cades ad unum de discipulis suis uisendum, cum infinito agmine monachorum peruenit Elusam, eo fortè die, quo anniuersaria solemnitas omnem opidi populum in

templum Veneris congregauerat. colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est. sed & ipsum opidum ex magna parte semibarbarum est propter loci situm. Igitur audito, quòd sanctus Hilarion præteriret, (multos enim Saracenorum arreptos à dæmone frequenter curauerat) gregatim ei cū uxoribus & liberis obuiam processere, submittentem colla, & uoce Syra Barach, id est, benedic, inclamantes. quos ille blandè humiliterque suscipiens, obsecrabat, ut Deum magis, quam lapides, colerent; simulque uertim flebat, cælum spectans, & pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebro esse venturum. Mira Domini gratia: non prius abire passi sunt, quam futuræ ecclesiæ lineam mitteret; & sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi signo denotaretur. Alio quoque anno cum exiturus esset ad uisendam monasteria, & digereret in scedula, apud quos manere, quos in transitu uisitare deberet; scientes monachi quendam de fratribus parciosem, simulque cupientes uitio eius mederi, rogabant ut apud eum maneret. Et ille, Quid, inquit, uultis & uobis iniuriam, & fratri uexationem facere? Quod postquam frater ille parcus audiuit, erubuit, & annitentibus cunctis, uix ab inuito impetrauit, ut suum quoque monasterium in mansionum ordinem poneret. post diem ergo decimum uenerunt ad eum, custodibus iam in uinea, qua uenerent, illi dispositis; qui cum lapidibus & glebarum iactu, fundæque uertigine accedentes deterrerent, sine esu uæ mane omnes profecti sunt, ridente senex, & dissimulante scire quod euenerat. Porro suscepti ab alio monacho, cui Sabas uocabulum est, (debemus quippe parci tacere uocabulum, largi dicere) quia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo uniuersi in uineam, ut ante horam cibi uarum pastu laborem uia subleuarent. Et sanctus, Maledictus, ait; qui prius refectioem corporis, quam animæ, quaesierit. oremus, psallamus, reddamus Domino officium, & sic ad uineam properabit. Completo itaque ministerio, in sublimi stans benedixit uinea, & suas ad pacendum dimisit oues. Erant autem, qui uescebantur, non minus tribus millibus. Cumque centum lagenis astimata fuisset integra adhuc uinea, post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id, quod habuerat, uersum in acetum serò doluit. hoc multis fratribus senex antè futurum dixerat. Detestabatur autem præcipuè monachos, qui infidelitate quadam in futurum reseruarent sua; & diligentiam haberent uel sumptuum, uel uestitus, aut alicuius earum rerum, quæ cum sæculo transeunt. Denique unum de fratribus, in quinto serè à se milliario manente, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumque custodem, & paucillum habere numerorum, ab oculis abegerat. qui uolens sibi reconciliari senem, frequenter ueniebat ad fratres, & maxime ad Hesyrium, quo ille uehementissime delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem uirentis, sicut in herbis erat, detulit, quem cum Hesyrius posuisset in mensa ad uesperum, exclamauit senex, se putorem eius ferre non posse; simulque, unde esset, rogauit. Respondente autem Hesyrio, quod frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset, Non sentis, inquit, putorem teterrimum, & in cicere foetere auaritiam? mitte bubus, mitte brutis animalibus; & uide, an comedant. Quod cum ille iuxta præceptum in præsepe posuisset; exterriti boues, & plus solito mugientes, ruptis uinculis in diuersa fugerunt. habebat enim senex hanc gratiam,

Iob 1

Luc. 8

e.

fratres sibi notos in Bruto, haud procul ab Alexandria: qui cum mirò gaudio suscepissent senem, & iam vicina nox esset, repente audiunt discipulos eius affinum sternere, illumq; parere proficisci, itaque aduoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret, & ante limen prostrati, citius se mori, quam tanto carere hospite testabantur. Quibus ille respondit: Iccirco abire festino, ne vobis molestiam generem. Certè ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subito ambulasse. Igitur altera die Gazenses cum lictoribus profecti, (nam pridie eum venisse cognouerant) intrantes monasterium, cum illum minimè inuenissent, inuicem loquebantur. Nonne vera sunt, quæ de eo audiimus? magus est, & futura cognoscit. Vrbs autem Gaza, postquam profecto de Palæstina Hilarione, Iulianus in imperium successerat, destructo monasterio eius, precibus ad imperatorem datis, & Hilarionis & Hefychij mortè impetrauerat: amboq; vt quærentur, toto orbe scriptum erat. Egressus ergo de Bruto, per inuiam solitudinem intrauit Oasiam: ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama præuenerat, quasi iam in oriente latere non posset, vbi multi illum & opinione, & vultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat, vt quem terra vulgauerat, saltem maria celarent. Eodem ferme tempore Hadrianus, discipulus eius, de Palæstina superuenit, dicens Iulianum occisum, Christianum imperatorem regnare cœpisse: reuerti eum debere ad monasterij sui reliquias. Quod ille audiens, detestatus est, & conducto camelo, per vastam solitudinem peruenit ad maritimam urbem Libyæ Paretonium: vbi Hadrianus infelix volens Palæstinam reuerti, & pristinam sub nomine magistri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum, conualatis quæ à fratribus ei missa detulerat, nesciente illo profectus est. Super hoc, quia alter locus referendi non est, hoc tantum dixerim in terrorem eorum, qui magistrōs despiciunt, quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio. Habens igitur senex Gazanum secum, ascendit classem, quæ Siciliam nauigabat. cumq; venundato euangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponderet, in medio ferme Adriæ, naucleri filius arreptus à dæmone, clamare cœpit, & dicere: Hilarion serue Dei, cur nobis per te & in pelago tutos esse non licet? Da mihi spatium, donec ad terram veniam; ne hic eiecūs, præcipiter in abyssum. Cui ille, Si Deus meus ait, tibi concedit, vt maneas, mane: sin autem ille te eiicit, quid mihi inuidiam facis, homini peccatori, atque mendico? Hoc autem dicebat, ne nauatæ, & negotiatores, qui in naui erant, se cum ad terram peruenissent, proderent. nec multo post purgatus est puer, patre fidem dante, & cæteris, qui aderant, nulli se super eius nomine locuturos. Ingressus autem Pachynum, promontorium Siciliæ, obrulit naucler euangelium pro subuectione sua, & Gazani, qui nolens accipere, maximè cum videret illos, excepto illo codice, & ijs, quibus vestiti erant, amplius nihil habere, ad extremum iurat se non accepturum. Sed & senex, accensus fiducia pauperis conscientiæ, in eo magis lætabatur, & quod nihil haberet sæculi, & ab accolis illius loci mendicis putaretur. Porro recogitans, ne negotiatores, de oriente venientes, se notum facerent, ad mediterranea fugit loca, idest, vicesimo à mari miliario, ibiq; in quodam deserto agello, lignorum quotidie fascem alligans, imponebat dorso discipuli. quo in proxima villa venundato, & sibi alimoniam, & ijs, qui forte ad eos veniebant, pauillulum panis eme-

bant. Sed verè, iuxta quod scriptum est, Non potest ciuitas latere super montem posita. Scutarius quidam cum in Basilica beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immundus spiritus: Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion, seruus Christi, & nemo eum nouit, & putat se esse secretum: ego vadam, & prodam illum. Statimq; cum seruulis suis, ascensa in portu naue, appulsus est Pachynum, & deducente se dæmone, vbi ante tugurium senis se postrauit, ilico curatus est. Hoc initium signorum eius in Sicilia, innumerabilem ad eum deinceps ægrotantium, sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem, intantum, vt de primoribus quidam, mulens morbo intercutis, eodem die, quo ad eum venerat, curatus sit: qui postea offerens ei infinita munera, audiuit dictū Saluatoris ad discipulos: Gratis accepistis, gratis date. Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Hefychius, discipulus eius, toto senem orbe quærebat, Iustrans litora, deserta penetrans, & hanc tantum habens fiduciam, quia, vbi cumque esset, diu latere non posset. Tranfacto igitur iam triennio, audiuit Methonæ à quodam Iudæo, vilia populis scruta vendente, prophetam Christianorum apparuisse in Sicilia, tanta miracula & signa facientem, vt de veteribus sanctis putaretur. interrogatus itaque habitum eius, incessum, & linguam, maximè que ætatem, nihil dicere potuit. ille enim, qui referebat, famam ad se venisse tantum hominis testabatur. Ingressus igitur Adriam, prospero cursu venit Pachynum, & in quadam curui litoris villula, famam senis iciscitatus, consona voce omnium cognouit vbi esset, quid ageret, nihil in eo ita cunctis admirantibus, quam quod post tanta signa, atque miracula, ne fragmen quidem panis à quoquam in illis locis accepisset. Et ne longum faciam, sanctus vir Hefychius ad magistri genua prouolutus, plantasq; eius lacrymis rigans, tandem, ab eo subleuatus, post bibui triduiq; sermonem audit à Gazano, non posse senem iam illis habitare regionibus, sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes, vbi & nomen, & sermo suus incognitus foret. Duxit itaque illum ad Epidaurum, Dalmatiæ opidum: vbi paucis diebus in vicino agello mansitans, non potuit abscondi, siquidem draco miræ magnitudinis, quos gentili sermone boas vocant, ab eo, quod tam grandes sint, vt boues glutire soleant, omnem latè vastabat prouincias, & non solum armenta, & pecudes, sed agricolas quoq; & pastores, tractos ad se vi spiritus, absorbebat. cui cum pyram iussisset preparari, & oratione ad Christum missa euocato præcepisset struem lignorum scandere, ignem supposuit, tum itaque, cuncta spectante plebe, immanem bestiam concremavit, vnde æstuans, quid faceret, quo se verteret, aliam parabat fugam; & solitarias terras mente perlustrans, mœrebat quod tacente de se lingua, miracula loquerentur. Ea tempestate, terræ motu totius orbis, qui post Iuliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos; & quasi rursus Deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues, ad prærupta delatæ motum, pependerunt. quod cum viderent Epidauritani, frementes scilicet fluctus, & vndarum moles, & montes gurgitum litoribus inferri, verentes quod iam euenisse cernebant, ne opidum funditus subuerteretur, ingressi sunt ad senem, & quasi ad prælium proficiscentes, posuerunt eum in litore. Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusque contra tenderet; incredibile dictū est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit; ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans, paulatim

in semet ipsum relapsus sit. Hoc Epidaurus, & omnis illa regio vsque hodie prædicat, matresque docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam. Verè illud, quod ad apostolos dictum est: Si credideritis, dicetis huic monti, transi in mare, & fiet: Etiam iuxta litteram impleri potest; si tamen quis habuerit apostolorum fidem, & talem, qualem illis habendam Dominus imperauit. quid enim intèret, vtrum mons descendat in mare, an immensi vndarum montes repente obrigerint, & ante senis tantum pedes faxei, ex alia parte molliter fluxerint. Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoque percubuerat, quod intelligens senex, in breui lembo clam nocte fugit, & inuenta post biduum oneraria nauis, perrexit Cyprum. Cumque inter Maleam & Cytheram piraræ, derelicta classe in litore, quæ non antemna, sed conto regitur, duobus haud paruis myoparonibus occurrissent; & denuo hincinde fluctus occurrerent, remiges omnes, qui in nauis erant, trepidare, flere, discurrere, præparare contos, & quasi non sufficeret vnus nuncius, certatim seni piratas adesse dicebant. Quos ille procul intuens scripsit, & conuersus ad discipulos dixit: Modicæ inquit, fidei quare trepidatis? Numquid plures sunt hi, quam Pharaonis exercitus? tamen omnes, Deo volente, submersi sunt. Loquebatur hic, & nihilominus, spumantibus rostris, hostiles turme imminabant, iactu tantum lapidis medio. Stetit ergo in proa nauis, & porrecta contra venientes manu, Hucusque, ait venisse sufficiat. O mira rerum fides: statim resiliuere nauiculæ, & impellentibus contra remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur piraræ, post tergum se redire nolentes: totoque corporis nixu, vt ad nauigium peruenirent, laborantes, velocius multo, quam venerant, ad litus ferebantur. Prætermitto cætera; ne videar, in narratione signorum, volumen extendere. hoc solum dicam, quod inter Cycladas nauigans, hincinde clamantium de vrbibus & vicis, & ad litora concurrentium, immundorum spirituum voces audiebantur. Ingressus ergo Paphum, vrbem Cypri, nobilem carminibus poetarum, quæ frequenter terræ motu lapsa, nunc ruinarum tantum vestigijs, quid olim fuerit ostendit, in secundo ab vrbe milliario habitabat ignobilis, gaudensque quod paucis diebus quietè viueret. verum non ad plenum viginti transire dies, cum per omnem insulam insulam, quicumque immundos habebant spiritus, clamare cœperunt, venisse Hilarionem, seruum Christi, & ad eum se debere properare. hoc Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha, & vrbes reliquæ conclamabant, plerisque asserentibus, scire se quidem Hilarionem, & verè illum esse famulum Dei, sed, vbi esset, ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies, ducenti ferme, tam viri, quam mulieres, ad eum congregati sunt. quos cum vidisset, dolens quod se non paterentur quiescere, & quodam modo in vltionem sui sæuiens, tanta eos orationum instantia flagellauit, vt quidam statim, alij post biduum triduumve, omnes verò intra vnam hebdomadam curarentur. Manens itaque ibi biennio, & semper de fuga cogitans, Hefychium ad se veris tempore reuersurum. Palæstinam ad salurationem fratrum, & monasterij sui cineres visendos misit. Qui cum reuertisset, cupienti rursum ad Ægyptum nauigare, hoc est ad ea loca, quæ vocantur Bucolia, eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum & ferox natio, suasit vt in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. quem cum diu lustrans omnia reperisset, perduxit eum duodecim

millibus à mari procul inter secretos asperosque montes, & quo vix reptando manibus genibusque, posset ascendere. qui introgressus, contemplatus quidem est terribilem valde & remotum locum, arboribusque hincinde circumdatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, & hortulum peramicenium, & pomaria plurima, quorum fructum numquam in cibo sumpsit; sed antiquissimi iuxta templi ruinam, ex quo, vt ipse referebat, & eius discipuli testantur, tam innumerabilium per noctes & dies dæmonum voces resonabant, vt exercitum crederes. quo ille valde delectatus, quo scilicet antagonistas haberet in proximo, habitauit ibi per annos quinque; & sæpe inuisente se Hefychio, in hoc extremo iam vitæ suæ tempore refocillatus est; quod propter asperitatem difficultatemque loci, & vmbRARUM, vt ferebatur vulgo, multitudinem, aut nullus, aut rarus ad se vel posset, vel auderet ascendere. Quodam autem die egressus hortulum, vidit hominem toto corpore paralyticum iacentem ante fores. interrogauitque Hefychium, quisnam esset, vel quo modo fuisset adductus. Qui respondens ait: procuratorem se fuisse vilulæ, ad cuius confinia hortulus quoque, in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collacrymans, tendensque ad iacentem manum, Tibi, inquit, dico in nomine Domini nostri Iesu Christi, surge, & ambula. Mira velocitas: adhuc verba in ore loquentis voluebantur, & iam membra solidata ad standum hominem surruebant. quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci, & iter inuicium plurimorum vicit necessitas, nihil æque per circuitum cunctis villis obseruantibus, quam ne quò modo elaboretur. disseminauerat enim hoc de eo rumor, diu eum in eodem loco manere non posse, quod ille non leuitate quadam aut puerili sensu victus faciebat, sed honorem fugiens, & importunitatem: semper enim silentium, & vitam ignobilem desiderabat. Igitur octogesimo ætatis suæ anno, cum absens esset Hefychius, quasi testamenti vice breuem manu propria scripsit epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens, euangelium scilicet, & tunicam fæccam, cucullam, & palliolum: nam minister eius ante paucos dies obierat. venerunt itaque ad ægrotantem de Papho multi religiosi viri, & maxime quod eum dixisse audierant, iam se ad Dominum migraturum, & de corporis vinculis liberandum; sed & Constantia quædam, sancta femina, cuius generum, & filiam de morte liberauerat vnctione olei. quos omnes adiurauit, vt ne puncto quidem horæ post mortem reseruetur, sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicina, & cuculla, & sago rustico. Iamque modicus calor tepebat in pectore, nec præter sensum, quidquam viui hominis supererat: & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times? In hæc verba exhalauit spiritum. statimque humo obrutum, ante vrbi sepultum, quam mortuum, nunciauerunt. Quod postquam Palæstinæ sanctus vir audiuit Hefychius; perrexit ad Cyprum; & simulans se velle habitare in eodem hortulo, vt diligentis custodiæ suspicionem accolis tolleret, cum ingenti vitæ suæ periculo post decem fere menses corpus eius furatus est: quod Maiomam deferens, totis monachorum & opidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla, & palliolo, & toto corpore, quasi adhuc viueret, integro, tantisque fragrante odoribus, vt delibutum vnquentis putraretur. Non mihi videretur in calce libri tacenda

Constantiæ illius sanctissimæ mulieris, deuotio; quæ, perlato ad se nuncio, quod corpusculum Hilarionis Palestinae esset, statim exanimata est, veram in seruum Dei dilectionem etiam morte comprobans: erat enim solita peruigiles in sepulcro eius noctes ducere, & quasi cum præsentem ad adiuvandas orationes suas fermocinari. Cernas vsque hodie mirram inter Palestinos & Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. & tamen in vtriusque locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexerit.

DE VITA MALCHI, CAPTIVI, MONACHI.

ARGUMENTVM.

MALCHI, ex Maronia Syriæ vico orti, vitam & captiuitatem describit: vt post solitarium, & celebrem monachum, alium oppressum, & exagitatam ante oculos lectoribus ponat.



VI nauali prælio dimicaturi sunt, ante in portu, & in tranquillo mari fluctant gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & vncos præparant, dispositumque per tabulata militem, pendente gradu, & labente vestigio, stare firmiter consueverunt; vt quod in simulacro pugnae didicerint, in vero certamine non perhorrescant. ita & ego, qui diu tacui, (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & veluti quandam rubiginem linguæ abstergere, vt venire possim ad latiore historiam. scribere enim disposui (si tamen vitam Dominus dederit, & si vituperatores mei saltim fugientem me, & inclusum persequi defierint) ab aduentu Saluatoris, vsque ad nostram aratam, id est, ab apostolis, vsque ad nostri temporis faciem, quo modo, & per quos Christi Ecclesia nata sit, & adulta, persecutionibus creuerit, martyrijs coronata sit, & postquam ad Christianos principes venit, potentia quidem & diuitijs maior, sed virtutibus minor facta sit. Verum hæc alias: nunc, quod imminet, explicemus. Maronia triginta ferme millibus ab Antiochia, vrbe Syriæ, haud grandis ad orientem distat viculus. hic post multos vel dominos, vel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad papæ Euagrii, necessarii mei, possessionem deuolutus est: quem iccirco nunc nominavi, vt ostenderem, vnde nossem, quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex, nomine Malchus, quem nos Latine regem possumus dicere, Syrus natione, & lingua, & vera ἀυρόβαυ: anus quoque in eius contubernio, valde decrepita, & iam morti proxima videbatur: tam studiosè ambo religiosi, & sic ecclesiæ limen terentes, vt Zachariam, Helizabeth de Euangelio crederes, nisi quod Ioannes in medio non erat. De his cum curiosè ab accolis quærerem, quænam esset eorum copula, matrimonij, sanguinis, an spiritus; omnes voce confusa, sanctos, & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. quæ cupiditate illectus, adortus sum hominem; & curiosus sciscitatus rerum fidem, hæc ab eo accepi. Ego, inquit, mi nate, Maroniaci agelli colonus, sed solus parentibus fui. qui cum me, quasi stirpem ge-

neris fui, & heredem familiæ suæ, ad nuptias cogerent, monachum potius me velle esse respondi. quantis pater minis, quantis mater blanditijs persequuti sint, vt pudicitiam proderem, hæc res sola indicio est, quod & domum, & parentes fugi. & quia ad orientem ire non poteram propter viciniam Persidem, & Romanorum militum custodiam, ad occidentem verti pedes, pauxillum nescio quid portans viatici, quod me ab inopia tantum defenderet. Quid multa? perueni tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam & Essam magis ad austrum sita est. ibi repertis monachis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore victum quærans, lasciuiamque carnis refrenans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi desiderium, vt ad patriam pergerem; & dum adhuc viueret mater, (iam enim patrem mortuum audieram) solarer viduitatem eius; & exinde venundata possessiuncula, partem erogarem pauperibus, partem monasterio constituerem: quid erubesco confiteri infidelitatem meam? partem in sumptuum meorum solatia reseruarem. Clamare cepit abbas meus, diaboli esse tentationem, & sub honestæ rei occasione, latere antiqui hostis insidias: hoc esse, reuerti canem ad vomitum suum: sic multos monachorum esse deceptos; nusquam diabolum aperta fronte se prodere. Proponēbat mihi exempla de scripturis plurima: inter quæ illud, quod initio Adam quoque & Euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum persuadere non posset, prouolutus genibus obsecrabat, ne se desererem, ne me perderem; nec, aratram tenens, post tergum respicerem. Væ misero mihi: vici monitorem pessima victoria, putans illum non meam salutem, sed suum solatium quærere. Prosecutus ergo me de monasterio, quasi funus efferret, & ad extremum vale dicens: Videbo, ait; te fili satanæ cauterio notatum: non quæro causas, excusationes non recipio. Ouis, quæ de ouilibus egreditur, lupi statim moribus patet. De Beria ad Essam pergentibus, vicina est publico itineri solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc atque illuc semper vagantur. quæ suspicio frequentiam in illis locis viatorum congregat, vt imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo viri, feminae, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumque sessorum Ismaelitarum irruunt, crinitis vittatisque capitibus, ac feminudo corpore, pallia & latas caligas trahentes: pendebant ex humero pharetræ, laxos arcus vibrantes, hastilia longa portabant. non enim ad pugnam, sed ad prædam, venerant. Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur. Ego enim longo postliminio hæreditarius possessor, & sero mei consilij poenitens, cum altera muliercula in vnus heri seruitutem sortitus venio. Ducimur, immo portamur sublimes in camelis, & per vastam eremum semper ruinam timentes, pendemus potius, quam sedemus. Carnes semicrudæ cibis, & lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne transmissis, peruenimus ad interiorum solitudinem; vbi dominam liberosque ex more gentis adorare iussi, ceruices flectimus. Hic, quasi clausus carcere, mutato habitu, id est, nudus ambulare disco. nam aëris quoque intemperies, nihil aliud, præter pudenda, velari patiebatur. Traduntur mihi pascendæ oues; & in malorum comparatione hoc fruor solatio, quod dominos meos, & conseruos rarius video. Videbar mihi aliquid habere

2. Pet.

Gen. 1.

Luc. 9.

Luc. 1.

Gen. 19.
Exod. 1.
Eph. 6.

habere sancti Iacob. Recordabar Moyſi, qui & ipſi in eremo quondam fuere paſtores. Veſcebar recenti caſeo, & lacte. Orabam iugiter, canebam pſalmos, quos in monaſterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebā Dei iudicio gratias, quod monachum, quem in patria fueram perditurus, in eremo inueneram. O nihil vniquam tutum apud diabolum: ō multiplices & ineffabiles eius inſidiæ. ſic quoq; latentem me inuenit inuidia. Dominus vidēs gregem ſuum eſcere, nihilq; in me deprehendens fraudulentia, (ſciebam enim Apoſtolum præcepſiſſe: Dominus ſic, quaſi Deo, fideliter ſeruiendū) & volens me remunerare, quo fidum ſibi magis faceret, tradidit mihi illam conſeruam meam, aliquando captiuam. Et cum ego reſutare m, diceremq; me Chriſtianum, nec licere mihi vxorem viuētis mariti accipere, (ſiquidem captus nobiſcum vir eius, ab alio domino fuerat abductus) ruruſus ferus ille, & implacabilis, in furorem verſus, euaginato me cœpit petere gladio, & niſi conſeſtum brachia tendens mulierē præoccupaſſem, illico fu-diſſet ſanguinem. Iam igitur venerat tenebroſor ſolito, & mihi nimium matura nox. Duco in ſpeluncam ſemirutam nouam coniugem, & pronubante nobis mœſtitia, vterque deſtatur alterum, nec fatemur. Tunc verē ſenſi captiuitatem meam; proſtratusq; hūmi, monachum cœpi plangere, quem perdebam, dicens: Huccine miſer ſeruatus ſum? ad hoc me mea ſcelera perduxerūt, vt incanefcente iam capite, virgo maritus fierem? Quid prodeſt, parentes, patriam, rem familiarē cōtempſiſſe pro Domino; ſi hoc facio; quod ne facerē, illa contempſi; niſi quod forte propterea hæc ſuſtineo, quia patriā deſideraui. Quid agimus anima, perimus, aut vincimus? expectamus manum Domini, an proprio mucrone confodimur? verte in te gladium: tua magis mors timenda eſt, quàm corporis. Habet & ſeruata pudicitia ſuum martyrium. iaceat in ſepultus Chriſti teſtis in eremo: ipſe mihi ero perſecutor, & martyr. Sic ſatus, eduxi in tenebris quoq; micantem gladium, & acumine contra me verſo, Vale, inquam, infelix mulier: habeto me martyrem potius, quàm maritum. Tunc illa, pedibus meis prouoluta, Precor te, inquit, per Ieſum Chriſtum, & per huius horæ neceſſitatem adiuro, ne effundas ſanguinem tuum in crimen meum: vel, ſi mori placet, in me primum verte mucronem: ſic nobis potius coniungamur. Etiam ſi vir meus ad me redierit, ſeruarem caſtitem, quam me captiuitas docuit; vel interirem potius, quàm perderem. Cur moreris, ne mihi iungaris? ego morerer, ſi mihi iungi velles. habeto me coniugem pudicitia; & magis animæ copulam amato, quàm corporis. Sperent Domini maritum, Chriſtus nouerit fratrem. facile ſuadebimus nuptias, cum nos viderint ſe amare. Fateor, inquit, obſtupui, & admiratus virtutem feminæ, coniugem plus amaui. Numquam tamen illius nudum corpus intuius ſum: nunquam eius carnem attingi; timens in pace perdere, quod in prælio ſeruaueram. Tranſeunt in tali matrimonio dies plurimi: amabilioreſ nos dominis fecerant nuptiæ. nulla fugæ ſuſpicio: interdum & menſe toto aberam fidus gregis paſtor per ſolitudinem. Poſt grande interuallum, dum ſolus in eremo ſedeo, & præter cœlum, terramq; nihil video, cœpi mecum tacitus voluere, & inter multa contubernij quoque monachorum recordari, maximeq; vultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq;. ſicq; cogitans, aſpicio formicarum gregem anguſto calle ſeruere, ferre onera maiora quàm corpora. alia

herbarum quædam ſemina forcipe oriſtrahebant, alia egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. ille, ventura hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illata ſemina præcidebant; hæc luſtu celebri, corpora deſuncta deportabant. quodque magis mirum eſt, in tanto agmine egrediens non obſtabat intranti; quin potius, ſi quam vidiffent ſub ſaſce & onere concidiſſe, ſuppoſitis humeris adiuuabant. Quid multa? pulchrum mihi ſpectaculum dies illa tribuit. vnde recordatus Salomonis, ad formicarum ſolertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo ſuſcitantis, cœpi tædere captiuitatis, & monaſterij cellulas quærere, ac formicarum illarum ſimilitudinem deſiderare, vbi laboratur in medium; cumq; nihil cuiuſquam proprium ſit, omnium omnia ſunt. Reſſo ad cubile occurrit mulier: triſtitiam animi diſſimulare non potui. rogat, cur ita exanimatus ſim. audit cauſas, hortatur fugam. Pero ſilentij fidem: non aſpernatur, & iugi ſuſturro inter ſpem & metum medij fluctuamus. Erant mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis: quibus occiſis, vtres ſacio, eorumq; carnes viatico præparo, & primo veſperi, putantibus nos dominis ſecrete cubitare, inuadimus iter, vtres & partes carniū portantes. cumq; perueniſſemus ad fluuium, (nam decem millibus aberat) inflatiſ conſenſiſq; vtribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus ſubremigantes, vt deorſum nos flumine deferente, & multo longius, quàm conſcenderamus, in alteram nos exponente ripam, veſtigium ſequentes perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex parte lapſæ, vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus vſque ad ſatiætatem, futura nos ſiti præparantes. Currimus, poſt tergum ſemper aſpicimus, & magis noctibus prouehimus, quàm diebus, vel propter inſidias late vagantium Saracenorum, vel propter ardorem ſolis nimium. Paueſco miſer etiam referens, etſi tota mente ſecurus, toto tamen corpore perhorreſco. Poſt diem verè tertium, dubio proſpectu procul aſpicimus duos camelis inſidentes venire concitos. ſtatimque mens, mali præſaga, putare cœpit dominum meditari mortem, ſolem cernere nigreſcentem. dumq; timemus, & veſtigij nos proditos per arenas intelligimus, offertur ad dexteram ſpecus, longe ſub terram penetrans. igitur timentes venenata animalia, (nam ſolent viperæ, reguli, & ſcorpiones, cæteraq; huiuſcemodi, feruorem ſolis declinantia, vmbra petere) intrauimus quidem ſpeluncam, ſed ſtatim in ipſo introitu ſiniſtra nos foueæ credimus, nequaquam vltra progredientes, ne, dum mortem fugimus, incurramus in mortem: illudq; nobiſcum reputantes, ſi iuuat Dominus miſeros, habemus ſalutem; ſi deſpicit peccatores, habemus ſepulcrum. Quid putas fuiſſe nobis animi? quid terroris, cum ante ſpecum haud procul ſtarent dominus, & conſeruus, & veſtigio indice iam ad latebras perueniſſent? O multo grauior expectata, quàm illata mors. Ruruſus cum timore & labore lingua balbutit, & quaſi clamante domino, mutire non audeo. Mittit ſeruum, vt nos de ſpecu trahat: ipſe camelos tenet, & euaginato gladio, noſtrum expectat aduentum. Interea, tribus fere vel quattuor cubitis introgeſſo famulo, nobis ex occulto tergum eius videntibus, (nam oculorum iſti uſinodi natura eſt, vt poſt ſolem vmbra intrantibus cæca ſint omnia) vox per antrum ſonat: Exite furciferi, exite morituri: quid ſtatis? quid moramini? exite, dominus vocat, patienter expectat. Adhuc loquebatur, & ecce per tenebras

aspicimus lænam inuasisse hominem, & gutture suffocatum cruentum intro trahere. Iesu bone, quid tunc terroris nobis, quid gaudij fuit? spectabamus, domino nesciente, hostem nostrum perire: qui cum videret illum moras facere, suspicatus est duos vni resistere: sed iram differre non valens, sicut tenebat gladium ad speluncam venit, & furore rabido serui increpans vecordiam, prius a fera est tentus, quàm ad nostras latebras perueniret. Qui sunt, qui hoc crederent, vt ante os nostrum bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similis ante oculos nostros versabatur interitus, nisi quod tutius erat, rabiem leonis, quàm iram hominis, sustinere. Paue- mus intrinsecus, & ne mouere quidem nos ausi, præ- stolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pud- eitiq̃ tantum conscientia pro muro septi. Læna, infidias cauens, & vitam esse se sentiens, apprehensus mordicus catulos effert, nobisque cedit hospitium. neque tamen satis creduli, statim erumpimus: sed expectantes diu, & egredi cogitantes, illius nobis

semper figurabamus occursum. Sublato ergo horro- re, & alia transacta die, egredimur ad vesperam, vidi- musq̃ camelos, quos ob nimiam velocitatem dro- medarios vocant, præteritos cibos in ore voluere, & in aluum missos iterum retrahere. quibus ascensis, & noua sitarcia, id est, annona refocillati, decima tandem die ad Romana per desertum castra veni- mus, oblatique tribuno, rem ordine pandimus: inde transmissi ad Sabinum, Mesopotamiæ ducem, ca- melorum pretium accepimus. & quia iam abbas ille meus dormierat in Domino, ad hæc delatus loca me monachis reddo, hanc trado virginibus, diligens eam vt fororem, non tamèn ei me credens vt forori. Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit: hæc ego vobis narraui senex, & castis historiam castitatis ex- pono, virgines castitatem custodire exhortor. vos narrate posteris, vt sciant, inter gladios, & inter deser- ta, & bestias, pudicitiam numquam esse captiuam, & hominem Christo deditum posse mori, non posse superari.

LIBER

LIBER DE VIRIS ILLVSTRIBVS,

VEL DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS,

AD DEXTRVM, PRÆTORIO PRÆFECTVM

PROOEMIUM.



HORTARIS Dexter, vt Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram; & quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit illustribus, ego in nostris faciã, id est, vt à passione Christi vsq; ad decimumquartum Theo-

dosij imperatoris annum, omnes, qui de scripturis sanctis memoriã aliquid prodiderunt, tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Sartyrus, doctus vir, & longè omnium doctissimus, Aristoxenus musicus, apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum vis prouocare, Tranquillus. Sed non mea & illorum similis est conditio. illi enim veteres historias annales, quæ replicantes, potuerunt quasi de ingenti prato paruam opusculi sui coronam texere: ego quid acturus, qui nullum præuium sequens, pessimum, vt dicitur, magistrum memet ipsum habeo? quamquam Eusebius Pamphili in decem Ecclesiasticã historiã libris maximo nobis adiumento fuerit; & singulorum, de quibus scripturi sumus, volumina, & aetates auctorum suorum sæpe testentur. itaque Dominum Iesum Christum precor, vt quod Cicero tuus, qui in arce Romanã stetit eloquentiã, non est facere dedignatus in Bruto, oratorum Latinã linguã texens catalogum, id ego, in Ecclesiã illius scriptoribus enumerandis, dignè cohortatione tua impleam. Si qui autem de ijs, qui vsque hodie scriptitant, à me in hoc volumine prætermisisti sunt; sibi magis, quàm mihi, debent imputare. neque enim celantes scripta sua, de ijs quæ non legi, nosse potui, & quod alijs forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. certè, cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentij dispendio suspirabunt. Discant ergo Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduersus Christum canes, discant eorum sectatores, qui putant Ecclesiam nullos philosophos, & eloquentes, nullos habuisse doctores, quanti, & quales viri eam fundauerint, extruxerint, & ornauerint: & desinant fidem nostram rusticã tantum simplicitatis arguere, suamq; potius imperitiã agnoscant.

SIMON Petrus, filius Ioannis, prouinciã Galileã, vico Bethsaida, frater Andreã apostoli, & princeps apostolorum, post episcopatum Antiochenis ecclesiã, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circumcissione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit; ibiq; viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est, decimum quartum, à quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus cleuatis, asserens se indignum, quod sic crucifigeretur vt Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur; quarum secunda à plerisque eius esse negatur, propter Ityli cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum qui au-

ditor eius & interpres fuit, huius dicitur Libri autem, è quibus vnus Aetorum eius inscribitur, alius Euangelij, tertius Prædicationis, quartus Apocalypicos, quintus Iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ, in Vaticano, iuxta viam Triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

ANDREAS, frater huius, vt maiores nostri prodiderunt, Seythis, & Sogdianis, & Saccis prædicauit Euangelium Domini nostri Iesu Christi, & in Augusta ciuitate prædicauit, quæ cognominatur Magna, vbi est irruptio Apfari, & Phasis flumini. illic incolunt Æthiopes interiores. Sepultus est autem Patris, ciuitate Achaia, cruci suffixus ab Ægea, præfecto Edefenorum.

Andreas non est Hieronymi, sed è Græco Sophronij Catalogo sumptus.

IACOBVS, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, vt nonnulli existimant, Ioseph ex alia vxore, vt autem mihi videtur, Mariæ, sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est, quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim, tempore præcedente, obtinuerit auctoritatem. Hegesippus vicinus apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit ecclesiam Hierosolymã post apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus, multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, numquam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum. si quidem vestibus lanceis non utebatur, sed lineis, solusq; ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur; in tantum, vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro antiquitatum refert, & Clemens in septimo *ὁ ἁγιωτάτος*, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum: qui cum necdum ad prouinciã peruenisset, Ananus, inquit, pontifex, adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione, *ἐὐαγγελίως* Concilium congregauit: & compellens publicè Iacobum, vt Christum dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit: qui cum præcipitatus de pinna templi contractis cruribus, adhuc semiuuius tollens ad cœlum manus diceret, Domine ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste, quo vda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Hierosolymam. Hic est, de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas: Alium autem apostolorum vidij neminem, nisi Iacobum, fratrem Domini. Et apostolorum super hoc crebrius Acta testantur. Euangelium quoque, quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumq; sermonem translatum est, quo & Origenes sæpe vitur, post resurrectionem Saluatoris refert.

Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iit ad Iacobum, & apparuit ei. iurauerat enim Iacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum, Asserte, ait Dominus, mensam, & panem. Statimque addit, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei: Frater mi comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Hierosolymis rexit Ecclesiam, id est, vsque ad septimum Neronis annum & iuxta templum, vbi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi, ad vltimam Hadriani, notissimum habuit. Quidam è nostris in monte Oliueti eum putauerunt conditum: sed falsa eorum opinio est.

MATTHÆVS, qui & Leui, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa propter eos, qui ex circumcissione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis litteris verbisque composuit. quod quis postea in Græcum translulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. mihi quoque à Nazaræis, qui in Beræa, vrbe Syriæ, hoc volumine vruntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod vbi cumque Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona Domini Saluatoris, veteris scripturæ testimoniis vtitur, non sequatur Septuaginta translatorum auctoritatem, sed Hebraicam, è quibus illa duo sunt: Ex Ægypto vocaui filium meum. Et: Quoniam Nazaræus vocabitur.

IACOBVS, Zebedæi filius, duodecim tribus, quæ erant in dispersione, omnibus prædicauit Euangelium Domini nostri Iesu Christi. interfectus est autem gladio ab Herode Tetrarcha Iudæorum.

PHILIPPVS, Apostolus in Phrygia prædicat Euangelium Domini Iesu. Sepelitur Hierapoli cum filiabus honorifice.

BARTHOLOMÆVS, Apostolus, Indis iis, qui dicuntur fortunati, prædicauit Euangelium Christi, & Euangelium, quod est secundum Matthæum, eis tradidit. Dormiuit autem Albanopoli, opido maioris Armeniæ.

THOMAS, Apostolus, quemadmodum traditum est nobis, Parthis, & Mædis, & Persis, & Germanis, & Hircanis, & Baetris, & Magis prædicauit Euangelium Domini. Dormiuit in ciuitate Calamina, quæ est Indiæ.

SIMON Cananæus, cognomento Iudas, frater Iacobi Episcopi, qui & successit illi in Episcopatum, post obitum Iacobi cognomento Iusti, vixit annos viginti supra centum. Crucifixus autem sub Traiano præfecto, mota persecutione grani, dormiuit.

MATTHIAS, cum vnus esset è numero septuaginta, allectus est in ordinem vndecim Apostolorum, in locum Iudæ Iscariotæ, qui fuit proditor. in altera Æthiopia, vbi est irruptio Apfari & Hyssi portus, prædicauit Euangelium, cum essent homines agrestes: & illic dormiuit, & illic sepultus est, vsque ad hodiernum diem.

TIMOTHEVS autem, Ephesorum Episcopus ordinatus à beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circumcissione: de quo multa testatur Paulus, admonens vt honestam professionem dati sibi doni seruaret, qui & gloriose illic testificatus est.

TITVS, Episcopus Cretæ, in eadem, & in circumiacentibus insulis prædicauit Euangelium Christi. Ibidem autem & dormiuit, & sepultus est, nempe in Cretâ.

CRESSENS in Gallijs prædicauit euangelium, & illic sepultus est: Eunuchus Candaces Æthiopum reginæ, in Arabia, cognomento Felici, & in Taprobana insula maris

rubri prædicauit euangelium Domini. Aiunt autem eum & ibidem martyrium pertulisse, & honorificè fuisse sepultum.

IVDAS, frater Iacobi, partiam quidem, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reiicitur: tamen auctoritatem veritate iam & vsu meruit, & inter sanctas scripturas computatur.

PAVLVS apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim apostolorum, de tribu Beniamin & opido Iudææ Gischalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigravit, à quibus ob studia legis missus Hierosolymam, à Gamaliele, viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos, qui Christo crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. cumque primum ad prædicationem eius Sergius Paulus, proconsul Cypri, credidisset, ab eo, quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & iuncto sibi Barnabam, multis vrbibus peragratis, reuertentesque Hierosolymam, à Petro, Iacoboque & Ioanne gentium apostolus ordinatur. Et quia in Actibus apostolorum plenissime de eius conuersatione scriptum est; hoc tantum dicam, quod post passionem domini vicefimo quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tempore, quo Festus, procurator Iudææ, successit Felici, Romam victus mittitur; & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactioe, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrat historia, Paulum à Nerone dimissum, vt euangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum, eo tempore, quo & passus est, & de vinculis dictat epistolam: In prima mea satisfactioe nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audirent omnes gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonem propter crudelitatem Neronem significans. Et in sequentibus: Liberatus sum de ore leonis. Et statim: Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cælestem, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. nam & in eadem epistola præmiserat: Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis mee instat. Hic ergo xiiij. Neronis anno, eodem die, quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensis, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Scripsit autem nouem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenfes vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas: præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur propter styli sermonisque dissonantiam: sed vel Barnabæ, iuxta Tertullianum, vel Lucæ euangelistæ, iuxta quosdam, vel Clementis, Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse, & ornasse sermone. Vel certe, quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis titulum in principio salutationis

Hæc vsque ad Iudam non sunt Hieronymi, sed à Græcis adiecta.

Ad. 11. 4.

Ad. 8. 9.

Ad. 13.

Gal. 4.

Ad. 14. 28.

z. Tim. 4.

Ad. 8.

tionis amputauerit. Scripserat autem vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissimè, vt ea, quæ eloquentè scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum: & hanc causam esse, quod à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

BARNABAS, Cyprius, qui & Ioseph Leuites, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, vnam ad ædificationem ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur. Hic postea propter Ioannem discipulum, qui & Marcus vocabatur, separatus, à Paulo, nihilominus euangelicæ prædicationis iniunctum sibi opus exercuit.

LUCAS, medicus Antiochenus, vt eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, scèlator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scripsit euangelium, de quo idem Paulus, Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses. Salutem vos Lucas, medicus carissimus. Et ad Timotheum: Lucas est mecum solus. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo *ἡ ἱστορία τῶν ἀποστόλων* prænotatur: cuius historia vsque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id est, vsque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem vrbe librum esse compositum. Igitur *περί τοῦ* Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes apostoli, inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia *ἁποστόλου* Apostoli Pauli, conuictum à Ioanne, quod auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse: quidam suspicantur, quoricumque in epistolis suis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Lucæ significare volumine: & Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, sed à cæteris apostolis, quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium, sicut audierat, scripsit. Acta verò apostolorum, sicut viderat ipse, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens. sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem vicissimo Constantini anno, ossa eius cum reliquijs Andree Apostoli translata sunt de Achaia.

MARCVS, discipulus & interpret Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua auctoritate dedit, sicut scribunt Clemens in sexto *ὑποτύπωσις* libro, & Papias, Hierapopolitanus episcopus, meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: Salutem vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Assumpto itaque euangelio, quod ipse confecerat, perrexit Ægyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit ecclesiam, tanta doctrina, & vitæ continentia, vt omnes scèlatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo, disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit. Et quo modo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse commu-

nia: sic & ille, quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

IOANNES apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauit, nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asia episcopis, aduersus Cerinthum, aliosque hereticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma confurgens, qui asserunt, Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt: quod cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiarum, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnus tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Ioannis historiam texuisset. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit ijs, qui diligenter quattuor euangeliorum volumina legerint. Quæ res etià *διὰ τῶν*, quæ videtur Ioannis esse, cum cæteris tollit. Scripsit autem & vnam epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio, quod audiuiimus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ: quæ ab vniuersis ecclesiasticis, & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est: Senior electæ Dominiæ & natis eius: & sequentis: Senior Caio carissimo, quem ego diligo in veritate: Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulcrum apud Ephesum ostenditur: & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis euangelistæ esse: super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, differemus. Quarto decimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Iustinus martyr, & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Nerua principe redit Ephesum: ibique vsque ad Traianum principem perseuerans, totas Asia fundauit rexitque ecclesias, & confectus senio, sexagesimo octauo post passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est.

HERMAS, cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: Salute Asyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen, & qui cum eis fratres sunt: asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor, & apud quasdam Græciæ ecclesias etiam publicè legitur. Reuera utilis liber, multiq; de e scriptorum veterum vsurpauerunt testimonia. sed apud Latinos penè ignotus est.

PHILO Iudæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, iccirco à nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci euangelistæ apud Alexandriam scribens ecclesia, in nostrorum laude versatus est, non solum eos ibi, sed in multis quoque prouincijs esse memorans, & habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet talem primum Christo credentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidatur, orationi vacetur, & psalmis, doctrinæ quoque & continentia, quales & Lucas refert, primum Hierosolymæ fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Romæ periclitatum, quo legatus gentis suæ missus

missus fuerat. Cum secunda vice venisset ad Claudi-
dium, in eadem vrbe locutum esse cum Apostolo
Petro, eiusque habuisse amicitias, & ob hanc cau-
sam etiam Marci, discipuli Petri, apud Alexan-
driam sectatores ornasse laudibus. Extant huius
præclara & innumerabilia opera in quinque libros
Mosi: De confusione linguarum liber vnus: De
natura & inuentione liber vnus: De iis, quæ sensu
precamur, & detestamur, liber vnus: De eruditione
liber vnus: De hærede diuinarum rerum liber
vnus: De diuisione æqualium & contrariorum li-
ber vnus: De tribus virtutibus liber vnus: Quare
quorundam in scripturis mutata sunt nomina liber
vnus: De pactis libri duo: De vita sapientis liber
vnus: De gigantibus liber vnus: Quod quandoque
somnia mittantur à Deo libri quinque: Quæstio-
num & solutionum in Exodo libri quinque: De ta-
bernaculo & decalogo libri quatuor: Necnon de
victimis, & repromissionibus, siue maledictis: De
prouidentia: De Iudæis: De conuersatione vitæ:
De Alexandro, & quod propriam rationem muta
animalia habeant, & quod omnis insipiens seruus
sit. Et de vita nostrorum liber vnus, de quo supra
diximus, id est, de apostolicis viris, quem & inscrip-
sit *περί βίης θεωρητικῆς ἱερατῶν*, quod videlicet caele-
stia contemplantur, & semper Deum orent: De a-
gricoltura duo: De ebrietate duo. Sunt & alia eius
monumenta ingenij, quæ in nostras manus non
peruenerunt. De hoc vulgo apud Græcos dicitur,
ἡ πλείων φιλονίξει, ἢ φίλων πλεωνίξει, id est, aut Pla-
to Philonem sequitur, aut Platonem Philo: tanta
est similitudo sensuum & eloquij.

L. ANNÆVS Seneca Cordubensis, Socionis
Stoici discipulus, & patruus Lucani poetæ, conti-
nentissimæ vitæ fuit: quem non ponerem in cata-
logo sanctorum, nisi me illæ epistolæ prouocarent,
quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Se-
necæ ad Paulum, in quibus, cum esset Neronis
magister, & illius temporis potentissimus, optare
se dicit, eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus
apud Christianos. Hic ante biennium, quàm Pe-
trus, & Paulus coronarentur martyrio, à Nerone
interfectus est.

IOSEPHVS, Matthatiæ filius, ex Hierosoly-
mis sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tito filio
eius relictus est. Hic Romam veniens, septem li-
bros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq;
obtulit, qui bibliothecæ publicæ traditi sunt: & ob
ingenij gloriam statuam quoq; meruit Romæ. Scrip-
sit autem & alios viginti antiquitatum libros, ab
exordio mundi, vsque ad decimum quartum an-
num Domitiani Cæsaris, & duos *ἀρχαιότητος* ad-
uersum Appionem, grammaticum Alexandrinum,
qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium,
contra Philonem etiam librum, vituperationem
gentis Iudaicæ continentem, scripserat. Alius quo-
que liber eius, qui inscribitur *περί αυτοκράτορος λο-
γισμῶν*, valde elegans habetur, in quo & Macha-
bæorum sunt digesta martyria. Hic in decimo octa-
uo antiquitatum libro manifestissimè confitetur,
propter magnitudinem signorum, Christum à
phariseis interfectum, & Ioannem Baptistam verè
prophetam fuisse, & propter interfectionem Ia-
cobi apostoli, dirutam Hierosolymam. Scripsit au-
tem de Domino in hunc modum: Eodem tem-
pore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum eum
oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator
operum, & doctor eorum, qui libenter vera susci-
piunt: plurimos quoque tam de Iudæis, quàm de

gentibus, sui habuit sectatores, & credebatur esse
Christus. Cumque inuidia nostrorum principum,
cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus, qui eum
primum dilexerant, perseuerauerunt. Apparuit enim
eis tertia die viuens. Multa & hæc & alia mirabilia,
carminibus prophetarum de eo vaticinantibus, &
vsque hodie Christianorum gens ab hoc sortita vo-
cabulum, non defecit.

I V S T V S Tiberiensis, de prouincia Galilæa, co-
natus est & ipse Iudaicarum rerum historiam texe-
re, & quosdam commentariolos de scripturis com-
ponere, sed hunc Iosephus arguit mendacij. Con-
stat autem illum eo tempore scripsisse, quo & Io-
sephus.

C L E M E N S, de quo apostolus Paulus ad Philip.^{Philip. 4.}
penes scribens, ait: Cum Clemente & cæteris co-
operatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in
libro vitæ, quartus post Petrum Romæ episcopus.
si quidem secundus Linus fuit, & tertius Cletus,
tametsi plerique Latinorum, secundum post Pe-
trum apostolum putent fuisse Clementem. Scripsit
ex persona Romanæ ecclesiæ, ad ecclesiam Corin-
thiorum valde vtilem epistolam, quæ & in nonnul-
lis locis publicè legitur, quæ mihi videtur chara-
cteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos
fertur, conuenire. Sed & multis de eadem episto-
la, non solum sensibus, sed iuxta verborum quo-
que ordinem abutitur. Omnino grandis in vtraque
similitudo est. Fertur & secunda eius nomine epi-
stola, quæ à veteribus reprobat. Et disputatio
Petri & Appionis longo sermone conscripta,
quam Eusebius in tertio Historiæ ecclesiasticæ vo-
lumine coarguit. Obijt tertio Traiani anno, &
nominis eius memoriam vsque hodie Romæ extru-
cta ecclesia custodit.

I G N A T I V S Antiochenæ ecclesiæ tertius post
Petrum apostolum episcopus, commouente per-
secutionem Traiano, damnatus ad bestias, Ro-
mam vincus mittitur. Cumque nauigans, Smyr-
nam venisset, vbi Polycarpus auditor Ioannis epis-
copus erat, scripsit vnam epistolam ad Ephesios,
alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses,
quartam ad Romanos, & inde egrediens scripsit ad
Philadelphæos & ad Smyrnæos, & propriè ad Poly-
carpum, commendans illi Antiochensem eccle-
siam: in qua & de euangelio, quod nuper à me
translatum est, super persona Christi ponit testi-
monium, dicens: Ego verò & post resurrectionem
in carne eum vidi, & credo quia sit. Et quando ve-
nit ad Petrum, & ad eos, qui cum Petro erant, dixit
eis: Ecce, palpate me, & videte, quia non sum dæmo-
nium incorporale. Et statim tetigerunt eum, & cre-
diderunt. Dignum autem videtur, quia tanti viri fe-
cimus mentionem, & de epistola eius, quam ad Ro-
manos scribit, pauca ponere, De Syria vsque ad Ro-
mam pugno ad bestias in mari & in terra, nocte die-
que ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus,
qui me custodiunt: quibus & cum benefeceris, peio-
res sunt. Iniquitas autem eorum, meâ doctrina est,
sed non iccirco iustificatus sum. Vtinam fruar bestijs
quæ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi veloces
esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad come-
dendum me, ne sicut & aliorum martyrum non au-
deant corpus attingere. Quod si venire noluerint, e-
go vim faciam vt deuorer. Ignoscite mihi filioli:
quid mihi profit, ego scio. Nunc incipio Christi esse
discipulus, nihil de his, quæ videntur, desiderans, vt
Iesum Christum inueniam. Ignis, crux, bestia, con-
fractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis
contritio,

contritio, & tota tormenta diaboli, in me veniant, tantum vt Christo fruar. Cumq; iam damnatus esset ad bestias, & ardore patiendo rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mūdus inueniar. Passus est anno vndecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticā in cœmeterio.

POLYCARPVS, Ioannis apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos apostolorum, & eorum, qui viderant Dominum, magistros habuerit & viderit. Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones, sub Imperatore Antonino Pio, ecclesiam in vrbe regente Aniceto, Romam venit, vbi plurimos credentium, Marcionis & Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Cumq; ei fortuito obuiam fuisset Marcion, & diceret: Cognoscis nos? Respondit: Cognosco primogenitum diaboli. Postea verò regnante M. Antonino & L. Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnæ, sedente proconsule, & vniuerso populo in amphitheatro aduersus eum personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippenfes valde vtilem epistolam, quæ vsque hodie in Asiæ conuentu legitur.

PAPIAS, Ioannis auditor, Hierapolitanus episcopus in Asia, quinque tantum scripsit volumina quæ prænotauit, explanatio sermonum Domini. in quibus cum se in præfatione asserat, non varias opiniones sequi, sed apostolos auctores habere, ait: Considerabam, quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid alius Iacobus, quid Ioannes, quid Matthæus, vel alius quilibet discipulorum Domini: quid etiam Aristion, & senior Ioannes discipuli Domini loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum profunt, quantum viua vox, vsque hodie in suis auctoribus personans. Ex quo apparet ex ipso catalogo nominum, alium esse Ioannem, qui inter apostolos ponitur: & alium seniorem Ioannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiore opinionem, quam à plerisque retulimus traditam, duas posteriores epistolas Ioannis, non apostoli esse, sed presbyteri: hic dicitur mille annorum Iudaicam edidisse *δωδέκων*, quem secuti sunt Irenæus & Apollinarius, & cæteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnatum. Tertullianus quoq; in libro de spe fidelium, & Victorinus Pictauiensis, & Lactantius hac opinione ducuntur.

QUADRATUS, apostolorum discipulus, Publio, Athenarum episcopo, ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius substituitur, & ecclesiam, grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumq; Hadrianus Athenis exegisset hyemē, inuisens Eleusinam, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem ijs, qui Christianos oderant, absque præcepto imperatoris vexare credentes: porrexit ei librum, pro religione nostra compositum, valde vtilem, plenumq; rationis & fidei, & apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait, plurimos à se visos, qui sub Domino varijs in Iudæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant.

ARISTIDES Atheniensis, philosophus eloquentissimus, & sub pristino habitu discipulus Christi, volumen, nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore, quo & Quadratus, Hadriano principi dedit, id est, apologeticum, pro Christianis: quod

vsque hodie perseuerans, apud philologos ingenij eius indicium est.

AGRIPPA, cognomento Castor, vir valde doctus, aduersum vigintiquatuor Basilidis hæretici volumina, quæ in euangelium confecerat, fortissimè disseruit, prodens eius vniuersa mysteria, & prophetas enumerans, Barcaban & Marcob, & ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina: & Deum maximum eius Abraxas, qui quasi annum continens, iuxta Græcorum numerum suppurctur. Mortuus est autem Basilides, à quo Gnostici in Alexandria, temporibus Hadriani: qua tempestate & Chochibus, dux Iudaicæ factionis, Christianos varijs supplicij enecauit.

HEGESIPPVS vicinus apostolicorum temporum, omnes à passione Domini vsque ad suam ætatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, multaq; ad vtilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros composuit, sermone simplici: vt quorum vitam sectabatur, dicendi quoq; exprimeret characterem. Afferit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, & perseuerasse ibi vsque ad Eleutherum eiusdem vrbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea aduersum idola disputans, ex quo primum errore creuissent, subrexit historiam: ex qua ostendit, qua floruerit ætate. Ait enim: Tumulos mortuis templaq; fecerunt, sicut vsque hodie videmus: è quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicus agon exercetur apud Antinonum ciuitatem. quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in templo. Antinonum autem in delicijs habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.

IUSTINVS philosophus, habitu quoq; philosophorum incedens, de Neapoli, vrbe Palæstinæ, patre Prisco Bacchio, pro religione Christi plurimum laborauit, in tantum, vt Antonino quoq; Pio, & filijs eius, & senatui librum contra gentes scriptum daret, ignominiamq; crucis nõ erubesceret, & aliū librum successoribus eiusdem Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Extat eius & aliud volumen contra gentes, vbi de dæmonum quoque natura disputat: & quartum aduersus gentes, cui titulum prænotauit, *ἀλεγογος*: sed & aliud de monarchia Dei, & alius liber, quem prænotauit Psalten, & alius de anima. Dialogus contra Iudæos, quem habuit aduersus Tryphonem, principem Iudæorum, sed & contra Marcionem insignia volumina, quorum Irenæus quoque in quinto aduersus hæreses libro meminit: & alius liber contra omnes hæreses: cuius facit mentionem in apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hic, cū in vrbe Roma haberet *τας διαρρηχας* & Crescentem Cynicum, qui multa aduersum Christianos blasphemabat, redargueret, gulosum, & mortis timidum, luxuriæque & libidinum sectatorem, ad extremum studio eius & insidijs accusatus, quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit.

MELITO Asianus, Sardenfis episcopus, librum imperatori M. Antonino Vero, qui Frontonis oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Scripsit quoque & alia, de quibus ista sunt, quæ subiecimur: De Pascha libros duos: de vita prophetarum librum vnum: de ecclesia librum vnum: de die dominica librum vnum: de sensibus librum vnum: de fide librum vnum: de plasmate librum vnum: de anima & corpore librum vnum: de baptismo librum vnum: de veritate librum vnum: de generatione Christi librum vnum: de prophetia sua librum vnum:

de philoxenia librum vnum : & alium librum, qui Clauis inscribitur: de diabolo librum vnum: de Apocalypsi Ioannis librum vnum, *καὶ περὶ ἐπιστομῶν θεῶν* librum vnum : & *ἐκλογῶν* libros sex. Huius elegans & declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris, quos scripsit aduersus ecclesiam pro Montano, dicit, cum à plerisque nostrorum prophetam putari.

T H E O P H I L V S, sextus Anthiochenis Ecclesiae episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero librum contra Marcionem composuit, qui vsque hodie extat. Feruntur eius & ad Autolycum tria volumina, & contra haeresim Hermogenis liber vnus, & alij breues elegantesq; tractatus, ad aedificationem ecclesiae pertinentes. Legi sub nomine eius in euangelium & in Proverbia Solomonis commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia & phrasi non videntur congruere.

A P O L L I N A R I V S, Asiae Hierapolitanus episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero floruit, cui & insigne volumen pro fide Christianorum dedit. Extant eius & alij quinque aduersum gentes libri, & de veritate duo, & aduersum Cataphrygas, tuac primum exortos, cum Priscilla & Maximilla infans vatibus, incipiente Montano.

D I O N Y S I V S, Corinthiorum ecclesiae episcopus, tantae eloquentiae & industriae fuit, vt non solum suae ciuitatis & prouinciae populos, sed & aliarum prouinciarum & urbium episcopos epistolis erudiret. E quibus est vna ad Lacedaemonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedienfes, quarta ad Cretenses, quinta ad ecclesiam Amaltrianam, & ad reliquas Ponti ecclesias, sexta ad Gnostianos, & ad Pinytum, eiusdem urbis episcopum; septima ad Romanos, quam scripsit ad Soterem episcopum eorum; octaua ad Chryphoram, sanctam feminam. Claruit sub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo.

P I N Y T V S Cretensis, Gnostiae urbis episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthi episcopum valde elegantem epistolam: in qua docet, non semper laete populos nutriendos, ne quasi paruuli ab vltimo occupentur die: sed & solido vesci debere cibo, vt in spiritualem proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

T A T I A N V S, qui primum oratoriam docens, non paruam sibi ex arte rhetorica gloriam comparauerat, Iustini martyris sectator fuit, florens in ecclesia, quamdiu ab eius latere non discessit. Postea vero inflatus eloquentiae tumore, nouam condidit haeresim, quae Encratitarum dicitur, quam postea Seuerus auxit, à quo eiusdem partis haeretici Seueriani vsque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita scripsit volumina, è quibus vnus contra gentes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis. Et hic sub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

P H I L I P P V S, episcopus Cretensis, hoc est, urbis Gortynae, cuius Dionysius in epistola sua meminit, quam scripsit ad eiusdem ciuitatis ecclesiam, praeclearum aduersum Marcionem edidit librum; temporibusque M. Antonini Veri, & L. Aurelij Commodi claruit.

M V S A N V S, non ignobilis inter eos, qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub imperatore M. Antonino Vero, confecit librum aduersus quosdam fratres, qui de ecclesia ad Encratitarum haeresim declinauerant.

M O D E S T V S & ipse sub imperatore M. Antoni-

no, & L. Aurelio Commodo aduersum Marcionem scripsit librum, qui vsque hodie perueuerat. Feruntur sub nomine eius & alia *συζητήματα* sed ab eruditissimis quasi *ψευδ' επιγραφα* repudiantur.

B A R D E S A N E S in Mesopotamia clarus habitus est, qui primum Valentini sectator, deinde confutator, nouam haeresim condidit. Ardens eius à Syris praedicatur ingenium, & in disputatione vehemens. Scripsit infinita aduersum omnes pene haereticos, qui aetate eius pullulauerant. In quibus clarissimus ille est, & fortissimus liber, quem M. Antonino de fato tradidit: & multa alia super persecutione volumina, quae sectatores eius de Syra lingua verterunt in Graecam. Si autem tanta vis est, & fulgor in interpretatione, quantam putamus in sermone proprio?

V I C T O R, tertiusdecimus Romanae urbis episcopus, super quaestione Paschae, & alia quaedam scribens opuscula, rexit ecclesiam sub Seuero principe annis decem.

I R E N A E V S, Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat ecclesiam, presbyter, à martyribus eiusdem loci ob quaedam ecclesiae quaestiones legatus Romam missus, honorificas super nomine suo ad Eleutherum episcopum perfert litteras. Postea, iam Pothino prope nonagenario, ob Christum martyrio coronato, in locum eius substituitur. Constat autem, Polycarpi, cuius supra fecimus mentionem, sacerdotis & martyris, hunc fuisse discipulum. Scripsit quinque aduersus haereses libros, & contra gentes volumen breue, & de disciplina aliud, & ad Marcianum fratrem de apostolica praedicatione, & librum variorum tractatum, & ad Blastum de schismate, & ad Florinum de monarchia, siue quod Deus non sit conditor malorum, & *περὶ τῶν ὁμοουσῶν* egregium commentarium, in cuius sine significans se apostolorum temporum vicinum fuisse, sic subscripsit: Adiuro te, qui transcribis librum istum, per Dominum Iesum Christum, & per gloriosum eius aduentum, quo iudicaturus est viuos & mortuos, vt conferas postquam transcripseris, & emendes illum ad exemplar, vnde scripsisti, diligentissime: hanc quoque obtestationem similiter transferas, vt inuenisti, in exemplari. Feruntur eius & aliae ad Victorem episcopum Romanum, de quaestione Paschae epistolae, in quibus commonet eum, non facile debere vnitatem collegij scindere. Siquidem Victor multos Asiae, & orientis episcopos, qui à decimaquarta luna cum Iudaeis Pascha celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententia ij, qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maxime sub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in imperium successerat.

P A N T A E N V S, Stoicae sectae philosophus, iuxta quandam veterem in Alexandria consuetudinem, vbi à Marco euangelista semper ecclesiastici fuere doctores, tantae prudentiae & eruditionis, tam in scripturis diuinis, quam in saeculari litteratura fuit, vt in Indiam quoque, rogatus ab illius gentis legatis, à Demetrio Alexandriae episcopo mitteretur: vbi reperit, Bartholomaeum de duodecim apostolis, aduentum Domini Iesu, iuxta Marthae euangelium, praedicasse, quod Hebraicis litteris scriptum, reuertens Alexandriam, secum retulit. Huius multi quidem in sanctam scripturam extant commentarij, sed magis viua voce ecclesijs profuit. Docuitque sub Seuero principe, & Antonino cognomento Caracalla.

ΡΗΘΟΝ, genere Asianus, à Tatiano, de quo supra diximus, Romae in scripturis eruditissimus edidit

edidit plurima: præcipuumq; aduersus Marcionem opus, in quo refert, quo modo ipsi quoque inter se Marcionitæ discrepent, & Apellem senem alium hæreticum à se quondam fuisse conuentum, & risui habitum, eo quòd Deum, quem coleret, ignorare se diceret. Meminit in eodem libro, quem scripsit ad Callitionem, Tatiani se Romæ fuisse auditorem. Sed & in Hexæmeron elegantes tractatus composuit, & aduersum Phrygas insigne opus. Temporibusq; Commodi, & Seueri floruit.

CLEMENS, Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, Pantæni, de quo supra retulimus, auditor, post eius mortem Alexandria ecclesiasticam scholam tenuit, & *καθηγησων* magister fuit. Feruntur eius insignia volumina, plenaq; eruditionis & eloquentiæ, tam de scripturis diuinis, quàm de sæcularis litteraturæ instrumento. E quibus illa sunt, *ερωματα* libri octo: *υποτιτωσεων* libri octo: aduersus gentes liber vnus: pædagogii libri tres: de Pascha liber vnus: de ieiunio disceptatio: & alius qui inscribitur, Quisnam diues ille sit, qui saluetur. De obtrectatione liber vnus: de canonibus ecclesiasticis, & aduersum eos, qui Iudæorum sequuntur errorem, liber vnus, quem propriè Alexandro, Hierosolymorum episcopo, *προσφωνω*. Meminit autem in Stromatibus suis, voluminis Tatiani, aduersus gentes, de quo supra diximus: & Cassiani cuiusdam *χρονολογιας*, quod opusculum inuenire non potui. Necnon & de Iudæis Aristobulum quendam, & Demetrium & Eupoleum scriptores aduersus gentes refert, qui in similitudinem Iosephi *αρχαιογονιας* Moyse, & Iudaicæ gentis asseuerent. Extat Alexandri, Hierosolymorum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenes, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc vobis Domini, ac fratres scripta tramisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem, & probatum: quem vos quoque scitis, & nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset iuxta prouidentiam & visitationem Dei, confirmauit, & auxit Domini ecclesiam. Constat, Origenem huius fuisse discipulum. Floruit autem Seueri, & Antonini filij eius temporibus.

MILTIADES, cuius Rhodon in opere suo, quod aduersus Montanum, Priscillam, & Maximillamq; composuit, recordatur, scripsit contra eosdem volumen præcipuum: & aduersus gentes Iudæosque libros alios: & principi illius temporis apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Commodi temporibus.

APOLLONIUS, vir disertissimus, scripsit aduersus Montanum, Priscillam, & Maximillam insigne & longum volumen, in quo asserit Montanum & insanas vates perisse suspendio: & multa alia, in quibus de Priscilla, & Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, consistantur non esse prophetas, qui accipiunt: & mille hoc testibus approbabo. Sed & ex alijs fructibus probantur propheta. Dic mihi, crinem fucat propheta? stybio oculos linit? Propheeta vestibus & gemmis ornatur? Propheeta tabula ludit & tesseri? Propheeta fenus accipit? Respondeant, vtrum hoc fieri liceat, an non: meum est approbare, quod fecerint. Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum vsque ad tempus, quo ipse scribebat librum, ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus sex voluminibus aduersus ecclesiam editis, quæ scripsit *αποπινωσεων*, septimum propriè aduersus Apollonium elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere.

Floruit autem Apollonius sub Commodo, Seueroque principibus.

SARAPION, vndecimo Commodi imperatoris anno, Antiochiæ episcopus ordinatus, scripsit epistolam ad Carinum, & Pontium, de hæresi Montani, in qua & hæc addit: Vt autem sciatis falsi huius dogmatis, id est, nouæ prophetiæ, ab omni mundo insaniam reprobati, nisi vobis Apollinaris beatissimi, qui fuit in Hierapoli Asia episcopus, litteras. Ad Domnum quoq; , qui persecutionis tempore ad Iudæos declinauerat, volumen composuit, & alium de euangelio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rhofensem Ciliciæ ecclesiam, quæ in hæresim eius lectione diuerterat. Leguntur & sparsim eius breues epistolæ auctoris sui *αποστολαι*, & vitæ congruentes.

APOLLONIUS, Romanæ vrbs senator, sub Commodo principe à seruo Seuero proditus, quòd Christianus esset, imperato vt rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit, & nihilominus sententia senatus pro Christo capite truncatus est, veteri apud eos obtinentem lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum iudicium pertracti essent.

THEOPHILVS, Cæsareæ Palaestinae (quæ olim Turris Stratonis vocabatur) episcopus, sub Seuero principe aduersum eos, qui decimaquarta luna cum Iudæis Pascha faciebant, cum cæteris episcopis Synodicam valde vtilem composuit epistolam.

BACCHYLVS, Corinthi episcopus, sub eodem Seuero principe clarus habitus, de Pascha ex omnium, qui in Achaia erant episcoporum, persona, elegantem librum scripsit.

POLYCRATES, Ephesiorum episcopus, cum cæteris episcopis Asiae, qui iuxta quandam veterem consuetudinem cum Iudæis decimaquarta luna Pascha celebrabant, scripsit aduersus Victorem episcopum Romanum epistolam Synodicam, in qua docet se apostoli Ioannis & veterum auctoritatem sequi, de qua hæc pauca excerptimus: Nos igitur inuiolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Asia elementa maxima dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando venturus est de cælis in maiestate sua, & suscitaturus omnes sanctos, Philippum loquor de duodecim apostolis, qui dormiuit Hierapoli, & duas filias eius, quæ virgines senuerunt, & aliam eius filiam, quæ spiritu sancto plena, in Epheho occubuit. Sed & Ioannes, qui super pectus Domini recubuit, & pontifex eius fuit, auream laminam in fronte portans, martyr, & doctor in Epheho dormiuit, & Polycarpus episcopus, & martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoq; episcopus, & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi, & martyris recordari, qui in Laodicea soporatur, & Papij beati, & Melitonis in sancto spiritu eunuchi, qui semper domino seruiens, positus est in Sardis, & expectat in aduentu eius resurrectionem? Hi omnes obseruauerunt Paschæ diem decimaquarta luna, ab Euangelica traditione in nullam partem declinantes, & ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos & secutus sum (septem siquidē fuerunt propinqui mei episcopi, & ego octauus) semper Pascha celebraui, quando populus Iudæorū azyma faciebat. Itaq; , fratres, sexagintaquinque annos ætatis meæ natus in Domino, & à multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata

Act. 17.
Ioan. 27.

peragrata omni scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim maiores mei: Obsequere Deo magis oportet, quam hominibus. Hęc propterea posui, vt ingenium, & auctoritatem viri ex paruo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Seueri principis, eadem atate; qua Narcissus Hierosolymæ.

HERACLIVS, sub Commodi Seueriq; imperio, in apostolum commentarios composuit.

MAXIMVS sub iisdem principibus, famosam quæstionem insigni volumine ventilauit, vnde malum, & quod materia à Deo facta sit.

CANDIDVS, regnantibus supra scriptis, in Hexameron pulcherrimos tractatus edidit.

APPION sub Seuero principe, similiter in Hexameron tractatus fecit.

SEXTVS, sub imperatore Seuero, librum de resurrectione scripsit.

BRABIANVS sub eodem principe edidit quædam opuscula, ad Christianum dogma pertinentia.

IVDAS de septuaginta apud Daniele hebdomadibus plenissime disputauit, & chronographiam superiorum temporum vsque ad decimum Seueri perduxit annum. In qua erroris arguitur, quod aduentum antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit: sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum præsentem mundi minabatur occasum.

TERTULLIANVS presbyter, nunc demum primus post Victorem & Apollonium Latinorum ponitur, prouinciæ Africæ, ciuitatis Carthaginensis, patre centurione proconsulari. Hic acris & vehementis ingenij, sub Seuero principe & Antonino Caracalla floruit, multaq; scripsit volumina: quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod opidum Italiæ est, senem, qui se beati Cypriani iam grandis ætatis notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret, referre; sibi solitum, numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnam diem præterisse: ac sibi crebro dicere: Da magistram: Tertullianum videlicet significans. Hic cum vsque ad mediam ætatem presbyter ecclesiæ permansisset, inuidia postea & contumelijs clericorum Romanæ ecclesiæ ad Montani dogma delapsus, in multis libris nouæ prophetiæ meminit: specialiter autem aduersum Ecclesiam texuit volumina De pudicitia, De persecutione, De ieiunijs, De monogamia, De ecclasi libros sex, & septimum quem aduersum Apollonium composuit. Ferturq; vixisse vsque ad decrepitam ætatem, & multa, quæ non extant, opuscula condidisse.

ORIGENES, qui & Adamantius, decimo Seueri Pertinacis anno aduersum Christianos persecutione commota, à Leonide patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. rem enim familiarem ob confessionem Christi siccus occupauerat. Hic Alexandriæ, dispersa Ecclesia, decimo octauo ætatis suæ anno, κατηχησεων opus aggressus: postea à Demetrio, eiusdem vrbis episcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit: & cum iam mediæ esset ætatis, & propter ecclesiasticas Achaïæ, quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palestinam pergeret, à Theodotisto & Alexandro, Cæsareæ & Hierosolymarum episcopis, presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum, qui tanta in eum debacchatus est insania, vt per totum

mundum super nomine eius scriberet. Constat eum, antequam Cæsaream migraret, fuisse Romę sub Zephyrino episcopo, & statim Alexandriam reuersum, Heraclan presbyterum, qui sub habitu philosophi perseuerabat, adiutorem sibi fecisse κατηχησεως, qui quidem & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantę autem glorię fuerit, hinc apparet, quod Phirmilianus, Cæsareæ episcopus, cum omni Cappadocia eum inuitauit, & diu tenuit, & postea sub occasione sanctorum locorum Palestinam veniens, diu Cæsareæ in sanctis scripturis ab eo eruditus est: sed & illud, quod ad Mammæam, matrem Alexandri imperatoris, religiosam feminam, rogatus venit Antiochiam; & summo honore habitus est: quodq; ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius litteras fecit: quæ vsque hodie extant: quis ignorat? Et quod tantum in scripturis diuinis habuerit studij, vt etiam Hebræam linguam contra ætatis gentisq; suæ naturam edisceret: & exceptis septuaginta interpretibus, alias quodque editiones in vnum congregaret volumen, Aquilæ scilicet Pontici profelyti, & Theodotionis Hebionei, & Symmachi eiusdem dogmatis, qui in euangelium quoque κατὰ Μαρθαίον scripsit commentarios, de quo & suum dogma confirmare conatur. Præterea quintam & sextam & septimam editionem, quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus, miro labore reperit, & cum cæteris editionibus comparauit. Et quia indicem operum eius in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistola contra Varronis opera conferens posui, nunc omitto: illud de immortalitate eius ingenio non tacens, quod Dialecticam quoque, & Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Grammaticam, & Rhetoricam, omniumq; philosophorum sectas ita didicit, vt studiosos quoq; secularium litterarum sectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, concursusq; ad eum miri fierent, quos ille propterea recipiebat, vt sub occasione secularis litteraturæ, in fide Christi eos infunderet. De crudelitate autem persecutionis, quæ aduersum Christianos sub Decio confurrexit, eo quod in religionem Philippi desauiret, quem & interfecit, superfluum est dicere, cum etiam Fabianus Romanæ ecclesiæ episcopus in ipsa occubuerit, & Alexander Babylasq; Hierosolymorum, & Antiochenæ ecclesiæ pontifices in carcere pro confessione dormierint. Et super Origenis statu, si quis scire velit, quid actum sit, primum quidem de epistolis eius, quæ post persecutionem ad diuersos missæ sunt; deinde & de sexto Eusebij Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ libro, & pro eodem Origene in sex voluminibus poterit liquidò cognoscere. Vixit vsque ad Gallum & Volusianum, id est, vsque ad lxx. ætatis suæ annum; & mortuus est Tyri, in qua vrbe & sepultus est.

HAMMONIVS, vir disertus, & eruditus in philosophia, eodem tempore Alexandriæ clarus habitus est: qui, inter multa ingenij sui & præclara monumenta, etiam de consonantia Moysi, & Iesu elegans opus composuit, & euangelicos canones excoGITAVIT, quos postea securus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falso accusat Porphyrius, quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum constet, eum vsque ad extremam vitam Christianum perseuerasse.

AMBROSIVS, primum Marcionites, deinde ab Origene correctus, Ecclesiæ diaconus, & confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, cui pro Theodotisto presbytero liber Origenis de martyrio scribitur

scribitur. Huius industria, & sumptu, & instantia, ad hunc infinita Origenes dictavit volumina. Sed & ipse, quippe ut vir nobilis, non inelegantis ingenij fuit, sicut eius ad Origenem epistola indicio sunt. Obijt ante mortem Origenis: & in hoc à plerisque reprehenditur; quod vir locuples amici sui, egeni, senis, & pauperis, moriens non sit recordatus.

TRYPHON, Origenis auditor, ad quem nonnullae eius extant epistolae, in scripturis eruditissimus fuit. quod quidem & multa eius sparsim ostendunt opuscula, sed praecipue liber, quem composuit de vacca rufa in Numeris, & de dichotomematibus, quae eum columba, & turture Abraam ponuntur in Genesi.

MINUCIUS Felix, Romae insignis causidicus, scripsit dialogum Christiani, & ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur: sed & aliud sub nomine eius fertur de fato, vel contra Mathematicos; qui, cum sit & ipse disertus hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo convenire. Meminit huius Minucij & Lactantius in libris suis.

GAIUS sub Zephyrino, Romanae urbis episcopo, id est, sub Antonino, Seueri filio, disputationem aduersum Proculum, Montani sectatorem, valde insignem habuit; arguens eum temeritatis, super novam prophetiam defendendam: & in eodem volumine epistolas quoque Pauli, tredecim tantum enumerans, decimam quartam, quae fertur ad Hebraeos, dicit non eius esse. sed & apud Romanos vsque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

BERYLLVS, Arabiae Bostrenus episcopus, cum aliquanto tempore gloriose rexisset ecclesiam, ad extremum lapsus in haeresim, quae Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus, scripsit varia opuscula: & maximè epistolas, in quibus Origene gratias agit: sed & Origenis ad eum litterae sunt. Extat dialogus Origenis, & Berylli, in quo haereseos coarguitur. Claruit autem sub Alexandro, Mammeae filio, & Maximino, & Gordiano, qui ei in imperium successerunt.

HIPPOLYTUS, cuiusdam ecclesiae episcopus, (nomen quippe urbis scire non potui) rationem Paschae, temporumque Canonem scripsit vsque ad primum annum Alexandri imperatoris, & sedecim annorum circulum, quem Graeci *ἐκκαίδεκαετηρίδα* vocant, reperit; & Eusebio, qui super eodem Pascha canonem, decem & nouem annorum circulum, id est, *ἐννεακαίδεκαετηρίδα* composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, è quibus hos reperi, in *ἔξαήμερον*, & in Exodum, & in Canticum canticorum, in Genesim, & in Zachariam, de Psalmis, & in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Proverbijs, de Ecclesiaste, de Saul, de Phytomissa, de Antichristo, de Resurrectione, contra Marcionem, de Pascha, aduersum omnes haereses, & *προσομιλιών*, de laude Domini Saluatoris; in qua, praesente Origene se loqui in ecclesia, significat. In huius aemulationem Ambrosius, quem de Marcionis haeresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem, in Scripturas commentarios scribere, praebens ei septem & eo amplius notarios, eorumque expensas, & librorum parem numerum: quodque his maius est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Vnde in quadam epistola *ἐρωδιώωντων* cum Origenes vocat.

ALEXANDER, episcopus Cappadociae, cum, desiderio sanctorum locorum, Hierosolymam per-

geret, & Narcissus eiusdem urbis, iam senex regeret ecclesiam, & Narcisso, & multis clericis eius reuelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adiutor sacerdotalis cathedrae esse deberet. Itaque, re ita completà, ut praedicta fuerat, cunctis in Palaestina episcopis in vnum congregatis, adnitente quoque ipso, vel maximè Narcisso, Hierosolymitanæ ecclesiae cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cuiusdam epistolae, quam scribit ad Antinoitas super pace ecclesiae, ait: Salutem vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, & nunc mecum eundem orationibus regit, annos natus circiter centum sedecim, & vos mecum precatur, ut vnum idemque sapiatis. Scripsit & aliam ad Antiochenses per Clementem presbyterum Alexandriæ, de quo supra diximus: necnon ad Origenem, & pro Origene contra Demetrium, eo quod iuxta testimonium Demetrii cum presbyterum constituerit. Sed & aliae eius ad diversos feruntur epistolae. Septima autem persecutione sub Decio, quo tempore Babylas Antiochiae passus est, ductus Caesaream, & clausus in carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatur.

IULIUS Africanus, cuius quinque de temporibus extant volumina, sub imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata est. Huius extat epistola ad Origenem, super quaestione Susanna, eo quod dicat in Hebraeo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia, *ἀπὸ τῆς σχήμας σχήμας, καὶ ἀπὸ τῆς πρῆς πρῆς*: contra quem doctae epistolae scribit Origenes. Extat eius ad Aristidem altera epistola, in qua super diaphonia, quae videtur esse in genealogia Saluatoris apud Matthaeum, & Lucam, plenissimè disputat.

GEMINVS, Antiochenae ecclesiae presbyter, pauca ingenij sui monumenta composuit, florens sub Alexandro principe, & episcopo urbis suae Zebeno, eo vel maximè tempore, quo Heraclas Alexandrinae ecclesiae pontifex ordinatus est.

THEODORVS, qui postea Gregorius appellatus est, Neocaesarea Ponti episcopus admodum adolescens, ob studia Graecarum, & Latinarum litterarum de Cappadocia Berytum, & inde Caesarem Palaestinae transfijt, iuncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, eos ad philosophiam cohortatus est: in qua paulatim Christi fidem subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaque erudit ab eo, remittitur ad matrem; è quibus Theodorus proficiscens *πρωτηγυριον ἐν χαρισίαις* scripsit Origeni: & convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene praesente recitavit, qui vsque hodie extat. Scripsit & *μετάφρασιν* in Ecclesiasten, breuem quidem, sed valde vtilem. Et aliae huius vulgò feruntur epistolae, sed praecipue signa, atque miracula, quae iam episcopus cum multa ecclesiarum gloria perpetrauit.

CORNELIUS, Romanae urbis episcopus, ad quem octo Cypriani extant epistolae, scripsit epistolam ad Flavianum, Antiochenae ecclesiae episcopum de Synodo Romana, Italica, Africana; & aliam de Nouatiano, & de ijs, qui lapsi sunt, tertiam de gestis Synodi, quartam ad eundem Flavianum, valde prolixam, & Nouatianae haereseos causas, & anathema continentem. Rexit ecclesiam annis duobus sub Gallo, & Volusiano; cui, ob Christum martyrio coronato, successit Lucius.

CYPRIANVS Afer primò gloriose rhetoricam docuit:

docuit: exinde, suadente presbytero Cæcilio, à quo & cognomentum sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit; ac post non multum temporis electus in presbyterum, etiam episcopus Carthaginensis constitutus est. Huius ingenij superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano, & Gallieno principibus, persecutione octaua, eodem die, quo Romæ Cornelius, sed non eodẽ anno.

PONTIVS, diaconus Cypriani, vsque ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ, & passionis Cypriani reliquit.

DIONYSIVS, Alexandrinæ vrbs episcopus, sub Heracla scolarum κατηχησίων presbyter tenuit, & Origenis valde insignis adiutor fuit. Hic, in Cypriani & Africane synodi dogma cõsentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diuersos plurimas misit epistolas, quæ vsque hodie extant: & ad Flavianum Antiochenæ vrbs episcopum scripsit de poenitentia, & ad Romanos per Hippolytum alteram: ad Xystũ, qui Stephanus successerat, duas epistolas: & ad Philemonẽ, & ad Dionysium, Romanæ ecclesiæ presbyteros, duas epistolas: & ad eundem Dionysium, postea Romæ episcopum, & ad Nouatianum causantem, quod inuitus Romæ episcopus ordinatus esset: cuius epistolæ hoc exordium est: Dionysius Nouatiano fratri salutem. Si inuitus, vt dicis, ordinatus es, probabis, cum volens secesseris. Est eius ad Dionysium & ad Didymum altera epistola: & εὐρησάντων de Pascha plurimæ, declamatorio sermone conscriptæ, & ad Alexandrinam ecclesiam de exilio: & ad Heraclam in Ægypto episcopum: & alia de mortalitate, & de sabbaro, & περὶ γυμνασίου, & ad Hermam monem, & alia de persecutione Decij: & duo libri aduersum Nepotem, episcopum, qui mille annorum corporale regnum suis scriptis asseuerat: in quibus & de Apocalypsi Ioannis diligentissimè disputat. & aduersum Sabellium, & ad Ammonem, Beronices episcopum, & ad Telephorum, & ad Euphran, & quatuor libri ad Dionysium, Romanæ vrbs episcopum, & ad Laodicenses de poenitentia: item ad Cononẽ de poenitentia, & ad Originẽ de martyrio, ad Armenios de poenitentia, & de ordine delictorũ, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Euphranorem. Ad Basilidem quoque multæ epistolæ, in quarum vna se asserit, etiam in Ecclesiasten copisse scribere commentarios. Sed aduersum Paulum Samosatenum, ante paucos dies, quàm moreretur, insignis eius fertur epistola. Moritur duodecimo Galieni anno.

NOVATIANVS, Romanæ vrbs presbyter, aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, Nouitianorum, quod Græcè dicitur καθάρων, dogma constituit, nolens apostatas suscipere poenitentes. huius auctor Nouatus, Cypriani presbyter fuit. Scripsit autem de Pascha, de sabbaro, de circumcissione, de sacerdote, de oratione, de cibis Iudaicis, de instantia, de Attalo, multaq; alia, & de trinitate grande volumen, quasi ἐπιτομὴν operis Tertulliani faciens: quod pleriq; nescientes, Cypriani existimant.

MALCHION, disertissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter, quippe qui in eadem vrbe rhetoricam florentissimè docuerat, aduersum Paulum Samosatenum, qui Antiochenæ ecclesiæ episcopus, dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notarijs disputauit: qui dialogus vsque hodie extat. Sed & alia grandis epistola ex persona synodi ab eo scripta ad Dionysium, & Maximum, Romanæ, & Alexandri-

næ ecclesiæ episcopus, dirigitur. Floruit sub Claudio, & Aureliano.

ARCHELAVS, episcopus Mesopotamiæ, librum disputationis suæ, quam habuit aduersum Manichæum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus in Græcum habetur à multis. Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano, & Tacito successerat.

ANATOLIVS Alexandrinus, Laodicæ Syriæ episcopus, sub Probo, & Caro imperatoribus floruit, miræ doctrinæ vir fuit in arithmetica, geometria, astronomia, grammatica, rhetorica, dialectica, cuius ingenij magnitudinem de volumine, quod super Pascha composuit, & ex decem libris de Arithmeticæ institutionibus, intelligere possimus.

VICTORINVS, Pictauiensis episcopus, non æque Latinè, vt Græcè, nouerat. vnde opera eius grandia sensibus, viliora videntur compositione verborum. Sunt autem hæc: Commentarij in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Esaiam, in Hezechielem, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica canticorum, in Apocalypsum Ioannis, aduersum omnes hæreses, & multa alia. ad extremum martyrio coronatus est.

PAMPHILVS presbyter, Eusebij Cæsariensis episcopi necessarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt maximam partem Origenis voluminum sua manu describeret, quæ vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur: sed & in duodecim prophetas viginti quinque ἐξηγησίων. Origenis volumina, manu eius exarata, reperi, quæ tanto amplector, & seruo gaudio, vt Cræsi opes habere me credam. si enim lætitia est, vnã epistolam habere martyris: quanto magis tot millia versuum, per quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia? Scripsit autem, quàm Eusebium scriberet apologeticum pro Origene: & passus est Cæsaræ Palæstinæ, sub persecutione Maximini.

PIERIVS, Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, sub Caro, & Diocletiano principibus, eo tempore, quo eandem ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissimè docuit populos, & in tantam sermonis, diuersorumq; tractatum, qui vsque hodie extant, venit elegantiam, vt Origenes iunior vocaretur. Constat hunc miræ ἀσκησεως, & appetitorem voluntariæ paupertatis, scientissimumque dialecticæ, & rhetoricæ artis, & post persecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Huius est longissimus tractatus de Propheta Osee; quem in peruiugio Paschæ habitum, ipse sermo demonstrat.

LUCIANVS, vir disertissimus, Antiochenæ ecclesiæ presbyter, tantum in scripturarum studio laborauit, vt vsq; nunc quædam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupentur. Feruntur eius de fide libelli, & breues ad nonnullos epistolæ. Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ.

PHILEAS de vrbe Ægypti, quæ vocatur Thmuis, nobili genere, & non paruis opibus, suscepto episcopatu, elegantissimum librum de martyrum laude composuit, & disputatione actorum habita aduersum iudicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur, eodem in Ægypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ.

ARNOBIVS sub Diocletiano principe Siccæ, apud Africam florentissimè rhetoricam docuit: scripsitque aduersum gentes, quæ vulgo extant volumina.

FIRMIANVS, qui & Lactantius, Arnobij discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio Grammatico, cuius de medicinalibus versu compositi extant libri, Nicomediæ Rhetoricam docuit; ac, panuria discipulorum, ob Græcam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus eius symposium, quod adolescentulus scripsit Africa, & ὁδοπορικὸν de Africa vsque Nicomediæ, hexametris scriptum versibus; & alium librum, qui inscribitur Grammaticus; & pulcherrimum de ira Dei; & institutionum diuinarum aduersum gentes libros septem; & ἐπιτομὴν eiusdem operis in libro vno acphalo, & ad Alcibiadem libros duos, de persecutione librum vnum, ad Probum epistolarum libros quatuor, ad Seuerum epistolarum libros duos, ad Demetrianum auditorem suum epistolarum libros duos, ad eundem de officio Dei, vel formatione hominis, librum vnum. Hic in extrema senectute magister Cæsaris Crispi, filij Constantini, in Gallia fuit, qui postea à patre interfectus est.

EUSEBIVS, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, in scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, edidit infinita volumina. De quibus hæc sunt: *εὐαγγελικῆς ἀποδόξεως* libri viginti. *εὐαγγελικῆς παρασκευῆς* libri quindecim. *θεοφανείας* libri quinque. ecclesiastica historia libri decem. chronicon omnimoda historia, & eorum ἐπιτομὴ. & de euangeliorum diaphonia, in Esaiam libri decem, & contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, vt quidam putant, libri triginta: de quibus ad me viginti tantum perueniunt. *ποπικῶν* liber vnus. *ἀπολογίαι* pro Origene libri sex. de vita Pamphili libri tres. De martyribus alia opuscula. Et in c. psalmos eruditissimi commentarij, & multa alia. Floruit maximè sub Constantino imperatore, & Constantio, & ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo cognomentum sortitus est.

RHÆTICVS, Aduorum, id est, Augustudunensis episcopus, sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Gallijs. Leguntur eius commentarij in Cantica canticorum; & aliud grande volumen aduersus Nouatianum. nec præter hæc quidquam eius operum reperiri.

METHODIVS, Olympi Lyciæ, & postea Tyri episcopus, nitidi, compositique sermonis aduersus Porphyrium confecit libros, & symposium decem virginum, de resurrectione opus egregium; contra Origenem, & aduersus eundem de Psychonissa, & de ἀντιζουσίῳ. in Genesim quoque; & in Cantica canticorum commentarios: & multa alia, quæ vulgo lectantur. & ad extremum nouissimæ persecutionis, siue, vt alij affirmant, sub Decio, & Valeriano, in Chalcide Græciæ, martyrio coronatus est.

IUVENCVS, nobilissimi generis, Hispanus, presbyter, quattuor euangelia hexametris versibus penè ad verbum transferens, quattuor libros composuit, & nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe.

EUSTATHIVS, genere Pamphilius, Sidites, primum Bercæ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit ecclesiam; & aduersus Arianorum dogma componens multa, sub Constantio principe pulsus est in exilium Traianopolim Thraciarum, vbi vsque hodie conditus est. Extant eius volumina de anima, de engastri-mytho aduersus Origenem, & infinitæ epistolæ,

quas enumerare longum est.

MARCELLVS, Ancyranus episcopus, sub Constantio, & Constante principibus floruit, multaque diuersarum ἁποθέρσεων scripsit volumina, & maximè aduersus Arianos. Feruntur contra hunc Asterij, & Apollinarij libri, Sabellianæ cum hæresis arguentes. sed & Hilarius in septimo aduersus Arianos libro, nominis eius, quasi hæretici, meminit. Porro ille defendit, se non esse dogmatis, cuius accusatur; sed communionem Iulij, & Athanasij, Romanæ, & Alexandrinæ vrbs pontificum, se esse munitum.

ATHANASIVS, Alexandrinæ vrbs episcopus, multas Arianorum perpeffus insidias, ad Constantem, Galliarum principem fugit, vnde reuersus cum litteris, & rursus post mortem eius fugatus, vsque ad Iouiani imperium latuit; à quo recepta ecclesia, sub Valente moritur. Feruntur eius aduersus gentes duo libri, & contra Valentem, & Vrsatium vnus, & de virginitate, & de persecutionibus Arianorum plurimi, & de psalmorum titulis, & historia, Antonij monachi vitam continens, & ἱερτυς καὶ epistolæ; & multa alia, quæ enumerare longum est.

ANTONIVS monachus, cuius vitam Athanasius, Alexandrinæ vrbs episcopus, insigni volumine profecutus est, misit Ægyptiacæ ad diuersa monasteria Apostolici sensus, sermonisque epistolas septem, quæ in Græcam linguam translatae sunt: quarum præcipua est ad Arsenoitas. Floruit sub Constantino, & filijs eius regnantibus. Vixit annos centum quinque.

BASILIVS, Ancyranus episcopus, artis medicinæ, scripsit contra Marcellum & de virginitate librum, & nonnulla alia, & sub rege Constantino Macedonianæ partis cum Eustathio Sebasteno princeps fuit.

THEODORVS, Heracliæ Thraciarum episcopus, elegantis, aperti que sermonis, & magis historicae intelligentiæ, edidit sub Constantio principe commentarios in Matthæum, & in Ioannem, & in Apostolum, & in Psalterium.

EUSEBIVS, Emesenus episcopus, elegantis, & rhetorici ingenij, innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros: magisque historiam profecutus, ab ijs, qui declamare volunt, studiosissimè legitur: e quibus vel præcipui sunt aduersus Iudæos, & gentes, & Nouatianos, & ad Galatas libri decem, & in euangelia homiliae breues, sed plurimæ. Floruit temporibus Constantij imperatoris, sub quo & mortuus, & Antiochiæ sepultus est.

TRIPHILLIVS, Cypro Ledrensis, siue λευτεῶνος episcopus, eloquentissimus suæ ætatis, & sub rege Constantio celeberrimus fuit. Legi eius in Cantica canticorum commentarios. Et multa alia composuisse fertur, quæ in nostras manus minimè perueniunt.

DONATVS, à quo Donatiani, per Africam sub Constante, Constantioque principibus, afferens à nostris scripturas in persecutione ethnicis traditas, totam penè Africam, & maximè Numidiam sua persuasione decepit. Extant eius multa, ad suam hæresim pertinentia, & de spiritu sancto liber, Ariano dogmati congruens.

ASTERIVS, Arianae philosophus factionis, scripsit, regnante Constantio, in epistolam ad Romanos, & in euangelia, & psalmos commentarios, & multa alia, quæ à suæ partis hominibus studiosissimè leguntur.

LVCIFER, Caralitanus episcopus, cum Pancratio, & Hilario, Romanæ ecclesiæ clericis, ad Constantium imperatorem à Liberio episcopo pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasij Nicenam damnare fidem, Palæstinam relegatus, miræ constantiæ, & præparati animi ad martyrium, contra Constantium imperatorem scripsit librum, eiq; legendum misit: ac non multo post sub Iuliano principe Caralis reuersus, Valentiniano regnante obiit.

EVSEBIVS, natione Sardus, & ex lectore vrbs Romanæ, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei à Constantio principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano imperatore ad ecclesiam reuersus, edidit in psalmos commentarios Eusebij Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat. Mortuus est Valentiniano, & Valente regnantibus.

FORTVNATIANVS, natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantino, in euangelia titulis ordinatis, breui & rustico sermone scripsit commentarios: & in hoc habetur detestabilis, quod Liberium, Romanæ vrbs episcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus sollicitauit, ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulsi.

ACACIVS, quem, quia luiscus erat, *μορόφαλμον* nuncupabant, Cæsariensis ecclesiæ in Palæstina episcopus, elaborauit in Ecclesiasten decem & septem volumina, & *συμμίκτων ἑτημάτων* sex, & multos præterea, diuersosq; tractatus. In tantum autem sub Constantio imperatore claruit, vt in Liberij locum, Romæ Felicem, Arianum episcopum, constitueret.

SARAPION, *Ἐμμέως*, Ægypti vrbs episcopus, qui ob elegantiam ingenij, cognomen Scholastici meruit, carus Antonio Monacho, edidit aduersum Manichæum egregium librum, & de psalmorum titulis alium, & ad diuersos viles epistolas. & sub Constantio principe etiam in confessione inclutus fuit.

HILARIVS, vrbs Pictaunorum Aquitanæ episcopus, factione Saturnini, Arelatensis episcopi, de synodo Piterensi, Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arianos confecit libros: & alium librum de synodis, quem ad Galliarum episcopos scripsit: & in psalmos commentarios, primum videlicet & secundum, & à quinquagesimo primo vsque ad sexagesimum secundum, & à centesimo decimo octauo vsque ad extremum: in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrexerat: & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit: & liber aduersum Valentem & Vrsatium, historiam Ariminensis & Seleuciensis synodi continens: & aduersus præfectum Sallustium, siue contra Dioscorum, & liber hymnorum, & mysteriorum alius: & commentarij in Matthæum: & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad sensum translulit, & alius elegans libellus contra Auxentium: & nonnulla ad diuersos epistolæ. Aiunt quidam, scripsisse eum & in Cantica canticorum: sed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictaui, Valentiniano, & Valente regnantibus.

VICTORINVS, natione Afer, Romæ sub Constantio principe rhetoricam docuit: & in extrema senectute, Christi se tradens fidei, scripsit aduersus Arianum libros more dialectico valde obscuros, qui ab

eruditus modò intelliguntur: & commentarios in Apostolum.

TITVS, Bostrinus episcopus, sub Iuliano, & Iouiano principibus, fortes aduersum Manichæos scripsit libros, & nonnulla alia. Moritur autem sub Valente.

DAMASVS, Romanæ vrbs episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaq; & breuia metro edidit: & prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.

APOLLINARIVS, Laodicensis Syriæ episcopus, patre presbytero, magis grammaticis in adolescentia operam dedit: & postea in sanctas scripturas innumerabilia scribens volumina, sub Theodosio imperatore obiit. Extant eius aduersum Porphyrium triginta libri, qui inter cætera opera eius vel maximè probantur.

GREGORIVS, Bæticus, Illiberi episcopus, vsq; ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit, & de fide elegantem librum, qui hodieque superesse dicitur.

PACIANVS, in Pyrinæi iugis, Barcionæ episcopus, castitate, & loquentia, & tam vita, quàm sermone clarus, scripsit varia opuscula, de quibus est *κέρως*, & contra Nouatianos. Sub Theodosio principe iam vltima senectute mortuus est.

PHOTINVS de Gallogræcia, Marcelli discipulus, Sirmij episcopus ordinatus, Hebionis hæresim instaurare conatus est: postea, à Valentiniano principe pulsus ecclesia, plura scripsit volumina, in quibus vel præcipua sunt, contra gentes, & ad Valentianum libri.

SOEBADIVS, Agenni Galliarum episcopus, edidit contra Arianos librum. Dicuntur & eius esse alia opuscula, quæ necdum legi. Viuit vsque hodie decrepita senectute.

DIDYMVS Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob id elementorum quòque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, vt dialecticam quòque, & geometriam, quæ vel maximè visu indiget, vsque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit: commentarios in psalmos omnes; commentarios in euangelium Matthæi, & Ioannis; & de dogmatibus, & contra Arianos libros duos; & de spiritu sancto librum vnum, quem ego in Latinum verti; in Esaiam tomos decem & octo; in Osee, ad me scribens, commentariorum libros tres, & in Zachariam, meo rogatu, libros quinque: commentarios in Iob, & infinita alia, quæ digerere, proprij indicis est. Viuit vsque hodie, & octogesimum tertium ætatis excessit annum.

OPTATVS Afer, episcopus Miliuitanus, ex parte catholica, scripsit sub Valentiniano, & Valentino principibus aduersum Donatianæ partis calumniam libros sex, in quibus asserit, crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

AQVILIVS Seuerus, in Hispania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen, quasi *ὁδὸς ὁμιλικῶν*, totius suæ vitæ statum continens, tam prosa, quàm versibus, quod vocauit *κατὰς ῥοσθῆν*, siue *πείραν*, & sub Valentiniano principe obiit.

CYRILLVS, Hierosolymorum episcopus, sæpe pulsus Ecclesia, & receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annis inconcussus episcopatum tenuit. Extant eius *κατηχήσεις*, quas in adolescentia composuit.

Græcus & multa manuscripta exemplaria, non habent Arianum.

EVZOIVS apud Thespesium rhetorem, cum Gregorio Nazianzeno episcopo, adolescens Cæsareæ eruditus est: & eiusdem postea vrbis episcopus, plurimo labore, corruptam bibliothecam Origenis, & Pamphili, in membranis insaurare conatus est: ad extremum sub Theodosio principe Ecclesia pulsus est. Feruntur eius varij multiplicēsque tractatus, quos nosse perfacile est.

EPIPHANIVS, Cypri Salaminæ episcopus, scripsit aduersum omnes hæreses libros, & multa alia, quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus propter verba læcitantur. Superest vsque hodie, & in extrema senectute varia cudit opera.

EPHRAEM, Edessæ ecclesiæ diaconus, multa Syro sermone composuit: & ad tantam venit claritudinem, vt post lectionem Scripturarum, publicè in quibusdam ecclesijs eius scripta recitentur. Legi eius de spiritu sancto Græcum volumem, quod quidam de Syriaca lingua verterat, & acumen sublimis ingenij etiam in translatione cognoui. Decessit sub Valente principe.

BASILIVS, Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, episcopus, egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de Spiritu sancto volumem, & in hexameron homilias nouem, & *εἰς ἑπτὰ ἡμέρας*, & breues, variōsque tractatus. Moritur imperante Gratiano.

GREGORIVS, primum Sasimorum, deinde Nazianzenus episcopus, vir eloquentissimus, præceptor meus, quo scripturas explanante didici, ad triginta millia versus omnia opera sua composuit, è quibus illa sunt: De morte fratris Cæsarij: *περὶ φιλοπρωχίας*: laudes Machabæorum: laudes Cypriani: laudes Athanasij: laudes Maximi philosophi, post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt: quia est & alius liber, vituperationem eiusdem Maximi continens: quasi non licuerit eundem & laudare, & vituperare pro tempore. Et liber, hexametro versu, virginitatis, & nuptiarum, contra se differentium. Aduersum Eunomium liber vnus. De spiritu sancto liber vnus. Contra Iulianum Imperatorem libri duo. Secutus est autem Polmonem dicendi caractere: *βιωός*; se, episcopum in loco suo ordinans, ruri vitam monachi exercuit. Decessitque ante hoc ferme triennium, sub Theodosio principe.

LVCIVS, post Athanasium Arianæ partis episcopus, vsque ad Theodosium principem, à quo & pulsus est, Alexandrinam ecclesiam tenuit. Extant eius solemnes de Pascha epistolæ, & pauci variarum *ὑποθέσεων* libelli.

DIODORVS, Tarsensis episcopus, dum Antiochiæ esset presbyter, magis claruit. Extant eius in Apostolum commentarij, & multa alia, ad Eusebij magis Emiseni characterem pertinentia; cuius cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam sæcularium litterarum.

EVNOMIVS, Arianæ partis, Cyzicenus episcopus, in apertam hæreseos suæ prorumpens blasphemiam: vt quod illi regunt, iste publicè fateretur: vsque hodie viuere dicitur in Cappadocia, & multa contra Ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollinarius, Didymus, Basilus Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyfenus.

PRISCILLIANVS, Abilæ episcopus, qui factione Hylatij, & Ithacij, Treueris à Maximo

tyranno cæsus est, edidit multa opuscula, de quibus ad nos aliqua perueniunt. Hic vsque hodie à nonnullis Gnosticæ, id est, Basilidis, & Marcionis, de quibus Irenæus scripsit, hæreses accusatur, defendentibus alijs, non ita cum sensisse, vt arguitur.

MATRONIANVS, provincie Hispaniæ vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treueris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrotia, eiusdem factionis auctoribus. Extant eius ingenij opera, diuersis metris edita.

TIBERIANVS Bæticus, scripsit, pro suspitione, qua cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum, tumentem, composuissē; sermone: postea, post suorum cædem, tædio victus exilij, mutauit propositum; & iuxta sanctam scripturam: Canis reuersus ad vomitum suum: filiam, deuotam Christo virginem, matrimonio copulauit.

AMBROSIVS, Mediolanensis episcopus, vsque in præsentem diem scribit: de quo, quia superest, meum iudicium subtraham; ne alterutram partem aut aduatio in me reprehendatur, aut veritas.

EVAGRIVS, Antiochiæ episcopus, acris & feruentis ingenij, cum adhuc esset presbyter, diuersarum *ὑποθέσεων* tractatus mihi legit, quos necdum edidit: vitam quoque beati Antonij de Græco Athanasij in sermonem nostrum transtulit.

AMBROSIVS Alexandrinus, auditor Didymi, scripsit aduersum Apollinarium volumen multorum versuum, de dogmatibus, & vt ad me, nuper quodam narrante, perlarum est, commentarios in Iob: qui vsque hodie superest.

MAXIMVS, philosophus, natus Alexandriæ, Constantinopoli episcopus ordinatus est, & pulsus; insignem de fide aduersus Arianos scripsit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit.

GREGORIVS, Nyfenus episcopus, frater Basilij Cæsariensis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros: qui & multa alia scripsisse, & scribere dicitur.

IOANNES, Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebij Emiseni, Diodorijque sectator, multa componere dicitur, de quibus *περὶ ἑρωσύνης* tantum legi.

GELASIVS, Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium episcopus, accurati limatijque sermonis, fertur quædam scribere, sed celare.

THEOTIMVS, Scythiæ Tomorum episcopus, in morem dialogorum, & veteris eloquentiæ breues, commaticosque tractatus edidit. audio eum & alia scribere.

DEXTER, Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud sæculum, & Christi fidei deditus, fertur, ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi.

AMPHILOCHIVS, Iconij episcopus, nuper mihi librum legit de spiritu sancto, quod Deus est, & quod adorandus, quodque & omnipotens sit.

SOPHRONIVS, vir apprimè eruditus, laudes Bethlehem, adhuc puer, & nuper de subuersione Serapis, insignem librum composuit: de virginitate quoque ad Eustochium, & vitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in Græcum eleganti sermone transtulit; psalterium quoque & prophetas, quos nos de Hæbræo in Latinum vertimus.

HIERONYMVS, patre Eusebio natus, opido Stridonis, quod à Gothis euerfum, Dalmatiæ quondam, Pannoniæq; confinium fuit, vsque in præsentem annum, idest, Theodosij principis decimum-quartum, hæc scripsi: Vitam Pauli monachi; epistolarum ad diuersos librum, vnum ad Heliodorū exhortatoriam; altercationem Luceferiani & Orthodoxi; chronicon omnimodæ historiæ; in Hieremiam & in Ezechielem homilias Origenis viginti octo, quas de Græco in Latinum verti; de Seraphim, & Olanna; de frugi & luxurioso filijs; de tribus quæstionibus legis veteris; homilias in Cantica canticorum duas; aduersus Heluidium, de virginitate Mariæ perpetua; ad Eustochium, de virginitate seruanda; ad Marcellam, epistolarum librum vnum; consolatoriam de morte filia; ad Paulam; in epistolam Pauli ad Galatas commentariorum libros tres; in epistolam ad Titum librum vnum; in epistolam ad Philemo-

nem librum vnum; in Ecclesiasten commentarios; quæstionum Hebraicarum in Genesim librum vnum; de locis librum vnum; Hebraicorum nominum librum vnum; de spiritu sancto Didymi, quem in Latinum transtuli, librum vnum; in Lucam homilias trigintanouem; in psalmos, à decimo vsque ad decimum sextum, tractatus septem; Captiui monachi vitam, & beati Hilarionis. Nouum testamentum Græcæ fidei reddidi; vetus iuxta Hebraicam transtuli. Epistolarum autem ad Paulam, & Eustochium, quia quotidie scribuntur, incertus est numerus. Scripsi præterea in Michæam explanationum libros duos; in Sophoniam librum vnum; in Nahum librum vnum; in Habacuc libros duos; in Aggæum librum vnum; multa que alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta sunt; aduersum Iouinianum libros duos; & ad Pammachium apologeticum, & epitaphium.

OPERVM DIVI HIERONYMI TOMI PRIMI, EA COM-
 PLECTENTIS, QVÆ AD VITÆ POTISSIMVM
 INSTITVTIONEM FACIUNT, ADIECTO
 CATALOGO SCRIPTORVM ILLVSTRIVM,
 FINIS.

133

ALTER TOMVS EPISTOLARVM,

COMPLECTENS EA QVÆ PERTINENT AD HÆ-
RESES, ET AD CALVMNIAS.

HIERONYMVVS ADVERSVS HELVIDIVM, DE PERPETVA VIRGINITATE BEATÆ MARIÆ.

ARGVMENTVM.

MARIA, quæ Iesum, Dei filium, mundo peperit, semper virgo fuit, vt quæ virum numquam cognouit, & Christum Spiritu sancto cooperante concepit. hoc autem quamuis certissimum sit, & perpetua totius Ecclesiæ cōfessione firmatum, inuentus est tamen vnus Heluidius, Auxentij Ariani discipulus, homo nec doctus, neque facundus, qui librum contra hanc veritatem scribens, ex testimoniis sacrae scripturae perperam intellectis, & duorum veterum Patrum auctoritatibus parum perpensis, probare conatus est, Deiparam Mariam, postquam Iesum citra hominis operam peperit, ex Ioseph marito filios aliquot, qui fratres Domini sint appellati, communi ceterorum hominum more genuisse. Infantem hunc hæreticum, motique capitis hominem, secuti sunt aliqui deinde infantiore, a mentiore scque, qui modò Heluidiani, ab auctore, modò Antidicomariani, veluti Mariæ virginis aduersarij, dicti sunt. Hunc errorem confutat nunc D Hieronymus, & hæretici libri ineptias non minus accurata facundia, quam docta, eruditaque oratione, iugulat, atque confodit.

CAP. I.



NUPER rogatus à fratribus, vt aduersus libellum cuiusdam Heluidij responderem; facere distuli; non quòd difficile fuerit, hominem rusticum, & vix primis quoque imbutum litteris super veri assertionem conuincere; sed ne, respondendo, dignus fieret, qui vinceretur. Huc accedebat, quòd verebar, ne homo turbulentus, & solus in vniuerso mundo simul & laicus & sacerdos, qui vt ait ille, loquacitatem facundiam existimat; & maledicere omnibus, bonæ conscientia signum arbitrat; accepta materia disputandi, amplius inciperet blasphemare, & quasi de sublimi loco in totum orbem ferre sententiam; meque, quia veritate non posset, laceraret conuiciis. Verum, quia hæ omnes tam iustæ silentij mei causæ, ob scandalum fratrum, qui ad eius rabiem mouebantur, iustiori fine cessarunt: iam ad radices infructuosæ arboris Euangelij securis est ad-mouenda, & cum infœcunditate foliorum tradenda flammis: vt discat aliquando reticere, qui numquam didicit loqui. Igitur sanctus mihi inuocandus est spiritus, vt beatæ Mariæ virginitatem, suo sensu, ore meo defendat. Inuocandus & dominus Iesus, vt sacri ventris hospitium, cuius nouem mensibus inhabitator fuit, ab omni concubitus suspicione tueatur. Ipse quoque Deus pater est imprecandus, vt matrem filij sui virginem ostendat fuisse post partum, quæ fuit mater ante, quam nupta. Non rhetorici campum desideramus eloquij: non dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus: ipsa scripturarum verba ponenda sunt; vt ipsis, quibus aduersum nos vsus est, testimoniis reuincatur: vt intelligat se & legere potuisse quæ scripta sunt, & non potuisse, quæ pietate roborata sunt, cognoscere. Prima eius propositio fuit: Matthæus loquitur: Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, priusquam cōuenirent, inuenta est habens in vtero de spiritu sancto: Ioseph autem, vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei, dicens: Ioseph, fili Dauid, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. quod enim natum est in ea, de spiritu sancto est. Ecce, inquit, habes desponsatam, non commendatam, vt dicis; & vrique non ob aliud desponsatam, nisi quandoque

nupturam. neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Priusquam conuenirent: quia nemo de non pransuro dicit, antequam pranderet. Deinde ab angelo vxorem appellatam, & coniunctam. Audiamus nunc, quid scriptura pronunciet. Exurgens, inquit, Ioseph à somno, fecit sicut præceperat ei angelus Domini; & accepit vxorem suam; & non cognouit eam, donec peperit filium suum. Curramus per singula; & impietate eisdem, quibus ingressa est, vestigijs persequentes, pugnancia inter se dixisse doceamus. Desponsatam confitetur; & statim vxorem vult esse, quam cōfessus est sponsam. Rursum quam vxorem nominat, dicit non ob aliud desponsatam, nisi quandoque nupturam. Et ne parum hoc arbitremur: habes, inquit, desponsatam, non commendatam, id est, necdum vxorem, necdum maritali vinculo copulatam. In eo verò, quod ait: Neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Priusquam conuenirent: quia nemo de non pransuro dicit, Antequam pranderet: doleam ne, an rideam, nescio: imperitia arguam, an temeritatis accusem? Quasi, si quis dixerit, antequam in portu pranderem, ad Africam nauigauim; non possit stare sententia, nisi ei in portu prandendum quandoque sit. aut, si velimus dicere: Paulus apostolus, antequam ad Hispanias pergeret, Romæ in vincula coniectus est: aut certe illud: Heluidius, antequam pœnitentiam ageret, morte præuentus est; statim aut Paulo post vincula ad Hispanias sit eundem; aut Heluidio pœnitentia agenda post mortem: cum scriptura dicat: In inferno autem quis confitebitur tibi? ac non potius sit intelligendum, quod, Ante, præpositio, licet sæpe consequentia indicet, tamen nonnumquam ea tantum, quæ prius cogitabatur, ostendat. Vnde nec necesse sit, vt cogitata fiant, cum aliud ideo interuenierit, ne ea, quæ cogitata sunt, fierent. Igitur cum euangelista dicat, Priusquam conuenirent, proximum nuptiarum tempus ostendit; & in eo iam rem fuisse, vt quæ prius sponsa fuerat, esse vxor inciperet. quasi dixerit: ante quam oscula, amplexusque miscerent; antequam rem agerent nuptiarum, inuenta est habens in vtero. Inuenta est autem à nullo alio, nisi à Ioseph: qui sponsa vterum tu mentem pene ià licentia maritali, & curiosis oculis deprehendit. Non tamen sequitur, vt prioribus docuimus exemplis, cum cum Maria conuenisse post partum, cuius conueniendi desiderium vteri conceptione sublatum est.

Quod autem in somnis dicitur ad Ioseph: Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. I meas

Matth. 3.

Matth. 1.

Psal. 6.

Matth. 2.

meas accipere Mariam vxorem tuam. Et rursus: Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit vxorem suam: nullum mouere debet, quasi ex eo, quòd vxor est appellata, sponsa esse desierit: cum hanc esse scripturæ diuinæ consuetudinem nouerimus, vt sponsas appellet vxores: sicut sequentibus Deuteronomij testimonijs approbatur: Si quis, inquit, inuenerit virginem desponsatam viro in campo, & vim faciens dormierit cum ea, morte moriatur: quia humiliavit vxorem proximi sui. Et in alio loco: Si autè fuerit adolescentula desponsata viro; & inuenerit homo eam in ciuitate; & dormierit cum ea, educetis vtrumque ad portam ciuitatis illius; & lapidabuntur lapidibus, & morientur: adolescentula quidem, quia non proclamauit, cum esset in ciuitate: vir autem, quia humiliavit vxorè proximi sui: & eradicabitis malum ex vobismet ipsis. Necnò & alibi: Et quis est ille homo, cui desponsata est vxor, & non accepit eam? Vadat, & reuertatur in domum suam; ne forte moriatur in bello, & forte homo alius accipiat eam. Si cui autem scripulus commouetur, quare desponsata, & nõ potius sine spòso, siue, vt scriptura appellat, marito, virgo conceperit: sciat triplicem fuisse rationè: primò, vt per genealogiam Ioseph, cui Maria cognata erat, origo quòque Mariæ monstraretur: secundo, ne iuxta legem Moyli, vt adultera lapidaretur à populo: tertio, vt ad Ægyptum fugiens, haberet solatium custodis potius, quàm mariti. Quis enim in tempore illo virgini credidisset, de sancto eam spiritu concepissee, venisse ad eam angelum Gabrielem, Dei detulisse mandatum, ac non magis, quasi adulteram, iuxta exemplum Susannæ sententiæ omnium cõdemnassee: cum hodie, toto iam credente mundo, argumententur Iudæi, Esaia docente de Maria & virginitate eius: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium: in Hebræo iuuenulam scriptum esse, non virginem, id est, Halma, non bethula? Aduersus quos in alio loco competentius differemus. Deniq; excepto Ioseph, & Elizabet, & ipsa Maria, pauciq; admodum, si quos ab his audisse possumus existimare, omnes Iesum filium existimabant Ioseph: intantum, vt etiam euangelista, opinionem vulgi exprimentes, quæ vera historię lex est, patrem eum dixerint Saluatoris: vt ibi: Et venit in spiritu in templum, haud dubitè quoniam Simeon. Et cum inducerent puerum Iesum parètes eius, vt facerent de illo secundum consuetudinem legis. Et alibi: Et erant pater illius & mater admirantes super ijs, quæ dicebantur de eo. Et rursus: Et ibant parentes eius per annum in Hierusalem in sollempni die Paschæ. Ac deinde: Et, completis diebus cum reuertentur, remansit puer Iesus Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Ipsa quoq; Maria, quæ ad Gabrielem responderat, dicens: Quo modo fiet hoc, quia virum non cognosco? quid de Ioseph loquatur, ausculta: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolentes quærebamus te. Non enim hæc Iudæorum, vt plerique argumentantur, non illudentium vox est. Euangelista patrem Ioseph dicunt: patrem Maria confitentur. Non quòd, vt superius indicaui, verè pater Ioseph fuerit Saluatoris: sed quòd, ad famam Mariæ conseruandam, pater fit ab omnibus existimatus: qui antequam moneretur ab angelo: Ioseph filij Dauid, ne timueris accipere Mariam coniugem tuam: quòd enim in ea natum est, de spiritu sancto est: cogitabat occultè dimittere eam, intantum suum non esse, qui conceptus fuerat, confidebat. Sed iam satis docendi magis, quàm respondèdi studio disputatum

est, cur Ioseph pater Domini, cur Maria appellata sit coniunx: in quo & hoc breuiter continetur, cur fratres eius quidam esse dicantur.

Verum quia suum locum huic quæstionculæ referuamus, & ad reliqua festinat oratio: nunc illud est differendum, quo modo scriptura dicat: Exurgens autè Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit vxorè suam; & nõ cognouit eam, donec peperit filium, & vocauit nomen eius Iesum. In quo primò aduersarius superfluo labore defudat, cognoscendi verbum ad coitum magis, quàm ad scientiam esse referendum: quafi hoc quisquam negauerit, & eas ineptias, quas redarguit, aliquando prudens quisquam potuerit suspicari. Deinde vult docere, quod, Donec, siue, Vsq; aduerbia, certum tempus significant, quo completo, fiat id quod vsque ad illud temporis, quod præscriptum est, non fiebat, velut in præsentem: Et non cognoscebat eam, donec peperit filium. Apparet, inquit, cognitam esse post partum, cuius cognitionem filij tantum differebat generatio. Et ad hoc approbandum cõgerit de scripturis exempla quamplurima, more Andabatarum gladium in tenebris ventilans, & linguæ sonum ad confodienda sui tantum corporis membra concutiens. Ad quod nos breuiter respondemus: & Cognoscebat, & Donec, & Vsq; ad sermonem, in scripturis sanctis dupliciter intelligi. Et de eo quidem, quod scriptum est, Cognoscebat, ad coitum esse referendum; ipse disse-ruit, nullo dubitante, quin ad scientiam sæpe referatur, vt ibi: Remansit puer Iesus in Hierusalem, & nõ cognouerunt parentes eius. Nunc illud est ostendendum, vt quo modo ibi consuetudinem scripturæ secutus est, sic etiam in, Donec eiusdem scripturæ auctoritate frangatur: quæ sæpe certum tempus, vt eius assumptione significat, sæpe infinitum, vt est illud, quod Deus ad quosdam loquitur in prophetis: Ego sum, ego sum: & donec senescatis, ego sum. Nūquid postquam illi senuerit, Deus esse desisset: Et Saluator in euangelio ad apostolos, Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem sæculi. Ergo, post consummationem sæculi, à discipulis suis Dominus abscedet; & tunc, quando in duodecim solijs iudicaturi sunt duodecim tribus Israël, Domini consortio fraudabuntur? Paulus quoque Apostolus Corinthijs scribens, Primitiæ, ait, Christus: deinde ij, qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt: deinde finis, cum tradiderit regnū Deo, & patri, cum destruxerit omnè principatum, & omnem potestatem, & virtutem. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: omnia enim sub pedibus eius subiecit. Esto, de homine dictum sit: non negamus, de eo, qui passus est crucem, qui postea sedere iubetur à dextris, quid sibi vult hoc, quod ait: Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius? Nūquid tamdiu regnaturus est Dominus, donec incipiant esse inimici sub pedibus eius; & postquam illi sub pedibus fuerint, regnare desisset, cum utiq; tunc magis regnare incipiet, cum inimici cõperint esse sub pedibus? Dauid quoque in quarto graduum psalmo. Sicut oculi ancillæ, ait, in manibus domine suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Ergo tamdiu propheta oculos habebit ad Dominum, quamdiu misericordiam impetret & post impetratam misericordiam oculos torquet in terrâ? Qui in alio loco dicit: Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in verbum iustitiæ tuæ. Poteram super hoc innumerabilia exempla cõgerere, & omnè lacessentis procacitatè testimoniorum nube

CAP. 1

Luc. 24

Hier. 7

Esa. 46

Math. 16

Luc. 21

1. Cor. 15

Psalm. 115

Psalm. 118

nube celare: verum adhuc pauca subiiciam, vt his similia ipse sibi lector inueniat. Loquitur in Genesi sermo diuinus: Et tradiderunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorum, & in aures, quæ erant in auribus eorum. Et abscondit ea Iacob subter terebinthum, quæ est in Sichimis, & perdidit ea vsque in hodiernum diem. Item in fine Deuteronomij: Et defunctus est Moyses, seruus Domini, in terra Moab per verbum Domini, & sepelierunt eum in Geth prope domum Phegor, & nemo scit sepulcrum eius vsque in diem istum. Certè hodiernus dies illius temporis existimandus est, quo historia ipsa contexta est. siue Moysen dicere volueris, auctorem pentateuchi, siue Esdræ, eiusdem instauratorem operis, non recusò. nunc hoc quæritur, an id, quod dictum, est, vsque in diem istum, ad illam referatur ætatem, quæ libri editi, siue conscripti sunt. Doceat igitur, post illam diem tot iam annorum vsque ad nos voluminibus exactis, aut idola, quæ sub terebintho cõdita fuerant, reperta, aut Moysi tumulum inuestigatum: quia obnixè asserit, post donec & vsque esse incipere, quod tamdiu non fuit, quamdiu vsque compleretur & donec. quin potius animaduertat scripturæ sanctæ idioma, & nobiscum, in quo hæsitabat, intelligat ea, de quibus posset ambigi, si non fuissent scripta, signari, cetera verò nostræ intelligentiæ derelinqui. Si enim adhuc recenti tempore viuentibus ijs, qui viderat Moysen, sepulcrum eius potuit ignorari: multo magis, tot sæculis prætereuntibus. Iuxta quod & illud intelligitur de Ioseph, euangelistam id indicasse, de quo scandalum poterat moueri, non eam cognitam esse à viro suo vsque ad partum: vt multo magis intelligeremus, cognitam non fuisse post partum, à qua tunc se abstinuit, cum adhuc de visione poterat fluctuare.

CAP. 4. Ad summam, illud requiro, quare se abstinerit Ioseph vsque ad partum diem. Respondebit vtique, quia angelum audierit dicentem: Quod enim in eam natum est, de spiritu sancto est. Ad quod nos inferimus. Et certè audierat: Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam vxorem tuam. Prohibitum ei fuerat, ne relinqueret, ne adulteram existimaret vxorè. Numquid & à congressu coniugis separatus fuerat, cum vtique, ne separaretur, magis fuisset admonitus: Et audebat, inquit, vir iustus, Dei in vtero audiens filium, de vxoris coitu cogitare? Pulchrè, qui ergo somnio tantum credit, vt vxorem non auderet attingere: is postquam pastorum voce cognouerit angelum Domini venisse de cœlis, & dixisse ad eos: Nolite timere: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid: & cum eo laudes militiæ concinuisse cœlestis: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: qui Symeonem Iustum inter amplexus paruuli viderat prædicantem: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum qui Annam prophetissam, Magos, stellam, Herodè, angelos viderat, qui, inquam, miracula tanta cognouerat, Dei templum, Spiritus sancti sedem, Domini sui matrem audebat attingere? Et certè Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Ac ne impudenter neget ista ignorasse Ioseph: Et erant, inquit Lucas, pater illius & mater admirantes super his, quæ dicebantur de eo. Licet tu mira impudentia hæc in Græcis codicibus falsata contendas, quæ non solum omnes penè Græciæ tractatores in suis voluminibus reliquerunt, sed nonnulli quoque

è Latinis, ita vt in Græcis habentur, assumpserint. Nec necesse est nunc de exemplariorum varietate tractare: cum omne & veteris, & nouæ scripturæ instrumentum in Latinum sermonem exinde translaturum sit; & multo purior manere credenda sit fontis vnda, quàm riuus. Hæc ais, apud me nugæ sunt, & argumentationes superflua, & disputatio magis curiosa, quàm vera. Numquid non potuit scriptura dicere: & accepit vxorem suam, & non fuit amplius ausus contingere eam: sicut de Thamar dixit & Iuda? aut defuerunt Matthæo verba, quibus id, quod intelligi volebat, posset effari? Non cognouit, inquit, eam, donec peperit filium. Post partum ergo cognouit, cuius cognitionem ad partum vsque distulerat. Si tam contentiosus es, iam nunc tua mente superaberis: Nolo mihi aliquod inter partum & coitum tempus interseras. Nolo dicas, mulier, quæcumque concepit, & peperit masculum, immunda erit septè diebus, secundum dies secessionis & purgationis suæ immunda erit; & octauo die circumcidet carnem præputij eius; & triginta tribus diebus sedebit in sanguine puro; & omne sanctum non tanget: & reliqua. Statim eam inuadat Ioseph: statim audiat per Hieremiam: Equi insanientes in feminas facti sunt mihi: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinciebat. Alioqui quo modo stare poterit: Non cognouit eam, donec peperit filium: si post purgationis tempus expectat; si quadraginta rursum diebus tanto tempore dilata libido distertur? Polluatur cruore puerpura: obstrictes suscipiât paruulum vagientem: maritus lasam teneat vxorem. Sic incipiant nuptiæ, ne euangelista mētius sit. Sed absit, vt hoc de matre Saluatoris, & viro iusto sit existimandum. Nulla ibi obstetrix: nulla muliercularum sedulitas intercessit: ipsa pannis inuoluit infantem; & Heluidij expleri non patitur voluptatem, dum in diuersorio locus non fuit nuptiarum.

Verum, quia iam satis abunde respondimus ad id quod proposuerat: Antequam conuenirent, & nõ cognouit eam donec peperit filium: ad tertiam veniendum est quaestionem, vt, iuxta disputationis eius ordinem, etiam nostræ responsionis ordo procedat. Vult enim alios quoque filios Mariam procreasse: & ex eo, quod scriptum est: Ascendit autem Ioseph in ciuitatem Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante: Factum est autem cum ibi essent, impleti sunt dies vt pareret, & peperit filium suum primogenitum: nititur approbare primogenitum non posse dici, nisi eum, qui habeat & fratres: sicut vnigenitus ille vocatur, qui parentibus solus sit filius. Nos autè ita definimus: Omnis vnigenitus est & primogenitus: non omnis primogenitus est vnigenitus. primogenitus est non tantum post quem & alij, sed ante quem nullus. Omne, inquit Dominus ad Aaron, quod aperit vuluam ab omni carne, quæ offertur Domino, ab homine vsque ad pecus, tibi erunt: tantummodo pretijs redimât primogenita hominum, & primogenita pecorum immundorum. Definiuit sermo Dei, quid sit primogenitum: Omne inquit, quod aperit vuluam. Alioqui, si nõ est primogenitus, nisi is tantum, quem sequuntur fratres, tamdiu sacerdotibus primogenita non debentur, quamdiu & alia fuerint procreata, ne forte, partu postea non sequente, vnigenitus sit, & non primogenitus. Redemptio, inquit, eius erit ab vno mense asti-

Gen. 35.

Deo. 34.

Gen. 38.

Math. 1.

Leui. 12.

Hier. 5.

Luc. 2.

CAP. 3.

Luc. 2.

Num. 18.

Luc. 2.

Math. 1.

Luc. 2.

matio quinque siclorum. Siclus, secundum siclum sanctuarij, viginti oboli sunt. Tantum modo primogenita vitulorum, & primogenita ouium, & primogenita caprarum nõ redimes, quia sancta sunt. Cogit me sermo Dei, vt omne masculinum, quod aperit vuluam, si de mundis animalibus sit, deo voueam, si de immundis, redimam, dans pretium sacerdoti. Possum respondere, & dicere: Quid me in vnus mensis stringis articulo? Quid primogenitum vocas, quem an fratres sequantur, ignoro? Expecta donec nascatur secundus. Nihil debeo sacerdoti, nisi & ille fuerit procreatus, per quem is, qui ante natus est, incipiat esse primogenitus. Nonne mihi ipsi apices loquuntur, & me stultitiæ redarguent, eum esse dictum primogenitum, qui aperiat vuluam, non qui habeat & fratres? Denique interrogo de Ioanne, quem constat esse vnigenitum, an & primogenitus fuerit? Vtrum ne & ipse, secundum legem, pro toto ei legi fuerit obnoxius: ambigi non potest. Certè de Salvatore scriptura sic loquitur: Cum expleti essent dies purgationis eorum, secundum legem Moyssi, duxerunt eum in Hierusalem, vt offerrent eum Domino: sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur: & vt darent hostias, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Si hæc lex tantum ad primogenitos pertinet, primogenitum autem sequentes faciunt: non debuit lege primogeniti teneri, qui de sequentibus ignorabat. sed quia teneri lege primogeniti etiam ille, quem fratres ceteri non sequuntur: colligitur, eum primogenitum vocari, qui vuluam aperiat, & ante quem nullus sit, non eum, quem frater post genitus subsequatur. Moyses scribit in Exodo: Factum est autem circa mediam noctem, & Dominus percussit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui sedebat super thronum eius, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ est ad lacum, & omne primogenitum pecoris. Responde mihi: Qui tunc ab exterminatore fuerant interempti, primogeniti fuerunt, an & vnigeniti? si primogeniti tantum illi vocantur, qui fratres habent: ergo ab interemptione vnigeniti liberati sunt. si autem & vnigeniti cæsi sunt, contra sententiam factum est, vt inter primogenitos & vnigeniti morerentur. aut vnigenitos liberabis à pœna, & ridiculus eris: aut si confiteberis interfectos, ingratis obtinebimus, & vnigenitos primogenitos appellari.

CAP. 6.

Extrema propositio fuit, (licet id ipsum in primogenito voluerit ostendere) fratres Domini in euangelij nominari, vt ibi: Ecce mater eius, & fratres eius stabant foris, querentes loqui cum eo. Et alibi: Post hæc descendit Caparnaum ipse & mater eius, & fratres eius. Et ibi: Dixerunt ergo fratres eius ad eum: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo enim aliquid in occulto faciens, querit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Ioanne desuper inferente: Neque enim fratres eius tunc credebant in eum. Item Marcus, & Matthæus: Et docebat eos in synagoga eorum in patria sua, ita vt stuperent, & dicerent: Vnde huic omnis hæc sapientia, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Iosès, & Simon, & Iudas, & sorores eius omnes apud nos sunt? Lucas quoque in Actibus apostolorum ita refert: Hi omnes erant instantes vnanimis in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus ipsius. Necnon & Paulus apostolus in eadem historiz veri-

tate pari voce concordat: Ascendi autem secundum Gal. 1. reuelationem, & neminem vidi apostolorum nisi Petrum, & Iacobum, fratrem Domini. Et rursum in alio loco: Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? Numquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut & ceteri apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Et ne forte aliquis Iudæorum testimonium non admitteret, qui etiam nomina fratrum illius ediderunt, simili eos asserens in fratribus errore deceptos, quo in patre æstimmendo sunt lapsi; argutè præcauit, & ait: Hæc eadem vocabula ab euangelistis in alio loco nominari, & eosdem esse fratres Domini filios Mariæ. Matthæus loquitur: Erant autem ibi (haud dubium, quin ante crucem Domini) & mulieres multe à longe spectantes, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes illi. inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iosetis mater, & mater filiorum Zebedæi. Item Marcus: Erant autem & mulieres à longe aspicientes, inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Iosetis mater & Salome: ibiq; post modicum: & aliarum multarum, quæ ascenderant cum eo in Hierusalem. Necnon & Lucas: Erant autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ cum eis. Hæc iccirco replicauimus, ne calumniatur, & clamitet, ea quæ pro se faciant, à nobis esse subtracta, & sententiam suam non testimonijs scripturarum, sed lubrica disputatione conuulsam: Ecce, inquit, Iacobus, & Iosès, filij Mariæ, quos Iudæi fratres appellauerunt. Ecce Maria Iacobi minoris, Iosetis mater. Minoris autem Iacobi, ad distinctionem maioris, qui erat filius Zebedæi, & sic in alio loco Marcus ponit. Maria autem Magdalene, & Maria Iacobi, & Iosetis, viderunt vbi poneretur, & transacto sabbato, emerunt aromata, & venerunt ad monumentum. Et vtique ait: Quam miserum erit, & impium, de Maria hoc sentire, vt cum aliarum feminarum curam sepulturæ Iesu habuerint, matrem eius dicamus absentem: aut alteram esse Mariam, nescio quam, confingamus: præsertim cum euangelium Ioannis testetur præsentem eam illic fuisse, quando illam de cruce Dominus iam viduam, vt matrem Ioanni commendabat. Aut numquid euangelistæ & falluntur, & fallunt, vt eorum Mariam matrem dicerent, quos Iudæi fratres Iesu esse dixerunt? O furor cæcus, & in proprium exitum mens vesana. Dicis, ad crucem Domini matrem eius fuisse præsentem: dicis, Ioanni discipulo ob viduitatem & solitudinem commendatam, quasi iuxta te non haberet quattuor filios, & innumeras filias, quarum consortio frueretur. Viduam quoque nominas, quod scriptura non loquitur. Et cum omnium euangelistarum exempla proponas, solius tibi Ioannis verba non placent. Dicis, transitorie ad crucem Domini eam fuisse præsentem; ne consulto præterisse videaris: & tamen, quæ cum illa mulieres fuerint, siles. Ignoscerem nescienti, nisi viderem consulto reticentem.

Audi itaque, Ioannes quid dicat: Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Nulli dubium est, duos fuisse apostolos, Iacobi vocabulo nuncupatos, Iacobum Zebedæi, & Iacobum Alphæi. Istum, nescio quem minorem Iacobum, quem Mariæ filium, nec tamen matris Domini, scriptura commemorat, apostolum vis esse, an non? Si Apostolus est, Alphæi filius erit: & credidit in Iesum, & non erit de illis fratribus, de quibus scriptum est. Neque enim fratres eius credebant in eum. Si non est apo-

Luc. 1.

Exod. 13.
Leuit. 12.

Exod. 11.

Matth. 12.
Ioan. 2.
Ioan. 7.Mar. 6.
Matth. 13.

A. R. 1.

Gal. 1.

1. Cor. 9.

Matth. 17.

Mar. 13.

Luc. 24.

Mar. 13.

Ioan. 19.

CAP. 7.

Ioan. 19.

Ioan. 7.

est apo-

est apostolus, sed tertius nescio quis Iacobus: quo modo est frater Domini putandus? & quo modo tertius ad distinctionem maioris appellabitur minor? cum maior & minor non inter tres, sed inter duos soleant præbere distantiam, & frater Domini apostolus sit, Paulo dicente: Deinde post triennium veni Hierusalem videre Petrum, & mansi apud illum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et in eadem epistola: Et cognita gratia quæ data est mihi, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse. Ne autem hunc putet Iacobum filium Zebedæi, lege Actus apostolorum. Iam ab Herode fuerat interemptus. Restat conclusio, ut Maria ista, quæ Iacobi minoris scribitur mater, fuerit vxor Alphæi, & soror Mariæ, matris Domini, quam Mariâ Cleophe Ioannes euangelista cognominat, siue à matre, siue gentilitate familiæ, aut quacumque alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atque alia videtur, quod alibi dicatur: Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophe: disce scripturæ consuetudinem, eundem hominem diuersis nominibus nuncupari. Raguel socer Moyse & Iethro dicitur. Gedeon, nullis causis immutati nominis ante præmissis, subito Hieroboal legitur. Ozias rex Iudæ vicissim Azarias vocatur. Mons Tabor Itabyrium dicitur. Rursum Hermon Phœnicæ cognominant Sanior, & Amoræus cognominat eum Sanir. Eadem cæli plaga tribus nominibus appellatur, Nageb, Themam, Darom. Lege Ezechielem. Petrus & Simon dicitur & Cephas. Iudas zelotes, in alio euangelio Thaddæus dicitur: multaque alia, quæ ad exemplum horum pertinent, ipse sibi de omnibus scripturis lector poterit congregare. Nunc illud est quod conamur ostendere, quemadmodum fratres Domini appellentur, filij materteræ eius Mariæ; qui antea non credentes, postea crediderunt. Licet fieri potuerit, ut vno statim credente, alij diu increduli fuerint: & hæc fuisse matrem Iacobi, & Iosetis, id est, Mariâ Cleophe, vxorem Alphæi: & hanc dictam Mariam Iacobi minoris. Quæ si esset mater Domini, magis eam, ut in omnibus locis, matrem illius appellasset, & non aliorum dicendo matrē, alterius voluisset intelligi. Verum in hac parte contentiosum fune non traho: alia fuerit Maria Cleophe, alia Maria Iacobi, & Iosetis; dummodo constet, non eandem Mariam Iacobi, & Iosetis esse, quam matrem Domini.

CAP. 8. Et vnde, ais, fratres Domini dicti sunt, qui non erant fratres? Iam nunc doceberis, quattuor modis in scripturis diuinis fratres dici, natura, gente, cognatione, affectu: Natura, Esau, Iacob, duodecim patriarcharum, Andreas & Petrus, Iacobus & Ioannes: Gente, qua omnes Iudæi inter se fratres vocantur: ut in Deuteronomio: Si autem emeris fratrem tuum, qui est Hebræus, vel quæ est Hebræa, seruiet tibi sex annis: & septimo anno dimittes eum liberum abs te. Et in eodem: Constituendo constitues super te principem, quem elegerit Dominus Deus tuus, eum, qui ex fratribus tuis sit. Non enim poteris constituere super te hominem alienigenam, quia non est frater tuus. Et rursus: Ne viso vitulo fratris tui, vel oue eius errantibus per viam, negligas ea, reuersione reduces ea fratri tuo. Quod si non appropinquat tibi frater tuus, neque noueris eum: colliges ea intra domum tuam; & erunt tecum, donec querat ea frater tuus; & reddes ei. Et apostolus Paulus, Optabam, inquit, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis secundum carnem, qui sunt Israëlitarum. Porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna

familia, id est, *παρτρία*: quod Latini paternitate interpretantur: cum ex vna radice multa generis turba diffunditur, ut in Genesi. Dixit autem Abraham ad Lot: Non sit rixa inter me, & te: inter pastores meos, & pastores tuos: quia fratres nos sumus: Ibi que. Et elegit sibi Lot regionem Iordanis: & eleuauit Lot ab Oriente: & discesserunt vnusquisque à fratre suo. Et certe Lot non est frater Abraham, sed filius fratris eius Aram. Thara quippe genuit Abraham, & Nachor, & Aram: & Aram genuit Lot. Et rursus: Abraham autem erat annorum septuagintaquinque, cum exiret de Charan. Et sumpsit Abraham Saram vxorem suam, & Lot filium fratris sui. Quod si adhuc dubitas, fratrem, fratris filium nuncupari: accipe exemplum. Cum autem audisset Abraham, quia captiuus ductus est Lot frater suus; numerauit vernaculos suos trecentos decem & octo. Et cum eodem nocturni impetus descripsisset, adiecit: Et reduxit omnem equitatum Sodomorum, & Lot fratrem suum reuocauit. Sufficiebant hæc ad ea, quæ diximus, approbanda. Sed ne in aliquo cauilleris, & te quasi lubricus anguis euoluas: testimoniorum stringendus es vinculis; ne querulus sibilis; & dicas te magis argumentationibus tortuosis, quam scripturarum veritate superatum. Iacob, Isaac filius ac Rebeckæ, cum fratris infidias metuens Mesopotamiam perrexisset, accessit & deuoluit lapidem ab ore putei, & adaquauit oues Laban, fratris matris suæ: & osculatus est Iacob Rachel: & exclamans voce sua plorauit: & indicauit Rachel, quia frater est patris eius: & quia filius Rebeckæ est. Ecce & hic eadem lege, qua supra, frater fororis filius appellatur. Et iterum: Dixit autem Laban ad Iacob: Quoniam frater meus es, non seruius mihi gratis: Dic mihi, quæ sit merces tua. Expletis itaque viginti annis, cum ignorante focero, vxoribus filijsque comitatus reuertetetur ad patriam, consecutus est cum Laban in monte Galaad, & cum idola, quæ Rachel occultabat, quæ sita non inuenisset in sarcinis; respondit Iacob, & dixit ad Laban: Quæ culpa mea est, & quod delictum meum, quod persecutus es me? & quare scrutatus es omnia vasa mea? quid inuenisti de omnibus rebus tuis? Pone hic in conspectu fratrum tuorum & fratrum meorum: & redarguent inter nos duos. Responde, qui sint isti fratres Iacob & Laban, qui tunc fuerant in presenti. Esau certe frater Iacob absens erat, & Laban filius Bathuel, fratres, excepta sorore Rebecca, non habuit. Innumerabilia sunt istiusmodi, libris inserta diuinis. Sed ne longum faciam, ad extremam diuisionis partem reuertar: id est, & affectu fratres dici; qui in duo scinditur, in spiritale, & in commune. In spiritale, quia omnes Christiani fratres vocamur, ut ibi: Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vno. Et in alio psalmo Saluator, Narrabo, inquit, nomen tuum fratribus meis. Et alibi: Vade, dic fratribus meis. Porro in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur. Dicite, ait ihs, qui oderunt vos, Fratres nostri estis. Et apostolus ad Corinthios: Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiciens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Et cætera his similia. Interrogo nunc, iuxta quem modum fratres Domini in euangelio intelligas appellari. Iuxta naturam? Sed scriptura non dicit, nec Mariæ eos vocans filios, nec Ioseph. Iuxta gentem? Sed absurdum est, ut pauci ex Iudæis vocati sint fratres: cum omnes, qui ibi erant hac lege Iudæi, fratres potuerint appellari. Iuxta affectum humani iuris, ac spiritus? Verum, si sic;

Gal. 1.

Gal. 1.

Act. 11.

Erod. 1. 3. Iud. 6.

4. Reg. 14. 1. Par. 16.

Ezech. 47. 48.

Ioan. 1. Luc. 6. Math. 10.

Deut. 15.

Deut. 17.

Deut. 22.

Rom. 9.

Gen. 13.

Gen. 11.

Gen. 12.

Gen. 14.

Gen. 29.

Gen. 31.

Psal. 132.

Psal. 128.

Ioan. 10.

1. Cor. 5.

March. 12. qui magis fratres, quàm apostoli, quos docebat intrinsecus, quos matres vocabat, & fratres? Aut, si omnes, quia homines, fratres; stultum fuit nunciari, quasi proprium: Ecce fratres tui querentes te: cum generaliter omnes homines hoc iure sint fratres. Restat igitur, vt iuxta superiorem expositionem, fratres eos intelligas appellatos cognatione, non affectu, non gentis priuilegio, non natura: quo modo Lot Abraham, quo modo Iacob Laban est appellatus frater: quo modo & filia Salphaad accipiuntur clerum inter fratres suos: quo modo & Abraham ipse Sararam sororem suam habuit vxorem. Etenim ait: Verè soror mea est de patre, sed non de matre, id est, fratris est filia, non sororis. Alioqui quale est, vt Abraham, vir iustus, patris sui filiam coniugem sumpserit: cum in primis hominibus propter aurium sanctitatem id ipsum scriptura non nominet, malens intelligi, quàm proferri; & Deus lege postea sanciat, ac minetur: Qui acceperit sororem suam de patre suo, vel de matre sua, & viderit turpitudinem eius, & ipsa viderit turpitudinem illius; opprobrium est: & exterminabuntur coram filiis generis sui. Turpitudinem sororis suæ detexit, peccatum suum recipiet. Imperitissime hominum, ista non legeras: & toto scripturarum pelago derelicto, ad iniuriam virginis tuam rabie contulisti, in exemplum eius, quem fabulæ ferunt, cum vulgò esset ignotus, & nihil boni posset facinoris excogitare, quo nobilis fieret, Dianæ incendisse templum: & nullo prodente sacrilegium, fertur ipse in medium processisse, clamitans se se incendium subiecisse: scilicet antequam Ephesi principibus, quam ob causam hoc facere voluisset, respondisse: vt quia bene non poteram, male omnibus innotescerem. Et hoc quidem Græca narrat historia. Tu verò templum Dominici corporis succendisti: tu contaminasti sacrarium spiritus sancti, ex quo vis quadriugam fratrum & sororum processisse congeriem. Denique cum Iudæis voce sociata dicitis: Nonne hic est fratri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Iosès, & Simon, & Iudas, & sorores eius omnes apud nos sunt? Omnes, nisi de turba, non dicitur. Quis te, oro, an te hanc blasphemiam nouerat? quis dupondij suppütabat? Consecutus es quod volebas, nobilis es factus in scelere, ego ipse, qui contra te scribo, cum in eadem tecum vrbe consistam, albus, vt aiunt, a teretis sis, nescio. Prætermitto vitia sermonis, quibus omnis liber tuus scætet. Taceo ridiculum exordium: O tempora, ô mores. Non quæro eloquentiam; quam ipse non habes, in fratre Carterio requisisti, non inquam, flagito linguæ nitorem: animæ quæro puritatem. Apud Christianos enim sollecissimus est magnus, & vitium, turpe quid vel narrare, vel facere. Ad calcem venio, & te cornuta interrogatione concludo: sicq; tecum agam, quasi superius nihil egerim, eodem modo dictos esse fratres Domini quo Iosèph dictus est pater; Ego, inquit, & pater tuus, dolentes quærebamus te. Mater hæc loquitur, non Iudæi. Et ipse euangelista refert: Et erant pater & mater illius admirantes super ijs, quæ dicebantur de eo, & his similia, quæ iam enumerauimus, in quibus parentes vocantur. Ac, ne forte de exemplariorum veritate causeris; quia tibi stultissime persuasisti, Græcos codices esse falsatos: ad Ioannis euangelium venio, in quo plenissimè scribitur: Inuenit Philippus Nathanael, & ait illi: Quem scripsit Moyses in lege, & prophete, inuenimus Iesum filium Iosèph à Nazareth. Certè hoc in tuo codice continetur. Responde mihi, quo modo Iesus sit filius Iosèph, quem constat

de spiritu sancto esse procreatum? Verè Iosèph pater fuit? Quamuis sis hebes, dicere non audebis. An putabatur? Eodem modo æstimetur & fratres, quo æstimatus est pater.

Sed quoniam iam è cautibus & confragosis locis enauigauit oratio; pandenda sunt vela, & in epilogos illius irruendum; in quibus sciolus sibi visus, Tertullianum in testimonium vocat, & Victorini; Pictauicnsis episcopi, verba proponit. Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico, quàm Ecclesiæ hominem non fuisse. De Victorino verò id assero, quod & de euangelistis, fratres eum dixisse Domini, non filios Mariæ, fratres autem eo sensu, quem superius exposuimus, propinquitate, non natura. Verum nugas terimus, & fonte veritatis omisso, opinionum ruulos consecramur. Numquid non possum tibi totam veterum scriptorum seriem commouere, Ignatium, Polycarpum, Irænum, Iustinum martyrem, multosq; alios apostolicos & eloquentes viros, qui aduersus Hebionem, & Theodorum Byzantium, & Valentinum, hæc eadem sentientes, plena sapientiæ volumina conscripserunt? quæ si legis aliquando, plus sapieres. Sed melius puto, breuiter ad singula respondere, quàm diutius immorando, volumen extendere. In illud nunc imperum facio, in quo tu, virginitatem & nuptias comparando, disertus esse voluisti. Risimus in te proverbium, Camelum vidimus saltitantem. Dicitis: Numquid meliores sunt virgines, Abraham, Isaac, & Iacob, qui habuere coniugia? Numquid non quotidie Dei manibus paruuli finguntur in ventribus, vt merito erubescere debeamus, Mariam nupsisse post partum? Quòd si hoc illis turpe videtur, superest, vt non credant etià Deum per genitalia virginis natum, turpius est enim iuxta eos, Deum per virginis pudenda genitum, quàm virginem suo viro nupsisse post partum. Iunge, si libet, & alias naturæ contumelias, nouem mensibus veterum inolescens, fastidia, partum, sanguinem, pannos. Ipse tibi describatur infans, tegmine membranarum solito conuolutus. Ingerantur dura præsepia, vagitus paruuli, octauæ diei circumcisio, tempus purgationis, vt probeatur immundus. Non erubescimus, non filemus. Quanto sunt humiliora, quæ pro me passus est: tanto plus illi debeo. Et cum omnia replicaueris, cruce nihil cõtumeliosius proferes, quam profiteremur, & credimus, & in qua de hostibus triumphamus. Sed vt hæc, quæ scripta sunt, non negamus; ita ea, quæ non sunt scripta, renuimus. Natum Deum esse de virgine credimus, quia legimus: Mariam nupsisse post partum, non credimus, quia non legimus. Nec hoc ideo dicimus, quo nuptias condemnemus: ipsa quippe virginitas fructus est nuptiarum: sed quod nobis de sanctis viris temerè æstimare nihil liceat. Possimus enim hac æstimacione possibilitatis contendere, plures quòque vxores habuisse Iosèph, quia plures habuerit Abraham, plures habuerit Iacob; & de his esse vxoribus fratres Domini, quod plerique non tam pia, quàm audaci temeritate confingunt. Tu dicitis Mariam virginem non permanisse: ego mihi plus vindico, etiam ipsum Iosèph virginem fuisse per Mariam, vt ex virginali coniugio virgo filius nasceretur. Si enim in virum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorem habuisse non scribitur; Mariæ autem, quam putatus est habuisse, custos potius fuit, quàm maritus: relinquitur, virginem eum mansisse cum Maria, qui pater Domini meruit appellari.

Et quia de cõparacione virginitatis & nuptiarum sum aliqua dicturus; obsecro lecturos, ne me putent

CAP. 9.

CAP. 10.

tent

rent nuptijs detraxisse in virginum laude, & aliquam fecisse distantiam inter sanctos veteris testamenti & noui, id est, inter eos, qui habuere coniugiam, & eos, qui à complexu mulierum penitus recesserunt; verum pro conditione temporum alij eos tunc subiacuisse sententiæ; & alij nos, in quos fines seculorum decurrerunt. Quamdiu lex illa perman-
 1. Cor. 10.
 Gen. 1. 8.
 Exod. 24.
 Deut. 7.
 1. Cor. 7.
 1. Cor. 6.
 1. Cor. 7.
 sit: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: Et Maledicta sterilis, quæ non parit semen in Israël: nubebant omnes, & nubebantur, & derelictis parentibus, fiebant vna caro, quando verò vox illa per-tonuit: Tempus breuitatum est: reliquum est, vt qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant, ad-hærentes Domino: vnus cum eo efficitur spiritus. Quare? Quia qui sine vxore est, cogitat ea, quæ Do-mini sunt, quo modo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quo modo placeat vxori. Et diuisa est mulier, & virgo. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore, & spiritu. nam quæ nupta est, cogi-tat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro. Quid oblatras? quid repugnas? Vas electionis hæc loquitur, Diuisa est, dicens, mulier, & virgo. Vide, quan-tæ felicitatis sit, quæ & nomen sexus amiserit. Virgo iam mulier non vocatur. Quæ non est nupta, cogi-tat quæ sunt Domini, vt sit sancta & corpore, & spi-ritu. Virginis definitio, sanctam esse corpore, & spi-ritu, quia nihil profit carnem habere virginem, si mente quis nupierit. Quæ verò nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro. Idem tu putas esse, diebus & noctibus vacare orationi, vacare ieiunijs, & ad aduentum mariti expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit, vt turpior appareat, & naturæ bonum infuset iniuria: hæc ad speculum pingitur, & in contumeliam artificis conatur pulchrior esse, quàm nata est. Inde infantes garrunt: familia perstreperit: liberi ab osculis & ab ore dependent: computantur sumptus: im-pendia præparantur, hinc cororum accincta manus carnes terit: hinc textricum turba commurmurat: nunciatur interim vir venire cum socijs. Illa ad hi-rundinis modum lustrat vniuersa penetrabilia, si torus rigeat, si pauimenta vererint, si ornata sint pocula, si prandium præparatum. Responde, quæso, inter ista vbi sit Dei cogitatio? Et hæc felices domus. Cæte-rum, vbi tympana sonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalû concrepat, quis ibi Dei timor? Parasitus in contumelijs gloriatur: ingrediuntur expolitæ libidi-num victimæ: & tenuitate vestium nudæ impudi-cis oculis ingeruntur, his infelix vxor aut lætatur, & perit: aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur, hinc discordia, seminarium repudij. Aut si aliqua in-uenitur domus, in qua ista non fiant, quæ rara auis est, tamen ipsa dispensatio domus, liberorum edu-catio, necessitates mariti, correctio seruulorum, quam à Dei cogitatione non auocent? Desierunt, in-quit, scriptura, Saræ fieri muliebria: post quod dicitur ad Abraham: Omnia quæcunque dicit tibi Sara, audi vocem eius. Quæ non est in partu anxietatibus & dolore, quæ deficientibus menstrui cruoris offi-cijs, mulier esse desijt, à Dei maledictione fit libera: nec est ad virum conuersio eius, sed e contrario vir subijcitur ei, & Domini voce præcipitur: Omnia quæcunque tibi dicit Sara, audi vocem eius, & sic incipiunt vacare orationi: quia quamdiu in cõiugio debitû soluitur, orandi præteritur instantia. Non ne-gamus viduas, non negamus maritatas, sanctas mu-lieres inueniri, sed quæ vxores esse desierint, quæ in ipsa necessitate coniugij, virginum imitentur casti-

tatem. Hoc est, quod Apostolus breuiter, Christo in se loquente, testatus est: Innupta cogitat quæ Dei sunt, quo modo placeat Deo: nupta verò cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro: nobis su-per hoc campum intelligentiæ derelinquens. Ne-que tamen alicui necessitatē imponit, aut laqueum, sed id quod honestum est, suadet, volens omnes esse sicut se ipsum. Et quamquam de virginitate Domini præceptum non habeat, quia ultra homines est, & quodam modo impudentis erat, aduersum naturam cogere, alioq; modo dicere, volo vos esse, quod an-geli sunt; vnde & virgo maioris est meriti, dum id contemnit, quod si fecerit, non delinquit: nihilominus in coherentibus infert: Consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domi-no, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse pro-pter instantem necessitatem: quia bonum est homi-ni sic esse. Quæ est ista necessitas? Væ prægnantibus, & nutrientibus in illa die. Ideo sylua succrescit, vt postea recidatur, ideo ager feritur, vt metatur. Iam plenus est orbis, terra nos non capit. Quotidie bella nos secant, morbi subtrahunt, naufragia absorbent, & nihilominus de terminis litigamus? De hoc nu-mero sunt illi, qui agnum sequuntur, qui vestimenta sua non coinquinauerunt: virgines enim perman-ferunt. Obserua quid significent, Non coinquina-uerunt, ego non audeo exponere; ne Heluidius calumnietur. Quod autem ais, quasdam esse virgines tabernarias: ego tibi plus dico, esse in his & adule-teras, & quo magis mireris, clericos esse caupones, & monachos impudicos, sed quis non statim intelli-gat, nec tabernariam virginem, nec adulterum mo-nachum, nec clericum posse esse cauponem? Num-quit virginitatis est culpa, si simulator virginitatis in crimine est? Ego certè, vt alijs personis pratermis-sis, ad virginem veniam, quæ institorias exercet ar-tes, nescio an corpore, quod scio, spiritu virgo non permanet. Rhetorici sumus, & in morem decla-matorium, paululum lusimus, tu nos, Heluidi, cõ-egisti: qui iam euangelio coruscante, eiusdem vis esse gloriæ virgines & maritatas, & quia arbitror te ve-ritate superatum, ad detractionem vitæ meæ & ad maledicta conuerti: (solent enim hoc & muliercu-læ facere, quæ victoribus dominis male optant in an-gulis) illud dico præueniens, gloriæ mihi fore tua conuicia; cum eodem, quo Mariæ detraxisti, ore me laceres, & caninam facundiam seruus Domini pariter experiatur, & mater.

1. Cor. 7.
 Math. 14.
 Apoc. 14.

DIVI HIERONYMI ADVER-
 SVS IOVINIANVM
 LIBER PRIMVS.
 ARGVMENTVM.

IOVINIANVS, primum monachus, postea clericus diues, vir neque doctus, neque disertus, extinctam iam Ba-silidis hæresim scriptis super ea re commentarijs reuocare conatus, afferebat, virgines, viduas, & maritatas, eiusdem esse meriti, si in cæteris vitæ operibus non discreparent, item eos, qui verè baptizati sunt, in peccatum relabi haud posse: rursus, nihil distare inter vespentem cibis, & ieiunan-tem, si cum gratiarum actione comedatur: postremò in re-gno celorum par omnium fore præmium. Augustinus ad-dit præterea, eum asseruisse, omnia peccata esse paria; & quòd virgo Maria, Iesu mater pariendo corrupta fuerit. Hic Romæ neminem, præter mulierculas quasdam, inficere potuit, habuit tamen alibi discipulos, tali dignos præceptore, Ausentium scilicet, Genialem, Geminatorem, Fabium, Photinum, Martianum, Ianuarium, & Ingeniosum: quos omnes, vna cum hæresi, Siricius Papa damnauit, Victorini,

Gen. 17.
 Gen. 12.
 Gen. 3.

& Pammachij opera, antequam contra eam Hieronimus scriberet, Augustino scilicet tum inuene. Omnis autem disputatio, veluti quæ prolixior esset, in duos partita est libros; in eaque ita omnes ingenij, & eloquentiæ vires vir sanctus explicuit, vt ex hoc vno tantum opere quantum ingenio, eloquentia, doctrina, rerumque omnium scientia D. Hieronymus præsterit, liquido omnibus constare possit.

CAP. I.



PAVCI admodum dies sunt, quod sancti ex vrbe Roma fratres cuiusdam mihi Iouiniani commentarios trāsmiserunt, rogantes, vt eorum ineptijs responderem, & Epicurum Christianorum, euangelicō atque apostolico vigore contererem. Quos cum legissem, & omnino non intelligerem, cœpi reuoluere crebrius, & non verba modò, atque sententias, sed singulas penè syllabas discutere, volens prius scire quid diceret, & sic vel probare, vel redarguere, quod dixisset. Verùm scriptorum tanta barbaries est, & tantis vitijs spurcissimus sermo confusus, vt nec, quid loquatur, nec quibus argumentis velit probare quod loquitur, potuerim intelligere, totus enim tumet, totus iacet: attollit se per singula; & quasi debilitatus coluber, in ipso conatu frangitur, nō est contentus nostro, id est, humano more loqui: altius quiddā aggreditur. Parturient montes, nascetur ridiculus mus; Quod ipse Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes. Præterea sic inuoluit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis vniuersa perturbat, vt illud Plautinarum litterarū ei possit aptari: Has quidē, præter Sibyllam, leget nemo, nam diuinandum est. Furiosas Apollinis vates legimus: & illud Virgilianum: Dat sine mente sonum. Heraclitum quoque, cognomen *σμοκρινών*, sudantes philosophi vix intelligunt. Sed quid ad nostrum *ἀνὴρ μαρτυρῆται*, cuius libros multò difficilior est nosse, quam vincere? Quamquam & in victoria non parua sit difficultas. Quis enim eum superare queat, cuius assertionem penitus ignoret: Et ne lectorem longius traham, cuiusmodi eloquentiæ sit, & quibus verborum floribus ornatus incedat: secundum libri eius monstrabit exordium, quod hesternam crapulam ructans ita euomit: Satisfacto inuitatis, non vt claro curram nomine, sed vt rumore purgatus viuam vano: Obsecro agrum, nouellas plantationum, arbuta teneritudinis, erepta de vitiorum gurgitibus; audientiam, communitam agminibus. Scimus ecclesiam, spe, fide, caritate, inaccessibilem, inexpugnabilem, non est in ea immaturus, omnis docibilis: impetu irumpere, vel arte illudere potest nullus. Rogo, quæ sunt hæc portenta verborum? quod descriptionis dedecus? nōne vel per febrem somnare eum putes, vel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis vinculis alligandum? Quotiescumque eum legero, vbi me defecerit spiritus, ibi est distinctio. Totum incipit, totum pendet ex altero, nescias quid cui cohareat, & exceptis testimonijs scripturarum, quæ illo venustissimo eloquentiæ suæ flore mutare non ausus est, reliquus sermo omni materiæ conuenit, quia nulli conuenit. Quæ res mihi aliquam suspicionem intelligentiæ dedit, velle eum ita nuptias prædicare, vt virginitati detrahat. Quando enim minora maioribus coæquantur; inferioris comparatio, superioris iniuria est. Neque verò nos Marcionis & Manichæi dogma sectantes nuptijs detrahimus: nec Tatiani principis Encratarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus: qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creauit ad vtendum, damnat, & reprobant. Scimus in domo magna non solum vasa esse

aurea, & argentia, sed & lignea, & scilicet: & super fundamentum Christi, quod Paulus architectus posuit, alios ædificare aurum, argentum, lapides preciosos, alios econtrariò fenem, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias & torum immaculatum. Legimus primam Dei sententiam: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: sed ita nuptias recipimus, vt virginitatem, quæ de nuptijs nascitur, præferamus. Numquid argentum non erit argentum, si aurum argento pretiosius est: aut arboris & segetis contumelia est, si radici, & folijs, culmo, & aristis, poma præferantur, & fructus? Vt poma ex arbore, frumentum est stipulam, ita virginitas è nuptijs. Centesimus & sexagesimus & tricesimus fructus, quamquam de vna terra, & de vna semente nascatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli se complextans oculo & fœderans, maritum pingit, & coniugem. Sexaginta verò ad viduas, eo quod in angustia & tribulatione sunt positæ. Vnde & superiori digito deprimuntur: quantoque maior est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinerere, tanto maius est præmium. Porro centesimus numerus, diligenter quæso lector attende, de sinistra transfertur ad dexteram, & eisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læua nuptiæ significantur, & viduæ: circulum faciens, exprimit virginitatis coronam. Hæc de impatientia magis, quam iuxta ordinem disputationis, dixerim. Cum enim adhuc vix de portu egrediar, & rudentibus vela sustollam; in medium me quæstionum pelagus subitus loquendi æstus abripuit, vnde cohibebo cursum, & paulisper sinus contraham, nec indulgebo mucroni, iam nunc pro virginitate ferire cupienti. Balista, quanto plus retrahitur, tanto fortius mittit. Non est damnnum dilatio, vbi certior sit ex dilatioe victoria. Proponam breuiter aduersarij sententias, & de tenebrosis libris eius; quæ de foueis serpentes protraham, neque sinam venosum caput spiris maculosis corporis protegi. Pateat, quod noxium est; vt possit contenti, cum patuerit.

Dicit virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent cæteris operibus, eiusdem esse meriti. Nititur approbare, eos qui plena fide in baptisate renati sunt, à diabolo non posse subuerti. Tertium proponit inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam. Quartum, quod & extremum, esse omnium qui suum baptisam seruauerint, vnâ in regno cœlorum remunerationem. Hæc sunt sibila serpentis antiqui: his consilijs draco de paradiso hominem expulit, nam & saturitatem ieiunijs præferendo, repromisit eos immortales futuros, quasi numquam possent corruere: & dum diuinitatem æqualem Deo pollicetur, expulit eos de paradiso, vt qui nudi, & expediti, & absque vlla macula virgines, Domini consortio fruebantur, deiecti in vallem lacrymarum, tunicis confutis & pelliceis vestirentur. Sed ne lectorem diutius morer; sequar vestigia partitionis expositæ; & aduersus singulas propositiones eius, scripturarum vel maximè nitat testimonijs; ne querulus garriat, se eloquentia magis, quam veritate superatum, quod si expleuero; & illum vtriusque testamenti nube oppressero: assulam exemplar secularis quoque litteraturæ, ad quam & ipse prouocat: doceboque, etiam inter philosophos, & egregios

1. Tim. 4.
2. Tim. 2.

in republica viros, virtutes voluptatibus, id est, Pythagoram, Platonem, & Aristidem, Aristippo, Epicuro, & Alcibiadi ab omnibus solere præferri. Vos quæso vtriusque sexus virgines & continentes, mariti quoque & digami, vt conatus meos orationibus adiuuetis. Cunctorum in commune Iouinianus hostis est. nam qui æqualia omnium asserit merita, tam virginitati facit iniuriam, dum eam nuptijs comparat, quàm & nuptijs, sic cas licitas asserens, vt secunda & tertia matrimonia. Sed & digamis, & trigamis aduersarius est, ibi ponens scortatores quondam libidinosisimos post pœnitentiam, vbi duplicata, & triplicata matrimonia, nisi quòd in eo digami, & trigami dolere non debent, quia idem scortator, & pœnitens, in regno calorum etiam virginibus adæquatur. Proponam igitur manifestioribus verbis, & habentibus aliquam consequentiam, argumenta eius, & exempla de nuptijs, eodemque ordine omnia, quo ab eo dicta sunt, digeram. Nec molestum lectori sit, si nauseam eius & vomitum legere compellatur. Libentius antidotum Christi bibet, cum diaboli venena præcesserint. Audite patienter virgines, audite, quæso, voluptuosissimum concionatorem; immo, quasi sirenarum cantus, & fabulas, clausa aure transite. Vestras forte paulisper iniurias: putate vos cum Domino crucifixo pharisæorum audire blasphemias.

CAP. 3.
Gen. 1.
Math. 19.
Gen. 5.
Gen. 7.
Gen. 9.
Gen. 16.
Gen. 25.
Gen. 30.
Gen. 41.
Gen. 38.

Prima, inquit, Dei sententia est, propter quod dimittet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ac ne fortè diceremus hoc scriptum in veteri testamento, asserit à Domino quoque id ipsum in euangelio confirmari: Quod Deus coniunxit, homo non separet, statimque subnectit: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & per ordinem replicat, Seth, Enos, Cainan, Malalehel, Jared, Enoch, Matusalem, Lamech, Noë, omnes habuisse vxores, & ex Dei sententia filios procreasse: quasi generationis ordo, & historia conditionis humanæ, sine coniugibus & liberis potuerit enarrari. Iste, inquit, est Enoch, qui ambulauit cum Deo, & raptus in cælum est. Iste Noë, qui cum essent vtrique multi virgines propter ætatem, solus cum filijs, & vxoribus naufragio orbe seruatus est. Rursus post diluuium, quasi altero principio generis humani, virorum & vxorum paria iunguntur, & ex integro generationis instauratur benedictio: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Insuper etiam comedandarum carnum licentia relaxatur. Et omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in escam: sicut holera herbarum, dedi vobis vniuersa. Currit ad Abraham, Isaac, & Iacob: è quibus prior trigamus, secundus monogamus, tertius quatuor vxorum est, Liæ, Rachel, Bazel, Zelphæ; & asserit Abraham, ob fidei meritum, benedictionem in generatione filij accepisse, Saram in typum Ecclesiæ, cui defecerant muliebria, maledictionem sterilitatis, partus benedictione mutasse: quod Rebecca ierit quasi prophetes interrogare Dominum; & audierit ab eo, Duæ gentes & duo populi in vtero tuo sunt: quòd Iacob pro vxore seruiert, & existimâte Rachel viri esse dare liberos, ac dicente, da mihi filios; sin autè, moriar, respõderit, num pro Deo ego sum, qui te conclusit? In tantum, inquit, sciebat fructus nuptiarum esse Domini, non mariti: quòd Ioseph, vir sanctus, atque castissimus, & omnes patriarchæ vxores habuerint, quibus per Moysen equaliter benedicat Deus. Iudâ quoque proponit, & Thamar, & occisum Onan perfringit à Domino, quia fratri inuidens, semèn nuptiarum dedita opera per-

debat. Moysen proponit, & Mariæ lepram; quæ fracti pro vxore detrahens, illico Dei vitione percussa est, Laudat Sampson, & vxorum Nazarum miris effert præconijs. Deboram quoque replicat, & Barach; quod absque virginitatis bonis, Sisaram, & Iabin, & curus ferreos debellarint. Iahel vxorem Chaber Cynei adducit in medium, & palo armatam prædicat manum. Inter septæ patrem & filiam virginitatem; quæ immolata sit Domino, dicit nullam fuisse distantiam: quin potius fidem patris præfert ei, quæ cæsa sit lugens. Venit ad Samuelem alterum Nazarum Domini, qui ab infantia nutritus in tabernaculo est, & vestitus est ephod bad, quod interpretatur vestibus lineis, dicitque cum filios procreasse, nec sacerdotalem pudicitiam, vxoris imminutam esse complexu. Booz cum sua Ruth in area collocat, & Iesse ac David inde producit. Ipsumque David centum præputijs, etiam cum vitæ periculo, regis filia quæfisse concubitus. Quid dicam de Solomone, quem ponens in catalogo maritorum, imaginem asserit Saluatorum? & de illo vult esse scriptum: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt pro eo semper. Ac repente transcendit ad Eliam & Elisæum: & narrat quasi grande mysterium, quòd requieuerit spiritus Eliæ in Elisæo: & cur hæc dixerit, tacet: nisi forte Eliam quoque & Elisæum vxores habuisse arbitratur. Transit ad Ezechiam: & cum in eius laudibus immoretur, miror cur oblitus sit dicere: A modo filios faciam. Iosiam, virum iustissimum, sub quo in templo Deuteronomij liber repertus est, ab Holda vxore Sellum instructum refert. Daniel quoque & tres pueros inter maritos ponit; & ad euangelium repente transcendens, Zachariam, & Elizabeth, Petrum ponit & forcum eius, cæterosque apostolos. & consequenter infert dicens: Si autem voluerint assumere vanam defensionem, & obtendere, quòd rudis mundus egerit incremento, audiant Paulum loquentem: Adolefcentiores viduas volo nubere, filios procreare, & honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum, & mulier alligata est viro, quamdiu viuit vir eius: si autem mortuus fuerit, nubat cui vult, tantum in Domino. Et Adam non est seductus: mulier autem seducta, facta est in præuaricationem. Salua autem fiet posteriorum generationem, si permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Certè cessat hic illud apostolicum: Et qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant. nisi fortè dicetis: propterea vult eas nubere, quia iam quædam conuersæ sunt retro post satanam. quasi ex virginibus nulla cadat, & non sit earum maior ruina. ex quo manifestum est, vos Manichæorum dogma sedari, prohibentium nubere, & vesci cibis, quos Deus creauit ad vtendum, cauteriatam habentium conscientiam. Et post multa quæ nunc otiosum est reuoluere, excutit se quasi in locum rhetoricum, & facit apostrophen ad virginem, dicens: Non tibi facio, virgo, iniuriam: elegisti pudicitiam propter præsentem necessitatem: placuit tibi, vt sis sancta corpore, & spiritu: ne superbias: eiusdem ecclesiæ membrum es, cuius & nuptæ sunt.

Nimius fortasse fuerim in expositione propositio num eius; & legenti fastidium fecerim: sed vile ratus sum, cuncta molimina eius, quasi instructam aciem contra me, ponere, & totum hostilem exercitum cū suis turmis ac ducibus congregare; ne post primam victoriâ, alia mihi deinceps proelia nasceretur. Igitur non dimicabo contra singulos; nec paucorum

ero passim congressione contentus: toto certandum est agmine, & in compositi hostium cunei, ac latrocinij more pugnantes, instructa & ordinata acie repellendi. Opponā in prima fronte apostolū Paulum; & fortissimum ducem, suis telis, id est, suis armamento sententijs. Sciscitantibus enim super hac quaestione Corinthijs plenissimē respondit doctor gentium, & magister Ecclesiae, quidquid autē statuerit hic, Christi in eo loquentis legem putemus. Simulq; ne lectoris tacita cogitatio, cū ceperimus singula, quae proposita sunt, diluere, semper ad apostolum se referuet, & studio validissimarum quaestionum, priora negligens ad extrema festinet. Inter cetera Corinthij per litteras quaesierant, vtrum post fidem Christi caelibes esse deberent, & continentiae causa, quas habebant, vxores dimittere; an, si virgines credidissent, inirent matrimonia: & cum ē duobus ethnicis vnus credidisset in Christum, vtrumnam credens relinqueret non credentem: & si essent ducendae vxores, Christianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas. Videamus igitur, quid ad haec Paulus rescripserit. De his autem quae scripsistis mihi, bonum est homini mulierē non tangere. Propter fornicationes autem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquaeque virum suum habeat. Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Vxor sui corporis non habet potestatem, sed vir. Similiter & vir corporis sui non habet potestatem, sed vxor: Nolite fraudare inuicē, nisi forte ad tempus ex consensu, vt vacetis orationi. Et iterum ad id ipsum reuertimini, ne tenet vos satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium. Volo autem omnes homines esse vt me ipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, aliud quidē sic, alias autē sic. Dico autem innuptis, & viduis: bonū est eis, si sic permanserint, vt ego, quod si se nō continent, nubant, melius est enim nebere, quā vni. Reuertamur ad caput testimonij. Bonum est, inquit, homini mulierem non tangere. Si bonum est, mulierem non tangere, malum est ergo tangere: nihil enim bono contrarium est, nisi malum, si autem malum est, & ignoscitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat. Quale autem illud bonum est, quod conditione deterioris conceditur? Numquam enim subiecisset, Vnusquisque vxorem suam habeat, nisi praemississet, Propter fornicationes autem. Tolle fornicationes, & non dicit, Vnusquisque vxorem suam habeat. Velut si quis definiat: Bonum est triticeo pane vesci, & edere purissimam similam. Tamen, ne quis compulsus fame comedat sterces bubulum; concedo ei, vt vescatur & hordeo. Num iccirco frumentum non habebit puritatem suam; si fimo hordeum praefertur? Bonum est illud naturaliter, quod comparationem non habet mali, quod relatione alterius non obumbratur. Simulq; animaduertenda est Apostoli prudentia. Non dixit, bonum est vxorem non habere; sed bonum est mulierem non tangere: quasi & in tactu periculum sit: quasi, qui illam tetigerit, non euadat, quae virorum pretiosas animas rapit, quae facit adolescentium euolare corda. Alligabit quis in sinu ignem, & non comburetur? aut ambulabit super carbones ignis, & non ardebit? Quo modo igitur, qui ignem tetigerit, statim adurit: ita viri tactus, & foeminae, sentit naturam suam, & diuersitatem sexus intelligit. Narrant & gentiliū fabulae, Mitram & Erichoniam, vel in lapide, vel in terra, de solo aestu libidinis esse generatas. Vnde & noster Ioseph, quia tangere volebat eum Aegyptia, fugit ex manibus eius, & quasi ad morsum rabi-

diffimae canis, ne paulatim virus serperet, pallium, quod tetigerat, abiecit. Propter fornicationes autem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquaeque virum suum habeat. Non dixit autem, Vnusquisque propter fornicationes ducat vxorem: alioquin hac excusatione libidini frena laxasset, vt quotiescunque vxor moritur, toties ducenda sit alia, ne fornicemur: sed vnusquisque vxorem suam habeat. Suam inquit, habeat, sua vtatur, quam habebat ante quam crederet. Quam bonum erat, non tangere, & post fidem Christi sororem tantum nosse, non coniugem: nisi fornicatio tactum eius excusabilem faceret. Vxor proprii corporis non habet potestatem, sed vir: Similiter & vir sui corporis non habet potestatem, sed vxor. Omnis haec quaestio de his est, qui in matrimonio sunt deprehensi, an eis liceat vxores dimittere, quod & Dominus in euangelio prohibuit, vnde & Apostolus, Bonum est, ait, vxorem non tangere. Sed quia, qui semel duxit vxorem, nisi ex consensu, non valet se abstinere, nec dare repudium non peccanti: reddat coniugi debitum: sponte quippe se alligauit vt reddere cogeretur. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet? Quod Corpus Christi accipi non permittit? Quamdiu impleo mariti officium, non impleo continentis. Iubet idem Apostolus in alio loco, vt semper oremus. Si semper orandum est, numquam ergo coniugio seruiendum: quoniam, quotiescunque vxori debitum reddo, orare non possum. Petrus Apostolus, experimentum habens coniugaliū vinculorum, vide quo modo informent Ecclesiam, quid doceat Christianos: Similiter viri cohabitantes iuxta scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri tribuēt honorem, & sicut cohaeredibus multiplicis gratiae, vt non impediatur orationes vestrae. Ecce eodem sensu, quia eodem & spiritu, impediti dicit orationes officio coniugali. Quod autem ait, Similiter; iccirco ad imitationem prouocat viros, quia iam supra vxoribus praeeperat, dicens: Vt videant viri in timore castam vestram conuersationem, quarum sit non exterius compositio crinium, & distinctio auri, & in cultu vestis ornatus, sed absconditus cordis homo, in incorruptione mitis & silentis spiritus: hoc est, coram Deo placens. Cernis, quale coniugium inter viros vxoresq; praecipiat? Cohabitantes iuxta scientiam, vt nouerint quid velit, quid desideret Deus, vt tribuant honorem vasculo muliebri. Si abstinemus nos à coitu; honorem tribuimus vxoribus: si non abstinemus: perspicuū est, honori contraria esse contumeliam. Ad vxores quoque, Vt videant, inquit, viri castam conuersationem vestram, & ornatum in abscondito cordis homine; in incorruptione mitis & silentis spiritus. O verē digna vox apostolo, & Petra Christi. Mariis vxoribusq; dat legem, & damnato carnis ornatu, castitatem praedicat, & ornatum interioris hominis, in incorruptione mitis & silentis spiritus, quodam modo hoc dicens: Quoniam exterior vester homo corruptus est; & beatitudinem incorruptionis, quae proprie virginum est, habere desistis; imitami incorruptionem spiritus, saltē per feram abstinenciam, & quod corpore non potestis, mente praestate, has enim Christus diuitias, & hos vestrae coniunctionis quaerit ornatus. Verum, ne quis putet ex eo, quod sequitur, Vt vacetis orationi, & iterū reuertimini ad id ipsum. Apostolum hoc velle, & non propter maiore ruinam cōcedere: statim infert, Ne tenet vos satanas propter incontinentiam vestram, Pulchra nimirū indulgentia,

1. Cor. 7.

1. Thess. 5.

1. Pet. 3.

1. Cor. 7.

& ite.

1. Cor. 7.

Ecc. 39.

& iterum ad id ipsum, quod erubescit suo vocare nomine, quod tentationi præfert satanæ, quod causam habet incontinentiam: laboramus quasi obscurum disserere, cum exposuerit ipse, quod scripsit. Hoc autem, inquit, dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium, & mussitamus adhuc nuptias non vocare indulgentiam, sed præceptum: quasi nõ eodem modo & secunda, & tertia matrimonia cõcedantur: quasi non & fornicatoribus per pœnitentiam fores aperiantur ecclesiæ, quodquæ his est maius, & incestis. Nam illum violatorem nouerçæ, quem in prima ad Corinthios epistola tradiderat satanæ, in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret, in secunda retrahit, & ne abundantiori tristitia absorbëatur frater, laborat. Aliud est, velle quid apostolum, aliud ignoscere. In voluntate promeremur, venia abutimur. Vis scire, quid velit Apostolus? iunge, quod sequitur: Volo autem omnes homines esse, sicut me ipsum. Beatus, qui Pauli similis erit. Felix, qui audit Apostolũ volentẽ, nõ ignoscẽtẽ. Hoc, inquit, volo, hoc desidero, vt imitatores mei sitis, sicut & ego Christi. Ille virgo de virgine, de incorrupta incorruptus: nos, quia homines sumus, & natiuitatẽ Saluatoris nõ possumus imitari, imitemur saltem conuersationẽ. Illud diuinitatis est, & beatitudinis; hoc humanæ conditionis est, & laboris. Volo omnes homines similes mei esse, vt dum mei similes sunt, similes fiant & Christi, Cuius ego similis sum. Qui enim in Christum credit, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sed vnusquisq; propriũ donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Quid, inquit, velim, perspicuum est. Sed quoniã in Ecclesia diuersa sunt dona, concedo & nuptias, ne videar damnare naturam. Simulq; considera, quod aliud donum virginittatis sit, aliud nuptiarum: si enim eadem esset merces nuptiarum, & virginum; numquam dixisset post præceptum continentia, Sed vnusquisq; proprium habet donum ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Vbi proprietates singulorum est, ibi altrinfecus diuersitas. Concedo & nuptias esse Dei donum: sed inter donum & donum magna diuersitas est. Deniq; & Apostolus de eodem post incestum pœnitente, e contrario, inquit, Donate ei, & consolamini: & si cui quid donastis, & ego. Ac ne putaremus donum hominis esse contemnendum, addidit: Nam & ego quod donauit, si quid donauit propter vos, in persona Christi. Diuersa sunt dona Christi, vnde & Ioseph in typo eius variã habet tunicã, & in psalmo quadragesimo quarto legimus: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et Petrus apostolus, Sicut Dispensatores, ait, multiplicis gratiæ Dei. Quod significantius Græce dicitur *ποικιλῆς*, id est, variæ. Sequitur: Dico autem inuuptis, & viduis: Bonum est eis, si sic permanserint vt ego. Si autem nõ se continent, nubant, melius enim est nubere, quàm vri. Postquam nuptis concesserat vsu coniugij, & ostenderat ipse quid veller, quidũ concederet, transit ad inuuptas & viduas; & sui proponit exemplum, & felices vocat, si sic permanserint. Si autem non se continent, nubant, id ipsum quod supra: propter fornicationes autem, & ne tentet vos satanas, propter incontinentiam vestram. Redditq; causam cur dixerit, Si se non continent, nubant, melius est enim nubere, quàm vri. Ideo melius est nubere quia peius est vri. Tolle ardorem libidinis, & non dicet, Melius est nubere. Melius enim semper ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni. Velut si diceret: Melius est vnum oculum habere, quàm nullum. Melius est vno inniti

pede, & alteram partem corporis baculo sustentare, quàm fractis cruribus repere. Quid ais apostole? Non tibi credo dicenti, est imperitus sermone, non tamen scientia. Quo modo illud de humilitate descendit, quia non sum dignus vocari apostolus, & mihi minimo omnium apostolorum, & tamquã abortiuo, sic & hoc humilitatis dictum puto. Nosti sermonum proprietates; quamobrem & de Epimenide, & de Menandro, & de Arato quadam sumis testimonia. Vbi de continentia loqueris, & virginitate, Bonum est, ais, homini mulierem non tangere: & Bonum est eis, si sic permanserint vt ego: & Puto hoc bonum eis esse propter instantem necessitatem, & Quia bonum est homini sic esse. Vbi ad nuptias venis, non dicis, bonum est nubere, quia nõ potes iungere, quàm vri: sed dicis, Melius est nubere, quàm vri. Si per se nuptia sunt bonæ; noli illas incendio comparare; sed dic simpliciter, bonum est, nubere, suspecta est mihi bonitas eius rei, quam magnitudo alterius mali malum esse cogit inferius, ego autem leuius malum, sed simplex per se bonum volo.

Hucusque primum capitulũ edisseruntur est: veniamus ad sequentia. His autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo; non dimittat illam: & cætera, vsque ad eum locum, vbi ait: Vnusquisque, sicut vocauit eum Deus, ita ambulet. Et sicut in omnibus ecclesijs doceo. Hic locus ad præsentem controuersiam non pertinet, docet enim, iuxta sententiam Domini, vxorem, excepta causa fornicationis, non repudiandam; & repudiatam, viuo marito, alteri non nubere, aut certè viro suo reconciliari debere. His autem, quos in matrimonio deprehendisset fides, hoc est, si vnus credidisset de duobus, præcipit ne credens repudiet non credentem. Causisq; expositis, quod candidatus fidei sit infidelis, si nolit à credente discedere; e contrario iubet, si infidelis repudiet fidelem propter fidem Christi, discedere debere credentem; ne coniugem præferat Christo, cui etiam anima postponenda est. At nunc plerũque contemnententes Apostoli iussionem, iunguntur gentilibus, & templa Christi idolis prostituunt, nec intelligunt se corporis eius partem esse, cuius & costæ sunt. Ignoscit Apostolus infidelium coniunctioni, quæ habentes maritos in Christum postea crediderunt; non ijs, quæ cum Christianæ essent, nupserunt gentilibus: ad quas alibi loquitur: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidei? qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui. Licet in me seuituras sciam plurimas matronarum, licet eadem impudentia, qua Dominum contempserunt, in me, pulicem, & Christianorum minimum, debacchaturas; tamen dicam quod sentio: loquar quod me Apostolus docuit, non illas iustitiæ esse, sed iniquitatis; non lucis, sed tenebrarum; nõ Christi, sed Belial; non templa Dei viuientis, sed fana & idola mortuorũ. Vis apertius discere, quod Christianæ omnino nõ liceat ethnico nubere? Audi eundem Apostolũ: Mulier, inquit, alligata est legi, quãto tempore vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino, id est, Christiano. Qui secundas tertiasq; nuptias cõcedit in

2. Cor. 7.
1. Cor. 13o

1. Cor. 7.

CAP. 5.

Math. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 7.

Domino,

Gen. 24. Domino, primas cum ethnico prohibet. Vnde & Abraham adiuurat seruum suum in fœmore suo, hoc est in Christo, qui de eius femine erat nasciturus, vt filio suo Isaac alienigenam non adducat vxorem. Et **1. Esdr. 10.** Esdras offensam Dei huiuscemodi vxorum repudiatione compefcit. Et Malachias propheta, Præuaticarus est, inquit, Iudas, & abominatione fecit in Israël & in Hierusalem. Polluit enim sanctum Domini, & dilexit & habuit filiam Dei alieni. Disperdat Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrū, & discipulum, de tabernaculis Iacob, & offerentem munera Domino virtutum. Hæc iccirco dixi, vt qui nuptias virginitati comparant, sciant saltem tales nuptias digamiae & trigamiae subiiciendas.

CAP. 6. Ad superiore[m] disputationem, in qua docuerat, fidelem ab infideli non debere discedere, sed permanere in matrimonio, sicut eos inuenisset fides, & vnumquemque vel cœlibem, vel maritum ita durare, vt esset Christi baptisinate deprehensus, infert subito parabolas circumcisi & ethnici, serui & liberi, & sub metaphora earum de nuptis disputat & innuptis. Circumcisi aliquis vocatus est, nō adducat præputium. In præputio vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisque, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es, nō sit tibi curæ, sed & si potes liber fieri, magis vtere. Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini. Similiter & qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Vnusquisque, in quo vocatus est frater, in eo permaneat apud Deum. Ac primum, quia nonnullos hanc intelligentiam reprehensuros arbitror, interrogare liber, quæ sit consequentia, vt de maritis & vxoribus disputans, repente transfret ad comparatione[m] Iudæi & ethnici, serui & liberi, & rursum, hac disputatione finita, rediret ad virgines, dicens: De virginibus autem præceptum Domini non habeo. Quid sibi vult inter coniugia & virginitatem, Iudæi & ethnici, serui liberiq; collatio? Secundò, quo modo possit intelligi, Circumcisi aliquis vocatus est, non adducat præputium. Num qui semel amputatum habet præputium, potest si velit, rursus illud adducere? Deinde, quo sensu exponendum sit, Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini? Similiter, Qui liber vocatus est, seruus est Christi? Quartò, quo modo ille, qui præcepit seruis obedire Dominis carnalibus, nunc dicat: Nolite fieri serui hominum? Ad extremum, quid pertineat ad seruitutem vel circumcissionem, Vnusquisq; in quo vocatus est frater, in eo permaneat apud Deum, nam & contrarium est superiori sententiæ, si enim illud audiui[m]us: Nolite fieri serui hominum: qua ratione possumus in ea permanere vocatione, qua vocati sumus: cum multi crediderint habentes carnales dominos, quibus nūc seruire prohibentur? Porro ad circumcissionem quid facit, permanere in ea vocatione, in qua vocati sumus? cū in alio loco idē Apostolus clamat: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniā si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. Restat igitur, vt circumcisio & præputium, seruus & liber, superiori sensui coaptentur, & de antecedentibus pendeat. Circumcisi aliquis vocatus est, non adducat præputium. Eo, inquit, tēpore, quo vocatus es, & credidisti in Christum, si circumcisi vocatus es ab vxore, & cœlebs eras, noli ducere vxorē, hoc est noli adducere præputiū, ne circumcissionis & pudicitiae libertatem oneres sarcina nuptiarū. Rursum, si in præputio quis vocatus est, nō circumcidatur. Habebas, inquit, vxorē,

cum credidisti: noli fidē Christi putare causam diffidij: quia in pace vocauit nos Deus. Circumcisio nihil est, & præputiū nihil est, sed obseruatio mandatorū Dei. Nihil enim prodest absque operibus, cœlibatus & nuptiæ, cum etiam fides, quæ proprie Christianorum est, si opera non habuerit, mortua esse dicatur, & hac lege virgines quōque Vestæ & Iunonis vniuiræ in sanctarum queat ordine numerari. Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Quando credidit, siue habebat, siue nō habebat vxorem, in eo permaneat in quo vocatus est. Ac per hoc non tam virgines cogit vt nubāt, quā[m] repudia prohibet: & sicut habentibus vxores tollit licentiā dimittendi eas, sic virginibus nubēdi amputat facultatem. Seruus vocatus es, non sit tibi curæ: sed & si potes liber fieri, magis vtere. Etiā si habes, inquit, vxorem, & illi alligatus es, & soluis debitum, & non habes tui corporis potestatem, atque (vt manifestius loquar) seruus vxoris es: noli propter hoc habere tristitiam, nec de amissa virginitate suspires: sed etiam, si potes causas aliquas inuenire diffidij, vt libertate pudicitiae perfruaris, noli salutem tuam cum alterius interitu quærere. Habeto paulisper vxorem: nec præcurras morantem: expecta dum sequitur. Si egeris patienter, coniux mutabitur in sororem. Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Reddit causas, cur nolit vxores deserere. Iccirco ait: Præcipio, vt in Christum de gentilitate credentes, inita ante fidem matrimonia non relinquunt: quia, qui vxorem habens credidit, non tanto Dei seruitio detinetur, quanto virgines, & innuptæ: sed quodam modo est liberior, & seruituti illi frena laxantur; & dum vxoris est seruus, (vt ita dicam) libertus est domini. Porro qui vxorem non habens credidit, & liber à seruitute coniugij vocatus est à Domino, ille verè seruus est Christi. Quanta felicitas, non vxoris seruum esse, sed Christi; non carni seruire, sed spiritui? Qui enim adhæret Domino, vnus spiritus est. Ac ne forsitan in eo, quod supra dixerat: Seruus vocatus es: non sit tibi curæ; sed & si potes liber fieri, magis vtere: sugillasse continentiam videretur, & in famulatum nos tradidisse coniugium: infert sententiam, quæ omnem amputet cauillationem: Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Redempti sumus pretioso sanguine Christi: immolatus est pro nobis agnus: & aspersi calidissimo rore hyssopi, omnem pituitam noxiæ voluptatis excoximus. Quibus in baptisinate mortuus est Pharaos, & vniuersus eius suffocatus est exercitus, cur rursus Egyptum quarimus, & post manna angelorum cibum, allia, & cepe, & pepones, & carnes varias suspiramus?

Maritorum & continentium disputatione præmissa, tandem ad virgines venit, & ait: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniā bonū est homini sic esse. Hic aduersarius tota exultatione bacchatur: hoc velut fortissimo ariete, virginitatis murum quatens, Ecce, inquit, Apostolus proficitur de virginibus Domini se non habere præceptum: & qui cum auctoritate de maritis & vxoribus iusserat, non audet imperare, quod Dominus non præcepit. Et rectè, quod enim præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: quod necesse est fieri, nisi fiat, poenam habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iustum est: Si virginitatem

Iacob. 4.

1. Cor. 7.

Exod. 14.

Num. 11.

Exod. 14.

Num. 11.

CAP. 7.

1. Cor. 7.

ginitatem Dominus imperasset; videbatur nuptias condemnare, & hominum auferre seminarium, unde & ipsa virginitas nascitur. Si præcidisset radicem, quo modo fruges quæreretur? Nisi ante fundamenta iecisset, qua ratione ædificium extrueretur, & operturum cuncta desuper culmen imponderet? Multo labore fossorum subuertuntur montes: terrarum pene interna penetrantur, vt inueniatur aurum. Cumq; de granis minutissimis prius conflatione fornacis, deinde callida artificis manu fuerit monile compactum: non ille beatus vocatur, qui de luto excreuit aurum, sed qui auri vitur pulchritudine. Noli igitur admirari, si inter titillationem carnis, & incentiua vitiorum, angelorum vitam non exigimur, sed docemur. Quia vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum, necessitas est seruientis. Præceptum, inquit, Domini non habeo, consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino. Si non habes præceptum Domini, quare audes dare consilium, de quo non habes iussione? Respondebit mihi Apostolus: Et vis vt ego iubeam quod Dominus obrulit potius, quam præcepit? Ille creator, & figulus, sciens fragilitatem vasculi, quod operatus est, virginitatem in audientis potestate dimisit: & ego, doctor gentium, qui omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrificerem, onus perpetuæ castitatis statim in principio credentium imponam ceruicibus infirmorum? Discant prius ferias nuptiarum: vacent ad tempus orationi, vt accepto gustu pudicitiz, id semper habere desiderent, quo ad modicum delectati sunt. Dominus tentatus à pharisæis, vtrum secundum legem Moysei vxores liceret dimittere, omnino fieri prohibuit, quod discipuli considerantes, dixerunt ei: Si talis est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quibus ille respondit: Non omnes capiunt verbum, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de vtero matris ita sunt: & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt: & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat. In proptulo est cur Apostolus dixit: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, profectò quia præmiserat Dominus: Non omnes capiunt verbum, sed quibus datum est: & qui potest capere capiat. Proponit *αὐτῶν* præmium: inuitat ad cursum: tenet in manu virginitatis brauium: ostendit purissimum fontem. & clamitat: Qui sicut, veniat, & bibat: qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis nolitis bibendū vobis est, atq; currédum: sed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum. Maiorisque gratiz est, offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris. Apostoli, vxoris onera contemplati, Si talis est, inquit, causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quorum Dominus sententiam probans, Rectè quidem sentitis, ait, quod non expedit homini, ad cælorum regna tendenti, accipere vxorem; sed difficilis res est: & non omnes capiunt verbum istud, verum quibus datum est. Alios eunuchos natura facit, alios vis hominum. mihi illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed voluntas. libenter illos in meos sinus recipio, qui se castrauerunt propter regnum cælorum; & ob mei cultum noluerunt esse, quod nati sunt. Simulque tractanda sententia: Qui se, inquit, castrauerunt propter regnum cælorum. Si castrati mercedem habent regnum cælorum; ergo, qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum. Qui potest, inquit, cape-

re, capiat. Grandis fidei est, grandisque virtutis, Dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre Domino; & iuxta eundem Apostolum, esse sanctum & corpore, & spiritu. Hi sunt eunuchi, qui se lignum aridum ob sterilitatem putantes, audiunt per Esaiam, quod pro filijs & filiabus locum in cælis habeant paratum. Horum typus est Abdemelech eunuchus in Hieremia, & spado ille reginæ Candaces in Actis apostolorum; qui ob robur fidei, viri nomen obtinuit. Ad hos & Clemens, successor apostoli Petri, cuius Paulus apostolus meminit, scribit epistolam, omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexit; & deinceps multi apostolici, & martyres, & illustres tam sanctitate quam eloquentia viri, quos ex proprijs scriptis nosse perspicile est. Existimo enim, inquit, hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est illa necessitas, quæ spretò vinculo coniugali, virginitatis appetit libertatem? Væ prægnantibus, & nutricibus in illo die. Non hic scorta, non hic lupanaria condemnantur, de quorum damnatione nulla dubitatio est; sed veteri tumescentes, & infantum vagitus, & fructus atque opera nuptiarum. Quoniam bonum est homini sic esse. Si bonum est homini sic esse, malum est ergo homini sic non esse. Alligatus es vxori: noli querere solutionem. Solutus es ab vxore: noli querere vxorem. Habet vnusquisque nostrum terminos suos: redde mihi meum, & tuum tene. Si alligatus es vxori, ne illi des repudium. Si solutus sum ab vxore, non queram vxorem. Vt ego non soluo coniugia, si semel ligata sunt: ita tu non liges, quod solutum est. Simulque significantia consideranda verborum est. Qui vxorem habet; & debitor dicitur, & esse in præputio, & feruus vxoris, & quod malorum feruorum est, alligatus. qui autem sine vxore est, primum nullius debitor est, deinde circumcisus, tertio liber, ad extremum solutus. Curramus per reliqua: neque enim nos patitur magnitudo voluminis diutius in singulis immorari. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Aliud est, non peccare, aliud, benefacere. Et si nupsit virgo, non peccauit. Non illa virgo, quæ semet Dei cultui dedicauit. harum enim si qua nupsit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit: quanto magis de virginibus præualebit, cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim, quæ post consecrationem nupsint, non tam adulteræ sunt, quam incestæ. Ac ne videretur in eo, quod dixerat, Et si nupsit virgo, non peccauit, rursus cælibes ad nuptias prouocare: statim se refrenauit; & aliud inferendo, infirmauit quod concesserat, dicens: Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Qui sunt isti, qui tribulationem carnis habebunt? Quibus supra indulserat: Si acceperis vxorē, non peccasti: & si nupsit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Nos, ignari rerū, putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiā. Si autem nubentibus etiam in carne tribulatio est, in qua sola videbatur habere delicias: quid erit reliquū, propter quod nubant, cum & in spiritu, & in anima, & in ipsa carne tribulatio sit? Ego autē vobis parco. Sic ait, obtendo carnis tribulationē, quasi non maiores sint propter quæ nubere non debeatis. Igitur hoc dico fratres: Tempus breue est. Reliquum est, vt qui habent vxores, sic sint tamquam non habentes. Nequaquam iam de virginibus disputo, quos nulla ambiguitas est esse felices. Ad maritos venio. Tempus breue est, Dominus prope est. Etiam si nongentis viueremus annis, vt antiqui homines; tamen breue putandum

1. Cor. 9.

Mar. 10.
Math. 19.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.
Math. 19.

1. Cor. 7.

Esa. 56.

Hier. 18.

Act. 8.

Philip. 4.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

1. Cor. 7.

putandum esset, quòd haberet aliquando finem, & esse cessaret. nunc verò cum brevis sit non tam latinitia, quàm tribulatio nuptiarum: quid accipimus vxores, quas cogemur cito amittere? Et qui fient, inquit, & gaudent, & emunt, & vtuntur hoc mundo, sic sunt, quasi non fiant, gaudeant, emant, vtantur hoc mundo. præterit enim figura huius mundi. Si mundus transit, quo vniuersa clauduntur, immo figura & conuersatio huius mundi, quasi nubes, præterit: inter cætera mundi opera & nuptiæ præteribunt. neque enim erunt post resurrectionem coniugia. si autem mors finis est nuptiarum: cur necessitatem non in voluntatem vertimus? & quod inuitis extorquendū est, cur non spe præmiorum offerimus Deo? Qui sine vxore est sollicitus est, quæ Domini sunt, quo modo placeat Deo. Qui autē cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori, & diuisus est. Intueamur curarum virginis, maritiq; distatias. Virgo Domino, maritus vxori placere desiderat: & vt vxori placeat, sollicitus est de ijs, quæ sunt mundi, quæ cum mundo vitæque transitura sunt: & diuisus est, in multas scilicet sollicitudinū partes, miseriarumq; distractus. Non est huius loci, nuptiarum angustias describere; & quasi in communibus locis rhetorico exultare sermone. plenius super hac re cōtra Heluidium, & in eo libro, quem ad Eustochium scripsi, arbitror absolutum. certè & Tertullianus, cū adhuc esset adolescens, lusit in hac materia; & præceptor meus Gregorius Nazianzenus, virginitatem & nuptias differens, Græcis versibus explicauit. nunc illud breuiter admonéo, in Latinis codicibus hunc locū ita legi: Diuisa est virgo & mulier. quod quamquam habeat suum sensum, & à me quoq; pro qualitate loci sic edisseruū sit: tamen non est apostolicæ veritatis. siquidem Apostolus ita scripsit, vt supra transtulimus: Sollicitus est quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori, & diuisus est: & hac sententia definita transgreditur ad virgines, & continentes, & ait: Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore, & spiritu. Non omnis innupta, & virgo est. Quæ autem virgo, vtique & innupta est. Quamquam ob elegantiam dictionis potuerit id ipsum altero verbo repetere, mulier innupta, & virgo, vel certè definire voluisse, quid esset innupta, id est, virgo, ne & meretrices putemus innuptas, nulli certo matrimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta & virgo? Quæ Domini sunt: vt sit sancta & corpore & spiritu. Vt nihil aliud esset, vt nulla merces virginem amplior sequeretur: sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ Domini sunt. Statimq; docet, quæ sit ipsa cogitatio, vt sit sancta & corpore, & spiritu. Nonnullæ quippe sunt virgines carne, non spiritu: quarum corpus integrum est, & anima corrupta. Sed illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit. E contrario, quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quo modo placeat viro. Sicut, qui vxorem habet, sollicitus est quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori. sic nuptas mundi cogitat, quo modo placeat viro. Nos autem non sumus de hoc mundo, qui in maligno positus est, cuius figura præterit. De quo dicitur ad apostolos: Si effetis de hoc mundo, amaret vtique mundus, quod suum erat. Ac, ne forsitan putareretur onus grauissimum castitatis nolentibus imponere, statim iungit causas suadendi, & ait: Hoc autem ad vtilitatem vestram dico; non vt laqueum vobis iniiciam; sed vt ad id, quod honestum est, & intentè facit seruire Domino, absque vlla distractione vos adhorter. Proprietatem Græcam Latinus sermo non

explicat. quibus enim verbis quis possit dicere: Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, ὅτι ἵνα ἑρπύσσῃ ὑμῶν ἐπιπέλας, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐσεβεῖν καὶ εὐσπράσσειν τῶν κυρίῳ ἀπερισπάσως. vnde & in Latinis codicibus, ob translationis difficultatē, hoc penitus non inuenitur. vtamur igitur eo, quod nos vertimus. Non imponit nobis Apostolus laqueum, nec cogit esse quod nolumus; sed suadet quod honestum est, & decorum; & intentè facit seruire Domino, & semper esse sollicitum, & expectare paratum Domini voluntatem: vt cum quid imperauerit, quasi strenuus & armatus miles, statim impleat quod præceptum est, & hoc faciat sine vlla distentione, quæ data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, vt distendantur in ea. Si quis autem considerat virginem suam, id est, carnem lasciuire & ebullire in libidinem, nec refrenare se potest; duplexq; ei incumbit necessitas, aut accipiendæ coniugis, aut ruendi: quod vult vaciat: non peccat, si nubat. Faciat, inquit, quod vult, non quod debet. Non peccat, si ducit vxorem; non tamen bene facit, si duxerit: quia non, quod debet facit, sed quod vult. nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis; & hoc iudicat in corde suo seruare virginem suam: bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Signanter & propriè supra dixerat: Qui ducit vxorem, non peccat, hic qui seruat virginem suam, bene facit. Aliud est autem, non peccare, aliud, benefacere. Declina, inquit, à malo, & fac bonum. Illud declinamus, hoc sequimur. In altero initium, in altero perfectio est. Verum ne in eo, quod dixit, Et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: existimet aliquis obseruationem nostram non stare: protinus hoc ipsum bonum extenuat, & obumbrat comparatione melioris, & dicit: Et qui non iungit, melius facit. Nisi illaturus esset, melius facit, nunquam præmississet, bene facit. vbi autem bonum & melius est, ibi boni & melioris non vnum est præmium: & vbi non vnum præmium, ibi vtique dona diuersa. Tantum est igitur inter nuptia & virginitatem, quantum inter nõ peccare & benefacere, immo, vt leuius dicam, quantum inter bonum & melius.

Finita disputatione coniugiorum, & virginitatis, & inter vtrumque cauto moderamine præceptorum, vt nec ad sinistram, nec ad dexteram diuerteret, sed via regia graderetur, & illud impleat: Ne sis iustus multum: rursus monogamiam digamiam comparat; & quo modo nuptias subdiderat virginitati, ita digamiam primis nuptiis subiicit; & ait: Mulier alligata est, quanto tempore vir eius viuat: quod si dormierit vir eius, libera est; cui vult; nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanferit, secundum consilium meum. Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam. Concedit secundas nuptias, sed volentibus, sed ijs, quæ se continere non possunt, ne luxuriatæ in Christo, nubere velint, habentes damnationem, quod primam fidem irritam fecerint: & hoc concedit, quia multæ abierunt retro post fatanam. Cæterum beatiores, inquit, erunt, si sic permanferint: continuoq; subiungit apostolicam auctoritatem, secundum meum consilium. Porro, ne auctoritas Apostoli quasi hominis leuior videretur, addidit: Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam. Vbi ad continentiam prouocat, ibi nõ hominis, sed spiritus Dei consilium est: vbi autem nubendi concedit veniam, spiritum Dei non nominat, sed prudentiæ librat consilium; ita singulis relaxans,

Eccle. 1.

1. Cor. 7

Psal. 11

1. Cor. 7

CAP. 8.

Eccle. 7

1. Cor. 7

Ioan. 1.

1. Cor. 7.

- Gen. 5. translatum Enoch, quod uxorem habuerit, sed quod primus inuocauerit Deum, & crediderit in Saluatorem: de quo Paulus apostolus in epistola ad Hebræos plenissimè docet. Porro Noë, qui quasi secunda radix humano generi seruabatur, utique cum uxore & filijs debuit referuari, quamquam in hoc mysterium scripturarum sit. Arca illa, iuxta Apostolum Petrum, typus Ecclesiæ fuit, in qua octo animæ saluæ factæ sunt. Quando ingreditur in eam Noë, tam ipse, quam filij eius ab vxoribus separantur: quando verò egreditur in terram, iunguntur paria; & quod in arca, id est, in Ecclesia fuerat separatum, in mundi conuersione sociatur. Simulq; si arca plures habuit mansiones, & nidulos, & bicamerata, & tricamerata, & diuersas bestias; & pro qualitate animalium, habitaciones quòque vel maiores, vel minores: existimo, quod diuersitas illa mansionum, præfigurauerit Ecclesiæ varietatem.
- Gen. 9. Gen. 6. CAP. IO. Quod autem nobis obijcit, in secunda Dei benedictione comedendarum carniū licentiam datam, quæ in prima concessa non fuerat: sciat, quo modo repudium iuxta eloquium Saluatoris ab initio non dabatur, sed propter duritiam cordis nostri, per Moysen humano generi concessum est; sic & esum carniū vsque ad diluuium ignotum fuisse; post diluuium verò, quasi in eremo murmuranti populo, conturnices, ita dentibus nostris neruus & virtutias carnis ingestas. Docet Apostolus scribens ad Ephesios, Deum proposuisse in adimplentione temporū recapitulare omnia, & ad principiu retrahere in Christū Iesum quæ sunt super cælos & super terram, vnde & ipse Saluator in Apocalypsi Ioannis, Ego sum, inquit, α, & ω, initium, & finis. Ab exordio conditionis humanæ nec carnibus vescēbamur; nec dabamus repudium; nec præputia nobis eripiebantur in signum, hoc cursu vsque ad diluuium peruenimus, post diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa duritiæ; & cultellus circumcisionis appositus: quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & ω reuoluit ad α, & extremitatem retraxit ad principium: nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apostolo: Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere. Et vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est.
- Gen. 9. CAP. II. Quid loquar de Abraham, ut ipse asserit, trigamo, qui signum fidei in circumcisione suscepit? Si imitatur vxorum illius numerum; imitemur & circumcisionem, neque enim in parte sectandus, & in parte repudiandus est. Porro Isaac, vnus Rebecæ vir, Christi præfiguratur ecclesiam, & digamię suggillat lasciuiam. Si autem duas bigas vxorum & concubinarum habuit Iacob, & non vult aduersarius acquiescere, lippientem Liam deformem atque fetosam, synagoga typum prætulisse; Rachel verò, pulchram, & diu sterilem, Ecclesiæ significasse mysterium: sciat eo tempore hoc fecisse Iacob, quando erat inter Assyrios, & in Mesopotamia, Laban durissimo Domino seruebat. Quando autem terram sanctam ingredi voluit, & in monte Galaad extruxit aceruum testimonij, in quo nihil inter sarcinas eius, Mesopotamiæ possessor inuenerat; iurans se nunquam ad locum, in quo seruierat, reuersurum: & ad torrentem Iaboch cū angelo luctatus claudicare cepit: & πλάτι νεύρον eius emarcuit, statimq; Israël sortitus est nomen: & illa quondam dilecta coniunx, pro qua
- seruierat, iuxta Bethlehem, in qua erat virginitatis præco Dominus nasciturus, à filio doloris occiditur: & confortia Mesopotamiæ Euangelica in vicinitate moriuntur, Miror autem, cur Iudam & Thamar nobis proposuerit in exemplum, nisi fortè & meretricibus delectatur, aut occisum Onam, quod fratri semen inuiderit: quasi nos qualemcumque feminis fluxum absque liberorum opere comprobemus. Perpicuū est de Moysè, quod periclitatus esset in diuersorio, nisi Sephora, quæ interpretatur Auis, filium circumcidisset, & præputiū nuptiarum cultro euangelico desecasset. Iste nempe Moyses est, qui cum vidisset visionem magnam, & angelum, siue Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eum accedere, nisi soluisset corrigiam calciamenti sui, & abiicisset vincula nuptiarum. Nec mirum hoc de amico, & propheta, & legifero Dei; cum omnis populus accessurus ad montem Sina, & Dei auditus eloquium, tribus diebus sanctificari iussus sit, & se ab vxoribus abstinere. Quod quidem scimus (licet præposterè faciam historiarum ordinem confundere) etiam ad Dauid fugientem ab Achimelech sacerdote dictum: Si mundi sunt pueri ab vxoribus? ille respondit: Ab heri & nudius tertius. Panes enim propositionis, quasi corpus Christi de vxorum cubilibus surgentes edere non poterant. Et nobis in transitu est contemplandum, quod dixit: Si mundi sunt pueri ab vxoribus, videlicet, quod ad munditias corporis Christi, omnis coitus immundus sit. In lege quòque præcipitur, vt pontifex, nisi virginem, non ducat vxorem, nec viduam accipiat. Si eadem virginis viduæq; conditio est; quare altera recipitur, altera reprobat? Et sacerdotalis vidua in domo iubetur sedere patris sui, nec secundum nosse matrimonium. Si soror virgo moritur sacerdotis; quò modo ipsa ad patris exequias, ita pater ad eam iubetur accedere. Si verò nupta sit, quasi aliena continentur. Qui vxorem duxerit, & qui plantauerit vineam, velut propagines filiorum prohibetur ad bella procedere. Non enim potest domini seruire militiæ serui vxoris: & de speculis mulierū ieiunatum, quasi de purissimis corporibus virginum, luter in tabernaculo funditur: & intrinsecus in sanctuario tam cherubim, quam propitiatorium, & arca testamenti, & mensa propositionis, & candelabrum, & thuribulum ex auro mundissimo sunt, neque enim in sancta sanctorum inferri poterat argentum.
- Quid moror in Moysè, cum mihi propositum sit, cursum celeriterq; dictanti, singula breuiter perstringere, & intelligentiæ quasdam lineas ducere? Transeandam ad Iesum, filium Naue, qui ante dictus est Aufe, siue, vt rectius habetur in Hebræo, Osee, id est, Saluator. Ipse enim, secundum epistolam Iudæ, saluauit, & eduxit populum Israël ex Ægypto, & in terram repromissionis induxit. Hic Iesus statim vt venit ad Iordanem; aquæ nuptiarum, quæ semper in lege fluxerant, arefactæ sunt, & steterunt, & sicis pedibus, ac nudis populus omnis transiit, & sicis pedibus, ac venit in Galgala, ibiq; secundo est circumcisus, quod si iuxta litteram accipimus, penitus stare non potest, si enim duplex haberemus præputium; vel excisa pellicula iterum nasceretur: recte secunda circumcisio haberet locum, nunc autem hoc significatur, quod Iesus cultello euangelij populum, qui per desertum venerat, circumcidit, & circumcidit cultello petri; vt quod in Moysi filio præfigurabatur ante in paucis, id sub Iesu duce impleteret in cunctis. Sed & ipsa præputia in vnum cum muli coaceruata, & sepulta, & terra obruta, & ablatum opprobrium Ægypti, & nomen

nomen loci Galgala, quod interpretatur reuelatio, ostendunt dum in præputio ambularet populus per desertum, oculos eius fuisse cæcatos. Videamus & consequentiam. Post Euangelij circumcissionem, & consecrationem duodecim lapidum in loco reuelationis, statim pascha celebratur: im molatur eis agnus, & sanctæ terræ vescuntur alimentis. egreditur Iesus: occurrit ei princeps militiæ gladium tenens, id est, vel pro circumciso populo pugnare se monstrans, vel dissecans glutinum nuptiarum. Similiterque vt Moyfi præceptum fuerat, & huic præcipitur. Solue calciamentum tuum. locus enim, in quo stas, terra sancta est. quia sic erat Domini armatus exercitus in tubis sacerdotalibus, quasi ad euangelicam prædicationem, sub typo Hiericho, mundus subuertitur. Et vt infinita præteream; (neque enim nunc mihi propositum est omnia veteris testamenti aperire mysteria) quinque reges, qui in terra reprobationis ante regnabant, resistebantq; euangelico exercitui, Iesu pugnate superantur. Hoc puto intellectu esse perspicuum, quod antequam Dominus populū suum educeret de Ægypto, & circumcideret eum, visus, odoratus, gustus, auditus, tactusque regnauerint, & his quasi principibus fuerint vniuersa subiecta, quos Iesus ad speluncam corporis confugientes, & ad tenebrosos locum, id est, ipsum ingredientes corpus, interfecit; vt per id occiderentur, per quod ante regnabant. Verum iam tempus est, vt castitatis Iesu vexillū leuemus. Moyses scribitur habuisse vxorem. Moysen autem & Dominus nofter, & Apostolus interpretantur legem: Habent Moysen & prophetas. Et: Ab Adam vsq; ad Moysen regnauit peccatum, etiam super eos, qui non peccauerunt, in similitudine præuaricationis Adæ: nullique dubium est, in vtrōque testimonio Moysen legem significare. Sicut ergo legimus, quod Moyses, id est, lex habuerit vxorem; ostende mihi Iesum Naue vel vxorem habuisse, vel filios: & si poteris monstrare, victum me esse fatebor. Et certe pulcherrimum terræ Iudææ in partitione accepit locum, moriturque non in vicenatio numero, qui semper in scripturis infaustus est; in quo seruiuit Iacob, & venditus est Ioseph, & quem diligit Esau, accipies in eo quædam munera; sed in decimo, de cuius laude crebro diximus: sepeliturque in Thammath Sareh, id est, in perfectissimo principatu, siue in numero operum et noui: vt virginum significaret greges, Saluatoris auxilio coopertos: in monte Ephraim, hoc est, in monte frugifero. ab aquilone montis Gaas qui interpretatur commotio. Mons enim Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni: quæ opposita semper inuidiæ est; per singulas tentationes dicit: Mei verò penè moti sunt pedes. Cùmque in sepultura Iesu, liber qui ex nomine eius appellatur, expletus sit: rursus in Iudicum volumine, quasi viuens resurgensque describitur: & sub ἀναληφῆς τῶν ὀστέων opera ipsius prædicatur, & legitur: Misit Iesus populum, & abierunt filij Israël vnusquisque in hæreditatem suam, vt possiderent terram. Et seruiuit populus Domino cunctis diebus Iesu, &c. Statimq; subiungitur: Et mortuus est Iesus Naue, seruus Domini, centum decem annorum. Porro Moyses vidit tantum terram reprobationis, & intrare non potuit, & mortuus est in terra Moab, & sepeliuit eum Dominus in valle tertæ Moab contra domum Phegor, & non cognouit vt sepulcrum eius vsq; in diem hunc. Comparemus vtriusq; sepulturam. Moyses in terra Moab moritur, Iesus in terra Iudææ. ille sepelitur in valle contra domum Phegor, quod interpretatur ignominia:

(proprie quippe Phegor lingua Hebræa priapus appellatur) hic in monte Ephraim ab aquilone montis Gaas. Et est in verbis simplicibus semper diuinarum scripturarum sensus augustior: quia apud Iudæos gloria erat in partibus, & parturitionibus: & maledicta sterilis, quæ non habebat semen in Israël: & beatus, cuius erat semen in Sion: & domestici in Hierusalem: & in benedictione maxima ponebatur: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mentæ tuæ: iccirco sepulcrum eius positum in valle describitur contra domum idoli, quod proprie libidini consecratur. Nos autem, qui militamus sub Iesu duce, vsq; ad præsentem diem ignoramus, vbi Moyses sit sepultus: contemnimus enim Phegor, & omnem ignominiam eius, scientes quod, qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et Dominus ante diluuium quodque dixerat: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis; quia caro sunt. Quamobrem & Moyses moriens plangitur: a populo Israël: Iesus autem, quasi victurus, non plangitur. nuptiæ enim finiuntur in morte, virginitas post mortem incipit coronari.

Samson quoque producit in medium: nec decalatum quondam Domini Nazaræum à muliere considerat: qui licet typum teneat Saluatoris, quod metricem ex gentibus adamarit Ecclesiam; & multo plures hostium moriens, quàm viuus, occiderit; tamen coniugalis pudicitæ exempla non præbet. Et tertè iste est secundum prophetiam Iacob: qui cum concitus equi pernicitate ferretur, à serpente percussus, retrorsum cecidit. Debboram autè, & Barach, & vxorem Heber Cyni cur enumerauerit, profus nō intelligo: cùm aliud sit, bellorū principes, & historiæ ordinem texere; aliud figuras aliquas significare coniugij; quæ in istis omnino non cōparent. Porro quod præfert lepte patris fidem lacrymis virginis filia; pro nobis facit. & nos enim non tam virgines sæculi, quàm eas, quæ propter Christum sunt virgines, prædicamus: & à plerisque Hebræorum reprehenditur pater voti temerarij, quia dixerit: Si tradens tradideris filios Ammon in manibus meis, quicumque exierit de domo mea in occursum mihi, cū reuertī cōpiero in pace à filiis Ammō, erit Domino; & offeram illum holocaustum. Si canis, inquit, si asinus occurrisset; quid faceret? Ex quo volunt Dei dispensatione esse factum, vt qui improspectè vouerat, errorem votorum in filia morte sentiret. Si autem Samuel nutritus in tabernaculo duxit vxorem; quid hoc ad præiudiciū virginitatis? quasi non hodie quōq; plurimi sacerdotes habeant matrimonia; & Apostolus episcopus describat vnus vxoris virū, habentem filios cū omni castitate. Simulque notandum, quod Samuel leuita non sacerdos, nō pontifex fuerit. vnde & faciebat illi mater sua ephod bad, superhumerale videlicet lineum; qui habitus proprie leuitarum & minoris est ordinis. vnde & in psalms nō nominatur inter sacerdotes, sed inter eos, qui inuocāt nomē Domini. Moyses, inquit, & Aarō in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocāt nomē eius. Leui enim genuit Caath, Caath genuit Aminadab, Aminadab genuit Chore, Chore genuit Assir, Assir genuit Helchana, Helchana genuit Sub, Sub genuit Tou, Tou genuit Heliu, Heliu genuit Ieroam, Ieroam genuit Helchana, Helchana genuit Samuelē. Nulliq; dubiū est, sacerdotes de Aaron, & Eleazar, & Phinees stirpe generatos. qui cū & ipsi vxores habuerint, rectè nobis opponerentur, si errore Encratarum ducti, contenderemus matrimonia

reprobanda : & non esset noster pontifex secundum ordinem Melchisedec sine patre, sine matre ἀνεπαλόγητος, hoc est, sine nuptiis. Er reuera magnos fructus ex liberis Samuel capit : vt, quia ipse placuit Deo, tales genuerit, qui Domino displicerent. Quod si Booz, & Ruth nobis obicit ad comprobendam digamiam : sciat, in Euangelio, ob typum ecclesie, etiam Raab meretricem in ordine maiorum Domini enumeratam. Porrò quod Dauid ducentis præputiis emisse iactat vxorem : nouerit, illum & alias habuisse quamplurimas ; & Michol, filiam Saul, quam pater alteri tradiderat, postea recepisse ; & iam senem, Sunamitidis puellæ calefactum esse complexibus. Nec hoc dico, quòd sanctis viris quidquam detrahere audeam ; sed quòd aliud sit, in lege versari ; aliud in Euangelio. Ille occidit Vriam Hetheum, mœchus extirpit in Betsabee. Et quia erat vir sanguinarius, non vt plerique existimant, propter bella, sed propter homicidium ; templum Domini ædificare prohibetur. Nos autem si vnum de minimis scandalizauerimus ; & si fratri dixerimus Raka, & non rectè viderimus : expedit vt mola asinaria ligetur circa collum nostrum ; & rei erimus gehennæ ; & adulterium in solo nobis aspectu reputabitur. Transit ad Solomonem, per quem se cecinit ipsa sapientia : & cum vxorium eum dicat, atque in illius laudibus immoretur, miror cur non iungat & illud de Cantico canticorum : Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ & adolecentulæ, quarum non est numerus. Et illud de Regnorum tertio, quod septingentas habuerit vxores, & trecentas concubinas, & alias innumerabiles. Hæ nempe sunt, quæ auerterunt cor eius à Domino : & tamen, antequam plures haberet vxores, & carnis vitii laberetur, in principio regni & adolecentiæ extruit Domino templum, vnusquisque enim non de futuris, sed de præsentibus iudicatur. Quòd si Solomonis exempla ei placent : iam non digamiam erit, & trigamus, sed nisi septingentas habuerit vxores, & trecentas concubinas, typum eius & meritum implere non poterit. Obsecro te lector, & id ipsum sæpe commoneo, vt scias me, quæ loquor, necessitate dicere ; nec detrahare iis, qui in lege præcesserint, sed seruisse eos temporibus, & conditionibus suis, & illam Domini implese sententiam : Crescite & multiplicamini, & replete terram : & quod his maius est, futurorum typos præbuisse : nobis autem, quibus dicitur : Tempus in collecto est : superest, vt qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant : aliud præcipi, & virginitatè à Salvatore virgine dedicari. Eliã, & Elisæum quàm stultè in Catalogo posuerit maritorum, me tacente manifestum est. Si enim Ioannes Baptista venit in spiritu & virtute Eliæ, & Ioannes virgo est : vtiq; non solum in spiritu eius venit, sed etiam in corporis castitate. Porrò illud, quod de Ezechia commemorari potest, quamquam hoc ille solita stoliditate non viderit, quòd post vitam recuperatam, & quindecim annorum sparia protelata, dixerit : Amodo filios faciam : sciat in Hebræis voluminibus non haberi, sed legi pro hoc : Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Nec mirum, si Holda vxor Sellum prophetissa cõsultatur ab Iosia rege Iudæ, iam captiuitate vicina, & ira Domini stillante super Hierusalem : cum hæc norma sit scripturarum, vt deficientibus viris sanctis, mulieres in virorū laudentur opprobria. Superfluum autè est de Daniele dicere, cum Hebræi vsque hodie autument, & illum, & tres pueros fuisse eunuchos, ex illa Dei sententia, quam Esaias loquitur ad Ezechiam : Et de filiis tuis, qui nascentur ex te, tollent & facient eunuchos in domo regis. Rursusq; in Daniele legitur : Et dixit rex Apthanez principi eunuchorum, vt introduceret de filiis captiuitatis Israël, & de femine regio, & de Pharthemim pueros, in quibus non esset macula, pulchros facie, & intelligètes sapientiã. Et argumentantur, si de femine regio electi sunt Daniel, & tres pueri, de femine autem regio eunuchos fore scriptura prædixit, hos esse, qui eunuchi facti sunt. Si verò & illud opposuerit, quod in Ezechiele dicitur, Noë, Daniel, & Iob in terra peccatrice filios & filias liberare non posse : respondendum est, quòd iuxta hypothese dictum sit. nec enim eo tempore Noë, & Iob erant, quos multis ante sæculis fuisse cognouimus. Et est sensus : si tales & tales viri fuerint in terra peccatrice, filios suos & filias liberare non poterunt : quia iustitia patris non liberabit filium, nec peccatum alterius alteri imputabitur. Anima enim, quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed & hoc dicendum, Danielem, iuxta historiam libri eius, cum Ioachim rege captum eo tempore, quo Ezechiel quoq; ductus est in captiuitatem, Quo modo ergo potuit habere filios, qui adhuc puer erat ? & expleto triennio, inductus est ad regis obsequium. Ac ne quis putet Ezechielem iam viri meminisse Danielis, & non pueri : Factum est, inquit, in anno sexto, regis scilicet Ioachim, in mense sexto, in quinta mensis : & ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me. Atque in eadem die ad eum dicitur : Si fuerint Noë, Daniel, & Iob. Erat igitur Daniel adhuc puer, & notus populo, vel propter interpretationem somniorum regis, vel propter Susannæ liberationem, & occisionem presbyterorum. Et perspicuè comprobatur, eo tempore, quo hæc dicebantur de Noë, Daniele, & Iob, adhuc puerum fuisse Danielem, nec potuisse habere filios & filias, quos sua iustitia liberaret. Hucusq; de lege.

Venit ad Euangelium, & proponit nobis Zachariam, & Elizabet, Petrum, & Iocrum eius : & consuetudine vecordia non intelligit istos quòque inter eos, qui legi seruiert, debuisse numerari. neq; enim Euangelium ante crucem Christi est, quod passione & sanguine ipsius dedicatur. Iuxta quam regulam Petrus, & ceteri Apostoli, vt ei ex superfluo interim cõcedam, habuerunt quidem vxores, sed quas eo tempore acceperant, quo Euangelium nesciebant. qui assumpti postea in apostolorum, relinquunt officium coniugale. nam cum Petrus ex persona Apostolorum dicit ad Dominum : Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te : respondit ei Dominus : Amen dico vobis, quonia nemo est, qui dimiserit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorè, aut filios propter regnum Dei, qui nõ recipiat multo plura in sæculo isto, & in sæculo futuro vitam æternam. Si autem nobis illud opposuerit, ad probandum quòd omnes Apostoli vxores habuerint : Numquid non habemus potestatem mulieres, vel vxores circumducendi, (quia ἄνθρωπος apud Græcos vtrumque significat) sicut ceteri Apostoli, & Cephas, fratres Domini ? iungat & illud, quod in Græcis codicibus est : Numquid non habemus potestatem sorores mulieres, vel vxores circumducendi ? Ex quo apparet, eum de aliis sanctis dixisse mulieribus, quæ iuxta morem Iudaicum, magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus, ipsi quoque Domino factitatum. nam & ordo verborum hoc significat : Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi, aut sorores mulieres circumducendi ? Vbi de comedendo, & bibendo, ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus inferitur : perspi-

perpicuum est, non vxores debere intelligi, sed eas, vt diximus, quæ de sua substantia ministrabant. quod & in veteri lege de Sunamitide illa scribitur, quæ solita sit Elisæum recipere, & ponere ei mensam, & panem, & candelabrum, &c. Aut certè, si *ἡ γυναῖκας* vxores accipimus, non mulieres: id quod additur, forores, tollit vxores; & ostendit eas germanas in spiritu fuisse, non coniuges. Quamquam, excepto Apostolo Petro, non sit manifestè relatum de aliis Apostolis, quòd vxores habuerint: & cum de vno scriptum sit, ac de cæteris tacitum, intelligere debemus, sine vxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale scriptura significet. Et tamen ille, qui nobis obiecit Zachariam, & Elisabet, Petrum, & socrum eius; sciat de Zacharia, & Elisabet Ioannem fuisse generatum, id est, de nuptiis virginem, de lege Euangelium, de matrimonio castitatem: vt à propheta virgine virgo Dominus & annunciaretur, & baptizaretur. Possimus autem de Petro dicere, quòd habuerit socrum eo tempore, quo credidit, & vxorem iam non habuerit: quamquam legatur in *πρὸς οὐκ* & vxor eius, & filia. Sed nunc nobis de canone omne certamen est. Et quia ad Apostolos prouocauit, quòd principes disciplinæ nostræ, & Christiani dogmatis duces, virgines non fuerint: vt eos interim virgines concedamus non fuisse, (neque enim hoc, præter Petrum, probari potest) nouerit hos esse Apostolos, de quibus Esaias vaticinatur: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissetis. Qui ergo erant ex Iudæis, virginitatè, quam in Iudaismo amiserant, in Euangelio habere non poterant. Et tamen Ioannes, vnus ex discipulis, qui minimus traditur fuisse inter Apostolos, & quem fides Christi virginem repererat, virgo permanfit: & ideo plus amatur à Domino, & recumbit super pectus Iesu. Et quòd Petrus, qui vxorem habuerat, interrogare non audeat, illum rogat vt interrogèt. Et post resurrectionem, nunciante Mariâ Magdalene, quòd Dominus surrexisset, vterque cucurrit ad sepulcrum, sed ille præuenit. Cùmque essent in litore, nec sciebant Apostoli quem viderent: solus virgo virginem agnoscit, & dicit Petro: Dominus est. Rursum, post auditam sententiam, quòd ab alio cingendus esset Petrus, & ducendus quo nollit, & crucis fuisse illi passio prophetata; & ille diceret: Domine, Quid iste: nolens deserere Ioannem, cum quo semper fuerat copulatus, dicit ei Dominus: Si eum sic volo esse, quid ad te? Vnde & sermo exiuit inter fratres, illum discipulum non moriturum. Ex quo ostenditur virginitatem non mori, nec sordes nuptiarum ablui cruore martyrij, sed manere cū Christo, & dormitionem eius transitum esse, non mortem. Si autem obnixè contenderit, Ioannem virginem non fuisse; & nos amoris præcipui causam virginitatem diximus: exponat ille, si virgo non fuit, cur cæteris Apostolis plus amatus sit? At dicis, super Petrum fundatur Ecclesia: licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat; & cuncti claves regni cælorum accipiant; & ex æquo super eos Ecclesia fortitudo solidetur; tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto, schismatis tollatur occasio. Sed cur non Ioannes electus est virgo? Atati delatum est, quia Petrus senior erat: ne adhuc adolescens, ac pene puer, progressæ ætatis hominibus præferretur: & magister bonus, qui occasionem iurgij debuerat auferre discipulis, & qui dixerat eis, Pacem meam do vobis, pacem relinquo

HIERON. TOM. I.

vobis: Et, Qui voluerit inter vos maior esse, minimus omnium sit: in adolescentem, quem dilexerat, causam præbere videretur inuidiæ. Vt autem sciamus, Ioannem tunc fuisse puerum; manifestissimè docent ecclesiastica historia, quòd vsque ad Traiani vixerit imperium, id est, post passionem Domini sexagesimo octauo anno dormierit: quod & nos in libro de illustribus viris breuiter perstrinximus. Petrus Apostolus est, & Ioannes Apostolus; maritus, & virgo: sed Petrus Apostolus tantum: Ioannes & Apostolus, & Euangelista, & propheta: Apostolus, quia scripsit ad ecclesias vt magister: Euangelista, quia librum euangelij condidit, quod excepto Matthæo, alij ex duodecim Apostoli non fecerunt: propheta, vidit enim in Parnaso insula, in qua fuerat à Domitiano principe ob Domini martyrium relegatus, Apocalypsim, infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus, quòd Romæ missus in feruentis olei dolium, purior & vegetior exiuerit, quàm intrauerit. Sed & ipsum eius Euangelium multum distat à cæteris. Matthæus quasi de hominè incipit scribere: Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham: Lucas à sacerdotio Zachariæ: Marcus à prophetia Malachia propheta, & Esaiæ. Primus habet faciem hominis propter genealogiam: secundus faciem vituli, propter sacerdotium: tertius faciem leonis, propter vocem clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ioannes verò noster, quasi aquila, ad superna volat, & ad ipsum patrem peruenit, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum, &c. Exposuit virginitas, quod nuptiæ scire non poterant, & vt breui sermone multa comprehendam, doceamque cuius priuilegij sit Ioannes, immo in Ioanne virginitas: à Domino virgine mater virgo virgini discipulo cõmendatur. Verùm casto labore sudamus. Obiicit quippe nobis aduersarius Apostolicam sententiam, & ait: Adam primus formatus est, deinde Eua: & Adâ non est seductus, mulier autem seducta in præuicatione facta est. Salua autem fiet per filiorum generationem, si permanferint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Consideremus, cur Apostolus ad hanc sententiam, & vnde peruenit: Volo ergo viros orare in omni loco, leuantés sanctas manus sine ira, & discipatione. Consequenter itaque mulieribus dat præcepta vitæ, & ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & castitate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, vel margaritis, siue veste preciosâ, sed secundum quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bonâ. Mulier in silentio discat eum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed subditam esse in silentio. Et ne videretur mulieris dura conditio, quæ eam in mariti redigeret seruitutem: legis recordatur antiquæ, & ad originale exemplum redit: quòd Adam primus factus sit, deinde mulier ex costa eius: & quòd Adam diabolus seducere non potuerit, sed Euam: quòd post offensam Dei statim viro subiecta sit, & ad maritum illius facta conuersio: quodque errorem veterem illa, quæ semel conuubio copulata est, & redacta in conditionem Euz, filiorum præcreatione deleteret; ita tamen, si ipsos filios erudiret in fide & dilectione Christi, & in sanctificatione, & pudicitia. Non enim, vt malè habetur in Latinis codicibus, sobrietas est legèda, sed castitas, id est, *σωφροσύνη*. Vide igitur, quo modo ex hoc

K 2

quòque

quodq; ipso testimonio supereris, & quod putabas esse pro nuptiis, pro virginitate sentire cogaris. Nam si saluatur mulier in filiorum generatione, & liberorum numerus salus matrum est: cur addidit, Si permanserint filij in fide, & caritate, & sanctificatione cum castitate? Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permansuri sunt; si, quod ipsa perdidit, acquirat in liberis; & damnatum radicis, & cariem, flore compenset, & pomis.

CAP. 15 Supra in transitu, vbi nobis aduersarius proposuerat Solomonem multinubum, qui templum Dei extruxit, strictim responderam, vt per quaestiones reliquas currerem: nunc, ne clamitet, & hunc, & alios in lege patriarchas, & prophetas, & sanctos viros à nobis esse temeratos; proponam huius ipsius, qui multas vxores, & concubinas habuit, de nuptiis voluntatem. nemo enim melius scire potest, quid sit vxor, vel mulier, illo qui passus est, loquitur ergo in Prouerbijs: Mulier insipiens, & audax, inops panis efficitur. Cuius panis? Nempe illius, qui de caelo descendit: statimque subiungit: Terrigenæ apud eam pereunt, & in profundum inferni incurrunt. Qui sunt terrigenæ, qui apud eam pereunt? Vtique illi, qui sequuntur primum Adam, qui de terra est; & non secundum, qui de caelo est. Et rursum in alio loco: Sicut in ligno vermis, ita perdit virum suum vxor malefica. Si autè asseueraueris, hoc de malis coniugibus dictum esse: & ego tibi breuiter respondebo. Quæ enim mihi incumbit necessitas venire in dubium, vtrum bona, an mala futura sit, quam duxero? Melius est, inquit, habitare in terra deserta, quam cum vxore litigiosa, & iracunda. Quam rarum sit, vxorem sine his vitis inueniri, nouit ille, qui duxit vxorem. vnde pulchrè Varius Geminius, sublimis orator: Qui non ligat, inquit, cælebs est. Melius est habitare in angulo recti, quam cum vxore maledica in domo communi. Si domus communis mariti & vxoris, erigit vxorem in superbiam, & contumeliam viro facit: quanto magis, si ditiore vxor fuerit, & in domo eius vir manserit? incipit enim non vxor esse, sed domina; & viro, si offenderit, migrandum est. Stillicidia eiciunt hominem in die hyemali de domo sua: similiter & mulier maledica de propria domo. affiduis quippe iurgiis, & quotidiana garrulitate facit perfluere domum eius, & eicit eum de ædibus suis, id est, de Ecclesia. Vnde & supra ab eodem Solomone præcipitur: Filie perfluas. Et Apostolus ad Hebræos, Propterea, inquit, debemus intendere amplius his, quæ dicuntur, ne fortè perfluamus. Illud verò quis taceat, quod sub ænigmate scribitur? Sanguisuga tres filiae erant dilectione dilectæ: sed istæ non saturauerunt eam: & quartæ non sufficit dicere, satis est: Infernus, & amor mulieris, & terra, quæ non satiatur aqua, & ignis non dicit, satis est. Sanguisuga diabolus est: diaboli filiae sunt dilectione dilectæ, quæ satiari interfectorum cruore non possunt: Infernus & amor mulieris, & terra arens, & ignis exæstiuans. Non hic de meretrice, non de adultera dicitur: sed amor mulieris generaliter accusatur qui semper infatigabilis est, qui extinctus accenditur, & post copiam rursum inops est, animûmque virilem effeminat, & excepta passione, quam sustinet, aliud non sinit cogitare. Simile quid & in sequenti parabola legimus: Per tria mouetur terra: quartum autem non potest ferre, si seruus regnet, & stultus si fatureretur panibus, & odiosa vxor si habeat bonum virum, & ancilla si eiiciat dominam suam. Ecce & hic inter malorum magnitudinem vxor ponitur.

Quod si responderis, sed vxor odiosa: dicâ tibi, quod & supra. Atqui, hoc periculum in memet fieri, graue est. qui enim ducit vxorem, in ambiguo est, vtrum odiosam, an amabilem ducat. si odiosam duxerit, ferri non potest: si amabilem, amor illius inferno, & arenti terræ, & incendio comparatur.

Veniamus ad Ecclesiasten, de ipso quoque pauca **CAP. 16** testimonia ponentes. Omnibus tempus est, & tempus omni rei sub caelo. Tempus parienti, tempus moriendi, tempus plantandi, tempus euellendi quod plantatum est. Peperimus in lege cum Moysè: Moriamur in Euangelio cum Christo. Plantauimus in nuptiis: euellamus per pudicitiam, quod plantatum est. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexu. Tempus amandi, & tempus odiendi. Tempus belli, & tempus pacis. Simulque nos commonet, ne legem Euangelio præferamus, ne puritatem virginitatis, nuptiis putemus æquandam: Meliora sunt, dicens, nouissima sermonis, quam initiû eius. Statimq; subiungit: Ne dixeris, quid factû est: quia dies priores meliores erant, quam hi. Quia non sapietè interrogasti de hoc, reddidit causam, quare dies posteriores meliores sint, quam priores: Quia bona, inquit, est sapientia cum hereditate. In lege enim sapientiam carnis, mors sequebatur occidens: in Euangelio sapientiam spiritus, hereditas expectat æterna. Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, hominem vnum de mille inueni, & mulierem in his omnibus non inueni. Verumtamen reperi, quod fecit Deus hominem rectum, & ipsi quaesierunt cogitationes malas. Rectum hominem inuenisse se dicit. Considera vim verbi: in homine & vir, & femina continetur: Et mulierè, inquit, in his omnibus non inueni, Legamus principiu Genesios, & inueniemus Adam, hoc est **Gen. 1** hominem, tam virum, quam mulierem nuncupari. Cum ergo boni creati simus & recti à Deo; ipsi vitio nostro sumus ad peiora delapsi; & quod in paradiso rectum in nobis fuerat, egredientibus de paradiso deprauatum est. Quod si obieceris, antequam peccarent, sexum viri & feminae fuisse diuisum, & absque peccato eos potuisse coniungi: quid futurû fuerit, incertum est: neq; enim Dei possumus scire iudicia, & ex nostro arbitrio, illius sententiae præiudicare: hoc quod factum est, in proptulato est, quod qui in paradiso virgines permanserunt, eiectione de paradiso copulati sunt. Aut quid nocebat, si paradisu nuptias recipit, & nulla est inter maritaram virginemq; diuersitas, etiam in paradiso eos antè sociari? Eiciuntur de paradiso; & quod ibi non fecerunt, in terra faciunt, vt statim à principio conditionis humanæ virginitatem paradisu, & terra nuptias dedicauerit. In omni tempore sint vestimenta tua candida. Candor vestiu sempiternus, virginitatis est puritas. In matutino seminauimus semen nostrû, & ad vesperam non cessemus. Qui seruauimus in lege nuptiis, virginitati in Euangelio seruauimus.

Transio ad canticum canticorum; & quod aduersarius totum putat esse pro nuptiis, virginitatis continere sacramenta monstrabo. Audiamus quid loquatur sponsa, antequam spòsus eius ad terras veniat; patiat, inferos penetret, ac resurgat: Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoadusque rex in accubitu suo est. Antequam resurgeret Dominus, & Euangelium coruscaret, non habebat aurum sponsa, sed similitudines auri: argentum autem, quod in nuptiis habere se pollicetur, habebat varium atque distinctum in viduis, continentibus, ac maritatis. Deinde sponsus respondet ad sponsam, & eâ docet, quod veteris legis vmbra transferit,

Cant. 5. transierit, & veritas Euangelij venerit: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quoniam ecce hyems transit, pluuia abiit sibi. Hoc de veteri testamento. Rursum de Euangelio & virginitate: Flores visi sunt in terra, tempus sectionis aduenit. Nonne tibi videtur id ipsum dicere, quod
1. Cor. 7. & Apostolus: superest, vt qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant? Et manifestius de præconio castitatis: Vox, inquit, turturis audita est in terra nostra. Turtur auis pudicissima, semper habitans in sublimibus, typus est Saluatoris. Legamus physiologos; & reperiemus, turturis hanc esse naturam, vt si parem perdidit, alteri non iungatur: & intelligemus digamiam etiam à turturem: Ficus protulit grossos suos: id est, veteris legis præcepta ceciderunt: & de Euangelio vites florentes dederunt odorem.
1. Cor. 2. Vnde & Apostolus: Christi bonus odor sumus. Surge, veni proxima mea, speciosa mea, & veni. Tu columba mea in velamento petrae iuxta promurale, & ostende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam: quoniam vox tua suavis, & facies tua speciosa. Dum vultum tuum tegetes cum Moyses, & velamentum esset in lege; nec faciem tuam videbam; nec vocem tuam dignabar audire, dicens: Et si multiplicaueritis preces vestras, nec sic exaudiam vos. Nunc autem, reuelata facie, contemplare gloriam meam, & petrae firmissimæ tegere promurali. Quod audiens sponsa aperit sacramenta pudicitia. Fratruelis meus mihi, & ego illi, qui pascit inter lilia, hoc est, inter virginum candidissimos choros. Vis scire, quale verus Solomon & pacificus noster folium, quales habeat armigeros? Ecce, ait lectus
Cant. 3. Solomonis sexaginta potentes in circuitu eius de potentibus Israël, omnes tenentes frameam, & docti bello, vniuscuiusque viri gladius in scemore ipsius. Qui in circuitu Solomonis sunt gladium habent in scemore, sicut Ahod ille iudex ἀμφιδέξιος, qui interfecit hostem pinguisimum, & totum carni dedit, omnes amputans voluptates. Ibo, inquit, ad montem myrrhæ, ad eos scilicet, qui mortificauerunt corpora sua, & ad collem Libani, ad purissimos virginum greges, & loquar sponsæ meæ: Tota speciosa es amica mea, & non est macula in te. Vnde & Apostolus, vt exhibeat, inquit, sibi sanctam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam. Veni à Libano sponsa, veni à Libano: Venies, & pertransibis ab initio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à cubilibus leonum, à montibus leopardorum. Libanus λευκασμός, id est, candor interpretatur. Veni ergo sponsa candidissima, de qua alibi dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, & transit per viam huius sæculi: ab exordio fidei, & ex Sanir, quod interpretatur Deus lucernæ, iuxta illud quod in psalmo legimus: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lux semitis meis: & Hermon, id est, consecratione: & fuge leonum cubilia, & leopardorum montes, qui non possunt mutare varietatem suam. Fuge, inquit, cubilia leonum, fuge superbiam demonum; vt postquam mihi fueris cōsecrata, possim tibi dicere: Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, in vno ornamento colli tui. Quod dicit, huiuscemodi est. Non repudio nuptias: habes & sinistrum oculum, quem tibi dedi propter imbecillitatem eorum, qui recta videre non possunt: sed magis mihi dexter virginitatis oculus placet: qui si cæcatus fuerit, omne corpus in tenebris est. Ac, ne putaremus eum amorē carnis, & nuptias significare corporeas; illico

HIERON. TOM. I.

excludit hunc sensum, & ait: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Vbi sororis nomen est, suspitio omnis fœdi amoris excluditur. Quam speciosa sunt vbera tua à vino: de quibus & supra dixerat: Fratruelis meus mihi, & ego illi, in medio vberum meorum commorabitur, in principali cordis, vbi habet sermo Dei hospitium. Quam speciosa sunt vbera tua vino. Quod istud vinum est, quod sponsæ mammas pulcherrimas facit, & pudicitia lacte fecundat? Nempe illud, de quo sponsus in consequentibus loquitur: Bibi vinum meum cum lacte meo. Manducate proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres. Vnde & Apostoli dicebantur multo pleni: Musto, inquit, non vino veteri, quia vinum nouum in vres novos mittitur: & non ambulabant in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus. Hoc est vinum, quod cum inebriauerit adolecentes, & puellas, statim virginitatem sicut, & in crapulam castitatis eructant, & expletur illud vaticiniū Zachariæ, dumtaxat iuxta Hebraicam veritatem de Ecclesiæ virginibus prophetantis: Complebuntur infantibus & puellis ludentibus plateæ eius. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Iste sunt virgines, de quibus in quadagesimo quarto psalmo scriptum est: Adducentur regi virgines post eam, proxima eius afferentur tibi in leticia, & exultatione. Adducentur in templum regis. Sequitur: Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus, fons signatus. Quod clausum est, arcus signatum, similitudinem habet matris Domini, matris & virginis. vnde & in sepulchro Saluatoris nouo, quod in petra purissima fuerat excisum, nec ante, nec postea quisquā positus est. & tamen hæc virgo perpetua multarum est mater virginum. sequitur enim: Emissiones tuæ paradisi malgranatorum cum fructu pomorum, in malgranatis & pomis omnium virtutum significatur in virginitate concensus. Fratruelis meus candidus, & rubicundus: candidus in virginitate, rubicundus in martyrio. Et quia rubicundus & candidus est, iccirco statim additur: Gutur eius dulcedines, & totus concupiscentia. Sponsus virgo laudatus à sponsa virgine, laudat vicissim virginem sponsam, & dicit ei: Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filij Aminadab, quod interpretatur, populi sponte offerentis. virginitas enim voluntaria est, & ideo gressus Ecclesiæ in castitatis pulchritudine collaudatur. Nō est huius tēporis in morē cōmētarij omnia de Cantico canticorum virginitatis pādere sacramēta: quia & hæc ipsa fastidioso lectori nares cōtractura non ambigo. Loquatur Esaias, spei nostræ fideique mysterium: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel. Scio Iudæos opponere solere, in Hebræo verbum, משה, non virginem sonare, sed adolescentulam. & reuera virgo propriè bethula appellatur, adolescentula autem vel puella, non halma dicitur, sed naara: Quid est igitur, quod significat halma? Absconditam virginem, id est, nō solū virginē, sed cum *ἐπιτάφιο* virginē: quia nō omnis virgo abscondita est, nec ab hominū fortuito separata cōspectu. Deniq; & Rebecca in Genesi, ob nimiam castitatē & Ecclesiæ typū, quæ in sua virginitate signabat, halma scribitur, non bethula: sicut manifestū esse poterit ex sermonibus pueri Abraham, quos loquitur in Mesopotamia, & dicit: Domine Deus domini mei Abraham, si tu dirigis viā meam, per quā ego ingredior, ecce dū stetero super fontē aquæ, virgo, quæ egredietur vt hauriat aquam, & dixerit ad eā: Da mihi paululū aquæ, vt bibā de hydia tua, & respon-

K 3.

& respon-

Cant. 2.

Cant. 5.

Act. 2. Matth. 9.

Zach. 8.

Cant. 4.

Luc. 23.

Cant. 4.

Cant. 5.

Cant. 6.

CAP. 18.

Esa. 7.

Gen. 24.

& responderit, & tu bibe, & camelis tuis hauriam: hæc erit vxor, quam præparauit Dominus filio Domini mei. In eo enim loco, in quo ait: Virgo, quæ egredietur, vt hauriat aquam, in Hebraico scriptum est halma, id est, virgo secreta, & nimia parentum diligentia custodita. aut certè ostendant mihi, vbi hoc verbo appellentur & nuptæ, & imperitiam confitebor. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Si non præfertur nuptiis virginitas: spiritus sanctus cur maritatum, cur viduam non elegit? nam illo tempore erat Anna, filia Phanuelis de tribu Afer, insignis pudicitie, & semper vacans orationibus & ieiuniis in templo Dei. Si conuersatio tantum, & bona opera, & ieiunia absque virginitate, spiritus sancti ad se merentur aduentum: potuit & ista mater esse Domini. Curramus ad reliqua: Spreui te, inquit, & despexi, virgo filia Sion. Quam filiam dixerat, appellauit & virginem: ne, si tantum filiam nominasset, arbitraretur & nuptam. Hæc est virgo filia, ad quam alibi dicitur: Latere sterilis, quæ non parit; erumpe, & clama, quæ non parituris: quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum. Ista est, de qua per Hieremiam loquitur Deus, dicens: Numquid obliuiscetur sponsa ornamenti sui, aut virgo fasciæ pectoralis suæ? De hac in eadem prophetia grande miraculum est, quia femina circumdederit virum, & vniuersitatis parentem, virginis venter inclusit. Esto, inquit, nuptiarum & virginitatis sit diuersa conditio: quid ad hoc potes dicere? Si virgo & vidua fuerint baptizate, & ita permanserint, quæ erit inter vtrâmq; diuersitas? Quod de Petro, & Ioanne, Anna, & Maria dudum diximus, hoc præsentem loco proficiat. Si enim inter virginem & viduam baptizatas nihil interest, quia baptisima nouum hominem facit: eadem conditione & scorta, atque prostituta, si fuerint baptizate, virginibus æquabuntur. si enim præteritæ nuptiæ nihil nocent viduæ baptizate, & præteritæ in meretricibus voluptates, expositæque publicæ libidini corpora, post lauacrum virginitatis præmia consequentur. Aliud est, purissimam mentem, & nulla recordatione pollutam Deo iungere; aliud, meminisse amplexum viri, scdæ necessitatis, & quod corpore non agas, recordatione simulare. Hieremias, qui in vtero sanctificatus est, & cognitus in vulua matris, ideo hoc priuilegio fruitur, quia virginitatis erat beatitudini destinatus. & cum omnes capti sint, vasa quodque templi Babylonio rege vastante, direpta, iste solus liber ab hostibus est, & captiuitatis nescit iniurias. & à victoribus accepit stipendia; & Nabuzardan, cui de sanctis sanctorum Nabuchodonosor non præceperat, præcepit de Hieremia. hoc enim verum templum Dei est; & hæc sancta sanctorum, quæ virginitatis puritate Domino consecrantur. At e contrario Ezechiel, qui captiuus tenebatur in Babylone, qui tempestatem ab aquilone venientem viderat, & turbam cuncta rapientem, ait: Mortua est vxor mea ad vesperam, & feci mane sicut præceptum mihi erat. Prædixerat enim ei Dominus, quod in die illa aperiretur os eius, & loqueretur, & non taceret amplius. Diligenter attende, donec vxor viueret, non habebat libertatem populum commonendi. moritur vxor, & coniugale vinculum soluitur, & absque vlla trepidatione semper in officio propheta est. Qui enim liber vocatus est, verè est seruus Christi. Non nego, beatas esse viduas, quæ ita post baptismum manserint; nec illarum detraho merito, quæ cum viris in castitate perdurant: sed, sicuti hæ maioris apud Deum præmij sunt, quàm nuptæ coniu-

gali officio seruientes; ita & ipsæ æquo animo patiantur virginitatem sibi præferri. si enim illas sera pudicitia, post de spumatas corporis voluptates, erigit contra maritatus: cur non infra perpetuam castitatem esse se nouerint?

Frustra inquit, hæc loqueris: quia & episcopi, & presbyteri, & diaconi, vnus vxoris viri, & habetes filios, ab Apostolo constituntur. Quo modo de virginibus Apostolus dicit se non habere præceptum: & tamen dat consilium, quasi misericordiam consecutus à Domino; & hoc agit in omni illa disputatione, vt virginitatem præferat matrimonio: & suadet, quod imperare non audeat; ne iniucere videatur laqueum, & plus imponere ponderis, quàm potest hominum sustinere natura: ita & in ecclesiastico ordine constituendo, quia rudis ex gentibus constituebatur Ecclesia, leuiora nuper credentibus dat præcepta; ne territi ferre non possent. Denique & Apostoli, & seniores de Hierosolymis litteras mittunt: vt non amplius imponatur oneris his, qui de gentibus crediderunt, nisi vt abstineant se ab idololatria, & fornicatione, & à sanguine, & à suffocatis: & quasi paruulis atque infantibus lac potum dant, non solidum cibum: nec præcipiunt de continentia: nec de virginitate significant: nec ad ieiunia prouocant: neque dicunt illud, quod in Euangelio ad Apostolos dirigitur, ne habeant duas tunicas, ne peram, ne æs in zonis, ne virgam in manu, ne calciamenta in pedibus, aut certè illud: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia tua, & da pauperibus; & veni sequere me. Si enim adolescens ille, qui se iactauerat cuncta fecisse, quæ legis sunt, audiens hoc tristis abiit, quia habebat possessiones multas, & pharisæi huiusmodi Domini sententiam subleuabant: quanto magis tanta gentium multitudo, cui summa virtus erat aliena non rapere, non habebat necesse præceptum de castitate & continentia perpetua, quibus scribebatur, vt abstinerent se ab idolis, & à fornicatione, & in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, quæ nec inter gentes quidem est? Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicitur eligatur episcopus, qui vnâ ducat vxorem, & filios faciat: sed qui vnâ habuerit vxorem, & filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat. alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permittit sacerdotibus exercere opera nuptiarum, vt idem sint virgines, quod mariti: aut, si sacerdotibus non licet vxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferendum. Si laicus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali: sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab vxoribus separati, & vinum & siceram non bibebant, quæ solent libidinem prouocare. Eliguntur mariti in sacerdotium, non nego: quia non sunt tanti virgines, quanti necessarii sunt sacerdotibus. Numquid, quia in exercitu fortissimus quisque eligendus est, iccirco non assumetur & infirmiores, cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus viribus tantum constaret, & non etiam numero militum; abiicerentur imbecilliores: nunc & secundarum & tertiarum virium gradus assumitur; vt turba, & numero exercitus copleatur. Et quo modo, inquires, frequenter in ordinatione sacerdotali virgo negligitur, & maritus

CAP. 19

1. Tim. 3

1. Cor. 7

Act. 15

1. Cor. 1

Math. 16

Math. 17

1. Cor. 1

1. Tim. 3

Leuit. 14

& maritus assumitur? Quia fortè cætera opera non habet virginitati congruentia: aut virgo putatur, & non est: aut est virginitas infamis; aut certè ipsa virginitas ei parit superbiam; & dum sibi applaudit de sola corporis castitate, virtutes cæteras negligit: non fouet pauperes: pecuniæ cupidior est. Euenit interdum, vt tristior vultus, adductum supercilium, incessus pomparū ferculis similis, offendat populum, & quia nihil habet, quod reprehendat in vita, habitum solum oderit, & incessum. Multi eliguntur non amore sui, sed alterius odio. In plerisque suffragium meretur sola simplicitas: & alterius prudentiæ & calliditatis quasi malitiæ opponitur. Nonnumquam errat plebis vulgus iudicium; & in sacerdotibus comprobandis, vniuersique suis moribus fauet; vt non tam bonum, quàm sui similem quærat præpositum. Euenit aliquoties, vt mariti quæ pars maior in populo est, maritis quasi sibi applaudant, & in eo se arbitrentur minores non esse virginibus, si maritum virgini præferant. Dicam aliquid, quod forsitan cum multorum offensâ dicturus sum: sed boni mihi non irascuntur, quia eos peccati conscientia non remordebit. Interdum hoc & pontificum vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in clericum allegunt, & simplices quosque, atq; innocentes inhabiles putant, vel affinis & cognatis quasi terrene militiæ officia largiuntur, siue diuitum obediunt iussioni: quòdque his peius est, illis clericatus donant gradum, quorum sunt obsequiis deliniti. alioqui, si iuxta sententiam Apostoli non erunt episcopi nisi mariti, ipse Apostolus episcopus esse non debuit, qui dixit: *Volò autem omnes sic esse, sicut ego sum.* Et Ioannes indignus hoc gradu existimabitur, & omnes virgines & continentes, quibus quasi pulcherrimis gemmis Ecclesiæ monile decoratur. Episcopus, & presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum. Nec dicitur: Si quis episcopatum desiderat, bonum desiderat gradum: sed, Bonum opus desiderat; quod in maiori ordine constitutus, possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutum.

1. Cor. 7

1. Tim. 3

CAP. 20

Gen. 18

Leuit. 10

1. Reg. 4

1. Reg. 3

Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse; vt nulli vitio mancipatus sit: Vnius vxoris virum; qui vnam vxorem habuerit, non habeat: Sobrium, siue, vt melius in Græco dicitur, vigilantem, id est, *ὑποειρησεν*: Pudicum; hoc enim significat *σώφρονας*, ornatum & castitate, & moribus: Hospitalē; vt imitetur Abrahamā, & cū peregrinis, imò in peregrinis Christū suscipiat Doctore; nihil enim prodest cōscientia virtutum frui, nisi & creditum sibi populum possit instruere, vt valeat exhortari in doctrina, & eos, qui contradicunt redarguere: Non vinolentum; quia, qui semper in sanctis sanctorum est, & qui offert hostias, vinum & siceram non bibit, quia in vino luxuria est. Sic bibit episcopus, vt an biberit, ignoreretur: Non percussorem; id est, qui conscientias non percutiat singulorum. neque enim pugilem describit sermo Apostolicus, sed pontificem instituit, quid facere non debeat. Docet nunc è regione, quid faciat: Sed modestum, non litigiosum, non cupidum, domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Vide, quanta pudicitia exigatur in episcopo, vt si filij eius impudicia fuerint, ipse episcopus esse non possit; & eodem vitio offendat Deum, quo offendit Heli pontifex, qui corripuerat quidē filios, sed quia non abiecerat delinquentes, retrorsum cecidit, & mortuus est, lucerna Dei antequam extingueretur. Mulieres similiter pudicas, & reliqua. In omni gradu, & sexu, tenet

pudicitia principatū. Cernis igitur, quòd episcopus, presbyter, & diaconus non ideo sint beati, quia episcopi, vel presbyteri sint, aut diaconi, sed si virtutes habuerint nominū suorum, & officiorum. alioqui, si diaconus sanctior episcopo suo fuerit, nō ex eo, quòd inferior gradu est, apud Christū deterior erit, aut Stephanus diaconus, qui primus martyrio coronatus est, minor futurus est in regno cælōrum multis episcopis, & Timotheo, ac Tito; quos vt subiicere non audeo, ita nec antepone. quo modo in legionibus & exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt centuriones, sunt ferentarij, ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli; commissaque pugna, vacant nomina dignitatū, & sola fortitudo quæritur: ita in hoc capto, & prælio, quo cōtra dæmones dimicamus, nō quæritur nomina, sed opera; & gloriosior ille sub vero imperatore Christo, nō qui nobilior, sed qui fortior est.

Act. 7

CAP. 21

At dices: Si omnes virgines fuerint; quo modo stabit humanum genus? Par pari referam. Si omnes viduæ fuerint, vel in matrimonio continentes; quo modo stirps mortalium propagabitur? hac ratione nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia: Si cuncti philosophi sint, agricolæ non erunt, quid loquar de agricolis? non oratores, non iurifconsulti, non reliquarum artium præceptores. Si vniuersi principes, quis erit miles? si omnes caput, cuius vocabuntur caput, cum cætera membra defuerint? Vereris ne, si virginitatem plures appetierint, cessent lupæ, cessent adulteræ, ne infantes in urbibus villisque non vagiant. Quotidie mœchorum sanguis effunditur: adulteria damnantur; & inter ipsas leges, & secures, ac tribunalia, flagrans libido dominatur. Noli metuere, ne omnes virgines fiant. difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia difficilis: Multi vocati, pauci electi. incipere, plurimorum est; perseverare, paucorum. vnde & grande præmium eorum, qui perseverauerint. Si omnes virgines esse possent, numquam & Dominus diceret: Qui potest capere, capiat: & Apostolus in suadendo non trespideret: De virginibus autem præceptum Domini non habeo. Et cur, inquires, creata sunt genitalia, & sic à conditore sapientissimo fabricati sumus, vt mutuum nostri sapientissimo fabricati sumus, vt mutuum nostri patiamur ardorem, & gestiamus in naturalem copulam? Periclitamur responsionis verecundia, & quasi inter duos scopulos, & quædam necessitatis & pudicitiae *συναίσθησις*, hinc atque inde vel pudoris, vel causæ, naufragium sustinemus. si ad proposita respondeamus; pudore suffundimur, si pudor imperarit silentium; quasi de loco videbimur cedere, & aduersario ferendi occasionem dare. melius est tamē clausis, quod dicitur, oculis, Andabatarum more, pugnare, quàm directa spicula clypeo non repellere veritatis. Poterā quidē dicere: Quomodo posterior pars corporis, & meatus, per quem alui stercoŕa egeruntur, relegatus est ab oculis, & quasi post tergum positus; ita & hic, qui sub ventre est, ad dirigendos humores, & potus, quibus venæ corporis irrigantur, à Deo cōditus est: sed quoniam ipsa organa, & genitalium fabrica, & nostra feminarūque discretio, & receptacula vuluæ, ad suscipiendos & coalendos fœtus condita, sexus differentiam prædicant; hoc breuiter respondebo. Nūquam ergo cessemus à libidine, ne frustra huiuscemodi membra portemus. Cur enim maritus se abtineat ab vxore? cur casta viduā perseueret, si ad hoc tantum nati sumus, vt pecudum more vitamus? aut, quid mihi nocebit, si cū vxore me alius concubuerit? Quo modo enim dentis officium est mādere, & in aluū ea, quæ sunt mansa, trāsmittere;

Marth. 16

Marth. 19

1. Cor. 7

& non habet crimen, qui coniugi meæ panem de-
 derit: ita, si genitalium hoc est officium, vt sem-
 per fruatur natura sua, meam lassitudinem alterius
 vires superent: & vxoris, vt ita dixerim, ardentissi-
 mam gulam fortuita libido restinguat. Quid sibi
 autem vult Apostolus, vt ad continentiam cohortetur,
 si contra naturam est? quid ipse Dominus, qui
 eunuchorum præcipit varietates? Certè Apostolus,
 qui ad sitam nos prouocat pudicitiam, debet con-
 stanter audire, cur portas veterum ô Paule? cur à
 sexu feminarum barba, pilis, aliaque membrorum
 qualitate distingueris? cur tuæ non intumescunt pa-
 pillæ, non dilatantur renes, non pectus arctatur? vox
 obsoletior est, sermo ferocior, & hirsutius superci-
 lium. frustra hæc omnia virorum habes, si comple-
 xu non vteris feminarum. Compellor aliquid lo-
 qui, & insipiens fieri: sed vos me, vt loqui audeam,
 coëgistis. Dominus noster, atq; Saluator, qui cum
 in forma Dei esset, formam serui dignatus est assu-
 mere, factus obediens patri vsq; ad mortem,
 mortem autem crucis, quid necesse erat, vt his
 membris nasceretur, quibus vsurus non erat? qui
 certe, vt sexum ostenderet, etiam circum-
 cisis est. Cur Ioannem Apostolum, & Baptis-
 tam sua dilectione castravit, quos viros nasci fece-
 rat? Qui ergo in Christum credimus, Christi secte-
 mur exempla. Et si noueramus illum iuxta carnem,
 sed iam non nouimus eum secundum carnem. Cer-
 te in resurrectione eadem erit corporum substantia,
 qua nunc vtimur, licet auctior gloria. nam & Sal-
 uator in tantum ipsum corpus habuit post inferos, in
 quo & crucifixus est, vt manus perforatas clausis, &
 lateris vulnus ostenderet. Porro si clausis ingressus
 est ostiis; quod humanorum corporum natura non
 patitur: ergo & Petrum, & Dominum negabimus
 vera habuisse corpora, quia ambulauerunt super a-
 quas; quod contra naturam est. In resurrectione
 mortuorum, non nubent, neque nubentur, sed si-
 miles erunt angelis. Quod alij postea in caelis futuri
 sunt, hoc virgines in terra esse coeperunt. Si an-
 gelorum nobis similitudo promittitur; inter ange-
 los autem non est sexus diuersitas: aut sine sexu eri-
 mus, quod angeli sunt; aut certè, quod liquido cõ-
 probatur resurgentes in proprio sexu, sexus non fun-
 gemur officio.

CAP. 22. Verum quid agimus argumentis, & propositio-
 nes aduersarij callida cupimus responsione superare?
 Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Cur-
 ram per Apostolorum sententias; & quo modo in
 Solomonis exemplis breues expositiunculas subdi-
 di, ob intelligendi facilitatem; ita & nunc castitatis
 & continentia Christianæ exempla replicabo; & de
 multis testimoniis quasi vnum corpus efficiam; quo
 & nihil, quod ad pudicitiam pertineat, prætermi-
 tam, & nimiae prolixitatis declinem fastidium. Scri-
 bit inter cætera Paulus Apostolus ad Romanos:
 Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in qui-
 bus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est.
 nunc verò liberati à peccato, serui autem Dei facti,
 habetis fructum vestrum in sanctificationem, si-
 nem verò vitam æternam. Puto quòd & nuptia-
 rum finis mors sit. Fructus autem sanctificationis,
 qui vel ad virginitatem, vel ad continentiam perti-
 net, vita pensatur æterna. Ac deinde: Itaque fra-
 tres mei & vos mortificati estis legi per corpus Chri-
 sti: vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit: vt fru-
 ctificemus Deo. cum enim essemus in carne, passio-
 nes, quæ per legem erant, operabantur in membris
 nostris, vt fructificarent morti: nunc autem soluti

sumus à lege mortis, in qua detinebamur, vt serui-
 mus in nouitate spiritus, & non in vecustate litteræ.
 Cum inquit, essemus in carne, & non in nouitate
 spiritus, sed in vecustate litteræ, faciebamus ea, quæ
 carnis erant, & fructificabamus morti: nunc autem
 quia mortui sumus legi per corpus Christi, fructificamus
 Deo, vt simus eius, qui ex mortuis resurrexit.
 Nec non & in alio loco, cum prædixisset: Scio, quia
 lex spiritualis est: & cum de violentia carnis, quòd
 crebrò nos impellat facere quod nolumus, latius di-
 spulasset, ad extremum intulit: Infelix ego homo,
 quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia
 Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Et
 iterum: Ipse igitur mente serui legi Dei, carne au-
 tem legi peccati. Et nihil damnationis est iis, qui
 sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem am-
 bulant. Lex enim spiritus in Christo Iesu, libera-
 uit me à lege peccati, & mortis. Ac manifestus in
 consequentibus docet, Christianos non ambulare
 secundum carnem, sed secundum spiritum, dicens:
 Qui enim secundum carnem sunt, quæ sunt carnis,
 sapiunt: qui verò secundum spiritum, quæ sunt spi-
 ritus, sentiunt. nam prudentia carnis mors est: pru-
 dentia autem spiritus, vita & pax: quoniam pru-
 dentia carnis, inimicitia est in Deum: legi enim Dei
 non subiicitur: nec enim potest. qui autem in carne
 sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in car-
 ne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei ha-
 bitat in vobis. Et reliqua vsq; ad illum locum, in
 quo ait: Ergo fratres debitores sumus non carni, vt
 secundum carnem viuamus. si enim secundum car-
 nem vixeritis, moriemini. si autem spiritu facta car-
 nis mortificaueritis, viueticis. quicunque enim spi-
 ritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Si prudentia car-
 nis, inimicitia est in Deum, & qui in carne sunt, Deo
 placere non possunt: arbitror eos, qui seruiunt offi-
 cio coniugali, quòd prudentiam carnis diligant, &
 in carne sint. à qua nos retrahens Apostolus, & iun-
 gens spiritui, deinceps loquitur: Obsecro vos fratres
 per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra
 hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem; ra-
 tionabile obsequium vestrum. Et nolite conformari
 huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus
 vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & be-
 neplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam, quæ
 data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos: non plus
 sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad pudici-
 tiam: non ad sobrietatem, vt malè in Latinis codi-
 cibus legitur, sed sapere, inquit, ad pudicitiam. si-
 quidem Græcè scriptum est, εἰς τὸ σωφροσύνην. Consi-
 deremus sententiam Apostoli. Reformamini, in-
 quit, in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit
 voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.
 Quod dicit, huiusmodi est. Concedit quidem
 Deus nuptias, concedit digamiam, & si necesse fue-
 rit, fornicationi & adulterio præfert etiam trigamiã;
 sed nos, qui corpora nostra exhibere debemus, hos-
 tiam viuam, sanctam, placentem Deo, rationabile
 obsequium nostrum, non quid concedat Deus, sed
 quid velit consideremus: vt probemus, quæ sit vo-
 luntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Ergo,
 quod concedit, nec bonum, nec beneplacens est;
 nec perfectum. Redditque causas, cur hoc suadeat:
 Scientes tempus, quia hora est iam nos de somno sui-
 gere. Nunc autem propior est nostra salus, quàm
 cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropin-
 quauit. Et in extremo: Induimini Dominum
 Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in de-
 sideriis. Aliud est voluntas Dei, aliud indulgentia;

Vnde

1. Cor. 3 Vnde & ad Corinthios scribens, ait: Ego fratres non potui loqui vobis sicut spiritualibus; sed sicut carnalibus, sicut paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed neque nunc potestis: adhuc enim carnales estis. Quia qui animalis est, & non recipit ea, quæ spiritus Dei sunt, stultitia enim illi est: nec potest intelligere, quia spiritualiter diudicatur, iste non perfecto castitatis cibo, sed rudi nuptiarum lacte nutritur. Sicut per hominem mors, sic & per hominem resurrectio mortuorum. Quo modo in Adam omnes morimur, sic in Christo omnes viuificabimur, Seruiuius in lege veteri Adam: seruiuius in Euangelio nouo Adæ. Factus est enim primus homo Adam, in animam viuientem, & nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Primus homo de terra terrenus: Secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnū Dei possidere non possunt, neque corruptio in corruptione possidebit. Hoc tam clarū est, vt nulla expositione queat manifestari fieri. Caro, inquit, & sanguis regnū Dei possidere non possunt, neque corruptio in corruptionem. Si corruptio ad omnem coitum pertinet, incorruptio autem proprie castitatis est: præmia pudicitiae nuptiae possidere non possunt. Scimus enim, quoniam, si terrena domus huius habitationis destructa fuerit, ædificationem habeamus ex Deo, domum non manu factam, sempiternam in cælis. In quo ingemiscimus, habitaculum nostrum, quod de cælo est, superindui cupientes. Cupimus enim egredi de corpore, & habitare cum Christo: propter quod & studiosissime nitimur, siue in corpore, siue extra corpus, placere Deo. Et vt plenius exponeret, quales nos esse vellet, in alio loco docet, dicens: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Quod si ad totam Ecclesiam credentium volueris referre, & in hac desponsione Christi & maritatas, & digamas, & viduas, & virgines contineri, hoc quoque pro nobis facit. nam dum omnes ad pudicitiam, & præmium virginitatis inuitat; ostendit, cunctis gradibus virginitatem esse potiorem. Rursumque ad Galatas, Ex operibus, inquit, legis, non iustificabitur omnis caro. Opera legis & nuptiae sunt, vnde & maledicuntur in ea, quæ non habent filios. Quæ si conceduntur etiam in Euangelio: aliud est, indulgentiam infirmitati tribuere; aliud, virtutibus præmia polliceri.

CAP. 23 Dicam & ego nuptiatoribus meis, qui post castitatem, & diurnam continentiam subant, ad coitum, & pecudum more lasciuunt: Sic insipientes estis; vt cum coeperitis spiritu, nunc carne consumamini? Tanta passi estis sine causa? Apostolus, quod continentiae quibusdam nodos relaxat, & dimittit frenā currentibus; propter infirmitatem carnis hoc facit. Contra quam scribens denuo loquitur: Spiritu ambulat & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Non necesse est nunc de operibus carnis dicere: quia longum est, & facile potest de Apostoli epistola sumere, qui voluerit, dicam tantum de spiritu, cuius fructus sunt, caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Omnes virtutes spiritus, quasi solidissimum fundamentum, & sublime culmen, continentia sustentat, & protegit. Aduersum huiuscemodi non est lex. Qui autem sunt Christi,

carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentiis. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus: Qui cum Christo carnem nostram, & passiones eius, desideriaque crucifiximus, quid rursum ea, quæ carnis sunt, agere cupimus? Quodcumque seminauerit homo, hoc & metet. Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Existimo, quod qui vxorem habet, quamdiu reuertitur ad id ipsum, ne tentet eum satanas in carne seminet, & nō in spiritu. Qui autē in carne seminat, (nō ego, sed Apostolus loquitur) metit corruptionem. Elegit nos in Christo Deus pater ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati coram eo. Ambulauimus in concupiscentiis carnis, facientes voluntatem eius, & cogitationum: & fuimus filij iræ, sicut & ceteri. nunc autem conuersus est, & considerare nos fecit in cælestibus in Christo Iesu; vt deponamus secundum priorem conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta desideria erroris, & aptari nobis illa benedictio possit, quæ missam ad Ephesios epistolam tali fine concludit: Gratia vobis cum omnibus, qui diligunt Dominum, in incorruptione, Conuersatio nostra in cælis est. Vnde & Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme fieri corpori gloriæ suæ. Quæcumque ergo sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque ad castitatem pertinentia, his copulemur, hæc sequamur. Reconciliauit nos Christus in corpore suo Deo patri per mortem: & exhibuit sanctos, & immaculatos, & absque vlla reprehensione coram se: in quo & circumcisi sumus circumcissione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed circumcissione Christi, consēpulti ei in baptismo, in quo & consurreximus. Si ergo consurreximus cum Christo; ea quæ sursum sunt, quæramus, vbi Christus est in dextera Dei sedens; ea sapiamus, quæ sursum sunt, non quæ super terram. mortui enim sumus, & vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. cum enim Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt possit ei placere, qui se eligit. apparuit enim gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, castè, & iustè, & piè viuamus in præsentī sæculo.

Dies me deficiet, si voluero omnia castitatis de Apostolo præcepta memorare. Ita sunt, de quibus ad Apostolos Dominus loquebatur: Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Post crucem Christi, statim in Actis Apostolorū vna domus Philippi euangelizata, quadrigam producit virginum filiarum: vt Cæsarea, in qua ex gentibus Ecclesia per centurionem Cornelium fuerat dedicata, etiam virginum puellarum præberet exempla. Cumque Dominus in Euangelio dixerit; Lex & propheta, vsque ad Ioannem: iste, quia virgines erant, etiam post Ioannem prophetasse referuntur. Neque enim poterant veteris testamenti lege retineri, quæ virginitatis fulserant claritate. Transseamus ad Iacobum, qui frater Domini dicebatur, tantæ sanctitatis, tantæque iustitiæ, & perpetuæ virginitatis, vt Iosephus quoque, historicus Iudæorum, propter huius necem Hierosolymam subuersam referat. Hic primus Episcopus ex Iudæis Hierosolymæ credentis Ecclesiæ;

ad quem Paulus cum Tiro, Barnabaeque pergebat, loquitur in epistola sua: Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datum bonum, & omnis perfecta donatio desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est differentia, aut conuersionis umbraculum. Volens genuit nos verbo veritatis, ut simus primitiae creaturarum eius. Virgo mystice virginitatem docet. Omne perfectum donum desursum descendit, ubi non sunt nuptiae, & descendit, non à quolibet, sed à patre luminum, qui dicit ad Apolos: Vos estis lux mundi, apud quem non est differentia Iudaei, siue gentilis: nec illa umbra, quae versabatur in lege, premit eos, qui de nationibus crediderunt: sed verbo nos genuit, & verbo veritatis: quia umbra, & imago, & species quaedam veritatis praecessit in lege, ut simus primitiae creaturarum eius. Et quo modo ipse primogenitus ex mortuis omnes in se mortuos suscitauit: sic ipse virgo primitias virginum suorum in se virgine dedicauit. Petrus quoque quid de vocatione gentium sentiat, con templatur: Benedictus, inquit, Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam, regenerauit nos in spem vitae, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptam, & immaculatam, & immarcescibilem, quae seruetur in caelis; in vos, qui virtute Dei custodimini per fidem: in salutem quae praeparata est reuelari in tempore nouissimo. Vbi incorrupta praedicatur hereditas, & immaculata, & immarcescibilis, & praeparata in caelis, & in tempore nouissimum reseruata, & spes vitae aeternae, quando non nubent, neque nubentur, ibi aliis verbis virginitatis priuilegia describuntur. nam & in sequentibus hoc ipsum docet: Propter hoc accincti lumbos metris vestrae vigilantes perfecte, sperate in ea gratiam, quae vobis deferenda est in reuelatione Iesu Christi. Quasi filij obedientiae non conformemini prioribus ignorantiae vestrae desiderijs, sed secundum eum, qui vos vocauit sanctum, & ipsi sancti estote, in omni conuersatione. Scriptum est enim: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Neque enim corruptibili auro & argento redempti sumus, sed precioso sanguine immaculati agni Iesu Christi, ut castificemus animas nostras in obedientia veritatis, renati non ex coitu corruptibili, sed ex incorruptione, per verbum viuientis Dei, & permanentis; & sicut lapides viui adificemur in domum spiritualem, sanctum sacerdotium, offerentes spirituales victimas, per Christum Dominum nostrum. nos enim sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Christus pro nobis carne mortuus est. Armemur eadem conuersatione, qua Christus: quoniam, qui passus est in carne, quieuit à peccato, ut nequaquam in desideriis hominum, sed in voluntate Dei reliquum in carne tempus exigamus. sufficit enim nobis praeteritum tempus, quando ambulauimus in luxurijs, & desiderijs, caeterisque vitijs. Grandia nobis, & preciosa virginitatis promissa donauit; ut per hanc efficiamur diuinæ consortes naturæ, fugientes eam, quae in mundo est, concupiscentiam corruptionis. Nominat Dominus pios de tentatione eripere, & iniquos cruciandos in diem referuare iudicij, praecipue eos, qui post carnem in desiderijs pollutionis ambulant, & dominationes despiciunt, audaces, & procaces: isti enim, quasi irrationabilia iumenta, in ventrem, & libidinem proni sunt, blasphemantes, qui & in corruptione sua corrumpentur; recipientque mercedem iniquitatis luxuriam, qui putant delicias esse, iniustitiam, sordes, & maculas, & nihil aliud nisi de voluptatibus cogitantes, qui habent oculos plenos adulterio, & insatiabili libidine, & decipiunt animas necdum Christi charitate robustas. loquuntur enim verba tumentia, & indoctos facile illicebris carnis irretiunt, repromittentes eis libertatem, cum ipsi serui vitiorum sint, atque luxuriae, & corruptionis. vnusquisque enim ei subiacet passioni, à qua vincitur. Quod si, fugientes coinquinationes mundi per scientiam Saluatoris nostri Iesu Christi, iidem rursus superantur, quae ante superauerant: facta sunt eis nouissima peiora prioribus: meliusque eis erat, non nosse viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum conuertere, & relinquere sanctum mandatum, quod eis traditum fuerat. Complectumque est in eis verissimum illud prouerbum: Canis reuersus ad vomitum suum: & Sus lota in volutabro luti.

Nolui omnem locum secundae Petri epistolae ponere, ne longum facerem, sed tantummodo ostendi, spiritus sancti vaticinio huius temporis & doctores, & haeresim praenunciata. Denique manifestius eos denotat, dicens: Venient in nouissimis diebus illusores seducentes, iuxta propria desideria ambulantes, &c. Descripsit sermo Apostolicus Iouinianum loquentem buccis tumentibus, & inflata verba trutinantem, repromittentem in caelis libertatem, cum ipse corruptionis seruus sit, atque luxuriae, canis reuertens ad vomitum suum. nam cum monachum esse se iactaret; & post fordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquae potum, ad candidam vestem, & nitidam cutem, ad mulsam, & elaboratas carnes, ad iura Apitij, & Paxami, ad balneas quoque, ac fritillas, & popinas se conferat: manifestum est, quod terram caelo, vitia virtutibus, ventrem praeferat Christo, & purpuram coloris eius putet regna caelorum. Et tamen iste formosus monachus, crassus, nitidus, dealbatus, & quasi sponfus semper incedens, aut uxorem ducat, ut aequali virginitatem nuptijs probet: aut, si non duxerit, frustra contra nos verbis agit, cum opere nobiscum sit. Sed & Ioannes in eadem verba concordat: Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo, quoniam omne, quod in mundo est, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & superbia huius vitae, quae non est de patre, sed de mundo est. Et mundus praeterit, & desiderium eius: qui autem facit voluntatem Dei manet in aeternum. Mandatum nouum scripsi vobis; quod est verissimum & in Christo, & in nobis: quia tenebrae praeterierunt, & lux iam lucet. Et rursus: Carissimi nunc filij Dei sumus, & necdum apparuit quid futuri sumus. Scimus autem, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est: Et omnis, qui habet hanc spem, castificat semetipsum, sicut & ille castus est. In hoc perfecta est nostra caritas, si fiduciam habeamus in die iudicij, ut, quo modo ille est, sic & nos simus in hoc saeculo. Epistola quoque Iudae tale quid significat. Odientes & carnis pollutam tunicam. Legamus Apocalypsim Ioannis; & ibi reperiemus agnum super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia signatorum, habentium nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis, qui cantant canticum nouum: & nemo potest dicere canticum illud, nisi hi, qui empti sunt de terra. Isti sunt, qui cum mulieribus se non coinquauerunt: virgines enim permanserunt. hi sequuntur agnum, quocumque vadit: Empti sunt enim ex hominibus primitiae Deo, &

agno; & in ore ipsorum non est inuentum mendacium; & sine macula sunt. De singulis tribubus, excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribus Leui, duodena millia virginum signatorum creditura dicuntur, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Ac ne putaremus de iis dici, qui scorta non norunt, statim intulit: Virgines enim permanferunt. Ex quo ostendit, omnes, qui virgines non permanferunt, ad comparisonem purissimæ & angelicæ castitatis, & ipsius Domini nostri Iesu Christi esse pollutos. Hi sunt, qui cantant canticum nouum, quod nemo potest canere, nisi qui virgo est. Hi sunt primitiæ Dei, & agni, & sine macula. Si virgines primitiæ Dei sunt: ergo viduar, & in matrimonio continentis erunt post primitias, id est, in secundo & tertio gradu; nec prius perditus populus saluari poterit, nisi tales hostias castitatis Deo obtulerit, & immaculatum agnum purissimis victimis reconciliauerit. Infinitum est, de Euangelio decem virginum exponere sacramentum, quinque stultarum; & quinque sapientum, hoc solum nunc dico, quod quo modo absque cæteris operibus virginitas sola non saluat, sic omnia opera absque virginitate, puritate, continentia, castitate, imperfecta sunt, ex quo nequaquam nos illud poterit impedire, quod aduersarius obiicit, fuisse Dominum in Cana Galilææ, & nuptiarum festa celebrasse, quando aquas vertit in vinum. Hoc enim breuissimè respondebo, quod qui octaua die circumcisis est, & pro quo par turturum & duo puli columbarum die purgationis oblatis sunt, cum cæteris, antequam pateretur, Iudaicam consuetudinem comprobauit, ne illis occasionem iuste se interficiendi tribuere videretur, quasi legem destruens, damnansque naturam. Quamquam & hoc pro nobis faciat. Qui enim semel venit ad nuptias, semel docuit esse nubendum. Et tunc virginitati posse officere, si nuptias post virginitatem & viduitatis castimoniam non in gradu tertio poneremus: nunc autem, cum hæreticorum sit damnare coniugia, & Dei spernere conditionem; quidquid de laude dixerit nuptiarum, libenter audimus. Ecclesia enim matrimonia non damnat, sed subiicit; nec abiicit, sed dispensat; sciens, vt supra diximus in domo magna non solum esse vas aurea, & agentea, sed & lignea, & fictilia; & alia esse in honorem, alia in contumeliam; & quicumque se mundauerit, eum futurum esse vas honorabile, & necessarium in omne opus bonum præparatum.

CAP. 26 Satis abundèque Christianæ pudicitæ & virginitatis angelicæ de diuinis libris exempla præbimus: sed quoniam intellexi in commentariis aduersarij, prouocari nos etiam ad mundi sapientiam, quod numquam hoc genus in sæculo sit probatum, & nouum dogma contra naturam religio nostra prodiderit; percurram breuiter Græcas, & Latinas, barbaræque historias; & docebo, virginitatem semper tenuisse pudicitæ principatum. Referunt fabulæ, Atalantam Calydoniam virginem semper in venatibus, semper in siluis, non tumentes vteros feminarum, fastidiæque conceptuam, sed expeditam & castam amasse virtutem. Harpalicem quoque virginem Thraciam, insignis poëta describit, & reginam Volscorum Camillam, quam Turnus, cui auxilio venerat, laudare volens, non amplius habuit, quod diceret, nisi virginem nominaret, O decus Italiæ virgo. Chalceus quoque filia illa λέω, virgo perpetua, pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte soluisse, & Iphigeniæ virginis sanguis aduersos placasse ventos. Quid referam Sibyllas Erithræam, atque

Cumanam, & octo reliquas? (nam Varro decem fuisse autumat) quarum insignis virginitas est, & virginitatis præmium diuinatio? Quod si Æolici genere sermone Sibylla θεοβελῆη appellatur: rectè consilium Dei sola scribitur nosse virginitas. Callandram quoque, & Chrysein, vates Apollinis, ac Iunonis, virgines legimus. Et sacerdotes Dianæ Tauricæ, & Veltæ, innumerabiles extiterunt. quarum vna Minutia propter suspicionem stupri viuâ defossa est, iniusta, vt reor, pœna, nisi grande crimen putaretur læsa virginitas. Certè, Romanus populus quanto honore virgines semper habuerit, hinc apparet, quod consules, & Imperatores, & in curribus triumphantes, qui de superatis gentibus trophœa referebant; & omnis dignitatis gradus eis de via cedere solitus sit. Claudia, virgo Vestalis, cum in suspicionem venisset stupri, & simulacrum matris Idææ in vado Tyberis hæreret, ad comprobendam pudicitiam suam fertur cingulo duxisse nauem, quam multa millia hominum trahere nequiverant. Melius tamen, inquit Lucani poëtæ patrius, cum illa esset actum, si hoc, quod euenit, ornamentum potius exploratæ fuisset pudicitæ, quam dubiæ patrocini. Nec mirum hoc de hominibus, cum Mineriam quoque & Dianam virgines deas finxerit error gentilium: & inter duodecim signa cæli, quibus mundum volui putant, virginem collocarint. Magna iniuria nuptiarum, vt ne inter scorprios quidem, & centauros, & cancos, & pisces, & ægocerotas, vxorem maritumque contruserint. Tringinta Atheniensium tyranni, cum Phidonem in conuiuio necassent, filias eius virgines ad se venire iusserunt, & scortorum more nudari, ac super pavimenta, patris sanguinè cruentata impudicis gestibus ludere: quæ paulisper dissimulato doloris habitu, cum temulentos conuiuias cernerent, quasi ad requisita naturæ egredientes, inuicem se complexæ præcipitauerunt in puteum, vt virginitatem morte seruarent. Demotionis, Areopagitarum principis, virgo filia, audito sponsi Leosthenis interitu, qui bellum Lamiacum concitaret, se interfecit; asserens, quamquam intacta esset corpore, tamen, si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet, cum priori mente nupsisset. Spartiatæ, & Messenij diu inter se habere amicitias, intantum, vt ob quædam sacra etiam virgines ad se mutuo mitterent, quodam igitur tempore, cum quinquaginta virgines Lacedæmoniorum Messenij violare tentassent, de tanto numero ad stuprum nulla consensit, sed omnes libentissimè pro pudicitia occubuerunt. quamobrem graue bellum, & longissimum concitatum est; & post multum temporis Mamertia subuersa est. Aristocles, Orchomeni tyrannus, adamauit virginem Stryphalidem: quæ cum, patre occiso, ad templum Dianæ confugisset, & simulacrum eius teneret, nec vi posset auelli, in eodem loco confossa est: ob cuius necem, tanto omnis Arcadia dolore commota est, vt bellum publicè fumeret, & necem virginis vlcisceretur. Aristomenes Messenius, vir iustissimus, victis Lacedæmoniis, & quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hiacyinthina, rapuit de choris ludentium virgines quindecim; & tota nocte gradu concito fugiens, excessit de finibus Spartanorum. cumque eas comites eius vellent violare, monuit, quantum potuit, ne hoc facerent; & ad extremum quosdam non parentes interfecit, cæteris metu coercitis, redemptæ postea à cognatis puellæ, cum Aristomenem viderent cædis reum fieri, tamdiu ad patriam non sunt reuersæ, quamdiu iudicum aduolunt;

lutæ genibus defensorum pudicitia suæ cernerent absolutum. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filia in Leuctris Bœotia, quas traditum est, absente patre, duos iuvenes prætereuntes iure hospitij suscipisse? qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulere virginibus: quæ amissæ pudicitia nolentes superuivere, mutuis conciderunt vulneribus. Iustum est & Locridas virgines non tacere: quæ cum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obsceni rumoris, & pollutæ virginitatis vllam fabulam dedit. Quis valeat silentio præterire septem Milesias virgines? quæ Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt, exemplum sui cunctis virginibus relinquentes, honestis mentibus magis pudicitiam curæ esse, quàm vitam. Nicanor, victis Thebis, atque subuersis, vnus virginis captiua amore superatus est. cuius coniugium expetens, & voluntarios amplexus, quod scilicet captiua optare debuerat, sensit pudicis mentibus plus virginitatem esse, quàm regnum; & interfectam propria manu, flets & lugens amator tenuit. Narrat scriptores Græci, & aliam Thebanam virginem, quam hostis Macedo corruperat, dissimulasse paulisper dolorem, & violatorem virginitatis suæ iugulasse postea dormientem, seque interfecisse gladio; vt nec viuere voluerit post perditam castitatem, nec ante mori, quàm sui vltix existeret. Apud gymnosophilas India, quasi per manus huius opinionis auctoritas traditur, quod Buddam, principem dogmatis eorum, è latere suo virgo generari. Nec hoc mirum de barbaris; cum, Mincruam quòque de capite Iouis, & Liberum patre de femore eius procreatos, doctissima finxerit Græcia. Speusippus quòque fororis Platonis filius, & Clearchus in laude Platonis, & Anaxilides in secundo libro Philosophiæ, Perictionem, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt; & sapientiæ principem non aliter arbitrantur, nisi de partu virginis editum. Sed & Timæus scribit Pythagoræ virginem filiam choro virginum præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis. Diodorus Socraticus quinque filias dialecticas insignis pudicitia habuisse narratur; de quibus & Philo, Carneadis magister, plenissimam scribit historiam. Ac ne nobis Dominum Salvatorem de virgine procreatum Romana exprobraret potentia; auctores vrbs & gentis suæ Ilia virgine & Marte genitos arbitrantur.

CAP. 27. Hæc de virginibus sæculi, currens per multiplices historias, & properans sermo perstrinxerit. Veniam ad maritatas, quæ, mortuis, vel occisis viris, superuivere noluerunt, ne cogereantur secundos nosse concubitus; & quæ mirè vnico amauerunt maritos; vt sciamus digamiam apud ethnicos etiam reprobari. Dido, foror Pygmalionis, multo auri & argenti pondere congregato, in Africam nauigauit, ibique vrhem Carthaginem condidit: & cum ab Iarba, rege Libyæ, in coniugium peteretur, paulisper distulit nuptias, donec conderet ciuitatem: nec multò post extructa in memoriam mariti quondam Sichæi pyra, maluit ardere, quàm nubere. Casta mulier Carthaginem condidit, & rursus eadem vrbs in castitatis laude finita est. nam Hasdrubalis vxor, capta, & incensa vrbe, cum se cerneret à Romanis capiendam esse, apprehensis ab vròque latere paruulis filijs, in subiectum domus suæ deuoluuit incendium. Quid loquar Nicerati coniugem? quæ impatiens iniuriæ viri, mortem sibi ipsa conseiuit; ne triginta tyrannorum, quos Lyfander, victis Athenis, im-
ledicto

suerat, libidinem sustineret. Artemisia quòque, vxor Mausoli, insignis pudicitia fuisse perhibetur, quæ cum esset regina Caria, & nobilium poetarum atque historicorum laudibus prædicetur; in hoc vel maximè effertur, quod defunctum maritum sic semper amauit, vt viuum; & miræ magnitudinis extruxit sepulcrum, intantum, vt vsque hodie omnia sepulcra preciosa ex nomine eius Mausolœa nuncupentur. Teuta, Illyricorum regina, vt longo tempore viris fortissimis imperaret, & Romanos sæpe frangaret, miraculo vtique meruit castitatis. Indi, vt omnes pene barbari, vxores plurimas habet. apud eos lex est, vt vxor carissima cum defuncto marito cremetur. Hæc igitur contendunt inter se de amore viri: & ambitio summa certantium est, ac testimonium castitatis, dignam morte decerni. itaque victrix in habitu ornatique pristino iuxta cadauer accubabat, amplexans illud, & deosculans, & suppositos ignes pudicitia laude contemnens. Puto, quæ sic moritur, secundas nuptias non requirit. Alcibiades ille Socraticus, victis Atheniensibus, fugit ad Pharnabazum, qui accepto pretio à Lyfandro, principe Lacedæmoniorum; iussit eum interfici. cumque suffocato caput esset ablatum, & missum Lyfandro in testimonium cædis expletæ; reliqua pars corporis iacebat insépulta. sola igitur concubina, cõtra crudelissimi hostis imperium, inter extraneos, & imminente discrimine, funeri iusta perfoluit, mori parata pro mortuo, quem viuum dilexerat. Imitentur matronæ, & matronæ Christianæ, saltim concubinarum fidem; & præstent liberæ, quod captiua seruauit. Strato regulus Sidonis, manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Ægyptij regis societate neglexerat; retrahebatur formidine, & gladium, quem arripuerat, circumspiciens, hostium pauidus expectabat aduentum, quem iam iamque capiendum vxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus eius transfuerberauit: compositòque ex more cadueri se moriens superiecit, ne post virginalia fœdera alterius coitum sustineret. Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, occiso Abradote viro, quem Panthea vxor miro amore dilexerat, collocasse se iuxta corpus lacerum, & confosso pectore, sanguinem suum mariti infudisse vulneribus. Iustam causam regis occidendi putauit vxor, quam maritus nudam amico suo & ignorantem monstrauerat. iudicauit enim se non amari, quæ & alteri posset ostendi. Rhodogune, filia Darij, post mortem viri, nutricem, quæ illi secundas nuptias suadebat, occidit. Alcestin fabulæ ferunt pro Admeto sponte defunctam: & Penelopes pudicitia Homeri carmen est. Laodamia quòque poetarum ore cantatur, occiso apud Troiam Protefilao, noluisse superuivere. Ad Romanas feminas transeam, & primam ponam Lucretiam; quæ violatæ pudicitia nolens superuivere, maculam corporis cruore deleuit. Duellius, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliã virginem duxit vxorem, tantæ pudicitia, vt illo quòque sæculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. is iam senex, & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobari sibi os fœtidum; & tristis se domum contulit: cumque vxori questus esset, quare numquam se monuisset, vt huic vitio mederetur; Fecissem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris sic os olere. Laudanda in vròque pudica & nobilis femina, & si ignorauit vitium viri, & si patienter tulit, & quod maritus infelicitatem corporis sui, non vxoris fastidio, sed ma-

ledicto sensit inimici. Certè quæ secundum ducit maritum, hoc non potest dicere. Marcia, Catonis filia minor, cum quæreretur ab ea, cur post amissum maritum denuò non nuberet, respondit non se inuenire virum, qui se magis vellet, quam sua. quo dicto ostendit, diuitias magis in vxoribus eligi sole- re, quam pudicitiam; & multos non oculis, sed digitis vxores ducere. optima sanè res, quam auaritia conciliat. Eadem cum lugeret virum; & matronæ ab ea quærent, quem diem haberet luctus vltimum; ait, quem & vitæ. Arbitror, quæ ita virum quærebat absentem, de secundum matrimonio non cogitabat. Brutus Porciam virginem duxit vxorem, Marciam Cato non virginè: sed Marcia inter Hortensium Catonemque discurrit: & sine Catone viuere Marcia potuit, Porcia sine Bruto nõ potuit. magis enim se vniciis viris applicant feminæ: & nihil aliud nosse, magnum arctioris indulgentiæ vinculum est. Anniam cum propinquo moneret, vt alteri viro nuberet: esse enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: nequaquam, inquit, hoc faciam. si enim virum bonum inuenero, nolo timere ne perdam: si malum, quid necesse est post bonum pessimum sustinere? Porcia minor, cum laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ secundum habebat maritum, respondit: Felix & pudica matrona, numquam præterquam semel nubit. Marcella maior rogata à matre sua; gauderet ne se nupsisse, respondit: ita valde, vt amplius nolim. Valeria, Messallarum soror, amisso Seruio viro, nulli volebat nubere: quæ interrogata cur hoc faceret, ait sibi semper maritum Seruium viuere.

CAP. 28. Sentio in catalogo feminarum multo me plura dixisse, quam exemplorum patitur consuetudo, & à lectore erudito iuste posse reprehendi: sed quid faciam, cum mihi mulieres nostri temporis Apostoli ingerant auctoritatem; & necdum elato funere prioris viri, memoriter digamix præcepta decantent? vt quæ Christianæ pudicitix despiciunt fidè, discant saltem ab ethnicis castitatem. Fertur aureolus Theophrasti liber de nuptiis, in quo quærit, an vir sapiens ducat vxorem. & cum definiisset, si pulchra esset, si bene morata, si honestis parentibus, si ipse sanus, ac diues, sic sapientem aliquando inire matrimonium, statim intulit: Hæc autem in nuptiis raro vniuersa concordant. Non est ergo vxor ducenda sapienti. Primum enim impediri studia philosophiæ, nec posse quemquam libris & vxori pariter inferuire. Multa esse, quæ matronarum vsibus necessaria sint, pretiosa vestes, aurum, gemma, sumptus, ancillar, stipellex varia, lecticæ, & effeda deaurata. Deinde per noctes toras garrulæ conquestiones: Illa ornatior procedit in publicum; hæc honoratior ab omnibus: ego in conuentu feminarum misella despicior. Cur aspiciebas vicinam? quid cum ancillula loquebaris? de foro veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem. Alterius amorem, suum odium suspicatur. Si doctissimus præceptor in qualibet vrbium fuerit, nec vxorem relinquere, nec cum sarcina ire possumus. Patuperem alere, difficile est: diuitem ferre, tormentum. Adde, quoniam nulla est vxoris electio, sed qualiscumq; obuenerit, habenda. si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fœtida: quodcumque vitij est, post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima mancipia, vestes quoque, & lebetes, sedile ligneum, calix, & vrceolus scitilis probantur prius, & sic emuntur: sola vxor non ostenditur; ne ante displiceat, quam ducatur. Attendenda semper eius est facies,

& pulchritudo laudanda: ne, si alteram aspexerit, se existimet displicere. Vocanda domina, celebrandus natalis eius, iurandum per salutem illius: vt sit superstes, optandum: honoranda nutrix eius, & gerula, seruus, patrimus, & alumnus, & formosus assecta, & procurator calamistratus, & in longam securamque libidinem exectus spado: sub quibus nominibus adulteri delitescunt. quoscumque illa dilexerit, ingratis amandi. Si totam domum regendam ei commiseris, seruiendum est. si aliquid tuo arbitrio reseruaueris, fidem sibi haberi non putabit, sed in odium vertetur, ac iurgia; & nisi cito consulueris, parabit venena. Anus, & aruspices, & hariolos, & institores gemmarum, sericarumque vestium si intromiseris, periculum pudicitix est; si prohibueris, suspitionis iniuria. Verum quid prodest etiam diligens custodia, cum vxor seruari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas: & illa verè pudica dicèda est, cui licuit peccare, si voluit. Pulchra cito adamat, fœda facile concupiscit. Difficile custoditur, quod plures amat. Molestum est possidere, quod nemo habere dignetur. Minore tamè miseria deformis habetur, quam formosa seruatur. Nihil tutum est, in quod totius populi vota suspirant. Alius forma, alius ingenio, alius facietis, alius liberalitate sollicitat. Aliquo modo vel aliquando expugnatur, quod vndique incessitur. Quod si, propter dispensationem domus, & languoris solatia, & fugam solitudinis ducuntur vxores: multo melius seruus fidelis dispensat, obediens auctoritati domini, & dispensationi eius obtemperans, quam vxor: quæ in eo se existimat dominâ, si aduersum viri faciat voluntatem, id est, quod placet, non quod iubetur. Assidere autem ægrotanti magis possunt amici, & vernulæ beneficiis obligati, quam illa, quæ nobis imputat lacrymas suas. & hæreditatis spe vendit illuicem; & sollicitudinè iactans, languentis animum desperatione conturbat. Quod si ipsa languerit; coægrotandum est, & numquam ab eius lectulo recedendum. aut si bona fuerit & suavis vxor, quæ tamen rara auis est; cum parturiente gemimus, cum periclitante torquemur. Sapiens autem nunquam solus esse potest: habet secum omnes, qui sunt quique vniquam fuerunt boni; & animû liberum, quocumque vult, transfert: quod corpore non potest, cogitatione complectitur; & si hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo. numquã minus solus erit, quam cum solus fuerit. Porro, liberorum causa vxorem ducere, vt vel nomè nostrum non intereat, vel habeamus senectutis præsidia, & certis vtamur hæredibus, stolidissimum est. Quid enim ad nos pertinet recedentes è mundo, si nomine nostro alius nominetur; cum & filius non statim patris vocabulum referat; & innumerabiles sint, qui eodem appellentur nomine? Aut quæ senectutis auxilia sunt, enutrire domi, qui aut prior te fortè moriatur, aut peruersissimis sit moribus? aut certè, cum ad maturam ætatem venerit, tardè ei videaris mori? Hæredes autem meliores, & certiores amici sunt, & propinqui, quos iudicio deligas, quam quos, velis nolis, habere cogaris. licet certior hæreditas sit, dum adiuuis, bene abuti substantia tua, quam tuo labore quæsitâ in incertos vsus relinquere. Hæc & huiusmodi Theophrastus differens, quem non suffundat Chrianiorum, quorum conuersatio est in caelis, qui quotidie dicunt: Cupio dissolui, & esse cum Christo? Hæredem nimirum desiderabit hominem cohæres Christi: & optabit liberos, nepotumque serie delectabitur, quos forsitan sit occupaturus Antichristus,

Erod. 19
1. Reg. 8

christus, cum legamus Moysen & Samuelem filijs suis alios prætulisse, nec putasse liberos, quos videbant Domino displicere?

CAP. 29

Cicero, rogatus ab Hirtio, vt post repudium Terentia, fororem eius duceret, omnino facere supersevit, dicens non posse se vxori & philosophiæ pariter operam dare. illa interim coniux egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauserat sapientiam, nupsit Sallustio, inimico eius, & tertio Messalla Coruino, & quasi per quosdam gradus eloquentiæ deuoluta est. Socrates Xantippen, & Myron neptem Aristidis, duas habebat vxores, quæ cum crebro inter se iurgarentur, & ille eas irridere esset solitus, quod propter se, foedissimum hominem simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus disceprarent; nouissimè uerterunt in eum impetum, & malè multatù fugientemq; diu persecutæ sunt. Quodam autem tempore cum infinita conuicia ex superiori loco ingerenti Xantippæ restitisset, aqua perfusus immunda, nihil amplius respondit, quàm capite deteriso: Sciebam, inquit, futurum, vt ista tonitrua himber sequeretur. L. Syllæ (Felicis, si non habuisset vxorem) Metella coniux palam erat impudica: & (quia nouissimi mala nostra discimus) id Athenis cantabatur, & Sylla ignorabat, secretaque domus suæ primum hostium conuicio didicit. Cn. Pompeio Muciam vxorem impudicam, quam Pontici spadones & Mithridaticæ ambiebant cateruæ, cum eum putarent ceteri scientè pati, indicauit in expeditione commilito, & victorem totius orbis tristi nuncio cõsternauit. M. Cato Censorius habuit vxorem Actoriam Paullam, humili loco natam, uinolentam, impotentem, & quod nemo posset credere, Catoni superbam. Hoc ideo dico, ne quis putet, si pauperem duxerit, satis se concordia prouidisse. Philippum, regem Macedonum, contra quem Demosthenis Philippicæ tonant, introeuntem ex more cubiculù vxor exclusit irata: qui exclusus tacuit, & iniuriam suam uersu tragico consolatus est. Gorgias rhetor librum pulcherrimù de concordia Græcis tunc inter se dissidètib; recitauit Olympiæ. cui Melanthius, inimicus eius, Hic nobis, inquit, de concordia præcipit, qui se, & vxorem, & ancillam, tres in vna domo, cõcordare nõ potuit. æmulabatur quippe vxor eius ancillulæ pulchritudini, & castissimum virum quotidianis iurgiis exagitabat. Totæ Euripidis tragediæ, in mulieres maledicta sunt. vnde & Hermione loquitur: Malarum me mulierum decerpere consilia. In Lepti, vrbe semibarbara, posita in solitudine, moris est, vt nurus altera die foculù ollam mutuam postulet. cui illa statim negat: vt scias illud verù esse Terentij, quod cõsultò ambigè extulit: Quid est hoc? omnes focrus oderunt nurus.

Legimus quendam apud Romanos nobilè, cum eum amici arguerent, quare vxorem formosam, & castam, & diuitem repudiasset, protendisse pedem, & dixisse eis: Et hic focrus, quem cernitis, uideretur uobis nouus, & elegans; sed nemo scit præter me, ubi me premat.

Scribit Herodotus, quod mulier cum veste deponat & verecundiam. Et noster Comicus fortunatum putat, qui vxorem nunquam duxerit. Quid referam Pasiphaën, Clytemnestram, & Eriphyllam: quarum prima delicijs diffuens, quippe vt regis vxor, tauri dicitur expetisse concubitus; altera occidisse virum ob amorem adulteri; tertia prodidisse Amphiarum, & saluti viri monile aureum prætulisse. Quidquid tragediæ tument, & domos, vrbes, regnaque subuertit, vxorum pellicumque contentio

est. Armantur parentum in liberos manus: nefandæ apponuntur epulæ: & propter uinius mulierculæ raptum, Europa atque Asia decenniali bello confligunt. Quasdam repudiatas, altero nuptiarum die statim nupsisse legimus. Vterque reprehendus maritus, & cui tam citò displicuit, & cui tam cito placuit. Epicurus, voluptatis assertor, (quamquam Metrodorus, discipulus eius, Leontium habuerit vxorem) raro dicit sapienti inuenda coniugia; quia multa incommoda admixta sunt nuptiis: & quo modo diuitiæ, & honores, & corporum sanitates, & cætera, quæ indifferentia nominamus, nec bona, nec mala sunt, sed velut in meditullio posita, vsu & euentu vel bona uel mala fiunt; ita & vxores sitas in bonorum malorumque confinio: graue autem esse viro sapienti venire in dubium, vtrum bonam an malam ducturus sit. Ridiculè Chryssippus ducendam vxorem sapienti præcipit, ne Iouem Gamelium & Genethlium violet. isto enim modo apud Latinos ducenda vxor non crit, quia Iouem non habent nuptialem. quod si deorum, vt putant, nomina vitæ hominum præiudicant: offendet ergo Statorem Iouem, qui libenter federit.

Scripserunt Aristoteles, & Plutarchus, & noster Seneca de matrimonio libros: ex quibus & superiora nonnulla sunt, & ista, quæ subiicimus. Amor formæ, rationis obliuio est, & insanie proximus: foedum minimeque conueniens animo sospiti vitium. turbat consilia: altos & generosos spiritus frangit: à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit: querulos, iracundos, temerarios, durè imperiosos, seruiliter blandos, omnibus inuitiles, ipsi nouissimè amori facit. nam cum fruendi cupiditate in satiabilis flagrat; plura tempora suspitionibus, lacrymis, conuestionibus perdit; odium sui facit; & ipse nouissimè sibi odio est. Tota amoris infectio apud Platonem exposita est; & omnia eius incommoda Lyfias explicat; quod non iudicio, sed furore ducatur; & maxime vxorum pulchritudini grauissimus custos accubet. Refert præterea Seneca, cognouisse se quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum, fascia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præsentia eius carere posset: portionemque nullam nisi alterius tactam labris, vir & vxor hauriebant: alia deinceps non minus inepta facientes, in quæ improvida vis ardentis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem interest, quàm ex honesta causa quis insaniat. Vnde & Xystus in sententijs, Adulter est, inquit, in suam vxorem amator ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu. Reget impetus voluptatis, nec præcepta feretur in coitum. Nihil est foedius, quàm vxorem amare quasi adulteram. Certè, qui dicunt se causa reipublicæ, & generis humani vxoribus iungi, & liberos tollere, imitentur saltem pecudes, & postquàm vxorum venter intumuerit, non perdant filios; nec amatores vxoribus se exhibeant, sed maritos. Quorundam matrimonia adulteris coheserunt: & o rem improbàm, iidem illis pudicitiam præceperunt, qui abstulerant. itaq; cito eiusmodi nuptias fatietas soluit, cum primum lenociniù libidinis abscessit, quod libebat euiluit. Nam quid ait Seneca, de uiris pauperibus dicam, quorum in nomen mariti, ad eludendas leges, quæ contra cælibes latæ sunt, pars magna conducitur? Quo modo potest regere mores, & præcipere castitatem, & mariti auctoritatem tenere, qui nupsit? Doctissimi viri vox est, pudicitiam in primis esse

CAP. 30

esse retinendam: qua amissa, omnis virtus ruit. In hac muliebrum virtutum principatus est. hæc pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram; benè meretur de maioribus, quorum sanguinem furtiua sobole non vitiat; benè de liberis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum est; benè in primis de se, quam à cõtumelia externi corporis vindicat. Captiuitatis nulla maior calamitas est, quàm ad alienam libidinè trahi. Viros consulatus illustrat, eloquentia in nomen æternũ effert, militaris gloria triumphusq; nouæ gentis consecrat, multa sunt, quæ præclara ingenia nobilitent. Mulieris virtus propriè pudicitia est. Hæc Lucretiam Bruto æquauit, nescias an & prætulit: quoniam Brutus, non posse seruire, à femina didicit. hæc æquauit Corneliam Graccho, hæc Porciam alteri Bruto. Notior est marito suo Tanquil. illum inter multa regum nomina iam abscondit antiquitas: hanc rara inter feminas virtus altius sæculorum omnium memoriæ, quàm vt excidere possit, infixit. Imitentur ergo nuptæ Theano, Cleobulinam, Gorgunten, Timocliam, Claudias, atq; Cornelias: & cum Apostolum malis mulieribus digamiam viderint ignoscentem, legant antequam religio nostra fulgeret in mundo, vnicubas semper habuisse inter matronas decus; per illas Fortunæ muliebri sacra fieri solitum, nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritum; hierophantas quòque Atheniensium vsq; hodie cicutę sorbitione castrari, & postquam in pontificatum fuerint electi, viros esse desinere.

DIVI HIERONYMI ADVERSVS IOVINIANVM LIBER SECVNDVS.

CAP. I.



ECVNDATA propositio est, eos qui fuerunt baptizati, à diabolo non posse tentari, & ne hoc stultè dicere videretur, adiecit: Quicumque autem tentati fuerint, ostendi eos aqua, & non spiritu baptizatos. Quod in Simone Mago legimus. Vnde & Ioannes dicit: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est, & in hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. & in fine epistolæ: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Reuera fortis obiectio, & quæ indissolubilis permaneret, nisi ipsius Ioannis testimonio solueretur. statim enim intulit: Filioli custodite vos à simulacris. Si omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, & à diabolo tentari non potest, quomodo præcipit vt caueant ne tententur? Et in eadem rursum epistola: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est; vt remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis. Existimo quòd Ioannes baptizatus ad baptizatos scripserit, & quòd omne peccatum à diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem post baptismum peccatorum: & Iouinianus meus dicit: Ne tangas me, quoniam mundus sum. Quid ergo? contraria sibi Apostolus loquitur? Minimè. In eodem quippe loco cur hoc dixerit, statim edifferit: Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed &

si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quòd cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est, qui autem seruat verbum eius, verè in hoc caritas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Propterea, inquit, scribo vobis filioli mei: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis: & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis. Immo qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt. Quæ enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quo modo dies & nox miseri nõ queat: sic ne iustitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolium. Si peccauerimus, & per peccati ianuã ingressus fuerit diabolus: protinus Christus recedit. Vnde & David post peccatum, Redde mihi, ait, latitiam salutaris tui, scilicet quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Christus veritas appellatur: Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum, & non facienti illud peccatum est. Quo modo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est. Nec grande putemus vnum Deũ nosse, cum & dæmones credant & contremiscant. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat aduersarius è duobus quod vult. optionem enim damus. Manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet vt Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur vt Christus. Ille peccatũ non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente sic non aperuit os suũ, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil: Qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit Deus: nos autem iuxta epistolam Iacobi, multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec si vnus quidem diei fuerit vita eius; Quis enim gloriabitur castum se habere cor: aut quis confidet mundum se esse à peccatis? Tenemurq; rei in similitudinem prauaticationis Adam. Vnde & David, Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et beatus Iob: Si fuero iustus, os meum impia loquetur: & si sine crimine, prauus inueniar. Et si purificatus in niue & lotus mundis manibus, fatis me sorde tinxisti, & execratum est me vestimentum meum. Verum ne penitus desperemus, arbitantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat: Et si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Hoc ad credentes post baptismum loquitur, & aduocatũ pro delictis eorum Dominũ pollicetur. Nec dicit: Si quid peccaueritis, aduocatũ habetis apud patrẽ Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceret non plena fide baptismum consecutos: sed aduocatũ, inquit, habemus apud Patrẽ Iesum Christũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non solũ

1. Ioan. 1

2. Cor. 13

Psal. 50

Ioan. 1

Ioan. 14

Iacobi 1

1. Ioan. 2

1. Pet. 2

Esa. 53

Ioan. 14

2. Cor. 5

Iacobi 3

Iob 14

Proucr. 20

Rom. 5

Psal. 50

Iob 9

1. Ioan. 2

pro

1. Cor. 7

Act. 8

1. Ioan. 3

1. Ioan. 5

1. Ioan. 1

pro Ioannis aliorumque peccatis, sed etiam pro totius mundi. In toto autem mundo & Apostoli sunt, omnemque credentes. Ex quibus liquido comprobatur, post baptismum posse peccari. frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum si peccari non potest.

CAP. 2.

Ioan. 13

Math. 16

Petrus Apostolus, ad quem dictum fuerat, Qui loquutus est, non necesse habet ut iterum lauet: Et, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus, Simon, Simon, ecce, inquit, satanas postulauit vos, ut cribraret sicut triticum. ego autem rogavi pro te, ne deficeret fides tua. Et in eodem loco: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod si ante crucem dictum responderis: certe post crucem in oratione Dominica dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Si non peccamus post baptismum, cur nobis poscimus peccata dimitti, quae in baptismo iam dimissa sunt? quid oramus ne intremus in tentatione, & ut liberemur a malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud autem est, si ad catechuminos haec oratio pertinet, & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas, castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne aliis praedicans, ipse reprobis inueniatur. Et datus est mihi, inquit, stimulus carnis, angelus satanae, qui me colaphizat.

Ioan. 18
Luc. 22

Math. 76

1. Cor. 9

2. Cor. 12

2. Cor. 11

2. Cor. 2

1. Cor. 10

Gal. 5

1. Thess. 2

1. Cor. 7

Gal. 5

Ephes. 6

Hebr. 6

Et ad Corinthios, Timeo, inquit, ne sicut serpens decepit Euam in astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quae est in Christo. Et alibi: Cui autem aliquid donastis, & ego, nam & ego, quod donauit, si quid donauit, propter vos, in persona Christi, ut non circumueniamur a satana. non enim eius ignoramus astutias. Et rursum: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui non dimittet vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. Et qui sibi videtur stare, videat ne cadat. Et ad Galatas: Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Et alibi: Voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel, & iterum, sed impediuit nos satanas. Et ad maritos: Et iterum reuertimini ad id ipsum, ne tentet vos satanas propter incognitionem vestram. Et rursum: Dico autem, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non, quae vultis, illa faciatis. ex vtroque compacti, necesse est, ut vtriusque contra se substantiae bella patiamur. Et ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus rectores tenebrarum istarum, aduersus spiritualia nequitiae in caelestibus. Et existimat aliquis securus & dormientes nos esse debere post baptismum? Necnon ad Hebraeos: Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donum caeleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque nihilo minus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi futuri, & prolapsi sunt, renouari iterum ad poenitentiam, rursum crucifigentes sibi metipsos filium Dei, & ostentui habentes. Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt donum caeleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. si autem baptizati peccare non possunt, quo modo nunc Apostolus dicit, Et prolapsi sunt? Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant, qui contendunt, non posse renouari

per poenitentiam eos, qui crucifixerunt sibi met filium Dei, & ostentui habuerunt: consequenter hunc errorem soluit, & ait: Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniore salutis, tamen ita loquimur: non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & nunc ministrastis. Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non susciperet. Ita locutus sum, inquit Apostolus, ut vos a peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cautiore, ceterum confido de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniore salutis. neque enim iustitia Dei est, ut obliuiscatur bonorum operum, & ministerij, quod propter nomen eius exhibuistis, & exhibetis in sanctos, & tantum meminerit peccatorum. Sed & Apostolus Iacobus, sciens baptizatos posse tentari, & propria corruere voluntate, Beatus, ait, vir, qui suffert tentationem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Ac ne putaremus, secundum illud Geneleos, vbi scribitur, Abraham a Deo fuisse tentatum, nos quoque tentari a Deo: Nemo, inquit, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentor. Deus enim intentor malorum est, ipse autem neminem tentat. vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus: dehinc concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum autem, cum consummatum fuerit, generat mortem. Liberi arbitrij nos condidit Deus; nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur. alioquin, vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est Deus; non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis & adiuuantis Dei, ut peruenire valeamus ad calcem: sic in malis, atque peccatis, femina nostra sunt incentiua, & perfectio diaboli. Cum viderit nos super fundamentum Christi aedificare foenum, ligna, stipulam, tunc supponit incendium. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretiosos; & tentare non audebit: quamquam & in hoc non sit certa & secura possessio. Sedet quippe leo in insidiis, & in occultis, ut interficiat innocentem. Et vasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribitur: Fili, accedens ad seruitutem Dei, prepara te ad tentationem. Rursum idem Iacobus loquitur: Estote factores verbi, & non auditores tantum. Si quis auditor est verbi, & non factor: iste similis est viro, qui considerat vultum natiuitatis suae in speculo. Considerauit illum, & statim recedens oblitus est qualis sit. Frustra monuit, ut iungerent opera fidei, si post baptismum peccare non poterant. Qui totam legem, inquit, seruauerit, & peccauerit in vno, factus est omnium reus. Quis nostrum absque peccato? Conclufit Deus omnia sub delicto, ut omnibus miseretur. Petrus quoque, Nouit, inquit, Dominus pios de tentatione eruere, Et de falsis doctoribus: Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbinibus exagitatae; quibus caligo tenebrarum referuatur. Superba enim vanitatis loquentes pellicient in desideris carnis luxuriae eos, qui paululum effugerant, & ad errorem reuersi sunt. Nonne tibi videtur pinxisse sermo Apostolicus nouam imperitiae factionem? aperient enim quasi fontes scientiae, qui aquam non habent doctrinarum: promittunt himbrem, velut nubes propheticae, ad quas perueniat veritas Dei; & turbinibus exagitantur daemonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia; & totus eorum sermo superbia est. Immundus est autem apud Deum omnis, qui exaltat cor suum, ut qui paululum

Iacobi

Gen. 22

Rom. 9

1. Cor. 4

P. 31. 9
Eccle. 27. 8

Iacobi 1

Iacobi 2

Rom. 11

2. Petr. 2

paululum

paululum refugerant à peccatis, ad suum reuertantur errorem; & suadent in luxuria, ciborum carnalique delicias. Quis enim non libenter audiat: manducemus, & bibamus, & in aeternum regnabimus? Sapientes, & prudentes, prauos vocant: eos vero, qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Ioannes apostolus, immo in Ioanne Saluator, scribens angelo Ephesi ecclesiae, Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersus te, quod caritatem tuam primam reliquisti. Memor esto, vnde cecideris: & age poenitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniam tibi; & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi poenitentiam egeris: Similiter & ceteras ecclesias, Smyrnas, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiâ, Laodiceam ad poenitentiam prouocat, & nisi reuertatur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit; qui non coinquinauerunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem dicit: Memento, vnde cecideris, & ecce misurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est satanae: & in mente habe, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & poenitentiam age, & reliqua: vtique ei dicit, qui credit, & baptizatus est, & stans quondam, corruit per delictum.

CAP. 3. Paulisper de veteri testamento exempla distuleram, quia solent, vbiicumque contra eos facit, dicere, lex & propheta vsq; ad Ioannem, ceterum quis ignorat, sub altera dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt: Quo modo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate, seruauit ille legi, & temporis suo: seruamus & nos euangelio, & temporis nostro, in quos fines seculorum decurrerunt. Dauid, electus secundum cor Domini, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam psalmo dixerat: Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor: Proba me Domine, & tenta me, vire renes meos, & cor meum: postea tentatur à diabolo, & post peccatum poenitens loquitur: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnus peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon, ambabilis Domini, & cui bis Deus fuerat reuelatus; quia amator mulierum fuit, à Dei amore discessit. Manassen, impiissimum regem, post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber Dierum restitutum refert.

1. Reg. 23. Et Iosias, vir sanctus, in campo Magedo ab Aegyptio rege confoditur. Iesus quoque, filius Iosedelech, sacerdos magnus, quamquam in typo praecesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit, tamen, secundum litteram, post sacerdotium sordidatus inducitur: & stat diabolus à dextris eius: & candida illi vestimenta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse & Aaron scribere, quod ad aquam contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis non intrauerint, eum beatus Iob angelos quoque, & omnem creaturam peccare posse commemoret, dicens: Quid enim, numquid homo coram Deo mundus est? aut in operibus suis sine macula vir? Si contra seruos suos non credit, & aduersum angelos suos prauum quid reperit, quanto magis habitantes in domibus luteis, de quibus & nos ex eodem luto sumus: Tentatio est vita hominis super terram. Et cecidit Lucifer, qui mittebat ad vniuersas nationes. Et

ille, qui in paradiso deliciarum inter duodecim nutritus est lapides, vulneratus à monte Domini, ad inferna descendit, vnde & Saluator in euangelio, Videbam, inquit, satanam quasi fulgur de caelo cadentem. Si altissima illa sublimitas cecidit, quis cadere non possit? si in caelo ruinae, quanto magis in terra: Et tamen cum ceciderit Lucifer, immo post casum coluber antiquus, virtus eius in lumbis eius, & potestas eius super vmbilicum ventris: obumbratur in eo arbores magnae, & dormit iuxta iuncum, & calamum, & caricem. Ipse est rex omnium, quae in aquis sunt, vbi scilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarum. Quis enim denudabit faciem vestitus eius? Et portas vultus eius quis aperiet? Saginantur in eo nationes Aethiopum, partiuntur eum Phoenicum gentes. Ac ne forsitan tacite legentis cogitatio putaret, eas tantum Phoenicum gentes, & populos Aethiopum significari, quibus draco in escam datus sit; statim de ijs, qui per mare huius seculi transeunt, & ad portum salutis peruenire festinant, dicitur: Et in nauibus piscatorum caput eius stat, sicut incus infatigabilis: reputat ferrum, vt paleas, sicut lignum putre, aes, & omne aurum maris sub eo est sicut lutum, feruescere facit abyssum, sicut vas aeneum: aestimat mare, sicut deletum, & tartarum abyssi vt captiuum: omne altum videt. Et arbitratur Iouinianus meus, facile sibi eum posse succumbere. Quid loquar de sanctis viris, & de angelis; qui cum creaturae Dei sint, possunt vtique recipere peccatum? Filium Dei tentare ausus est; & prima eius, & secunda sententia percussus, nihilominus caput leuat; & tertio vulneratus, vsque ad tempus recedit, differens magis tentationem, quam auferens: & nos nobis blandimur de baptisate: quod sicut priora peccata dimittit, sic in futurum seruari non potest, nisi baptizati omni custodia seruauerint cor suum.

Tandem peruenimus ad cibos; & tertiae quaestionis nobis opponitur difficultas: ad hoc creata esse omnia, vt vlti mortalium deseruirent: & quò modo homo, rationale animal, quasi quidam habitator & possessor mundi, Deo subiacet, & suum veneratur auctorem; ita cuncta animantia aut in cibos hominum, aut in vestitum, aut ad sciendam terram, aut ad subuectionem frugum, aut ipsius hominis esse creata, vnde & iumenta ab eo, quod iuuent, appellentur. Quid est, ait Dauid, homo, quod memores eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum; & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boves vniuersas, insuper & pecora campi, volucres caeli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Esto, inquit, bos ad arandum, ad sedendum equus, canis ad seruandum, caprae ad lac, oues ad lanicia conditae sint: quis vsus porcorum absq; esci carnis? quid capreae, ceruuli, damulae, apri, lepores, & huiusmodi venatio? quid anseres siluestres, & domestici? quid anates? quid ficedulae? quid atagen? quid fulica? quid turdus? cur in domibus gallina discurret? si non comeduntur haec omnia, frustra à Deo creata sunt. Verum quid opus est argumentis: cum manifestissime scriptura doceat, omne quod mouetur, sicut holera herbarum, data nobis in escam: & Apostolus clamitet: Omnia munda mundis: & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; & venturos in nouissimo, qui prohibeant nubere & vesci cibis, quos Deus creauit ad vtendum. Ipse Dominus, vini potator & vorator à pharisaeis appellatur, & publicanorum conuiuia, & peccatorum Zachari prandium

Esa. 14.

Luc. 10.

Iob. 40.

Psal. 73.

Iob. 41.

Math. 4.

Luc. 4.

CAP. 4.

Psal. 8.

Gen. 9.

Tit. 1.

1. Tim. 4.

Luc. 7.

Luc. 19.

prandium non recusans, vadens ad nuptiarum epulas. Porro aliud est, si stulta contentione dicitis eum ille ad nuptias ieiunaturum, & impostorum more dixisse: hoc comedo, illud non comedo: nolo vinum bibere, quod ex aquis creauit. In typo sanguinis sui non obtulit aquam, sed vinum. Post resurrectionem piscem & fauam comedit non scama, nucas, & sorbitiunculas. Petrus apostolus non expectans stellam more Iudaico, sed hora sexta in solarium pransurus ascendit. Paulus in nauis panem frangit, non caricas. Timotheo dolenti stomachum, vinum suadet bibere, non piracium. De ciborum sibi placens abstinentia, quasi non & superstitione gentiliu colsum matris Deum obseruet, & Isis.

CAP. 5.

Sequitur ergo vestigia propositionis exposita: & antequam ad scripturas veniam, doceamus; ex eis Deo grata ieiunia, & acceptabilem continentiam, argumentis philosophorum argumenta componam: & probabo, non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma sectari, qui propter *μετεμψύχωση*, omne quod mouetur, & viuunt, edendum non putant; & eiusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumque succiderint, cuius parricidæ sunt, & venefici, sed venerari conditorem nostrum, qui in vsus hominum cuncta creauit, & quo modo bos ad arandum, equus ad sedendum, canes ad seruandum, capra ad lac, oues ad lanitia conditæ sunt; ita fues, & ceruus, & capreas, & lepores, & cætera; sed illa non statim ad comedendum creata esse, sed in alios vsus hominum. si enim omne, quod mouetur & viuunt, ad uescendum factum est, & præparatum gulæ: respondeant mihi: cur elephantum, cur leones, vrsi, leopardi, lupi, cur viperæ, scorpj, cimices, culices, pulicisque, cur vultur, aquila, coruus, accipiter, cur ceti, delpines, phocæ, minutæque cochleolæ conditæ sint? quis nostrum leonem, quis viperam, quis vulturum, quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in litoribus vermiculos unquam comedit? Sicut igitur hæc proprios vsus habent: ita possumus dicere, & cæteras bestias, pisces, aues, non ad esum, sed ad medicinas creatas. Denique carnes viperæ, unde theriace conficitur, quantis rebus aptæ sint, norunt medici. Segmenta eboris in medelas varias assumuntur. Fel hinc oculorum restituit claritatem, & sterius eius, & canum, putrida curat vulnera. Et, quod forsitan legenti mirum sit, hominis simus quædam curationibus proficiat, Galenus *ἐν ἀπὸ λαις*, docet. Aiunt physici, quod pellis colubri, qua exiit, decocta in oleo, mire dolorem aurium mitiget. Quid ita inutile videtur nescientibus, ut cimices? Si sanguisuga faucibus hæserit, fumo eius excepto, statim euomitur: & difficultas vrinæ huius appositione laxatur. Porcorum autem, & asnerum, & gallinarum, phasianorumque adipēs, quid commodi habeant, omnes medicorum declarant libri: quos si legeris, videbis tot curationes esse in vulture, quot membra sunt. Pauui simus podagræ feruorem mitigat. Gruis, ciconiæ fel, aquilæ, sanguis accipitris, struthiocamelus, ranæ, chameleutes, hirundinis sterius, & carnes quibus morbis aptæ sint, dicerem, si mihi propositum esset de medela corporum disputare. Legat, qui vult, Aristotelem & Theophrastum prosa, Marcellum Sidertem, & nostrum Flauium hexametris versibus differentes, Plinium quoque Secundum, & Dioscoridem, & cæteros tam physicos, quam medicos, qui nullam herbam, nullum lapidem, nullum animal, tam reptile, quam volatile, & natatile non ad suæ artis utilitatem referunt. Igitur, cum mihi dixeris, cur porcus creatus est? statim tibi respondebo puerorum more certantium, cur viperæ, cur scorpj? nec Deum superfluorum iudicabis artificem, quia plurimæ & be-

stia, & volucres sunt, quas tuæ fauces recusent. Sed ne contentiosum hoc, & pugnaz magis videatur esse, quam verum; audi iccirco fues, & apros, & ceruus, & reliquas animates creatas, ut milites, & athlete, nautæ, sectores, metallorumque fossores, & cæteri duro operi mancipati haberent cibos, quibus fortitudo corporum necessaria est; qui portant arma, & cibaria; qui pugnis, & calcibus sua inuicem membra debilitant; qui remos trahunt, quorum latera ad clamandum, dicendumque sunt valida; qui subuertunt montes, & sub diuo & imbris dormiunt. Cæterum nostra religio non *πύρριον*, non athletam, non nautas, non milites, non fossores, sed sapientia erudit sectatorem; qui se Dei cultui dedicauit, & scit, cur creatus sit, cur versetur in mundo, quo abire festinet, unde & Apostolus loquitur: Quando infirmior, tunc fortior sum. Et: Si exterior nosse homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Et: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et: Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Numquid omnibus præceptum est, ne duas tunicas habeant. ne cibos in pera, æs in zona, virgam in manu, calciamentum in pedibus; ut vendant vniuersa, quæ possident, dentque pauperibus, & sequantur Iesum? sed de ijs vtique, qui volunt esse perfecti, alioquin à Ioanne Baptista aliud præcipitur militibus, aliud publicanis. Dominus autem dicit in euangelio ad eum, qui se iactauerat legis vniuersa complexisse: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Ne graue onus nolenti videretur imponere, in propria audientis voluntate dimisit, dicens: Si vis perfectus esse. Quamobrem & ego tibi dicam: Si vis perfectus esse, bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Si vis perfectus esse, melius est saginare animam, quam corpus. Si autem adhuc paruulus es, & coquorum iura te delectant, nemo eripit faucibus tuis esculentas dapes. Manduca, & bibe: & si tibi placet, cum Israele lude confurgens, & canito: manducemus, & bibamus: cras enim moriemur. Manducet, & bibat, qui post cibos expectat interitum: qui cum Epicuro dicit: post mortem nihil est, & mors ipsa nihil est. Nos Paulo credimus intonanti: Escæ ventri, & venter escis: Deus autem & hunc, & illam destruet.

Hæc de scripturis pauca posuimus, ut congruere nostra cum philosophis doceremus. Cæterum quis ignoret, vnamquamque gentem non communi lege naturæ, sed ijs, quorum apud se copia est, vesci solitam: verbi gratia: Arabes, & Saraceni, & omnis eremi barbaria, camelorum lacte & carnis viuunt: quia huiuscemodi animal pro temperie & sterilitate regionum facile apud eos & gignitur, & nutritur, hi nefas arbitrantur, porcorum vesci carnis, fues enim, qui glande, castaneis, radicibus filicum, & hordeo ali solent, aut raro apud eos, aut penitus non inueniuntur, & si inuenti fuerint, alimenta non habent, quæ supra diximus. E regione, septemtrionales populos si ad esum asinorum camelorumque compellas, simile putabunt eorum vesci carnis, ac si lupina comedere cogantur, aut coru. In Ponto, & Phrygia vermes albos, & obesos, qui nigello capite sunt, & nascuntur in lignorum carie, pro magnis redditibus paterfamilias exigit, & quo modo apud nos attagen, & ficcudula, nullus, & scarus in delicijs computatur, ita apud illos; *εὐλοφαγόν* comedisse, luxuria est. Rursum orientales & Libyæ populos, quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est, hoc verum esse,

Ioan.

167. Ioannes quoq; Baptista probat. Compelle Phrygem, & Ponticum, vt locustam comedat, nefas putabit. Coge Syrum, Afrum, & Arabem, vt vermes Poticos glutiat: ita eos despiciet, vt muscas, millepedias, & lacertos. Quamquam Syri & crocodilis terrenis, Afri etiam lacertis viridibus vesci soleant. In Ægypto, & Palæstina, propter bouum raritatem, nemo vaccam comedit, taurorumq; carnes, & bouum, vitulorumq; assumunt in cibis, at in nostra prouincia scelus putant vitulos deuorare, vnde & imperator Valens nuper legem per oriëtem dederat, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, vtilitati agriculturæ prouidens, & pessimâ Iudaizatis vulgi emendans consuetudinē, pro altilibus & lactentibus vitulos cōsumentis. Nomades, & Trogloditæ, & Scythæ, & Hunnorū noua feritas, semicrudis vescuntur carnibus. Porrò Ichthyophagi, gens errans in litore maris rubri, super petras, solis calore feruētēs, assant pisces, & hoc solo alimento viciant. Sarmatæ, Quadi, Vuandali, & innumerales alia gentes, equorum & vulpiū carnibus delectantur: Quid loquar de cæteris nationibus, cum ipse adolescētulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis vesci carnibus, & cum per filuas porcorum greges, & armentorum, pecudumq; reperiant, pastorum nates, & feminarum papillas solere abscondere, & has solas ciborum delicias arbitrari? Scotorū natio vxores proprias non habet, & quasi Platonis politiam legerit, & Catonis scētur exemplum, nulla apud eos coniux propria est; sed vt cuique libitum fuerit, pecudum more lasciuunt. Persæ, Medi, Indi, & Æthiopes, regna non modica, & Romano imperio paria, cū matribus, & auis, cum filiabus, & neptibus copulantur. Massagetæ, & Derbices miserimos putant, qui ægrotatione moriatur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectam venerint, iugulatos deubant, rectius esse ducentes, vt à se potius quā à vermibus comedatur. Tibareni quos dilexerint, senes suspendunt in patibulis. Hircani volucris, & canibus semiuiuos proiciunt. Caspij iisdē bestijs mortuos. Scythæ eos, qui à defunctis amati sunt, viuos infodiūt cum ossibus mortuorum. Bactri canibus, ad hoc ipsum nutritis, obijciunt senes, quod cum Alexandri præfectus Nicanor emendare voluisset, penē amisit prouinciam. Coge Ægyptium, vt ouium lacte vescatur: impelle, si vales, Pelusioten, vt māducet cepe. Singulæ penē in Ægypto ciuitates, singulas bestias & monstra venerantur, & quodcumq; coluerint, hoc inuiciable & sacrum putant, vnde & vrbes quoq; apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur, Leonto, Cyno, Lyco, Busyris, Thmuis, quod interpretatur hircus. Et vt sciremus, quales deos semper Ægyptus recepisset: nuper ab Hadriani amasio, vrbs eorum Antinois appellata est. Peruides igitur, quod non solum in esu, sed & in sepulturis, & in connubijs, & in omni conuersatione vnaqueque gens suo ritu & proprietatibus viciat, & hoc eam naturæ legem putare, quod didicit. Verum fac estum carniū cunctis nationibus esse communem, & passim licere, quod passim gignitur, quid ad nos, quorū conuersatio in cælis est; qui super Pythagoram, & Empedoclem, & omnes sapientia scētatores, non ei debemur, cui nascimur, sed cui renascimur, qui repugnantem carnem, & ad libidinum incentiuam ripientem, in media subiugamus? Esus carniū, & potus vini, ventrisq; saturitas, seminariū libidinis est, vnde & Comicus, Sine Cerere, inquit, & Libero friget Venus.

Cap. 7. Per quinque sensus, quasi per quasdam fenestras, vitiorum ad animam introitus est. Non potest ante

metropolis & arx mentis capi, nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus, horum perturbationibus anima pragrauatur, & capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu. Si Circensibus quispian delectetur; si athletarum certamine, si mobilitate hiftrionum, si formis mulierum, splendore gemmarum, vestium, metallorum, & cæteris huiuscemodi: per oculorum fenestras animæ capta libertas est, & impletur illud propheticum: Mors intrauit per fenestras nostras. Rursum auditus vario organorum cantu, & vocum inflexionibus delinitur, & carmine poctarum, & comædorum, mimorumq; vrbaniatibus, & strophis, & quidquid per aures introiens virilitatem mentis effeminat. Odoris autem suauitas, & diuersa thymiamata, & amomum, & cyphi, cenanthe, muscus, & peregrini muris pellicula, quod dissolutis & amatoribus conueniat, nemo nisi dissolutus negat. Porrò, ciborum auuiditas, quod auaritiæ mater sit, & animam quasi quibusdam compedibus degrauatum in terra teneat, quis ignorat? Propter breuem gulæ voluptatem terræ lustrantur, & maria; & vt mulsum vinum, pretiosusque cibus fauces Scotos transeat, totius vitæ opera desudamus. Tactus autem alienorum corporum, & feminarum ardentior appetitus, vicinus insanæ est. ob hunc sensum cupimus, irascimur, gestimus, inuidemus, æmulamur, solliciti sumus; & expleta voluptate, per quandam plenitudinem rursus accendimur, quærimusq; facere, quod cum fecerimus, iterum pœniteamus. Igitur, cum per has portas quasi quidam perturbationum cunei ad arcem nostræ mentis intrauerint, vbi erit libertas, vbi fortitudo eius, vbi de Deo cogitatio, maximè cū tactus depingat sibi etiā præteritas voluptates, & recordatione vitiorum cogat animā compati, & quodammodo exercere quod non agit: His igitur rationibus inuitati multi philosophorū, reliquerunt frequētias vrbium, & hortulos suburbanos, vbi ager irriguus, & arborum comæ, & susurrus autium, fontis speculum, riuus immurmurans, & multæ oculorum auriumq; illecebræ, ne per luxum & abundantiam copiarum, animæ fortitudo mollesceret, & eius pudicitia constupraretur. Inutile quippe est, crebro videre per que aliquando captus sis, & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas, nam & Pythagorei huiuscemodi frequētiam declinantes, in solitudine & desertis locis habitare cōsueuerant. Platonici quoq; & Stoici in templorum locis, & porticibus versabantur; vt admoniti augustioris habitaculi sanctitate, nihil aliud, quàm de virtutibus, cogitent. Sed & ipse Plato, cū esset diues, & thoros eius Diogenes lutatis pedibus conculcasset; vt posset vacare philosophiæ, elegit Academicam villam, ab vrbe procul, non solum desertam, sed & pestilentem; vt cura & assiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur, discipuliq; sui nullam aliam sententiam voluptatem, nisi earum rerum, quas discerent. Quosdam legimus effodisse sibi oculos, ne per eorū visum à contemplatione philosophiæ auocarentur. Vnde & Crates ille Thebanus, proiecto in mari non paruo auri pondere, Abite, inquit, pessum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Quod si quis existimat, & abundantia ciborum portionumq; se perfrii, & vacare posse sapientiæ, hoc est, & versari in delicijs, & deliciarum vitijs non teneri, se ipsum decipit, cum enim, procul ab his remoti, sæpe capiamur naturæ illecebris; & cogamur ea cupere, quorum copiam non habemus: quanto magis, si circumdati retibus voluptatum, esse nos liberos arbitremur? Sensus noster illud cogitat, quod

videt, audit, odoratur, gustat, attrectat, & ad eius rei trahitur appetitum, cuius capitur voluptate: quòd mens videat, & mēs audiat, & quòd nec audire quippiā, nec videre possumus, nisi sensus in ea, quæ cernimus, & audimus, fuerit intētus. Vetus quoq; sententia est: difficile est, immo impossibile, delicijs & voluptatibus affluentes, non ea cogitare, quæ gerimus: frustra q; quidam simulant, salua fide, & pudicitia, & integritate mentis, se abuti voluptatibus; cum contra naturam sit, copijs voluptatum sine voluprate perfrui; & Apostolus, hoc ipsum cauens, dixerit.

1. Tim. 5.

CAP. 8.

Quæ autem in delicijs est vidua, viuens mortua est. Sensus corporum quasi equi sunt, sine ratione currentes; anima verò in aurigæ medum retinet freno currentium, & quo modo equi absque rectore precipites ruunt: ita corpus sine ratione, & imperio animæ, in suum fertur interitum. Alia quoq; comparatio animæ & corporis à philosophis ponitur, corpus puerum, animam pædagogum esse dicentibus, vnde & historicus, Animæ, inquit, imperio, corporis seruitio magis vtimum, alterum nobis cum dijs, alterum eum belluis commune est. Igitur, nisi vitia adolescentis, & pueri, prudentia pædalogi rexerit, omnis conatus eius & impetus ad lasciuiam properant. Sine quattuor sensibus viuere possumus, id est, sine aspectu, auditu, odoratu, atque complexu: absque gustu autem & cibis impossibile est humanū corpus subsistere, adesse ergo debet ratio, vt tales ac tantas sumamus escas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animæ prægrauetur: quia & comedendum est, & deambulandum, & dormiendum, & digerendum, & postea, inflatis venis, incontinentia libidinum sustinenda. Luxuriosa res vinū, & tumultuosa ebrietas, omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens. Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digere, aut comēdos, magno partos & perditos labore doleamus, holerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus est, & arte impendijq; coquorum non indiget: & sine cura sustentat humanum corpus, moderateq; sumptus (quia nec auidè deuoratur, quod irritamenta gulæ non habet) leuiori digestionē concoquitur, nemo enim vno aut duobus cibis, hisq; vilibus, vsque ad inflationem ventris oneratur; quæ diuersitate carniū, & saporis delectatione percipitur. Cum varijs nidoribus fumant patinæ, ad esum sui, expleta esurie, quasi captiuos trahunt, vnde & morbi ex satiritate nimia concitantur: multiq; impatientiam gulæ, vomitu remediuntur; & quod turpiter ingererunt, turpius egerunt. Hippocrates in Aphorismis docet, crassa & obesa corpora, quæ crescendi mensuram compleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralysem & pessima morborum genera erumpere; & iccirco esse necessariam demptionē, vt rursus habeant, in quæ possint crescere: nō enim manere in vno statu naturā corporū, sed aut crescere semper aut decrescere, nec posse viuere animal, nisi crescendi capax sit, vnde & Galenus, vir doctissimus, Hippocratis interpres, athletas, quorum vita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu, nec sanos esse; animasq; eorū ita nimio sanguine & adipibus, quasi luto, inuolutas, nihil tenuē, nihil cælestē, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare. Diogenes tyrannos & subuersores vrbium, bellaq; vel hostilia, vel ciuilia, non pro simplici victu holerū pomorumque, sed pro carnibus & epularum delicijs asserit excitari. Quodq; mirandum sit; Epicurus, voluptatis assertor, omnes libros suos repleuit holeribus, & pomis; & vilibus cibis dicit esse viuendum;

Pro. 20.

quia carnes & exquisitæ epulæ ingēti cura ac miseria præparentur; maioremq; poenam habeant in inquirendo, quàm voluptatem in abutendo: corpora autem nostra cibo tantum & potu indigere: vbi aqua & panis sit, & cætera his similia, ibi naturæ satisfactum: quidquid supra fuerit, non ad vitæ necessitatem spectare, sed ad vitium voluptatis: bibere, & comedere non ad deliciarum ardorem, sed sitim famēq; restinguere: qui carnibus vescantur, indigere etiam ijs, quæ non sunt carniū; qui autem simplici victu abutantur, eos carnes non requirere. Sapientiæ quòque operam dare non possumus, si mensā abundantiam cogitemus, quæ labore nimio & cura indiget. Cito expletur naturæ necessitas: frigus, & fames, simplici vestitu, & cibo expelli potest, vnde & Apostolus, Habentes, inquit, victum, & vestitum, his contenti sumus. Deliciæ, & epularum varietates, fomenta auaritiæ sunt. Grandis exultatio animæ est, cum paruo contentus fueris, mundum habere sub pedibus, & omnem eius potentiam; epulas, libidines, propter quæ diuitiæ comparantur, vilibus mutare cibis, & crassiore tunica compensare. Tolle epularum, & libidinis luxuriam: nemo quæret diuitias; quarum vsus aut in ventre, aut sub ventre est. Qui ægrat, non aliter recipit sanitatem, nisi tenui cibo & castigato victu, quæ λέπτῆ διαίτα dicitur, quibus ergo cibis recipitur sanitas, his & seruari potest: ne quis putet morbos holeribus concitari. Si autem Milonis illius Crotoniatæ vires holera non ministrant, quæ nascuntur, & aluntur carnibus: quid necesse est viro sapienti, & philosopho Christi, tantam habere fortitudinem, quæ athletic & militibus necessaria est; quam cum habuerit, ad vitia prouocetur? Illi arbitrantur carnes sanitati congruas, qui volunt abuti libidine; & in cœnum demersi voluptatum, ad coitum semper exestant. Christiano sanitas absque viribus nimis necessaria est. Nec turbare nos debet, si rari sint huius propositi sectatores: quia rari sunt & amici boni, & fideles, & pudici, & continentēs: semperq; virtus rara est. Lege Fabricij continentiam, Curij paupertatem: & in tanta vrbe vix paucos inuenies, quos sequaris. Noli timere, ne si carnes non comederis, aucupes & venatores frustra artificia didicerint. Legimus, quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proscriptioe bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos, conualuisse, caruerant enim sollicitudine dispensandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt, & animum. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt poenitentiam: Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. Et cum in amœnissimo agro in morsam voluptuosorum hominum se crassum pinguemque describeret, lusit his versibus. Me pinguem, & nitidum, & bene curata cute, vives, Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

1. Tim. 4.

CAP. 9.

Sed & ex vilissimis cibis vitanda satietas est, nihil enim ita obruit animum, vt plenus venter, & exestuans, & huc illucq; se vertens, & in ructus, vel in crepitus ventorum efflacione respirans. Quale illud ieiunium est, aut qualis illa refectio post ieiunium, cum pridianis epulis distendimur, & gurgur nostrum mediatorium efficitur latinarum? dumq; volumus prolixioris inediæ famam quærere, tantum voramus, quantum vix alterius diei non digerat, itaque non tam ieiunium appellandum est, quàm crapula, ac foetens & molesta digestio. Dicarchus in libris antiquitatum, & descriptione Græciæ, refert, sub Saturno, id est, in aureo sæculo, cum omnia humus

funderet

funderet, nullum comedisse carnes, sed vniuersos vixisse frugibus, & pomis, quæ sponte terra gignebat. Persarum regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat, polenta, & cardamo, & sale, ac pane cibario eos asserens victitare. Lacedæmoniorum mensæ, frugalitatisq; & supra scriptus Xenophon, & Theophrastus, & omnes penè scriptores Græciæ testes sunt. Chæremone Stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotijs curisq; postpositis, semper in templo fuerint; & rerum naturas, causasq; ac rationes siderum contemplati sint; nunquam mulieribus se miscuerint; nunquam cognatos & propinquos, ne liberos quidem viderint; ex eo tempore, quo cœpissent diuino cultui deseruire; carnibus & vino se semper abstinerint, propter tenuitatem sensus, & vertiginem capitis, quam ex paruo cibo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & ex hac potione nascuntur. Pane raro vescantur, ne onerarent stomachum; & si quando comedebant, tufum pariter hyssopum fumebant in cibo, vt escam grauiorem illius calore decoquerent: oleum tantum in holeribus nouerant, verum & ipsum parum, propter nauseam, & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar, inquit, de volatilibus, cum ouum quinq; pro carnibus vitauerint, & lac: quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant; colore mutato. Cubile eis de folijs palmarum, quas baias vocant, contextum erat: scabellum accliuè, & ex vna parte obliquum, in terra pro puluillo capiti supponebant, bidui triduique in ediam sustinentes. Humores corporis, qui nascuntur ex otio, & ex mansione vnius loci, nimia victus castigatione siccabant. Iosephus in secunda Iudaicæ captiuitatis historia, & in octauodecimo antiquitatum libro, & contra Appionem duobus voluminibus, tria describit dogmata Iudæorum, Phariseos, Sadducæos, Essenos: quorum nouissimos miris effert laudibus, quod & ab vxoribus, & vino, & carnibus semper abstinerint, & quotidianum ieiunium vertent in naturam. Super quorum vita & Philo, vir doctissimus, proprium volumen edidit. Eantes Cizecenus, & Asclepiades Cyprius, ætate, qua Pygmalion in oriente regnabat, scribunt esum carniū non fuisse. Eubulus quoque, qui historiam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Persas tria genera Magorum, quorum primos, qui sint doctissimi, & eloquentissimi, excepta farina, & holere, nihil amplius in cibo sumere. Apud Eleusinā etiam volucris, & piscibus, & quibusdā pomis abstinerere, sollēne est. Bardesanes, vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos gymnophistas diuidit: quorum alterum appellat Bragmanas, alterum Samanæos, qui tantæ continentiæ sint, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluiuium, vel publico orizæ, vel farinæ alantur cibo; & cum rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit, pacemq; suæ prouinciæ in illorum præcibus arbitrari sitam. Euripides, in Creta Iouis propheta non solum carnibus, sed & coctis cibis abstinuisset refert. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athēnienses tria tantum præcepta in templo Eleusinae residere scribit, honorandos parentes, venerandos deos, carnibus non vescendum. Orpheus in carmine suo esum carniū detestatur. Pythagoræ, Socratis, Antisthenis, & reliquorum frugalitatem referre in confusionem nostram, nisi & longum esset, & proprii operis indigeret, hic certè est Antisthenes, qui cum gloriose docuisset rhetoricam, audissetq; Socratem de paupertate disputantem, dixisse fertur

ad discipulos suos: Abite, & magistrum quærite: ego enim iam reperi. Statimq; venditis, quæ habebat, & publicè distributis, nihil sibi amplius, quàm palliolum, reseruauit, paupertatisque eius, & laboris, & Xenophon testis est in Simposio, & innumerabiles libri eius; quorum alios philosophico, alios rhetorico genere scripsit. Huius Diogenes ille famosissimus sectator fuit, potentior rege Alexandro, & naturæ victor humanæ, nam cum discipulorum Antisthenes nullum reciperet, & perseverantem Diogenem remouere non posset, nouissimè claua minatus est, nisi abiret, cui ille subiecisse dicitur caput, atque dixisse: Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo possit obsequio separare. Refert Satyrus, qui illustrium virorū scribit historias, quod Diogenes palliolo duplici vsus sit propter frigus, peram pro cellario habuerit, secumq; portarit clauam ob corpufculi fragilitatem, qua iam senex membra sustentare solitus erat; & ἡμάρτερος vulgò appellatus sit, in præsentem horam poscens à quolibet, & accipiens cibum. Habitabat autem in portarum vestibulis, & porticibus ciuitatum: cumq; se contorqueret in dolio, volubilem se habere donum iocabatur, & se cum temporibus immutantem, frigore enim os dolij vertebat in meridiem, aestate ad septemtrionem, & vt cumque sol se inclinauerat, Diogenes simul prætorium vertebat. Quodam verò tempore habens ad potandum cauum ligneum, vidit puerum manu concava bibere; & eluisse illud fertur ad terram, dicens: Nesciebam, quod natura haberet poculum. Virutem eius & continentiam mors quoq; indicat; nam cum ad agonem Olympiacum, qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, iam senex pergeret, febri in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viæ: volentibusq; eum amicis aut in iumentum, aut in vehiculum tollere, non acquieuit: sed trāsiens ad arboris umbrā, locutus est: Abite quæso, & spectatum pergit: hæc me nox aut victorem probabit, aut victum si febrem videro, ad agonem veniam; si me, vicerit ad inferna descendam, ibiq; per noctem eliso gutture non tam mori se ait, quàm febrem morte excludere. Vnius tantum philosophi exemplum posui, vt formosuli nostri, & thorsoli, & vix summis pedibus adumbrantes vestigia, quorum verba in pugnis sunt, & syllogismi in calcibus, qui paupertatem apostolorum, & crucis duritiam aut nesciunt, aut contemnant, imitentur saltem gentiliū paritatem.

Hæc de argumentis philosophorum, exemplisq; **CAP. 10.** differui, nunc ad exordium generis humani, id est, ad nostra transiens, docebo primum Adam in paradiso accepisse præceptum, vt cætera poma comedens, ab vna arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi asque abstinentia cibi non potuit dedicari. Quamdiu ieiunauit, in paradiso fuit: comedit, & eiectus est: eiectus statim duxit vxorem. Qui ieiunus in paradiso virgo fuerat, satur in terra matrimonio copulatur: & tamen eiectus non protinus accepit licentiam carniū vescendarum; sed tantum poma arborum, & fruges segetum, & herbarum holera ei traduntur in cibum: vt exul, quòque paradisi, non carnibus, quæ in paradiso non erant, sed similitudine frugum paradisi vesceretur. Postea verò videns Deus, quod diligenter appositum esset ad malitiam cor hominis ab adolescentia, & spiritus eius in his permanere non posset, quia erant caro, opera carnis diluuiio condemnauit; & auarissimam hominum gulam probans, dedit eis licentiam comedendarum carniū: vt dum sibi intelligunt licere omnia, non

desiderent magnopere quod licebat; ne mandatum in causam verterent præuaricationis. Quamquam & tunc ex parte imperatum ieiunium sit, nam cum alia munda dicantur, alia immunda; & in arca Noë de immundis bina, de mundis introducuntur impuria; & utique immundorum efus ablatus sit, ne sine causa dicerentur immunda: ex parte ieiunium dedicatum est, docens abstinentioniam omnium in quorundam recisione. Cur perdidit Esau primogenita sua? nonne propter cibum? impatientiamque gula lacrymis emendare non potuit. Eiectus de Ægypto populus Israël, & in terram repromissionis lacte & melle manantem introducendus, Ægyptias carnes, & pepones, alliaque desiderat. Utinam, inquit, obissemus percussi à Deo in terra Ægypti, quando super ollas carnum sedebamus. Et iterum: Quis nos pasceret carnibus? Venerunt in mentem nobis pisces, quos in Ægypto comedebamus gratis; & cucumeres, & pepones, & porri, & cepe, & allia: at nunc anima nostra arida, nihil nisi manna oculi nostri conspiciunt. Angelorum cibum contemnentibus, carnes Ægyptias suspirabant. Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunus in monte Sina, etiam tunc probans non in pane solo viuere hominem, sed in omni verbo Dei, cum Domino loquitur: populus autem satur idola fabricatur. Ille, vacuo ventre, legem accipit, scriptam digito Dei; iste manducans & bibens, confurgensque ludere, aurum conflatur in vitulum, & Ægyptium bouem præfert Domini maiestati, tot dierum labor vnius horæ saturitate perit. Frangit audacter Moyses tabulas: sciebat enim Dei sermonem non posse audire temulentos. Incrassatus est, & pinguefactus, & dilatatus, & recalcitrauit dilectus, & dereliquit Dominum, qui fecerat eum, & abscessit à Deo salutari suo. Vnde & in eodē Deuteronomio præcipitur: Ne cum manducaueris, & biberis, & domos optimas edificaueris, ouibus, & bubus tuis multiplicatis, & argento, & auro, extollatur cor tuum, & obliuiscaris Domini tui. Denique manducauit populus, & incrassatum est cor eius, ne videret oculis, & audiret auribus, & corde conijceret: & vultum ieiunantis Moysi, & iuxta Hebraicam veritatem, Dei confabulatione connutum, passus & pinguior populus sustinere non potuit. Quamobrem & Dominus noster, atque Saluator, non ob differentiam virginitatis, & nuptiarum, ut quidam putant, sed ob ieiuniorum consortia, Moysen, & Eliam transfiguratus in monte secum ostendit in gloria. Quamquam Moyses, & Elias typum proprie legis prophetarumque monstrauerint: sicut manifestè euangelij scriptura restatur: Dicebant ei exitum, quem completurus erat in Hierusalem, passionē enim Domini non virginitas, & nuptiæ, sed lex nūciat, & propheta. Quod si contentiose in Moysē nuptias, in Elia virginitatem dixerint demonstrari: breuiter audiant, Moysen mortuum, & sepultum, Eliam igneo curru raptum, ante immortalem esse cœpisse, quam mortuum. Sed nec secunda conscriptio tabularum absque ieiunio potuit impetrari, quod ebrietas perdidit, inedia reperit. Ex quo ostenditur, posse nos per ieiunium redire in paradysum, vnde per saturitatem fueramus eiecti. In Exodo aduersus Amelech, oratione Moysi, & totius populi, vsque ad vesperam ieiunio dimicatum est. Iesus, filius Naue, stationem imperauit soli & lunæ: & in ediam plus quam vnius diei, victoris exercitus protelauit: Saul, Sicut in Regnorum primo libro scribitur, Maledictus, inquit, qui ederit panem vsque ad vesperam, donec vleiscar me de inimicis meis. Et non gustauit: omnis populus eius, & tota terra prædebat. Tantiq̄ue fuit auctoritas stationis, semel Domino destinatae, ut Ionathas, qui causa victoria extiterat, deprehenderetur sorte, & ignorantia crimen declinare non posset, patrisque in se concitaret manum, & vix populi precibus saluaretur. Elias, quadraginta dierum ieiunio præparatus, Deum vidit in monte Oreb; & audit ab eo: Quid tu hic Elia? Multo familiarior ista vox, quam illa in Genesi: Adami vbi es? Illa enim passum terrebat, & perditum: hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Congregatum Samuel populum in Masphat, indicto ieiunio roborauit, & fecit hostibus fortiorem. Assyriorum imperum, & potentiam Sennacherib, Ezechia regis lacrymæ, foccus, & humiliatio victus, fregit, prostrauit, & vicit. Et e contrario ciuitas Ninive imminentem iram Domini ieiuniorum miseratione detrorfit: quam & Sodoma placasset, & Gomorra, si voluissent agere pœnitentiam, & lacrymas pœnitentiæ patrocinante conciliare ieiunio. Achab, rex impijissimus, ut sententiã Dei subterfugeret, & euerfio domus eius differretur in posteros, ieiunio impleuit, & sacco. Anna, vxor Helchanaz, inanem cibo ventre, filio meruit implere. Periclitatur in Babylone Magi, omnis cœlector & hariolus & haruspex cecidit. Daniel & tres pueri reuelationē mererunt ieiunio, & pasti leguminibus, pulchrioribus sunt, & prudentiores ijs, qui de mensa regis carnibus vescabantur. Deinde scriptum est, quod Daniel tribus hebdomadibus ieiunauerit; panem suauem non comederit, caro & vini non intrauerit os eius; oleo vnctus non sit; & venet ad eum angelus, dicens: Daniel homo miserabilis es. Qui deo miserabilis apparuerat, post ieiunium leonibus in lacu fuit horribilis. Quam pulchra res, quæ placat Deum, leones mitigat, Demones terret. Mittitur ad eum (licet hoc in Hebraicis voluminibus non inuenerimus) Habacuc; messorum prandium portans, talem enim discophorum inedia meruerat hebdomadis. Dauid, periclitante filio post adulteriũ *ἑρομολόγησεν* in cinere & ieiunio facit, dicens: Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Et infirmata sunt in ieiunio genua mea. Et certè iam audierat à Nathan: Dominus abstulit à te hoc peccatum. Sampson & Samuel vinum & ficeram non bibunt: erant enim filij repromissionis, & per abstinentiam ieiuniumque concepti. Aaron, & ceteri sacerdotes, ingressuri templum, omne quod potest inebriare, non potant, ne moriantur, ex quo intelligimus, mori eos, qui in ecclesia non sobrii ministrarint. Quamobrem reprobatum Israël, potum dabit Nazareis meis vinum. Ionadab, filius Rechab, præcepit filiis suis, ut non haberent vinum vsque in æternum. Quibus cum offerret Hieremias vinum, ut biberent; & illi bibere nolissent; loquitur Dominus per prophetam. Quia obedistis præcepto Ionadab patris vestri, non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. In foribus Euangelij Anna, filia Phanuelis, vniuira inducitur, semperque ieiunans. Et Dominum virginem longa castitas longaque ieiunia susceperat. Præcursor eius, & præco Ioannes locustis alitur, & siluestri melle, non carnibus: habitatioque deserti, & incunabula monachorum, talibus inchoantur alimentis. Sed & ipse Dominus baptisma suum quadraginta dierum ieiunio dedicauit, & acriora demonia docuit non nisi oratione & ieiunijs posse superari. Cornelius centurio, ut spiritum sanctum acciperet ante, quam baptisma, eleemosynis meruit, crebrisque ieiunijs. Paulus apostolus post famem, & sitim,

1. Cor. 11. & sitim, & cæteros labores suos, & pericula latro-
 num, naufragia, solitudines, crebra ieiunia enume-
 rat. Et discipulo Timotheo dolenti stomachum, &
 infirmitates plurimas sustinenti, suadet vini modi-
 cam potionem: Iam noli, inquit, aquam bibere. Cui
 autem dicit, Iam noli aquam bibere, ostendit eum
 aquam ante potasse, quod non concederet, nisi
 crebræ infirmitates, & dolor stomachi postulasent.
 1. Tim. 4. Reprobatur quidem Apostolus eos, qui prohibebant
 nuptias, & iubebant cibis abstinere, quos Deus creauit
 ad vtendum cum gratiarum actione: sed Marcionem
 designat, & Tatianum, & cæteros hæreticos,
 qui abstinentiam indicunt perpetuam, ad destruenda,
 & contemnenda, & abominanda opera creatoris.
 Nos autem & creaturam omnem laudamus Dei; &
 maciem saginæ, abstinentiam luxuriæ, ieiunia præ-
 ferimus saturitati. Vir quippe in laboribus laborat
 sibi, & vim facit in interitum suum. Et à diebus Ioan-
 nis Baptistæ, ieiunatoris, & virginis, regnum cælo-
 rum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Time-
 mus enim, ne ab aduentu æterni iudicis, sicut in die-
 bus diluuij, & euerfionis Sodomæ, & Gomorræ, de-
 prehendamur manducantes, & bibentes, & nubentes,
 & nuptui tradentes, nam & diluuium, & ignis de
 cælo saturitatem pariter & nuptias, quas deleret, in-
 uenit, nec mirum, si omne, quod in macello ven-
 ditur, Apostolus emi iubeat, & comedi: cum idolola-
 tris, adhuc in templis idolorum quasi idolothya
 vescentibus, pro summa abstinentia fuerit, cibis tan-
 tum abstinere gentilium. Quod si loquitur ad Ro-
 manos: Is qui manducat, non manducantem non
 spernat; & qui nō manducat, manducantem non iu-
 dicet: non inter ieiunia & saturitatem æqualia me-
 rita dispensat, sed contra eos loquitur, qui in Chri-
 stum credentes, adhuc Iudaizabant; & eos, qui ex
 gentibus crediderant, monet, vt ne scandalizent il-
 los cibo suo, qui adhuc in fide infirmiores erant. De-
 nique & in consequentibus hoc ipsum sonat. Scio, &
 confido in Domino Iesu, quod nihil commune per
 se ipsum est, nisi ei, qui existimat quid commune esse,
 illi commune est, si enim propter cibum frater
 tuus contristatur, iam non secundum caritatem am-
 bulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus
 mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum no-
 strum. Non est enim regnum Dei esca, & potus. Ac
 ne quis putaret hoc de ieiunijs dici, & non de super-
 stitione Iudaica, statim edisserit: Alius credit man-
 ducare omnia: qui autem infirmus est, holera man-
 ducat. Et rursum: Alius iudicat diē plus, quā diem,
 alius iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sen-
 su abundet. Qui sapit diem, Domino sapit: & qui
 manducat, Domino manducat: gratias enim agit
 Deo, & qui non manducat, Domino non mandu-
 cat: & gratias agit Deo. Qui enim adhuc infirmi
 erant in fide; & alias carnes mundas, alias arbitrabā-
 tur immundas; & inter diem & diem esse aliquid exi-
 stimabant, verbi gratia, sanctius esse sabbatū, & neo-
 menias, & scenopegiam, quā reliquos dies; iuben-
 tur holera manducare, quæ indifferenter comedun-
 tur ab omnibus, qui verō firmiores erant fidei, omnes
 carnes, & dies omnes æquales esse credebant. Illud
 autem, quod proponere aduersarius ausus est, Domi-
 num voratorem, & potatorem vini à pharisæis ap-
 pellatum, & quia ad epulas ierit nuptiarum, & con-
 iuuiā non depexerit peccatorum, existimo quod no-
 bificum faciat. Iste est Dominus, vt arbitraris, vorator:
 qui quadraginta diebus Christianorū ieiunium
 sanctificauit: qui beatos appellat esurientes & scitiē-
 tes: qui escam habere se dicit, non quam discipuli su-

spicabatur, sed quæ in perpetuum nō periret: qui de
 die castino cogitare prohibet: qui cū esurisse & sitif-
 se dicatur, & ille frequenter ad prandia, excepto my-
 sterio, quod in typum suæ passionis expressit; & pro-
 bandi corporis veritate, nec gulæ scribitur seruisse,
 nec ventri: qui diuitem purpuratum propter epulas
 narrat in tartarō, & Lazarum pauperem ob inedia
 dicit esse in sinu Abraham: qui quando ieiunamus,
 vngi caput & lauare faciem præcipit; vt non gloriæ
 hominum, sed Domino ieiunemus: qui comedit
 quidem post resurrectionem partem piscis assi, & fa-
 uum, non propter esuriam, & gutturis suauitatem,
 sed vt veritatē sui corporis comprobaret, nam quo-
 tiescumque mortuum suscitauit, iussit ei dari man-
 ducare, ne resurrectio phantasia putaretur. Et La-
 zarus, post resurrectionem, ob hanc causam scribitur
 cum Domino inisse conuiuium. Nec hoc dicimus,
 quod negemus pisces, & cætera, si voluntas fuerit, in
 cibo esse sumenda: sed quo modo ieiunia firmitatem
 præferimus. Si autem Petrus hora sexta pransurus ascen-
 dit in cenaculum, fortuita esuriam non facit præ-
 iudicium ieiuniorum, hoc enim modo & Dominus,
 quia ad puteum Samariæ hora sexta fessus reledit, &
 bibere voluit, omnibus incumbet necessitas, velint
 nolint, hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri, vt
 vel sabbatum esset, vel diēs Dominicus; & post bi-
 diū, triduique ieiunium, hora sexta esuriret, num-
 quam enim crediderim, apostolum, si ante vnam
 diem cœnauerat, epulisque distentus fuerat, alterius
 diei esurisse meridie, quod si cenauit pridie, & sequē-
 ti die esuriuit ante prandium: non existimo, quod vs-
 que ad satietatē comederit, qui tam cito potuit esu-
 rire. Porro, si per Esaiam loquitur Deus, quod non
 tale ieiunium elegerit, dicens: In diebus ieiuniorum
 vestrorū inueniuntur voluntates vestræ; & subiectos
 percutitis; & in iudicia, & in lites ieiunatis, & cædi-
 tis pugnis: non tale ieiunium elegi dicit Dominus,
 quale elegerit, docet. Frange esurienti panem tuum,
 & pauperes sine tecto induc in domum tuam. Si vi-
 deris nudum, vesti: & domesticos feminis tui ne des-
 picias. Non igitur ieiunium reprobauit, sed quale
 velle, ostendit. Neque enim ventris esuriam accepta
 est deo, quam lites, & rapinæ, & luxuria destruit.
 Si non vult ieiunium Deus, quo modo in Leuitico
 præcipit, vt septimo mense, decima mensis, omnis
 populus ieiunet vsque ad vesperam; & qui non affli-
 xerit animam suam, moriatur, & exterminetur de
 populo suo? Quare sepulchra concupiscentiæ, vbi car-
 nibus deditus populus, ruit, vsque hodie in solitudi-
 ne perseverant? Et crassus populus ortygometrā scri-
 bitur ad choleram vsque ructasse? Cur homo Dei, ad
 cuius prophetiam manus aruerat regis Hieroboam;
 quia manducauit contra edictum Dei, illico percus-
 sus est: & leo, qui asinam custodiuit intactam, pro-
 phetæ leuanti se de prandio non peperit? Qui ieiun-
 ium miracula fecerat, pransus illico saturitatis pœnas
 luit. Sed & Ioël clamitat: Sanctificare ieiunium:
 prædicate curationem; vt monstraretur, ieiunium san-
 ctificari cæteris operibus, & sanctificatum ieiunium
 curationi proficere peccatorum, quo modo autem
 virginitati veræ non præiudicat imitatio virginium
 diaboli: ita nec veris ieiunijs cossorum Isis, & Cy-
 belis, & quorundam ciborum in æternum abstinen-
 tia; maxime cum apud illos ieiunium panis, saginæ
 carniū compensetur. Et sicut signa, quæ faciebat
 Moyses, imitabantur signa Ægyptiorū, sed nō erant
 in veritate: nam virga Moyfi virgas Magorum deuor-
 abat: ita per omnia, quæ in æmulationem Dei facit

diabolus, non religionis nostræ superstitio, sed nostræ arguitur negligentia, id nolentium facere, quod bonum esse, etiam sæculi homines non ignorant.

CAP. 12.

Quarta propositio, quæ & extrema est; duos esse ordines, ouium, & hircorum; alterum iustorum, alterum peccatorum; alios stare à dextris, alios à sinistris;

Matth. 25.

& audire iustos; Venire, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Peccatoribus verò dici: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius: Arborem bonam non posse malos fructus facere, nec malam bonos: Vnde & Saluator loquitur ad Iudæos: Vos de patre diabolo estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Decem virgines proponit, stultas, atq; sapientes; & quinque, quæ oleum non habuerunt, remansisse extrinsecus: alias verò quinque, quæ sibi lumen bonorum operum præparauerant, thalamum intrasse cum sponso. Ascendit ad diluuium, & ait: Qui erant cum Noë, iusti seruati sunt; qui verò peccatores, omnes in commune perierunt. Apud Sodomam, & Gomorram, exceptis duobus gradibus bonorum malorumque, nulla diuersitas inuenitur, qui est iustus, eripitur, qui peccator, pari deuoratur incendio, vna salus liberatis, vnus interitus remanentibus. Ne paululum quidem à iustitia declinandum, indicio est vxor Lot. Si autem, inquit, mihi opponis, quare iustus labore in pace, aut persecutionibus; si nullus profectus est, nec maiora præmia: scias hoc eum facere, non vt plus quid mereatur, sed ne perdat quod accepit. In Ægypto quoque decem plagas æqualiter omnes sentiunt peccatores: & similes tenebræ domino & seruo, nobili & ignobili, regi imminent & vulgo: sanctis verò Dei, & populo Israël vna erat lux. Sed & in mari Rubro iusti pariter transiunt, peccatores pariter obruuntur. Sexcenta hominum millia, excepta imbelli ætate & sexu, in deserto æqualiter ruunt: & duo, qui iustitia pares erant, æqualiter liberantur. Per quadraginta annos cunctus Israël similiter laborat, & moritur. Gomor manna vniuersis ætatibus vna in cibo mensura est: vestitus pariter nõ deteruntur: capilli simul non augentur: barba in commune non crescit: calciamenta ex æquo omnibus durant: non incalluere pedes: cibus in ore cunctorum æqualiter sapit, ad mansionem vnam pari labore & mercede pergebant. Omnis Hebræus æquale habet pascha, æquales scenopegias, æquale sabbatum, æquales neomenias. Septimo requietionis anno absque personarum discretione dimittitur: & in iubileo vniuersa cunctis debita relaxantur, atque ad antiquam possessionem venditor reddit. Parabolam autem in euangelio seminantis, in qua in terra bonæ ceterisimæ & sexagesimæ & tricessimæ fructus exoritur, & econtrario in terra mala, triplex sterilitatis varietas indicatur; in duos ordines diuidit, bonæ terræ, & malæ. Et quo modo apostolis pro derelictis filiis & vxoribus, in alio euangelio centies, in alio septies Dominus repromittit, & in futuro vitam æternam; nullaque distantia est inter centum, & septem: sic & in hoc numero nõ facere præiudicium, vbi huius terræ fertilitas prædicatur, præsertim cum & euangelista Marcus retrorsum numeret triginta, sexaginta, & centum. Dicit Dominus: Qui manducat carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut ergo sine aliqua differentia graduus Christus in nobis est, ita & nos in Christo sine gradibus sumus. Omnis, qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui iustus est,

diligit: qui diligit, veniunt ad eum pater, & filius, & in eius habitant hospitio. Vbi autem huiuscemodi habitator est, puto quod nihil deesse possit hospiti. Sin autem dicit: Multæ mansiones sunt apud patrem meum: non in regno cælorum diuersas significat mansiones, sed ecclesiarum in toto orbe numerum, quæ constat vna per septem. Vado, inquit, & præparabo vobis locum, non loca. Si hæc repromissio proprie duodecim apostolorum est, ergo Paulus exclusus est de hoc loco; & electionis vas superfluum putabitur, & indignus. Ioanes, & Iacobus, quia plus cæteris petierunt, nõ impetrauerunt: & tamé non est dignitas eorum imminuta, quia reliquis apostolis æquales fuerunt. Nesticis, quia corpora vestra templum est spiritus sancti: Templum inquit est, non templa: vt similiter in omnibus habitator ostenderet Deum. Non pro his rogo tantum, sed pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum in me; vt sicut tu pater in me, & ego in te vnus sumus, ita omnes vnus sint in nobis. Gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis: dilexi eos, sicut me dilexisti, & quo modo nos sumus pater & filius & spiritus sanctus vnus Deus, sic & vnus populus in ipsis sit, hoc est, quasi filij carissimi, diuinæ confortes naturæ. Sponsa, soror, mater, & quæcumque alia putaueris vocabula, vnus Ecclesiæ congregatio est, quæ numquam est sine sponso, fratre, filio; vnam habet fidem; nec cõstituratur dogmatum varietate, nec hæresibus scinditur: virgo permanet. Quocumque vadit agnus, sequitur illum: sola nouit canticum Christi. Si autem, inquit, mihi opposueris, stella à stella differet in claritate: audies differre stellam à stella, hoc est, spirituales à carnalibus. Omnia membra æqualiter diligimus, nec oculum præponimus digito, nec digitum auriculæ, sed in singulorum amissione membrorum communis dolor est. Æqualiter introimus in hoc sæculum, & æqualiter de eo egredimur. Vnus Adam terrenus, & alter cælestis, qui in terreno fuerit, à sinistris est, & peribit: qui in cælesti, à dextris est, & saluabitur. Qui fratri dixerit, fatue, & raka, reus erit gehennæ. Et qui homicida fuerit, & adulter, mittetur similiter in gehennam. In persecutione qui incenditur, qui suffocatur, qui decollatur, qui fugerit, qui in carcere inclusus obierit, varia quidem luctæ genera, sed vna corona victorum est. Inter eum fratrem, qui semper cum patre fuerat, & qui postea poenitens est receptus, nulla diuersitas est. Operarijs primæ horæ, & tertiæ, & sextæ, & nonæ, & vndecimæ, vnus denarius æqualiter redditur: & quo magis admireris, ab ijs incipit præmium, qui minus in vinea laborarunt.

His & huiuscemodi diuinarum scripturarum testimonijs, quæ ad peruersitatem sui dogmatis callidus disputator inclinat, quis non tentetur etiam electorum Dei? & quod Ioannes apostolus antichristos dicit venisse multos, hæc vera est antichristi prædicatio, quæ inter Ioannem & vltimum poenitentem nullam facit esse distantiam. Simulque miror, quo modo serpens lubricus, & Proteus noster, in variarum semutet portenta formarum, qui enim in coitu & in saturitate Epicureus est, subito in retributione meritorum Stoicus efficitur. Hierosolymam Cithio, Iudæam Cypro, Christum Zenone commutat. Si non licet à virtutibus paululum declinare; & omnia peccata sunt paria; eiusdemque criminis reus est, qui panem esurienti surripuerit, & qui hominem occiderit: tu quoque maximorum scelerum reus teneberis. Porro aliud est, si te dicas ne minima quidem habere peccata; & cum omnes apostoli, & prophætæ, & sancti, iuxta id quod in secunda propositione differui, peccatores esse se plangant, solus de iustitia gloriaris,

Ante

Matth. 7.
Ioan. 8.

Matth. 25.

Gen. 7. 16.

Gen. 19.

Exod. 20.

Exod. 14.
Num. 14.Exod. 16.
Deut. 29.

Leuit. 25.

Matth. 13.

Marc. 10.
Matth. 19.Marc. 4.
Ioan. 6.

Ioan. 14.

Matth. 40.

1. Cor. 6.

Ioan. 17.

Apo. 14.

1. Cor. 15.

Matth. 5.

Luc. 15.
Matth. 20.

CAP. 13.

1. Ioan. 2.

Ante nudo eras pede, modò non solum calciato, sed & ornato, tunc pexa tunica, & nigra subucula vestie-
 paris, sordidatus, & pallidus, & callosam opere gesti-
 lans manum: nunc lineis & sericis vestibus, & Arre-
 barum ac Laodiceæ indumētis ornatus incedis. Ru-
 bent buccæ: nitet cutis: comæ in occipitium fron-
 temq; tornantur: protensus est aqualiculus: insur-
 gunt humeri: turgēt guttur: & de obesīs faucibus vix
 suffocata verba promuntur. Certè in tanta diuersitate
 viētus & vestitus, necesse est, aut hic, aut ibi esse
 peccatum: non quod peccatum in cibo, aut in vesti-
 bus asseram: sed quòd varietas & commutatio in de-
 terius, reprehensionī proxima sit. Quod autem re-
 prenditur, à virtute procul est: quod à virtute pro-
 cul est, vitio mancipatur: quod vitiosum arguitur,
 peccato iungitur: quod peccatū est, iuxta tuam sen-
 tentiam in sinistra parte, & hircorum grege describitur.
 Aut reuerteris igitur ad antiquum propositum,
 vt ouis possis esse ad dexteram: aut, si priorē sen-
 tentiam peruersa pœnitentia commutaris, velis nolis,
 quamquam barbam raseris, inter hircos numeraberis.
 Verùm quid prodest luscum vocare luscum, &
 accusatoris docere inconstantiam, cum propositio-
 num series diluenda sit? Oves, & hædos à dextera, &
 sinistra, duos iustorum, & peccatorum esse ordines
 non negamus. Arborem bonam, fructus malos non
 facere, nec malam bonos, nulli dubium est. Decem
 quoque virgines sapientes, & stultas, in bonas ma-
 lasque diuidimus. In diluuiō liberatos iustos, & pec-
 catores aquis obrutos, non ignoramus. In Sodoma &
 Gomorra ereptum iustum, & impios igne consump-
 tos, omnibus perspicuum est. Decem quoque pla-
 gis percussam Egyptum, & Israël fuisse sospitem no-
 uimus. In mari rubro transisse iustos, & Pharaonem
 cum suo exercitu demersum, etiam in scholis cantat
 paruuli. Sexcenta millia in deserto cecidisse, quia in-
 creduli fuerint, & duos tantum terram repromissio-
 nis intrasse, scripturæ docent, & reliqua, quæ vsque
 ad operarios vineæ, in duos bonorum & malorum
 ordines descripsisti. Sed quale est, vt quia inter bonos
 & malos diuisio est, tu asseras inter ipsos bonos, vel
 econtrario malos nullam esse distantiam, nihilq; re-
 ferre, vtrū in pecore aliquis aries sit, an ouicula? vtrū
 primā lanam habeat, an secundam? vtrum scabidum
 pecus sit, & morbidum, an vegetum atq; sussultans?
 Ezech. 34. maximè cum Ezechiel oues rationabiles, & diuersi-
 tatem inter pecus & pecus, suæ prophetiæ auctoritate
 demonstret, dicens: Ecce ego iudico inter pecus
 & pecus, & inter arietes & hircos, & inter pecus pin-
 gue, & macilentum: Pro eo quòd lateribus & hu-
 meris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis
 omnia infirma pecora, donec dispergerentur. Et vt
 sciremus quæ ista sunt pecora, statim intulit: Vos au-
 tem greges mei, oues pascuæ meæ homines estis. Id
 ipsum ergo erit Paulus, & ille pœnitens, qui cum
 patris vxore dormierat, quia in Ecclesiam post pœ-
 nitentiam receptus est, & quia simul à dextris est, in
 eadem cum apostolo claritate fulgebit? Et quo mo-
 do in vno agello vsque ad messem in consummatio-
 nem mundi zizania pariter frumentaq; succrescunt?
 Qua consequentia pisces boni & mali, lagena Chri-
 sti & reti euangelico continentur? Cur in typo Ec-
 clesias, in arca Noë, diuersa animalia, & pro qualitate
 meritorum, diuersæ sunt mansiones? Cur astitit
 regina à dextris Domini in vestitu deaurato, circum-
 data varietate? Cur Ioseph in forma Christi, variam
 habuit tunicam? Cur Apostolus loquitur ad Roma-
 nos: Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei?
 Sicut enim in vno corpore multa membra habemus;

omnia autem membra non eundem actum habent:
 ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli au-
 tem alter alterius membra. Habentes autem dona-
 tiones secundum gratiam, quæ data est nobis, diffe-
 rentes, siue prophetiam secundum mensuram fidei,
 siue ministerium in ministrando, siue qui docet in
 doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit
 in simplicitate, qui præest in sollicitudine, & reliqua.
 Et in alio loco: Alius iudicat diem plus quam diem,
 alius iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sen-
 su abundet. Et ad Corinthios: Ego plantavi, Apollo
 rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque
 qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incre-
 mentum dat Deus. Qui plantat, & qui rigat, vnum
 sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem acci-
 piet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiuto-
 res: Dei agricultura, Dei edificatio estis. Et rursum:
 Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens
 architectus fundamentum posui: alius autem super-
 ædificat. fundamentum enim aliud nemo potest po-
 nere, præterquam id quod positum est, quod est Chri-
 stus Iesus. Si quis autem superædificat super funda-
 mentum hoc, aurum, argentum, lapides pretio-
 sos, ligna, fenum, stipulam, vniuscuiusque opus ap-
 parebit. Dies enim Domini illud manifestabit: quon-
 iam in igne reuelabitur; & singulorum opus quale
 sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super-
 ædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arse-
 rit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit, sic
 ramentum quasi per ignem. Si is, cuius opus arsit, & peri-
 it, & damnum sustinuit laboris sui, perdet quidem
 laboris præmium, sed ipse saluabitur, non tamen abs-
 que probatione ignis: ergo is, cuius opus manserit,
 quod superædificauit, sine ignis probatione saluabi-
 tur, & inter saluationem & saluationem utique erit
 diuersitas aliqua. Necnon in alio loco, Sic nos, in-
 quit, existimet homo quasi ministros Christi, & dis-
 pensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter
 dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Vis scire,
 quoniam inter dispensatorem, & dispensatorem sit
 multa distantia: (non dico de malis & bonis, sed de
 ipsis bonis, qui ad dexteram stant) audi consequen-
 tia: Nescitis, quoniam qui in sacrificijs operantur, de
 sacrificijs comedunt: & qui altario deseruiunt, de al-
 tario participant? Sic & Dominus disposuit ijs, qui
 euangelium annunciant, de euangelio viuere. Ego
 autem non abutar horum aliquo. Non scripsi autem
 hæc, vt sic fiant in me. melius est enim mihi mori,
 quam vt gloriam meam quis euacuet, si enim euan-
 gelizauero, non est mihi gloria: necessitas quippe
 mihi incumbit, vā enim mihi est, si non euangeliza-
 uero, nam si voluntate hoc ago, mercedem habeo:
 si autem nolens, dispensatio mihi credita est, quæ
 est ergo merces mea? Vt euangelizans sine sum-
 ptu, ponam euangelium Christi, vt non abutar po-
 testate, quæ data est mihi in euangelio. Cum enim
 essem liber, ex omnibus omnium me seruum feci,
 vt plures lucrificerem. Numquid potes dicere, pec-
 care eos, qui viuunt de euangelio, & qui de sacrifi-
 cijs participant? Vtique non. Dominus enim dispo-
 suit, vt qui prædicant euangelium, de euangelio viu-
 ant. Apostolus autem, qui non abutitur hac li-
 centia, sed laborat manibus suis, ne quem grauet, &
 die ac nocte operatur, & ministrat ijs, qui secum sunt,
 utique ideo hoc facit, vt plus laborans, plus aliquid
 mercedis accipiat. Curramus ad reliqua. Diuisio-
 nes gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisio-
 nes ministeriorum sunt, idem autem Dominus.
 Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus,

Rom. 14.

1. Cor. 3.

1. Cor. 4.

1. Cor. 9.

1. Thes. 2.

1. Cor. 12.

qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem data est operatio spiritus iuxta id, quod expedit. Et iterum: Sicut corpus vnum est, & membra plura habet; omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum corpus est: sic & Christus. Verum ne dicas in vno corpore diuersa membra vnum habere meritum, statim gradus describit Ecclesie, & ait: Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundum prophetas, tertium doctores. Deinde virtutes & gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetas? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? *Emulamini autem dona maiora; & adhuc excellentiorem vitam vobis demonstro.* Cumque de caritatis virtutibus latius disputasset, adiecit: Siue prophetie euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur: ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. cum autem venerit, quod perfectum est; euacuabitur, quod ex parte est. Et in continentibus. Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria haec. maior autem horum est caritas. Sectamini caritatem, & mulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Et iterum: Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis. Et rursus: Gratias ago Deo, quod omnium vestrum linguis loquor. Vbi diuersa sunt dona, & alius maior, alius minor est, & omnes spirituales appellantur: certe oues sunt, & stant a dextris, & inter ouem & ouem est aliqua diuersitas. Loquitur quidem de humilitate Paulus apostolus: Ego sum nouissimus apostolorum: qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed amplius omnibus illis laboravi; non ego autem, sed gratia Dei, qua in me est. Verum tamen in eo, quod se humilat, ostendit posse apostolos alios minores, alios esse maiores: & qui vti que vas electionis dicitur, & cunctis amplius laborauit; non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis eius, & dispar meritum aequali mercede compenset. Dehinc legimus: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque autem in suo ordine. Quando vnusquisque in suo resurget ordine, vti que diuersa sunt merita resurgentium. Non omnis caro, eadem caro; sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrium, alia autem piscium. Et corpora caelestia, & corpora terrestria; sed alia quidem caelestium gloria, alia autem terrestrii, alia claritas solis, alia claritas lunae, alia claritas stellarum, stella enim a stella differt in claritate. Sic erit & resurrectio mortuorum, quod tu scilicet doctus interpret sic exposuisti, vt diceres spirituales differre a carnalibus. Ergo & spirituales & carnales in caelestibus erunt: & iam non solum oues, sed etiam hirci tui conscendent regna caelorum. Stella, inquit, a stella differt in claritate, non oues & hirci, sed oues & oues, id est, stella & stella. Denique alia, inquit, claritas solis, & alia claritas lunae. Ne stellam & stellam totum humanae multitudinis assereres genus, solem posuit & lunam, quos certe inter hircos non poteris numerare. Sic, inquit, erit & resurrectio mortuorum, vt iusti in claritate solis luceant, & qui in sequenti gradu sunt, lunae splendore rutilent, vt alius Lucifer sit, alius Arcturus, alius Orion, alius Mazuroth, & caetera stellarum vocabula, quae sacrae, in Iob volumine continentur. Omnes enim, ait manifestari nos

oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque, quae gessit per corpus, siue bonum siue malum. Ac ne forsitan dicas, ante tribunal Christi nos manifestari, vt boni bona, mali recipiant mala; in eadem epistola docet: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Certè & qui plus, & qui minus seminat, de parte sunt dextra. Et cum vnus sementis genus sit, tamen mensura & numero differunt. Scribit ad Ephesios idem Paulus: Vt nota fieret nunc principatibus & potestatibus in caelis per Ecclesiam, multiplex & varia sapientia Dei. Cernis, quod in diuersis agminibus Ecclesiae varia & multiplex sapientia Dei praedicetur? Necnon in eadem epistola: Vnicuique autem nostrum data est gratia, iuxta mensuram gratiae Christi: non quod mensura Christi diuersa sit: sed tantum gratiae eius infunditur, quantum valemus haurire.

Frustra igitur oues & hircos, quinque & quinque, virgines, Aegyptios, & Israelitas, & caetera huiusmodi replicas, quia non est in praesenti retributio, sed in futuro, vnde & dies iudicij in consummatione promittitur, quia nunc non est iudicium, sine causa enim appellatur dies extrema iudicij, si modò iudicat Deus. In praesentiarum nauigamus, luctamur, atque pugnamus, vt in fine perueniamus ad portum, coronemur, triumphemus. Tu autem peruersè & lubricè praesentis saeculi conuersatione in futurorum exempla proponis: cum vti que hic iniustitia sit, ibi iustitia, donec intremus in sanctuarium Dei, & intelligamus in nouissimis eorum. Non aliter sanctus, aliter peccator moritur: in eodem mari nauigantibus eadem tranquillitas, & tempestas est: non aliter latro, aliter martyr occiditur: nec alio modo de adulterio & prostibulis, alio de castis matrimonijs nascuntur liberi? Certè Dominus & latrones aequali iudicio crucifixi sunt. Si idem est huius saeculi futuri que iudicium: ergo, quia hic pariter crucifixi sunt, & in futuro similiter habebuntur. Paulus, & qui eum vixerant, simul nauigant, simul sustinent tempestatem, simul naui fluctibus dissipata in litus euadunt. Negare non potes, quin inter vinctum & vincientes diuersa sint merita. Et quo modo vnum Apostoli militum que naufragium est? Refert postea Paulus reuelationem, & eos qui in naui fuerant, dicit sibi a Domino esse donatos. Numquid is, cui donantur, & qui donantur, vnus meriti sunt? Decem sancti peccatrice possunt eruere ciuitatem. Lot cum filiabus ereptus est de incendio: liberati essent & generi, si exire voluissent, & certè multa differentia est inter Lot, & generos eius. Liberatur Segor, vna vrbs de pentapoli; & quae eiusdem meriti erat, atque vni sententiae subiacebat, cui Sodoma, & Gomorra, Adama, & Seboim, sancti praecibus custoditur. Ecce diuersum meritum in Lot & Segor, & tamen de incendio pariter euadunt. Latrunculi, qui absente Dauid, vastauerant Sicelech, & vxores eorum, & liberos in praedam duxerant, die tertia caduntur in campo, & quadringenti homines ascensis camelis fugiunt. Dic aliquam inter eos, qui caesi sunt, & qui fugere potuerunt, esse distantiam. Legimus in euangelio, turrem Siloe cecidisse super decem & octo viros & obrutos occidisse. Certè, iuxta sententiam Saluatoris, non soli fuerant peccatores; sed in formidinem reliquorum puniti sunt, vt pestilente flagellato, stultus sapientior fieret. Si omnium peccatorum vnum est supplicium; iniuste alius occiditur, & per mortem alterius alius commonetur. Opponis mihi, Gomor manna, vnamque mensuram, & vestitum, & capillos, & barbam, & calciamenta, ex aequo fuisse Israelitarum: quasi non & nos

Christi corpus æqualiter accipiamus, vna est in mysterijs sanctificatio, domini & serui, nobilis & ignobilis, regis & militis: quamquam pro accipientium meritis diuersum fiat quod vnum est. Qui enim indignè manducauerit, & biberit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Numquid, quia & Iudas de eodē calice bibit, de quo & cæteri apostoli, vnus cum reliquis erit meriti? Quod si non vis recipere sacramentum: certè omnes æqualiter viuimus, vni trahimus aërem, eodem humore irrigamur, iisdem cibis pascimur. Porro, si alimenta coquorum arte mutantur in melius, & sit aliquid suauius condituris: huiuscemodi cibi non naturæ satisfaciunt, sed voluptati. Equè esurimus, æquè algemus: simul cotrahimur frigore, æstibus & calore dissoluimur. Sol quoque ipse, & luna, & omnis astorum chorus, & pluuia, & mundus æqualiter nobis currunt: & iisdem omnes iuxta euangelium imbribus irrigamur, boni & mali, iusti & iniusti. Si præsentia exempla sunt futurorum: ergo & sol iustitiæ æqualiter iustis & peccatoribus, impijs & sanctis, Christianis, & Iudæis, atque gentilibus orietur, cum scriptura dicat: Timentibus autem Dominum orietur, sol iustitiæ. Si timentibus orietur, ergo contemptoribus & pseudopropheta occidet. Oues, quæ stant à dextris, vadunt ad regna cælorum, hirci in tartarum detruduntur. Parabola ista non ouium inter se merita, & econtrariò describit hircorum, sed inter oues & hircos tantum distantiam facit, neque enim in omnibus locis docentur omnia; sed vnaquæque similitudo ad id refertur, cuius similitudo est, sicut & decem virgines, non totius generis humani, sed solitorum & pigrorum exempla sunt: quorum alteri semper Domini præstolantur aduentum; alteri, somno, & inertia se dantes, futurum iudicium non putant, vnde & in fine parabole dicitur: Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Si in diluuiò liberatus est Noè, & omnis orbis interijt: omnes caro erant, & propterea perierunt, aut non eiu sãe esse meriti dices filios Noè, & Noè, propter quem filij liberati sunt: aut maledictum Cham in eodem pones loco, in quo & patrem, quia de diluuiò similiter liberatus est. In passione Christi omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, & non fuit qui faceret bonum; non fuit vsque ad vnum. Audebis ne igitur dicere, sic negasse Petrum, & cæteros apostolos, qui fugerunt, quo modo Caihan, & phariseos; & clamantè populum, Crucifige crucifige talem? Et vt de apostolis taceam; eiusdem ne tibi sceleris videbitur reus Annas, & Caiphas, & Iudas proditor, cuius & Pilatus, qui nolens compulsus est contra Dominum ferre sententiam? Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis est: & quanto maioris criminis, tanto maioris & poenæ: Potentes enim potenter tormenta patientur. Arbor mala fructus bonos non facit, nec bona malos. Si hoc ita est, responde mihi, quo modo Paulus, cum esset arbor mala, persequens Ecclesiam Christi, fecit postea fructus bonos? & Iudas, cum esset arbor bona, signa faciens cum apostolis, postea versus in proditorem fecerit fructus malos: Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos; quamdiu vel in bonitate sua, vel in malitia perseuerant. Porro, quod omnis Hebræus æqualiter facit pascha, id est, septimo anno liber efficitur; & in Iobeleo, id est, quinquagesimo, vniuersa possessio redit ad Dominos: hoc non de presenti dicitur, sed de futuro: quia in sex diebus huius sæculi seruientes, in septimo die vero & æterno sabbato liberi erimus; si tamen voluerimus esse liberi, dum adhuc seruimus

in sæculo: si autem noluerimus; perforabitur nobis auricula, in testimonium inobedientiæ; & cum vxore, & liberis nostris, quos prætulimus libertati, id est, cum carne & operibus eius iugiter seruiemus. Parabola autem semētis, quæ ex vtraque parte terenos fructus facit, & iuxta Apostolum, super fundamentum Christi alius adificat aurum, argentum, lapides pretiosos, alius ligna, fenum, stipulam; cum & in domo magna, diuersa vasa sint; perspicue patet; & huic velle contradicere, apertissima impudentiæ est: tamen, ne exultet in mendacio, & exemplum apostolorum in præiudicium centenarij, & sexagenarij, & tricenarij afferat numeri, sciat in Matthæo, & in Marco, apostolus, qui vniuersa sua dimiserant, centuplum repositum: in euangelio autem Lucæ multo plura, id est, *πολλαπλασιασθησονται*. & penitus in nullo euangelio pro centum scriptum esse septem: seque aut falsarij, aut imperitiæ reum teneri: nec nocere nobis, quia in alio euangelio à centum, in alio à triginta incipit numerari: cum omnis scriptura, maximè vetus, minorem præponat numerum, & sic ad maiorem gradatim ascendat. Verbi gratia, vt dicat aliquem fuisse annorum quinque & septuaginta & centum, nec tamen quinque & septuaginta plura poterunt esse, quàm centum, quæ priora sunt nominata. Si non accipis in bonam partem diuersitatem numeri centum & sexaginta & triginta: nec in malam partem accipies, & idem vitium erit seminis, quod secus viam cecidit, & super petras, & super spinas, sin & illa tria, & hæc vel in bonam, vel in malam partem singula sunt: stultum fuit pro duabus rebus lex species numerare, præsertim cum in Matthæo, & in Marco, & in Luca narrata parabola, Saluator semper intulerit: Qui habet aures audiendi, audiat. Vbi nihil est, quod intrinsecus lateat, frustra ad intelligentiam mysticam prouocatur.

Si autem pater, & filius mansionem faciunt apud credentes; & vbi Christus hospes est, ibi nihil deesse existimas: puto, quod aliter Christus habitauerit in Corinthijs, aliter in Ephesijs; hoc est aliter in ijs, apud quos Paulus apostolus peccata multa deprehendit, & aliter in ijs, quibus sacramenta à sæculis ignorata disseruit, aliter in Tito & Timotheo, aliter in Paulo. Certè inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne Baptista. Vbi autè maior dicitur, necesse est vt cæteros habuerit minores. Et qui minimus in regno cælorum, maior est illo. Vides ergo, quod in cælis sit maximus, & minimus, & inter angelos quoque, & inter inuisibiles creaturas sit multiplex & infinita diuersitas. Quare dicunt apostoli, Domine auge nobis fidem; si omnium vna mensura est: Et Dominus ad discipulum: Modicæ fidei, quid dubitasti? In Hieremia quoque de futuro regno legimus: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israël & domui Iacob scdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris. Et post paululum: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam illam, & ero eis in Deum; & ipsi erunt mihi in populum, & nõ docebit vir vltra proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, perspicue ex contextu illius loci, futurum Christi regnum propheta describit: & qua consequentia ibi erit minimus & maximus, si omnes æquales futuri sunt? vti que ea qua & in euangelio dicitur: Qui docuerit, & fecerit, hic vocabitur maximus in regno cælorum, qui autem docuerit, & non fecerit, erit minimus. In conuiuio Saluator præcipit,

Exod. 21.

Matth. 1.

1. Cor. 3.
2. Tim. 2.Matth. 19.
Mar. 10.

Luc. 13.

Ioan. 14.

CAP. 15.

Matth. 23.
Luc. 7.Luc. 17.
Matth. 14.

Hier. 31.

Matth. 9.

Luc. 14.

Gen. 12. præcipit, vt inferiorem occupemus locum: ne cum maior venerit, de superiori turpiter detrudamur. Si cadere non possumus, sed tantum per penitentiam subleuamur: quid sibi vult scala illa in Bethel, per quam angeli descendunt, atque ascendunt, qui de cælis ad terram veniunt? certe inter oues & ad dexteram stabant, dum ibi essent. Angeli de cælis descendunt, & Iouinianus de eorum possessione securus est. Quis autem risum tenere queat in eo, quod multas mansiones apud patrem, ecclesias arbitretur in toto orbe diffusas; cum manifestissime scriptura doceat secundum euangelium Ioannis, non de ecclesiarum numero, sed de cælorum mansionibus, & æternis tabernaculis, quæ propheta desiderat, Domino fuisse sermonem? In domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissim vobis: quia vado vobis parare locum: & si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum; vt vbi ego sum, & vos sitis. Locus, & mansiones, quas præparare se dicit Christus apostolis, in domo vtiq; sunt patris, id est, in regno cælorum, non in terra, in qua præsens apostolos relinquebat. Simulque sensus scripturæ intueudus: Dicerem, inquit, vobis, quia vado, & præparabo vobis locum, si non mansiones multæ essent apud patrem, hoc est, si non vnusquisque mansionem sibi non ex largitate Dei, sed ex proprijs operibus præpararet: & ideo non est meum parare, sed vestrum: quia & Iudæ nihil profuit paratus locus, quem suo vitio perdidit. Iuxta quem sensum & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedæi, quorum alter à sinistris, alter cupiebat sedere à dextris: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem à dextris meis siue à sinistris, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Non est filij dare, & quo modo patris est præparare? Paratæ inquit, sunt in cælo diuersæ & plurimæ mansiones, plurimis diuersisq; virtutibus, quas non personæ accipiunt, sed opera. Frustra ergo à me petitis, quod in vobis situm est, quod pater meus illis parauit, qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem. Porro quod ait, Iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis: propriè ad apostolos loquitur, de quibus & in alio loco scriptum est: Ioan. 17. Vt quo modo ego & tu pater vnium sumus, sic & illi in nobis vnium sint, qui crederent, qui perfecti sunt, qui possunt dicere, pars mea Dominus. Si autem non sunt plurimæ mansiones: quo modo & in veteri testamento & in nouo alium ordinem pontifex tenet, alium sacerdotes, alium leuitæ, alium ianitores, alium æditui? Et in volumine Ezechielis, vbi futuræ Ecclesiæ & cælestis Hierusalem ordo describitur, sacerdotes, qui peccauerant, regradantur in ædituos, & hostiarios: & cum sint in templo Dei, hoc est, à dextris, non sunt inter arietes, sed inter minimas oues. In fluuio quoque illo, qui de templo egreditur, & irrigat saluum mare, & viuifica viuit, multæ species piscium describuntur. Quare in regno cælorum archangeli sunt, angeli, throni, dominationes, potestates, cherubim, & seraphim, & omne nomen, quod nominatur non solum in præsentis sæculo, sed etiam in futuro? Sine causa diuersitas nominum est, vbi non est diuersitas meritorum. Archangelus vtiq; aliorum minorum est angelorum archangelus, & potestates, & dominationes, habent aliqua super quæ exercènt potestatem, & in quæ subiecta dominantur. Hoc in cælis est, hoc in ministerio Dei, ne nos solito more irrideas, atque subannes, si imperatores posuerimus, & præfectos, & comi-

tes, & tribunos, & centuriones, & manipulos, & reliquum militiæ ordinem.

Illud autem, quod ait: Nescitis, quia corpora vestra templum est spiritus sancti: friuolum est; cum scriptura diuina soleat & vnium pluraliter, & plura singulariter appellare: & tamen sciat in templo quoque ipso multas esse mansiunculas, esse exterius atrium, esse interius, esse vestibula, esse sanctum, esse sancta sanctorum, sunt & culinæ in templo, sunt & cellariola, sunt & torcularia, & vasorum receptacula, ita & in templo corporis nostri diuersa sunt merita. Non æque Deus omnes inhabitat, nec ad eandem mensuram omnibus infunditur. De spiritu Moyse Num. 11. aufertur, & septuaginta præbyteris datur. Puto aliam esse abundantiam fluminis, aliam riuulorum. Eliæ spiritus Elifæo duplex datus est: vnde & duplex gratia, fecit signa maiora. Ille viuus mortuum, iste mortuus mortuum suscitauit: ille famem imprecatus est populo, iste obfessæ ciuitati sub vna die hostiles copias præbuit. Licet hoc quod ait: Nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti, de cuncta credentium dicat Ecclesia; qui pariter congregati, vnium Christi corpus efficiunt. Hic iam quaeritur in corpore, qui pedibus Christi dignus sit, qui capite, qui oculus eius sit, qui manus. Quod & duæ mulieres in euangelio, poenitens & sancta significant: quarum altera pedes, altera caput tenet, tamen nonnulli existimant vniam esse, & quæ primum cœpit à pedibus, eam gradatim ad verticem peruenisse. Sed & illud, quod obijcit: non pro his rogo tantum, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt sicut ego pater in te, & tu in me vnium sumus, ita omnes vnium sint in nobis. Et quod omnis populus Christianus vnium sit in Deo, quasi filij carissimi diuinæ consortes naturæ; iam supra diximus, & nunc plenius inculcandum est, non nos secundum naturam, sed secundum gratiam vnium esse in patre & filio. Neque enim eiusdem substantiæ est (quod Manichæi solent dicere) anima humana & Deus. Sed dilexisti, inquit, eos, sicut & me dilexisti. Vides ergo, quod in consortium substantiæ eius assumitur, non naturæ esse, sed gratiæ: & ideo nos diligit, quia filium dilexit, pater, & membra diliguntur, scilicet in corpore. Quotquot enim receperunt Christum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Verbum caro factum est, vt nos de carne transiremus in verbum. Nec verbum desijt esse, quod fuerat: nec homo perdidit esse, quod natus est. gloria aucta est, non mutata natura. Vis scire quo modo cum Christo vnium corpus efficiamur? Doceat te ipse, qui condidit. Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum: hic in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui comedit me viuit propter me. Iste est panis, qui de cælo descendit. Sed & Ioannes euangelista, qui de pectore Christi hauserat sapientiam, in eadem verba concordat, dicens: In hoc intelligimus, quod in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Si quis cõfessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo est. Si credis in Christum, quo modo & apostoli crederent: vnium cum eis in Christo corpus efficietis, si autem temerarium est fidem eorum tibi & opera vindicare, qui fidem eandem & opera non habes: eundem locum habere non poteris. Porro quod iactitas, sponsam, sororem, matrem, & omnia hæc vocabula vnium esse Ecclesiæ, cunctosque credentes

his nominibus significari: contra te facit. Si enim vnus ordo Ecclesiæ est, & non habet plura membra in vno corpore: quid necesse est, vt sponsa, soror vocetur, & mater? nisi aliorum sponsa, aliorum soror, aliorum mater sit. Stant quidem omnes ad dexteram: sed alius stat vt sponsus, alius vt frater; alius vt filius. Filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Putasne eiusdem esse meriti, eos, qui parturiuntur, & qui parturit? Vnde & stultè asserere voluisti, omnia membra æqualiter nos diligere, nec oculum præponere digito, nec manum aureiculæ, sed in singulorū amissione membrorum dolorem esse communem, cum

Gal. 4. Apostolus doceat ad Corinthios, alia membra esse honestiora, alia verecundiora, & quæ verecundiora sunt, maiore honestate circumdari; quæ verò per se honesta, nostri non indigere sollicitudine. Eiusdem ne ordinis arbitraris & meriti, os & aluum, oculos & meatus, per quos simus egeritur & vrina? Lucerna, inquit, corporis tui est oculus tuus. Si oculus cæcus fuerit, totum corpus in tenebris est, si digitum amputes, si summitatem auriculæ: est quidem dolor, sed non tantum damnum, nec tanta cum dolore deformitas, quæta si oculos eruas, trunces nares, os difseces, sine alijs membris viuere possumus, sine alijs omnino non possumus. Sunt peccata leuia, sunt graua. Aliud est, decem millia tallenta debere; aliud quadrantem. Et de otioso quidem verbo & adulterio rei tenebimur: sed non est idem suffundi & torqueri, erubescere & longo tempore cruciari. Putas nostrum esse, quod loquimur? Audi apostolū Ioannem: Qui scit fratrem suum peccare peccatum nō ad mortem, petat, & dabit ei vitam, peccanti non ad mortē, qui verò peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam; si pro maioribus, difficilis impetratio sit, & inter peccata & peccata magnam esse distantiam. Vnde & de populo Israël, quia peccauerat peccatum ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc; nec assumes pro eis deprecationem: & non obstitas mihi, quia non exaudiam te. Si autem omnes æqualiter & introimus sæculum, & eximus de sæculo; & hoc præiudicium futurorum est: ergo æqualiter & iusti & peccatores habebimur apud Deum; quia nuic pari modo & generamur, & morimur. Quod si duos esse contendis Adam, alterum terrenum, alterum cælestem, & qui in terreno fuerint, eos esse à sinistra, qui verò in cælesti, eos esse à dextris: responde mihi interim, vt de duobus te fratribus interrogem: Esau in terreno fuit, an in cælesti? nulli dubiū est, quin in terreno eum fuisse respōdeas. Iacob in quo fuit: dices protinus in cælesti. & quomodo in cælesti fuit, qui adhuc Christus nō venisset in carne, qui secūsus & cælestis Adā dicitur? Aut igitur omnes ante incarnationē Christi in veteri reputabis Adā; & iusti quoq; in terreno homine, & ad sinistram erunt inter hircos tuos: aut, si impium est ibi Isaac ponere, vbi Ismael, ibi Iacob, vbi Esau; ibi sanctos, vbi peccatores, nouissimus Adam ex eo tempore numerabitur, quo Christus est natus ex virgine, & argumentum duorum Adam nō proficiet ouibus & hœdis tuis, quia in primo Adam & oues & hœdos cōiunximus fuisse, & in vno atque eodem homine, alios à dextris Dei stetitisse, alios à sinistris, ab Adam enim vsque ad Moysen, mors super omnes dominata est, etiam super eos, qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adam.

De eo autem, quod niteris approbare conuicium & homicidium, raka & adulterium, & otiosum ser-

monem, & impietatem vno supplicio repenari: iam & supra tibi responsum est, & nunc breuiter respondebo. Aut peccatorem te negabis, vt non sis reus gehennæ: aut si peccator fueris, etiam de leui crimine duceris ad tartarum. Os, inquit, quod mentitur, occidit animam. Suspicio te aliquando vt hominem fuisse mentitum: omnis enim homo mendax, vt sit solus Deus verax, & iustificetur in sermonibus suis, & vincat cum iudicauerit. Aut igitur homo nō eris, ne mendax sis: aut, si quia homo es, mendax fueris, cum parricidis & adulteris punieris: nulla est enim inter peccata diuersitas: & non tibi habebunt tantas gratias, quos de humili in sublime leuas: quantum irascuntur, quos, propter leue quotidianumq; peccatum, in exteriores tenebras retrusisti. Si autem in persecutione, qui suffocatur, & qui decollatur, & qui fugerit, & qui in carcerem retrusus obierit, in varijs luctu generibus vna corona victoriæ est: & hoc pro nobis facit. In martyre enim voluntas, ex qua ipsa mors nascitur, coronatur. Mei est, opponere me gentiliū furori, & Dominum non negare. Iam in illorum arbitrio est, aut decollare, aut vere, aut recludere in carcerem, aut varia adhibere genera pœnarum, quod si fugero, & in solitudine obiero, nec eadem erit corona morientis, quia non eadem causa mortis est Christus. Ad illud verò, quod dicit inter eum fratrem, qui semper cum patre fuerit, & qui postea pœnitens est receptus, nihil penitus discrepare: ad iudicio, si vis, & drachmam vnā, quæ perdita fuerat, & inuenta, iunctam esse cum reliquis, & ouē vnā, quam nonagintanouem ouibus derelictis, bonus pastor inquisiuit, & retulit, explese numerum centenarium. Sed aliud est, pœnitentem esse, & lacrymis veniam deprecari; aliud, semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportatā ouem, & perditum quondam filium loquitur pastor, & pater: Et suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus: & recordaberis, & confunderis, vt non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum placatus fuero tibi in omnibus, quæ fecisti. Vt nihil minus iusto habeant pœnitentes, sufficit eis pro omni pœna sola confusio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: Et recordabimini viarumstrarū pessimarum, & omnium scelerum, quibus polluti eratis: & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus malitijs vestris, quas fecistis: & scietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis, propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima. Arguitur quoque à patre filius, quod saluti fratris inuideat, & cum angeli latentur in cælo, ille liuore crucietur. Quamquam duorū fratrum similitudo frugi, & luxuriosi, non ad merita totius generis humani, sed vel ad Iudæi pertinent, Christianique personas, vel ad sanctorum, & pœnitentium. Super qua parabola libellum quondam Damaso episcopo, dum adhuc viueret, dedicauit. Porro, si operarijs primæ horæ: & tertiæ, & sextæ, & nonæ, & vndecimæ vnus denarius redditur, & ab eis incipit præmium, qui nouissimi in vinea laborauerunt, & hic non vnus temporis & vnus ætatis homines describuntur; sed ab exordio mundi vsque ad finem: vocationum sacramenta sunt diuersarum. Prima hora vocatus est Abel & Seth: tertia Enoch & Noë: sexta Abraham, Isaac, & Iacob: nona Moyses & propheta: vndecima gentium populus: cui primò redditur merces; quia in crucifixum credens Dominum, difficultate fidei magnitudinem meruit præmiorum: multique reges & prophetae quæsierunt videre, quæ videmus, & non videntur.

Vnus

Vnus autem denarius non vnum est premium, sed vna vita, & vna de gehenna liberatio. Cæterum quomodo ad indulgentiam principalem, diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere, & vnusquisq; pro labore vel operibus suis, in hoc vel in illo statu vitæ est: ita & denarius, quasi indulgentia veri principis, omnes per baptismum emittit de carcere. Iam nostri laboris est, pro diuersitate virtutum diuersa nobis præmia præparare.

CAP. 18. Hucusque per partes ad proposita respondimus: sequens sermo in commune ad omnia respondebit. Dominus ad discipulos suos. Qui vult, inquit, inter

Matth. 10. vos maior esse, sit omnium minimus. Si omnes in cælo æquales futuri sumus, frustra nos hic humiliamus, vt ibi possimus esse maiores. De duobus debitoribus quingentorum denariorum & quinquaginta: cui plus dimittitur, plus amat. Vnde & Saluator, Dico, inquit, tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Qui minus diligit, & minus ei dimittitur, vtique in minori gradu erit. Paterfamilias proficiscens tradidit seruis suis substantiam, alij quinque talenta, alij duo, alij vnum, vnicuique secundum proprias virtutes. Simile quid & in alio euangelio scribitur, quod homo nobilis proficiscens in regionem longinquam vt acciperet sibi regnum, & reuerteretur, vocauerit decem seruos, & dederit eis singulas mnas: de quibus vnus lucratus est decem mnas, alius quinque, & singuli, iuxta vires suas, & emolumentum, vel decem, vel quinque acceperint ciuitates. Porro alius qui vnum talentum, siue vnam mnas acceperat, quod accepit infodit, siue in sudario colligauit, & Domini reseruaui aduentui. Primò considerandum, quod, si iusti non spe profectus laborant, vt vult noster Zenò, sed ne perdant quod acceperant; iste, qui mnas & talentum infodit, ne perderet quod acceperat, non peccauit, magisq; laudanda est cautio reseruantis, quam cassus labor eorum, qui sine laboris præmio desudarunt. Deinde, quod hoc ipsum talentum, quod auferretur à timido, vel negligente seruo, non datur ei, qui minus lucrificerat, sed qui plus, id est, qui super decem positus fuerat ciuitates: Si numerus non facit ordinem, quare dixit, Dedit vnique secundum vires suas. Si eadem lucra sunt quinque talentorum, & decem: cur ei, qui minus lucrificerat, non decem, & ei, qui plus, non quinque traduntur vrbes? Quod autem Dominus non his contentus sit, quæ habemus, sed semper maiora desideret, ipse monstrat, dicens: Quare non dedisti pecuniam meam ad trapezitas, & ego veniens cum vsura exegissem? Quod quidem & Paulus apostolus sciens præteritorum obliuiscitur, & ad ea, quæ in ante sunt, se extendit, id est, quotidie proficit, nec seruat in sudario delicatè gratiam, quam accepit: sed auarus negotiator renouatur de die in diem, & decrescere se putat, nisi semper creuerit. Sex vrbes fugitiuorum describuntur in lege, qui hominem interfecere nolentes, & ipsæ vrbes sacerdotales sunt. Rogare libet, fugitiuos istos inter hircos tuos, an inter oues nostras colloces? Si hirci essent, occiderentur vt homicidæ cæteri, nec ministrorum Dei intrarent ciuitates. Si oues dixeris, vtique non erunt tales oues, quæ absq; luporum metu tota libertate pascantur. Et probabitur tibi, oues quidem eos esse, sed erronè à dextris esse, verum non stare, sed fugere, donec moriatur sacerdos magnus, & ad inferna descendens liberet animas fugitiuorum. Gabanonitæ occurrunt filijs Israël, & cæsis alijs gentibus, in lignarios & aquarios reseruantur, tantisq; apud Deum meriti sunt, vt stirps

Saul ob eorum iniurias sit deleta: inter quos eos collocabis? inter hircos? sed non sunt interfecti, & sententia Domini vindicantur. inter oues? sed dicit scriptura diuina, quod non sint eiusdem meriti, cuius & Israëlita. Vides ergo, quod stent quidem à dextris, sed multo inferiori gradu. Inter Dauid, virum sanctum; & Saul, regem pessimum, medius Ionathas fuit, quem nec inter hædos possumus ponere, quia propheta amore dignus est, nec inter arietes, ne patrem eum faciamus Dauid; maxime cum & ipse interfectus sit, erit igitur inter oues, sed inferiori ordine, & quo modo inter Dauid & Ionatham, ita inter ouem & ouem cogere suscipere differentias. Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non praparaui, nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, nec fecit digna, plagis vapulabit paucis. Omni enim, cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendatur multum, plus exigetur ab illo. Ecce seruo & seruo plus minusue committitur, & pro qualitate commissi atque peccati, plagarum quoque numerus irrogatur. Tota Iudæa terra, tribuumque descriptio, futura Ecclesiæ in calis typus est. Legamus Iesum Naue: legamus Ezechielis extremas partes, & videbimus, quidquid in altero quasi per historiam in terra distribuitur, in altero in cælis spiritualiter promitti. Quid sibi volunt in descriptione templi, septem & octo gradus? quid rursum, quod in psalterio, post elementa cinesimi octaua decimi psalmi, quibus mysticum erudimur alphabetum, per quindecim gradus vsque illuc peruenimus, vt possimus canere: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini. Qui stas in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri? Quare duæ & semis tribus trans Iordanem habitant, vbi plurima sunt iumenta: & nouem & semis reliquæ, vel expellunt pristinos habitatores de sedibus suis, vel cum ipsis habitant? Cur leuitica tribus in terra partem non accipit, sed dominus pars eius est, & inter ipsos leuitas, & sacerdotes ad sancta sanctorum, vbi cherubim & propitiatorium est, pontifex solus ingreditur? Quare reliqui sacerdotes lineis tantum vtuntur vestibus, & non habent indumentum auro, hiacyntho, cocco, purpura, bissoque contextum? Inferioris gradus leuitæ, & sacerdotes plaustra & boues accipiunt: maioris ordinis gestant arcam Domini humeris suis. Si tollis ordinem tabernaculi, templi, ecclesiæ, si omnes qui à dextris, sunt corpus vnum, & vt vulgò dicitur, εν ὅβριον: nequidquam episcopi, frustra presbyteri, siue causa diaconi sunt. Quid perseverant virgines? quid laborant viduæ: cur maritatae se continent? peccemus omnes, & post poenitentiam idem erimus quod apostoli sunt. Verum iam cœpimus terram prospectare de pelago, & post montes gurgitum, & spumosos fluctus, & nauim vel in sublime subiectam, vel in ima præcipitem, paulatim fessis & languentibus portus aperitur.

Diximus de nuptis, viduis, virginibus: viduitati virginitatem, viduitatem prætulimus matrimonio: exposita est ἀπειρομαθὶ apostoli de huiusmodi questionibus disputantis: singulis oppositionibus responsum est. Sæcularis quoque litteratura venit in medium, quæ virgines fuerint, quæ vniuire, & e contrario quas interdum habeat molestias vinculum coniugale. Transiuimus ad secundam partitionem: in qua negat eos, qui tota fide baptisma consecuti sunt, deinde posse peccare. Et docuimus, quod excepto Deo, omnis creatura sub vitio sit: nõ quod vniuer si peccauerint: sed quod peccare possint, & similium

ruina,

Philip. 3.

Num. 35.

Ios. 9.

Luc. 11.

Ios. 13. & Ezech. 40. 48.

Psal. 139.

Ios. 17.

Num. 11.

Hebr. 9.

Exod. 28.

Num. 4.

1. Par. 15.

CAP. 19.

ruina, stantiū metus sit. Tertiū venimus ad ieiunia: & quia aduersarij duplex propositio fuerat, vel ad philosophos, vel ad diuinarū scripturarū prouocācīe exēpla; nos quoq; ad vtramq; respondimus. Quarta, id est, extrema diuisio, oues & hœdos, dexterā & sinistrā, iustos & peccatores, in duos ordines distribuerat, volēs ostendere, nullā inter iustum & iustū, peccatorem, & peccatorem, esse distantiā, & vt hoc probaret, infinita de scripturis exempla cōgesserat, quasi suo sensui cōgruentia: cui nos quæstioni & argumentis, & exemplis respondimus scripturarum, veteremq; Zenonis sententiam tam communi sensu, quā diuina lectione contriuiimus. Nunc restat, vt Epicurum nostrum, subantem in hortulis suis inter adolescentulos & mulierculas, alloquamur. Fauent tibi crassi, nitidi, dealbati, adde, si vis, iuxta Socraticam irrisionem, omnes sues, & canes, & quia carnem amas, vultures quōque, aquilæ, accipitres, & bubonēs. Numquam nos Aristippi multitudo terrebit, quoscumque formosos, quoscumque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus buccis videro, de tuo armento sunt, immo inter tuos sues grunniunt, de nostro grege tristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini huius sæculi, licet sermone taceant, habitu loquuntur, & gestu: Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est: habitauī cum habitantibus cedere, videlicet in tenebris huius mundi, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt. Ne gloriaris, quod multos discipulos habeas, filius Dei docuit in Iudæa, & duodecim tantum illum apostoli sequebantur. Torcular, inquit, calcavi solus, & de gentibus vir non est mecum. Ille in passione solus remansit, & Petri quōque erga eum trepidauit constantia: pharisæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat, dicens: Crucifige, crucifige talem. Non habemus regem, nisi Cæsarem, id est, vitia sequimur, non virtutes, Epicurū, non Christum, Iouinianum, non Apostolum Paulum. Quod multi acquiriscunt sententiæ tuæ; indicium voluptatis est: non enim tam te loquentem probant, quā suis fauent vitij. In circulis platearum quotidie fictus hariolus stultorum nares verberat, & obtorto fuste dentes mordentium quatit; nec tamen deest, qui semper possit induci: & pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant, quos gehennæ succidiæ nutrias? Post præconium tuum, & balneas, quæ viros pariter & feminas lauant, omnis impatientia quæ ardētem prius libidinem quasi verecundiæ vestigiū tegebat, nudata est, & exposita: quæ ante in occulto erant, nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos, non fecisti. Hoc profecit doctrina tua; vt peccatum ne poenitentia quidem habeat. Virgines tuæ, quas prudentissimo consilio, quod nemo vniquam legerat, nec audierat, de Apostolo docuisti, Melius est nubere, quā vri, occultos adulteros in apertos verterit maritos, nō suavit hoc Apostolus, non electionis vas. Virgilianum consiliū est: Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Quadringenti ferme anni sunt, quod Christi prædicatio fulget in mūdo, ex quo innuberrabiles hæreses tunicam illius consciderunt, vniuersus pene error de Chaldæo, & Syro, & Græco sermone processerat. Basilides, magister luxuriæ, & turpissimorū cōplexuum, post tot annos ita in Iouinianū quasi in Euphorbum, trāsformatus est, vt Latina quoq; lingua haberet hæresim suam. Nulla ne fuit alia in toto orbe prouinciæ, quæ reciperet præconium voluptatis, in quam coluber tortuosus irreperet, nisi quæ Petri doctrina super petram fundauerat Christum, vexillum crucis &

prædicationis austeritas, idolorum templa destruxerat? E regione luxuria ventris & gutturis subuertere nititur fortitudinem crucis. Vnde per Esaiam loquitur Deus: Populus meus, qui vos beatificat, seducunt vos, & semitas pedum vestrorum conturbant. Nec non per Hieremiam: Fugite de medio Babylonis, & seruate vnusquisque animā suam, & nolite credere pseudopphetis, qui dicunt pax pax, & non est pax, qui semper ingeminant, templum Domini, templum Domini. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & insipientia, non aperuerunt iniquitatē tuam, vt te ad poenitentiam prouocarent: qui deuerant plebem Dei, vt cibum panis, Deum non inuocauerunt. Hieremias, captiuitatem nuncians, lapidatur à populo. Ananias, filius Azur, frangebatur ad præfens ligneas torques, & in futurum ferreas præparabat. Semper pseudopphetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara est veritas, & qui eam prædicant, replentur amaritudine: in azymis enim veritatis & sinceritatis, Domini pascha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur. Egregia sane vox, & quam audiat sponsa Christi, inter virgines, & viduas, & cælibes, vnde & ipsum nomen inditum est, quod cælo digni sunt, quia coitu careant. Raro ieiunate, crebrius nubite, non enim potestis implere opera nuptiarum, nisi mulsam, & carnes, & nucleum sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem. Cito caro consumpta marcescit. Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest: habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis, redintegrabit vos poenitentia: & qui in baptisinate fuistis hypocritæ, eritis in poenitentia solidæ fidei. Neque turbemini, putātes inter iustum & poenitentem aliquid interesse, & humiliorem gradum dare quidem veniam, sed coronam tollere, vna est enim retributio, qui ad dexteram steterit, introibit in regna cælorum. His consilijs subulci tui pastoribus nostris ditiones sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt. Equi infantes in feminas facti sunt; statim vt mulieres viderint, adhinniunt, & impatientiam suam, pro nefas, scripturarum solantur exemplis. Sed & ipsæ mulierculæ miseræ, & non miserabiles, præceptoris sui verba cantantes, Quid enim nisi semen requirit Deus? non solum pudicitia, sed etiam verecundiam perderunt; maioriq; procacitate defendunt libidinem, quā exercent. Habes præterea in exercitu tuo plures succenturiatos: habes scurras & velites in præsidij, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis calcibusq; defendant. Tibi cedūt de via nobiles: tibi osculantur diuites caput, nisi enim tu venisses, ebrii atque ructantes paradysum intrare nō poterant. Macte virtute, immo vitij, habes in castris tuis & Amazonas exerta mamma, & nudo brachio & genu, venientes contra se viros, ad pugnam libidinum prouocantes. Et quia opulentus paterfamilias es, in auarijs tuis non turtures, sed vpuæ nutriuntur, quæ tota foetida voluptatis iustra circumvolent. Me carpe, me disijce, obijce crimina, quæ volueris: argue luxuriæ, & deliciarū, magis me amabis, si talis fuero: ero enim de armento tuo. Sed & ad te loquar, quæ scriptam in fronte blasphemiam, Christi confessione delesti. Vrbs potēns, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos, serua quod diceris: virtus te excelsum faciat, non voluptas humilem. Maledictionem, quā tibi Saluator in Apocalypsi comminatus est, potes effugere per poenitentia, habens exemplum

Esa. 7.

Hier. 50.
48.7.

Thre. 2.

Psal. 13.
H. cr. 28.I. Cor. 5.
Exod. 12.

Hier. 5.

Rom. 2.

Nunui-

Phil. 49.

Ioan. 7.

Esa. 63.

Luc. 17.

I. Cor. 7.

Niniuitarum. Caue Iouiniani nomen, quod de idolo deriuatum est. Squaler Capitolium: templa Iouis & carmonia considerunt, cur vocabulum eius, & vitia apud te vigeant? Adhuc sub regibus, & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam, quam sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.

HIERONYMI PRO LIBRIS ADVERSVS IOVINIANVM
APOLOGIA AD
Pammachium.

EPISTOLA L.
ARGVMENTVM.

PAMMACHIVS Paula gener, & Hieronymi amicus, sicut quondam condiscipulus, locos quosdam notauerat, quibus multi in libris contra Iouinianum offensi fuerant, quod Hieronymus propensior, quam oportuisset, in virginifaris laudes, & durior in matrimonium videretur: notatos ad Hieronymum miserat, familiariter rogans, vt ad ea, quæ illi obijciebantur, responderet, facit id nunc vir sanctus mira causa fiducia, veluti qui optime sciret, nihil à se ea in re peccatum fuisse: acriterque eos interea carpit, qui verba tantum aliqua aucupati, postea cauillantur, non considerantes, à quo dicta sint, cui, quando, vel qua occasione, neque quid aut ante præcesserit, aut postea consecutum sit.

CAP. I.



QVOD ad te hucusque non scripsi, causa fuit silentium tuum, verebar enim, ne si tacenti scriberem, molestum me magis, quam officiosum, putares, nunc autem prouocatus dulcissimis litteris tuis, & huiusmodi litteris, quæ me ad philosophiam nostri dogmatis prouocarent, & condiscipulū quondam, & sodalem, & amicū, obuijs, vt aiunt, manibus excipio, defensorēq; meorum opusculorum paro, ita tamen, si ante te placatum iudicem habuero, immo si oratorem meum super omnibus, quæ in me arguuntur, instruxero, hoc enim & Tullius tuus, & ante illū in breui & solo volumine scripsit Antonius, primam causam esse victoriæ diligenter causam, pro qua dicturus es, discere. Reprehendunt me quidam, quod in libris, quos aduersum Iouinianum scripsi, nimius fuerim vel in laude virginum, vel in suggillatione nuptiarum: & aiunt condemnationem quodam modo esse matrimonij, intantum pudicitiam prædicare, vt nulla videatur inter vxorem & virginem comparatio detelinqui. Ego si bene problematis memini, inter Iouinianum & nos ista contentio est, quod ille exæquet virginitati nuptias, nos subijciamus, ille parum, vel nihil, nos multum interesse dicamus. Denique iccirco, te post Dominum faciente, damnatus est, quod ausus sit perpetuæ virginitati matrimonij comparare. Aut, si id ipsum virgo putatur, & nuptiarum piaculū vocis huius Romæ Victorinus audire nō potuit? Virgo à viro, nō vir à virgine, generatur. Medium esse nihil potest: aut mea sententia sequenda est, aut Iouiniani. Si reprehendor, quod nuptias virginitati subijcio: laudetur ipse, qui cōparat, si autē damnatus est, qui æquales putabar: damnatio eius mei operis testimonium sit. Si sæculi homines indignantur in minori gradu se esse, quam virgines: miror clericos, & monachos, & continentes id non laudare, quod faciunt. Castrant se ab vxoribus suis, vt imitentur virginum castitatem: & id ipsum volunt esse maritatas, quod virgines? Aut iungantur itaque vxoribus suis, quibus renunciauerant: aut, si se absti-

nerint, etiam tacentes confitebuntur melius esse, quod nuptiarum operi prætulere. An ego rudis in scripturis, & nunc primum sacra volumina legens, lineam, & vt ita dicam, tenuē dicendi filium inter virginatē & nuptias seruare non potui? videlicet nesciebam dictum: Noli esse iustus in multum: & dum vnum latus protego, in altero vulneratus sum: atque vt manifestius loquar, dum contra Iouinianum pressō gradu pugno, à Manichæo terga mea confossa sunt. Nōne, quæso, statim in principio operis mei ista præfatus sum? Neque enim nos, Marcionis & Manichæi dogma sectantes, nuptijs detrahimus: nec Tatiani principis Engratitarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus: qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creauit, ad vrendum damnat, & reprobat. Scimus, in domo magna non solum vasa aurea, & argentea esse, sed & lignea, & fictilia: & super fundamentum Christi, quod Paulus architectus posuit, alius superædificat aurum, argentum, lapides pretiosos, alius econtrariō scœnum, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum. Legimus primam Dei sententiam: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Sed ita nuptias recipimus, vt virginatē, quæ de nuptijs nascitur, præferamus. Numquid argentum non erit argentum, si aurum pretiosius est: aut arboris & segetis contumelia est, si radici, & folijs, culmo & aristis poma præferatur, & fructus? Vt poma ex arbore, frumentū ex stipula, ita virginitas ex nuptijs. Centesimus, & sexagesimus, & tricesimus fructus, quamquā de vna terra, & de vna femente nascatur, tamen multū differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias; quia & ipsa digitorum coniunctio quasi molli osculo se complexans, & fœderans, maritum pingit, & coniugem: sexaginta verō ad viduas; eo quod in angustia, & tribulatione sint positæ. Vnde & superiori digito deprimuntur: quia quanto maior est difficultas, expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere; tanto maris & præmium, Porro numerus centesimus (quæso diligenter lector attēde) de sinistra transfertur ad dexteram: & isdem quidem digitus, sed non eadem manu, quibus in læua; nuptiæ significantur & viduæ: circum faciens, exprimit virginatē coronam. Oro te, qui hæc loquitur, damnat nuptias? Aurum virginatē, argentum diximus matrimonium, centesimum & sexagesimum & tricesimum fructum de vna terra exposuimus, & de vna femente generari, licet multum differat in numero, & quisquam tam iniquus lector erit, vt non ex meis dictis, sed ex suo me sensu iudicet? Et certe multo clementiores erga coniugia fuimus, omnibus pene Latinis & Græcis tractatoribus; qui centesimum numerum ad martyres referunt, sexagesimum ad virgines, tricesimum ad viduas: atque ita sit iuxta illorum sententiā, vt de bona terra, & de patrisfamilias femine excludantur mariti. Verum, ne in principio cautus, in reliquis forsitan improvidus fuerim: nōne post partitionem opusculi, cum ad quæstiones venirem, statim intuli? Vos quæso vtriusque sexus virgines & continentes, mariti quoque & digami, vt conatus meos orationibus adiuetis. Cunctorum in commune Iouinianus hostis est. Quorum ego orationibus indigeo, & quos adiutores mei operis precor, eos possum Manichæi errore damnare?

Curramus ad reliqua, neque enim epistolæ breuitas patitur, diutius in singulis immorari. Interpretantes illud Apostoli testimonij: Vxor proprii corporis nō habet potestatem, sed vir: similiter & vir corporis sui non

2. Tim. 4.

1. Cor. 3.

Heb. 11.

Gen. 1.

Math. 11.

CAP. 2.

1. Cor. 7.

fui non habet potestatem, sed vxor: hoc subiunximus: Omnis hæc quæstio de ijs est, qui in matrimonio sunt, an eis liceat vxores dimittere: quod & Dominus in euangelio prohibuit. Vnde & Apostolus, *Math. 5.* Bonum est ait homini, vxorem, vel mulierem non tangere: quasi in tactu eius periculum sit: quasi qui eam tetigerit, non euadat, vnde & Ioseph, quia illam tangere volebat Aegyptia, fugiens de manibus eius, pallium abiecit. Sed quia qui semel duxit vxorem, nisi ex consensu se non valet abstinere, nec dare repudium non peccanti: reddat coniugi debitum, quia ipote se alligauit, vt reddere cogeretur. Qui Domini dicit esse præceptum, ne dimittantur vxores, & absq; consensu, quod Deus coniunxit, homo non separet; hic potest dici nuptias condemnare? Rursum in sequentibus, Sed vnusquisque, ait, habet proprium donum ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Quam sententiam nos exponentes, hæc intulimus. Quid inquit, vnusquisque, perspicuum est. Sed quoniam in Ecclesia diuersa sunt dona, cõcedo & nuptias, ne videar damnare naturam. simulque considera, quod aliud donum virginitatis sit, aliud nuptiarum. si enim eadem esset merces nuptiarum & virginum; nequaquam dixisset post præceptum continentia: Sed vnusquisque proprium habet donum ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Vbi proprietates singulorum est, ibi aliter diuersitas. Concedo & nuptias esse donum Dei: sed inter donum & donum magna diuersitas est. Denique & Apostolus de quodam post incestum penitente, E contrario, inquit, donate ei, & consolamini. Et, si cui quid donastis, & ego. Ac ne putarem donum hominis contemnendum, addidit: Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi. Diuersa sunt dona Christi, vnde Ioseph in typo eius variã habebat tunicam. Et in psalmo quadragesimo quarto legimus. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et Petrus apostolus, Sicut dispensatores, ait, multiplicis gratia Dei. Quod significantius Græcè dicitur *ποικίλος*, id est varius. Rogo, quæ ista contentio, claudere oculos, nec apertissimum lumen aspiceret? In Ecclesia diximus esse dona diuersa, & aliud donum virginitatis, & aliud nuptiarum. Et post paululum. Concedo & nuptias esse donum Dei: sed inter donum & donum magna diuersitas est. Et, quod Dei donum voce apertissima pronunciamus, damnare dicimur? Porro, si Ioseph in typo Domini accipitur; tunica eius varia, atque distincta in virginibus, viduis, continentibus, ac maritatis est. Et potest videri quasi alienus, qui de tunica Christi est; cum & ipsam reginam, hoc est Ecclesiam Saluatoris in vestitu deaurato, eadem varietate circumdatam dixerimus? Sed & in consequentibus de coniugio disputantes eundem sensum secuti sumus. Hic locus ad præsentem controuersiam non pertinet, docet enim iuxta sententiam Domini, vxorem, excepta causa fornicationis, non repudiandam; & repudiatam viuo marito alteri non nubere, aut certe viro suo debere recõciliari, Et in alio loco, Mulier, inquit, alligata est, quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est à lege viri: cui vult nubat, tantum in Domino, id est; Christiano. Qui secundas nuptias tertiasque concedit in Domino, primas cum ethnico prohibet? Aperiant, quæso, aures obrectatores mei, & videant me secundas & tertias nuptias concessisse in Domino, qui secundas & tertias non damnauit, primum potui damnare matrimonium? In eo quoque loco, vbi interpretamur capitulum Apostoli: Circumcisus aliquis vocatus est, non adducat præputium. In præputio vocatus

est, non circumcidatur: (licet quidam prudentissimi interpretes scripturarum, hoc de circumcissione & seruitute legis dictum esse contendant) nonne apertissime fœdera seruamus nuptiarum? Diximus enim: Si in præputio quis vocatus est, nõ circumcidatur. Habeas, inquit, vxorẽ, cum credidisti: noli fidẽ Christi causam putare dissidij, & præputiũ nihil est, sed obseruatio madorũ Dei. Nihil enim prodest absq; operibus cælibatus & nuptia: cum etiam fides, quæ propriè Christianorũ est si opera non habuerit, mortua esse dicatur; & hac lege virgines quoque Vestæ & Iunonis vniuirz, in sanctarum queant ordine numerari. Et post paululum: Seruus vocatus es, non sit tibi cutæ: sed & si potes fieri liber, magis vttere. Etiam si habes, inquit, vxorem, & illi alligatus es; & soluis debitũ; & non habes tui corporis potestatem. atque (vt manifestius loquar) seruus vxoris es: noli propter hoc habere tristitiam, nec de amissa virginitate suspires. Sed etiam, si potes causas aliquas inuenire dissidij, vt libertate pudicitia perfruaris, noli salutem tuam cum alterius interitu querere. Habeto paulisper vxorem, nec precurras morantem. Expecta, dum sequitur: Si egeris patienter, coniux mutabitur in sororem. In eo quoque loco, vbi tractauimus, cur dixisset Paulus: De virginibus autẽ, Domini præceptum non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis: ita virginitatem prætulimus, vt nuptiarum ordinem seruarem. Si virginitatem Dominus imperasset, videbatur nuptias condemnare, & hominum auferre seminarium, vnde & ipsa virginitas nascitur. Si præcidisset radicem, quo modo fruges quæreret? Nisi ante fundamenta iecisset, qua ratione ædificium extrueret, & operturum cuncta de superculmen imponeret? Si radicem nuptias, si virginitatem diximus fructus; si fundamentum matrimonium, & ædificium vel culmen perpetuam castitatem: quis vel tam inuidus, vel tam cæcus obrectator mei erit, vt in eadem domo ædificium vel culmen videat; & fundamentum, quod ædificium & culmen portat, ignoret? Porro & in alio loco proponentes Apostoli testimonium, in quo ait: Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. solutus es ab vxore, noli quærere vxorem: illico hæc subiecimus: Habet vnusquisque nostrum terminos suos, redde mihi meũ, & tu tene tuum. Si alligatus es vxori, ne illi des repudium, si solutus sum ab vxore, non quæram vxorem. Vt ego non soluo coniugia, si semel ligata sunt: ita tu non liges, quod solutum est. Sed & in alio testimonio, quid de virginitate & nuptijs senserimus, manifestissime declaratur. Non imponit nobis Apostolus laqueum, nec cogit esse, quod nolumus, sed suadet quod honestum est, & decorum; & intentè facit seruire Domino, & semper esse sollicitos, & expectare paratam Dominivoluntatem; vt cum quid imperauerit, quasi strenuus & armatus miles, statim impleat quod præceptum est; & hoc faciat sine vlla distentione, quæ data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, vt distendantur in ea. In fine quoque comparationis nuptiarum & virginum, disputationem nostram hoc sermone conclusimus: Vbi bonum & melius est, ibi boni & melioris non vnum est præmium, & vbi non est vnum præmium, ibi vtiq; dona diuersa. Tantum igitur interest inter nuptias & virginitatem, quantum inter non peccare & benefacere, immo, vt leuius dicam, quantum inter bonum & melius.

Porro in consequentibus, cum dicimus: Finita **CAP. 3.**

Eccle. 7.

disputatione coniugiorum & virginitatis, vt inter virumque cauto moderamine præceptorum, nec ad sinistram, nec ad dexteram diuerteret, sed via regia graderetur, & illud impleret: Ne sis multum iustus: rursus monogamiam digamię comparat: & quo modo nuptias subdidit virginitati, ita digamiam nuptijs subiicit: nonne perspicue ostendimus, quæ sit in scripturis sanctis sinistra, quæ dextera, & quid significet, Ne sis multum iustus? quod videlicet sinistra sit, si Iudæorum & gentilium sequamur libidinem, & semper astuemus ad coitum: dextera, si Manichæorum sequamur errorem; & simulata pudicitia, impudicitia; rebus implicemur: via autem regia sit, ita appetere virginitatem, ne nuptiæ condemnentur. Præterea, quis tam iniquus meorum opusculorum iudex erit, vt prima matrimonia damnare me dicat, cum etiam de secundis dixisse me legerit: Concedit Apostolus secundas nuptias, sed volentibus, sed ijs, quæ se continere non possunt: ne luxuriat in

2. Tim. 5.

Christo, nubere velint: habentes damnationem, quod primam fidem irritam fecerint? Et hoc concedit, quia multæ abierunt retro post satanam. ceterum beatiores erunt, si sic permanserint. Continuoq; subiungit Apostolicam auctoritatem: Secundum consilium meum. Porro, ne auctoritas Apostoli quasi hominis leuior videretur, addidit: Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam. Vbi ad continentiam prouocat; ibi non hominis, sed spiritus Dei consilio vsus est: vbi autem nubendi concedit veniam, spiritum Dei non nominat, sed prudentiæ librat consilium; ita singulis relaxans, vt vnusquisque ferre possit. Propositis ergo testimonijs, in quibus Apostolus secundas concedit nuptias, statim subiicimus:

1. Cor. 7.

Quo modo virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excusabile facit, quod per se nõ appetitur: ita ob eandem fornicationem concedit viduis secundam matrimonia. Melius est enim, licet alterum & tertium, vnum virum nosse, quàm plurimos: id est, tolerabilius est vni homini prostitutam esse, quàm multis. Facebat calumnia. De secundo hic, & de tertio, & quarto, si liber, matrimonio disputauimus, non de primo. Sed ne quis in eo, quod diximus, tolerabilius est vni homini prostitutam esse, quàm multis, ad primum matrimonium referat, cū omnis nobis questio de digamia & trigamia fuerit, denique digamiæ, & trigamiæ disputationem hac calce signauimus: Omnia licent, sed non omnia expediunt. Non damno digamos, immo nec trigamos, & si dici potest, octogamos. Plus aliquid inferam: etiam scortatorem recipio pœnitentem. Quidquid æqualiter licet, æquali lance pensandum est. Erubescat calumniator meus, dicēs me prima damnare matrimonia, quando legit, Non damno digamos, & trigamos, & si dici potest, octogamos. Aliud est, non damnare: aliud, prædicare: aliud est, veniam concedere; aliud, laudare virtutem. Si autem durus in eo videor, quia dixi: Quidquid æqualiter licet, æquali lance pensandum est: puto nõ me crudelem iudicabit, & rigidum, qui alia loca virginitati, & nuptijs, alia trigamis, & octogamis, & pœnitentibus legerit præparata. Christū in carne virginem, in spiritu monogamiam, quod vnā habeat Ecclesiam, noster in reliquis sermo testatus est: & crediti sumus nuptias condemnare? damnare dicor nuptias, cuius hic sermo est: Nullique dubium est, sacerdotes de Aaron, & Eleazar, & Phinees stirpe generatos: qui cum & ipsæ vxores habuerint, recte nobis opponerentur, si errore Encratarum cõtenderemus matrimonia reprobanda. Tatianum Encratarū principem, qui

1. Cor. 6.

abijcit matrimonia, reprehendimus, & ipsi nuptias condemnamus? Rursumque vbi virgines & viduas comparo, quid de nuptijs senserim, & quo modo tres gradus virginitatis, viduitatisque vel continentia; & coniugij fecerim, declarat ipsa, quæ scripta sunt. Non nego beatas esse viduas, quæ ita post baptismum manserint: nec illarum detraho merito, quæ cum viris in castitate perdurant: sed sicut hæ maioris præmij apud Deum sunt, quàm nuptiæ coniugali officio seruientes; ita & ipsæ æquo patientur animo, virginitatem sibi præferri. Ad Galatas quoque testimonium Apostoli proponentes: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro: huiusmodi sensum intulimus. Opera legis & nuptiæ sunt. Vnde & maledicuntur in ea, quæ non habent filios: quæ si conceduntur etiam in euangelio; aliud tamē est, indulgentiā infirmitati tribuere; aliud est, virtutibus præmia polliceri. Ecce perspicue nuptias diximus concedi in euangelio; sed tamē easdem in suo officio permanentes, præmia castitatis capere non posse. Quod si indignè accipiunt mariti; non mihi irascatur, sed scripturis sanctis, immo episcopis, & presbyteris, & diaconis, & vniuerso choro sacerdotali, & leuitico, qui se nouerunt hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. Sed eo loco, vbi de Apocalypsi testimonium posuimus, nonne manifestum est, quid de virginibus, & viduis, & coniugibus senserimus? Hi sunt, qui cantant canticum nouum; quod nemo potest cantare, nisi qui virgo est. Hi sunt primitiæ Dei, & agni, & sine macula. Si virgines primitiæ Dei sunt; ergo viduæ, & in matrimonio continentes, erunt post primitias, hoc est, in secundo & tertio gradu. In secundo & tertio gradu viduas ponimus, & maritatas: & hæretico furore dicimur damnare nuptias?

Apo. 14.

Multi sunt, quæ per omnem librum cauto moderamine de virginitate, de viduis, de nuptijs diximus. sed breuitatis studio vnum adhuc ponam testimonium: cui non reor contradicturum, nisi eum, qui aut se inimicum probare voluerit, aut recodem. nam cum proposuissem, quod Dominus isset ad nuptias in Cana Gallilææ, post quedā etiam hæc addidi. Qui enim semel iuit ad nuptias, semel docuit esse nubendū: & tunc virginitati posset officere, si nuptias post virginitatem & viduitatis castimoniam, non in gradu tertio, poneremus. nūc autem, cum hæreticorum sit damnare coniugia, & dei spernere conditionem; quidquid de laude dixerint nuptiarum, libenter audimus. Ecclesia enim non damnat matrimonia, sed subiicit; nec abiicit, sed dispēsat, sciens (sicut supra diximus) in domo magna, non solum esse vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictila, & alia esse in honorem, alia in contumeliam; & quicumque se mundauerit, cum futurum esse vas honorabile & necessarium, in omne opus bonum præparatū. Quidquid, inquam, de laude dixerint nuptiarum, libenter audimus. Laudari nuptias, libenter audimus, & nuptias condemnamus? Ecclesia matrimonia non damnat, sed subiicit. Velitis nolitis, maritus subiicitur virginitati & viduitati. Ecclesia nuptias, sed nuptias in suo opere permanentes, subiicit, non dānat; nec abiicit, sed dispēsat. In potestate vestra est, si velitis secundū pudicitia; gradum scandere. Quid indignamini, si in tertio stātes, nolitis ad superiora properare? Igitur cū toties, & tam crebrò lectorē admonuerim; & per singula penè tractūm millia, cautus viator incessem, me ita recipere nuptias, vt eis continētes, viduas, virginesq; præferrem: debuerat prudens & benignus lector, etiam ea, quæ videntur dura, æstimare de ceteris, & non, in vno atque eodem libro, criminari, me diuerſas

CAP. 4.

Ioan. 11.

1. Tim. 2.

diuersas sententias protulisse. quis enim tam hebes, & sic in scribendo rudis est, ut idem laudet, & dānet? ædificata destruat, & destructa ædificet? & cum aduersarium vicerit, suo nouissime mucrone feriat? Si rusticani homines, & vel rhetoricæ, vel dialecticæ artis ignari detraherent mihi; tribuere veniā imperitiæ; nec accusationem reprehendere, ubi non voluntatem in culpa cernerem, sed ignorantiam: nunc verò, cum disertis homines, & liberalibus studijs eruditi magis velint lædere, quam intelligere; breuiter à me responsum habeat, corrigere eos debere peccata, nō reprehendere. Patet campus: stat ecōtra acies: aduersarij dogma manifestum est: & (vt Virgilianū aliquid inferam) illum aspice contra, Qui vocat: respondeat aduersario: aliter teneant modum in disputando, aliter virgam in docendo; & me, in libris suis, quid vel prætermiserim, vel addiderim, doceant. Reprehensores nō audio, sequor magistros. Delicata doctrina est, pugnatī ictus dicere de muro, & cum ipse vnguentum delibutus sis, cruētum militem accusare formidinis. Nec hoc dicens, statim iactantiæ reus sum, quod cæteris dormientibus sōlus certauerim: sed hoc dico, cautius eos posse pugnare, qui me viderint vulneratū. Nolo tale certamen adeas, in quo tantum te protegas; & torpente dextra, sinistra clypeū circumferas aut ferendum tibi est, aut cadēdum. non possum te existimare victorem, nisi aduersariū videro trucidatum. Legimus, o eruditissimi viri, in scolis pariter, & Aristotelea illa de Gorgiæ fontibus manantia: simul didicimus, plura esse videlicet genera dicēdi; & inter cætera, aliud esse *ὑπομαρτυρῆς* scribere, aliud *δογματικῆς*: in priori vagam esse disputationē, & aduersario respondentem nunc hæc, nūc illa proponere: argumētari vt libet, aliud loqui, aliud agere, panem, vt dicitur, ostendere, lapidem tenere. In sequēti autem aperta frōs, & vt ita dicam, ingenuitas necessaria est. Aliud est, quærere, aliud, definire: in altero pugnantium, in altero docendum est. Tu me stantem in prælio, & de vita periclitantē studiosus magister doceas? Noli ex obliquo, & vnde nō putaris, vulnus inferre: directo percutere, gladio. turpe tibi est hostem dolis ferire, non viribus. quasi nō & hæc ars summa pugnantium sit, alibi minari, alibi percutere. Legite, obsecro vos, Demosthenem: legite Tullium: ac ne forsitan rhetores vobis displiceant, quorum artis est, verisimilia magis, quam vera, dicere; legite Platonem, Theophrastum, Xenophontē, Aristotelē, & reliquos qui de Socratis fonte manantes, diuersis cucurrēre riulis: quid in illis apertū, quid simplex est? quæ verba non sensum? qui sensus non victoria? Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinarius, multis versusum millibus scribunt aduersus Celsum, & Porphyrium. Considerate, quibus argumentis, & quā lubricis problematicis diaboli spiritu contexta subuertant: & quia interdum coguntur loqui, non quod sentiunt, sed quod necesse est, dicunt aduersus ea, quæ dicunt gentiles. Taceo de Latinis scriptoribus, Tertulliano, Cypriano, Minucio, Victorino, Lactantio, Hilario; ne non tam me defendisse, quam alios videat accusasse. Paulum apostolum proferam: quem quotiescumque lego; videor mihi non verba audire, sed tonitrua. legite epistolam eius; & maxime ad Romanos, ad Gallatas, ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est: & videbitis eum, in testimonijs, quæ sumit de veteri testamento, quā artifex, quā prudens, quā dissimulatio sit eius, quod agit: videntur quidem verba simplicia, & quasi innocentis hominis, ac rustici, & qui nec facere nec declinare nouerit insidias: sed, quocumque respexeris;

fulmina sunt. hæret in causa: capit omne, quod tetigerit: tergum vertit, vt superet: fugam simulat, vt occidat. Calumniemur ergo illum, atque dicamus ei: Testimonia, quibus contra Iudæos, vel cæteras hereses vsus es, aliter in suis locis, aliter in tuis epistolis sonant. Videmus exempla captiua feruire tibi ad victoriam, quæ suis in voluminibus non dimicant. Nonne nobis loquitur cum Salvatore, aliter foris, aliter domi loquitur? Turbæ parabolæ, discipuli audiunt veritatē. Proponit pharisæis Dominus quaestiones, & non edisserit. Aliud est, docere discipulum; aliud, aduersarium vincere. Mysterium, inquit, meum mihi, mysterium meum mihi, & meis. Indignamini mihi, quod Iouinianum non docuerim, sed vicerim. Immo indignantur ij, qui illum anathematizatum dolent: & cum laudant quod sunt, accusant quod esse se simulant. Quasi verò rogandus fuerit, vt mihi cederet; & non, inuitus ac repugnās, in veritatis vincula ducendus. Et hæc dicere, si vincendi studio contra regulam scripturarum quippiam locutus fuisset, & sicut viri fortes in controuersijs solent facere, culpam præmio redimerem. nunc verò, cum interpres magis Apostoli fuerim, quā dogmatistes, & commentatoris simi vsus officio, quidquid durum videtur, ei magis imputetur, quem exposuimus, quā nobis, qui exposuimus. nisi fortē ille aliter dixit, & nos simplicitatem verborum eius maligna interpretatione detorsimus. qui hoc arguit, de ipsis scripturis probet.

Diximus: Si bonum est mulierem non tangere, malum ergo est tangere. nihil enim bono contrarium est, nisi malum. si autem malum est, & ignoscitur: ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat: & cætera vsque ad propositionē alterius capituli. Hoc ideo subiecit, quia Apostolus dixerat: Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquæque suum virum habeat. In quō differunt verba mea à sensu Apostoli? Nisi fortē in eo, quod ille pronunciat, ego dubito: ille definit, ego sciscitor: ille apertē dicit: Bonum est homini mulierem non tangere: ego timidē quæro, si bonum est mulierem non tangere. Si, dubitantis est, non confirmantis. Ille dicit: Bonum est non tangere: ego, quid bono contrarium esse possit, adiungo. Statimque in consequentibus: animaduertenda Apostoli prudentia. Non dixit: Bonum est homini vxorem non habere: sed bonum est mulierem non tangere: quasi & in tactu eius periculum sit: quasi, qui illam tetigerit, non euadat. Vides igitur, non de coniugibus nos exponere, sed de coitu simpliciter disputare, quod ad cōparationem pudicitiae & virginitatis, & angelicæ similitudinis, bonum sit homini mulierem non tangere. Vanitas vanitatum; & omnia vanitas, dicit Ecclesiastes. Si omnes creaturæ bonæ, vt à bono creatore conditæ; quō modo vniuersa vanitas? Si terra vanitas, numquid & cæli; & angeli; & throni, dominationes, potestates, cæteræque virtutes? Sed quæ per se bonæ sunt, vt à bono creatore condita, ad cōparationem meliorum vanitas appellatur, verbi gratia. Lucerna lampadis cōparatione pro nihilo est: lampas stellæ cōparatione non lucet: stellam lunæ confer, cæca est: lunam soli iunge; non rutilat: solem Christo confer, tenebræ sunt. Ego sum, inquit, qui sum: Omnem igitur creaturam si Deo contuleris, non subsistit. Ne tradas, inquit, Hæster hæreditatem tuam ijs, qui non sunt, idolis scilicet, & dæmonibus: Et certē erant idola; & dæmones, quibus ne traderen-

Math. 13.

Esa. 24.

CAP. 5.

1. Cor. 7.

Eccles. 1.

Exod. 3.

Hester. 14.

Iob. 18. tur orabat. In Iob quoque legimus, à Baldach dictum de impio : Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est : haud dubium quin diaboli : qui cum habeat socios, non autem haberet, nisi esset ; tamen, quia Deo periit, non esse dicitur. Ergo secundum hunc comparationis sensum, malum diximus mulierem tangere ; (licet vxoris nulla facta sit mentio) quia bonum est non tangere. Et subiecimus : Virginitatem frumentum, nuptias hordeum ; fornicationem sterus bubulum nuncupantes. Vtique frumentum & hordeum creatura Dei est. Verum in euangelio maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pasceitur. Homines, inquit, & iumeta saluos facies Domine. Alijs verbis id ipsum locuti sumus, quando aurum virginitatem, argentum nuptias diximus, & centum quadraginta quattuor millia virginum signatorum, qui cum mulieribus non sunt conquinati : in quo ostendi volumus, omnes, qui virgines non permanserint, ad comparationem purissimæ & angelicæ castitatis, & ipsius domini nostri Iesu Christi, esse pollutos. Quod si cui asperum & reprehensione dignum videtur, tantam nos inter virginitatem & nuptias fecisse distantiam, quanta inter frumentum & hordeum est : legat sancti Ambrosij de viduis librum ; & inueniet illum inter cetera, quæ de virginitate & nuptijs disputauit, etiam hoc dixisse. Neque ita coniugium prætulit Apostolus, vt studia virginitatis extingueret ; sed à continentia persuasionem incipiens, ad incontinentiæ remedia descendit : & cum brauium supernæ vocationis fortibus demonstrasset, deficere tamen in via neminem passus est, ita plaudens prioribus, vt non despiceret & sequentes. didicerat enim & ipse, quia Dominus Iesus alijs panem hordeaceum, ne in via deficerent, alijs corpus suum, vt ad regnum tenderent, demonstrauit. Et in consequentibus : Non ergo copula nuptialis quasi culpa vitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda est. Lex enim astringit vxorem, vt in laboribus & tristitia filios generet ; conuersio eius ad virum fit, vt ei ipse dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione filiorum ad dicitur nupta, non vidua : & dominatui viri subditur copulata, non virgo. Et in alio loco, Pretio, inquit, empti estis, nolite fieri serui hominum. Videtis quam euidentem coniugalis sit definitio seruitutis. Et post puillum. Si igitur bonum coniugium seruitus est ; malum quid est, quando nequeunt se inuicem sanctificare, sed perdere ? Vniuersa, quæ nos de virginitate ac nuptijs lato sermone diffudimus, ille breui arctauit cõpendio, in paucis multa comprehendens. Virginitas ab eo persuasio continentia, nuptiæ remedia incontinentiæ prædicantur. Et significanter à maioribus ad minora descendens, virginibus brauium supernæ vocationis ostendit ; nuptas, ne in via deficiant, consolatur, alios laudat, alios non despicit. coniugium hordeo, virginitatem corpori Christi cõparat. & puto multo minorem distantiam inter frumentum esse & hordeum, quam inter hordeum & corpus Christi. Denique nuptias dicit, quasi necessitatis sarcinam, declinandas, & definitionem esse euidentissimæ seruitutis. Et multa alia, quæ tribus libellis de virginibus latissimè persecutus est. Ex quibus vniuersis perspicuum est, me nihil noui de virginibus nuptisque dixisse, sed maiorum in omnibus secutum esse sententiam, tam huius videlicet, quam reliquorum, qui de ecclesiasticis dogmatibus disputarunt : quorum emulari exopto negligentiam potius, quam aliorum obscuram diligentiam.

Tuneant contra me mariti, quare dixerim : Oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipere non permittit ? Quando impleo mariti officium, non impleo continentis. Inbet idem Apostolus in alio loco, vt semper oremus. Si semper orandum est, numquam ergo coniugio seruendum : quoniam, quotiescumque vxori debitum reddo, orare non possum. hoc quare dixi rim, perspicuum est. quia interpretabar illud Apostoli dictum : Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Paulus apostolus dicit, quando coimus cum vxoribus, nos orare non posse. Si per coitum, quod minus est impeditur, id est, orare : quanto plus quod maius est, id est, corpus Christi prohibetur accipere ? Petrus ad continentiam hortatur : Ne impediatur orationes nostræ. Quod hic, quæso, peccatum meum est ? quid commertui ? quid deliqui ? Si turbida & nebulosa aqua fluunt, non est aluci culpa, sed fontis. An iccirco arguor, quod de meo ausus sum adijcere : Quale illud bonum est, quod corpus Christi accipere non permittit ? Ad hoc breuiter respondebo. Quid est maius, orare, an corpus Christi accipere ? vti que accipere corpus Christi. Si per coitum, quod minus est, impeditur : multo magis quod maius est. Diximus in eodem volumine, panes propositionis ex lege non potuisse comedere Dauid & socios eius, nisi se triduo mundos à mulieribus respondissent : non vti que à meretricibus, quod damnabatur à lege, sed ab vxoribus, quibus licite iungebantur. Populum quoque, quando accepturus erat legem in monte Sina, tribus diebus iussum esse ab vxoribus abstinere. Scio Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant : quod nec reprehendo, nec probo : vnusquisque enim in suo sensu abundet : sed ipsorum conscientiam conuenio qui eodem die post coitum communicant, & iuxta Persium nocte flumine purgant. quare ad martyres ire non audet : quare non ingreditur ecclesias : an alius in publico, alius in domo Christus est : quod in ecclesia non licet, nec domi licet. Nihil Deo clausum est, & tenebræ quoque lucent apud eum. Probet se vnusquisque, & sic ad corpus Christi accedat : non quod dilata communionis vnus dies, aut biduum sanctiorem efficiat Christianum, vt quod hodie non merui, cras vel perendie merear : sed quod, dum doleo me non cõmunicasse corpori Christi, abstineam me paulisper ab vxoris amplexu, vt amoris coniugis amorem Christi præferam. Durum est, & non ferendum, quis hoc secularium sustinere potest ? Qui potest sustinere, sustineat : qui non potest, ipse viderit, nobis curæ est, non quid vnusquisque possit, aut velit, sed quid scripturæ præcipiant dicere. Illud quoque in commeterioliis meis eiusdem Apostoli carpitur, in quibus dixi : Verum ne quis putet ex eo, quod sequitur : Vt vacetis orationi, & iterum ad ipsum reuertimini : Apostolum hoc velle, & non propter maiorem ruinam concedere : statim infert ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram. Pulchra nimirum indulgentia, Et iterum reuertimini ad id ipsum ; quod erubescit suo vocare nomine, quod tentationi præfert satanæ, quod causam habet incontinentiam. Laboramus quasi obscurum differere, cum exposuerit ipse, qui scripsit : Hoc autem dico, inquit, iuxta indulgentiam, non secundum imperium. Et missitamus adhuc nuptias non vocare in dulgentiam, sed præceptum : quasi non eodem modo secunda & tertia matrimonia concedantur, & reliqua. Quid hic locutus sum, quod Apostolus non dixerit ? Nimirum illud, quod erubescit suo vocare nomine ?

CAR. 6.

1. Theff.

1. Cor. 7.

1. Pet. 3.

1. Reg. 21.

Deut. 25.

Exod. 19.

Rom. 14.

1. Cor. 7.

mine: Ego arbitror, quando dicit, Ad id ipsum, & rem ipsam tacet, non cum nominare palam coitum, sed verecundè ostendere. An quia sequitur, Quod tentationi præfert fatanè, quod habet causam incontinentiam? nonne alio verborum ordine id ipsum est, ne tentet vos fatanas propter incontinentiam vestram? An quia dixi, Et iussimus adhuc nuptias non vocare indulgentiam, sed præceptum? quod si durum est, imputetur Apostolo, qui ait: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: non mihi, qui excepto præpostero ordine, nec sensum, nec verba mutavi.

CAP. 7.

Tranſeamus ad reliqua: epistolari enim breuitate festinat oratio. Dico, inquit Apostolus, in nuptiis, & viduis: bonum est eis, si sic permanſerint, vt ego: si autem se non continent, nubant: melius est enim nubere, quàm vri. Quod capitulum nos sic interpretati sumus: Postquam nuptis concesserat vsu coniugij, & ostenderit, ipse quid vellet, quid ve concederet; transit ad innuptas, & viduas; & sui proponit exemplum, & felices vocat, si sic permanſerint; si autem se non continent, nubant: id ipsum dicens, quod supra: Propter fornicationem autem, & ne tentet vos fatanas propter incontinentiam vestram. Redditque causam, cur dixerit, Si se non continent, nubant: melius est enim nubere, quàm vri. Ideo melius est nubere, quia peius est vri. Tolle ardorem libidinis, & non dicet, Quia melius est nubere. Melius, semper ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni. Velut si diceret: melius est vnum oculum habere, quàm nullum. Et post paululum, cum apostrophiam fecissem ad Apostolum, intuli: Si per se bonæ nuptiæ sunt, noli eas incendio comparare: sed dic simpliciter, bonum est nubere. Suspecta est mihi bonitas eius rei, quam magnitudo alterius mali malum cogit esse inferius. Ego autem non leuius malum, sed simplex per se bonum volo. Vult Apostolus innuptas & viduas abſque coitu permanere, & ad exemplum sui prouocat; & feliciores vocat, si sic permanſerint. si autem se continere non possunt, & ardorem libidinis non tam continentia volunt, quàm fornicatione reſtinguere; melius est nubere, quàm vri. Ad quod nos intulimus: Ideo melius est nubere, quia peius est vri: non nostram sententiam proferentes, sed interpretantes illud Apostoli, Melius est nubere, quàm vri, id est, melius est maritum ducere, quàm fornicari. Si vri, vel fornicari bonu esse docueris, tunc bono melius præferetur. Si autè nubere melius est, quod malo præferatur: nõ est germanæ & puræ integritatis, nec eius beatitudinis, quæ angelis cõparatur. Si dixerò, melius est virginem esse, quàm nuptam: bono melius prætulì. si autè alterum gradu fecerò, melius est nubere, quàm fornicari: ibi nõ bono melius, sed malo bonum prætulì. Multa diuersitas est inter id melius, quod nuptijs, & inter id, quod fornicationi anteponitur. Obſectò te, quid in hac diſſertatione peccaui? Propositum mihi erat, nõ ad meam voluntatè scripturas trahere, sed id dicere, quod scripturas velle intelligebã. Cõmentatoris officium est, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille, quem interpretatur, exponere. alioqui, si contraria dixerit, non tam interpres erit, quàm aduersarius eius, quem nititur explanare. Certè, vbi cùmque scripturas non interpretor, & liberè de meo sensu loquor, arguat me cui liber, durum quid dixisse contra nuptias, quod si non repererit, quidquid vel austerum esse videtur, vel durum, id scriptoris auctoritati, non interpretis officio deputet. Illud verò ferre quis posset, quod in me reprehenditur, quare ex-

ponens capitulum Apostoli, in quo de coniugibus scripsit, Tribulationem carnis habebunt huiusmodi, dixerim: Nos ignari rerum putabamus nuptias saltem carnis habere læticiam. Si autem nubentibus & in carne tribulatio est, in qua sola videbantur habere delicias: quid erit reliquum, propter quod nubant, cum & in spiritu, & in anima, & in ipsa carne tribulatio sit? Quæ hæc condemnatio matrimonij est, si infantum vagitus, filiorum mortes, diuortia, damna domus, & cætera huiusmodi tribulationem diximus nuptiarum? Dum adhuc viueret sanctæ memoriæ Damasus, librum contra Heluidium de beatæ Mariæ virginitate perpetua scripsimus: in quo necesse fuit nobis, ad virginitatis beatitudinem prædicandam, multa de molestijs dicere nuptiarum. Num vir egregius, & eruditus in scripturis, & virgo, Ecclesiæ virginis doctor, aliquid in illo sermone reprehendit? In libro quoque ad Eustochium multa duriora de nuptijs diximus; & nemo super hac re læsus est. Amator quippe castitatis, præconium pudicitiae intenta aure captabat. Lege Tertullianum, lege Cyprianum, lege Ambrosium; & cum illis me vel accusa, vel libera. Inuenta sunt Plautinæ familiæ, & scio tantum ad detrahendum, qui in eo se doctos ostentare velint, si omnium dicta lacerent, & in vna atque eadem causa vtrumque, id est, & me & aduersarium reprehendant: vt, cum è duobus alterum necesse sit vincere, ambos victos esse contendant. Porro, vbi de digamis, & trigamis differentes diximus, Melius est, licet alterum & tertium, vnum virum nosse, quàm plurimos; id est, tolerabilius est vni homini prostitutam esse, quàm multis; nonne statim, cur hoc dixerim, subiecimus? Si quidem & illa in euangelio Samaritana, sextum maritum habere se dicens, arguitur à Domino, quod non sit vir eius. Ego etiam nunc libera voce proclamo, non damnari in Ecclesia digamiam, immo nec trigamiam; & ita licere quinto, & sexto, & vltra, quo modo & secundo marito nubere: sed quo modo non damnantur istæ nuptiæ, ita nec prædicantur. Solatia miseriæ sunt, non laudes continentiae. vnde & in alio loco dixi: Vbi vnus maritus excidit, nihil refert, secundus, an tertius sit: quia definit esse monogamus. Omnia licent, sed non omnia expediunt. Non damno digamos, immo nec trigamos, & si dici potest, octogamos: habeat, cui liber, octauum maritum, & esse designat prostituta.

Ioan. 4.

CAP. 8.

Veniam & ad illum locum, in quo arguor, quare dixerim dumtaxat, iuxta Hebraicam veritatem, in die secundo non additum, sicut in primo, & in tertio, & reliquis: Vidit deus, quia bonum est: statimque subiecerim, nobis intelligentiam derelinqui, non esse bonum duplicem numerum, qui ab vniõne diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noe, omnia animalia, quæcunque bina ingrediuntur; immunda sunt. Impar numerus est mundus. In hoc nescio quid reprehendatur interim de secunda die: vtrum quia scriptum est, & scriptum esse non diximus: an quia etiam si scriptum est, nos aliter intelleximus, quàm scripturæ simplicitas patitur. Scriptum non esse, in secundo die vidit Deus quia bonum est: non meum accipiant testimonium, sed cunctorum Hebræorum, & aliorum interpretum, Aquilæ videlicet, & Symmachi, & Theodotionis. Si autem scriptum non est, cum in cæteris diebus scriptum sit: aut reddant aliam probabiliorum causam, quare non scriptum sit, aut si non repererint, ingratis suscipiant quod à nobis dictum est. Porro si in arca Noë omnia animalia, quæ bina in-

Gen. 1.

Gen. 7.

grediuntur, immunda sunt, & impar numerus mundus est; & hoc scriptum esse nemo dubitat: quare scriptum sit, edisserant. si autem non edisserunt; quod à me expostum est, velint nolint, suscipiant. Aut profer meliores epulas, & me conuiuia utere: aut qualicumque nostra cænula contentus esto. Scilicet nunc enumerandum mihi est, qui ecclesiasticorum de impari numero disputarunt, Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, nostrorumq; Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius: quorum Hilarius de septenario, id est, impari numero disserens, quæ & quanta dixerit, ad Fortunarum liber illius testimonio est. An forsitan Pythagoram, & Architam Tarentinum, & Scipionem in sexto de republica, de impari numero proferam disputantes? Et si hos audire noluerint obrectatores mei; grammaticorum scholas eis faciam cõclamare, Numero deus impare gaudet. Grande piaculum, cuersæ sunt ecclesiæ: orbis audire non potest, si mundiorem virginitatem diximus esse, quam nuptias; si parem numerum impari subiciimus; & verberis testamenti typos euangelicæ veritati profecisse monstrauiimus. Cætera, quæ in libro nostro reprehensa sunt, vel leuiora puto, vel ad eundem sensum pertinentia. vnde ad ea respondere nolui, ne & libelli excedere magnitudinem; & tuo viderer ingenio diffidere; quem patronum causæ meæ ante habui, quam rogarem. Igitur hoc extrema voce protestor, me nec damnasse nuptias, nec damnare; respondisse aduersario, non meorum insidias formidasse. Virginitatem autem in cœlum fero, non quia habeam, sed quia magis mirer quod non habeo. Ingenua & verecunda confessio est; quo ipse careas, id in alijs prædicare. Numquid, quia graui corpore terræ hæreo, auium non miror volatus, nec columbam prædico, quod Radix iter liquidum, celeres neq; commouet alas? Nullus se decipiat: nemo blando adulatore se præcipitet. Prima est virginitas à prima natiuitate, secunda virginitas à secunda natiuitate. Nō est meus sermo, antiqua sententia est: Nemo potest duobus dominis seruire, carni, & spiritui. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc adinuicem sibi aduersantur: vt non, quæ volumus, illa faciamus. Quando aliquid tibi asperum videtur in nostro opusculo, non ad mea verba respicias, sed ad scripturâ, vnde mea tracta sunt verba. Christus virgo, mater virginis nostri virgo perpetua, mater & virgo. Iesus enim clausis ingressus est ostijs: & in sepulcro eius, quod nouum & in petra durissima fuerat excisum, nec antea quis, nec postea positus est. Hortus conclusus, fons signatus: de quo fonte ille fluuius manat iuxta Ioël, qui irrigat torrentem, vel funium, vel spinarum, funium peccatorum, quibus ante alligabamur; spinarum, quæ suffocant sementem patrisfamilias. Hæc est porta orientalis, vt ait Ezechiel, semper clausa, & lucida, operiens in se vel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitiæ & pontifex noster secundum ordinem Melchisedek ingreditur, & egreditur. Respondeant mihi, quo modo Iesus ingressus est clausis ostijs, cum palpandas manus, & latus considerandum, & ossa carnemq; monstraerit; ne veritas corporis, phantasma putaretur: & ego respondebo, quo modo sancta Maria sit & mater, & virgo, virgo post partum, mater antequam nupta. Igitur, vt dicere cœperamus, Christus virgo, virgo Maria, vtriusque sexus virginitatem dedicauere. Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes: episcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in æternum pudici. Quid no-

Matth. 6.

Ioan. 10. Luc. 23.

Cant. 4.

Ioel. 3.

Ezech. 44.

Ioan. 10. Luc. 24.

bismet ipsis illudimus, & irascimur, si subantibus nobis semper ad coitum, præmia pudicitia denegentur? Volumus opiparè comedere, vxorū adharere complexibus, & in numero virginum, & viduarum regnare cum Christo? idem ergo habebit fames præmium, & ingluuius: sordes, & munditiæ, saccus, & sericum? Lazarus recepit mala in vita sua; & diues ille purpuratus, crassus, & nitidus, fruius est carnis bonis, dū adiuueret; sed diuersa post mortem tenent loca. miseriarum delicijs, & deliciarum miseriarum cõmutantur. in nostro arbitrio est, vel Lazarum sequi, vel diuitem.

Luc. 16.

HIERONYMI AD DOMNIONEM APOLOGETICON.

EPISTOLA LI. ARGUMENTVM.

IN monachum quendam, qui libros suos contra Iouinianū hæreticum ab eo alioq; conuictum, quasi in eis matrimonio detraxisset, cauillabatur, Domnioni amico respondens sursum, ac deorsum miris illum iocis exagitat, inuehitur.



ITTERÆ tuæ & amore pariter sonant, & querelam; amorem tuum, quo sedulo monens, etiam quæ tuta sunt, in nobis pertimescis: querelam eorum, qui non amant, & quærentes occasionem in peccatis, garrunt aduersus fratrem suum, & contra filium matris suæ ponunt scandalum. scribis enim, monachum, imo nescio quem de truiuo, de compitis, de plateis circūforaneum, rumigerulum, vassum tantum ad detrahendum, qui per trabem oculi sui festucam alterius

Luc. 6.

nitatur eruere, concionari aduersum me, & libros, quos contra Iouinianum scripsi, canino dente rodere, lacerare, conuellere; hunc dialecticum vrbis vestra, & Plautinæ familiæ columen, non legisse quidem κατηγορίας Aristotelis, non περί ἑρμηνείας, non τοπικά, non saltem Ciceronis τοπῆς, sed per imperitorū circulos, mulierularumq; συμποσία, syllogismos texere, & quasi sophismata nostra callida argumentatione dissoluere. Stultus ego, qui me putauerim hæc absque philosophis scire non posse, qui meliorem styli partem eam legerim, quæ deleret, quam quæ scriberet. Frustra ergo Alexandri verti commentarios: nequidquã me doctus magister per ἑισαγωγῆν introduxit ad logicam: & vt humana contemnã, sine causâ Gregorij Nazianzenum, & Didymum in scripturis sanctis catechistas habui: nihil mihi profuit Hebræorum eruditio, & ab adolescentia vsque ad hanc ætatem quotidiana in lege, prophetis, euangelijs, apostolisq; meditatio. Inuētus est homo absq; præceptore perfectus, ὁνοματωφόρος, ἠθῆτος, καὶ ἀπὸ διδασκῆτος, qui eloquentia Tullium, argumentis Aristotelem, prudentia Platonem, eruditione Aristarchum, multitudine librorum Chalcenterum, Didymum scientia scripturarum, omnesque sui temporis vincat tractatores. Denique dicitur materiam poscere, & Carneadem aliquid referens, in vtramq; partem, hoc est, & pro iustitia & contra iustitiam disputare. Liberatus est mundus à periculo, & hereditariæ, vel centum virales causæ de barathro erutæ; quod hic, forum negligēs, se ad Ecclesiam transtulit. Quis, hoc volente, fuisset innocuus? quem criminofum non huius seruasset oratio, cum cœpisset in digitis partiri causam, & syllogismorum suorum retia tendere: nam si apploisset pedem, intendisset oculos, rugasset frontem, iactasset manum, verba tonasset, tenebras illico ob oculos offudisset iudicibus. Nec mirum, si me & absentem iamdiu, & absque vsu Latine linguæ,

linguæ, semigræculum barbarumque, homo latinissimus & facundissimus superet, cum præsentem Iovinianum, Iesu bone qualem & quantum virum, cuius nemo scripta intelligeret, dignum qui sibi caneret tantum & musis, eloquentiæ suæ mole oppresserit. Quæso igitur te pater carissime, vt moneas eum, ne loquatur contra propositum suum, ne castitatem habitu pollicens, verbis destruat, ne virgo, vel continens, (ipse enim viderit, quid esse se iactet) maritatas virginibus comparet, & frustra aduersus hominem disertissimum tanto tempore digladiatus sit. Audio præterea eum libenter virginum & viduarum cellulas circumire, & adducto supercilio, de sacris inter eas litteris philosophari. Quid in secreto, quid in cubiculo mulierculas docet? Vt hoc sciant esse virgines, quod maritatas; vt florem ætatis non negligant, vt comedant & bibant, & balneas adeant, munditias appetant, vnguenta non spernant? an magis ieiunia, & pudicitiam, & illuuiem corporis? vtiq; illa præcipit, quæ plena virtutis sunt. Fateatur ergo publicè, quod domi loquitur: aut, si & domi eadem docet, quæ & publicè; à puellarum consortio separandus est. Miror autem, non erubescere iuuenem, & monachum, vt sibi videtur, disertum, cuius de ore veneres fluunt, qui tantæ in sermocinando elegantia est, vt comico sale ac lepore conspersus sit, lustrare nobilium domos, hærare salutationibus matronarum, religionem nostram paganam facere, & fidem Christi contentione torquere verborum, atque inter hæc fratri suo detrahere. Vtiq; si errare me arbitratus est, (in multis enim offendimus omnes, & si quis in verbo non peccat, hic perfectus est vir) debuit vel arguere, vel interrogare per litteras, quod vir eruditus & nobilis fecit Pammachius: cui ego responsum dedi, vt potui; & epistola longiore disserui, quo quidquid sensu dixerim. Imitatus saltem fuisset tuam verecundiam, qui ea loca, quæ scandalum quibusdam facere videbantur, excerpta de volumine per ordinem digessim, poscens vt vel emendarem, vel exponerem; & non tantæ me putasti demerentia, vt in vno atque eodem libro & pro nuptijs, & contra nuptias scriberem. Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini Christiano monachum se esse non loquendo, & discursando, sed tacendo, & sedendo nouerit. Legat Hieremiam, dicentem, Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solus, & tacebit: quia tulit super se iugum. Aut, si certè in omnes scriptores censoriam accepit virgulam, & iccirco se eruditum putat, quia Iovinianum solus intelligit, est quippe proverbium: Balbum melius balbi verba cognoscere: πάντας συγγραφείς πέλλαμος Αττίλιο Ιουδία. Ipse quoq; Iovinianus, συγγραφείς ἀγράμματος, iustissimè proclamabit: quod me damnant episcopi, non est ratio, sed conspiratio. Nolo mihi ille vel ille respondeat, quorum me auctoritas opprimere potest, docere non potest. Scribat contra me vir, cuius & ego linguam intelligam, quæ cū vicerō, omnes homines simul vicerim. ego enim bene noui. Experto credite, quæuis in clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. Fortis est, & in disputando nodosus, & tenax, & qui obliquo & acuminato pugnet capite. Sæpe de nocte vsque ad vesperam contra nos in plateis clamauit: habet latera, & athletarū robur, & belle corpulentus est. Videtur mihi occultè mei dogmatis esse sectator. Præterea numquam erubescit, nec considerat quid, sed quantum dicat, & in tantam venit opinionem eloquentiæ, vt soleant dicta eius Cirratorum esse dictata. Quoties me iste in circulis stomachari fecit, & adduxit ad choleram: quoties conspuit

& consputus abscessit? Sed hæc vulgaria sunt, & à quolibet de sectatoribus meis possunt fieri: ad libros prouoco, ad memoriam in posteros transmittendam. Loquamur scriptis, vt de nobis tacitus lector iudicet, vt quo modo ego discipulorum gregem duco, sic ex huius nomine Gnathonici, vel Phormionici vocentur. Non est grande, mi Domnion, garrere per angulos, & medicorū tabernas, ac de mundo ferre sententiam: hic benè dixit, ille malè: iste scripturas nouit, ille delirat: iste loquax, ille infantissimus est. Vt de omnibus iudicet, cuius hoc iudicio meruit? Contra quolibet passim in triuiliis streperè, & cogerere maledicta, nō crimina, scurrarum est, & parasitorum. Moueat manum; figat styllum; commoueat se, & quidquid potest, scriptis ostendat: det nobis occasione respondendi disertitudini suæ. Possum remordere, si velim: possum genuinum dentem læsus infingere. Et nos didicimus litteras, Et nos sæpe manum ferulæ subduximus. De nobis quoq; dici potest, Fenem habet in cornu, longe fuge. Sed magis volumus esse discipuli eius, qui ait: Dorsum meum posui ad flagella, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. Qui cum malediceretur, non remaledixit: & post alas, crucem, flagella, blasphemias, nouissimè pro crucifigentibus deprecatus est, dicens: Pater ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. Et ego ignosco errori fratris: intelligo, quia diaboli arte deceptus est. Inter mulierculas sciolus sibi & eloquens videbatur: postquam Romam mea opuscula peruenerunt, quasi æmulum exhorruit, & de me quoq; captauit gloriam, vt nullus esset in terris, qui non eius eloquentiæ displiceret, exceptis iis, quorum potentiæ non parcat, sed cedit, immo quos non honorat, sed metuit. Voluit scilicet homo peritissimus, vt veteranus miles, vno rotatu gladij percutere vtrumque, & ostendere populis, quod quidquid ipse vellet, hoc scriptura sentiret. Dignetur igitur nobis sermonem suum mittere, & non reprehendendo, sed docendo garrulitatem nostram corrigere. tunc intelliget aliam vim fore esse, aliam trichinij, non æquè inter fusos & calathos puellarum, & inter eruditos viros de diuinæ legis dogmatibus disputari. nunc liberè & impudenter iactat in vulgus, & perstreptit, damnat nuptias, & inter vteros tumentes, infantium vagitus, & lectulos maritorum, quid Apostolus dixerit, tacet, vt me solum in inuidiam vocet. cum autem ad libros venerit, & pedem pedi contulerit, & vel proposuerit aliquid de scripturis, vel audierit pronentem: tunc sudabit, tunc hærebit: procul Epicurus, longe Aristippus: subulci non aderunt, seta scropha non grūnnet. Et nos tela, pater, ferrumq; haud debile dextra Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis. Porro, si non vult scribere, & tantum maledictis agendum putat, audiat, tot interiacentibus terris, fluctibus, populis, saltem hoc clamoris mei: Non damno nuptias, non damno coniugium: & vt certius sententiam meam teneat, volo omnes, qui propter nocturnos forsitan metus soli cubitare non possunt, vxores ducere.

Isob. 1.

Thren. 3.

Esa. 40.
1. Petri. 2.

Luc. 11.

Luc. 11.

HIERONYMVS AD PAMMACHIVM, PRO LIBRIS SVIS ADVERSVS IOVINIANVM.
EPISTOLA LII.
ARGVMENTVM.

PAMMACHIVM, Paule generum, & Marcellæ consobrinum, quod eius exemplaria contra Iovinianum, quibus multi offensus sunt, occultauerit, laudat: verum, quia

id vbiq; fieri non poterat, Apologeticum pro eis mittit, & amicum, iam iam futurum sacerdotem, ad sacrarum litterarum studium, & suorum operum lectionem hortatur.



CH R I S T I A N I interdum pudoris est, etiam apud amicos tacere, & humilitatem suam magis silentio consolari, quam, retrestando veteres amicitias, ambitionis crimen incurrere. Quamdiu tacuisti, tacui, nec vquam expo-

stulare super hac re volui; ne non amicum querere, sed potentiorum viderer expetere: nunc autem prouocatus officio litterarum primas partes semper habere tentabo, & non tam referbere, quam scribere; vt & verecunde hucusque tacuisse, & verecundius loqui ccepisse cognoscat. De opusculis meis contra Iovinianum, quod & prudenter & amanter feceris exemplaria subtrahedo, optimè noui, sed nihil profuit ista diligentia, cum aliquanti ex vrbe venientes, mihi eadem lectarent, quæ se Romæ excepisse referebat. in hac quoq; prouincia iam libri fuerant diuulgati: & vt ipse legisti, nescit vox missa reuerti. non sum tantæ felicitatis, quantæ plerique huius temporis tractatores, vt nugas meas, quando voluerim, emendare possim. statim vt aliquid scripsero, aut amatores mei, aut inuidi, diuerso quidem studio, sed pari certamine, in vulgus nostra disseminant; & vel in laude, vel in vituperatione nimij sunt, non meritum styli, sed suum stomachum sequentes. itaque, quod solum facere porui, apologeticum ipsius operis tibi misi, quem *προφάνισσα*, & te poscente edidi. quem cum legeris, aut ipse pro nobis cæteris satisfacies; aut, si tu quoque narem cõtraxeris, illam Apostoli *περιπονήν*, in qua de virginitate & nuptijs disputat aliter differere compelleris. Nec hoc dico, quod te ad scribendum prouocem; cuius in sacris litteris studium mihi præfero, sed vt alios, qui nos lacerat, hoc facere compellas. Norunt litteras: videntur sibi scioli: possunt me non reprehendere, sed docere. si quid scripserint, magis ex operis eorū comparatione mea interpretatio negligetur. Lege, quaeso te, & diligenter Apostoli verba considera: & tunc videbis, me propter calumniam declinandam multo plus; quam ille voluit, in maritos fuisse clementem. Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Casariensis, Didymus, Apollinarius, latissime hanc epistolam interpretati sunt: quorum Pierius cum sensum Apostoli ventilaret atque edisfereret, & proposuisset illud exponere: Volo autè omnes esse sicut me ipsum, adiecit, *ταύτης λέγων ὁ πάλλος ἀντιπυρὸς ἀγαθὴν κηρύσσει*. Quod hic, quaeso, peccatū meū est, quæ duritia? Vniuersa, quæ scripsi, huic sententiæ comparata leuissima sunt. Reuolue omnium, quos supra memorauī, commentarios; & ecclesiarum bibliothecis fruere; & magis concito gradu ad oprata acceptaq; peruēnies. Audio totius in te vrbis studia concitata: audio pontificis & populi voluntatem pari mente congruere. Minus est tenere sacerdotium, quam mereri. Libros sedecim prophetarum, quos in Latinum de Hebræo sermone verti, si legeris, & delectari te hoc opere cõpèrero; prouocabis nos, etiam cætera clausa armario non tenere. Transuli nuper Iob in linguam nostram: cuius exemplar à sancta Marcella, consobrina tua, poteris mutuari. Lege eundem Græcum & Latinum & veterem editionem nostræ translationi compara: & liquidò peruidebis, quātum distet inter veritatem, & mendacium. Miseram quedam *τῶν ὑπομονημάτων* in prophetas duodecim sancto patri Domnioni, Samsuelem quoque & Malachiam, id est, quatuor Re-

3. Cor. 7.

gum libros, quæ si legere volueris, probabis, quantæ difficultatis sit diuinam scripturam, & maximè prophetas intelligere, & interpretum vitio, quæ apud tuos purissimo cursu orationis labuntur, apud nos scætere vitijs. Porro elequentiam, quam pro Christo in Cicerone contemnis, in paruulis ne requiras. ecclesiastica interpretatio, etiam si habet eloquij venustatem, dissimulare eam debet, & fugere; vt non otiosis philosophorum scholis, paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi.

HIERONYMVS ADVERSVS
VIGILANTIVM AD RIPA
RIVM PRESBYTERVM.
EPISTOLA LIII.
ARGVMENTVM.

RIPARIVS presbyter scripserat ad D. Hieronymum, quo modo Vigilantius hæreticus in martyrum reliquias, & solemnes, quæ in eorum templis fiebant Christianorum Vigiliæ, sicut Nouatores hodie faciunt, debaccharetur. respondens nunc ei vir sanctus, veluti quodam pugnae preludio velitatus, hæresim generatim percutit, ostendens, si hæretici librum mittat, se longi oratione eius ineptijs respondurum.



R E C E P T I S primū litteris tuis, non respondere, superbia est; respondere, temeritatis. De his enim rebus interrogas, quæ & proferre, & audire sacrilegium est. Ais, Vigilantium, qui *κατ' ἀντιπροσώπῳ* hoc vocatur nomine; nam Dormitantius rectius diceretur, os fœtidum rursum aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias, & nos, qui eas suspicimus, appellare cinerarios, & idololatrias, qui mortuorum hominum ossa veneremus. O infelicem hominem, & omni lacrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens non se intelligat esse Samaritanum, & Iudæum, qui corpora mortuorum pro immundis habent, & etiam vasa, quæ in eadem domo fuerint, pollui suspicantur, sequentes occidentem litteram, & nõ viuificantem spiritum. Nos autem non dico martyrum reliquias, sed ne solem quidem, & lunam, non angelos, non archangelos, non cherubim, non seraphim, & omne nomen, quod nominatur & in presenti sæculo & in futuro, colimus, & adoramus, ne seruiamus creaturæ potius, quam creatori, qui est benedictus in sæcula. Honoramus autem reliquias martyrum, vt eum, cuius sunt martyres, adoremus. Honoramus seruos, vt honor seruorum redudet ad Dominum, qui ait: Qui

Math. 16

vos suscipit, me suscipit. Ergo Petri & Pauli immundæ sunt reliquiae? ergo Moysi corpusculum immundum erit, quod iuxta Hebraicam veritatem ab ipso sepultum est Domino? & quotiescumque apostolorum, & prophetarum, & omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorum templa veteramur? accensiq; ante tumulos eorum cerei, idololatriæ insignia sunt? Plus aliquid dicā, quod redudet in auctoris caput, & insanum cerebrum vel sanct aliquando, vel deleat, ne tantis sacrilegijs simplicium animæ subuertatur. Ergo & Domini corpus, in sepulcro positū, immundum fuit? & angeli, qui candidis vestibus utebantur, mortuo cadaueri atque polluto præbebant excubias, vt post multa sæcula Dormitantius somniaret, immo eructaret immundissimam crapulam; & cum Iuliano persecutore, sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa cõuerteret? Miror sanctū episcopū, in cuius parochia esse præbyter dicitur, acquiescere furori eius, & non virga apostolica, virgaq; ferrea confringere vas inutile, & tradere in interium

Deut. 14

Mat. 16

1. Cor. 6

carnis

Pſal. 49. carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat: nec meminerit illius di-
 Pſal. 100. ſti: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adul-
 Pſal. 118. teris portionem tuam ponebas. Et in alio loco: In
 matutino interficiebam omnes peccatores terra, vt
 diſperderem de Ciuitate Domini omnes operantes
 iniquitatem. Et iterum: Nonne odiſtes te, Domine,
 odio habui, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Per-
 ſeſto odio oderam illos. Si non ſunt honorandæ reli-
 quie martyrum, quo modo legimus: Pretioſa in con-
 ſpectu Domini mors ſanctorum eius? Si oſſa mortuo-
 rum polluit contingentes, quo modo Eliſæus mor-
 tuus mortuum ſuſcitauit, & dedit vitam corpus, quod
 iuxta Vigilantium iacebat immundum? Ergo omnia
 caſtra Iſraelitici exercitus & populi Dei fuere immū-
 da, quia Ioseph & patriarcharum corpora portabant
 in ſolitudine, & ad ſanctam terram immūdos cineres
 pertulerunt? Ioseph quoque, qui in typo præceſſit Do-
 mini Saluatoris noſtri, ſcleratus fuit, qui tāta ambi-
 tione Iacob in Hebron oſſa portauit, vt immundum
 patrem auo & atauo ſociaret immūdis, & mortuum
 mortuis copularet? O præcidendam linguam à me-
 dicis, immo infanum curandum caput, vt qui loqui
 neſcit, diſcat aliquādo reticere. Ego vidi hoc aliquā-
 do portentum, & testimonijs ſcripturarum, quaſi vin-
 culis Hippocratis, volui ligare furioſum: ſed abiit, ex-
 ceſſit, euasit, erupit, & inter Hadria ſtuctus, Cotijque
 regis alpes in nos declamando clamauit. quidquid
 enim amens loquitur, vociferatio, & clamor eſt ap-
 pellandus. Tacita me forſitan cogitatione reprehend-
 das, cur in abſentem inuehar. Fatebor tibi dolorem
 meum. ſacrilegium tātum patienter audire non poſ-
 ſum. legi enim Siromafthen Phinees, auſteritatē Eliæ,
 zelum Simonis Cananæi, Petri ſeueritatem, Anania
 & Sapphiram trucidantis, Paulique conſtantiam, qui
 Elymam magum, vijs Domini reſiſtentem, æterna
 crucitate damnauit. Non eſt crudelitas, pro Deo pia-
 ritas. Vnde & in lege dicitur: Si frater tuus, & amicus,
 & vxor, quæ eſt in ſinu tuo, deprauare te voluerit à
 veritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguine
 eorum, & auferes malum de medio Iſrael. Iterum di-
 cam: Ergo martyrū immundę ſunt reliquie? Et quid
 paſſi ſunt apoſtoli, vt immundum Stephani corpus
 tanta funeris ambitione præcederent, vt facerent ei
 plāctum magnum, vt eorum luctus in noſtrum gau-
 dium verteretur? Nam quōd dicitur eum vigilias ex-
 ecrationi: facit & hoc contra vocabulum ſuum, vt velit
 dormire Vigilantius, & non audiat Saluatorē dicen-
 tem: Sic nō potuiſtiſ vna hora vigilare mecum? Vigi-
 late, & orate, ne intretis in tentationem: Spiritus prō-
 ptus eſt, ſed caro infirma. Et in alio loco propheta de-
 canſat: Media nocte ſurgebā, vt conſiterer tibi ſuper
 iudicia iuſtitie tue. Dominum quoque in euangelio
 legimus pernoctaffe, & apoſtolos clauſos carcere to-
 ta nocte vigilaffe, vt illis pſallentibus, terra quaterer-
 tur, cuſtos carceris crederet, magiſtratus & ciuitas ter-
 rentur. Loquitur Paulus: Orationi inſiſtite, vigila-
 tes in ea. Et in alio loco: In vigilijs frequenter. Dormi-
 at itaque Vigilantius, & ab exterminatore Ægypti
 cum Ægyptijs dormiens ſuffocetur. Nos dicamus
 cum Dauid: Non dormitabit, neque dormiet, qui
 cuſtodit Iſrael, vt veniat ad nos ſanctus & Hir, qui
 interpretatur vigil. Et ſi quando propter peccata no-
 ſtra dormient, dicamus ad eum: Surge, vt quid dor-
 mitas Domine? excitemusque illum, & nauicula
 fluctuante, clamemus: Magiſter ſaluus nos fac peri-
 mus. Plura diſtare volueram, ſi non epistolariſ bre-
 uitas pudorem nobis tacendi imponeret; & ſi libro-
 rum ipſius ad nos voluiſſes mittere cantilenas, vt ſci-
 re poſſemus, ad quæ reſcribere deberemus. nunc au-

tem aërem verberauimus; & non tam illius infideli-
 tatem, quæ omnibus patet, quàm noſtram fidem aper-
 uimus. cæterum, ſi volueris longiorem nos aduer-
 ſum eum librum ſcribere, mitte narnias illius,
 & ineptias, vt Ioannem Baptiſtam audiat prædican-
 tem: Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Math. 3.
 Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum,
 excidetur, & in ignem mittetur.

HIERON. ADVERSUS
VIGILANTIVM.
ARGUMENTVM.

VIGILANTIVS, Gallus natione, Barcionenſis ec-
 cleſie, qua in Hiſpania eſt, presbyter, homo, auctore Gen-
 nadio, in diuinis ſcripturis imperitus, eloquens tamen, & ar-
 gutus, cleri primum improbo calibaru: aiebat non eſſe
 martyres, aut eorum reliquias venerandas, neque ad eorum
 ſepulcra in eccleſijs vigilandum, vt qui nos precibus ſuis
 adiuuare nequirent, & ſigna, quæ per eos fierent, incredulis
 dumtaxat prodeſſent. Cereos fruſtra in templis clara luce ac-
 cendi, præterea cauſabatur. Eleemoſynas Hieroſolimam mi-
 tri debere negabat: hominiſque ſubſtantiam retinendam,
 paulatimque porius diſtribuendam, quàm omnem ſemel in
 pauperes effundendā aſſeuerabat: monachorum denique in
 ſolitudinem fugam vituperabat. Huius heretici librum Ri-
 parius, & Deſiderius per Siſinnium fratrem Hieronymo, ve
 eius reſponſione confutaretur, miſerant. Reſponder nunc
 acriter ac excitabile vir ſanctus, hæreſimque imperiti ho-
 minis omnem iugulat. Vt nam ſcioli, & oculatores noſtri
 temporis Vigilantij, tanti doctoris auctoritate, rationibus
 que proſtrati, vnā cum eo penitus obdormiſcerent.



VLTIMA in orbe monſtra generata
 ſunt. Centauros, & Sirenas, vlulas,
 & onocrotalos in Eſaia legimus. Iob
 Leuiathan & Behemoth myſtico
 ſermone deſcribit. Cerberum &
 Stryphalidas, aprumque Eriman-
 thium, & leonem Nemeæum, chimæram, atque hy-
 dram multorum capitum narrat fabulæ poetarum.
 Cacum deſcribit Virgilius. triformem Geryonem
 Hiſpaniæ prodiderunt. ſola Gallia monſtra non ha-
 buit, ſed viris ſemper fortiffimis & eloquentiffimis
 abundauit. Exortus eſt ſubito Vigilantius, ſeu verius
 Dormitantius, qui immundo ſpiritu pugnet contra
 Chriſti ſpiritum, & martyrum neget ſepulcra vena-
 randa, damnandas dicat eſſe vigilias, numquam niſi
 in paſcha Alleluia cantandum, continentiam, hære-
 ſim, pudicitiam, libidinis ſeminarium. & quo modo
 Euphorbus in Pythagora renatus eſſe perhibetur, ſic
 in iſto Iouiniani mens praua ſurrexit: vt in illo, & in
 hoc diaboli reſpondere cogamur inſidijs. Cui iure
 dicitur: Semen peſſimum. para filios tuos occiſioni
 peccatis patris tui. Ille Romanæ Eccleſiæ auctori-
 tate damnatus, inter phaſides aues, & carnes ſuillas nō
 tam emiſit ſpiritum, quàm eructauit: iſte caupo Ca-
 lagurritanus, & in peruerſum propter nomen vi-
 culi mutus Quintilianus, miſcet aquam vino, & de
 artificio priſtino ſuæ venena perſidiæ catholicæ fidei
 ſociare conatur, impugnare virginitatem, odiſſe pu-
 dicitiam, in conuiuio ſæcularium contra ſanctorum
 ieiunia proclamare; dum inter phialas philoſophat-
 ur, & ad placentas liguriens, palmarum modula-
 tione mulceatur, vt tantum inter epulas, Dauid & I-
 dithum, & Aſaph, & filiorum Chore cantica audire
 dignetur. Hęc dolentis magis effudi animo, quàm ri-
 dentis; dum me cohibere non poſſum, & iniuriam
 apoſtolorum ac martyrum ſurda nequeo aure traſi-
 re. Pro neſas, episcopos ſui ſcleris dicitur habere cō-
 ſortes: ſi tamen episcopos nominandi ſunt, qui non
 ordinant diaconos, niſi prius vxores duxerint, nulli
 cælibi credentes pudicitiam, immo oſtendentes
 M 5 quāna

CAP. I.
Eſa. 34.
Iob 40.

Eſa. 14.

quàm sanctè viuant, qui malè de omnibus suspicantur. & nisi prægnautes vxores viderint clericorum, infantesque de vlnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient orientes ecclesiarum: quid Egypti, & Sedis Apoltolicae; quae aut virgines clericos accipiunt, aut continent; aut, si vxores habuerint, mariti esse desistunt? Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permittens, & naturalem carnis ardorem, qui in adoleſcentia plerumque feruescit, suis hortatibus duplicans, immo extinguens coitu feminarum: vt nihil sit, quo distemus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ab equis: de quibus scripſum est: Equi insanientes in feminas facti sunt mihi: vnusquisque in vxorem proximi sui hinniebat. Hoc est, quod loquitur per Dauid spiritus sanctus: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Et rursus de Dormitatio, & socijs eius: In chamo, & freno maxillas eorum confringe, qui non approximant ad te.

Hier. 25.

Psal. 31.

CAP. 2.

Sed iam tempus est, vt ipsius verba ponentes, ad singula respondere nitamur, Fieri enim potest, vt rursus malignus interpres dicat fictam à me materiam, cui rhetorica declamatione respondeam, sicut illam, quam scripsi ad Gallias, matri & filiae inter se discordantibus. Auctores sunt huius distantiunculae meae sancti presbyteri Riparius, & Desiderius, qui parochias suas vicinia istius scribunt esse maculatas, miseruntque libros per fratrem Sisinnium, quos inter erapulam stertens euomit: & asserunt repertos esse nonnullos, qui fauentes vitijs suis, illius blasphemijs acquiescant. Est quidem imperitus, & verbis, & scientia, & sermone inconditus, ne vera quidem potest defendere: sed propter homines saeculi, & mulierculas oneratas peccatis, semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes, vna lucubrationum illius naenij respondebo; ne sanctorum virorum, qui vt hoc facerem, me deprecati sunt, videar litteras respuisse. Nimirum responder generi suo, vt qui de latronum & conuenarum natus est semine: quos Cn. Pompeius, edomita Hispania, & ad triumphum redire festinans, de Pyrenaei iugis deposuit, & in vnum opidum congregauit, vnde & conuenarum vrbs nomen accepit. Hucusque latrocinetur contra Ecclesiam Dei: & de Vectonibus, Arrebacis, Celtiberisque descendens, incurſet Galliarum ecclesias, portetque nequaquam vexillum Christi, sed insigne diaboli. Fecit hoc idem Pompeius, etiam in orientis partibus, vt, Cilicibus & Isauris piratis, latronibusque superatis, sui nominis inter Ciliciam & Isauriam conderet ciuitatem. sed haec vrbs hodie seruat scita maiorum; & nullus in ea ortus est Dormitantius. Galliae vernaculum hostem sustinent, & hominem mori capitis, atque Hippocratis vinculis alligandum, sedentem cernunt in ecclesia, & inter caetera verba blasphemiae, ista quoque dicentem: Quid necesse est, te tanto honore non solum honorare, sed etiam adorare illud nescio quid, quod in modico vasculo transferendo colis? Et rursus in eodem libro: Quid puluerem, linteamine circumdatum, adorando oscularis? Et in consequentibus: Prope ritum gentium videmus sub praetextu religionis introductum in ecclesias, sole adhuc fulgente moles cereorum accendi, & vbi cumque puluisculum nescio quod, in modico vasculo pretioso linteamine circumdatum, osculantes adorare. Magnum honorem praebent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant de vilissimis cereolis illustrandos: quos agnus, qui est in medio throni, cum omni fulgore maiestatis suae illustrat. Quis enim, o insanum caput, ali-

Apo. 22.

quando martyres adorauit? quis hominem putauit Deum? nonne Paulus, & Barnabas, cum à Lycaoni- bus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hostias immolare, sciderunt vestimenta sua, & se homines esse dixerunt? non quod meliores non essent olim mortuis hominibus, Ioue, atque Mercurio: sed quod sub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium, se adorare cupientem, manu subleuauit, & dixit: Surge: nam & ego homo sum. Et audes dicere, illud, nescio quid, quod in modico vasculo transferendo colis? Quid est illud, nescio quid? scire desidero, expone manifestius, vt tota libertate blasphemem. Puluisculum, inquit, nescio quod, in modico vasculo pretioso linteamine circumdatum. Dolet martyrum reliquias pretioso operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proci in sterquilium, vt solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus imperator, qui sanctas reliquias Andreae, Lucae, & Timothei tranſtulit Constantinopolim, apud quas demones rugiunt, & inhabitatores Vigilantijs illorum se sentire praesentiam consentunt? Sacrilegus dicitur est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudaea tranſtulit in Thraciam: Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos in serico, & vase aureo portauerunt? Stulti omnium ecclesiarum populi, qui occurrunt sanctis reliquijs, & tanta latitia, quasi praesentem, videntemque prophetam cernerent susceperunt, vt de Palaestina vsque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem vna voce resonarent? Videlicet adorabant Samuelem, & non Christum, cuius Samuel & leuita, & prophetae fuit. Mortuum suspicaris, & iccirco blasphemias. Lege euangelium: Deus Abraam, Deus Isaac, Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuorum. Si ergo viuunt, honesto iuxta te carcere non clauduntur. Ais enim, vel in sinu Abrahae, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei, animas apostolorum & martyrum confedisse, nec posse suis tumulis, & vbi voluerint, adesse praesentes. Senatoriae videlicet dignitatis sunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestaque custodia in fortunatorum insulis & in campis Elysijs recludantur. Tu Deo leges? Tu apostolis vincula iniicies, vt vsque ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint cum Domino suo? de quibus scriptum est: Sequuntur agnum, quocumque vadit. Si agnus vbi que, ergo & hi, qui cum agno sunt, vbi que esse credendi sunt. Et cum diabolus, & demones toto vagentur orbe, & celeritate nimia vbi que praesentes sint, martyres, post effusionem sanguinis sui, arca operientur inclusi, & inde exire non poterunt?

Actu 4.

Actu. 19.

Mat. 11.

Apo. 6.

Apo. 14.

CAP. 5.

Apo. 6.

Exod. 11.

Act. 7.

Act. 17.

Dicis in libello tuo, quod, dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, praesertim cum martyres, vltionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare non quierint. Si apostoli, & martyres, adhuc in corpore constituti, possunt orare pro caeteris, quando pro se adhuc debet esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam: & Stephanus, imitator Domini sui, & primus martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur: & postquam cum Christo esse coeperint, minus valebunt? Paulus apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in nauis animas condonatas, & postquam resolutus

resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausurum est, & pro ijs, qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste proponerem, si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique sancti non appellantur mortui, sed dormientes. Vnde & Lazarus, qui resurrecturus erat, dormisse perhibetur, Et Apostolus vetat Theſſalonicenses de dormientibus contristari. Tu vigilans dormis, & dormiens scribis: & proponis mihi librum apocryphum, qui sub nomine Eſdræ à te, & similibus tui legitur: vbi scriptum est, quòd post mortem nullus pro alijs audeat deprecari: què ego librū numquā legi. quid enim necesse est in manus sumere, quòd Ecclesia non recipit? Nisi fortè Balsamum mihi, & Barbelum, & thesaurum Manichæi, & ridiculum nomen Leusiboræ proferas: & quia ad radices Pyrenæi habitas, vicinusque es Hiberiæ, Basilidis, antiquissimi heretici, & imperitiæ scientiæ, incredibilia portenta prosequeris, & proponis quod totius orbis auctoritate damnatur. Nam in commentariolo tuo, quasi pro te faciens, de Salomone sumis testimonium, quod Salomon omnino non scripsit: vt, qui habes alterum Eſdræ, habeas & Salomonem alterum: & si tibi placuerit, legito fictas reuelationes omnium patriarcharum, & prophetarum: & cum illas didiceris, inter mulierum textrinas cantato, immo legendas propone in tabernis tuis: vt facilius per has nœnias vulgus indoctum prouoces ad bibendum. Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris; sed vt noctis tenebras hoc solatio temperemus, & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quòd si aliqui, propter imperitiā, & simplicitatem, secularium hominum, vel certè religiosarum seminarum, de quibus verè possumus dicere: Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt: quid inde perdis? Causabantur quondam & apostoli, quòd periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt. neque enim Christus indigebat vnguento, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honore Christi hoc fecit, deuotioque mentis eius recipitur: & quicumque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem, dicente Apostolo: Vnusquisque in suo sensu abudet. Idololatrias appellas huiusmodi homines? Non diffiterer, omnes nos, qui in Christo credimus, de idololatriæ errore venisse. nō enim nascimur, sed renascimur Christiani. & quia quondam colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, ne simili eum videamus cum idolis honore venerari: illud fiebat idolis, & iccirco detestandum est: hoc fit martyribus, & iccirco recipiendum est. nam & absque martyrum reliquijs per totas orientis ecclesias, quando legendum est euangelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. vnde & virginis illæ euangelicæ semper habent accensas lampades suas: & ad apostolos dicitur: Sincumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et de Ioanne Baptista: Ille erat lucerna ardens, & lucens: vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in psalterio legitur: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis. Male facit ergo Romanus episcopus, qui super mortuorum hominum Petri, & Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem puluisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria: & non solū vnus yrhis, sed

totius orbis errant episcopi, qui cauponem Vigilantium contemnent, ingrediuntur basilicas mortuorum, in quibus puluis vilissimus, & fauilla, nescio quæ, iacet linteamine conuoluta, vt polluta omnia polluat; & quasi sepulcra pharisaica foris dealbata sint, cū intus immundo cinere, iuxta te, immunda omnia oleant, atque sordeant. Et post hæc de barathro peccatoris tui cœnosam spurcitiā euomens, aude dicere: Ergo cineres suos amant animæ martyrum, & circumuolat eos, semperq; præsentis sunt; ne fortè, si aliquis præcator aduenerit, absentes audire non possint? Oportentum in terras vltimas deportandum. Rides de reliquijs martyrum; & cum auctore huius hæreseos Eunomio, ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate tereris, vt eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores eius basilicas apostolorum & martyrum non ingrediuntur, vt scilicet mortuū adorent Eunomium, cuius libros maioris auctoritatis arbitrantur, quàm euangelia: & in ipso credunt esse lumen veritatis: sicut aliæ hæreses paraclætum in Montanum venisse contendunt, & Manichæum ipsum dicunt esse paraclætum. Scribit aduersum hæresim tuam, quæ olim erupit contra Ecclesiam, (ne & in hoc quasi repertor noui sceleris gloriaris) Tertullianus, vir eruditissimus, insigne volumen, quod Scorpiacum vocat, reſtissimo nomine; quia arcuato vulnere in Ecclesiæ corpus venena diffudit; quæ olim appellabatur Caina hæresis, & multo tempore dormiens, vel sepulta, nunc à Dormitatio suscitata est. Miror, quòd non dicas, nequaquam perpetranda martyria; Deū enim, qui sanguinem hircorum taurorumq; non quarat, multo magis hominū nō requirere. quod cū dixeris, immo & si nō dixeris, ita habebis quasi dixeris, qui enim reliquias martyrum afferis calcandas esse, prohibes sanguinem fundi, qui nullo honore dignus est.

De vigilijs & pernoctationibus in basilicis martyrum sæpe celebrandis, in altera epistola, quam sermo ante biennium sancto Ripario presbytero scripseram, respondi breuiter. Quòd si ideo eas existimas respuendas, ne sæpe videamus pascha celebrare, & non solemnes post annum exercere vigilijs: ergo & die Dominico non sunt Christo offerenda sacrificia; ne resurrectionis Domini crebro pascha celebremus; & incipiamus nō vnum pascha habere, sed plurima. Error autem & culpa iuuenum, vilissimarumq; mulierum, qui per noctem sæpe deprehenditur, nō est religiosi hominibus imputandus: quia & in vigilijs paschæ tale quid fieri plerumque conuincitur; & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni; qui & absq; vigilijs possunt errare vel in suis, vel in alienis domibus. Apostolorū fidē Iudæ proditio non destruxit. & nostras ergo vigilijs malæ aliorū vigiliæ nō destruet: quin potius pudicitie vigilare cogantur, qui libidini dormiunt. quod enim semel fecisse bonū est, nō potest malū esse, si frequenter fiat: aut, si aliqua culpa vitanda est, non ex eo, quod sæpe, sed ex eo, quod fit aliquando, culpabile est. Non vigilemus itaq; diebus paschæ: ne expectata diu adulterorum desideria compleantur, ne occasione peccadi vxor inueniat, ne maritali non possit recludi clauē. Ardentius appetitur, quidquid est rarius. Non possum vnuerſa percurrere, quæ sanctorum presbyterorum litteræ comprehendunt: de libellis illius aliqua proferam. Argumentatur contra signa, atque virtutes, quæ in basilicis martyrum fiunt; & dicit eas incredulis prodesse, non credentibus: quasi nunc hoc quaratur, quibus sanis, & non qua virtute fiant. Esto, signa sint infidelium: qui quoniam sermoni & doctrinæ credere noluerunt,

CAP. 4.

noluerunt, signis adducantur ad fidem. & Dominus incredulis signa faciebat: & tamen non iccirco Domini suggillanda sunt signa, quia illi infideles erant, sed maiori admirationi erunt, quia tantæ fuere potentiae, vt etiam mentes durissimas edomarent, & ad fidem cogerent. Itaque nolo mihi dicas, signa infidelium sunt: sed responde, quo modo in vilissimo puluere, & fauilla nescio qua, tanta sit signorum virtutumque praesentia. Sentio, sentio, infelicissime mortaliū, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus, qui hæc te cogit scribere, sæpe hoc vilissimo tortus est puluere, immo hodieque torquetur; & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confitetur. Nisi forte in morem gentilium, impiorumque, Porphyrij, & Eunomij has praestigias demonum esse coningas, & non verè clamare daemones, sed sua simulare tormenta. Do consilium: ingrediere basilicas martyrum, & aliquando purgaberis: inuenies ibi multos focios tuos; & nequaquam cereis martyrum, qui tibi displicent, sed flammis inuisibilibus combureris: & tunc fateberis, quod nunc negas: & tuum nomen, qui in Vigilantio loqueris, liberè proclamabis, te esse aut Mercurium propter nummorum cupiditatem, aut Nocturnum iuxta Plauti Amphitryonem; quo dormiente, in Alcmena adulterio duas noctes Iupiter copulauit, vt magnæ fortitudinis Hercules nascere-
 tur; aut certè Liberum patrem pro ebrietate & cantaro ex humeris dependente, & semper rubente facie, & spumantibus labijs, effrenatisque conuicijs. Vnde & in hac provincia cū libitus terræ medio omnes de somno excitasset, tu prudētissimus & sapiētissimus mortaliū, nudus orabas, & referebas nobis Adam & Euam de paradiso. & illi quidem a-
 pertis oculis erubuerunt, nudos se esse cernentes, & verenda texerunt arborum folijs: tu, & tunica, & fide nudus, subitoque timore perterritus, & aliquid habens nocturnæ crapulae, sanctorum oculis obscenam partem corporis ingerebas, vt tuam indicares prudentiam. Tales habet aduersarios Ecclesia: hi duces contra martyrum sanguinem dimicant: huiuscemodi oratores contra apostolos peronant, immo tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos. Ego cōfiteor timorem meum, ne forsitan de superstitione descendat, Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitaero, & me nocturnum phantasma deluserit, basilicas martyrum intrare non audeo: ita totus & corpore, & animo pertremisco. Rideas forsitan, & muliercularum deliramenta subsannes. Non erubescō earum fidem, quæ primæ viderunt Dominum resurgentem, quæ mittuntur ad apostolos, quæ in matre Domini Saluatoris sanctis apostolis commendantur. Tu rursus cum sæculi hominibus: ego ieiunabo cum feminis, immo cum religiosis viris, qui pudicitiam vultu præferunt, & pallida iugi continentia ora portant, Christi ostendunt vercundiam. Videris mihi dolere & aliud, ne si inoleuerit apud Gallos continentia, & sobrietas, atque ieiunij, tabernæ tuæ lucra nō habeant, & vigilijs diaboli, ac temulenta cōiuitia tota nocte exercere nō possis.

CAP. 5. Præterea iisdem ad me relatum est epistolis, quod contra auctoritatem apostoli Pauli, immo Petri, Iohannis, & Iacobi, qui dextras dederunt Paulo, & Barnabæ communicationis, & præceperunt eis, vt pauperum memores essent, tu prohibeas Hierosolymā in vsus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. Videlicet, si ad hæc respondero, statim latrabis. meā me causam agere; qui tanta cunctos largitate donasti, vt nisi venisses Hierosolymam, & tuas vel patronorum tuorum pecunias effudisses, omnes periclitari-

remur fame. Ego hoc loquor, quod beatus apostolus Paulus in cunctis pene epistolis suis loquitur, & præcipit in ecclesijs gentium per vnam sabbati, hoc est, in die Dominico omnes conferre debere, quæ Hierosolymam in sanctorum solatia dirigatur; & vel per discipulos suos, vel per quos ipsi probauerint; & si dignum fuerit, ipse aut dirigat, aut perferat quod collectum est. In Actibus quoque apostolorum loquens ad Felicem præsidem, Post annos, ait, plures eleemosynam facturus in gentem meam, veni Hierosolymam, & oblationes & vota, in quibus inuenerūt me purificatum in templo. Numquid in alia parte terrarum, & in ijs ecclesijs, quas nascentes fide sua erudiebat, quæ ab alijs acceperat, diuidere non poterat: Sed sanctorum locorum pauperibus dare cupiebat, qui suas pro Christo facultates relinquentes, ad Domini seruitutem tota mente conuersi sunt. Longum est nunc, si de cunctis epistolis eius omnia testimonia reuoluere voluero, in quibus hoc ait: & tota mente festinat, vt Hierosolymam & ad sancta loca credentibus pecuniæ dirigantur, non in auaritiam, sed in refrigerium; non ad diuitias congregandas, sed ad imbecillitatem corpusculi sustentandam, & frigus atque inediam declinadam. Hac in Iudæa vsque hodie perseverante consuetudine, non solum apud nos, sed & apud Hebræos, vt, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, nisi solum Deum, synagogarum & totius orbis foucantur ministerijs, ex æqualitate dumtaxat, non vt alijs refrigerium & alijs sit tribulatio, sed vt aliorum abundantia aliorum sustentet inopiam. Respondebis, hoc vnumquemque posse in patria sua facere; nec pauperes de futuros, qui Ecclesie opibus sustentandi sunt. Nec nos negamus, cunctis pauperibus etiam Iudæis, & Samaritanis, si tanta sit largitas, stipes porrigendas: sed Apostolus faciendam quidem docet ad omnes eleemosynam, sed maximè ad domesticos fidei. De quibus & Saluator in euangelio loquebatur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Nūquid isti pauperes, inter quorum pannos & illuuiem corporis, flagrans libido dominatur, possunt habere æterna tabernacula, qui nec præsentia possident, nec futura? Non enim simpliciter pauperes, sed pauperes spiritu beati appellatur, de quibus scriptum est: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. In vulgi pauperibus sustentandis nequaquam intellectu, sed eleemosyna opus est. In sanctis pauperibus beatitudo est intelligentiæ, vt ei tribuat, qui erubescit accipere, & cum acceperit, dolet; metens carnalia, & seminans spiritualia. Quod autem afferis, eos melius facere, qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus diuidit, quam illos, qui possessionibus venūdatis, semel omnia largiuntur: non à me eis, sed à Domino respondebitur: Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me. Ad eum loquitur, qui vult esse perfectus, qui cū apostolis patrem, nauiculam, & rete dimittit. Iste, quem tu laudas, secundus & tertius gradus est; quæ & nos recipimus, dummodo sciamus, prima secundis & tertijs præferenda.

Nec à suo studio monachi deterrēdi sunt à te lingua viperea, & morfu sauiissimo, de quibus argumentaris, & dicis: Si omnes se clauerint, & fuerint in solitudine, quis celebrabit ecclesias? quis sæculares homines lucrificiet? quis peccantes ad virtutes poterit cohortari? Hoc enim modo, si omnes tecū fati sint, sapiens quis esse poterit: & virginitas non erit approbata. Si enim omnes virgines fuerint, nuptiæ nō erūt, interibit

Gen. 3.

Mar. 16.
Ioan. 19.

CAP. 5.

Gal. 2.

Rem. 15.
2. Cor. 9.

1. Cor. 16.

Act. 14.

Psal. 1.
Deut. 18.

2. Cor. 1.

Gal. 6.

Luc. 16.

Math. 23.
Psal. 40.

1. Cor. 8.

Math. 19.
Math. 4.

CAP. 6.

Math. 20.

interibit humanum genus, infantes in cunis non vagent, obstetrices abique mercedibus mendicabunt, & grauissimo frigore, solus, atque contractus Dormitantius vigilabit in lectulo. Rara est virtus, nec a plurius appetitur, atque vtinam hoc omnes essent, quod pauci sunt, de quibus dicitur: Multi vocati, pauci autem electi, vacui essent carceres. Monachus autem non doctoris, sed plangentis habet officium: qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pavidus praestoletur aduentum: qui sciens imbecillitatem suam, & vas fragile, quod portat, timet offendere, ne impingat, corruat, atque frangatur. vnde & mulierum, maximeque adulescentularum vitat aspectum, & intantum castigatorem sui est, vt etiam quae tuta sunt, pertimescat. Cur, inquit, pergis ad eremum? videlicet vt te non audiam, non videam, vt tuo furore non mouear, vt tua bella non patiar, ne me capiat oculus meretricis; ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Respondebis: hoc non est pugnare, sed fugere: sta in acie: aduersarijs armatus obfiste, vt postquam viceris, coroneris. Fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnare victoriae, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium deuittai: si stetero, aut vincendum mihi est, aut cadendum. quid autem necesse est certa dimittere, & incerta sectari? aut scuto, aut pedibus mors vitanda est. Tu, qui pugnans, & superari potes, & vincere. ego cum fugero, non vinco in eo, quod fugio, sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas est, vicino serpente dormire. potest fieri, vt me non mordeat: tamen potest fieri, vt aliquando me mordeat. Matres vocamus, forores, & filias, & non erubescimus vitijs nostris nomina pietatis obtendere. Quid facit monachus in cellulis feminarum? quid sibi volunt sola & priuata colloquia, & arbitros fugientes oculi? Sanctus amor impatientiam non habet. Quod de libidine diximus, referamus ad auaritiam, & ad omnia vitia, quae vitantur solitudine. Et iccirco urbium frequentias declinamus, ne facere compellamur, quae nos non tam natura cogit facere, quam voluntas. Haec, vt dixi, sanctorum presbyterorum rogatu, vnus noctis lucubratione dictauit, festinante admodum fratre Sisinnio, & propter sanctorum refrigeria ad Aegyptum ire properante. alioquin & ipsa materia apertam habuit blasphemiam, quae indignationem magis scribentis, quam testimoniorum multitudinem flagitaret. Quod si Dormitantius in mea rursus maledicta vigilauerit, & eodem ore blasphemio, quo apostolos & martyres laecerat, de me quoque putauerit detrahendum: nequaquam illi breui lucubratiuncula, sed tota nocte vigilabo, & socijs illius, immo discipulis, vel magistris, qui nisi tumentes vteros viderint feminarum, maritos earum Christi ministerio arbitrantur indignos.

HIERONYMVS AD MARCELLAM, ADVERSVS MONTANVM.

EPISTOLA LIIII.

ARGVMENTVM.

MONTANVS, natione Phryx, a quo Cataphrygarum haeresis prodijt, aiebat, per Moysen & prophetas in veteri lege, & per Christum in noua, Deum mundum salutare non potuisse, protereaque, vt id tandem obtineret, Spiritum Sanctum a Christo promissum misisse, qui in se, Priscamque, & Maximillam feminas descenderit. in Trinitate praetera vnam tantum ponebat personam: secundas nuptias immundas, & tamquam adulteria reputabat: tres in anno ex prescripto quadragesimas obseruari praecipiebat. Episcopos non primo, hoc est Apostolorum, sed tertio ponebat loco: Pecca-

torum confessionem nec faciebat, nec lapsos propterea homines ad poenitentiam recipiebat. Hos errores ideo nunc omnes Marcellae explicat, quia ad feminam eruditissimam, rogatus tantum quid de illis sentiret, scribit: & tam clara est eorum perfidia, vt illos exposuisse, superasse etiam sit, explicat tamen epistola initio in redargutionem haeresis, quando in credentes descenderit Spiritus sanctus.



ESTIMONIA de Ioannis euangelio congregata, quae tibi quidam Montani sectator ingessit, in quibus Saluator noster se ad patrem iturum, missurumque paraclatum pollicetur, in quod promissa sint tempus, & quo completa sint tempore, apostolorum acta testantur. Decima die dixit post ascensum Domini, hoc est quinquagesima post resurrectionem, spiritum sanctum descendisse, linguasque credentium esse diuisas, ita vt vnusquisque omnium gentium sermone loqueretur: quando quidam adhuc parum credentium, multo eos ebrios aserebant: & Petrus, stans in medio apostolorum, omnisque conuentus, ait: Viri Iudaei, & omnes, qui habitatis in Hierusalem, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrii sunt: nam est hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per Ioel prophetam: in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo in omnem carnem: & prophetauerunt filij, & filiae eorum: & iuuenes visiones videbunt, & seniores somnia somniant: & quidam in seruos meos & ancillas meas effundam de spiritu meo. Si igitur apostolus Petrus, super quem Dominus fundauit Ecclesiam, & prophetiam, & promissionem Domini, illo tempore completam memorauit, quo modo possumus nobis aliud tempus vindicare? Quod si voluerint respondere, & Philippi deinceps quatuor filias prophetasse, & prophetam Agabum reperiri, & in diuisionibus spiritus inter apostolos, & doctores, prophetas quoque apostolo scribente formatos, ipsumque Paulum apostolum, multa de futuris haeresibus, & de fine saeculi prophetasse: sciant, a nobis non tam prophetiam repelli, quae Domini est signata passione, quam eos non recipi, qui cum scripturae veteris & nouae auctoritate non congruant. Primum in fidei regula discipulamus. Nos patrem & filium & spiritum sanctum in sua vnunquemque persona ponimus, licet substantia copulemus: illi, Sabellij dogma sectantes, trinitatem in vnus personae angustias cogunt. Nos secundas nuptias non tam appetimus, quam concedimus, Paulo iubente, vt viduae adolescentula nubant: illi intantum putant scelerata coniugia iterata, vt quicumque hoc fecerit, adulter habeatur. Nos vnam quadragesimam secundum traditionem apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus: illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Saluatores. non quo & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat: sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate, munus offerre. Apud nos apostolorum locum episcopi tenent: apud eos episcopus tertius est. habent enim primos de Pepusa Phrygiae Patriarchas: secundos, quos appellant Cenones: atque ita in tertium, id est penultimate locum episcopi deuoluuntur: quasi exinde ambiciosior religio fiat, si, quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit. Illi ad omne pene delictum ecclesiae obserant fores: nos quotidie legimus, Malo poenitentiam peccatoris, quam mortem. Et numquid qui cadet, non resurget, dicit Dominus? Et conuertimini ad me filij conuerrentes, & ego curabo

Ioan. 14.]

Act. 1. a.

Ioel 2.

Math. 16.

Act. 17. 11.

1. Cor. 12.

11.

2. Tess. 2.

1. Tim. 5.

Eccl. 1. 3.

Plat. 7. 2.

rabo contritiones vestras. Rigidi autem sunt, non quo & ipsi peiora non peccent: sed hoc inter nos, & illos interest, quod illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti; nos, dum poenitentiam agimus, facilius veniam promeremur. Prætermitto scelerata mysteria, quæ dicuntur de lactente puero, & de victuro martyre confarrata. Malo, inquam, non credere: sit falsum omne, quod sanguinis est. Aperta est conuincenda blasphemiam dicentium, Deum primum voluisse in veteri testamento per Moysen, & prophetas saluare mundum; sed, quia non potuerit explere, corpus sumptisse de virgine, & in Christo sub specie filij prædicantem, mortem obijisse pro nobis. & quia per duos gradus mundum saluare nequiecit, ad extremum per spiritum sanctum in Montanum, Priscam, & Maximillam, infanas feminas, descendisse, & plenitudinem, quam Paulus non habuerit, dicens: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus; & nunc videmus per speculum in enigmate, abscisum & semiuirum habuisse Montanum. Hæc sunt, quæ coargutione non indigent, perfidiam eorum exposuisse, superasse est nec necesse est, vt singula deliramenta, quæ proferunt, breuior epistolæ sermo subuertat; cum & tu, ipsas scripturas apprime tenens, non tam ad eorum motas quæstiones, quam, quid sentirem, à me volueris sciscitari.

1. Cor. 13.

HIERONYMVS RIPARIO.

EPISTOLA LV.

ARGUMENTVM.

RIPARIUM presbyterum, cuius hortatu aduersus Vigilantium scripserat, quo modo Origenis dogmata reiecta, illorumque disseminator Rufinus veluti alter Catilina expulsus sit, & quid ei illa contigerit in re, docet.



CHRIsti te aduersum hostes catholice fidei bella bellare, & tuis litteris, & multorum relatione cognoui; ventosque esse contrarios, & in perditionem mutuam fautores esse perditionis, qui defensores sæculi esse debent: tamen scias in hanc prouinciam nullis humanis auxilijs, sed proprie Christi sententia pulsus esse, non solum de vrbe, sed de Palæstinæ quoque finibus Catilinam, nosque dolere plurimum, quod cum Lentulo multi coniurationis socij remanserunt, qui in Ioppe remoratur. Nobis autem melius visum est, locum mutare, quam fidei veritatem, & discipulorumque & mansionis amœnitatem amittere, quam eorum communione maculari, quibus in præsentiarum aut cedendum erat, aut certe quotidie non lingua, sed gladijs dimicandum. Quanta autem passi sumus, & quo modo excelsa manus Christi pro nobis in hostem seuerit, puto te celebri nuncio omnium cognouisse. Quæro ergo te, vt arreptum opus impleas; nec phitias, te præsentem, non habere Christi Ecclesiam defensorem. Certè scit vnusquisque, quod vel tibi sufficiat pro virili parte: quia non viribus corporis, sed caritate animi dimicandum, quæ superari nunquam potest. Sancti fratres, qui cum nostra sunt paruitate, plurimum te salutant. Puto autem & sanctum fratrem Alentium diaconum tuæ dignationi cuncta narrare fideliter. Incolumem te, & memorem mei, Christus, Dominus noster tueatur omnipotens, Domine verè sancte & suscipiende frater.

HIERONYMVS APRONIO.

EPISTOLA LVI.

ARGUMENTVM.

APRONIUM, quod in fide contra Origenistas manserit, laudat, & vt sancta Hieroselymæ loca petat, hortatur.



ESCIO, qua tentatione diaboli factum sit, vt & tuus labor, & sancti Innocentij presbyteri industria, & nostrum desiderium ad præsens nequaquam videatur habere effectum. Deo gratia, quod te sospitem, & fidei calore feruentem, inter ipsa tentamenta diaboli cognoui. Hoc meum gaudium est, quando in Christo audio filios meos dimicare, & istum zelum in nos ipse confirmer, cui credimus, vt pro fide eius sanguinem voluntariè fundamus. Euerfam nobilem domum funditus doleo: & tamen, quid in causa sit, scire non potui. Neque enim portitor litterarum nosse se dixit. vnde dolere possumus pro amicis communibus, & Christi, qui solus potens & dominus est, & eius clementiam deprecari: licet ex parte Dei mereamur offensam, qui inimicos Domini rouerimus. Optimum autem facies, si cunctis rebus omisiss, orientem, & præcipuè sancta loca petas. hic enim quieti sunt omnia. & licet venena pectoris non amiserint, tamen os impietatis non audent aperire, sed sunt, sicut aspides, surdæ & obrurantes aures suas. Sanctos fratres saluta. Nostra autem domus, secundum carnales opes, hæreticorum persecutionibus penitus euerfa, Christo propitio spiritualibus diuitijs plena est. melius est enim panem manducare, quam fidem perdere.

Pal. 57.

HIERONYMVS DAMASO.

EPISTOLA LVII.

ARGUMENTVM.

QUAMQVAM Ariana hæresis profligata iam esset, reliqua tamen eius adhuc in aliquot orientis ecclesijs vigeant: eamque Antiochenus Episcopus vna cum Campensibus fouens, apud Hieronymum, vt tres cõfiteretur hypostasas, acriter instabat. nunc vir sanctus pro ea re Romanam Ecclesiam, veluti caterarum matrem, & ad quam maiores fidei quæstiones referuntur, consulens, quid credere debeat, postulat; & quo modo venenum in eo maneat, verbo docet.



VONIAM vetusto oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper texam, immutatim per frustra discerpit; & Christi vineam exterminant vulpes; vt inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile, vbi fons signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi cathedram Petri, & fidem apostolico ore laudatam, censui consulendam, inde nunc meæ animæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas elementi liquentis, & interiacens longitudo terrarum, me à pretiosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum seruaturs hereditas. Ibi cespitè terra fecundo, Dominici seminis puritatem centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumenta in lolium auenasque degenerant. Nunc in occidente sol iustitiæ oritur: in oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa & argentea: hic testacea vasa, vel lignea, virgana

Ioan. 17. Cant. 4.

Hier. 2. Cant. 4.

Rom. 1.

Luc. 17.

Eg. 14. Matth. 5.

virgam ferream, & æternum operiuntur incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A sacerdote victimam salutis, à pastore præsidium ouis flagito. Faceflat inuidia: Romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communionem confocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuiio. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ sine disternat, nec possum sanctum Domini, tot interiacetibus spatijs, à sanctimonia tua semper expetere: ideo hic collegas tuos Ægyptios confessores sequor, & sub onerarijs nauibus parua nauicula delitescō. Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, antichristi est. Nunc igitur, pro dolor, post Nicenam fidem, post Alexandrinum iuncto pariter occidente decretum, trium hypostasēon ab Arianorum præfule & Campensibus, nouellum à me, homine Romano, nomen exigitur. Qui quæso, ista apostoli prodidēre? quis nouus magister gentium Paulus hæc docuit? Interrogamus, quid tres hypostasēs posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes, aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis lateret. Clamamus, si quis tres hypostasēs, aut tria enypositata, hoc est, tres subsistentes personas non consistetur, anathema sit. Et quia vocabula non edificimus, hæretici iudicamur. Si quis autem hypostasēon vsiam intelligens, non in tribus personis vnā hypostasēon dicit, alienus à Christo est: & sub hac confessione vobiscum pariter cauterio vnionis inurimur. Discernite, si placet, obsecro: non timebo tres hypostasēs dicere: si iubetis, condatur noua post Nicenam fides: & similibus verbis, cū Arianis confiteamur orthodoxi. Tota secularium litterarum schola nihil aliud hypostasēon vsiam, nouit. Et quis, rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit: Vna est Dei & sola natura, quæ verè est. id enim, quod subsistit, non habet aliunde, sed suum est. Cætera, quæ creata sunt, etiam si videntur esse, non sunt: quia aliquando non fuerunt, & potest rursus non esse, quod non fuit. Deus solus, qui æternus est, hoc est, qui exordium non habet, essentia nomen verè tenet. Iccirco & ad Moysen de rubo loquitur: Ego sum, qui sum. Et rursus: Qui est, me misit. Erant vti que tunc angeli, cœlum, terra, maria. & quo modo commune nomen essentia proprie sibi vindicat Deus? Sed quia illa sola natura est perfecta, & in tribus personis deitas vna subsistit, quæ est verè, & vna natura est: quisquis tria esse, hoc est tres esse hypostasēs, id est, vsias dicit; sub nomine pietatis, tres naturas conatur asserere. & si ita est, cur ab Ario parietibus separamur, perfidia copulati? Iungatur cum beatitudine tua Vrsicinus, cum Ambrosio societur Auxentius. Absit hoc à Romana fide: sacrilegium tantum religiosa populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere, vnam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, æquales, coæternas. Taceant tres hypostasēs: si placet, & vna teneatur. Non bonæ suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiant. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut, si rectum putatis tres hypostasēs cum suis interpretationibus debere nos dicere, non negamus: sed, mihi credite, venenum sub

melle lateret, transfigurauit se angelus satanæ in angelum lucis. Bene interpretantur hypostasēon; & cum id quod ipsi exponunt, habere me dicam, hæreticus iudicor. Quid tam anxie vnū verbum tenent? quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt, vt interpretantur; non damno, quod retinent. Si sic credo, vt ipsi sentire se simulant; permittant & mihi, meis verbis suum sensum loqui. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi salutem, per homouision trinitatem, vt mihi epistolis tuis siue tacendarum, siue dicendarum hypostasēon detur auctoritas. Et ne fortè obscuritas loci, in quo dego, te fallat, per baiulos litterarum ad Euagrium presbyterum, quem optimè nosti, dignare scripta transmittere, simul etiam, cui apud Antiochiam debeam communicare, significes: quia Campenses cum Tharsensibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quàm vt auctoritate communionis vestræ fulti tres hypostasēs cum antiquo sensu prædicent.

HIERONYMVS DAMASO.

EPISTOLA LVIII.

ARGVMENTVM.

ITERVM pro responsione eiusdem quæstionis, quod vehementer ab Arianis vexaretur, apud Damasum instat.



MPORTVNA in euangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cum seruis ostio, media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, publicani precibus vincitur. Niniue ciuitas, quæ peccato perijt, fletibus fletit. Quorsum ista tam longo repetita principio videlicet, vt paruum magnus aspicias; vt diues pastor morbidam non contemnas ouem. Christus in paradysum de cruce latronem intulit. & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidij poenam martyrium. Christus, inquam, prodigum filium reuertentem lætus amplectitur; & non agnoscens peccatibus derelictis, vna ouicula, quæ remanserat, humeris boni pastoris aduehitur. Paulus ex persecutore fit prædicator, oculis carnalibus excæcatur, vt mente plus videat: & qui vincos Christi famulos decebat ad concilium Iudæorum, ipse postea etiam de Christi vinculis gloriatur. Ego igitur, vt ante iam scripsi, Christi vestem in Romana vrbe suspiciens, nunc Barbaro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de me fuisse sententiam, quid mererer, ipse constitui. Verum, vt ait gentilis poëta, Cœlum, non animum, mutat, qui trans mare currit. Ita me incessabilis inimicus post tergum secutus est, vt maiora in solitudine bella nunc patiar. Hinc enim præsidijs sulca mundi Ariana rabies fremit. hinc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat. monachorum circa manentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interim clamito, si quis cathedræ Petri iūgitur, meus est, Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hætere se dicunt. possem credere, si hoc vnus assereret: nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Iccirco obtestor beatitudinem tuam per Crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus, per passionem Christi, vt qui apostolos honore sequeris, sequar & merito, ita in folio cum duodecim iudicaturus sedear; ita te alius senem cum Petro cingat; ita municipatum cœli cum Paulo consequaris; vt mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. noli despiciere animam, pro qua Christus mortuus est.

HIERO. ADVERSVS LVCIFERIANOS.
HIERONYMI ORTHODOXI
ET LVCIFERIANI
DIALOGVS.

ARGVMENTVM.

ADVERSVS Luciferianos per dialogum disputans asserit, Episcopos, qui cū Ario senserant, recipi, Episcopatu nequaquam adempto, debere; & quod ab Ariani baptizari, rebaptizandi minimè sint: inter disputandum autem quo modo pro faciendâ pace, Vñæ nomen in Ariminensi synodo reiectum sit, quando in cæteris se consentire cum catholicis Ariani sinxerunt, & quo modo rursus totus orbis, dolens se in scium Arianum factum, commotus sit, latè copioseque enarrat. Lucifer autem, à quo Luciferiani sunt dicti, cum Beatus in hoc dialogo à Hieronymo nuncupatus, multis interea præconijs extollatur; cumque post Ariminensem synodum exulasse pro catholica fide, verbisquetantum, non rebus, à catholicis dissentisse prodatur, diuersus omnino à Lucifero Smyrniensi Episcopo Ariano fuit. Eundem autem esse certum est cum eo, quem Liberius Papa ad Constantiū imperatorem misit, & quem ille in exilium vnâ cum Eusebio Vercellensi, vt in Trip. historia legitur, amandauit, pro eo quodd Nicenam fidem damnare noluerit. Nam Hilarius quoque honorificè de Lucifero in libro ad Constantium Augustum meminit. Fuit autem de Sardinia Caralitanus Episcopus, vt ex Marcellino, & Faustino historicis, eius sectatoribus, in libro de schismate Vrsicini, qui nondum editus in bibliotheca Vaticana extat, latè constat. Obijisse autem hereticum Luciferum seu animi obstinatione, seu quod morte præuentus sententiam mutare nequiuisset, testis est in decimo ecclesiasticæ historiæ libro Eusebius. Error autè eius præcipuus fuit, quod se à cõmunionem eorum, qui Episcopos Arimini lapsos, etiam sub satis factione receperat, Antiochiæ, vbi erat in exilio, vt auctor est Sulpicius, separauit.

CAP. I.



PROXIME accidit, vt quidam Luciferi sectator, cum alio Ecclesiæ alumno odiosa loquacitate contendens, caninam facundiam exercuerit. Asserebat quippe, vniuersum mundum esse diaboli, & vt iam familiare est eis dicere, factum de Ecclesia lupanar. At ille econtrariò rationabiliter quidem, sed importuno & loco, & tempore defendebat, non sine causa Christum mortuum fuisse, nec ob Sardonum tantum mastrucam Dei filii descendisse. Quid plura? dum audientiam & circulum lumina iam in plateis accensa soluerent, & inconditam disputationem nox interrumpere, consputa pene inuicem facie recesserunt; hoc tamen ijs, qui affuerant, statuentibus, vt in secretam porticum primo mane conueniretur: quo cum iuxta placitum omnes conuenissent, visum est vtriusque sermonem à notarijs excipi, atque ita cunctis residentibus, Helladius Luciferianus dixit. Hoc primum mihi responderi volo, vtrum Ariani Christiani sint, an non? ORTHODOXVS. d. Ego plus, inquit, interrogo, vtrum ne omnes heretici Christiani sint? LVCIFERIANVS. d. Quem hereticum dixeris, Christianum negasti. ORTHOD. dixit. Omnes ergo heretici Christiani non sunt? LVCIF. d. Iam superius audisti. ORTHOD. d. Si Christi non sunt, diaboli sunt. LVCIF. d. Nemo dubitat. ORTHOD. d. Si autè diaboli sunt, nihil refert heretici sint, an gentiles. LVCIF. d. Non refello. ORTHOD. d. Igitur præfixum inter nos habemus, de heretico sic loquendum, sicut de gentili. LVCIF. d. Planè fixum. ORTHOD. d. Quare nunc vt liber: quoniam internos constat, hereticos gentiles esse. LVCIF. d. Quod interrogatio mea cogere

volebat, expressum est, hereticos Christianos non esse: nunc restat conclusio. Si Ariani heretici sunt, & heretici omnes gentiles sunt, & Ariani gentiles sunt, si autè Ariani gentiles sunt, & constat nullâ societate Ecclesiæ esse cū Arianis, id est cū gentilibus: manifestum est, vestram Ecclesiâ, quæ ab Arianis, id est, à gentilibus, episcopos suscipit, non tam episcopos recipere, quàm de Capitolio sacerdotes; ac per hoc antichristi magis synagoga, quàm Christi Ecclesia, debeat nuncupari. ORTHOD. d. Ecce impleta est prophetia: Parauit mihi foueam, & ipse incidit in eam. LVCIF. d. Quoniam modo? ORTHOD. d. Si Ariani vt dicis, gentiles sunt, & Arianorum conuenticula castra sunt diaboli: quo modo in castris diaboli baptizatum recipis? LVCIF. d. Recipio, sed penitentem. ORTHOD. d. Prorsus, quid dicas, non intelligis. Quisquam ne gentilem recipit penitentem? LVCIF. d. Ego simpliciter in exordio sermonis omnes hereticos gentiles esse respondi. Verum quia captiosa interrogatio fuit primæ quæstionis, tibi palmam tradens, ad secundam veniam, in qua aio laicum ab Arianis venientem recipi debere penitentem, clericum verò non debere. ORTHOD. d. Atqui in prima quæstione, quam obtinuisse me dicis, etiam secundam obtinui. LVCIF. d. Doce, quo modo obtinueris. ORTHOD. d. Nescis & laicos, & clericos vnum habere Christum, nec alium neophytis, alium episcopis esse Deum: cur ergo non recipiat clericos, qui recipit laicos penitentes? LVCIF. d. Non est episcopi, ipsum lacrymas fundere pro peccatis, & corpus attingere Domini. Non est episcopi, ad fratrum genua prouolui, & de sublimi loco eucharistiam ministrare populo. Aliud est lugere, quod fueris: aliud, neglecto peccato, in Ecclesia viuere gloriosum. Tu, qui hesternò die sacrilege creaturam Dei filium prædicabas; qui quotidie peior Iudæis, blasphemiarum lapides in Christum iaciebas; cuius manus sanguine plenæ sunt; cuius stylus lancea militis fuit; ad vnus horæ conuersionem virginem Ecclesiam adulter ingrediens? Si peccasse te penitet, officium depone sacerdotis: si te non peccasse confidis, permane quod fuisti. ORTHOD. d. Rhetoricaris, & a disputationum spinetis ad campos liberæ declamationis excurre. Verum desine, quæso, à communibus locis, & in gradum rursus ac lineas regredere: postea, si placuerit, latius disseremus. LVCIF. d. Nulla declamatio hic est. dolor patientiam superat: propone vt libet: argumentare vt libet: nunquam periuadebis id esse episcopum, quod laicum penitentem.

ORTHOD. d. Quoniam obstinatè tenes, aliam CAP. 2. esse rationem episcopi, aliam laici, ad compendium tibi concertationis tribuo, quod postulas: nec me pigebit, locum te faciente, manum tecum conferere. Expone mihi, quare laicum venientem ab Arianis recipias, episcopum non recipias. LVCIF. d. Recipio laicum, qui errasse se confitetur, & Dominus mauult penitentiam peccatoris, quàm mortem. ORTHOD. d. Recipe ergo & episcopum; qui & errasse se confitetur, & Dominus mauult penitentiam peccatoris, quàm mortem. LVCIF. d. Si errasse se confitetur, cur episcopus perseuerat: deponat sacerdotium, concedo veniam penitentem. ORTHOD. d. Respondebo tibi & ego sermonibus tuis. Si laicus errasse se confitetur, quo modo laicus perseuerat? Deponat sacerdotium laici, id est, baptisma; & ego do veniam penitentem. Scriptum est enim: Regnum quippe nos & sacerdotes Deo & patri suo fecit. Et iterum. Gentem sanctam, regale sacerdotium, populum acquisitum. Apost. 1. 1. Petri. 2. Omne, quod non licet Christiano, commune est tam

tam episcopo, quam laico. Qui poenitentiam agit, priora condemnat. Si non licet Episcopo poenitenti perseverare, quod fuerat, non licet & laico poenitenti permanere in eo, propter quod poenitentiam confitetur. **L V C I F. d.** Recipimus laicos, quoniam nemo conuertetur, si se scierit rebaptizandum; & ita fiet, ut nos suius causa perditionis eorum; si repudientur. **O R T H O D. d.** Tu in eo, quod recipis laicum, vnam animam recipiendo salvas; & ego in recipiendo Episcopum, non dicam vnius ciuitatis populos; sed vniuersam, cui praest, prouinciam Ecclesiae socio: quem si repellam, multos secum in ruinam trahet. **Quamobrem** quaeso vos, ut eam ratione, quam in paucis recipiendis habere vos existimatis, etiam ad totius orbis salutem concedatis. quod si displicet, & tam duri estis, immo tam irrationabiliter inclementes, ut eum, qui dederit baptismum, hostem Christi, eum qui acceperit, filium putetis: nos nobis aduersa non facimus: aut Episcopum cum populo recipimus; quem facit Christianum; aut si Episcopum non recipimus, scimus etiam nobis populum reiiciendum. **L V C I F. d.** Oro te, nonne legisti de Episcopis dictum: Vos estis sal terrae? Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum est vtile, nisi ut proiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Sed & illud, quod pro populo peccatore sacerdos Deum exoret, ac pro sacerdote, nullus sit alius, qui deprecetur. **Quae** quidem duo scripturarum capitula in sententiam concurrunt vnam. nam ut sal omnem cibum condit, nec est aliquid per se tam suauis, quod absque eo gustum demulceat: ita mundi totius, & proprie Ecclesiae condimentum Episcopus est: qui si infatuatus fuerit, siue per negationem, siue per haesim, siue per libidinem, & ut simul dicam, per vniuersa peccata, a quo alio poterit condiri, cum ipse fuerit omnium condimentum? Sacerdos quippe pro laico offert oblationem suam, imponit manum subiecto, reditum Sancti Spiritus inuocat, atque ita eum, qui traditus fuerat satanae in interitum carnis, ut Spiritus saluus fieret, indicta in populum oratione, altario reconciliat, nec prius vnum membrum restituit sanitati, quam omnia simul membra conuenerint. Facile quippe ignoscit filio pater, cum mater pro visceribus suis deprecatur. Si ergo hoc, quem diximus, gradu laicus poenitens restituitur Ecclesiae, ibique sequitur venia, ubi luctus praecesserat: manifestum est, sacerdotem, de gradu suo mortuum, in eundem locum non posse restitui: quia aut poenitens sacerdotio carebit; aut in honore persistens, reduci in Ecclesiam non poterit per ordinem poenitentis. Tu mihi nunc infatuato sale Ecclesiae saporem contaminas: tu eum, qui proiectus foras, iacere deberet in stercore a cunctis hominibus conculcandus, super altarium reponis? Et ubi erit illud Apostoli praecipuum: Oportet Episcopum esse sine crimine, quasi dispensatorem Dei. Et iterum: Probet autem se vniuersisque & sic accedat? Vbi Dominica denuntiatio est: Ne miseritis margaritas vestras ante porcos? Quod si de omnibus generaliter dictum intelligis: quanto magis de sacerdotibus praecauendum est, cum etiam de laicis sic cauetur? Separamini, inquit Dominus per Moysen, a tabernaculis istorum hominum durissimorum; & nolite tangi ab omnibus, quae sunt eorum; ne simul pereatis in peccato eorum. Et rursum in duodecim prophetis: Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur. Et in Euangelio Dominus, Lucerna, inquit, corporis est oculus, id est, Ecclesiae lumina est episcopus: Si autem oculus tuus simplex

est, totum corpus tuum lucidum erit. Sacerdote enim fidem veram praedicante ex omnium corde tenebrae discutuntur. Et causam reddit: Neque enim lucerna accenditur & ponitur subter modium, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt: hoc est, ideo Deus scientiae suae igniculum in Episcopo succendit, ut non sibi tantum luceat; sed omnibus proficit. Et in consequenti, Si, inquit, oculus tuus nequam fuerit, omne corpus tenebrosum est. si autem lumen, quod in te est, tenebrae sunt: ipsae tenebrae quantae erunt? Et recte nam cum ideo Episcopus in Ecclesia constituitur, ut populum coerceat ab errore, quantus erit error in populo, cum errat ipse, qui doceat? quo modo potest peccata dimittere, qui ipse peccator est? quo modo sanctum sacrilegus faciet? unde ad me lumen introiet, cum oculus meus caecus sit? Pro dolor, antichristi discipulus Ecclesiam Christi gubernat, & ubi est illud: Non potestis duobus Dominis seruire: Sed & illud: Quae communicatio luci ad tenebras? qui consensus Christo ad Belial? legimus in veteri testamento: Homo, in quo fuerit macula, & vitium, non accedat offerre dona Domino. Et rursum: Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum Deum, ut sacrificent, mundi sint; ne forte derelinquat eos Dominus: Et in eodem: Et cum accedunt ministrare sancta, non adducant in se delictum, ne moriantur. Et multa alia, quae persequi infinitum est, studio breuitatis omitto. neque enim numerus testimoniorum, sed auctoritas valet. Ex quibus ostenditur, vos per inoditum fermentum totam Ecclesiae massam corrupisse; & de eius manu hodie Eucharistiam accipere, quem heri quasi idolatram respuebatis. **O R T H O D. d.** Multa quidem de facris voluminibus memoriter copioseque dixisti: sed, cum totum circumieris saltum, meis cassibus concluderis. Sit quippe, ut vis, Arianorum episcopus hostis Christi, sit infatuatum sal, sit lucerna sine igniculo, sit oculus sine pupilla: nempe eo peruenies, ut salire non possit, qui sal ipse non habeat, non illuminet caecus, non accendat extinctus. Tu autem, cum conditum ab eo cibum detiores, cur insulsum arguis conditorem? De igniculo eius Ecclesia tua lucet, & lucernam eius criminaris extinctam? Oculos tibi praebet, & caecus est? **Quamobrem** oro te, ut aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptismum probas; aut reprobos eius baptismum, quem non existimas sacerdotem, neque enim fieri potest, ut qui in baptismate sanctus est, sit apud altare peccator.

L V C I F E R. d. Sed ego recipio laicum poenitentem per manus impositionem, & inuocationem Spiritus sancti, sciens ab haereticis Spiritum sanctum non posse conferri. **O R T H O D. d.** Omnes propositionum vestrarum calles ad vnum copitum confluit, & pauidorum more ceruorum, dum varios pennarum euitatis volatus, fortissimis retibus implicamini. Nam cum in patre & filio & Spiritu sancto baptizatus homo templum Domini fiat; cum veteri aede destructa, nouum trinitatis delubrum aedificetur: quo modo dicis, sine aduentu Spiritus sancti apud Arianos peccata posse dimitti? quo modo antiquis fontibus anima purgatur, quae sanctum non habet spiritum? neque enim aqua lauat animam, sed prius ipsa lauatur a spiritu, ut alios laiare spiritualiter possit. Spiritus, inquit Moyses, Domini ferebatur super aquas. Ex quo apparet, baptismum non esse sine Spiritu sancto. Bethesda, lacus Iudaeae, nisi per aduentum angeli, debilitata corporaliter membra sanare non poterat: & tu mihi aqua simpliciter, quasi de balneo

Lucas 11
Math. 6
1. Cor. 6
Leuit. 21
CAP. 3
Genes. 1
Ioan. 5

animam lotam producis. Ipse Dominus noster, Iesus Christus, qui non tam mundatus est in lauacro, quam lauacro suo vniuersas aquas mundauit, statim vt caput extulit de fluento, Spiritum sanctum accepit: nō quod vquam sine Spiritu sancto fuerit, quippe qui de Spiritu sancto in carne natus est: sed vt illud nobis monstraretur verum esse baptisma, quo Spiritus sanctus adueniat. Igitur, si Arianus Spiritum sanctum non potest dare: ne baptizare quidem potest; quia Ecclesie baptisma sine Spiritu sancto nullum est. Tu verò cum baptizatum ab eo recipias, & postea inuoces Spiritum sanctum, aut baptizare eum debes, quia sine Spiritu sancto non potuit baptizari; aut si est baptizatus in spiritu, desine ei inuocare spiritum, quem tunc, cum baptizaretur, accepit. **LVCIF. d.** Obseruote, nōne legisti in Actibus Apostolorum, eos qui iam à Ioanne baptizati fuerant, cum ad interrogationem Apostoli respondissent, se nec auditu quidem comperisse, quid esset Spiritus sanctus, postea fuisse Spiritum sanctum consecutos? vnde manifestum est, posse aliquem baptizari, & tamen non habere Spiritum sanctum. **ORTHO. d.** Non tam imperitos diuinorum voluminum eos, qui audiunt, puto, vt ad hanc quæstiunculam dissoluendam longo sermone mihi opus sit. Verum priusquam quid in eam sententiam loquar, auscultam, iuxta sensum tuū quanta scripturarum turbatio oriatur. Quid est hoc quod Ioannes in baptismo suo aliis Spiritum sanctum dare non potuit, qui Christo dedit? & quis est iste Ioannes? Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini: rectas facite semitas Dei nostri. ille qui dicebat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Minus dico: ille qui ex matris utero clamabat: Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Spiritum sanctum non dedit; quem Philippus diacono eunucho dedit? quem Ananias Paulo dedit? Audacter forsitan videar Ioannem præferre cunctis. Audi Dominum loquentem: Non est in natis mulierum maior Ioanne Baptista. Nulli enim contigit prophetarum & annunciare Christum, & digito demonstrare. Et quid mihi necesse est in talis viri laudibus immorari, cum à Deo patre etiam angelus nuncupetur? Ecce, inquit, mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Planè angelum, qui post materni ventris hospitium eremi deserta sectatus, paruulus de serpentibus lussit, qui oculis spectantibus Christum, nihil aliud est dignatus aspicere; qui eloquii Domini, quæ melle & fauo dulciora sunt, dignam Deo vocem erudiuit. Et ne quæstionem morer, sic decebat crescere præcursores Domini. Ille ergo talis, tantusque Spiritum sanctum non dedit, quem Cornelius centurio, antequam baptizaretur, accepit? Responde, quæso, cur non dederit? ignoras? audi quid scripturæ doceant: Ioannis Baptisma non tam peccata dimisit, quam baptisma penitentiae fuit in peccatorum remissionem, id est, in futuram remissionem, quæ esset postea per sanctificationem Christi subsecutura. Scriptum est enim: Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans Euangelium penitentiae in remissionem peccatorum. Et postmodum: Et baptizabantur ab eo in Iordane cōsistentes peccata sua. Vt enim ante præcursores Domini ipse, sic & baptisma eius præuium Domini baptismatis fuit. Qui de terra est, aiebat, terrēna loquitur: at qui de supernis venit, super omnes est. Et iterum: Ego baptizo vos in aqua, ille baptizabit vos in Spiritu sancto. Si autem Ioannes, vt confessus est ipse, non baptizauit in spiritu: eos sequenter neque peccata dimisit, quia nulli

hominū sine Spiritu sancto peccata dimittuntur. Aut si contentiose argumentaris, ideo Ioannis baptisma dimisisse peccata, quia de caelis fuit: edoce, quid amplius in Christi baptismo consequamur, quod peccata dimittit, & liberat à gehenna. Quod à gehenna liberat, perfectum est, perfectum autem baptisma non est, nisi quod in cruce & in resurrectione Christi est. Ita tu, peruersè religiosus, dicente ipso Ioanne, illum oportet crescere, me autem minui: dum serui baptismo plus, quam habuit, tribuis, Dominicum destruis, cui nihil amplius relinquis. Quorsum ista tendit assertio? videlicet, vt non tibi durum videatur, si, ij, qui à Ioanne fuerant baptizati, postea per impositionem manus Apostolorum sint Spiritum sanctum consecuti; cum constet eos ne peccatorum quidem sine subsecutura fide remissionem consecutos. Tu verò qui ab Arianis recipis baptizatum, & ei tribuis baptisma, quod perfectum est, quo pacto, quasi modicum quid ei defuerit, sanctum inuocas spiritum; cum baptisma Christi sine Spiritu sancto nullum sit? Verum longius excessi; & cum æqua fronte aduersarij potuerim impetū submouere, leuiora eminus tela direxi. Ioannis autem baptisma intantum imperfectum fuit, vt constet postea Christi baptismo baptizatos, qui ab eo fuerant baptizati. ita enim historia refert: Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, & cum Paulus petrafraret superiores partes Asiae, deuenit Ephesum; & cū inuenisset quosdam discipulos, dixit ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis, cum credidistis? At illi responderunt: Sed nec, si Spiritus sanctus sit, audiui-mus. Dixit autē ad eos: In quo ergo baptizati estis? Responderunt, In Ioannis baptismo. Dixit autem Paulus: Ioannes quidem baptizauit baptismo penitentiae plebem, dicens, in aduenientem post eū vt crederent, hoc est in Iesum, in remissionem peccatorum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi. Et cum imposuisset illis manus Paulus, continuo cecidit Spiritus sanctus super eos. Si ergo baptizati sunt vero, & legitimo Ecclesie baptismo, & ita postea Spiritum sanctum consecuti sunt: & tu Apostolorum sequere auctoritatem, & baptiza eos, qui Christi non habent baptisma; & poteris inuocare Spiritum sanctum.

LVCIF. d. Qui dormientes sitiunt, auidè fauces fluminibus ingurgitant: & quanto plus hauserint, tanto plus sitiunt. ita mihi & tu videris aduersus quæstiunculam, quam proposui, hinc atque illinc argumenta quæsisse, & nihilominus in eadem quæstionum siti perseverare. An nescis, etiam ecclesiarum hunc esse morem, vt baptizatis postea manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus sanctus? exigis vbi scriptum sit? in Actibus Apostolorum. Etiam si scripturæ auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret. nā & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egressos, lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiae significationem; die Dominico, & per omnem penitencostem, nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere: multaque alia, quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit. ex quo animaduertis, nos Ecclesie consuetudinē sequi; licet ante aduocationē spiritus constet aliquē baptizatum. **ORTHO. d.** Non quidem abnuo hanc esse ecclesiarum consuetudinē, vt ad eos, qui longè in minoribus vrbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad inuocationē Sancti spiritus manū imposturus excurrat: sed

sed quale est, vt leges Ecclesie ad hæresim transferas; & virginis integritatem per meretricum lupanaria patiaris spurcari? Episcopus si imponit manum, iis imponit, qui in recta fide baptizati sunt, qui in patre & filio & spiritu sancto tres personas, vnam substantiam crediderunt. Arianus vero, cum aliud nihil crederet, (claudite, quæso, aures, qui audituri estis, ne tantæ impietatis vocibus polluamini) nisi in patre solo, vero Deo, & in Iesu Christo Salvatore creatura, & in spiritu sancto, vtriusque seruo; quo modo spiritum sanctum ab Ecclesia recipiet, qui necdum remissionem peccatorum consecutus est? Spiritus quippe sanctus nisi mundam fidem non incolit; nec habitator eius templi efficitur, quod antistitem non habet veram fidem. Quod si hoc loco quæris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi, non accipiat spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptisate tribui: discere hanc obseruationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum

Actuum. 1

Actuum. 5

Actuum. 8

CAP. 5.

LVCIFER. d. Valenter quidem, & fixo gradu metibi in faciem dimicantem repellis: sed post tergum cæderis, & nuda à spiculis dorâ non protegis. Esto quippe, apud Arianos ne baptisima quidem esse, & ideo spiritum sanctum ab eis non posse dari, quia necdum remissionem peccatorum acceperint: totum hoc victoriæ meæ proficit, & argumentorum tuorum palæstra mihi palmam victoriæ sudat. Arianus baptisima non habet, & quo modo sacerdotium habet? Laicus apud eos non est, & quo modo episcopus esse potest? Mihi recipere mendicum non licet,

tu recipis regem? vos hosti castra traditis, & à nobis perfuga reiiciendus est? ORTHOD. d. Si priorum meminisses, iam scires tibi fuisse responsum: sed dum amorem contradicendi sequeris, à quæstionum lineis excidisti, more quorundam loquacium potius, quam facundorum; qui cum disputare nesciant, tamen litigare non desinunt. Ego enim non tam in presenti Arianos vel improbo, vel defenso, quàm illam cursus mei metam circumeo, eadem ratione à nobis Episcopum recipi, quia laicus à vobis recipitur. Si erranti concedis veniam: & ego ignosco poenitenti. Si in fide sua baptizato baptizans nocere non potuit: & in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinauit. Subtilis est hæresis, & ideo simplices animæ facile decipiuntur. Deceptio tam laici, quàm Episcopi communis est: at Episcopus errare non potuit. Reuera de Platonis & Aristophanis sinu in episcopatum alleguntur. quorus enim quisque est, qui non apprime in his cruditus sit: denique ex litteratis quicumque hodie ordinantur, id habent curæ, non quo modo scripturarum medullas ebibant, sed quo modo aures populi declamationum fosculis mulceant. Accedit ad hoc, quod Ariana hæresis magis cum sapientia sæculi facit, & argumentationum riuos de Aristotelis fontibus mutuatur. Igitur, paruulorum inter se certantium ritu, quidquid dixeris, dicam: affirmabis, affirmabo: negabis, negabo. Arianus baptizat; ergo Episcopus est: non baptizat; tu refusa laicum, & ego non recipio sacerdotem. Sequar te quocumque ieris: aut pariter in luto hærebimus, aut pariter expediemur. LVCIFER. d. Sed laico ideo ignoscendum est, quia Ecclesiam Dei putans simpliciter accessit, & iuxta fidem suam credens baptizatus est. ORTHOD. d. Nouam rem asseris, vt Christianus quicumque factus sit ab eo, qui non fuit Christianus. Accedens ad Arianos in qua fide baptizatus est? nempe in ea, quam habebant Ariani: aut si iam ipse bene credebat, & sciens ab hæreticis baptizatus est, erroris veniam non meretur. Verum hoc penitus absurdum est, vt discipulus ad magistrum vadens ante fit artifex, quàm doceatur; vt modò ab idolorum veneratione conuersus nouerit Christum melius, quàm ille, qui doceat. At dicis: simpliciter in patre & filio & spiritu sancto credidit, & ideo baptisima consecutus est. Quæ est ista, quæso, simplicitas, nescire quod credas? Simpliciter credidit. Quid credidit? certè aut tria nomina audiens, tres deos credidit, & idololatra effectus est; aut in tribus vocabulis trinominem credes Deum, in Sabellij hæresim incurrit. Aut edoctus ab Arianis, vnum esse verum Deum patrem, filium, & spiritum sanctum, credidit creaturas: aut extra hæc quid credere potuerit, nescio: nisi fortè homo iam edoctus in Capitolio, homouision didicerit trinitatem. Sciebat patrem, filium, & spiritum sanctum, non natura, sed personis esse diuinos. Sciebat & filij nomen in patre, & patris nomen in filio. Ridicula penitus assertio, antè de fide quemquam disputare, quàm credere; antè mysteriū scire, quàm initiatus sit; aliter de Deo sentire baptizantem, & aliter baptizatum. Præterea cum solemne sit in lauacro, post trinitatis confessionem interrogare: credis sanctam Ecclesiam? credis remissionem peccatorum? quam Ecclesiam credidisse eum dicis? Ariatorum? sed non habent: nostram? sed extra hanc baptizatus non potuit eam credere, quam nesciuit. LVCIFER. d. Quoniam ab omnia argumentaris, & emissa à nobis spicula scuto orationis eludis; vnam hastam iaciam, quæ vmbonem tegminis tui, & verba crepitantia, vi sua penetret, nec diutius patiar,

fortitudinem arte superari. Laicus etiam extra Ecclesiam fide baptizatus, pœnitens recipitur: episcopus verò aut pœnitentiam non agit, & sacerdos est; aut si pœnitentiam egerit, esse episcopus desinit. Quamobrem rectè nos & laicum suscipimus pœnitentem; & episcopum, si in sacerdotio perseverare vult, repudiamus. ORTHOD. d. Sagitta, quæ contento neruo dirigitur, difficilè vitatur. ante enim ad eum, ad quem iacta est, peruenit, quàm obice clypei frustretur. Econtrario tux propositiones, quia sine ferri acumine mittuntur, hostè non valent perforare. Hanc igitur hastam, quam totis viribus misisti, de qua nobis minitaris, vno, vt aiunt, digitulo repellam. neque enim hic modò quaeritur, an episcopus pœnitens esse non possit, & laicus possit; sed an hereticus baptismum habeat: qui si, vt constat, non habet; quo modo potest esse pœnitens, ante quàm Christianus? Proba mihi, ab Arianis venientem laicum habere baptismum; & tunc ei pœnitentiam non negabo. Si verò Christianus non est, si non habuerit sacerdotem, qui eum faceret Christianum: quo modo aget pœnitentiam homo, qui necdum credit? LVCIF. d. Oro te, vt philosophorum argumentatione deposita, Christiana mecum simplicitate loquaris: si tamen non dialecticos sequeris, sed piscatores. Equum ne tibi videretur, vt Arianus episcopus sit? ORTHOD. d. Tu eum episcopum probas, quia ab eo recipis baptizatum, & in hoc reprehendendus es: quare à nobis parietibus separaris, cum in fide & in Arianorum nobiscum receptione consentias? LVCIF. d. Iam & superius rogavi, vt non philosophicè, sed Christianè mecum loquaris. ORTHOD. d. Discere vis, an contendis? LVCIF. d. Vtique contendendo, quia facti tui à te quaero rationem. ORTHOD. d. Si contendis, iam tibi responsum est. eadem enim ratione episcopum ab Arianis recipio, qua tu recipis baptizatum. Si discere cupis, in meam aciem transgredere. aduersarius enim vincitur, discipulus docetur. LVCIF. d. Non possum ante esse discipulus, quàm magistrum audiam prædicantem. ORTHOD. d. Quoniam tergiuersaris, & sic vis à me doceri, vt aduersariū in integro habeas: tuo animo te docebo. Consentimus in fide: consentimus in hæreticis recipiendis: consentiamus etiam in conuentu. LVCIF. d. Hoc non est docere, sed argumentari. ORTHOD. d. Quia tu pacem cum scuto petis, & nos oliuæ ramum gladio inferimus.

CAP. 6. LVCIF. d. En tollo manus, cedo, vicisti. verum cum arma deponam, sacramenti, in quod me iurare compellis, quaero rationem. ORTHOD. d. Gratulor interim tibi, & Christo Deo meo gratias ago, quia animo bono à falsitatis ardore ad totius orbis te saporem contulisti, nec dicis more quorundam: Saluum me fac Domine, quoniã defecit sanctus: quorum vox impia crucem Christi euacuat; Dei filium subiugat diabolo; & illam conplorationem, quæ à Domino de peccatoribus prolata est, nunc de vniuersis hominibus dictam intelligit: Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Sed absit, vt frustra Deus mortuus sit. Alligatus est fortis, & vasa eius direpta sunt. Allocutio patris impleta est: Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Apparuerunt fontes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. In sole posuit tabernaculum suum, nec est qui se abscondat à calore eius. Deo plenus psalmista canit: Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Et vbi, quaerò, isti sunt nimium religiosi, immo nimium profani,

qui plures synagogas asserunt esse, quàm ecclesias? Quomodo destructæ sunt diaboli ciuitates; & in fine, hoc est in sæculorum consummatione, idola corruerunt? Si ecclesiam per totum orbem diffusam non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet: nimium pauper factus est. En si Britannias, Gallias, orientem, Indorum populos, barbaras nationes, & totum simul mundum possidet satanas: quo modo ad angulum vniuersæ terræ crucis trophea collata sunt? nimium aduersarius potens concessit Christo Hiberiam; & Celtiberos, luridos homines, inopemque prouinciam dedignatus est possidere. Quod si de illa, quæ in Euangelio scripta est, sibi sententia blandiuntur: Putas ne, cum venerit filius hominis, inueniet fidem super terram: sciant illam fidem nominari, de qua ipse Dominus aiebat: Fides tua te saluam fecit. Et alibi de Centurione: Non inueni tantam fidem in Israël. Et rursus ad Apostolos: Quid timidi estis modicæ fidei? Necnon & in alio loco: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transmigra, & transmigrabit. Neque enim centurio, aut illa muliercula, quæ per duodecim annos fluxu sanguinis tabescebat, in trinitatis sacramenta crediderant, quæ post resurrectionem Christi Apostolis manifestata sunt; vt merito fides horum, quæ in mysterio est, laudaretur: sed simplicitas mentis, & deuota Deo suo anima approbata est: dicebat enim in corde suo: si tetigero vestimentum eius tantum salua fiam. Hæc est fides, quam raro inueniri Dominus pronunciauit. Hæc est fides, quæ etiã apud eos, qui benè credunt, difficilè perfecte inuenitur. Fiat tibi, inquit Deus, secundum fidem tuam. Hanc ego vocem audire nolo. si enim secundum fidem meam fiat mihi, peribo. & certè credo in Deum Patrem, credo in Deum Filium, & credo in Deum spiritum sanctum: credo in vnum Deum: & tamen secundum meam fidem nolo mihi fieri. sepe quippe venit inimicus homo, & inter Dominicam messem zizaniam interferit. Neque hoc dico, quod maius quicquã sit, quàm sacramenti fides, quàm puritas animæ: sed indubitata ad Deum fides arduè reperitur. verbi gratia dictum sit, vt quod volumus, perspicuum fiat: ad orationem assisto: non orare, si non crederem: sed si verè crederem: illud cor, quo Deus videtur, mundare, manibus tunderè pectus, genas lacrymis rigare, corpore inhorrescere, ore pallerè, iacere ad Domini mei pedes, eosque fletu perfunderè, crine tergere, harerè certè trunco crucis, nec prius amitterem, quàm misericordiã impetrarè. nunc verò creberimè in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fenore cõputo; aut abductus turpi cogitatione, etiã quæ dictu erubescenda sunt, gero. Vbi est fides: sicine putamus orasse Ionam? sic tres pueros? sic Danielè inter leones? sic certè latronè in cruce? Et hæc ego exèpli causa ad intelligentiã sensus protuli. Cæterum conueniat vnusquisque, cor suum; & in omni vita inueniet, quàm rarum sit, fidelè animam inueniri, vt nihil ob gloriæ cupiditatè, nihil ob rumusculos hominũ faciat. neque enim statim, qui ieiunat, Deo ieiunat; aut extendens pauperi manum Deo fernerat. vicina sunt vitia virtutibus. difficilè est, Deo tantum iudice esse contentum. LVCIF. d. Præuenisti interrogatõnem meam. hanc enim scripturam mihi in vltimo reseruabam. & ferè omnes nostri immo iã nô mei, hoc quasi ariete in disceptationibus vruntur; quem contractum, ac cominutum, vehementer gaudeo.

Sed quaerò te, vt mihi omnem causam, quare ab Arianis venientes Ecclesia recipiat, non quasi aduersario, sed quasi discipulo explices, nam cum tibi verbo respondere non possim, animo tamen necdum

Luc. 18

Mat. 9

Luc. 7

Matth. 14

Luc. 17

Matth. 9

Luc. 18

Matth. 4

Matth. 13

Ion. 4

Dan. 3. 14

Luc. 13

CAP. 7.

dum assentior. ORTHOD. d. Sub rege Constantino, Eusebio & Hippatio consulibus, nomine unitatis & fidei infidelitas scripta est, vt nunc agnoscitur. nam illo tempore nihil tam pium, nihil tam conueniens seruo Dei videbatur, quam unitatem sequi, & à totius mundi communione non scindi; præsertim cum superficies expositionis nihil iam sacrilegum præferret. Credimus, aiebant, in vnum verum Deum, patrem omnipotentem. hoc etiam nos confitemur. Credimus in vnigenitum Dei filium, qui ante omnia sæcula, & ante omne principium natus est ex Deo; natum autem vnigenitum solum ex solo patre, Deum ex Deo, similem genitori suo patri secundum scripturas, cuius natiuitatem nullus nouit, nisi qui solus eum genuit pater. Numquid hic infertur est, Erat tempus quando non erat? vel de nullis extantibus, creatura est filius Dei? Perfecta fides est, Deum de Deo credere. Et natum aiebant vnigenitum solum, ex solo patre. Quid est natum? certe non factum. natiuitas suspicionem auferbat creaturæ. Addebant præterea, Qui de cælo descendit, conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, crucifixus à Pontio Pilato, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei patris, venturus iudicare viuos, & mortuos. Sonabant verba pietatem, & inter tanta illa præconia nemo venenû infertur putabat. De vsu verò nomine abiuciendo, verisimilis ratio præbebatur. Quia in scripturis, aiebant, non inuenitur, & multos simpliciores nouitate sua scandalizat, placuit auferri. non erat curæ episcopis de vocabulo, cû sensus esset in tuto. Denique ipso in tẽpore cum fraudem fuisse in expositione rumor populi ventilaret; Valens, Mursiensis episcopus, qui eam conscripserat præsentè Tauro, prætorij præfecto, qui ex iussu regis synodo aderat, professus est se Arianû non esse, & penitus ab eorum blasphemis abhorre. Res secretè gesta opinionem vulgi non extinxerat. itaque alia die in Ecclesia, quæ est apud Ariminum, & episcoporum simul & laicorum turbis concurrentibus, Muzonius, episcopus prouinciæ Byzantinæ, cui propter ætatem primæ ab omnibus deferrebatur, ita locutus est: Ea quæ sunt iactata per publicum, & ad nos vsque perlata, aliquem è nobis sanctitati vestræ legere præcipimus: vt quæ sunt mala, & ab auribus & à corde nostro abhorre debent, omnium vna voce damnentur. Responsum est ab vniuersis episcopis, placet. itaque cum Claudius, episcopus prouinciæ Picenæ, ex præcepto omnium blasphemias, quæ Valentis ferebantur, legere cœpisset; Valens suas esse negans, exclamauit, & dixit: Si quis negat Christum Deum, Dei filium, ante sæculà ex patre genitum, anathema sit. Ab vniuersis consõnatum est, anathema sit. Si quis negat filium similem patri secundum scripturas, anathema sit. Omnes responderunt, anathema sit. Si quis filium Dei non dixerit æternum cum patre, anathema sit. Ab vniuersis conclamatum est, anathema sit. Si quis dixerit creaturam filium Dei, vt sunt cæteræ creaturæ, anathema sit. Similiter dictû est, anathema sit. Si quis dixerit, de nullis extantibus filium, & non de Deo patre, anathema sit. Omnes conclamauerunt, anathema sit. Si quis dixerit, erat tempus, quando non erat filius, anathema sit. In hoc verò cuncti episcopi, & tota simul ecclesia plausu quodam & tripudio Valentis vocem exceperunt. Quod si quis à nobis fictum putat, scrinia publica scrutetur. plenæ sunt certè ecclesiarum arcæ, & recens adhuc rei memoria est. supersunt homines, qui illi synodo interfuerunt; &

quod veritatè firmet, ipsi Ariani hæc ita, vt diximus, gesta non denegant. Cum ergo cuncti Valentem ad cælum laudibus tollerent, & suam in eum suspicionem cum pœnitentia damnarent; idem Claudius, qui supra legere cœperat, ait: Adhuc sunt aliqua, quæ subterfugerunt dominum, & fratrem meum Valentem: quæ si vobis viderentur, ne quis scrupulus remaneat, in cõmune damnemus. Si quis dixerit filium Dei esse quidem ante omnia sæcula, sed non ante omne omnino tempus, vt ei aliquid anteferat, anathema sit. Dixerunt cuncti, anathema sit. Multaque alia, quæ suspiciosa videbantur, ad pronuntiationem Claudij Valens condemnauit. quæ si quis plenius discere cupit, in Ariminensibus synodi actis reperiet, vnde & nos ista libauimus. His ita gestis, concilium soluitur, læti omnes ad prouincias reuertuntur. idem enim regi & bonis omnibus curæ fuerat, vt oriens, atque occidentens communionis sibi vinculo neferentur. Sed diu scelera non latent: & cicatrix malè obducta, incocto purè dirumpitur. Cœperunt postea Valens, & Ursacius, ceterique nequitie eorum socij, egregij videlicet Christi sacerdotes, palmas suas iactare, dicentes se filium non creaturam negasse, sed similem cæteris creaturis. tunc vsuæ nomen aboluitur est, tunc Nicenæ fidei damnatio conclamata est. Ingemuit totus orbis, & Arianum se esse miratus est. Igitur alij intra suam communionem remanere, alij ad eos confessores, qui sub nomine Athanasij exulabant, cœperunt litteras mittere: nonnulli in iram societatem meliorum desperatione planxerunt: pauci verò (vt se natura hominum habet) errorem pro consilio defensauere. Periclitabatur nauicula Apostolorum: vrgebant venti: fluctibus latera tundeantur: nihil iam supererat spei. Dominus excitatur, imperat tẽpestati, bestia moritur, tranquillitas redit. Manifestius dicam. Omnes episcopi, qui de propriis sedibus fuerant exterminati, per indulgentiã noui principis ad ecclesias redeunt. Tunc triumphatorẽ suum Athanasium Ægyptus excepit: tunc Hilarium, de prælio reuertentem, Galliarum ecclesia complexa est: tunc ad reditum Eusebij lugubres vestes Italia mutauit. Cõcurrebant episcopi, qui Ariminensibus dolis iretiti, sine conscientia hæretici ferebantur, cõtestantes corpus Domini, & quidquid in Ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putauimus, aiebant, sensum congruere cum verbis: nec in Ecclesia Dei, vbi simplicitas, vbi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labijs proferri timuimus. decepti nos bona de malis existimatio. nõ sumus arbitrati sacerdotes Christi aduersus Christum pugnare. Multaque alia, quæ breuitatis studio prætereo, silentes asserunt, parati & subscriptionem pristinam, & omnes Arianorû blasphemias condemnare. Hoc loco interrogo istos nimium religiosos, quid de confessoribus agendum putauerint? Depositis, inquit, veteribus episcopis, novos ordinassent. Tentatum est, sed quotusquisque benè sibi conscius patitur se deponi? præsertim cum omnes populi, sacerdotes suos diligentes, penè ad lapides & ad interemptionem deponentium eos conuolauerint? Mansissent, aiunt, intra suam communionem. hoc est dicere irrationabili crudelitate orbem totum diabolo condonassent. Cui damnaissent eos, qui Ariani non erant? cur Ecclesia scinderent, in cõcordia fidei permanentè? cum deniq; credentes benè, obstinatione sua facerent Arianos. Nam cum in synodo Nicenæ, quæ propter Arianam perfidiam congregata est, octo episcopos Arianos susceptos sciamus, & episcopus iã in mûdo nullus sit, nisi quos synodus illa ordinauit;

quo modo poterunt aduersum eam facere, propter quam exilium sustinuerunt? LVCIF. d. An tandem & tunc recepti sunt Ariani? quinam, quæso? ORTHOD. d. Eusebius, Episcopus Nicomedientis; Theogonus, episcopus Nicenus; Saras, tunc presbyter Libyæ; Eusebius, episcopus Cæsareæ Palæstinæ; & reliqui, quos enumerare longum est; ipse quoque caput horum & causa malorum, Arius presbyter, & Euzoius diaconus, qui post Eudoxium Antiochenus episcopus fuit, & Achillas lector. hi quippe tres, Alexandrinæ ecclesiæ clerici, auctores huius hæreseos extiterunt. LVCIF. d. Si quispiam eos neget fuisse susceptos, quo modo reuincetur? ORTHOD. d. Superstunt adhuc homines, qui illi synodo interfuerunt. & si hoc parum est, quia propter temporis antiquitatem rari admodum sunt, & in omni loco testes adesse non possunt: legamus acta & nomina episcoporum synodi Nicenæ: & hos quos supra diximus fuisse susceptos, subscripsisse hominon, inter ceteros reperiemus. LVCIF. d. Si potes, ostende post synodum Nicenam illos in perfidiam declinasse. ORTHOD. d. Recte proposuisti. solent enim oculis clausis denegare, qui nõ credunt factum esse, quod nolunt. Sed quo modo postea non declinarunt, propter quos synodus congregata est? & quorum epistolæ & libri impietatis ante synodum editi, vsque ad præsentem diem durant? Igitur cum illo tempore trecenti & eo amplius episcopi, paucos homines, quos sine damno Ecclesiæ abiicere poterant, suscepit: miror quosdam, & certe Nicenæ fidei sectatores, tantæ duritiæ existere, vt tres confessores, de exilio reuertentes, non putent id ob totius orbis salutem necessariõ facere debuisse, quod tot & tales viri voluntate fecerunt. Sed vt dicere cœperamus, post reditum confessorum in Alexandrinam postea synodo constitutum est, vt exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare non poterat, poenitentes Ecclesiæ sociarentur: non quod episcopi possint esse, qui hæretici fuerant: sed quod constaret, eos qui reciperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententiæ occidentis; & per tam necessarium concilium, Satanæ faucibus mundus ereptus est. Ventum est ad asperrimum locum, in quo aduersum voluntatem & propositum meum cogor de beato Lucifero, secus quidquam, quam & illius meritum, & mea humanitas poscit existimare. sed quid faciam? veritas os referat, & inuitam linguam conscium ad eloquendum pectus impellit. In tali articulo Ecclesiæ, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ouibus, reliquum gregem deseruit, bonus quidem ipse pastor, sed multam prædam bestiis relinquens. Prætereò illa, quæ quidam ex maledicis, quasi satis firma, defendunt; hoc illum amore gloriæ, & nominis in posteros transmittedi fecisse; necnon & pro simultate, quam aduersus Eusebium propter Antiochenam dissensionem suscepit, nihil istorum de tali viro credo: vnum est, quod etiam in præsentem constanter loquar, verbis eum à nobis dissentire, non rebus; siquidem eos recipiat, qui ab Arianis baptismum consecuti sunt.

CAP. 8.

LVCIF. d. Quam longè alia, & vt nunc intelligo, errori magis, quam spei proficientia, mihi antea afferebantur. verum gratias ago CHRISTO Deo, qui in pectus meum veritatis lumen infudit; ne adhuc ore sacrilego virginem eius scortum diaboli clamarem. Restat vnum, quod quæso te, vt edisseras, quid aduersum Hilarium dicendum sit, qui ne baptizatos quidem recipiat ab Arianis. ORTHOD. d. Hilarius cum diaconus de Ecclesia recesserit, solusq;

vt putat turba sit mundi, neq; Eucharistiam consecrare potest, episcopos & presbyteros non habens, neq; baptismum sine Eucharistia tradere: & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interit & lecta: quia post se nullum clericum diaconus potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotes, Sed omittis paucis hominibus, qui ipsi sibi & laici sunt, & episcopi, ausculta quid de omni Ecclesia sentiendum sit. LVCIF. d. Tribus, vt aiunt, verbis tam grandem quæstionem dissoluisti: & quidem, dum loqueris, videor mihi tecum facere, si verõ obticueris, nescio quid rursum scrupuli nascitur, quare ab hæreticis baptizati suscipiuntur. ORTHOD. d. Hoc est, quod & ego dixi, ausculta quid de omni Ecclesia sentiendum sit. iste enim, vt ais, scrupulus multos titillat. & longus fortasse ero in enarrando, verum tanti est lucrû veritatis. Arca Noë Ecclesiæ typus fuit, dicente Petro Apostolo: In arca Noë pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam: quod & nos nunc similis formæ baptismum saluos facit. Vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuersarum & gentium, & morum homines sunt. vt ibi pardus, & hædi, lupus, & agni: ita & hic iusti, & peccatores, id est, vasa aurea, & argentea, cum ligneis, & fictilibus commorantur. Habuit arca nidus suos: habet Ecclesia plurimas mansiones. Octo animæ hominum in arca Noë seruatae sunt: & nos Ecclesiastes iubet dare partes septem, da-
Ecclesi. 11
 re partes octo, id est, credere vtrique testamento. Ideo quidam psalmi pro octaua inscribuntur, & per
Psal. 6. 11
 octonos versus, qui singulis litteris subiecti sunt, in centesimo decimo octauo psalmo iustus eruditur. Beatitudines quoque, quas Dominus discipulis in monte pronuncians, Ecclesiam delinaiuit, octo sunt. Et Ezechiel in ædificatione templi octonarium numerum assumit. Multaq; alia in hunc modum per scripturas significata reperies. Emittitur itaq; de arca coruus, & non rediit: & postea pacem terræ columba nunciat. Ita & in Baptismate Ecclesiæ, teretrimo alite expulso, id est, diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nunciat. A triginta cubitis incipiens, & vsq; ad vnum cubitum paulatim decrescens, arca construitur. similiter & Ecclesia, multis gradibus consistens, ad extremum diaconis, presbyteris, episcopisque finitur. Periclitata est arca in diluuiõ: periclitatur Ecclesia in mundo. Egressus Noë vineam plantauit, & bibens de ea inebriatus est: natus quoque in carne Christus Ecclesiam plantauit, & passus est. Nudatum patrem intrisit maior filius, & minor texit: & Deum crucifixum illuserunt Iudæi, & honorauerunt gentiles. Dies me deficiet, si omnia arcae sacramenta cum Ecclesia componens, edisseram. Qui sint inter nos aquila, qui colubæ, qui leones, qui cerui, qui vermiculi, qui serpentes, quod ad præsens negotiû pertinet, breuiter expediam. Non solum in Ecclesia moratur oues, nec munda tantum aues volitat, sed frumentum in agro seritur, & inter nitentia culta. Lappæq; & tribuli, & steriles dominantur auenæ. Quid faciat agricola? euellat lolium: sed tota pariter messis diuellitur. Quotidie industria rusticana aues sonitu abigit, imaginibus exterrit: hinc flagello crepitat, hinc formidines tendit. attamen aut veloces capræ, aut lasciuus onager incurrit: hinc in effusa horrea mures frumeta comportat: hinc seruati agmine segete formica populatur. Ita res se habet. nemo securus agrum possidet. Dormiente patrefamilias, inimicus homo zizania supereminuit: ad que eradicanda cum serui ire proponeret, Dominus prohibuit, sibi seruans palearum & frumeti

1. Pet. 3

Ecclesi. 11

Psal. 6. 11

Math. 3

Ezech. 40

Gen. 8

Gen. 9

Math. 11

menti

Rom. 9 menti discretionem. Hæc sunt vasa iræ & misericordiæ, quæ in domo Dei ab Apostolo prædicatur. Venit ergo dies, quando thesauro Ecclesiæ aperto, proferet Dominus vasa iræ suæ, quibus exeuntibus sancti dicent: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Nemo potest Christi palmam sibi assumere, nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare. Si iam mundata est Ecclesia, quid Domino referuamus? Est via, quæ videtur esse apud homines recta: nouissima autem eius veniunt in profundum inferni. In hoc errore iudicii quæ potest esse certa sententia? Conarus est & beatus Cyprianus cõtritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: & iccirco hæreticorum baptisina reprobans, ad Stephanum, tunc Romanæ vrbs episcopum, qui à beato Petro vigesimussextus fuit, super hac re Africanam synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem reuoluit, nouum emisere decretum. Quid facimus? ita & nobis maiores nostri, & illis sui tradidere maiores. Sed quid de posterioribus loquar? Apostolis adhuc in sæculo supersitibus, adhuc apud Iudæam Christi sanguine recenti, phantasma Domini corpus afferebatur. Galatas ad obseruationem legis traductos, Apostolus iterum parturit: Corinthios resurrectionem carnis non credentes, pluribus argumentis ad verum iter trahere conatur. Tunc Simon Magus, & Menander, discipulus eius, Dei se afferuere virtutes: tunc Basilides summum Deum Abraxas, cum trecentis sexagintaquinque editionibus commentatus est: tunc Nicolaus, qui vnus de septẽ diaconis fuit, die noctũque nuptias faciens, obscenos & auditu quõque erubescendos coitus somniavit. Taceo de Iudaismi hæreticis, qui ante aduentum Christi, legem traditam dissiparunt: quod Dositheus, Samaritanorum princeps, prophetas repudiavit: quod Sadducei, ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negauerunt: quod pharisæi, à Iudæis diuisi, propter quasdam obseruationes superfluas nomen quõque à dissidio susceperunt: quod Herodiani Herodẽ regem suscepere pro Christo. ad eos venio hæreticos, qui Euangelia laniauerunt, Saturnium quendam, & Ophitas, & Gnoitam Carpocratem, & Cerinthum, & huius successorem Hebionem, & cæteras pestes: quorum plurimi, viuentem adhuc Ioanne Apostolo, eruperunt: & tamen nullum eorum legimus rebaptizatum. Quoniam autem talis viri fecimus mentionem, de Apocalypsi quõque eius approbemus hæreticis sine baptismate debere pœnitentiam concedi. Angelo Ephesi deferta charitas imputatur: In angelo Pergamenæ ecclesiæ, idolothytorum esus, & Nicolaitarum doctrinam reprehenditur. Item apud angelum Thiathyrorum, Hiezabel prophetissa, & simulacrorum escæ, & fornicationes increpantur. Et tamen omnes hos ad pœnitentiam Dominus hortatur, sub comminatione quõque futuræ pœnæ, nisi conuertantur. non autem cogeret pœnitere, si non esset pœnitentibus veniam concessurus. Numquid dixit, rebaptizentur qui in Nicolaitarum fide baptizati sunt? vel imponantur eis manus, qui eo tempore apud Pergamēnos crediderunt, quo disciplinam tenebant Balaam? Quin potius age, inquit, pœnitentiã: si autẽ, ego veniã tibi cito, & pugnabo tecũ in thomphea oris mei.

CAP. 9. Verũm, si voluerint ij, qui ab Hilario inliciti sunt, & oues sine pastore esse cœperunt, de scripturis ea proferre, quæ beatus Cyprianus ob hæreticos re-

baptizandos in epistolis suis reliquit: sciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant edidisse; siquidem in communione eorum permansit, qui sententiæ suæ contraxerant; sed hortatum potius fuisse propter Nouatum, & alias tunc hæreses multas enascentes, ne quiquam ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur. Sermonem denique suum, quem super hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit, tali fine compleuit: Hęc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione protulimus; credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ & religiosa pariter, & vera sunt. Cæterũm scimus quosdã, quod semel imbiberunt, nolle deponere, nec propositum suum facillẽ mutare; sed, saluo inter collegas pacis & concordiæ vinculo, quaedam propria, quæ apud se semel sint vsurpata, retinere. Qua in re non vim cuiquam facimus, aut legem damus: quin habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum: vnusquisq; sit prepositus, rationem actus sui Domino redditurus. Ad Iubaianum quõque de hæreticis rebaptizandis scribens, in fine libelli sic locutus est: Hęc tibi breuiter pro nostra mediocritate scripsimus, frater carissime, nemini præscribentes, aut præiudicantes, quo minus vnusquisque episcoporum, quod putat, faciat, habens arbitrij sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter hæreticos cum collegis & coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinã concordia, & Dominicã pacẽ tenemus, maxime cũ Apostolus dicat: Si quis autẽ putauerit se contentiosum esse, nos talẽ consuetudinẽ nõ habemus, nec Ecclesia Dei. Seruatur à nobis patienter & leniter caritas animi, collegij honor, vinculũ fidei, concordia sacerdotij. Est præterea aliud, quod inferemus, aduersũm quod ne mutire quidẽ audeat Hilarius, Deucalion orbis, Si enim hæretici baptisina non habent, & ideo rebaptizandi ab Ecclesia sunt, quia in Ecclesia non fuerunt: ipse quõque Hilarius non est Christianus: in ea quippe Ecclesia baptizatus est, quæ semper ab hæreticis baptismum recepit. Antequam Ariminensis synodus fieret, antequam Lucifer exularet, Hilarius Romanæ Ecclesiæ diaconus ab hæreticis venientes, in eo quod prius acceperant, baptismate suscipiebat. Nisi fortẽ tantũ Ariniani hæretici sunt, & ab his solis baptismatum recipere non licet, & aliis licet. diaconus eras, ô Hilari, & à Manichæis baptizatos recipiebas. diaconus eras, & Hebionis baptismata comprobabas: repẽtẽ, postquam exortus est Arius, totus tibi displicere cœpisti. Segregas te cum tuis vernulis, & nouum balneum aperis: Si te angelus aliquis, aut Apostolus rebaptizauit: non infringo, quod sequeris. si verõ in sinu meo natus; si vberum meorum lacte nutritus, aduersũm me gladium leuas: redde, quod dedi; & esto, si potes, aliter Christianus. Meretrix sum, sed tamen mater tua sum. Non seruo vnus thori castitatẽ: talis etiam quando conceptus es. Cũ Ario adulteria committõ: feci & antea cum Praxea, cum Hebione, cum Cerintho, Nouato: hos amplexaris, hos in matris tuæ domũ iam adulteros recipis. nescio quid te vnus adulter offendat. Quod si negadũ quispiã putauerit, hæreticos à maioribus nostris semper fuisse susceptos: legat beati Cypriani epistolas, in quibus Stephanũ, Romanę vrbs episcopũ, & inueteratã cõsuetudinis lacerat errorẽ: legat & ipsius Hilarij libellos, quos aduersus nos de hæreticis rebaptizandis edidit: & ibi reperiet ipsum Hilarium confiteri, à Iulio, Malcho, Syluestro, & cæteris veteribus episcopis, similiter in

1. Cor. 11

penitentiam omnes hæreticos susceptos, nec tamen sibi met veritatis consuetudinem præiudicare debe- re. Synodus quoque Nicena, cuius paulò antè fecimus mentionem, omnes hæreticos suscepit, excep- tis Pauli Samoïateni discipulis. & quod his maius est, episcopo Nouatianorum, si conuersus fuerit, presbyterij gradum seruat: quæ sententia & Lucife- rum impugnat, & Hilarium, dum idem & clericus est, & baptizatus. Poteram diem istiusmodi eloquio ducere, & omnes propositionum riuulos vno Ec- clesiæ sole siccare: verum quia iam multum sermo- cinati sumus; & prolixitas concertationis audientiũ studia lassauit; breuem tibi apertamque animi mei sententiam proferam; in illa esse Ecclesia permanen- dum, quæ ab Apostolis fundata, vsque ad diem hanc durat. Sicubi audieris, eos qui dicuntur Christi, non à Domino Iesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses, siue Campitas: scito non Ecclesiam Christi, sed antichristi esse synagogam. ex hoc enim ipso, quod postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænuñciauit. Nec sibi blan- dianur, si de scripturarum capitalis videntur sibi af- firmare quod dicunt: cum & diabolus de scripturis aliqua sit locutus; & scripturæ non in legendo consistant, sed intelligendo. alioqui, si litteram se- quimur, possumus & nos quoque nouum nobis dogma componere: vt asseramus in Ecclesiam non recipiendos, qui calcæati sint, & duas tuni- cas habeant. **LVCIF. d.** Non solum te vicisse existimes: vicimus vtrique: vtrique nostrum pal- mam refert, tu mei, ego erroris. vtramque mihi sic semper disputare contingat, vt ad meliora profi- ciens, deseram quod malè tenebam. vnum tamen tibi confiteor, quia mores meorum apprime noui; facilius eos vinci posse, quam persuaderi.

1. Tim. 4

Manh. 4

AD AVITVM, QUID CAVEN- DVM IN LIBRIS

περὶ ἀρχῶν.

EPISTOLA LIX.

ARGVMENTVM.

QUIA Rufinus malè verterat Origenis librum *περὶ ἀρχῶν*, addens mutilansque aliqua, vt quæ in eo manifestè erant hæretica, excusaret, & Origenem legendum cunctis ingereret; eundem ad Pammachij preces ipse denuò veritè Hieronymus, nihil immutans: verum vt sine periculo liber legi posset, quæ sint in eo impiè dicta, propterea ab omnibus caueri debeant, nunc ad Avitum scribens, eruditè declarat.

CAP. I.



ANTE annos circiter decem sanctus vir Pammachius ad me cuiusdã schedulas misit, quæ Origenis *περὶ ἀρχῶν* interpretata volumina continerent, immo vitata, hoc magnopere postu- lans, vt Græcam veritatem Latina ser- uaret translatio; & in vtramque partem, seu benè seu malè dixisset ille qui scripsit, absque interpretis patrocinio, Romana lingua cognosceret. Feci vt voluit, misique ei libros, quos cum legisset, exhor- ruit, & reclusit scrinio; ne prolatis in vulgus, multo- rum animos vulnerarent. à quodam fratre, qui habe- bat zelum Dei, sed non secundum scientiam, roga- tus vt traderet ad legendum, quasi statim reddituro, propter angustiam temporis fraudem non potuit su- spicari. qui acceperat legendos, adhibitis notariis opus omne descripsit; & multo celerius, quam pro-

miserat, codicem reddidit. eadẽmque temeritate, & vt leuius dicam, ineptia, quod malè surripuerat, peius aliis credidit. & quia difficile grandes libri, de rebus mysticis disputantes, notarum pœssunt seruare compendia, præsertim qui furtim ecleriterque dic- tantur: ita in illis confusa sunt omnia, vt & ordine in plerisque, & sensu careant. Quamobrem peris, Auite carissime, vt ipsum ad te exemplar dirigam, quod à me olim translatus, & nulli alij traditum, à su- pradicto fratre peruerse editum est. Accipe igitur, quod petisti; sed ita, vt scias detestanda tibi in eis esse quamplurima; & iuxta sermonem Domini, inter scorpiones & colubros incedendum: vt est illud sta- tim in primo volumine: Christum filium Dei non natum esse, sed factum: Deum patrem per naturam inuisibilem, etiam à filio non videri: Filium, qui sit imago inuisibilis patris, comparatum patri, non esse veritatem: apud nos autem, qui Dei omnipo- tentis non possumus recipere veritatem, imagina- riam veritatem videri, vt maiestas ac magnitudo ma- ioris, quodam modo circumscripta sentiat in filio: Deum patrem esse lumen incomprehensibile: Chri- stum coilatione patris, splendorem esse perparuum, qui apud nos pro imbecillitate nostra magnus esse vi- deatur. Duarum statuarum, maioris, & paruulæ; vnius, quæ mundum impleat, & magnitudinem sua quodam modo inuisibilis sit; & alterius, quæ sub o- culos cadat; ponit exemplum, priori patrem, poste- riori filium comparans. Deum patrem omnipoten- tem appellat bonum, & perfectæ bonitatis: Filium non esse bonum, sed auram quandam & imaginem bonitatis: vt non dicatur absolute bonus, sed cum additamento pastor bonus: & cætera. Tertium dig- nitate, & honore post patrem & filium, asserit spi- ritum sanctum. de quo cum ignorare se dicat, vtrum factus sit, an infectus; in posterioribus, quid de eo sentiret, expressit, nihil absque solo Deo patre infe- ctum esse confirmans. Filium quoque minorem pat- re, eo quod secundus ab illo sit, & spiritum sanctũ inferiorem filio, in sanctis quibusque versari. atque hoc ordine maiorem patris fortitudinem esse, quam filij & spiritus sancti: & rursus maiorem filij fortitudinem esse quam spiritus sancti: & consequenter ipsius S. spi- ritus maiorem esse virtutem cæteris, quæ sancta di- cuntur. Cũque venisset ad rationabiles creatu- ras, & dixisset eas per negligentiam ad terrena cor- pora esse delapsas; etiam hoc addidit: Grandis negli- gentiæ, atque desidie est, intantum vnumquemque desinere, atque euacuari, vt ad vitia veniens, irratio- nabilium iumentorum possit crasso corpore colligari. Et in consequentibus: Quibus, inquit, moti disputationibus, arbitramur sua sponte alios esse in numero sanctorum, & ministerio Dei; alios ob cul- pam propriam de sanctimonia corruentes, in tantam negligentiam corruisse, vt etiam in contrariis forti- tudines verterentur, rursusque nasci ex fine prin- cipium, & ex principio finem; & ita cuncta variari, vt & qui nunc homo est, possit in alio mundo dæ- mon fieri; & qui dæmon est & negligentius egerit, in crassiora corpora relegetur, id est, vt homo fiat. Sicque permiscet omnia, vt de archangelo possit dia- bolus fieri, & rursus diabolus in angelum reuertatur. Qui verò fluctuauerint, & moris pedibus ne- quaquam corruerint, subiicientur omnino dispen- sandi, & regendi, atque ad meliora gubernandi prin- cipatibus, potestatibus, thronis, dominationibus: & forsitan ex his hominum constabit genus in vno aliquo ex mundis; quando iuxta Esaiam, cælum & terra noua fient. Qui verò non fuerint meriti, vt

Luc. 10

Es. 65

per

per genus hominum reuertantur ad pristinum statum; sicut diabolus, & angeli eius, & pessimi demones, ac pro varietate meritorum in singulis mundis diuersa officia sortientur. Ipsosque demones, ac rectores tenebrarum in aliquo mundo, vel mundis, si voluerint ad meliora conuerti, fieri homines, & sic ad antiquum redire principium: ita dumtaxat, ut per supplicia, atque tormenta, quae vel multo vel breui tempore sustinuerint, in hominum eruditi corporibus, rursum veniant ad angelorum fastigia: Ex quo consequenti ratione monstrari, omnes rationabiles creaturas ex hominibus posse fieri, non semel & subito, sed frequentius: nosque & angelos, futuros demones, si egerimus negligentius, & rursum demones, si voluerint capere virtutes, peruenire ad angelicam dignitatem. Corporales quoque substantias penitus dilapsuras: aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est aether, & caelum, & si quod aliud corpus sincerius & purius intelligi potest. Quod cum ita sit; quid de resurrectione sentiat, perpicuum est. Solem quoque, & lunam, & astra caetera, esse animantia; immo quo modo nos homines ob quaedam peccata his sumus circumdari corporibus quae crassa sunt, & pigra; sic & caeli luminaria, talia vel talia accepisse corpora, ut vel plus vel minus luceant; & demones, ob maiora delicta, aereo corpore esse vestitos: Omnem creaturam, secundum Apostolum, vanitati esse subiectam, & liberari in reuelationem filiorum Dei. Ac ne quis putet nostrum esse quod dicimus, ipsius verba ponamus: In fine atque consummatione mundi, quando velut de quibusdam repagulis atque carceribus missae fuerint a Domino animae, & rationabiles creaturae, alias earum tardius incedere ob segnitiam, alias pernici volare cursu propter industriam. Cumque omnes liberum habeant arbitrium, & sponte sua vel virtutes possint capere, vel vitia: illae multo in peiori conditione erunt, quam nunc sunt; haec ad meliorem statum peruenient: quia diuersi motus, & variae voluntates in vtramque partem diuersum accipient statum, id est, ut angeli homines vel demones, & rursum ex his homines vel angeli fiant. Cumque omnia vario sermone tractasset, asserens diabolum non incapax esse virtutis, & tamen necdum velle capere virtutem; ad extremum sermone latissimo disputauit, angelum, siue animam, aut certe daemonem, quos vnus asserit esse naturae, sed diuersarum voluntatum, pro magnitudine negligentiae, & stultitiae iumentum posse fieri; & pro dolore poenarum & ignis ardore, magis eligere ut brutum animal sit, & in aquis habitet & fluctibus, ac corpus assumere huius vel illius pecoris: ut nobis non solum quadrupedum, sed & piscium corpora sint timenda. Et ad extremum, ne teneretur Pythagorici dogmatis reus, qui asserit *μεταμύχουσι*, post tam nefandam disputationem, qua lectoris animum vulnerauit. Haec, inquit, iuxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quaesita tantum, atque proiecta; ne penitus intractata viderentur.

CAP. 2.

In secundo autem libro mundos asserit innumerabiles, non iuxta Epicurum, vno tempore plurimos, & sui similes, sed post alterius mundi finem alterius esse principium: & ante hunc nostrum mundum, alium fuisse mundum; & post hunc alium esse futurum, & post illum alium, rursumque caeteros post caeteros. Et dubitat vtrum futurus sit mundus alteri mundo, ita ex omni parte consimilis, ut nullo inter se distare videantur: an certe nunquam mundus alteri mundo ex toto indifferens & similis sit futurus. Rursumque post

modicum, Si omnia, inquit, (ut ipse disputationis ordo compellit) sine corpore vixerint, consumetur corporalis vniuersa natura; & redigetur in nihilum, quae aliquando facta est de nihilo; eritque tempus, quo vnus eius iterum necessarius sit. Et in consequentibus: Sin autem, ut ratione & scripturarum auctoritate monstratum est, corruptiuum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem: absorbebitur mors in victoriam, & corruptio in incorruptionem: & forsitan omnis corporea natura tolletur e medio, in qua sola potest mors operari. Et post paululum: Si haec non sunt contraria fidei, forsitan sine corporibus aliquando viuemus. Sin autem, qui perfecte subiectus est Christo, absque corpore intelligitur; omnes autem subiciendi sunt Christo: & nos erimus sine corporibus, quando ei ad perfectum subiecti fuerimus. Et in eodem loco: Cum subiecti fuerint omnes Deo, omnes deposituri sunt corpora: & tunc corporalium rerum vniuersa natura soluetur in nihilum: Quae si secundo necessitas postularit, ob lapsum rationabilium creaturarum rursus existit. Deus enim in certamen & luctam animas dereliquit, ut intelligant plenam consummatamque victoriam non ex propria se fortitudine, sed ex Dei gratia consecutas. Et iccirco arbitror pro varietate causarum diuersos mundos fieri; & elidi errores eorum, qui similes sui mundos esse contendunt. Et iterum: Triplex ergo suspicio nobis de fine suggeritur: e quibus quae vera & melior sit, lector inquirat. Aut enim sine corpore viuemus, cum subiecti Christo subiciemur Deo, & Deus fuerit omnia in omnibus: aut quo modo Christo subiecta, cum ipso Christo subiciemur Deo, & in vnum faedus ardeantur, ita omnis substantia redigetur in optimam qualitatem, & dissoluetur in aetherem, quod purioris simpliciorisque naturae est: aut certe sphaera illa, quam supra appellauimus *αὐρανὸν*, & quidquid illius circulo continetur, dissoluetur in nihilum: illa vero, qua *ἀγρίωσι* ipsa tenetur, & cingitur, vocabitur terra bona: necnon & altera sphaera, quae hanc ipsam terram circumdabit vertigine, & dicitur caelum, in sanctorum habitaculum conseruabitur. Cum haec dicat, nonne manifestissimum gentium sequitur errores; & philosophorum deliramenta simplicitati ingerit Christianae? Et in eodem libro. Restat ut inuisibilis sit Deus. si autem inuisibilis per naturam est, neque Saluatori visibilis erit. Et in inferioribus: Nulla alia anima, quae ad corpus descendit humanum, puram & germanam similitudinem signi in se prioris expressit, nisi illa, de qua Saluator loquitur: Nemo tollet animam meam a me, sed ego pono eam a me ipso. Et in alio loco: Vnde cum infinita cautione tractandum est, ne forte, cum animae salutem fuerint consecutae, & ad beatam vitam peruenerint, animae esse desistant. sicut enim venit Dominus atque Saluator quaerere & saluum facere quod perierat, ut perditum esse desistat, sic anima, quae perierat, & ob cuius salutem venit Dominus, cum salua facta fuerit, anima esse cessabit. Illud quoque patenter requirendum, vtrum sicut perditum aliquando non fuit perditum, & erit tempus quando perditum non erit; sic & anima aliquando fuerit non anima, & fore tempus, quando nequaquam anima perseueret. Et post multum de anima tractatum haec intulit: *ἴδεν*, id est, mens corruens, facta est anima: & rursum anima instructa virtutibus mens fiet. Quod & de anima Esau scrutantes possumus inuenire, propter antiqua peccata eum in deteriori vita esse damnatum: Et de caelestibus requirendum est, quod non eo tempore,

pore, quo factus est mundus, solis anima, vel quodcumque eam appellari oportet, esse coeperit, sed antequam lucens illud & ardens corpus intraret. De luna & stellis similiter sentiamus; quod ex causis precedentibus, licet inuita compulsa sint, subiici vanitati, ob premia futurorum; non suam facere, sed creatoris voluntatem, à quo in hæc officia distributa sunt. Ignis quoque gehennæ & tormenta, quæ scriptura sancta peccatoribus comminatur non punit in suppliciis, sed in conscientia peccatorum, quando Dei virtute & potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur; & veluti ex quibusdam feminibus, in anima derelictis, vniuersa vitiorum seges exoritur; & quidquid feceramus in vita, vel turpe, vel inipium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur; ac præteritas voluptates mens intruens conscientiæ, punitur ardore, & pœnitentinis stimulis confoditur. Et iterum: Nisi forte corpus hoc pingue, atq; terrenum, caligo, & tenebræ nominandæ sunt; per quod, consummato hoc mundo, cum necesse fuerit in alium transire mundum, rursus nascendi sumet exordia. Hæc dicens, perspicue *ἡσθητο* Pythagoræ Platonisq; defendit. Et in fine secundi voluminis de perfectione nostra disputans, intulit: Cumque in tantum profecerimus, vt nequaquam carnes & corpora, forsitan ne animæ quidem fuerimus, sed mens & sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intuebitur rationabiles intelligibilesque substantias, facie ad faciem.

CAP. 3. In libro quoque tertio hæc vitia continentur. Sin autem semel recipimus, quod ex præcedentibus causis aliud vas in honorem, aliud in contumeliam sit creatum: cur non recurramus ad animæ arcanum, & intelligamus eam egisse antiquitus, propter quod in altero dilecta, in altero odio habita sit, antequam in Iacob corpore supplantaret, & in Esau planta teneretur à fratre? Et iterum: Vt autem aliæ animæ fierent in honorem, aliæ in contumeliam, materiarum causarumque merita præcesserunt. Et in eodem loco. Luxta nos autem ex præcedentibus meritis, vas quod in honorem fuerit fabricatum, si non dignum vocabulo suo opus fecerit, in alio sæculo fiat vas contumeliæ: & rursus vas illud, quod ex anteriori culpa contumeliæ nomen acceperat, si in præsentis vita corrigi voluerit, in noua creatione fiet vas sanctificatum, & vtile Domino, in omne opus bonum paratum. Statimque subiungit: Ego arbitrator posse quosdam homines à paruis vitiis incipientes, ad tantam nequitiam peruenire; si tamen noluerint ad meliora conuerti, & pœnitentia emendare peccata; vt & contrariæ fortitudines fiant, & rursus ex inimicis contrariisque virtutibus, intantum quosdam per multa tempora vulneribus suis adhibere medicinam, & fluentia prius delicta constringere, vt ad locum transeant optimorum. Sæpius diximus, in infinitis perpetuisque sæculis, in quibus anima subsistit, & viuit, sic nonnullas earum ad peiora corruiere, vt vltimum malitiæ locum teneant; & sic quasdam proficere, vt de vltimo malitiæ gradu ad perfectam veniant consummatamque virtutem. Quibus dictis, conatur ostendere & homines, id est, animas posse fieri dæmones, & rursus dæmones, id est, angelicæ redigi dignitatē. Atq; in eodem volumine. Sed & hoc requirendū, quare humana anima nūc ab his, nunc ab aliis virtutibus ad diuersa moueatur. Et putat quorundam, antequam venirent in corpora, merita præcessisse: vt est illud Ioannis exultantis in vtero matris suæ, quando ad vocem salutationis Mariæ,

indignam se confabulatione eius Elizabet confiteatur. Statimque subiungit: Et e contrario paruuli licet & penè lætentes malis replentur spiritibus, & in diuinos atq; hariolos inspirantur, intantum, vt etiam dæmon Pythonicus quosdam à tenera ætate possideat: quos derelictos esse apud prouidentiam Dei, cum nihil tale fecerint, vt istiusmodi insaniam sustinerent, non est eius, qui nihil vult absq; Deo fieri, & omnia illius iustitia gubernari. Rursusq; de mundo, Nobis autē, inquit, placet & antè hūc mundum, aliū fuisse mundū, & post istū, aliū futurū. Vis discere, quod post corruptionem huius mundi alius sit futurus? audi Esaiam loquentem: erit calum nouum, & terra noua; quæ ego facio permanere in conspectu meo. Vis nosse, quod ante fabricam istius mundi, alij mundi in præterito fuerint? ausculta Ecclesiasten: Quid est, quod factum est? ipsum quod futurum est. Et non est omne nouum sub sole, quod loquatur, & dicat: Ecce hoc nouum est: iam enim fuit in sæculis pristinis, quæ fuerunt ante nos. Quod testimonium non solum fuisse, sed futuros mundos esse testatur, non quod simul & pariter omnes fiant, sed alius post alium. Statimque subiungit. Diuinitus habitaculum, & veram quietem apud superos existimo intelligi: in qua creaturæ rationabiles commorantes antequam ad inferiora descenderent, & de inuisibilibus ad visibilia commigrarent, ruentēque ad terram, crassis corporibus indigerent, antiqua beatitudine fruebantur. vnde conditor Deus fecit eis congrua humilibus locis corpora, & mundum istum visibilem fabricatus est; ministrisque ob salutem & correptionem eorum, qui ceciderunt, misit in mundum; ex quibus alij certa obtinerent loca, & mundi necessitatibus obedirent; alij iniuncta sibi officia, singulis quibusque temporibus, quæ nouit artifex Deus, sedula mente tractarent. & ex his sublimiora mundi loca, sol & luna & stellæ, quæ ab Apostolo creatura dicitur, acceperunt. quæ creatura Rom. 8 vanitati subiecta est, eo quod crassis circumdata corporibus, & aspectui pateat, & tamen non sponte subiecta est vanitati, sed propter voluntatem eius, qui eam subiecit in spe. Et iterum: alij verò in singulis locis, atq; temporibus, quæ solus artifex nouit, mundi gubernaculis feruiunt, quos angelos eius esse credimus. Et post paululum: Quem rerum ordinem totius mundi regit prouidentia, dum aliæ virtutes de sublimioribus corruunt, aliæ paulatim labuntur in terras. Istæ voluntariæ descendunt, aliæ precipitantur inuitæ. Hæc sponte suscipiunt ministeria, vt ruentibus manum porrigant: illæ coguntur ingrati, vt tanto tempore in suscepto officio perseuerent. Et iterum: Ex quo sequitur, vt ob varios motus varij creentur & mundi; & post hunc, quem incolimus, alius multo dissimilis mundus fiat. Nullusque alius diuersis casibus & profectibus, vel virtutum præmiis, vel vitiorum suppliciis, & in præsentis, & in futuro, atq; in omnibus & retro, & postea temporibus potest meriti dispensare, & ad vnum rursus finem cuncta pertrahere, nisi solus cōditor omnium Deus, qui scit causas, propter quas alios permittat sua perfrui voluntate, & de maioribus ad vltima delabi, alios incipiat visitare, & gradatim, quasi manu data, ad pristinum retrahere statum, & in sublimibus collocare. Cumque de fine disputare coepisset, hæc intulit: Quia vt crebro iam diximus, principium rursus ex fine generatur, quaritur verum & tunc futura sint corpora, an sine corporibus aliquando viuendum sit, cum redacta in nihilum fuerint, & incorpo-

incorporalium vita incorporalis esse credenda sit: qualem & Dei nouimus. Nec dubium est, quin si omnia corpora ad mundum istum sensibilem pertineant, quæ appellatur ab Apostolo visibilia, futura sit vita incorporalium incorporalis. Et paulò post: Illud quoq; , quod ab eodem Apostolo dicitur: Omnis creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatè gloriæ filiorum Dei: sic intelligimus, vt primà creaturà rationabiliù & incorporaliù esse dicamus, quæ non seruiat corruptioni, eo quòd non sit vestita corporibus; & vbicùmque corpora fuerint, statim corruptio subsequatur. Postea autem liberabitur de seruitute corruptionis, quando receperint gloriam filij Dei, & Deus fuerit omnia, in omnibus. Et in eodem loco: vt autem incorporeum finem omnium rerum esse credamus illa nos Saluatoris oratio prouocat, in qua ait: Vt quo modo ego & tu vnū sumus, sic & isti in nobis vnū sint. Etenim scire debemus, quid sit Deus, & quid sit futurus in fine Saluator; & quo modo in sanctis similitudo patris & filij repromissa sit; quo modo in se illi vnū sunt, sic & isti in eis vnū sint. Aut enim suscipiendum est, vniuersitatis Deum vestiri corpore, & quo modo nos carnibus, sic illum qualibet materia circumdari; vt similitudo vitæ Dei, in fine sanctis possit æquari: aut si hoc indecens est, maximè apud eos, qui saltem ex minima parte Dei sentire cupiunt maiestatem, & ingenitè atq; omnia excedentis naturæ gloriam suscipiari; è duobus alterum suscipere cogimur, vt aut desperemus similitudinem Dei, si eadem semper sumus corpora habituri; aut si beatitudo nobis eiusdè cum Deo vitæ promittitur, eadem qua viuit Deus, nobis conditione viuendum est. Ex quibus omnibus approbatur, quid de resurrectione sentiat, & quòd omnia corpora interitura confirmet, vt simus absque corporibus, quo modo prius fuimus, antequam crassis corporibus vestiremur. Rursumque de mundorum varietate disputans, & vel ex angelis demones, vel de dæmonibus angelos siue homines futuros esse contestans, & e contrario ex hominibus dæmones, & omnia ex omnibus, sententiam suam tali sine confirmat. Nec dubium est, quin post quædam interualla temporum, rursus materia subsistat, & corpora fiant; & mundi diuersitas construatur, propter varias volūtates rationabilium creaturarū, quæ post perfectam beatitudinem vsque ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora dilapsæ, tantam malitiam receperunt, vt in contrarium vertentur, dum nolunt seruare principium, & incorruptam beatitudinem possidere. Nec hoc ignorandum, quòd multæ rationabiles creaturæ vsque ad secundum & tertium & quartum mundum seruent principium, nec mutationi in se locum tribuant: aliæ verò tam parum de pristino statu amissuræ sint, vt pene nihil perdidisse videantur: & nonnullæ, grandi ruina, in vltimum præcipitandæ sint barathrum. Nouitque dispensator omnium Deus, in conditione mundorum singulis abuti iuxta meritum, & opportunitates, & causas, quibus mundi gubernacula sustentantur, & inicianur; vt qui omnes vicerit nequitia, & penitus se terræ coæquauerit in alio mundo, qui postea fabricandus est, fiat diabolus, principium plasmationis Domini: vt illudatur ei ab angelis, qui exordij amifere virtutem. Quibus dictis, quid aliud conatur ostendere, nisi huius mundi homines peccatores, in alio mundo posse diabolum, & dæmones fieri? & rursus nunc dæmones, in alio mundo posse vel angelos, vel homines procreari? Et post disputationem longissimam, qua omnem

creaturam corpoream in spiritualia corpora & tenuia dicit esse mutandam, cunctamque substantiam in vnum corpus mundissimum, & omni splendore purius conuertendam, & talem, qualem nunc humana mens non potest cogitare, ad extremum intulit: Et erit Deus omnia in omnibus, vt vniuersa natura corporea redigatur in eam substantiam, quæ omnibus melior est, in diuinam scilicet, qua nulla est melior.

In quarto quoque libro, qui operis eius extremus est, hæc ab Ecclesia Christi damnanda interferit. Et forsitan, quo modo in isto mundo qui moriuntur separatione carnis & animæ, iuxta operum differentiam diuersa apud inferos obtinent loca: sic qui de cælestis Hierusalem, vt ita dicam, administratione moriuntur, ad nostri mundi inferna descendunt; vt pro qualitate meritorum, diuersa in terris possideant loca. Et iterum: Et quia comparauimus, de isto mundo ad inferna pergentes animas, iis animabus, quæ de superiori cælo ad nostra habitacula peruenientes quodam modo mortuæ sunt; prudenti inuestigatione rimandū est, an hoc ipsum possimus etiam in natiuitate dicere singularum; vt quo modo quæ in ista terra nostra nascuntur animæ, vel de inferno rursus, meliora cupientes, ad superiora veniunt, & humanum corpus assument, vel de melioribus locis ad nos vsque descendunt, sic & ea loca, quæ supra sunt in firmamento, aliæ animæ possideant, quæ de nostris sedibus ad meliora proficiant; aliæ quæ de cælestibus ad firmamentum vsque delapsæ sunt, nec tantum fecere peccatum, vt ad loca, quæ incolimus, truderentur. Quibus dictis, nititur approbare, & firmamentum, id est, cælum, ad comparisonem superioris cæli esse inferos; & hanc terram, quam incolimus, collatione firmamenti inferos appellari; & rursus, ad comparisonem inferorum, qui subter nos sunt, nos cælum dici; vt quod aliis infernus est; aliis cælum sit. Nec hac disputatione contentus, dicit in fine omnium rerum, quando ad cælestem Hierusalem reuerfuri sumus, aduersarium fortitudinum contra populum Dei bella consergere; vt non sit eorum otiosa virtus, sed exercentur ad prælia, & habeant materiam roboris, quam consequi non possint, nisi fortes primum aduersarii resisterint; quos ratione, & ordine, & solertia repugnandi, in libro Numerorum legimus esse superatos. Cùmque dixisset iuxta Ioannis Apocalypsim, Euangelium sempiternum, id est, futurum in cælis, tantum præcedere hoc nostrum Euangelium, quantum Christi prædicatio legis veteris sacramenta; ad extremum intulit, (quod & cogitasse sacrilegum est) pro salute dæmonum Christum etiam in aëre, & in supernis locis esse passurum. Et licet ille non dixerit, tamen quod consequens sit, intelligitur: sicut pro hominibus homo factus est, vt homines liberaret; sic & pro salute dæmonum Deus futurum, quod sunt ij, ad quos venturus est liberandos. Quod ne forsitan de nostro sensu putemus asserere, ipsius verba ponenda sunt. Sicut enim per vmbra Euangelij, vmbra legis impleuit: sic quia omnis lex exemplum & vmbra est ærimoniarum cælestium, diligentius requirendum, verum rectè intelligamus, legem quoque cælestem, & ærimonias superni cultus plenitudinem non habere, sed indigere Euangelij veritate, quod in Ioannis Apocalypsi Euangelium legimus sempiternum, ad comparisonem videlicet huius nostri Euangelij, quod temporale est, & in transituro mundo ac sæculo prædicatum. Quod quidem etiam si vsque ad passionem Domini

CAP. 4:

Num. 10
26.33
Apoc. 14

Domini Saluatoris inquirere voluerimus; quamquam audax & temerarium sit in celo eius querere passionem: tamen si spiritualia nequitiae in caelestibus sunt, & non erubescimus crucem Domini confiteri propter destructionem eorum, quae sua passione destruxit; cur timeamus, etiam in supernis locis, in consummatione saeculorum aliquid simile suspicari, ut omnium locorum gentes illius passione saluentur? Rursumque blasphemans de filio sic locutus est: Si enim patrem cognoscit filius; videtur in eo, quod nouit patrem, posse eum comprehendere: ut si dicamus artificis animum artis scire mensuram. Nec dubium, quin si pater sit in filio, comprehendatur ab eo, in quo est. Sin autem comprehensionem eam dicimus, ut non solum sensu quis & sapientia comprehendat, sed & virtute, & potentia cuncta teneat, qui cognouit: non possumus dicere, quod comprehendat filius patrem: pater verò omnia comprehendit. Inter omnia autem & filius est, ergo & filium comprehendit. Et ut sciremus causas, quibus pater comprehendat filium, & filius patrem non queat comprehendere, haec verba subnectit. Curiosus lector inquirat, utrum ita à semet ipso cognoscatur pater, quo modo cognoscitur à filio: sciensque illud, quod scriptum est: Pater qui me misit, maior me est: in omnibus verum esse contendet, ut dicat, & in cognitione filio patrem esse maiorem, dum perfectius & purius à semet ipso cognoscitur, quam à filio. *Μεγαλειωτον* quoque & abolitionem corporum, per hoc rursum sentire conuincitur. Si quis autem potuerit ostendere, incorporealem rationabilemque naturam, cum expoliauerit se corpore, viuere per semet ipsam, & in peiori conditione esse, quando corporibus vestitur; in meliori, quando illa deponit: nulli dubium est, corpora non principaliter subsistere, sed per interualla, & ob varios motus rationabilium creaturarum nunc fieri, ut qui his indigent, vestiuntur; & rursum, cum illa deprauatione lapsos se ad meliora correxerint, dissolui in nihilum; & hac semper successione variari. Et ne paruum putaremus impietatem esse eorum, quae praemisera, in eiusdem voluminis fine coniungit: omnes rationabiles naturas, id est, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, angelos, potestates, dominationes, ceterasque virtutes, ipsum quoque hominem secundum animae dignitatem vnus esse substantiae. Intellectualem, inquit, rationabilemque naturam sentit Deus, & vnigenitus filius eius, & Spiritus sanctus; sentiunt angeli, & potestates, ceteraque virtutes; sentit interior homo, qui ad imaginem & similitudinem Dei conditus est. ex quo concluditur, Deum, & haec quodam modo vnus esse substantiae. Vnum addit verbum, Quodam modo, ut tanti sacrilegij crimen effugeret: & qui in alio loco Filium & Spiritum sanctum non vult de patris esse substantia, ne diuinitatem in partes secare videatur; naturam omnipotentis Dei angelis hominibusque largitur. Cum haec ita se habeant; quae insania est, paucis de Filio & Spiritu sancto commutatis, quae apertam blasphemiam praeferebant, cetera, ita ut scripta sunt, protulisse in medium, & impia voce laudasse; eum vitique & illa, & ista de vno impietatis fonte processerint? Aduersum omnia scribere, nec huius est temporis; & omnes, qui aduersus Arium, & Eunomium, Manichaeumque & diuersas scripserunt haereses, his quoque impietatibus respondisse credendi sunt. Quisquis igitur hos voluerit legere libros; & calciatis pedibus ad terram repromissionis pergere, ne cubi à serpentibus mordeatur, & arcuato scorpj

vulnere verberetur; legat prius hunc librum; & antequam ingrediatur viam, quae sibi cauenda sint, nouerit.

EPIPHANIVS IOANNI EPISCOPO
HIEROSOLYMORVM.

EPISTOLA LX.

ARGVMENTVM.

EPIPHANIVS, Salaminae Cypri Episcopus, & intimus D. Hieronymi, à quo epistola versa est, amicus, excusat se Ioanni Episcopo Hierosolymitano, quod Presbyterum ordinavit in eius dioecesi, ipso inconsulto. Deinde, ut ab Origenis erroribus, quos multos interea recenser, caueat, hortatur. Postremò, cur velum ad Ecclesiae fores pendens, in quo hominis imago depicta erat, sciderit, rationem reddit.



OMINO dilectissimo fratri, Ioanni Episcopo Epiphanius. Oportebat nos dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei & obseruatione diligentissima hoc esse, quod dicimur. Si enim sancta scriptura loquitur: cleri eorum non proderunt eis: quae arrogantia clericatus conducere nobis poterit, qui non solum cogitatione & sensu, verum etiam sermone peccatus? Audiui quippe quod tumeas contra nos, & irascaris, & miniteris scribere in extremos fines terrae, ut loca prouincialique non nominem. Et ubi est Dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus est à Domino: Si quis irascitur fratri suo sine causa, reuserit iudicio? Non quod magnopere curem, si scribas quod placuerit. scribebantur enim & epistolae biblynae iuxta Esaiam: & mittebantur super aquas, quae cito cum saeculo transeunt. Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriae fecimus, nec quicquam violenter extorsimus. In monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouinciae nihil tuae deberent, & propter nostram paruitatem & litteras, quas ad eos crebro direximus, communionis quoque tuae coeperunt habere discordiam, ne viderentur quadam duritia & conscientia nostra, antiquae fidei ab Ecclesia separari, ordinauimus diaconum: & postquam ministravit, rursum presbyterum: super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi: maxime cum nulla sit diuersitas in sacerdotio Dei, & ubi vtilitati Ecclesiae prouidetur. Nam etsi singuli ecclesiarum episcopi habent sub se ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen praepōnitur omnibus caritas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum, quid factum sit, sed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum sit. Cum enim vidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret; & sancti presbyteri Hieronymus & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nolent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quae Christianorum praecipua salus est; inuenire autem & comprehendere seruum Dei non posses, qui te, eo quod graue onus sacerdotij nollet suscipere, saepe fugiebat; sed nec alius quis episcoporum facile eum reperiret: vnde & satis miratus sum, quo modo dispensatione Dei ad nos uenerit cum diaconis monasterij & ceteris fratribus, ut mihi satis faceret, quia nescio quid aduersum eos habebat tristitiae:

Ioan. 14

Hier. 16

Math. 7

Es. 5

Gen. 1

Exod. 12

tristitia: cum igitur celebraretur collecta in Ecclesia villa, quæ est iuxta monasterium nostrum, ignorantem eum, & nullam penitus habentem suspensionem per multos diaconos apprehendi iussimus, & teneri os eius, ne fortè, liberari se cupiens, adiuraret nos per nomen Christi: & primum diaconum ordinauimus, proponentes ei timorem Dei, & compellentes vt ministraret. valde quippe obnitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum, & persuadere potuimus testimoniis scripturarum, & propositione mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis, rursus eum, ingenti difficultate tento ore eius, ordinauimus presbyterum: & iisdem verbis, quibus antea suaseram, impulimus vt federet in ordine presbyterij. Post hæc scripsimus ad sanctos presbyteros monasterij, & cæteros fratres: & increpauimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri audissem, cur non haberent, qui sibi Domini sacramenta conficerent, & illum omnes suos poscerent testimonio, & grandem vtilitatem in commune monasterij testarentur: quare tunc, reperta oportunitate, non scripsissent nobis, neque super ordinatione eius aliquid poposcissent. Hæc ita acta sunt, vt locutus sum, in caritate Christi, quam te erga paruitatem nostram habere credebam: quamquæ in monasterio ordinauerim, & non in parochia, quæ tibi subiecta sit. O verè benedicta episcoporum Cypri mansuetudo, & bonitas, & nostra rusticitas sensu tuo & arbitratu digna misericordia Dei. Nam multi episcopi communionis nostræ & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos comprehendere non potueramus, & miserunt ad nos diaconos & hypodiatonos, quos suscepimus cum gratia. & ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem episcopum, & sanctum Theoprobium, vt in ecclesiis Cypri, quæ iuxta se erant, ad meam autem parochiam videbantur ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset, & latè patens prouincia, ordinarent presbyteros, & Christi ecclesiæ prouiderent. Numquam autem ego ordinavi diaconifas, & ad alienas nisi prouincias, neque feci quidquam vt ecclesiam scinderem. Quid ergo tibi visum est, sic grauiter intumescere, & iactari contra nos pro opere Dei, quod in adificationem, & non in destructionem fratrum factum est?

CAP. 2. Sed & illud vehementer admiratus sum, quod meis locutus es clericis, asserens te per sanctum presbyterum & abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi, ne quemquam ordinarem; & ego hoc pollicitus sim, dicens: Numquid iuuenis sum, aut canones ignoro? Audi igitur veritatem in sermone Dei, me hoc nec audisse, nec nosse, nec istius sermonis penitus recordari. Suspiciatus autem sum, ne forsitan inter multa quasi homo oblitus essem; & ob hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus sum, & Zenonem presbyterum, qui cum eo est. è quibus abbas Gregorius respondit, se hoc penitus ignorare: Zenon autem dixit, quia cum ei presbyter Ruffinus nescio quæ alia transitorie loqueretur, etiam hoc dixerit: Putas ne, aliquos ordinaturus est sanctus episcopus? Et hucusque sterit sermonem. Ego autem Epiphanius nec audiui quidquam, nec respondi. Vnde dilectissime, non te præueniat furor, nec occupet indignatio, nec frustra mouearis; & aliud dolens te veritas ad alia, vt peccandi occasionem inuenisse videaris. Quod propheta deuitans, Dominum precatur, dicens: Non declines cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis. Illud quoque audiens admiratus sum, quod quidam,

qui solent vltro citroque portare rumusculos, & iis quæ audierunt, semper addere, vt tristitias, & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt, & dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine, præsta Ioanni vt rectè credat. Noli nos in tantum putare rusticos, vt hoc tam apertè dicere potuerimus: quamquam enim hoc in corde meo semper orem: tamen vt simpliciter fatear, nunquam in alienas aures protuli; ne te viderer parui pendere, dilectissime. quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus & pro te quoque dicimus: Custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certè ita: Tu præsta Domine, & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis: sicut occasio sermonis se tulerit, & habuerit oratio consequentiam. Quapropter obsecro te, dilectissime, & aduolutus pedibus tuis precor, præsta mihi, & tibi, vt salueris, sicuti scriptum est, à generatione peruersa, & recede ab hæresi Origenis, & à cunctis hæresibus, dilectissime. Video enim quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis, Ariipatrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem, & parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis, & monerem, contradixistis, & me ad tristitiam atque lacrymas adduxistis. Non solum autem me, sed & alios plurimos catholicos, qui intererant. Inde vt intelligo, hæc est omnis indignatio, & iste furor. Et iccirco comminamini, quod mittatis aduersum me epistolas; vt huc illucque sermo vester discurrat, & propter defensionem hæreseos aduersum me odia suscitantes, rumpitis caritatem, quam in vos habuimus; intantum, vt feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobis communicauerimus, ita Origenis errores & dogmata defendentibus. Simpliciter loquor: nos secundum quod scriptum est, nec oculo nostro patimur, vt non effodiamus eum, si nos scandalizauerit; nec manui, neque pedi, si nobis scandalum fecerit. & vos ergo, siue oculi nostri, siue manus, siue pedes fueritis, similia sustinebitis. quis enim catholicorum possit æquo animo sustinere, & eorum qui fidem suam bonis operibus exornant, vt audiant Origenis doctrinam, atque consilium, & erendant præclaræ illius prædicationi: Non potest Filius videre Patrem, neque Spiritus sanctus videre Filium? Hæc in libris *περὶ ἀρχῶν* scribuntur, his verbis legimus, & ita locutus est Origenes. Sicut enim incongruum est dicere, quod possit Filius videre Patrem: sic inconsequens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre Filium. Illud quoque quis Origenem dicentem patiat, quod animæ, angeli fuerint in cælis; & postquam peccauerint in supernis, deiectas esse in istum mundum; & quasi in tumulos, & sepulcra, sic in corpora ista relegatas, pœnas antiquorum luere peccatorum? & corpora credentium non templa Christi esse, sed carceres damnatorum? Exinde veritatem historiæ, allegoriæ deprauans mendacio, infinita verba multiplicat: & simplices quosque varia persuasionem supplantas, nunc asserit animas, iuxta Græcam etymologiam, *ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ* iccirco vocitatas, quia de cælestibus ad inferiora venientes, calorem pristinum amiserint: nunc corpus hoc, ob id iuxta Græcos *δῆμας*, id est, vinculum, siue iuxta aliam proprietatem, cadauer dici, quia animæ de cælo ruerint: à plerisque autem, secundum variam Græci sermonis supellectilem, *σώματα*, id est, corpus, *σῆμα*, id est, monumentum interpretari; eo quod ita animam in se clausam habeat; quo modo sepulcra

Math. 5

& tumuli cadauera mortuorum. Et si hoc verum est, ubi est fides nostra? ubi præconium resurrectionis? ubi apostolica doctrina, quæ in Ecclesiis Christi hucusque perdurat? ubi illa benedictio ad Adam, & ad semen eius, & ad Noë, & ad filios eius: Crescite, & multiplicamini, & replete terram? Iam enim non erit benedictio, sed maledictio, iuxta Origenem, qui angelos vertit in animas, & de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora descendere; quasi Deus generi humano non possit animas per benedictionem dare, nisi angeli peccauerint, & tot in cælo sint ruine, quot in terra natiuitates. Dimittenda ergo nobis est doctrina Apostolorum, & prophetarum, & legis, & ipsius Domini Saluatoris in Euangelio pertonantis. Econtrario Origenes præcipit, & legem dat, vt non dicam constringit discipulos suos, ne quis oret in cælum ascendere; ne peius iterum peccans, quam in terris antè peccauerat, præcipitetur in mundum. Quamquam istiusmodi nugæ & delirameta soleat ille, scripturarum interpretatione peruersa, & aliud significare, quam quod verum est, affirmare, dicens: Priusquam à malitia humiliarer, ego deliqui. Et illud: Reuertere anima mea in requiem tuam. Nec non & illud: Educ de carcere animam meam. Et in alio loco: Confitebor Domino in regione viuorum: cum alius proculdubio sensus scripturæ diuinæ sit, quam ille in hæresim suam maligna interpretatione detorquet. Quod faciunt & Manichæi, & Gnostici, & Hebioniaræ, & Marcionis sectatores, & alia hæreses numero octoginta; quæ de purissimo scripturarum fonte assumptas testimonia, non ita interpretantur vt scripta sunt, sed simplicitate sermonis ecclesiastici, id volunt significare, quod ipsi sentiunt.

CAP. 3. Illud quoque, quod asserere nititur, dolcam ne, an rideam, nescio. Doctor egregius Origenes audeat docere, diabolum id rursum futurum esse, quod fuerat; & ad eandem rediturum dignitatem, & consensurum regna cælorum. Pro nefas, quis tam vecors, & stolidus, vt hoc recipiat, quod sanctus Ioannes Baptista, & Petrus, & Ioannes Apostolus & Euangelista, Esaias quoque, & Hieremias, & reliqui prophete, coheredes siant diaboli in regno cælorum? Prætereo friuolam eius expositionem super tunicis pelliceis, quanto conatu, quantisque egerit argumentis, vt tunicas pelliceas humana esse corpora crederemus, qui inter multa ait: Numquid cornarius, aut scortifarius erat Deus, vt conficeret pelles animalium, & consue ret ex eis tunicas pelliceas Adam & Eux? Manifestum est ergo, inquit, quod de corporibus nostris loquatur. Et si hoc ita est quo modo legimus, antè pelliceas tunicas, & antè inobedientiam, & de paradiso ruinam Adam loquentem non secundum allegoriam, sed verè: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea? Aut verè assumptum est illud, quod diuinus sermo testatur: Et iniecit Deus soporè in Adam, & dormiuit; & sumpsit vnam de costis eius; & adimpleuit pro ea carnem; & ædificauit costam, quam tulerat ex eo, illi in vxorem? Aut quæ corpora cõtegebat Adam & Eva foliis ficus, postquam comederunt de arbore vitæ? Quis autem patietè ferat Origenem lubricis argumentationibus resurrectionis carnis huius negantem, sicut declarat manifestissimè in volumine explanationum primi psalmi, & in aliis multis locis? Aut quis audiat in tertio cælo donantè nobis Origenem paradysum; & illum, quem scriptura commemorat de terra ad cælestia transferentem; & omnes arbores, quæ scribuntur in Genesi, sic allegorice intelligentem; quod scilicet arbores, angelicæ fortitudines sint; cum hoc veritas non recipiat; neque

enim dixit scriptura diuina: Deposuit Deus Adam & Euam in terram; sed eiecit eos de paradiso, & habitare fecit eos contra paradysum. Non ait, sub paradiso. Et posuit romphæam flammæ, & Cherubin custodire introitum ligni vitæ. Non dixit, ascensum. Et fluuius egrediebatur ex Eden. Non dixit, descendit ex Eden. Iste diuiditur in quattuor principia: nomen vni Phison, & nomen secundi Geon. Ego vidi aquas Geon, Aquas, quas his carnis oculis aspexi. Ille est Geon, quem Hieremias demonstrat, dicens: Quid vobis & viæ Ægypti, vt bibatis aquam Geon tui bidâ? Bibi & de magno lumine Euphrate aquas simpliciter, quas manu potes tangere, ore sorbere, non aquas spirituales. Vbi autem flumina sunt, quæ & videntur, & bibuntur, ibi consequens est quoddam & ficus & alia ligna sint: de quibus dicit Deus: Ex omni ligno, quod est in paradiso, comedes: Si autem aqua quæ cernitur, verè aqua est; necesse est, vt & ficus vera sit, & alia ligna; & Adam verus statim à principio plasmatus in corpore, sicut & Eva, & non in phantasmate; & post ruinam, vt vult Origenes, propter peccatum postea corpus acceperit. Sed dicitis: Legimus quoddam sanctus Paulus raptus sit vsq; ad tertium cælum, & vsq; in paradysum. Benè dicitis. Quando ponit tertium cælum, & postea addit, Et in paradysum; ostendit alibi esse cælum, & alibi paradysum. Illas verò præstigijs quis non statim abiciat, atq; contemnat, dicente Origene de aquis, quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis; & rursum aquas, quæ super terram sunt, hoc est, sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est, demones? Et quo modo legimus, in diluuiò apertas cataractas cæli, & aquas inundasse diluuij? vnde aperti sunt fontes abyssi, & torus mundus operatus est aquis? O furor hominum iunctus stultitiæ, qui reliquerunt illud, quod in Prouerbijs dicitur: Audi filii sermonem patris tui; & ne abicias legem matris tue; & conuersi sunt ad errorem: & dicunt stulto, vt princeps sui sit: nec contemnunt res fatuas, quæ dicuntur à fatuo, sicut scriptura testatur: Fatuus autem fatua loquitur, & cor eius vana intelligit. Vnde obsecro te dilectissime, & quasi membris meis parcens, propter caritatem, quam in te habeo, precor scribès, & orans, vt impleas illud quod dicitur: Nõne odientes te, Domine, odiui, & super inimicos tuos tabescebam? inimica & digna odio Origenis verba sunt, & Deo repugnantia, & sanctis eius: & non ista sola; quæ dixi, sed & alia innumerabilia, neq; enim nunc mihi propositum est aduersus omnia Origenis dogmata disputare. nihil mihi surripuit Origenes, nec in meâ generatione fuit; nec propter aliquas res mundi, & hæreditatem, odium aduersum illum pugnalq; suscepi: sed vt simpliciter fatear, dolco, & valde doleo, videns plurimum fratrum, & eorum præcipuè, qui professionem habent non minimam, & in gradum quoque sacerdotij maximum peruenerunt, eius persuasionibus deceptos, & peruersissima doctrina cibos factos esse diaboli: in quibus cõpletum est illud, quod dicitur: Super omnem munitionem ludit, & escæ eius electæ, & congregauit sicut arenam captiuitatem.

Te autem, frater, liberet Deus, & sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, & omnes fratres, qui tecum sunt, & maximè Ruffinum presbyterum ab hæresi Origenis, & ab aliis hæresibus, & perditione eorum. Si enim propter vnum verbum, aut duo, quæ contraria fidei sunt, multæ hæreses abiectæ sunt ab Ecclesia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruersitates, & tam mala dogmata

contra

contra fidem adinuenit, Deiq; & Ecclesie hostis extitit? Inter multa enim mala etiam illud ausus est dicere, perdidisse imaginem Dei Adam, cum hoc in nullo penitus loco scriptura significet. Si enim ita esset, numquam omnia, quae in mundo sunt, seruirent semini Adam, id est, vniuerso generi hominum: sicut & Iacobus Apostolus loquitur: omnia domantur, & subiecta sunt humanae naturae. Numquam enim vniuersa subiecta essent hominibus, si non haberent homines iuxta id, quod vniuersis imperaret, imaginem Dei. Cuiungens autem atq; consocians scriptura diuina gratiam benedictionis, quam Adam donauerat, & generationibus, quae ex eo erant; ne qui forsitan maligna interpretatione auderent dicere, vni datam gratiam Dei, & illum solum factum esse ad imaginem Dei: quia plasmatus esset ex humo, & vxorem eius, quam creasset de costa viri: eos vero, qui conciperentur in utero, & non ita nasceretur vt Adam, Dei non habere imaginem, statim per ordinem iungit, & dicit: Et vixit Adam ducentos triginta annos, & cognouit Euam vxorem suam, & peperit ei filium iuxta speciem, & iuxta imaginem eius, & vocauit nomen eius Seth. Rursumque in decima generatione post annos bis mille ducentenos quadraginta duos, vindicans Deus imaginem suam, & ostendens, quod gratia, quam dedisset hominibus, perseveraret in eis, ait: Ne comederitis carnem cum sanguine: ego enim vlciscar sanguinem vestrum de manu omnis hominis effundetis illum: quia ad imaginem Dei feci hominem. Nec non post alteras decem generationes vsque ad Abraham, & ab Abraham vsque ad Dauid alias generationes quatuordecim: quae viginti quatuor generationes simul faciunt, annos bis mille centum decem & septem, Spiritus sanctus in tricesimo octauo psalmo, cum quaereretur de omnibus hominibus, quod in vanitate ambularent, & peccatis essent obnoxij, loquitur: Verumtamen in imagine perambulat omnis homo. Nec non post Dauid, etiam sub Salomone filio eius, legimus tale quiddam super Dei imagine nominatum. Dicit enim in Sapientia, quae titulo eius inscribitur: Creauit Deus incorruptum hominem, & imaginem suae proprietatis dedit ei. Et rursus post annos mille centum & vndecim plus minus, in nouo legimus testamento, quod non perdidit homines imaginem Dei. Iacobus enim Apostolus, & frater Domini, citius & superius meminimus, instruit nos, ne Origenis laqueis capiamur, habere hominem imaginem & similitudinem Dei. nam cum de lingua hominis latius disputasset, adiecit: Instabile malum: in ipsa quippe benedicimus Deum patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei conditi sunt. Paulus quoque vas electionis, & qui doctrinam Evangelicam sua praedicatione compleuit, docet nos, quod homo ad imaginem & similitudinem Dei conditus sit, dicens: Vir non debet nutrire comam, cum gloria & imago Dei sit: imaginem simpliciter appellans suo nomine, similitudinem autem, gloriae appellatione significans. Pro tribus igitur testimoniis, quae tibi, si de scriptura sancta reperire dicebas posse sufficere, ecce septem testimonia dedimus. Quis ergo sustinebit Origenis ineptias? vt non grauius aliquid loquar: & similis efficiat vel ipsi, vel discipulis eius, qui audent in periculo animae suae asserere, quod cuique eis in buccam venerit, & magis iubere Deo, & non ab eo vel orare, vel discere veritatem. Quidam enim eorum dicunt, quod imago Dei, quam prius accepit Adam, illo peccante perierit. Alij suspicantur corpus, quod filius Dei habiturus esset ex Maria,

ipsam esse imaginem: alij sensum, alij virtutem: isti baptisma: hi quod homo ad imaginem Dei dimitteretur omnibus: ebriorum more haec vel illa ruciantes, quos oportebat tantum effugere discrimen, negare quae loquitur Deus, & credentes simpliciter saluos fieri, Deoque concedere donationis suae certamen, & veram scientiam, in qua potissimum parte homines condiderit ad imaginem & similitudinem suam. qui haec relinquentes, multis se quaestionibus implicarunt, & per has in coenum demersi sunt peccatorum. Nos autem, dilectissime, credimus iis, quae locutus est Dominus: & scimus, quod in cunctis hominibus imago Dei permaneat: ipsiq; concedimus nosse, in qua parte homo ad imaginem Dei conditus sit.

Sed neque illud, quod quidam in epistola Ioannis legentes non intelligunt, quemquam decipiat, vbi loquitur: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparet, quod erimus. Nouimus autem, quia cum ille reuelatus fuerit, similes ei erimus. Videbimus enim eum, sicut est. Hoc enim propter gloriam, quae ibi reuelanda est sanctis eius, dictum est: sicut & in alio loco legimus: A gloria in gloriam: cuius gloriae iam in isto saeculo sancti arthabone & portiunculam susceperunt. Primus eorum Moyses, cuius fulsit facies valde, & radiabat veluti fulgor & sol: Secundus Elias, igneo curru raptus in caelum, & ignis detrimenta non sentiens. Stephanus lapidabatur, & faciem habebat angeli, quae ab omnibus cernebatur. Hoc autem est, vt in paucis diximus, de omnibus intelligendum quod, vt impleatur illud, quod scriptum est: Omnis, qui sanctificat semetipsum, inter beatos numerabitur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cum haec ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim scriptura diuina: Nolite murmurare ad inuicem, sicut quidam murmurauerunt, & à serpenticibus perierunt: magis acquiesce veritati, & diligite diligentes te, & veritatem. Deus autem in pacis praestet nobis iuxta suam clementiam, vt conteratur satanas sub pedibus Christianorum, & abiciatur omnis occasio peruersa, ne scindatur in nobis vinculum caritatis, & pacis, & rectae fidei praedicationis. Praeterea audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Berhel, vt ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, quae dicitur Anablatha, vidissem quae ibi praeteriens lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intrassem, vt orarem; inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem Ecclesiae, tinctum, atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam. non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, seidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent: illique contra murmurantes dixerunt: Si scindere voluerat, iustum erat, vt aliud daret velum, atq; mutaret. Quod cum audissem, me datum esse pollicitus fui, & illico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quero optimum velum pro eo mittere. arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem mihi, quod potui reperire: & precor, vt iubeas presbyteros eiusdem loci suscipere velum à latore, quod à nobis missum est, & deinceps precipere, in Ecclesia Christi istiusmodi vela, quae contra religionem nostram veniunt, non appendi. decet enim honestatem

CAP. 5.

1. Ioan. 3

2. Cor. 5

Exod. 34

4. Reg. 2

Actuum 7

Matth. 5

1. Cor. 16

honestatem tuā hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quæ indigna est Ecclesia Christi, & populis, qui tibi crediti sunt. Palladium vero Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nūc misericordia Dei indiget, caue, quia Origenis hæresim prædicat, & docet ne fortè aliquos de populo tibi credito ad peruersitatē sui inducat erroris. Opto, ut valeatis in Domino.

HIERON. AD PAMMACHIVM,
ADVERSUS ERRORES

IOAN. HIERSOL.

EPISTOLA LXI.

ARGVMENTVM.

IOANNES, Episcopus Hierosolymitanus, cum Origenem sequeretur, & octo præcipuas eius hæreses foueret, admonitus primò per epistolam ab Epiphano, Salaminæ Cypri Episcopo est, deinde eflagitante Palestina tota, quæ illi non communicabat, cum tergiversaretur, & respondere quid de fide sentiret nunceret, vocatusque ad Synodum venire contemneret, nunciumque absque litteris, & aliqua satisfactione ad eam tantum miserit, apertè nunc à D. Hieronymo reprehenditur, & errorum, quos speciatim recenser, præferim eius qui contra resurrectionē carnis erat, cōuincitur.

CAP. I.
Rom. 8



Iuxta Paulum Apostolum, quod sentimus orare non possumus, ac propriæ mentis cogitationem sermo non explicat: quanto magis periculosum est de alterius animo iudicare, & singulorum dictorum, atque verborum inuestigare, atque proferre rationem? Natura hominum prona est ad clementiam, & in alieno peccato sui quisque miseretur. Si ergo reum in sermone reprehenderis, simplicitatem vocabit: si caliditatem argueris, imperitiam confitebitur, ut suspitionem vitæ malitiæ. Atque ita fiet, ut tu, qui arguis calumniator; ille qui reprehenditur, non hæreticus, sed rusticus iudicetur. Nosti, Pammachi, nosti me ad hoc opus non inimicitis, non gloriæ cupiditate descendere, sed prouocatum litteris tuis ex ardore fidei; ac velle, si fieri posset, omnes id ipsum sapere, nec impatientiæ, ac temeritatis posse reprehendi, si post triennium loquor. Denique, nisi ad apologiam, de qua nunc scribere institui, multorum animos dices perturbatos, & in utramque partem fluctuare sententiam, decreueram in incepto silentio permanere. Facebat itaque Nouatus, errantibus manus non porrigens: Montanus cum insanis feminis prosternatur, iacentes in barathrum præcipitans, ne leuetur. Quotidie peccamus omnes, & in aliquo labimur. Qui ergo in nos clementes sumus, rigorem contra alios non tenemus: quin potius oramus, petimus, obsecramus, ut aut simpliciter nostra fateatur, aut apertè defendat aliena. Nolo verborum ambiguitates: nolo mihi dici, quod & aliter possit intelligi. Reuelata facie gloriam Domini contemplantur, Claudicabat quondam & Israëliticus populus in vitro; pede: sed Elias, qui interpretatur fortis Domini, vsquequo (ait) claudicatis in vitro vestigio? Si Dominus est Deus, ambulate post eum: si autem Baal, sequimini eum. Et ipse Dominus de Iudæis: Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Certè si hæreseos nulla suspicio est, ut cupio, & credo: cur non verbis meis meum sensum loquitur? quam ille simplicitatem vocat, ego malitiam interpretor. Persuadere mihi vult, quod purè credat, purè ergo & loquatur. & siquidem vnum verbum vel vnus sen-

2. Cor. 3

1. Reg. 18

Psal. 17

sus esset ambiguus, si duo, si tres; ignorantia venia tribuerem; nec ea, quæ aut obscura vel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem: nunc verò quæ ista simplicitas est, quasi super oua & aristas inter theatrales præstigias pendenti gradu incedere, ubique dubium, ubique suspectum? putes eum non expositionem fidei, sed figuratam controuersiam scribere. Quod iste nunc appetit, olim in scholis didicimus. Nostra aduersum nos dimicat armatura. Etiam si benè credit, & circumspicere, & timidè loquitur, suspitionem mihi facit nimia diligentia. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Stultum est frustra infamiam sustinere. Obiicitur ei crimen, cuius non habet conscientiam. Ergo crimen, quod totum pendet in verbo, neget confidenter, ac liberè faciat inuidiam aduersario suo. eadem audacia, qua ille insinulat, hic defendat. cumque omnia dixerit, quæ voluerit, quæ proposuerit, quæ suspitionibus carent, si perseverat calumnia, conferta manu in ius trahat. Nolo in suspitione hæreseos quæquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur, si taceat: licet superfluum sit eius præsentiam querere, & extorquere silentium, cuius apud te litteras teneas. Scimus omnes, quid tibi scripserit, quid in te arguerit, in quo, ut tu vis, calumniatus sit. Responde ad singula: per epistolæ huius gradere vestigia: ne punctum quidem & apicem calumniæ transeas. Si enim egeris negligenter, & ut ego tibi credo iuranti, casu aliqua transearis; statim ille clamabit, & dicet: Hic hic te victum teneo: hic totius negotij cardo versatur. Non æquè inimici audiunt, & amici. Qui inimicus est, etiam in serpo nodum querit: amicus praua quoque recta iudicat. Scribunt sæculi litteræ, amantium cæca esse iudicia, quas tu forsitan, sacris voluminibus occupatus, omnino neglexeris. Numquam de amicorum iudicio gloriaris. Illud verum est testimonium, quod ab inimica voce profertur. alioqui, si amicus pro te dixerit, non testis, aut iudex, sed fautor putabitur. Hæc & huiusmodi loquentur inimici tui, qui tibi fortè non credant, & mouere cupiant stomachum. Ceterum ego, quem nunquam volens lassisti, cuius semper in epistolis tuis nomen egeris ventilare, do consilium, ut apertè aut fidem Ecclesiæ prædices, aut loquaris, ut credis. Dispensatio etenim ac libratio ista prudens verborum, in doctos decipere potest: cautus auditor & lector cito deprehendet insidias, & cuniculos, quibus veritas subuertitur, apertè in luce demonstrabit. Et Ariani, quos optime nosti, multo tempore propter scandalum nominis diuocatos se damnare simulabant, venenaque erroris circumlineabant melle verborum. sed tandem coluber se tortuosus aperuit, & noxium caput, quod spiritus totius corporis tegebatur, spiritali mucrone confossum est. Recipit, ut scis, Ecclesia poenitentes; & numero superata peccantium, dum deceptis gregibus consulit, pastorum vulneribus ignoscit. Eadem nunc in veteri & noua hæresi consuetudo seruatur, ut aliud populi audiant, aliud prædicent sacerdotes.

Ac primum, antequam epistolā tuam, quam scripsisti ad episcopum Theophilum, interpretatā huic volumini inferam, & ostendā tibi, me intelligere nimis cautam prudentiam tuam, exposulare tecum libet. Quæ hæc est tanta arrogantia, non respondere de fide interrogantibus? tantam fratrum multitudinem, & monachorum choros, qui tibi in Palestina non communicant, quasi hostes publicos æstimare? Dei filius propter vnā morbidam ouē, non agintanouē in

Prober. 11

CAP. 2

March. 11

montibus

montibus derelictis, alapas, crucem, flagella sustinuit, & suis humeris portauit ad caelos baiulans, & patiens delicatam peccatricem. Tu beatissimus Papa, & fastidiosus antistes, solus diues, solus sapiens, solus nobilis, ac disertus, cōseruos tuos, & redemptos sanguine Domini tui, rugata fronte & obliquis oculis despicias? hoc est illud, quod Apostolo praecepiente didicisti: Parati semper ad satisfactionē omni poscētī vos rationem de ea, quae in vobis est, spe? Finge nos occasionē querere, & sub prae-textu fidei lites serere, scisma conficere, iurgia cōcitare. Tolle occasionem volentibus, occasionē, vt postquā de fide satisfeceris, & omnes nodos, qui contra te necluntur, absolueris, tunc liquidō omnibus probes, non dogmatum, sed ordinationis esse certamen. Nisi fortē pruderiti consilio, ideo de fide interrogatus taces, ne videaris haereticus esse, cum satisfeceris. Omnia ergo crimina, quibus accusantur, homines refutare non debent, ne postquam negauerint, criminosi sint. At contemnis laicos, diaconos atque presbyteros. Potes enim, vt gloriaris, & iactas, in vna hora mille clericos facere. Habes Papam Epiphanium, qui te apertē missis litteris haereticum vocat, certē nec aetate, nec scientia, nec vitā merito, nec totius orbis testimonio maiori illo es. Si aetatem quæris, iuuenis ad senem scribes, si scientiam, non sic eruditus ad doctum: licet te fautores tui disertiores Demosthene, acutiorem Chryssippo, sapientiores Platone contendat, & tibi ipsi fortē persuaserint. De vita autem, & fide nihil amplius dicam, ne te laedere videar. Eo tempore, quō totum orientem, excepto Papa Athanasio, atque Paulino, Arianorum, & Eunomianorum haereticis possidebat, quando tu occidentalibus & in medio exilio confessoribus nō communicabas, ille vel presbyter monasterij ab Eutichio audiebatur, vel postea episcopus Cypri à Valente non tangebatur, tantae enim venerationis semper fuit, vt regnantes haereticū ignominiam suam putarent, si talem virum sequerentur. Scribe igitur ad hunc, responde epistolae eius: sentiant ceteri fidem, eloquentiam, prudentiam tuam, ne tibi solus disertus esse videaris. Cur ab alio prouocatus, aliorum arma conuertis? Palestinae interrogaris, & respondes Aegypto, alijs lippientibus, vngis oculos non dolentium. Si placitura nobis alteri loqueris, satis superbe: si aliud quā quærimus, satis superflue. Sed dicis, epistolam meam probauit Alexandrinus episcopus. Quid probauit? contra Arium, contra Photinum, contra Manichæum bene locutum. Quis enim te hoc tempore arguit Arium? quis tibi nunc Photini Manichæique crimen impingit? olim ista emendata sunt, atque concussa. Non eras tam stultus, vt apertē defenderes haeresim, quā sciebas Ecclesiae displicere. Noueras te, si hoc fecisses, statim loco mouendum, & solij tui delicias suspirabas, sic sententiam temperasti, vt nec simplicibus displiceres, nec tuos offenderes. Bene scripsisti, sed nihil ad causam pertinens. Vnde nouerat Alexandrinæ Ecclesiae Pontifex, in quibus argueris: quorum à te consessio postularetur? Debueras tibi obiecta proponere, & sic ad singula respondere. Vetus narrat historia: Quidam cum diserte diceret, ferreturque impetu ac volubilitate verborum, causamque omnino non rangeret, prudens auditor, & iudex, Bene, inquit, bene, sed quo istud tam bene? Imperiti medici ad omnes oculorum dolores vno vtuntur collyrio. Qui arguitur in pluribus, & in dilutione criminum aliqua prae-termittit, quidquid tacuerit, confitetur. An non respondisti ad epistolam Epiphaniij, & proposuisti ipse, quae dissolueres? Nimirum hac

fiducia respondisti. Nullus fortiter à semet ipso creditur. Elige è duobus, quod vis: optio tibi dabitur. Aut respondisti ad epistolam Epiphaniij, aut non. si respondisti, cur maxima & plurima de ijs, quae tibi obiecta sunt, reliquisti? si non respondisti, vbi est illa apologia tua, in qua gloriaris apud simplices, & quasi ignorantibus causam, huc illucque disseminas?

Octo tibi, vt statim probabo de spe fidei Christianae, quaestionum capita obiecta sunt. tria tantum tangis, & praeteris: in ceteris grande silentium est. Si ad septem absolutissime respondisses, haerere tantum in vno crimine, & quod tacueras, hoc tenerem: nunc verò, quasi auribus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Ipsa quoque tria quasi negligens atque securus, quasi aliud agens, & in quibus aut nulla aut parua sit quaestio, praeteruolas, atque perstringis. Et ita opertus ac reclusus incedis, vt plus confitearis tacendo, quā renus disputando. Quid non protinus tibi potest dicere: Si lumen, quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt? Si tres quaestiuiculae, de quibus visus es aliquod dicere, suspicione & culpa non carent, & fraudulentè ac lubricè scriptae coarguuntur: quid faciemus de quinque reliquis, in quibus quia nulla ambigua sermonis dabatur occasio, nec illudere poteras audientes, maluisti omnino reticere, quā apertè, quod rectū fuerat, confiteri. Et primum de libro *περί ἀρχῶν*, vbi loquitur. Sicut enim incongruū est dicere, quod possit filius videre patrem; ita inconueniens est opinari, quod spiritus sanctus possit videre filium. Secundum quod in hoc corpore quasi in carcere sunt animae religatae, & antequam homo fieret in paradiso, inter rationabiles creaturas in caelestibus commoratae sunt: vnde postea in consolationem suam anima loquitur in psalmis: Priusquam humiliarer, ego deliqui. Et: Reuertere anima mea in requiem tuam. Et: Educ de carcere animam meam: & cetera his similia. Tertium, quod dicat, & diabolus & daemones acturos poenitentiam aliquando, & cum sanctis ultimo tempore regnuros. Quartum, quod dicitur tunicas pelliceas humana corpora interpretetur, quibus post offensam & eiectionem de paradiso Adam & Eva induti sunt, haud dubium quin ante in paradiso sine carne, neruis, & ossibus fuerint. Quintum, quod carnis resurrectionem, membrorumque compagem, & sexum, quo viri diuidimur à feminis, apertissime neget, tam in explanatione primi psalmi, quā in alijs multis tractatibus. Sextum, quod sic paradysum allegorizet, vt historia auferat veritatem, pro arboribus angelos, pro fluminibus virtutes caelestes intelligens, totamque paradysi cōtinentiam tropologica interpretatione subuertat. Septimum, quod aquas, quae super caelos in scripturis esse dicuntur, sanctas supernasque virtutes, quae super terram, & infra terram, contrarias & daemónicas esse arbitretur. Octauum, quod extremum obijcit, imaginem & similitudinem Dei, ad quam homo, conditus fuerat, dicit ab eo perditā, & in homine post paradysum non fuisse. Haec sunt sagittae quibus confoderis, haec tela, quibus in tota epistola vulneraris: excepto eo, quod tuis genibus aduolutus, sanctamque canicem, sepositum parum facerdotis honore, subterrens, deprecatur salutem tuam, & his verbis loquitur: Praesta mihi, & tibi, vt salueris, sicut scriptum est, A generatione peruersa: & recede ab haeresi Origenis, & à cunctis haeresibus dilectissime. Et infra: Propter defensionem haereseos aduersum me odia suscitantes rumpitis caritatem, quā in vobis habui; intantum, vt faceretis nos etiam poenitere, quare vobis communicauerimus,

mus, ita Origenis errores & dogmata defendentibus. Dic mihi disputator egregie de octo capitulis, ad quæ responderis. Paulisper de cæteris taceo. Prima illa blasphemia, quod nec Filium Patrem, nec Filium potest videre Spiritus sanctus, quibus à te telis confossa est? Sanctam, inquit, & adorandam trinitatem, eiusdem substantiæ, & cœternam, eiusdem gloriæ & diuinitatis credimus; anathematizantes eos, qui grande aut paruum, aut inæquale, aut visibile in deitate trinitatis quidquam loquuntur. Sed sicut incorporalem, inuisibilem, & æternum dicimus Patrem: sic incorporalem, inuisibilem, & æternum dicimus Filium, & Spiritum sanctum. Nisi hoc diceres, Ecclesiam nõ teneres: & tamen non quæro, si ante non dixeris: non euentilabo, si amaueris eos, qui talia prædicauerunt, cum quibus fueris, quando ista dicentes exilia sustinebâr; quis sit ille, qui Theone præbytero Spiritum sanctum Deum in ecclesia prædicante, clausit aures, forasque cum suis concitatus fugerit, ne tantum audiret piaculum. Statim fera conuerſione fidelem, inquit, volo. Miserabilis prætextatus, qui designatus consul est mortuus. Homo sacrilegus, & idolorum cultor, solebat ludens beato Papæ Damaso dicere: Facite me Romanæ urbis episcopum, & ero protinus Christianus. Quid mihi longo sermone & laciniosis periodis Arianum te non esse demonstras? Aut nega hoc dixisse eum, qui arguitur; aut si locutus est talia, damna, quia dixerit. Vis scire, quantus sit ardor benè credentium? audi Apostolum: Et si nos, aut angelus de cælo aliter euangelizauerit uobis, quam annũciauimus, anathema sit: Tu mihi ut crimem extenues, & dissimulato nomine criminosis, quasi secura sint omnia, & nullus in blasphemijs arguatur, erosam fidem artifici sermone contexis. Dic statim, & epistola tua hoc habeat exordium: Anathema ei, qui talia ausus est scribere. Fides pura moram non patitur. Ut apparuerit scorpius, illico conterendus est. Dauid inuentus secundum cor Domini: Nõne, inquit, odientes te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. Ego, si patrem, si matrem, si germanum aduersum Christum meum audiuissem ista dicentes, quasi rabidi canis blasphemantia ora lacerassem, & fuisset in primis manus mea super eos. Qui patri & matri dixerunt, Non nouimus vos, hi impleuerunt voluntatem Domini. Qui patri & matri dixerunt, Non nouimus vos, hi impleuerunt voluntatem Domini. Qui diligit patrem, aut matrem super Christum, non est eo dignus. Obijcitur tibi, quod magister tuus, quæ catholicum uocas, quem defendis obnixè, dixerit, Filius non uidet Patrem, & Filium non uidet Spiritus sanctus; & tu mihi dicis: Inuisibilis Pater, inuisibilis Filius, inuisibilis Spiritus sanctus: quasi nõ & angeli, & cherubim, & seraphim, secundum naturam suam, oculis nostris inuisibiles sint? Certè Dauid etiam de aspectu cælorum dubitans, Videbo, inquit, cælos, opera digitorum tuorum. Videbo non video. Videbo, quando facie reuelata gloriam Domini fuero contempletus: nunc autem ex parte videmus, & ex parte cognoscimus. Quæritur, an Patrem videat Filius: & tu dicis, Inuisibilis Pater est. Deliberatur, an Filium videat Spiritus sanctus: & tu respondes, Inuisibilis est Filius. Verſatur in causa, an se inuicem trinitas videat, humanæ atres tantam blasphemiam ferre non sustinent: & tu dicis, Inuisibilis trinitas est. In laudes cæteras euagaris: peroras in his, quæ nullus inquirat. Audirem aliorum trahis, ut quod quærimus, nõ loquaris. Verùm hæc ex superfluo dicta sunt. Donamus tibi,

ut non sis Arianus: immo plus, ut numquam fueris; Concedimus, ut in expositione primi capituli aduersum te nulla suspicio sit, & totum purè, totum simpliciter sis locutus, eadem simplicitate & nos tecum loquimur. Num Papa Epiphanius accusauit te, quod Arianus esses? num Eunomij *abes* tibi impègit hæresim? Hoc per totam epistolam quæritur, quod Origenis dogmatum sequaris errores, & quodam habeas huius hæreseos socios. Cur, aliud interrogatus, respondes aliud; & quasi cum stultis loquaris, dissimulatis criminibus, quæ in litteris continentur, replicas quid in ecclesia præſente Epiphanio dixeris? Confessionem fidei postularis, & discretissimos tractatus tuos nolentibus ingeris? Quæso, lector, ut memor tribunalis Domini, & de iudicio tuo te intelligens iudicandum, nec mihi, nec aduersario faueas, neue personas loquentium, sed causam consideres. Dicamus ergo, quod cœpimus.

Scribis in epistola tua, quod antequam Paulinianus præbyter fieret, nunquam te Papa Epiphanius super Origenis errore conuenit. Primum dubium est, & de personis disputo. Ille obieciſſe sã dicit, tu negas, ille testes profert, tu non vis audire productos, ille etiam commemorat alium esse conuentum, tu pro utroque dissimulas, mittit tibi per clericum suum epistolam, responſionem flagitat: taces, inire non audes, & Palæstinæ prouocatus; Alexandriæ loqueris. Inter illum & te cui accommodanda sit fides, non est meum dicere, puto, quod nec ipse audeas aduersum talem ac tantum virum, tibi veritatem, illi mendacium deputare. Sed fieri potest, ut vnusquisque pro se loquatur. Te ipsum contra te testem uocabo. Si enim nulla de dogmatibus quæſtio uerſabatur; si stomachum senis non moueras; si ille tibi nihil responderat: quid necesse erat, ut in vno Ecclesiæ tractatu, de cunctis dogmatibus, homo non satis eloquens, disputares, & de trinitate, de assumptione Dominici corporis, de cruce, de inferis, de angelorum natura, de animarum statu, de resurrectione Saluatoris, & nostra; & interea, quæ forsità oblitus es scribere, præſentibus populis & tali ac tanto viro inrepidus diceres, & omnia vna salua continuares? Vbi sunt veteres Ecclesiæ tractatores, qui vix singulas quæſtiones explicare multis voluminibus potuerunt? vbi electionis vas, tuba euangelij, rugitus leonis nostri, tonitruus gentium, flumen eloquentiæ Christianæ: qui mysterium, retro generationibus ignoratum, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei magis miratur, quam loquitur? vbi Esaias virginis demonstrator, qui in vna quæſtione succumbens: ait Generatione eius quis enarrabit? Repertus est sæculis nostris haud grandis homunculus, qui de cunctis Ecclesiæ quæſtionibus, vno linguæ rotatu, sole clarius coruscaret. Si nemo à te postulabat, & tranquilla erant omnia; stulte tanta disputandi uoluisti loquebaris; ergo non est ordinatio presbyteri causa discordiæ; quem constat multo post tempore constitutum. Fefellisti absentes, & litteræ tuæ peregrinis auribus blandiuntur. Nos hic eramus, cuncta nouimus, quando contra Origenem in ecclesia tua Papa Epiphanius loquebatur, quando sub illius nomine in vos iacula torquebantur. Tu & chorus tuus canino rictu, naribusque contractis, scalpentes capita, delirum senè nutibus loquebamini. Nõne ante sepulcrum Domini, misso archidiacono, præcepisti, ut talia disputans conticesceret? Quis hoc vsquã præbytero suo coram plebe imperauit episcopus? Nõne, cum de *auasdon* pergeretis ad crucem, & ad eum

omnis ætatis, & sexus turba conflueret, offerens parvulos, pedes deosculans, fimbrias vellens, cumque non posset promouere gradum, sed in vno loco vix ductus vndantis populi sustineret; tu tortus inuidia aduersus gloriosum senem clamitabas, nec erubuisti in os ei dicere, quod volens & de industria moraretur? Recordare, quæso, illius diei, quando ad horam septimam inuitatus populus spe sola, quasi postea auditorus Epiphanium esset, detinebatur, quid tunc concionatus sis, nempe contra Anthropomorphitas, qui simplicitate rustica Deum habere membra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, furens & indignans loquebaris: oculos, & manus, & totius corporis truncum, in senem dirigebas, volens illum suspectum facere stultissimæ hæreseos. Postquam lassus ore arido, resupinaque ceruice, ac tremētibz labijs cōticuisti, & tandem totius populi vota completa sunt, quid tibi fecit delirus & fatuus senex? surrexit, vt se indicaret pauca dicturum esse, salutataque & voce, & manu ecclesia, Cuncta, inquit, quæ locutus est collegio frater, ætate filius meus, contra Anthropomorphitarum hæresim, bene & fideliter locutus est, quæ mea quoque damnatur voce, sed æquū est, vt quo modo hęc hæresim condemnamus, etiam Origenis peruersa dogmata condemnemus. Qui risus omnium, quæ acclamatio consecuta sit, puto quod retineas. Hoc est illud, quod in epistola tua dicis loquentem illum ad populum, quæ vellet, & qualia vellet. Scilicet delirabat, qui in regno tuo contra tuā sententiam loquebatur. Quæ vellet, inquis, & qualia vellet. Vel lauda, vel reproba, quid & hic dubius incedis? Si bona erant, quæ loquebatur, cur nō aperte prædicas? si mala, cur non constanter reprehendis? Atqui columna veritatis ac fidei, qui de tanto viro audet dicere, loquente illo ad populum quæ vellet, & qualia vellet, de se ipso quā prudentem & veracundē, quā humiliter referat, consideremus. Cum inquit, & nos quadam die ante eum locuti essemus, & præsens lectio prouocasset, audiente illo, & vniuersa Ecclesia, de fide & omnibus ecclesiasticis dogmatibus hęc locuti sumus, quæ & semper gratia Dei indefinenter in ecclesia docemus, & in catechesibus. Rogo, quæ est ista confidentia, qui tantus animi tumor? Gorgian Leontinum cuncti philosophi & oratores lacebant, quod ausus sit, publicè sella posita, polliceri responsum ferre, de qua quisque re interrogare voluisset. Nisi me honor sacerdotij, & veneratio nominis refrenaret, & scirem illud Apostoli: Nesciebam fratres, quia Pontifex est: scriptum est enim: Principi populi tui non maledices: qua vociferatione & indignatione verborum, de tua narratione conquereris? licet ipse nominis tui extenuas dignitatem, cum patrem pene omnium episcoporum, & antiquæ reliquias sanctitatis & opere & sermone despicias. Dicis te, quadam die, cum præsens lectio prouocasset, audiente illo & vniuersa ecclesia, de fide & omnibus ecclesiasticis dogmatibus disputasse. Non est mirari Demosthenem, qui pulcherrimam orationem contra Æschinem multo tempore dicitur exarasse. Frustra suspicimus Tullium. refert enim Cornelius Nepos, se præsentē iisdem penē verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio, seditioso tribuno, defensionem peroratum. En Lyfias noster, en Gracchus, & vt aliquid de neoteris inferam, Q. Aterius, ingenium in numero habebat, qui vt sine monitore tacere non posset: de quo egregiè Cæsar Augustus, Quintus, inquit, noster sufflaminandus est. Quisquam ne prudentem & sani capitis, in vno Ecclesiæ tractatu, de fide & de omnibus ecclesiasticis

dogmatibus se asserat disputasse? Quæso te, vt ostendas mihi, quæ sit illa lectio, toto scripturarum sapore condita, cuius te occasio prouocari, vt repente ad periculum ingenij descenderes. Et nisi tibi discretudinis tuæ fluuius inundasset, poteras argui, quod non posses ex tempore de cunctis dogmatibus dicere. Verum quid hoc est? aliud promittis, & aliud exhibes. Consuetudo autē apud nos istiusmodi est, vt ijs, qui baptizati sunt, per quadraginta dies publicè tradamus sanctam & adorandam trinitatem. Si te præsens lectio prouocauit, vt de cunctis dogmatibus vna hora diceres: quid necesse fuit quadraginta dierum replicare doctrinam? sin autem ea referebas, quæ per totam quadragesimā locutus es: quo modo te quadam die, vt de cunctis dogmatibus diceres, vna lectio prouocauit? Sed & hic ambiguè loquitur, potest enim fieri, vt quæ per quadraginta dies tradere solebat in ecclesia baptizandis, hæc sub vnius lectionis occasione perfrinjerit. eiusdem enim eloquentiæ est, & pauca multis, & multa paucis verbis posse dicere. Hoc quoque intelligi datur, quod postquam illum vna lectio prouocauit, inflammatus ardore dicendi, per quadraginta dies numquam tacuerit; sed & otiosus senex, ex eius ore dependens, dum res inauditas scire desiderat, pene dormiens ceciderit. Vt cumque toleranda sunt: forsitan & hæc simpliciter more suo sit locutus. Ponamus reliqua, in quibus, post laciniosæ disputationis labyrinthos, nequaquam dubiam, sed apertam ponit sententiam, & mirros tractatus suos hoc sine concludit. Cum hæc ipso præsentē locuti essemus; & ipse post nos causa honoris, quem ei super omnem mensuram exhibuimus, prouocatus esset vt diceret: prædicationem nostram laudauit, atque miratus est, & catholicā fidem esse omnibus declarauit. Quantum ei super omnem mensuram honoris exhibueris, declarat supra mensuram exhibitæ contumeliæ; quando eum per archidiaconum tacere iussisti; & morantē in populis, laudis cupidum peronabas. Docent præsentia de præteritis. Ille per totum exinde triennium suas iniurias deuorat, priuataque simularē contemptra, fidei tantum correctionem postulat. Tu qui sumptibus abundas, & totius orbis religio lucrum tuum est, grauissimos illos legatos tuos huc illucque transmittis, & dormientem senem ad respondendum suscitatis. Et reuera, cui tantum honoris detuleras, iustum erat, vt tua præsertim extemporalia dicta laudaret, quia verò solent interdum homines laudare quod non probant, & alienam stultitiam cassis nutrire præconijs: nō solum tua dicta laudauit, sed laudauit, & miratus est, & ne miraculum quoque paruū esse catholicæ esse fidei omni populo declarauit. Hęc quā verè dixerit, & nos testes sumus, qui audiuimus, ad quos tuis vocibus perturbatus venit exanimis, temerè se communicasse, dicens: Rogatusque ab omni monasterio, vt ad te de Bethlehem reuertere; tantorum præces non ferens: sic reuersus est vespere, vt medio noctis aufugeret; & litteræ ad Papā Syritiū probant: quas si legeris, peruidebis, quo modo tua dicta miratus sit, & catholica declarauerit. Verū nugæ terimus, & aniles & superfluas cantilenas lōgo sermone conuincimus.

Transcramus ad secundā quæstionem, in qua, quasi nihil sibi propositum sit, securus & ructans dormire se simulat, vt legentes faciat dormire. Sed de reliquis, quæ ad fidem pertinent, sermo nobis erat, id est, omnium visibilium & inuisibilium, cælestium fortitudinum, & terrestrium creaturarum, vnum, & eundem esse conditorem Deum, id est, sanctam trinitatem, iuxta Dauid dicentē: Verbo Domini cæli

Ed. 13.

CAP. 5.

Psal. 120

Gen. 1.

Eph. 10.3.

Iud. 1.

firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: quod simpliciter ostendit & hominis creatio. Ipse est enim, qui accepto limo de terra, plasmavit hominem: & per gratiam propriæ insufflationis animam donavit rationabilem, & liberi arbitrij, non partem aliquam suæ naturæ, iuxta quosdam, qui hoc impiè prædicant, sed propriam conditionem. Et de sanctis angelis æque credunt, secundum divinam scripturam de Deo dicentem: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem viventem: de quibus credere quod immutabilis naturæ sint, non concedit nobis scriptura, dicens: Angelos quoque, qui non custodierunt suum principatum, sed dereliquerunt proprium domicilium in iudicium magni Dei, vinculis æternis in tenebris custodivit: quia immutati sunt, & ex propria dignitate & gloria, magis in dæmonum ordinem abisse eos cognovimus. Animas verò hominum ex angelorum ruina, aut ex conversione fieri, neque credidimus aliquando, neque docuimus, (absit enim) & alienum hoc esse à prædicatione ecclesiastica confitemur. Querimus, utrum animæ, antequam homo in paradiso fieret, & plasmaretur Adam de terra, inter rationabiles fuerint creaturas, utrum proprium statum habuerint, vixerint, moratæ sint, atque substituerint: & an Origenis doctrina sit vera, qui dicit cunctas rationabiles creaturas, incorporales, & invisibiles, si negligentiores fruerint, paulatim ad inferiora labi, & iuxta qualitates locorum, ad quæ defluunt, assumere sibi corpora, verbi gratia, primum ætherea, deinde aërea: cumque ad vicina terræ peruenierint, crassioribus corporibus circumdari, novissime humanis carnibus alligari: ipsosque dæmones, qui proprio arbitrio cum principe suo diabolo de Dei ministerio recesserunt, si paululum respicere cœperint, humana carne vestiri: ut acta deinceps penitentia, post resurrectionem eodẽ circulo, quo in carnem venerant, reuertantur ad visionem Dei, liberati etiam aëreis æthereisque corporibus: & tunc omnia genua curvant Deo, caelestium, terrestrium, & infernorum, & sit Deus omnia in omnibus. Cum ergo ista quaerantur, cur tu, ommissis super quibus pugna est, de stammate & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longè alienis disputationibus immoraris? Credis quod cunctas visibiles & invisibiles creaturas vnus Deus fecerit: hoc & Arius confitetur, qui dicit cuncta creata per filium. Si de Marcionis argueris hæresim, quæ alterum bonum, alterum iustum Deum ferens, illum invisibilem, hunc visibilem asserit creatorem: rectè mihi de huiusmodi satisfaccres quaestione. Credis, quod vniuersitatis trinitas sit creatrix: istud Ariani & Emericiani negant, Spiritum sanctum non conditorem, sed conditum blasphemantes. Sed te quis hoc tempore insinuat Arianum? Dicis, animas hominum non partem Dei esse naturæ? quasi Manichæus nunc ab Epiphanio sis vocatus. Detestaris eos, qui animas ex angelis asserunt fieri, & illorum ruinam nostram dicunt esse substantiam. Noli dissimulare quod nosti, nec simplicitate quod non habes fingere: nec Origenes vniquam dixit, ex angelis animas fieri; cum ipsos angelos nomen esse officij doceat, non naturæ, in libris enim *πρωτοδονων*, & angelos, & thronos, & dominationes, potestates, & rectores mundi, & tenebrarum, & omne nomen, quod nominatur, nõ solum in præfenti sæculo, sed in futuro, dicit animas esse eorum corporum, quæ vel desiderio, vel ministerio susceperint: solemque ipsum & lunam, & omnium astrorum chorum, esse animas rationabilium, quondam & incorporalium creaturarum: quæ nunc vanitati subiectæ, ignitis videlicet corporibus, quæ

nos imperiti & rudes luminaria mundi appellamus, liberabuntur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vnde omnis creatura cõgenescit & parturit. Et Apostolus deplorat, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non est istius temporis, contra dogma gentilium, & ex parte Platonicum, scribere, ante annos ferme decem, in commentarijs Ecclesiasticis, & explanatione epistolæ ad Ephesios, arbitror sensum animi mei prudentibus explicatum. Hoc nunc rogo, qui tanta loqueris, qui de cunctis sermonibus sub vno tractatu edisseris veritatem, vt respondeas sciscitantibus breuem absolutamque sententiam. Quando plasmavit Deus hominem ex limo, & per gratiam propriæ insufflationis ei animam tribuit, utrum illa anima fuerit ante & substitit, & vbi versata sit, quæ Dei postea insufflatione donata est; an in sexto die, quando corpus ex limo formatum est, & esse, & vivere, Dei potestate, suscepit. De hoc taces, & quid quaeratur, scire dissimulans, in superfluis quaestionibus occuparis. Origenem relinquas intactum, & contra Marcionem, Apollinarem, Eunomium, Arium, Manichæum, cæterorumque hæreticorum ineptias debaccharis. Manum peteris, & pedem porrigis: & tamen dogma, quod retines, latenter insinuas, sic nos rusticos placas, vt tuis penitus non displiceas. Dicis, ex angelis dæmones potius, quam animas fieri: quasi non & ipsi dæmones iuxta Origenem, hoc est pium, animæ sint aërei corporis; & ex dæmonibus postea, si respuerint, humanæ animæ sint futuri. Angelos scribis esse mutabiles, & sub eo, quod piũ est, illud quod impiũ est, introducis, vt multis periodis animæ fiant; non ex angelis, sed ex ijs vocabulis, in quæ prius angeli mutati sunt. Volo, quod dico, manifestius fieri, siuge aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum, per singula militiæ equestris officia ad tironis vocabulum deuolutũ: numquid ex tribuno statim fit tiro? non, sed ante primicerius, deinde senator, ducentarius, biarchus, circitor, eques, dein tiro: & quãquam tribunus quondam miles gregarius sit, tamen ex tribuno non tiro, sed primicerius factus est. Docet Origenes, per scalam Iacob paulatim rationabiles creaturas ad vltimum gradum, id est, ad carnem & sanguinem descendere: nec fieri posse, vt de centenario numero subito quis ad vnum numerum præcipitetur, nisi per singulos numeros, quasi per scalam gradus ad vltimum vsque perueniat: & tot mutare corpora, quot de caelo ad terram mutauerint mansiones. Hæ sunt strophæ vestrae, atque præstigiæ, quibus nos Pelusioras & iumeta, & animales homines dicitis, quia nõ recipimus ea, quæ spiritus sunt. Vos Hero solymitæ etiam angelos deriditis. Pertrahuntur in medium vestra mysteria, & de gentilium fabulis dogma contextum, Christianis auribus publicatur. Hoc quod vos miramini, olim in Platone contempsimus: contempsimus autem, quia Christi stultitiã recepimus. Recepimus Christi stultitiã, quia fatuum Dei sapientius est hominibus. Non pudet Christianos & sacerdotes Dei, quasi de rebus ludicris agatur, verbis dubijs herere, & ambiguas librare sententias, quibus loquens magis, quam audiens, decipitur. Vnus ex choro vestro, cum à me teneretur, vt diceret quid sentiret de anima, fuisset ne ante carnem, an non fuisset, fuisse respondit simul & corpus, & animam. Sciebam hominem hæreticum laqueos in sermone quaerere, tandem reperi eum, ex quo corpus animasset, ex tunc eam dicere animam nuncupatam, quæ prius vel dæmon, vel angelus Satanæ, vel spiritus fornicationis, aut in parte contraria, dominatio, potestas, admini-

Rom. 8.

Gen. 1. 11

1. Cor. 11

strator

strator spiritus, aut nuncius appellata sit. Si fuit anima antequam Adam in paradiso formaretur, in quolibet statu & ordine, & vixit, & egit aliquid: (neque enim possumus, incorporalem & æternam in modum glirium immobilem torpentemq; sentire) necesse est, vt aliqua causa præcesserit, cur quæ prius sine corpore fuit, postea circumdata sit corpore, & si animæ est naturale, esse sine corpore: ergo contra naturam est, esse in corpore. si contra naturam est, esse in corpore, ergo resurrectio corporis contra naturam erit. sed non fiet resurrectio contra naturam: ergo, iuxta sententiam vestram, corpus, quod contra naturam est resurgens, animam non habebit.

CAP. 6. Dicis animam non esse de Dei substantia. Pulchrè: damnas enim impiissimum Manichæum, quem nominare pollutio est. Dicis ex angelis animas non fieri. Acquiesco paulisper, licet nouerim, quo sensu dixeris. Quia ergo didicimus, quid neges; volumus scire, quid credas. Accepto, inquis, de terra limo plasinauit Deus hominem, & per gratiam propriæ insufflationis animam donauit rationabilem, & liberi arbitrij, non partem aliquam suæ naturæ, (iuxta quosdam, qui hoc impiè prædicant) sed propriam conditionem. Videte, quanto circumitu, quod non querimus, eloquatur. Scimus, quod de terra Deus plasinauit hominem: nouimus, quod insufflauit in faciem eius, & factus est in animam viuentem: non ignoramus, quod anima rationalis sit, & proprii arbitrij: & scimus, quod Dei illa conditio sit. Nemo dubitat errare Manichæum, qui dicit eam esse Dei substantiam, hoc nunc interrogo: Anima ista, Dei conditio, liberi arbitrij, rationalis, neque de substantia creatoris, quando facta sit, vtrum eo tempore, quo de limo factus est homo, & insufflatum est spiraculum vitæ in faciem eius, an quæ prius fuerat, & inter rationabiles creaturas & incorporeas erat atque vivebat, Dei postea insufflatione donata sit? Hic taces: hic simplicem ac rursicum te simulas, & sub verbis scripturæ, ea quæ scriptura non sentit, abscondis. In eo loco, vbi dicis, quod nullus querit, non illam partem aliquam esse suæ naturæ, iuxta quosdam, qui hoc impiè prædicant: illud magis debueras dicere, quod omnes querimus, non eam, quæ prius fuerat, non eam, quam ante condiderat, quæ inter rationabiles atque incorporeas & inuisibiles creaturas multo iam tempore versabatur, nihil horum loqueris: producis nobis Manichæum, & abscondis Origenem: & sicut paruulis, cibum poscentibus, ludicra quedam offerunt gerulæ, vt auocent mentes eorum; sic tu nos rusticos auocas ad alia, vt dum alterius personæ nouitate tenemur, quod volumus non queramus. Esto, hoc non loquaris; & simplicitas tua nihil in se habeat, quod callide taceas. Qui ergo de anima semel dicere cœperas, & de re tanta ab exordio conditionis humanæ repetere, cur disputatione pendente, ad angelos & ad dispensationem Dominici corporis repente transcendis; & tam grandi in medio prætermissa salebra, dubios nos in luto harere pateris? Si insufflatio Dei, quod non vis, & quod nunc relinquimus ambiguum, humanæ animæ conditio est: Eua, in cuius faciem non insufflauit Deus, vnde animam habuit? Taceo de Eua, quæ in typo Ecclesiæ de costa viri ædificata, non debet post tanta sæcula neporum calumnias sustinere. Cain, & Abel, primi ex primis hominibus, vnde habuere animas: omne deinceps humanum genus quibus animarum censetur exordijs? vtrum ex traduce, iuxta bruta animalia, vt quo modo corpus ex corpore, sic anima generatur ex anima, an rationabiles creaturæ, desiderio

corporum paulatim ad terram delapsæ, nouissimè etiã humanis illigata corporibus sint? an certè, quod ecclesiasticum est secundum eloquia Saluatoris, pater vsq; modò operatur, & ego operor. Et illud Zachariæ: Qui format spiritum hominis in ipso. Et in psalmis. Qui fingit per singulos corda eorum, quotidie Deus fabricetur animas: cuius velle fecisse est, & conditor esse non cessat. Scio, quæ contra hæc soleatis dicere, & adulterina nobis atque incesta proponere, quæ longior pugna est, nec huius temporis patitur angustias. Eadem controuersia & in vos retorqueri potest: & quodcumque in conditore præsentis temporis videtur indignum, hoc etiam eo donante non est indignum. Nasci de adulterio, non eius culpa est, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quo modo in seminibus non peccat terra, quæ fouet; non semen, quod in sulcis iacitur; non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; sed verbi gratia, fur, & latro, qui fraude & vi eripit semina: sic in generatione hominum recipit terra, id est, vultus quod suum est; & receptum confouet, cõfotum corporat, corporatum in membra distinguit. Et inter illas secretas ventris angustias, Dei manus semper operatur: idemq; est corporis & animæ creator. Noli despiciere bonitatem figuli tui, qui te plasinauit, & fecit vt voluit. Ipse est Dei virtus & Dei sapientia, qui in vtero virginis ædificauit sibi domum. Iepte, inter viros sanctos Apostoli voce numeratus, meretricis est filius. Sed audi, ex Rebecca & Isaac Esau genitus hispidus, tam mente quam corpore, quasi bonum triticum in lolium auenacisq; degenerat: quia non in feminibus, sed in voluntate nascentis causa est vitiorum, atque virtutum. Si offensa est nasci in corporibus humanis: quo modo Isaac, Sampson, Ioannes Baptista de repromissione nascuntur? Intelligis, quid sit, fidem suam audacter ac liberè profiteri? Pone errare me: apertè dico quod sentio, & tu igitur aut liberè nostra profiteri, aut constanter tua loquere, noli statuere te in acie mea, vt rusticitate simulata, in tuto abeas, cum volueris pugnantis terga confodere. Non est istius temporis, contra Origenis dogmata conscribere: alteri istud, si Christus vitam dederit, operi dedicabimus, nunc queritur, an qui arguitur, ad interrogata responderit, & simplex sit & aperta eius responsio.

Transcamus hinc ad famosissimam de resurrectione carnis & corporis quæstionem: in qua te rursum, lector, admonitum volo, vt cum timore & iudicio Dei me scias loqui, & te audire debere, neque enim rãtæ stultitiæ sum, vt si in expositione illius fides mæra est, & perfidiæ nulla suspicio, quæram accusandi rationem; & dum volo alium notare culpæ, ipse noter calumniæ, lege ergo de resurrectione carnis, quæ subdita sunt: & cum legeris, & non placuerint, (scio enim haud placitura ignorantibus) suspende iudicium, expecta paulisper vsque ad finem responsionis nostræ, cohibe sententiam: & si tibi postea non placuerint, tunc nos calumniæ denotabis. Passionem quoque eius in cruce, & mortè, ac sepulturam, quæ vniuersa seruauit, ac resurrectionem veritate & non putatiue cõsitemur: qui & primogenitus ex mortuis, primitias massæ corporum nostrorum, quas in sepulcro positas suscitauit, peruenit ad cælum, spem nobis resurrectionis in resurrectione proprii corporis tribuens: vnde & omnes sic speramus resurgere ex mortuis, sicut ille resurrexit. Non in alijs quibusdam peregrinis & in alienis corporibus, quæ assumuntur in phantasmate, sed sicut ipse in illo corpore, quod apud nos in sancto sepulcro conditum resurrexit, ita

Ioan. 1.
Zach. 1.26
Psalm. 32.

Heb. 11.
Gen. 25.

Gen. 19.
Iud. 13.
Luc. 10.

CAP. 7.

& nos in ipsis corporibus, quibus nunc circūdamur, & in quibus nunc sepelīmur, eadē ratione & visione sperāmur resurgere. Quae enim, iuxta Apostolū, semināntur in corruptione, surgēt in incorruptione: quae semināntur in ignobilitate, surgēt in gloria. Seminātur corpus animale, surgēt corpus spirituale: de quibus & Saluator docens locutus est: Qui enim digni fuerint saeculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubent neque nebentur: neq; enim vltra mori poterunt, sed erunt sicut angeli Dei in caelo, cum sint filij resurrectionis. Rursum in alia parte epistolae, hoc est, in fine suorum tractatum, vt auribus illuderet nescientium, strepitum resurrectionis ac pompam hac verborum ambiguitate libavit. Sed neq; de secundo glorioso aduētu domini nostri Iesu Christi intermīsumus, qui venturus est in gloria sua iudicare vivos & mortuos: ipse enim sulcabit omnes mortuos, & ante suum tribunal esse faciet; & vnicuique reddet secundum quod egit per corpus, siue bonum, siue malum, scilicet aut coronāndus in corpore, quod castē egit & iustē, aut condemnāndus, quod voluptatibus pariter iniquitatibusq; seruiuit. Hoc quod in Euangelio legimus: In consummatione mundi, si fieri potest, seduci etiam electos: in hoc capitulo comprobamus. Audit vulgus indoctū mortuos & sepultos: audit resurrectionem mortuorū, veritate & non putatiuē: audit primitias massae nostrorū corporum, in Domini corpore, ad caelestia peruenisse: audit resurrectiones, non in peregrinis alienisq; corporibus, quae assumuntur in phantasmate; sed sicut surrexit Dominus in corpore, quod apud nos in sancto sepulcro conditum iacuit, ita & nos in ipsis corporibus, quibus nunc circūdamur & sepelīmur, in die iudicij resurrectiones. Et ne hoc parum quis existimaret, addidit in extremo capitulo: Et vnicuique reddet secundum quod egit in corpore, siue bonum, siue malum, scilicet aut coronāndus in corpore, quod castē egit & iustē, aut condemnāndus, quod voluptatibus iniquitatibusq; seruiuit. Hae audiēs indoctum vulgus, in tanto mortuorum sepulti corporis resurrectionis sonitu, nullā stropham, nullas insidias suspicatur, credit esse, quod dicitur. sanctiores enim sunt aures populi, quam sacerdotis animus. Iterum atq; iterum te lector commoneo, vt patientiam teneas, & discas, quod ego quoque per patientiam didici: & tamen, antequam vultum draconis euoluam, & dogma Origenis de resurrectione breuiter exponam, (non enim poteris vim scire antidoti, nisi venena perspexeris) illud diligenter obserua, & cautē relegens numera, quod nouis resurrectionem nominans corporis, ne semel quidem carnis inseruit: susceptumque tibi sit, quod de industria praetermisit.

CAP. 8.

Dicit ergo Origenes in pluribus locis, & maximē in libro de resurrectione quarto, & in expositione primi psalmi, & in Stromatibus, duplicem errorem versari in Ecclesia, nostrorū, & haereticorū: nos simplices & philofarcas dicere, quod eadem ossa, & sanguis, & caro, id est, vultus, & membra, totiusq; compago corporis resurgat in nouissima die; scilicet vt pedibus ambulemus, operemur manibus, videamus oculis, auribus audiamus, circumferamusq; ventrem, infatigabilem, & stomachum cibos concoquente m: consequens autem esse, qui ista credamus, dicere nos, quod & comedendum nobis sit, & bibendum, digerenda stercorea, effundēdus humor, ducendae vxores, liberi procreādi, quo enim membra genitalia, si nuptiae non erunt? quo dentes, si cibi non molēdi sunt? quo venter, & cibi, si iuxta Apostolum, & hic & ille destruantur? ipso iterum clamante: Caro, & san-

guis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorptionem. Hec nos innocentes & rusticos asserit dicere. Haereticos verō, in quorum parte sunt Marcion, Apelles, Valentinus, Manes, nomen insaniae, penitus & carnis & corporis resurrectionem negare, & salutem tantum tribuere animae; frustra que nos dicere ad exemplum Domini resurrectiones, cum ipse quoque Dominus in phantasmate resurrexerit; & non solū resurrectio eius, sed & ipsa natiuitas *τῷ δὲ σώματι*, id est, putatiuē, visa magis sit, quam fuerit. Sibi autem vtramque displicere sententiam: fugere se & nostrorum carnes, & haereticorum phantasmata; quia vtraque pars in contrarium nimia sit; alijs id volentibus se esse, quod fuerunt; alijs resurrectionem corporum omnino denegantibus. Quatuor, inquit, elementa sunt philosophis quoque nota & medicis, de quibus omnes res & corpora humana compacta sunt, terra, aqua, aēr, & ignis: terram in carnibus, aërem in halitu, aquā in humore, ignem in calore intelligi. Cum ergo anima caducum hoc frigidumque corpusculum Dei iussione dimiserit, paulatim omnia redire ad matrices suas substantias: carnes in terram relabi, halitum in aëra misceri, humorem reuerti ad abyssos, calorem ad aëthera subuolare: & quo modo, si sextarium lactis & vini mittas in pelagus, velisq; rursus separare quod mixtum est, vinum quidem & lac, quod miseris, non perire, non tamen posse, quod fufum est, separari; sic substantiam carnis & sanguinis non perire quidem in originalibus materijs, non tamen in antiquam redire compagem, nec posse ex toto eadem esse, quae fuerint. Cum autem ista dicatur, soliditas carniū, sanguinis liquor, crassitudo neruorum, venarumque perplexio, & ossium durities denegatur. Alia ratione resurrectionem corporum confitemur, eorum quae in sepulcris posita sunt, dilapsaque in cineres, Pauli Pauli, & Petri Petri, & singula singularum: neque enim fas est, vt in alijs corporibus animae peccauerint, in alijs torqueantur, nec iusti iudicialij corpora pro Christo sanguinem fundere, & alia coronari. Quis haec audiens, resurrectionem carnis eum negare putet? Est, inquit, singulis seminibus ratio quaedā à Deo artifice insita, quae furas materias in medullae principijs tenet. Et quo modo tanta arboris magnitudo, truncus, rami, poma, folia, non videntur in semine, sunt tamen in ratione seminis, quam Graeci *ἀνθρῶπος* vocant; & in grano frumētī est intrinsecus vel medulla, vel venula, quae cum in terra fuerit dissoluta trahit ad se vicinas materias, & in stipulam, folia, aristasq; confurgit; aliudque moritur, aliud resurgit; neque enim in grano tritici, radices, culmus, folia, aristae, paleae sunt dissolutae: sic & in ratione humanorum corporū manent quaedā surgendi anti qua principia, & quasi *ἀνθρῶπος*, id est, seminarium mortuorum, sinu terrae confouetur. Cum autem iudicij dies aduenerit, & in voce archangeli, & in nouissima tuba tremuerit terra, mouebuntur statim semina, & in puncto horae mortuos germinabunt: non tamen eadem carnes, nec in ijs formis restituet, quae fuerunt. Vis scire verum esse, quod dicimus: audi Apostolum. Sed dicit aliquis, quo modo resur-

1. Cor. 15.

gent mortui? quo autem corpore venient? Inspiciens, quod tu feminas, non corpus, quod futurū est, feminas, sed nudū granū, vtpura tritici, vitis, & arboris. Et quia de grano tritici ac semente arborum ex parte iam diximus, nunc de acino vinacij differamus. Granum paruum est, ita vt vix duobus digitulis teneri possit, vbi sunt radices: vbi radicem, & trunci, & propaginū tortuosa perplexio; vbi pampinorum vinctura-

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.
Matt. 22.

Matt. 24.

1. Cor. 6.
2. Cor. 13.

CAP. 9.

vmbacula, & vuarum pulchritudo, futura vina parturienti? aridum est, quod tenerur, & penè vix cernitur: sed in secco illo grano, potentia Dei & occulta ratione fementis, spumantia multa fundentur. Hæc ligno tribuis, quod periturum est; sic ornatur, quod mansurum non est, nec pristinâ recipiet vilitatem: & vis rursus ossa, sanguinem, membra; vt crescentibus capillis tonsore egeas, nasus pituitas digerat; incrementa vnguiû secanda sint; vt per inferiores partes vel stercoia, vel libidines effluant? Si affers istas ineptias rusticorum & carnis, in qua Deo placere nõ postumus, quasi inimici, obliuisceris resurrectionem mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in contumelia; surget in gloria. Seminatur in infirmitate; surget in virtute. Seminatur corpus animale; surget corpus spirituale. Nunc oculis videmus, auribus audimus, manibus agimus, pedibus ambulamus: in illo autem corpore spiritali toti videbimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus; & transfigurabit Dominus corpus humilitatis nostræ, conforme corpori claritatis suæ gloriæ. Quando dixit, transfigurabit, id est, *μετασχηματισθῆναι*, membrorum, quibus nunc vtimur, diuersitas denegatur. Aliud nobis spirituale & æthereum promittitur; quod nec tactui subiacet, nec oculis cernitur, nec pondere prægrauatur, & prolocorum, in quibus futurum est, varietate mutabitur, alioqui, si eadem carnes erunt, & corpora, quæ fuerunt, rursus mares & feminae, rursus nuptiæ, viris hirsutum supercilium, barba prolixa, mulieribus leues genæ, & angusta pectora: ad concipiendos & pariendos fœtus, venter & femora dilatanda sunt, resurgent etiam infanti, resurgent & senes, illi nutriendi, hi baculis sustentandi. Nec vos, o simplices, resurrectio Domini decipiat, quod latus & manus monstrauerit, in litore steterit, in itinere cum Cleopha ambulauerit, & carnes & ossa habere se dixerit, illud corpus alijs pollet priuilegijs, quod de viri femine & carnis voluptate non natum est. Comedit post resurrectionem suam, & bibit, & vestitus apparuit, tangendum se præbuit: vt dubitantibus apostolis fidem faceret resurrectionis, sed tamen non dissimulat naturam ærei corporis & spiritalis: clausis enim ingreditur ostijs, & in fractione panis ex oculis euanescit. Ergo & nobis post resurrectionem bibendum erit, & comedendum, & post cibum stercoia egerenda? Et vbi erit illa promissio: Oportet mortale hoc induere immortalitatem? Hæc est omnis causa, cur in expositione fidei tuæ, ad decipiendas aures ignorantium, nouies corpus, & ne semel quidem carnes nominas, dum homines putant te carnes in corporibus confiteri, & idem carnem esse quod corpus. Si idem est, non diuersum significat. Scio enim te hoc esse dicturum. Putaui idem corpus esse, quod carnem simpliciter sum locutus. Quare non carnem potius nominas, vt corpus significes; & indifferenter nunc carnem, nunc corpus in carne, & caro in corpore demonstretur? Sed mihi crede, non est simplex silentium tuum. Alia enim carnis, alia corporis definitio est, omnis caro est corpus, non omne corpus est caro, caro est propriè, quæ sanguine, venis, ossibus, neruisque constringitur, corpus, quamquam & caro dicatur, interdum tamen æthereum, vel æreum, nominatur, quod tactui visuique non subiacet, & plerumque visibile est, atque tangibile. Paries corpus est, sed non caro. Vnde Apostolus corpora cælestia appellat, & corpora terrestria. Cæleste corpus solis, lunæ, stellarum: terrestre, ignis, aëris, aquæ, terræ, & reliquorum, quæ absque anima his sentiuntur ele-

mentis. Vides nos intelligere subtilitates vestras & arcana, quæ in cubiculis & inter perfectos loquimini; & quæ populus foris stans non meretur audire, proferre in medium? Hoc est illud, quod reducta ad auriculam manu, & concrepantibus digitis, ridentes dicitis: Omnis gloria filii regis intrinsecus. Et introduxit me rex in cubiculum iuuum. Paret, quare corporis, & non carnis resurrectionem dixeris: scilicet, vt nos rudes carnem te dicere putaremus in corpore, & hi, qui perfecti sunt, intelligerent carnem in corpore denegari. Denique Apostolus in epistola sua ad Colossenses, volens corpus Christi carneum, & non spirituale, æreum, tenue, demonstrare, significanter locutus est, dicens: Et vos, cum essetis aliquando alienati à Christo, & inimici sensus eius in operibus malis, reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem. Rursumque in eadem epistola: In quo circumcisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis. Si corpus carnem solum significat, & non est nomen ambiguum, nec ad diuersas intelligentias trahi potest: satis superflue corporeum & carneum dicit, quasi caro non intelligatur in corpore. In symbolo fidei & spei nostræ, quod ab apostolis traditum non scribitur in charta, & atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, post confessionem Trinitatis & vnitatis Ecclesiæ, omne Christiani dogmatis sacramentum, carnis resurrectione concluditur. Et tu intantum in corpore, & iterum corporis, & tertio corporis, & vsque nonies corporis, vel sermone, vel numero immoraris: nec semel nominas carnem: quod illi semper nominant carnem, corpus verò tacent.

Sed & illud, quod argute subnectis, & prudenter præcauens dissimulas, scito nos intelligere. His enim testimonijs veritatem resurrectionis probas, quibus Origenes negat, & de dubijs incerta confirmas, certam fidei domum subita tempestate subuertis. Seminatur, inquit, corpus animale: surget corpus spirituale. Neque enim nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cælis. Quæ alia exempla assumeres, si resurrectionem negares? Vis resurrectionem carnis veritate, & non putatiue, vt loqueris, confiteri. Poit illa, quibus ignorantium blanditus es auribus, quod in ipsis corporibus, in quibus mortui sumus, & sepulti resurgamus, hoc potius adiunge, & dic: Quoniam spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere: & propriè ad Thomam: Infer digitum tuum in manus meas, & manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Sic & nos post resurrectionem eadem habebimus membra, quibus nunc vtimur, eadem carnes, & sanguinem & ossa: quorum in scripturis sanctis opera, non natura, damnantur. Denique in Genesi scriptum est: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Et Paulus apostolus de praua doctrina & operibus Iudæorum, nõ acquieui, ait, carni & sanguini, & ad sanctos, qui vtiq; in carne erant, dicit: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Dei spiritus habitat in vobis. Negas enim eos in carne, quos in carne esse constabat, non carnis substantiâ, sed peccata damna-
bat. Hæc est vera resurrectionis confessio, quæ sic gloriam carni tribuit, vt nõ auferat veritatem. Quod verò dicit Apostolus, Corruptibile hoc, & mortale, hoc ipsum corpus, id est, carnem, quæ tunc videbatur, ostendit. Quod autem copulat, Induere incorruptionem, & immortalitatem, illud indumentum, id est, vestimentum, non dicit corpus abolere, quod ornatur in gloria, sed quod ante in gloria fuit, efficeret gloriosum; vt mortalitatis & infirmitatis vilio-

veste deposita, immortalitatis auro, & ut ita dicam, firmitatis atque virtutis beatitudine induamur, volentes non spoliari carne, sed supervestiri in gloria, & domicilium nostrum, quod de celo est, superindui desiderantes, ut deoueret mortale à vita. Certe nemo superinduitur, nisi qui ante vestitus est. Sic & Dominus noster in monte transfiguratus est in gloria, non ut manus, ac pedes, ceteraque membra perderet, & subito in rotunditate vel solis vel sphaerae volueretur; sed eadem membra solis fulgore rutilantia, apostolorum oculis perfringerent; unde & vestimenta eius mutata sunt in candorem, non aërem; ne forte & vestes eius asseras spirituales. Et facies eius, inquit, fulgebat sicut sol. Vbi autem facies nominatur, existimo quod & cetera membra conspecta sint. Enoch translatus est in carne: Elias carneus raptus est in caelum: necdum mortui & paradisi iam coloni, habent quoque membra, cum quibus rapti sunt, atque translati. Quod nos imitamur ieiunio, illi possident dei confortio. Vescuntur caelesti pane, & saturantur omni verbo Dei, eundem habentes Dominum, quem & cibum. Audi Saluatorem dicentem: Et caro mea requiescet in spe. Et in alio loco: Caro eius non vidit corruptionem. Et rursus: Omnis caro videbit salutare Dei. Et tu semper corpus ingenium? Profer magis Ezechielem, qui ossa iungens ossibus, & educens ea de sepulcris suis, & super pedes stare faciens, carnibus neruitque; confringit, & cute desuper tegit; donec Iob, tormentorum victor, & testa radens putridae carnis saniem, miserias suas resurrectionis spe & veritate soletur: Quis mihi det, inquit, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferro, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? scio enim, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum; & rursus circumdabor pelle mea; & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quid hac propheta manifestius? nullus tam aperte post Christum, quam iste ante Christum de resurrectione loquitur, vult verba sua in perpetuum durare; & ut nulla possint vetustate deleri, exarari ea vult in plumbi lamina, & sculpi in silice. Sperat resurrectionem, immo nouit, & vidit quod viuit Christus redemptor eius, & in nouissimo die de terra surrecturus sit. Necdum mortuus erat Dominus, & athleta Ecclesiae redemptorem suum videbat ab inferis resurgentem. Illud verò, quod infer: Et rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: puto quod non loquatur quasi amator carniū, quas putridas ferentesque; cernebat; sed ex fiducia resurgendi contemnit presentia, solatio futurorum. Rursus ait, Circumdabor pelle mea. Vbi hic corpus atheriū? vbi aereum, & spiritui & auræ simile? certe vbi pellis, & caro, vbi ossa, & nerui, & sanguis, & venæ, ibi carnis structura, ibi sexus proprietates. Et in carne, inquit, mea videbo Deum. Quando omnis caro videbit salutare Dei, id est, Iesum Deum, tunc & ego videbo redemptorem, & saluatorem, & Deum meum, videbo autem in ista carne, quæ me nunc cruciat, quæ nunc præ dolore distillat. Idcirco Deum in carne conspiciam, quia omnes infirmitates meas sua resurrectione sanauit. Nonne tibi videatur iam tunc Iob contra Origenem scribere; & pro carnis veritate, in qua tormenta sustinuit, alterum contra hæreticos habere certamen? Doler ei, si tanta sit frustra perpeffus; & alia spiritualiter resurgente, ista carnaliter cruciata sit, unde inculcat, & exaggerat, & omnia lubricæ confessionis arcana manifesta

voce concludit, dicens: Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Is si non in sexu suo resurrecturus est; si non eisdem membris, quæ iacere in stercore; si non eisdem oculis aperiat ad videndum Deum, quibus tunc videbat vermiculos; vbi erit ergo Iob? Tollis ea, in quibus sublitit Iob; & donas mihi inane vocabulum resurgentis: quo modo, si nauim post naufragium restitutam velis, ac neges singula, de quibus nauis constructa.

Ego libere dicam, & quamquam torqueatis labia, trahatis capillum, applaudatis pede, Iudeorum lapides inquiratis, fidem Ecclesiae aperitissime confitebor. Resurrectionis veritas catholice, sine carne & ossibus, sine sanguine & membris intelligi non potest. Vbi caro, & ossa, & sanguis, & membra sunt, ibi necesse est ut sexus diuersitas sit: vbi sexus diuersitas est, ibi Ioannes Ioannes, Maria Maria. Noli timere eorum nuptias, qui etiam ante mortem in sexu suo sine sexu opere vixerunt. Quando dicitur: In illa die neque nubent, neque nubentur: de ijs dicitur, qui possunt nubere, & tamen non nubent, nemo enim dicit de angelis, non nubent, neque nubentur. Ego nunquam audiui, spiritualium virtutum in caelo nuptias celebrari: sed vbi sexus est, ibi vir & femina. Unde & tu, inuitus licet, cogere veritate confessus es, & dixisti: aut coronandus in corpore, quod castè egit, & iuste; aut condandus in corpore, quod voluptatibus iniquitatisque; seruit. Tolle corpus, & pone carnem, & virum ac feminam non negasti, quis enim viuit cum gloria pudicitiae, qui non habet sexum, per quem committi potuit impudicitia? quis enim vnquam lapidem coronauit, quia virgo permāserit? Angelorum nobis similitudo promittitur, id est, beatitudo illa, in qua sine carne & sexu sunt angeli, nobis in carne & sexu nostro donabitur. Mea rusticitas sic credit, & sic intelligit sexum confiteri sine sexu operibus, homines resurgere, & sic eos angelis adæquari. Nec statim superflua videbitur membrorum resurrectio, quæ caritura sint officio suo, cum adhuc in hac vita positi, nitamur opera non implere membrorum. Similitudo autem ad angelos, non hominum in angelos demutatio, sed profectus immortalitatis & gloriæ est. Argumeta verò illa puerorū, & infantium, & senum, & ciborum, & stercorum, quibus aduersum ecclesiam vteris, non sunt tua, de gentiliū fonte manant, eadem enim opponunt nobis ethnici. Qui Christianum esse te dicis, gentiliū arma deponere. Discant illi magis à te resurrectionem carnis confiteri, quam tu ab illis negare: aut, si & tu de hostium numero es, ostende te liberè aduersarium, ut ethnicorū suscipias vulnera. Dono tibi nutriculas tuas, ne vagiant infantes: dono decrepitos senes, ne hiberno frigore contrahantur. Frustra etiam tonsores artifices didicerunt, scientes Israeliticum populum per quadraginta annos nec vnguim, nec capillorū incrementa sensisse: & quod his maius est, non sunt attrita vestimenta eorum, nec inueterauerunt calciamenta eorum. Enoch, & Elias, de quibus dudum diximus, tanto tempore in eadem permanent ætate, qua rapti sunt: habent dentes, ventrem, genitalia, & tamen nec cibis, nec vxoribus indigent. Quid potentiam Dei calumniaris? qui potest de medulla illa & de seminario vestro interiori, non carnes tantum de carnibus, sed corpus educere, & aliud ex alio facere, & de aqua, id est, de vilitate carniū, pretiosa & aerei corporis vna mutare, potest utique eadem potentia, qua de nihilo cuncta fabricatus est, reddere quæ fuerunt: quia multo minus est, restituere quod fuerit, quam facere quod

CAP. II.

Matth. 11.

Deus 19.

non fuit. Miraris, si de infantibus, & senibus in perfecti viri ætatem resurrectio fiat; cum de limo terræ, abique vllis ætatum incrementis, consummatus homo factus sit? Costa mutatur in feminam: & tertio humanæ conditionis modo vilia & pudenda nostræ natiuitatis elementa mutantur in carnes, ligantur membris, discurrunt in venas, in ossa durantur. Vis & quartum genus humanæ generationis audire? Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi umbrabit tibi. Propterea, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Aliter Adam, aliter Eua, aliter Abel, aliter homo Iesus Christus. Et in omnibus diuersis exordijs vna hominis natura nõ differt.

CAP. 12. Resurrectionem carnis, omniumque membrorum si velim probare, & ad singula testimonia explanationes adiungere; multis libris opus erit: sed præsens causa hoc non desiderat, propofui enim, non Origeni in omnibus respondere, sed fraudulentæ satisfactionis aperire mysteria, attamen, quia longus fui in assertionem contraria, & vereor ne dum fraudes pandere studeo, scandalum lectori reliquerim; acruatim testimonia ponam, cursimque perstringam; vt toto contra venenatam argumentationem scripturarum pondere dimicemus. Qui vestem non habet nuptiale, nec seruaui illud mandatum: Candida sint vestimenta tua: semper manibus pedibusque; constringitur: ne recumbat in contiuuiio, sedeat in folio, stet ad dexteram Dei, mittitur in gehennam, vbi fletus oculorum & fridor dentium est. Capilli capitis vestri numerati sunt. Si capilli, puto facilius dentes. Frustra autem numerati, si aliquando perituri. Veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent: audient auribus, procedent pedibus, hoc & Lazarus ante iam fecerat, procedent autem de monumentis: id est, qui monumentis illati fuerant, venient mortui, & resurgent de sepulcris suis. Ros enim, qui à Deo est, medulla est ossibus ipsorum. Tunc implebitur, quod Dominus loquitur per prophetam: Populus meus intra in cellaria tua aliquantulum, donec ira mea transeat. Cellaria sepulcra significant, de quibus hoc vtiq; profertur, quod conditum fuerat. Et exibunt de sepulcris suis veluti hinnuli de vinculis soluti. Gaudebit cor eorum, & ossa eorum, sicut sol, orientur: veniet omnis caro in cõspectu Domini: & mandabit piscibus maris, & eructabunt ossa, quæ comederant: & faciet compagem, ad compagē, & os ad os: & qui in terræ puluere dormierunt, resurgent, alij in vitam æternam, alij in opprobrium & confusionem æternam. Tunc videbunt iusti impiorum pœnas, atque cruciatus: quoniam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in conspectu omnis carnis. Quotquot igitur habemus hanc spem, sicut exhibuimus membra nostra famulantia immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibeamus ea famulantia iustitiæ ad sanctificationem: vt resurgentes ex mortuis, in nouitate vitæ ambulemus. Quo modo & vita domini Iesu manifestatur in nostro mortali corpore: & qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Iustum enim est, vt qui semper mortificationem Christi in corpore nostro circumtulimus, vita quoque Iesu manifestetur in corpore nostro mortali, id est; in carne mortali secundum naturam, æterna autem secundum gratiam. Vidit & Stephanus stantem Iesum ad dexteram Patris: & manus Moysi mutata est in candorem niuis, & deinceps colori pristino restituta. In vtraque diuersitate manus fuit. Figulus ille Hieremiæ, cuius per duritiam lapidum vas, quod fecerat, contractum est, de eadem massa & de eodem luto redintegruit, quod ceciderat. Sed & ipsum resurrectionis vocabulum significat, non aliud vtere, aliud suscitari: & quod adijcitur mortuorum, carnem propriam demonstrat: quod enim in homine moritur, hoc & viuificatur. Vulneratus ille itineris Iericho totus refertur ad stabulum, & delictorum plagæ immortalitate sanantur. Aperta sunt & sepulcra in Domini passione, quado sol fugit, terra tremuit, & multa corpora sanctorum surrexerunt, & visa sunt in sancta ciuitate. Quis est, inquit Elaias, qui ascendit ex Edom, fulgida vestiméta eius ex Bosor, sic formosus in stola candida? Edom aut terrenus interpretatur, aut cruentus: Bosor, aut caro, aut in tribulatione. Paucis verbis totum resurrectionis mysterium demonstrat, id est, & veritatem carnis, & augmentum gloriæ. Et est sensus: Quis est ille, qui ascendit de terra, ascendit de sanguine? Cuius vestimenta, iuxta prophetiam Iacob, qui alligauit pullum suum ad vitem, & torcular calcavit solus, multo rubentia sunt. De Bosor, id est, de carne siue tribulatione mundi: ipse enim vicit mundum. Ideoq; rubra & fulgida sunt vestimenta eius, quia speciosus forma fuit præ filijs hominũ: propter gloriam triumphantis in stola candidam cõmutata sunt: & tunc verè de Christi carne completum est: Quæ est ista, quæ ascendit de albata, innitēs super fratruelem suum? Et quod in eodẽ libro scribitur: Fratruelem meum rubicundus & candidus. Hunc imitantur, qui vestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus: virgines enim permanserunt, qui se castrauerunt propter regna cælorum: itaque in albis erunt vestibus. Eo tempore sententia Domini opere perfecta monstrabitur: Omne quod dedit mihi pater, non perda ex eo quiddquã, sed resuscitabo illud in nouissimo die. Toru videlicet hominẽ, quem totum nascẽdo susceperat. Tunc ouis, quæ perierat, & in inferioribus oberrabat, humeris Saluatoris tota portabitur: & quæ peccatis languida fuit, clementia iudicis sustentabitur. Tunc videbunt illum, qui compunxerunt, qui clamauerunt: Crucifige, crucifige callem. Tribus & tribus cædent pectora, ipsi & mulieres eorũ, illę mulieres, quibus Dominus locutus est crucem portã: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos flere, & super filios vestros. Tunc angelorum vaticinium complebitur, qui stupētibus apostolis euntem in cælum, dixerunt: Hic Iesus, qui à vobis assumptus est in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.

Quale est autem, incirco dicere Dominum post resurrectionem quadraginta diebus comedis cum apostolis, ne phâtafina putaretur, & hoc ipsum, quod comedit in carne, & in membris visus est, in phâtafmate cõfirmare? Aut verum est, quod videbatur, aut falsum, si verũ est, ergo verè comedit, & verè mēbra habuit, si autem falsum; quo modo res falsas ostendere voluit, vt resurrectionis veritatem probaret? nemo enim falso verum probat. Ergo, inquires, & nos post resurrectionem comesuri sumus? Nescio: non enim scriptum est: & tamen, si quaeratur, non puto comesuros. Legi enim, non esse regnum Dei cibum & potum, repromittens nobis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Moyses & Elias quadraginta diebus ieiunauerunt, ac noctibus, hoc hominum natura non patitur: sed quod homini impossibile est, Deo impossibile non est, sicut qui futura prædicit, nõ interest vtrũ post decem annos, aut post centum futura pronunciet; quia

vna est scientia futurorum: sic qui quadraginta diebus potest ieiunare, & viuere, immo non potest ieiunare, sed viuere virtute Dei, & æterno tempore poterit absque esca & potu viuere. Quare fauam comedit Dominus: vt resurrectionem probaret, non vt tuis faucibus mella permitteret. Piscem in prunis assum petijt, vt dubitantes confirmaret apostolos, qui ad illum accedere non audebant, quod putarent se spiritum videre, nõ corpus. Archisynagogi filia suscitatur, & cibũ accipit. Lazarus quatuoriduanus mortuus resurgit, & prædens inducitur, non quia apud inferos esuriebat, sed quia difficultas operis, scrupulositatem fidei requirebat. Quo modo veras manus & verum ostendit latus, ita vere comedit cũ discipulis, verè ambulauit cũ Cleopha; verè lingua locutus est cũ omnibus, vero accubitu discubuit in cœna, veris manibus accepit panẽ, bene dixit, ac fregit, & porrigebat illis. Quod autẽ ab oculis repẽte euauit, virtutis Dei est, non vmbra & p'iaculmatis. Alioquin & ante resurrectionẽ, cum euassisset cũ de Nazareth, vt precipitarent de supercilio montis, transiit per medios, id est, elapsus est, de manibus eorũ. Num quid, iuxta Marcionem, dicere possumus, quod ideo natiuitas eius in phantasmate fuerit, quia contra naturam, qui tenebatur, elapsus est: quod Magis licet, hoc Domino nõ licet? Apollonius Tyaneus scribitur, cum ante Domitianum staret in consistorio, repente non comparuisse. Noli potentiam Domini Magorum præstigij adæquare; vt videatur fuisse quod non fuit, & putetur comedisse sine dentibus, ambulasse sine pedibus, fregisse panem sine manibus, locutus esse sine lingua, & latus monstrasse sine costis. Et quo modo, in quies, non cognoscebant eum in itinere, si ipsum habebat corpus, quod ante habuit? audi scripturam dicentem: Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et rursum: Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Numquid alius fuit, quãdo non agnoscebatur, & alius, quando agnitus est? Certè vnus atque idem erat. Cognoscere ergo, & non cognoscere, oculorũ fuit, non eius, qui videbatur, licet & ipse fuerit, oculos enim tenebat eorum, ne se agnoscerent. Denique, vt scias errorem, qui versabatur in medio, non corporis Domini, sed oculorum fuisse clausorum: Aperti sunt oculi eorum, inquit, & cognouerunt eum. Vnde & Maria Magdalene, quam diu non agnoscebat Iesum, & viuum quærebat inter mortuos, hortulanum putabat: agnoscit, & Dominum vocat. Post resurrectionem Iesus stabat in litore: discipuli in nauì erant, cæteris non cognoscentibus eum, dicit discipulus, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Prior enim virginitas virginalẽ corpus agnoscit. Idem erat, & non idem omnibus videbatur. Statimq; subiungitur: Et nemo audebat interrogare eum, tu quis es? scientes, quod Dominus est. Nemo audebat, quia Deum sciebant. Vesciebantur cum prandente, quia hominem & carnem videbant, nõ quod alter Deus, alter homo esset, sed vnus atque idem filius Dei cognoscebatur vt homo, adorabatur vt Deus. Scilicet nunc mihi philosophandũ est, incertos esse sensus nostros, & maximè visum. Carneades aliquis ab inferis excitandus, vt proferat remũ in aqua fractum, videri potius longius angustiores, rotundos procul currium angulos, columbarum colla; ad singulas conuersiones colorem mutantia. Cum Rhodẽ Petrum nunciaret, & apostolis diceret, ob periculi magnitudinem euassisse: non credunt, phantasma suspicantur.

Porro, quod clausis ingressus est ostijs, eiusdem virtutis fuit, cuius & ex oculis euanescere. Lynceus,

vt fabulæ ferunt, videbat trans parietem. Dominus clausis ostijs, nisi phantasma fuerit, intrare non poterit? Aquilæ & vultures transmarina caduera sentiunt: Saluator apostolos suos, nisi ostium aperuerit, non videbit? Dic mihi acutissime disputator, quid est maius, tantam terræ magnitudinem appendere super nihilum, & super aquaũum incerta librare, an Deum transire per clausam portam, & creaturam cedere creatori? quod maius est, tribus: quod minus est, calumniaris. Petrus super aquas ambulauit graui & solido corpore: mollis vnda non cedit: paululum fides dubitat, & statim naturam suam corpus intelligit: vt sciamus, super aquas non corpus ambulasse, sed fidem. Oro te, qui tantum contra resurrectionem sentis, argumentaris, an simpliciter mecum loqueris? Credis, verè Dominũ resurrexisse, in eodem, quo mortuus, quo sepultus est, corpore, an nõ, credis? si credis, cur ista proponis, per quæ resurrectio denegatur? si non credis, quid ita imperitorum lactas animas, & resurrectionem casto nomine ventilas: Audiui nuper de Marcionis schola: vã, inquit, ei qui in hac carne, & in his ostibus resurrexerit: gaudens animus statim intulit: Consepulti enim sumus, & consurreximus cum Christo per baptismum. Animæ, an carnis resurrectionem dicis? Respondi, non solius animæ, sed carnis, quæ cum anima renascitur in lauacro. Et quo modo peribit, quæ in Christo renata est? Quia scriptum est, ait, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Attende, obsecro te, quod dicitur: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Numquid non resurgent? absit, sed non possidebunt. Quare non possidebunt? quia sequitur, Neque corruptio incorruptionem possidebit. Tamdiu ergo regnum Dei non possidebunt, quamdiu caro tantum sanguisq; permanferint. Cum autem corruptiũum induerit incorruptionem, & mortale induerit immortalitatem, & lutum carnis in testam fuerit excoctum: quæ prius graui pondere premebatur in terram, acceptis spiritus pennis, & immutationis, non abolitionis, noua gloria volabit ad cælum: & tunc implebitur illud, quod scriptum est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus?

Præpostero ordine de animarum statu & carnis resurrectione respondimus: omisitq; principijs epistolæ, tota nobis contra egregios tractatus eius fuit disputatio, malimus enim de Dei rebus, quàm de nostris iuiurijs, dicere. Si peccauerit homo in hominem; rogabunt pro eo ad Dominum. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Nunc ediuerso, super omnia nostros aduersarios immortali odio persequimur: blasphemantibus Deum, clementem potrigimus manum. Scribit ad Theophilum episcopum apologiam, cuius istud exordium est: Tu quidem, vt homo Dei, & apostolica ornatus gratia, curam omnium ecclesiarum, maximè eius, quæ in Hierosolymis est, sustines: cum ipse plurimis sollicitudinibus Ecclesiæ Dei, quæ sub te est, distringaris. Laudat faciem, ad personam principum trahit. Tu qui regulas queris ecclesiasticas; & Niceni concilij canonibus vteris; & alienos clericos, & cum suis episcopis commemorantes tibi niteris vsuare; responde mihi, ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? ni fallor, hoc ibi decernitur, vt Palæstina metropolis Cæsarea sit, & totius orientis Antiochia. Aur igitur ad Cæsariensem episcopum referte debueras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ.

Sed

Sed noui, cur Cæsariam, cur Antiochiam nolueris mittere, sciebas quid fugeres, quid vitares, maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum metropolitanano tuo honorem reddere. Nec hoc dico, quod præter amicitias, quæ suspicionem generant, quidquam in legatione reprehendam; sed quia apud interrogantes magis & præsentem te purgare debueris. Misisti religiosissimum hominem Dei, Isidorum presbyterum, virum potentem tam ex ipsâ incessus & habitus dignitate, quam diuinæ intelligentiæ, curare etiam eos, qui animo vehementer ægrotant, si tamen sensum sui languoris habeant. Homo Dei mittit hominem Dei: nihil interest inter presbyterum & episcopum: eadem dignitas mittentis & missi: hoc satis imperitè: in portu, ut dicitur, naufragiū. Iste Isidorus, qui in cælum tuis laudibus tollitur, id ipsum infamatur Alexandriæ, quod tu Hierosolymæ: ex quo nõ legatus aduenisse videtur, sed socius. Alioquin & literæ manu eius scriptæ; quæ ante tres menses legationis ad nos directæ erant portantes errorem, Vincentio presbytero redditæ sunt, quæ vsq; hodie ab eo tenentur: quibus cohortatur ducem exercitus tui, ut super petram fidei stabili persistat gradu; nec nostris nenijs terreatur. Pollicetur se, antequam legationis esset vlla suspicio, venturum Hierosolymam, & ad aduentum suum illico aduersariorum cuneos proterendos. Et inter cætera his etiam verbis vitur. Quo modo fumus in aëre dissoluitur, & cera ad viciniam ignis liquefcit: ita dissipabuntur qui semper ecclesiasticæ fidei resistentes, nunc per homines simplices eandem fidem inquietare conantur. Rogo te lector, qui hoc scribit antequam veniat, quid tibi videtur? aduersarius, an legatus? Iste est, quem nos piissimum, vel religiosissimum, & ut verbum exprimamus è verbo, deicolam possumus dicere. Iste est homo diuinæ intelligentiæ, tam potens, & tanta incessus ac habitus dignitate, ut quasi spiritualis Hippocrates languorem animarum nostrarum sua potuerit præsentia mitigare; si tamen nos voluerimus suæ medicinæ acquiescere. Curet se tali medicamine, qui etiam alios curare consuevit, nobis diuina illa intelligentia pro Christo stultitia est. Libenter nostra rusticitate languemus: ne collyrio vestro impiè videre discamus. Tuæ verò sanctimonix, pro optima voluntate quasi ad finem vsq; perducta sit, deprecamur Dominum in sanctis locis nocte ac die, ut ei reddat perfectam mercedem, & coronam vitæ largiatur. Recte gratias agis: nisi enim venisset Isidorus, tu in rota Palæstina tam fidelem sodalem non inuenisses, nisi ille tibi promissum apportasset auxiliū, hæreses in turba rusticorum, quæ sapientiam tuam intelligere non posset. Hæc ipsa apologia, de qua nunc sermo est, Isidoro præsentem, & multum collaborante, dictata est, ut idem esset & dictator, & baiulus litterarum. Cum ergo huc venisset & accessisset ad nos tribus vicibus, & admouisset tam diuinæ sapientiæ tuæ, quam propriæ intelligentiæ habentia medicinam verba; nec profuit alicui, nec profuit ei quisquā. Hic qui ad tres vices dicitur ad nos accessisse, ut & in veniendo mysticum numerum conseruaret, qui Theophili episcopi mandatum nobis loquebatur, litteras, ad nos ab eo missas, noluit reddere, cum quæ dicere-mus, si legatus es, redde legationis epistolas: si epistolas non habes, quo modo legatum te probabis? respondit, se habere quidem litteras ad nos, adiuratum tamen ab Hierosolymorum episcopo, ne nobis eas redderet. En legati constantia: qui ut pacem faceret, & suspensionem in alteram partem fauoris excluderet, æquum se vtrisque præbuit. Et quia

sine emplastro venerat, & medicorum armamenta non habebat, iccirco eius medicina nõ profuit. Hieronymus, & ij, qui cum eo sunt, & secretò, & coram omnibus, frequentissimè, & sub iurissurandi testificatione satis ei fecerunt, quod nunquam de nobis ambiguitatem aliquam habuerint fidei, dicentes: Quo modo eo tempore, quando communicabamus ei, nunc similiter eundem affectum habemus de ratione fidei. Videte, quid faciat concordia dogmatum. Isidorus, qui ut hæc significaret, eius socius erat, homo Dei, & presbyter *ἱεροσολίτης* & vir potens, & sacro ac venerabili incessu, & diuinæ intelligentiæ, & Hippocrates Christianorum vocatur. Ego missellus, dum in solitudine delitescò, à tanto Pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amisi. Et tamen iste Hieronymus, cum pannosa turba & fordidatis gregibus, quid Isidoro illi fulmineo ausus est respondere? At ne fortè ille non crederet, & opprimeret eos præsentia, & mole corporis sui, non semel, non tertio, sed frequentissimè iurauerunt, se eum, de quo quæstio erat, scire orthodoxum, nec vnumquam in suspitione habuisse hæreses. O apertum impudentique mendacium: ò testimonium pro se, nec Catoni creditum. In ore enim duorum vel trium testium stat omne verbum. Alicubi ne dictum, aut tibi alicubi mandatum est, quòd sine satisfactione fidei communionem tuam subiremus? Quando per virum disertissimum, & Christianissimum, Archelaum comitem, qui sequefter pacis erat, conditctus locus foederis fuit; nõne hoc in primis postulatum est, ut futuræ cõcordiæ fides iaceret fundamenta? Pollicitus est esse se venturum. Instabat dies Paschæ: frequens monachorum turba conuenerat: expectabaris in loco: quid faceres nesciebas. Repente mandasti ægrotare nescio quam: illo die te non posse venire. Ludio ne, an episcopus hæc loquitur? Pone verum esse quod dicis: propter vnius mulierculæ delicias, ne te absente doleat caput, fastidium sustineat, stomacho perfringecat, Ecclesiæ causam negligis? tot viro-rum & Christianorum, & monachorum contemnis præsentiam? Nolumus occasionem dare: videbamus enim stropham: dilationis tuæ iniuriam patientia vicimus. Rescribit Archelaus: monet altero & tertio die manere, si vellet venire. At ille occupatus, (muliercula enim vomere non cessauit) dum nauis euassisset, nostri penitus oblitus est. Post duos ergo menses tandem expectatus venit Isidorus: qui non, ut tu fingis, pro te testimonium, sed causam postulatæ satisfactionis audiuit. Cum enim obijceret nobis, quare ei communicastis, si hæreticus erat; audiuit ab omnibus, communicauimus nihil de hæresi suspicantes. Postquam verò à beato Papa Epiphanio conuentus, tã sermone quam litteris respondere contempsit, cunctis monachis ab eodem Epiphanio scripta venerunt, ut absque satisfactione fidei nullus ei temerè communicaret. Præsto sunt litteræ: nec super hac re dubitari potest. Hæc sunt, quæ fratrum turba respondit, non ut tu argumentaris, ex eo te non esse hæreticum, quia aliquando non dictus sis. hæc enim ratione ægrotare non debet, qui ante ægrotationem sanus fuit. Quando autem coceptus est de ordinatione Pauliniani, & aliorum, qui cum eo sunt, ventilari: videntes se reprehendi; cum propter caritatem atque concordiam concederetur eis omnia; hoc autem solum expeteretur, ut licet ab alijs contra regulas ordinati essent, tamen subijceretur Ecclesiæ Dei, & non scinderent eam, neque propriū sibi facerent principatū: in hoc non acquiescentes, coeperunt proponere de fide, & omnibus

Marth. 18.

notum facere, quòd si non arguerentur ij, qui cum Hieronymo presbytero erant, nil culparent in nobis; sin autem arguerent erroris & culpæ, cum penitus non queant de istiusmodi quæstionibus disputare, satisfacionem errati propriij non inuenientes ad ista confugerent: non quo sperarent nos posse conuinci; sed famam nostram lædere nitentur. Quod perplexa oratio est, nemo vitium interpretationis putet: talis enim & Græca est. Interim ego gaudeo, quòd qui me decollatum putabam, subito mihi presbyterij caput video repositum.

CAP. 16.

Dicit nos omnino conuinci non posse; & venire ad prælium perhorrescit. Si causa discordiæ non ex diffensione fidei est, sed ex Pauliniani, vt dicit, ordinatione descendit: quæ tanta stultitia est, volentibus occasionem dare nolle respondere? Confitere fidem; sed tamen responde quod quereris, vt omnibus luceat nõ de fide, sed ordinatione esse certamen, quàm diu enim interrogatus de fide tacueris, potest tibi aduersarius dicere: Nõ est ordinationis causa, sed fidei, si ordinationis causa est; stultè facis de fide interrogatus, tacere: si fidei; stulte præcendis ordinationem. Porro, quod dicis te petisse vt subijcerentur Ecclesiæ Dei; & non scinderent eam, neque proprium sibi facerent principatum: de quibus dicas, non satis intelligo. Si de me, & de presbytero Vincentio: satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris, ob id enim & ego Antiochiam, & ille Constantinopolim, vrbes celeberrimas, deseruimus; non vt te in populis prædicantem laudaremus; sed vt in agris, & in solitudine adolescentiæ peccata descentes, Christi in nos misericordiam deslecteremus. Sin autem de Pauliniano tibi sermo est: vides cum episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed vt alienum, eius videlicet, à quo ordinatus est, quòd si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine viuere: quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debemus episcopis? Fac à te ordinatum: idem ab eo audies, quod à me misello homine, sanctæ memoriæ episcopi Paulinus audiuit. Num rogauit te, vt ordinarer? Si sic presbyterium tribuis, vt monachum nobis non auferas: tu videris de iudicio tuo, sin autem sub nomine presbyteri tollis mihi, propter quod sæculum dereliqui: ego habeo quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus es. Vt non scinderent, inquit, eam, neque proprium sibi facerent principatum. Quis scindit Ecclesiam? nos quorum omnis domus Bethlehem in Ecclesia communicat: an tu, qui aut bene credis, & superbè de fide taces, aut male, & verè scindis Ecclesiam? Nos scindimus Ecclesiã, qui ante paucos menses, circa dies Pentecostes, cum obscurato sole, omnis mundus iam iam que venturam iudicem formidaret, quadraginta diuersæ ætatis & sexus, presbyteris tuis obtulimus baptizandos? & certe quinque presbyteri erant in monasterio, qui suo iure poterant baptizare, sed noluerunt quidquam contra stomachum tuum facere; nè & hæc tibi de fide reticendi daretur occasio. An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis, ne competentibus nostris in pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad confessorem & episcopum misimus Dionysium baptizandos? Ecclesiam scindere dicimur, qui extra cellulas nostras locum ecclesiæ non habemus? An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas clericis tuis, vt si quis Paulinianum ab Epiphania episcopo consecratum presbyterum dixerit, ecclesiam prohibeatur in-

trare? Ex quo tempore vsque in præsentem diem videmus tantum specum Domini, & hæreticis intrantibus procul positi suspiramus. Nos ne fumus, qui Ecclesiam scindimus; an ille, qui viuus habitaculum, mortuis sepulcrum negat, qui fratrum exilia postulat? Quis potentissimam illam feram, totius orbis ceruicibus imminentem, contra nostras ceruices spiritualiter incitauit? Quis ossa sanctorum & innoxios cineres lucusque verberari ab imbribus sinit? His nos blandimentis bonus pastor inuitat ad pacem, & proprium arguit facere principatū, qui omnibus episcopis, rectam duntaxat fidem tenentibus, & cõmunionem & caritate sociamur. An tu solus Ecclesia es, & qui te offenderit, à Christo excluditur? Si proprium defendimus principatum, ostende nos in parochia tua habere episcopum. Quòd tibi non communicamus, fidei est: responde, & ordinationis crit. Occasionem quoque fingunt aliarum litterarum, quas dicunt sibi scripsisse Epiphanium, quamquam dabit ille ratione pro omnibus, quæ gesta sunt, ante tribunal Christi, vbi maior & minor absq; vlla personarū acceptio ne iudicabitur. Attamen quo modo possunt illius niti epistola, quam de ordinatione Pauliniani illicita, & illorum, qui cū eo sunt, à nobis coargutus scripsit; sicut & ipsa epistola eius in exordio suo significat? Rogo quæ tanta est caritas, & Cimmerijs, sicut aũt, tenebris inuoluta? Dicit nos occasionem fingere, & Epiphanijs aduersus se litteras non habere; statimque subiungit: Quo modo possunt illius niti epistola, quam de ordinatione Pauliniani illicita, & eorum, qui cum eo sunt, à nobis coargutus scripsit; sicut & ipsa eius epistola in exordio suo significat? Non habemus epistolam. Et quæ est illa epistola, quæ in exordio suo de Pauliniano loquitur? Est aliquid post exordium, cuius tu nitens facere mentionem. A te est coargutus ætatis quia Paulinianus erat: presbyterum ordinas, & legatum mittis, ac socium, tantamque habes fiduciam, vt vbi Paulinianū mētus es puerum, illuc puerum mittas presbyterum. Itemque Theosebiam, Tiria ecclesiæ diaconum, facis presbyterum, & contra nos armas, illiusque in nos abuteris eloquentia. Tibi soli licet Ecclesiæ iura calcare: tu quidquid feceris, norma doctrinæ est: & non erubescis ante tribunal Christi iudicandum tecum Epiphanium prouocare. Quæ sequuntur post hoc capitulum, hæc sunt: Mensæ suæ & domus contubernium imputat Epiphania, scribitque eum numquam esse secum de Origenis dogmatibus locutum, & sub iurifurandi testificatione confirmat, dicens: ne suspicionem quidem, sicut Deus testis est, peruerse in nos fidei se habere monstrauit. Nolo respondere & arguere acriter, ne periuurij episcopum conuincere videar. Præsto sunt plures epistolæ Epiphanijs, vna ad ipsum, aliæ ad episcopos Palestinos, & nuper ad Romanum Pontificem: in quibus dicit se eum, coram multis, de dogmatibus arguentem non meruisse responsum: totumque nostræ paruitatis est monasterium.

HIERON. ADVERSVS IOAN. HIEROSOL. AD THEOPHILVM.
EPISTOLA LXXII.
ARGVMENTVM.

THEOPHILVS Alexandrinus Episcopus, per Isidorum presbyterum litteras ad Hieronymum, & monachos, qui cum eo degebant, miserat, ad pacem cum Ioanne Hierosolymitano præfule exhortatorias, respondet nunc eis vir sanctus, asserens per se nõ stare, quin fracta amicitia resarciatur, dummo-

dummodo pax Christianè, & amicè fiat, nõ autem per vim, & comminationes extorqueatur. Origenis in latinum versionem, & ordinationem sui in presbyterum monachi, quæ illi Ioannes obijciebat, defendit, scribens & congruè monachum fuisse aratis, & in Ioannis diocæsî, vbi facta est ordinatione. Bethlehem sitam non esse.



Ios. 14. 10.

Math. 5.

Mat. 11.

Mat. 11.

Rom. 11.

Hier. 6.

Math. 5.

PISTOLA tua, hæreditatis Domine te indicans possessorem, qui pergès ad patrè apostolis loquebatur: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: illius quoq; felicitatis cõpotem te esse testata est, in qua beati pacifici nuncupantur. Blandiris vt pater, erudis vt magister, instituis vt pontifex. Venisti ad nos non in austeritate virgæ, sed in spiritu benignitatis & lenitatis & mansuetudinis, vt humilitatem Christi primo statim sermone resonares; qui mortalium genus non fulminans, & tonans, sed in præsepi vagiens, & tacens, saluauit in cruce. Legeas enim in typo illius ante prædictum: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, & in ipso postea presentatum. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Vnde & multa de sacris voluminibus super pacis laude perstringens, ac per varios scripturarum campos more apum volans, quidquid dulce & aptum concordia fuit, artificio eloquio melluisti. Currentes igitur ad pacem incitati sumus: exposita ad nauigandum vela crebrior exhortationis tuæ aura compleuit, vt non tam retractantibus & fastidiosis, quàm vt audis & plenis faucibus dulcia pacis fluentia biberemus. Verùm quid facimus, in quorum potestate voluntas tantum pacis est, non effectus? Et quamquam voluntas quoq; apud Deum propositi sui mercedem habeat; tamen imperfectum opus etiam volentes mæore contristat. Quod sciens & Apostolus, perfectissimam videlicet pacem in vtriusque partis voluntate consistere: Quantum, inquit, ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Et propheta: Pax pax. Et vbi est pax? Nihil enim grande est pacem voce prætere, & opere destruere, aliud niti, aliud demonstrare; verbis sonare concordiam, re exigere feruitatem. Volumus & nos pacem, & non solum volumus, sed & rogamus, sed pacem Christi, pacem veram, pacem sine inimicitijs, pacem in qua non sit bellum inuolutum, pacem quæ non vt aduersarios subijciat, sed vt amicos iungat, Quid dominationem pacem vocamus, & non reddimus vnicuique rei vocabulum suum? Vbi odium est, appellentur inimicitia: vbi caritas, ibi tantummodo pax vocetur. Nos nec Ecclesiam scindimus, neq; à patrum communionem diuidimur, sed ab ipsis, vt ita dicam, incunabulis catholico sumus lacte nutriti. Nemo namque magis ecclesiasticus est quàm qui numquam hæreticus fuit. Sed ignoramus absque caritate pacem, sine pace communionem. Legimus quoq; in euangelio: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; dimitte ibi munus tuum coram altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Si munera nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis & Christi corpus accipere? Quæ conscientia ad eucharistiam Christi accedam, & respondebo amen, cum de caritate dubitem porrigentis? Quæso te, vt patienter me audias, nec veritatem adulationem putes. Quisquam ne tibi inuitus commnicat: quisquam ne extenta manu vertit faciem, & inter sacras epulas, Iudæ osculum porrigit? Ad aduentum, vt reor, tuum non pauet monachorum turba, sed gaudet, certatim tibi proce-

dunt obuiam: & de eremi latibulis exeuntes, sua te cupiunt humilitate superare, quis eos compellit exire? nõne amor tui? quis per eremum separatos in vnum cogit? nõne tua dilectio? Amari enim parens debet. Amari parens & episcopus debet, non timeri. Antiqua sententia est: Quem metuit quis odit: quem odit, perijisse cupit. Vnde & in nostris literis cum initia paruulorum in timore consistant, perfecta dilectio foras mittit timorem. Non quaris monachos tibi esse subiectos: & ideo magis subiectos habes. Tu offers osculum, illi colla submitunt. Exhibes militem, & ducem impetras: quasi vnus in pluribus es, vt sis vnus ex pluribus. Cito indignatur libertas, si opprimitur. Nemo plus impetrat à libero, quàm qui seruire non cogit. Nouimus canones ecclesiasticos: non ignoramus ordines singulorum: & lectione, & quotidianis exemplis vsque ad hanc ætatem multa didicimus, multa experti sumus. Qui scorpionibus cædit, & lumbis patris habere se putat digitos grossiores, cito regnum mansueti Dauid dissipat. Certè Romanus populus ne in rege quidem superbiam tulit. Dux ille Israëliti exercitus, qui decem plagis afflixerat Ægyptum, & ad cuius imperium cælum, & terra, & maria seruebant, inter cunctos homines, quos tunc terra generauit, mansuetissimus prædicatur, & ideo per quadraginta annos obtinuit principatum: quia potestatis superbiam lenitate & mansuetudine temperabat, lapidabatur à populo, & pro lapidantibus rogabat: quia potius deleri ipse vult de libro Dei, ne commissus sibi grex pereat, cupiebat enim illum imitari pastorem, quem sciebat etiam errantes oues suis humeris portaturum. Pastor, inquit, bonus, ponit animam suam pro ouibus suis. Boni quippe pastoris discipulus optat anathema esse pro fratribus suis, atque cognatis, qui sunt Israëlita secundum carnem. Et si ille perire cupit, ne periti pereant: quanto magis bonis parentibus prouidendum est, ne ad iracundiam prouocent filios suos, & nimietate duritiæ etiam lenissimos asperos esse compellant? Epistola cogit me breuius loqui, dolor longius.

1. Ios. 8.

Num. 13.

Exod. 32.

Ioan. 10.

Rom. 9.

CAP. 2.

Scribit in suis illis, vt ille vult, pacificis, vt ego sentio, mordacissimis literis, quod nunquam à me læsus sit nec dictus hæreticus. Quonam igitur modo me ipse lædit, ægrotantem morbo pessimo, & rebellem Ecclesiæ ventilans? Ab alijs laceffitus, accurrat aduersarijs parcere; lædere non lædentem? Antequam ordinaretur frater meus, nunquam dixit fuisse inter se & sanctum Papam Epiphanium de dogmatibus quæstionem. Et quæ eum ratio compellebat, sicut ipse tandem scribit, inde inter populos disputare, vnde nemo quærebat? Scit enim prudentia tua periculosas esse huiusmodi quæstiones, & nihil esse tutius, quàm tacere: nisi forte necesse est loqui de grandibus. Certè quod illud tantum ingenij flumenque eloquentiæ fuit, vt in vno Ecclesiæ tractatu cuncta comprehendisse se dicat, de quibus singulis nouimus eruditissimos viros infinita verbum millia conscripisse? Sed hoc quid ad me? nouerit ille, qui audiuit: sciat ipse, qui scripsit, meque ab accusatione sui ipse etiam liberet, ego nec interfui, nec audiui: vnus è populo sum; immo ne vnus quidè, quia multis clamantibus tacui. Conferamus arguentis accusatiq; personas: & cuius vel meritum, vel vita, vel doctrina præcesserit, illi magis accommodemus fidem. Vides ne quod clausis, vt dicitur, oculis summa quæque perstringam, non tam eloquens quod mente concepi, quàm indicans quid reticem? Intellexi, & probaui dispensationem tuam, quod eccle-

ecclesiasticæ paci consulens, quasi Sireneos cantus obturata aure pertransis. Alioqui, quia à parua ætate sacris litteris eruditus es, nosti quo sensu vnumquodque dicatur; quo modo in ambiguis sententijs, tuus sermo libratus & aliena non damnet, & nostra non deneger. Sed fides pura & aperta confessio non quærit strophas, & argumeta verborum. Quod simpliciter creditur, simpliciter confitendū est. Poterā quidē liberè proclamare, & inter gladios quoq; ignesq; Babylonios dicere: Cur aliud respōdetur, quam quæritur? cur non simplex est, nec aperta confessio? Totum timet, totum temperat, totum relinquit ambiguum, & quasi super aristas graditur. Verum studio & expectatione pacis, feruente stomacho, verba, nō quo modo quærentur, respōdet. Lædunt liberè alij, quos lædere laesus ipse non audet, ego interim sileo: nunc & dispensationem meam vel imperitiam simulo, vel metum. Quid mihi accusanti facturus est, qui vt ipse testatur, laudanti detrahit? Tota eius epistola, non tam expositione, quam nostris plena est contumelijs. Nomen meum absq; vllis officijs, quibus nos inuicem palpere solemus homines, frequenter assumitur, carpitur, ventilatur, quasi de libro vuentium deleris sim: quasi illius me litteræ suggillaauerint, aut istiusmodi nugæ vnquā quæserim: qui ab adolescentia in monasterij clauis cellulis, magis esse voluerim aliquid, quam videri. Quosdam ex nobis sic cum honore appellat, vt laceret: quasi & nos non possimus dicere, quæ nemo tacet. E seruo clericum factum criminatur, cum & ipse nonnullos eiuscemodi clericos habeat, & Onesimum legerit inter Pauli renatum vincula, diaconum cæpisse esse de seruo. Sycophantiam iactat, & ne probare cogatur, audisse se dicit. O si & mihi liberet dicere, quæ multi clamitant, & aliorū maledictis acquiescerem: iam & nos intelligeret scire, quæ omnes sciunt, & me quoque audire, quæ nullus ignorat. Dicit ei velut præmia pro calumnia restituta. Quis tam argumentum & callens nō perhorrescat ingenium? quis tanto potest eloquentiæ fulmini respondere? Quid est plus, substinere calumniā, an facere? accusare quem postea diligas, an peccati veniam tribuere? quid minus ferendum, & de sycophanta adilem fieri, an consulem? Scit & ipse quid taceam, quid loquar, quid & ego audierim, quid pro Christi metu fortasse non credam. Origenem me arguit vertisse in Latinum. Hoc non solum ego feci, sed & confessor Hilarius fecit: & tamen vterque nostrum, noxia quæque detrunca, vilia transtulit. Legat ipse, si nouit; (arbitror enim eum assidua confabulatione & quotidiano Latinorum consortio Romanum non ignorare sermonem) aut, si certè penitus non imbibit, interpretentur ei qui solent, & tunc sciet, me in hoc ipso laudandum esse, quod detrahit, sicut enim interpretationem & idiomatica scripturarum Origeni semper attribui, ita dogmatum constantissimè abstuli veritatem. Numquid ego in turbam mitto Origenem: numquid cæteros tractatores? Scio me aliter habere apostolos, aliter reliquos tractatores: illos semper verè dicere, istos in quibusdam vt homines aberrare. Nouum defensionis genus, sic Origenis vitia nō negare, vt cum illo cæteros crimineris. Videlicet quem apertè defendere non audeas, multorum simili errore rucaris. Sex millia Origenis tomos non poterat quiquam legere, quos ille non scripsit: faciliusque credo testem huius sermonis, quam auctorem esse mentitum.

CAP. 3. Fratrem meum causam dicit esse discordiæ, hominem, qui quiescit in monasterij cellula, & clericatū

non honorem interpretatur, sed onus. Cumque nos vsque ad præsentem diem ficta pacis ostensionē lætauerit, occidentalium sacerdotum commouit aures, dicens eum adolescentulum & pene puerum in parochia sua Bethlehemi presbyterum constitutum. Si hoc verum est, cūcti Palæstini episcopi non ignorant. Monasterium enim sancti Papæ Epiphaniij nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est presbyter, in Eleuteropolitano territorio, & non in Heliensi situm est. Porro ætas eius, & beatitudini tuæ nota est, & cum ad triginta annorum spatia iam perueniret, puto eam in hoc non esse reprehendam, quæ iuxta mysteriū assumpti hominis in Christo perfecta est. Recorderur legis antiquæ, & post viginti-^{Num. 4.} quinq; annos à Leuitica tribu eligi in sacerdotium peruidebit. Aut si in hoc testimonio solo Hebraicā sequitur veritatem, nouerit triginta annorum fieri sacerdotem. Ac ne forsitan dicat. Vetera transferunt, & facta sunt omnia noua, audiat cū Timotheo: Adolescentiam tuam nemo contemnat. Certè ipse, quādo episcopus ordinatus est, nō multum ab ea, in qua nunc frater meus est, distabat ætate. Vel si hoc in episcopis licet, in presbyteris non licet, ne per antiphra-^{1. Tim. 4.} sim à suo nomine discrepare videantur, cur ipse aut eius, aut minoris ætatis, & quod his amplius est, ministrū alterius ecclesiæ ordinauit presbyterū? Quod si non potest pacem habere cum fratre, nisi cum subdito & ordinationis suæ episcopo renunciante: ostēdit se non tam pacem cupere, quam sub pacis occasione vindictam; nec aliter quietis & pacis ocio esse contentum, nisi integrū habeat quod minatur. Etiam si ipse eum ordinasset, & sic secreti amator quiescere vellet; ne quidquam exerceret. Quod si Ecclesiam scinderet, nihil ei deberet præter honorē cunctis sacerdotibus debitum. Hucusque apologia eius, immo categoria, & lacinosus contra nos sermo protractus est. Cui ego quidem in epistola breuiter præteriensq; respōdi, vt ex his, quæ dixi, intelligat quid tacuerim, & nouerit nos homines esse, rationale animal, & prudentiam suam posse intelligere, nec ita obtusi cordis, vt instar brutorum animalium, verborū tantum sonum & non sententias audiamus. Nunc autē quæso te, vt veniam tribuas dolori meo: & si superbum est respōdisse, multo sit superbius accusasse, quamquam ita responderim, vt silentium potius meum indicauerim, quam sermonem. Quid procul pacem quæ-^{1. Tim. 4.} runt, & volunt eam nobis ab alijs imperari? sint pacifici, & illico pax sequetur. Cur nomine sanctitudinis tuæ contra nos pro terrore abutuntur, cum epistola tua pacem & mansuetudinem sonet, illorum verba duritiæ comminentur? Denique quā pacificas & ad cōcordiam pertinentes per Isidorū presbyterum litteras nobis miseris, hinc probamus, quod illas, quæ pacem falso iactant, reddere noluerit. Eligant itaque quod volunt. Aut boni sumus, aut mali, si boni, dimittant quiescere, si mali, quid malorum expetunt societatem: Quantum valeat humilitas, experimento didicit. Qui nunc diffuit, quæ suo consilio olim disincta sociauit, probat se nunc ad alterius voluntatem, tunc copulata discernere.

Nuper nobis postulauit, & impetrauit exilium: atque vtiā implere potuisset: vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non solum voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilij. Fundendo sanguinem, & patiendo magis, quam faciendo cōtumelias, Christi fundata est Ecclesia. Persecutionibus creuit, martyrij coronata est, aut si isti soli, iuxta quod legimus, amat rigorē, & non nouerit persecutionem sustinere, sed facere; sunt & hic Iudæi; sunt

vario.

variorum dogmatum hæretici, & maximè impurissimi Manichæi: cur eorum ne verbo quidem quempiam audent lædere, nos solos expellere cupiunt: nos soli, qui Ecclesiæ communicamus, Ecclesiam scindere dicimur? Oro te, nonne æqua est ista postulatio, vt aut illos nobiscum expellant, aut nos cum illis teneant? Nisi quòd in eo magis honorant, quos saltem exilio ab hæreticis separant. Monachus, pro dolor, monachis & minatur, & impetrat exilium: & hoc monachus, apostolicam cathedram habere se iactas. Non nouit terrori natio ista succumbere, & impendenti gladio magis ceruices, quàm manus subijcit. Quis enim monachorum, exul patriæ, non exul est mundi? Quid opus est auctoritate publica, & rescripti impendijs, & toto orbe discursibus? Tangat saltem digitulo, & vltro exhibimus. Domini est terra, & plenitudo eius. Christus loco non tenetur inclusus. Præterea quòd scribit nos pergere tecum Romam, & Ecclesiæ communicare ei, à qua videmur communionem separati: non necesse est ire tam longè: & hic in palæstina eodem modo ei iungimur. Et ne hoc quod procul sit, in viculo Bethlehæ presbyteris eius, quantum in nobis est, communionem sociamur. Ex quo perspicuum est, dolorem proprium causam Ecclesiæ non putandum; nec stomachum vnius hominis, immo per illum aliorum, generali Ecclesiæ vocabulo nuncupandum. Quapropter, quod in principio epistolæ dixi, etiam nunc repeto, nos velle pacem Christi, optare concordiam, & te rogare, vt illos moneas, pacem non extorquere, sed velle. Sit præteritarum nostrarum contumeliarum dolore cõtentus, veterata vulnera, saltem noua obliteret caritate. Sit talis, qualis ante fuit, quando nos suo arbitrio diligebat. Verba ei de alieno stomacho nõ fluât. Faciat quod vult, & non quod velle compellitur. Aut, quasi pontifex, cunctis æqualiter imperet; aut quasi imitator Apostoli, vniuersorum saluti ex æquo seruiat. Si talem se præbuerit, vltro præbemus manus, extendimus brachia, amicos & parentes habeat: & sentiat in Christo, sicut omnibus sanctis, ita & sibi nos esse subiectos. Caritas patiens est, caritas benigna est, caritas non æmulatur, non inflatur, omnia sustinet, omnia credit. Cunctarum virtutum materia est caritas, & quasi spartum triplex Apostoli sententia roboratur dicentis, Fides, Spes, Caritas. Credimus, speramus; atque ita per Fidem, & Spem dilectionis vinculo copulamur. Idcirco enim & nos patrias nostras dimisimus, vt quieti absque vllis simultatibus in agris & in solitudine viuèremus: vt pontifices Christi, qui tamen rectam fidem prædicant, non dominorum metu, sed patrum honore veneremur; vt deferamus episcopis; & non sub nomine alterius, alijs, quibus nolumus, seruire cogamur. Non sumus tam inflati cordis, vt ignoremus, quid debeat sacerdotibus Christi, qui enim eos recipit, non tam eos recipit, quàm illum, cuius episcopi sunt, sed contenti sunt honore suo: Patres se sciunt esse, non Dominos, maximè apud eos, qui spretis ambitionibus sæculi, nihil quieti & otio præferunt. Tribuat autè orationibus tuis Christus Deus omnipotens, vt pacis non ficto nomine, sed vero & fideli amore sociemur: ne mordentes inuicem, consumamur ab inuicem.

PRÆFATIO RUFFINI IN
libros *περι αρχών* Origenis.

EPISTOLA LXIII.

ARGVMENTVM.

PRÆFATIONEM suam in librum *περι αρχών* Origenis

quem verterat, Rufinus ita accomodat, vt Origenem, veluti ab ascriptis erroribus expurgatum, tamquam scilicet catholicum cunctis legendum obrudat, & Hieronymum, quæ res disidium inter eos peperit, Origenistam esse mundo ostendat.



CIO quamplurimos fratrum, scientiæ scripturarum desiderio prouocatos, poposcisse ab aliquantis cruditis viris, & Græcarum litterarum peritis, vt Origenem Romanum facerent, & Latinis auribus eum donarent,

in quo etiam frater & collega noster, ab episcopo Damaso deprecatus, cum homilias duas de Cantico canticorum in Latinum transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeque præfatus est, vt cuius legendi Origenem, & audistis: è perquirendi desiderium commoueret, dicens illius animæ conuenire quod dictum est: Introduxit me rex in cubiculum suum: asserens eum, quòd cum in cæteris libris omnes vincat, in Canticis canticorum etiam ipse se vicerit. Pollicetur sane in ipsa præfatione, se & ipsos in Canticis canticorum libros, & alios quamplurimos Origenis Romanis auribus largiturum. Sed ille, vt video, in stylo proprio placens, rem maioris gloriæ sequitur, vt pater verbi sit potius, quàm interpres. Nos ergo rem ab illo quidem ceptam sequimur, & probatam; sed non æquis eloquentiæ viribus, tanti viri ornare possumus dicta, vnde vereor, ne vitio meo id accidat; vt is vir quem ille alterum post apostolos Ecclesiæ doctorem scientiæ ac sapientiæ merito comprobauit, inopia sermonis nostri longe esse inferior videatur. Quod ego sæpe considerans reticebam, nec deprecantibus me frequenter in hoc opus fratribus annuebam. Sed tua vis, fidelissime frater Macari, tanta est, cui obistere ne imperitia quidem potest: propter quod ne te vltro tam grauem paterer exactorem, etiam contra propositum meum cessi; ea tamen lege, atque ordine, vt quantum fieri potest, interpretando sequar regulam præcessorum, & eius præcipue viri, cuius superius fecimus mentionem: qui cum vltro septuaginta libellos Origenis, quos Homilios appellauit, aliquantos etiam de tomis in Apostolum scriptis transtulisset in Latinum, in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco; ita eliminavit omnia interpretando atque purgauit, vt nihil in illis, quod à fide nostra discrepet, Latinus lector inueniat. Hunc ergo etiam nos, licet non eloquentiæ viribus, disciplinæ tamen regulis, in quantum possumus, sequimur, obseruantes scilicet, ne ea, quæ in libris Origenis à se ipso discrepantia inueniuntur, atque contraria, proferamus, cuius diuersitatis causam plenius tibi in Apologetico, quem Pamphilus pro libris ipsius Origenis scripsit, edidimus, breuissimo libello superaddito: in quo euidentibus, vt arbitrator, probamentis corruptos esse in quamplurimis ab hæreticis & maleuolis libros eius ostendimus; & istos præcipue, quos nunc exigis vt interpreter, id est, *περι αρχών*, quod vel de principijs, vel de principibus dici potest, qui sunt reuera alijs & obscurissimis, & difficillimis, de rebus enim ibi talibus disputat, in quibus philosophi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerunt. Hic verò noster, quantum potuit, id egit, vt creatoris fidem & creatarum rerum rationem, quam illi ad impietatem traxerunt, ad pietatem ipse conuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliquid contra id inuenimus, quod ab eo cæteris locis fideliter, piè de trinitate fuerat definitum, veluti adulteratum hoc & alienum, aut prætermissum,

Mat.

1. Cor. 2.

1. Cor. 13.

1. Cor. 14.

1. Tim. 10.

Gal. 1.

Cant. 1.

AUC

aut secundum eam regulam protulimus, quam ab ipso frequenter inuenimus affirmatam. Si qua sane, velut peritis iam & scientibus loquens, dum breuiter transire vult, obscurius protulit; nos, ut manifestior fieret locus, ea quæ de ipsa re in alijs eius libris apertius legeramus, adiecimus, explanationi studentes, nihil tamen nostrum diximus, sed licet in alijs locis, dicta sua tamen sibi reddidimus. Hoc autem iccirco in præfatione commonui; ne fortè calumniatores iterum se criminandi putarent inuenisse materiam. Sed viderint ipsi, quid peruersi & contentiosi homines agant. Nobis interim tantus labor, si tamen orantibus vobis Deus annuerit, iccirco susceptus est, non ut calumniosorum ora (quod fieri non potest, licet fortè etiam hoc Deus faciat) clauderemus, sed ut proficere ad scientiam rerum volentibus, materiam præberemus. Illud sane omnem, qui hos libros vel descripturus est, vel lecturus, in conspectu Dei Patris, & Filij, Spiritus sancti contestor, atque conuenio per futuri regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum, qui præparatus est diabolo & angelis suis, æternum ignem, si non illum locum æterna hereditate possideat, vbi est fletus & stridor dentium, & vbi ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur, ne quis addat aliquid huic scripturæ, ne auferat, ne inserat, ne immutet, sed conferat cum exemplaribus, vnde scripserit, & emendet ad litteram, & distinguat, & inemendatum vel non distinctum codicem non habeat, ne sensuum difficultas, si distinctus codex non sit, maiores obscuritates legentibus generet.

Matth. 25.
Eia. 66.

PAMMACHIVS ET OCEANVS

HIERONYMO.

EPISTOLA LXIII.

ARGVMENTVM.

PAMMACHIVS, & Oceanus, D. Hieronymi amici, videntes ex ea præfatione Ruffini, & multorum rumore, Hieronymum vti Origenistam habitum, rogant vt ad suspensionibus se purget, & se minime Origenis errores sequi ostendens, liber *περὶ ἀρχῶν* à Ruffino versus, qualis in Græco sit, & qui sint in eo errores, clarè edisserat.



ANCTVS aliquis ex fratribus schedulas ad nos cuiusdam detulit, quæ Origenis volumen, quod *περὶ ἀρχῶν* inscribitur, in latinum sermonem verbum tenerent, & quoniã in his multa sunt, quæ tenuitate nostri ingenij permouet, quæq; minus catholicè dicta existimamus, suspicamur etiã ad excusationem auctoris multa de libris eius esse subtrahita, quæ apertam impietatem eiusdem monstrare poruissent, quæsumus præstantiam tuam, vt & hoc specialiter nõ tam nobis, quàm vniuersis, qui in vrbe habitant, profuturum opus digneris impendere: vt supradictum librum Origenis, quemadmodum à supradicto auctore editum est, ad fidem tuo sermone manifestes, & quæ à defensore eius interpollata sunt, prodas: & quæ etiam in his schedulis, quas ad sanctitatem tuam direximus, vel contra catholicam regulam, vel imperitè edita sunt, redarguas, atque conuincas, sanè subtiliter in præfatione operis sui, tacito nomine tuæ sanctitatis, expressit, quod à te promissum opus ipse completerit, illud obliquè agens, etiam te simili ratione sentire, purga ergo suspensiones hominum, & conuince criminantem, ne si dissimulaueris, consentire videaris.

HIERONYMVS PAMMACHIO ET OCEANO.

EPISTOLA LXV.

ARGVMENTVM.

RESPONDENS præmissæ epistolæ, quo animo legerit, & laudarit Origenem, exponit, vti sacrarum scilicet litterarum interpretem, non autem vti dogmatisten. æmulorum calumnias reuocat, & suspensiones hominum diluit, & vt verè appareat, se Origenis errores non sequi, illos dilucidè prodicit & Ruffini versionem, defensionemque, quam pro Origene sub nomine Pamphili martyris emiserat, coarguit.



CHEDVLÆ, quas misistis, honorifica me affecere contumelia, sic ingenium prædicantes, vt fidei tollerent veritatem, & quia eadem & Alexandria, & Romæ audieram, & in toto pene orbe boni homines super meo nomine iactare consueverunt, & tantum me diligunt, vt sine me hæretici esse non possint: omittam personas, rebus tantum & criminibus respondebo. neque enim causæ prodest, maledicentibus remaledicere, & aduersarios talione mordere, cui præcipitur malum pro malo non reddere, sed vincere in bono malum, saturari opprobrijs, & alteram verberanti præbere maxillam. Obiicit mihi, quare Origenem aliquando laudauerim. Ni fallor, duo loca sunt, in quibus eum laudavi, præfatiuncula ad Damasum in Homiliis Cantici canticorum, & prologus in libris Hebraicorum nominum. Quid ibi de dogmatibus Ecclesiæ dicitur? quid de Patre, & Filio, & Spiritu sancto? quid de carnis resurrectione? quid de animæ statu, atque substantia? simplex interpretatio, atque doctrina, simplici voce laudata est. nihil ibi de fide, nihil de dogmatibus comprehensum est. moralis tantum tractatur locus, & allegoriæ nubilum serena expositione discutitur. laudavi interpretem, non dogmatisten, ingenium, non fidem, philosophum, non apostolum. Quod si volunt super Origene meum scire iudicium: legat in Ecclesiasten commentarios, replicent in epistolam ad Ephesios tria volumina: & intelligent me semper eius dogmatibus contraisse. Quæ enim stultitia est, sic alicuius laudare doctrinam, vt sequaris & blasphemiam? Et beatus Cyprianus Tertulliano magistro vtitur, vt eius scripta probant; cumq; eruditi & ardentis viri delectetur ingenio, Montanum cum eo Maximillamq; non sequitur. Fortissimos libros contra Porphyrium scribit Apollinarius. Ecclesiasticam pulchrè Eusebius historiam texuit. alter eorum dimidiatam Christi introduxit œconomiam, alter impietatis Arii apertissimus propugnator est. Vt inquit Esaias, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, & qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum, nec bonis aduersariorum, si honestum quid habuerint, detrahendum est; nec amicorum laudanda sunt vitia; & vnumquodq; non personarum, sed rerum pondere iudicandum est. Mordetur & Lucilius, quod in cõposito currat pedes: & tamen sales eius leposq; laudantur. Dū essem iuuenis, miro discendi ferebar ardore, nec, iuxta quorundam præsumptionem, ipse me docui. Apollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter, & colui: & cum me in sanctis scripturis erudiret, numquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi. Iam canis spargebatur caput, & magistrum potius quàm discipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum: in multis ei gratias ago: quod nesciui, didici: quod sciebam, illo docente non perdididi. Putabant me homines finem fecisse discendi: veni

1. Theod.
Mutt.

Eia.

1020. 3.

Eph. 6.

March. 7.
Psal. 118.

Psal. 14.

veni rursus Hierosolymam & Bethlehem: quo labore, quo pretio Barrabanum nocturnum habui præceptorem? timebat enim Iudæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum. horum omnium frequenter in opusculis meis facio mentionem. Certè Apollinarij & Didymi inter se dogma contrarium est. rapiat me ergo vtraque turba diuersum altrifecus, quia magistrum vtrumque confiteor. Si expedit odisse homines, & gentem aliquam detestari; miro odio auerfor circumcisos. vsque hodie enim persequuntur dominum nostrum Iesum Christum in synagoga satanae. Obiiciat mihi quispiam, cur hominem Iudæum habuerim præceptorem. Et audet quidam proferre litteras meas ad Didymum, quasi ad magistrum. Grande crimen discipuli, si hominem eruditum & senem magistrum dixerim. Et tamen volo inspicere ipsam epistolam, quæ tanto tempore in calumniam seruata est. nihil præter honorem & salutationem continet. Incepta sunt hæc, & friuola: arguite potius, vbi hæresim defenderim, vbi prauum Origenis dogma laudauerim. In lectione Esaiæ in qua duo Seraphim clamantia describuntur: illo interpretante Filium & Spiritum sanctum, nonne ego detestandam expositionem in duo testamenta mutauit? Habetur liber in manibus, ante viginti annos editus. Tot opuscula mea, & maxime commentarij, iuxta opportunitatem locorum gentilem sectam lacerant. Quod autem opponunt, congregasse me libros illius super cunctos homines: vtinam omnium tractatorum habere volumina, vt tarditatem ingenij, lectionis diligentia compensarem. Congregauit libros eius, fateor: & ideo errores non sequor, quia scio vniuersa, quæ scripsit. Credite experto: quasi Christianus Christianis loquor. Venenata sunt illius dogmata, aliena à scripturis sanctis, vim scripturis facientia. Legi, inquam, legi Origenem: & si in legendo crimen est, fateor: & nostrum marsupium Alexandrinæ cartæ euacuatur. Si mihi creditis, nunc esse cessauit. Quod si nec sic adducimini ad fidem: compellitis me, ad defensionem mei, contra amasium vestrum scribere: vt si non creditis neganti, credatis saltem accusanti. Sed libentius mihi erranti creditur, quam correcto. nec mirum: putant enim me suum esse *συμύσῳ*, & propter animales & luteos nolle palam dogmata confiteri. ipsorum enim decretum est, non facile margaritas ante porcos esse mittendas, nec dandum sanctum canibus, & cum Dauid dicere. Abscondi in corde meo eloquia tua, vt non peccem tibi. Et in alio loco super iusto. Qui loquitur, inquit, veritatem cum proximo suo, id est, cum his, qui domesticæ fidei sunt. Ex quo volunt intelligi, nos, qui necdum initiati sumus, debere audire mendacium; ne paruuli, atque lactentes, solidioris cibi edulio suffocemur. Quod autem periuriorum atque mendacij inter se orgijs federentur: sextus Stromateon liber, in quo ex Platonis sententia nostrum dogma componit, planissimè docet. Quid igitur faciam? negem me eiusdem dogmatis esse? non credent. iurem? ridebunt, & dicent: domi nobis ista nascuntur. Faciam, quod solum cauent, vt sacra eorum atque mysteria in publicum proferam, & omnis prudentia eorum, qua nos simplices ludunt, in propatulo sit; & qui neganti voci non credūt, credant saltè arguenti stylo. hoc enim vel maxime cauent, ne quando contra auctorem suum eorum scripta teneantur. Facile dicūt cum iuramento, quod postea alio soluant periurio. At subscriptionem tergierantur, quæruntque suffugia. Alius, non possum, inquit, damnare, quod nemo

damnauit. Alius: nihil super hoc à patribus statutum est: vt dum totius orbis pronocatur auctoritas, subscribendi necessitas differatur. Quidam constantius, quo modo, inquit, damnabimus, quos synodus Nicæna non tetigit? quæ enim damnauit Arium, damnasset vtrique & Origenem, si illius dogmata reprobasset. Scilicet vno medicamine omnes simul morbos debere curari. Et iccirco Spiritus sancti neganda maiestas est, quia in illa synodo super substantia eius silentium fuit. De Ario tunc, non de Origene quæstio fuit; de Filio, nõ de Spiritu sancto. Confessi sunt, quod negabatur; tacuerunt, de quo nemo quærebat. Quamquam latenter Origenem, fontem Arii percusserunt. damnantes enim eos, qui Filium de Patris negant esse substantia, illum pariter Ariumque damnauerunt. alioqui hoc argumento nec Valentinus, nec Marcion, nec Cataphryges, nec Manichæus dånari debent: quia synodus Nicæna eos non nominat, quos certè ante synodum fuisse, non dubium est. Quod si quando vrgeri cœperint; & aut subscribendum eis fuerit, aut exeundum de Ecclesia: miras strophas videas. sic verba temperant, sic ordinem vertunt, & ambigua quæque concinnant, vt & nostram, & aduersariorum confessionem teneant, vt aliter hæreticus, aliter catholicus audiat: quasi non eodem spiritu & Apollò Delphicus, atque Loxias oracula fuderit Cræso & Pyrro diuersis temporibus, sed pari illudens strophæ. Exempli causa pauca subiiciam.

CAP. 2.

Credimus, inquit, resurrectionem futuram corporum. Hoc si benè dicatur, pura confessio est. sed quia corpora sunt cœlestia, & terrefra, & aer iste, & aura tenuis, iuxta naturam suam corpora nominantur: corpus ponunt, non carnem; vt orthodoxus corpus audiens, carnem putet, hæreticus spiritum recognoscat. Hæc est eorum prima decipula: quæ si deprehensa fuerit, instruunt alios dolos, & innocentiam simulant, & malitiosos nos vocant, & quasi simpliciter credentes, aiunt: Credimus resurrectionem carnis. Hoc verò cum dixerint, vulgus indoctum putat sibi sufficere, maxime quia id ipsum & in simbolo creditur. Interrogos vltra: circuli strepitus commouetur, fautores clamitant: Audisti resurrectionem carnis, quid quæris amplius? Et in peruersum studijs commutatis, nos sycophantæ, illi simplices appellantur. Quod si obduraueris frontem, & vrgeri cœperis, carnem digitis tenens, an ipsam dicant resurrectionem, quæ cernitur, quæ tangitur, quæ incidit, & loquitur: primo ridet, deinde annunt. Dicentibusque nobis, vtrum capillos, & dentes, pedes, & ventrem, manus, & pedes, ceterosque artus ex integro resurrectio exhibeat: tunc verò risu se tenere non possunt, cachinnoque ora soluentes, tonsores nobis necessarios, & placentas, & medicos, ac futores ingerunt. Vltroque interrogant, verum credamus & genitalia vtriusque sexus resurgere, nostras genas hirtas, feminarum leues fore, & habitudinem corporis promaris ac feminae distinctione diuersam: quod si dederimus, statim expetunt vuluam, & coitum, & cetera quæ in ventre sunt, & sub ventre. Singula membra negant; & corpus, quod constat ex membris, dicunt non resurgere. Non est huius temporis, contra dogma peruersum, rhetoricum iactare sermonem. Non mihi diues Ciceronis lingua sufficiat; non feruens Demosthenis oratio animi mei possit implere feruorem; si velim hæreticorum fraudulentias prodere, qui verbo tenus resurrectionem fatentes, animo negant. solent enim mulierculæ eorum mamas tenere, ventri applaudere, lumbos, & femora, & putres attricare axillas, & dicere: quid nobis prodest

resurrectio, si fragile corpus resurget: & future auge-
lorum similes habebimus & naturam? Deditantur
videlicet cum carne & ossibus resurgere, cum qui-
bus resurrexit & Christus. Sed fac me errasse in ado-
lescentia, & philosophorum, id est, gentilium studijs
eruditum, in principio fidei dogmata ignorasse Chri-
stiana, & hoc purasse in apostolis, quod in Pythagora,
& Platone, & Empedocle legeram. Cur paruuli in
Christo, atque lactentis errorem sequimini? cur ab
eo impietatem discitis, qui necdum pietatem nouerat?
Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter
confiteri. Imitati estis errantem, imitati & correctum.
Errauimus iuvenes, emendemur senes. Iugamus gemitus,
lacrymas copulemus, ploremus, & conuertamur ad
Dominum, qui fecit nos: non expectemus diaboli poenitentiam.
Vana est illa praesumptio, & in gehennae trahens profundum:
hic aut queritur vita, aut amittitur. Si Origenem numquam
secutus sum, frustra infamare me queritis. si discipulus
eius fui, imitami poenitentem. Credidistis confitenti,
credite & neganti. Si ista, ut ais, inquit, noueras,
cur eum laudasti in opusculis tuis? Er hodie laudarem,
nisi vos eius laudaretis errores. non mihi displiceret
ingenium, nisi quibusdam eius placeret impietas.
Et Apostolus praecipit: Omnia legentes, quae bona sunt
retinentes. Laetantius in libris suis, & maxime in
epistolis ad Demetrianum, Spiritus sancti omnino negat
substantiam: & errore Iudaico dicit eum vel ad Patrem
referri, vel ad Filium, & sanctificationem utriusque
personae sub eius nomine demonstrari. Quis mihi
interdicere potest, ne legam Institutionum eius libros,
quibus contra gentes scripsit fortissime, quia superior
sententia detestanda est: Apollinarius contra Porphyrium
egregia scripsit volumina. probo laborem viri, licet fatuum
in plerisque dogma contemnam. Confitemini & vos in
quibusdam errare Origenem, & vim ultra non faciam.
Dicite eum male sensisse de Filio, peius de Spiritu
sancto; animarum de caelo ruinas impiè protulisse,
resurrectionem carnis verbo tantum confiteri, ceterum
assertione destruere; & post multa saecula, atque
vnam omnium restitutionem, id ipsum fore Gabrielem,
quod diabolum; Paulum, quod Caiapham, virgines,
quod prostitutas. Cum haec reieceritis, & quasi
cenforia virgula separaueritis à fide Ecclesiae; tuto
legam cetera; nec venena iam timebo, cum antidotum
praebibero. non mihi nocebit, si dixerit: Origenes,
cum in ceteris libris omnes vicerit, in Cantico
canticorum ipse se vicit. nec formidabo sententiam,
qua illum doctorem Ecclesiarum quondam adolescentulus
nominauit: nisi forte accusare debui, cuius rogatus
opuscula transferebam, & dicere in prologo: Hic,
cuius interpretor libros, haereticus est. caue lector,
ne legas: fuge viperam, aut si legere volueris,
scito à malis hominibus & haereticis corrupta esse,
quae transtuli. quamquam timere non debeas: ego
enim omnia, quae vitiosa fuerant, correxi. Hoc est
alijs verbis dicere: ego, qui interpretor, catholicus
sum, haec, quem interpretor, haereticus est. Denique
& vos satis simpliciter, & ingenuè, & non malitiosè,
parui scilicet pendentes praeccepta rhetorica, & praestigias
oratorum, dum libros eius *περι ἀρχῶν* haereticos
confitemini, & in alios crimen transferre vultis,
in gestis legentibus scrupulum, ut totam auctoris
vitam discerent, & ex ceteris libris eius coniecturam
praesentis facerent quaestionis. Ego callidus,
qui emendavi, silens quod volui, & dissimulans
crimina, non feci inuidiam criminoso. Aiant &
medici, grandes morbos non esse curan-

dos, sed dimittendos naturae, ne medela languorem
exasperet. Centum quinquaginta anni prope sunt,
ex quo Origenes mortuus est Tyri. quis Latinorum
ausus est unquam transferre libros eius de resurrectione,
περι ἀρχῶν, σχηματικῶν & τῶν ἑσχατῶν? quis per infame
opus se ipsum voluit infamari? nec disertiores sumus
Hilario, nec fideiores Victorino, qui eius tractatus
non ut interpretes, sed ut auctores proprii operis
transulerunt. Nuper sanctus Ambrosius sic Hexameron
illius compilauit, ut magis Hippolyti sententias
Basilijque sequeretur. Ego ipse, cuius aemulatore esse
vos dicitis, & ad ceteros talis caprearum in me oculos
possidetis, si malo animo fuisset erga Origenem,
interpretatus essem hos ipsos, quos supra dixi, libros,
ut mala eius etiam Latinis nota facerem: sed numquam
feci, & multis rogantibus acquiescere nolui. non enim
consueui eorum insultare erroribus, quorum miror
ingenia. ipse, si adhuc viueret, Origenes iraceretur
vobis fautoribus suis; & cum Iacob diceret, Odiosum
me fecistis in mundo.

Vult aliquis laudare Origenem? laudet ut laudo.
magnus vir ab infantia, & verè martyris filius: Alexandriae
ecclesiasticam scholam tenuit, succedens eruditissimo viro
Clementi presbytero. voluprates intantum fugit, ut zelo
Dei, sed tamen non secundum scientiam, ferro truncaret
genitalia. calcavit auaritiam: scripturas memoriter tenuit,
& in studio explanationis earum, diebus defudauit ac
noctibus. Mille & eo amplius tractatus in Ecclesia
locutus est: edidit innumerabiles praeterea commentarios,
quos ipse appellat *τόμους*, & quos nunc praetereo,
ne videar operi eius indicem. texere. quis nostrum tanta
potest legere, quanta ille conscripsit? quis ardentem in
scripturis animum non miretur? Quod si quis Iudas zelotes
opposuerit nobis errores eius, audiat liberè: Interdum
magnus dormitat Homerus: Verum operi longo fas est
obrepere somnum. Non imitemur eius vitia, cuius
virtutes non possumus sequi. Errauerunt in fide alij
tam Graeci, quam Latini: quorum non necesse est
proferre nomina, ne videamus eum non sui merito,
sed aliorum errore defendere. Hoc non est, iniquies,
excusare Origenem, sed accusare ceteros. Pulchre
si eum errasse non dicerem, si in fidei prauitate
saltem apostolum Paulum, vel angelum de caelo
audendum crederem. nunc vero, cum simpliciter
errorem eius fatear, sic legam ut ceteros, quia sic
errauit ut ceteri. Sed dicas: si multorum communis est
error, cur solum persequimini? Quia vos solum
laudatis ut apostolum; Tolle amoris *ὄρεβόλην*, & nos
collimus odij magnitudinem. Ceterorum vitia de
libris suis ad hoc tantum excerpitis, ut huius
defendatis errorem: Origenem sic fertis in caelum,
ut nihil eum errasse dicatis. Quisquis es assertor
nouorum dogmatum, quaeso te, ut parcas Romanis
auribus; parcas fidei, quae Apostoli voce laudata est.
Cur post quadringentos annos docere nos niteris,
quod ante nesciuimus? cur profers in medium, quod
Petrus & Paulus edere noluerunt? Vique ad hunc
diem ista doctrina mundus Christianus fuit. illam
senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Pelusios
nos appellant, & luteos animalesque; & carnos,
quod non recipiamus ea, quae spiritus sunt. Illi
scilicet Hierosolymitae, quorum mater in caelo est.
Non contemno carnem, in qua Christus natus est,
& resurrexit: non despicio lutum, quod excoctum
in testam purissimam, regnat in caelo. & tamen
miror, cur carni detrahentes viuunt carnaliter,
& inimicam suam foueant, & nutriant
delicatè. nisi forte implere volunt scripturam
dicentem: Amate inimicos vestros: be-

CAP. 63.
Gen. 34.

Gal. 1.

Rom. 1.

Gal. 4.

Luc. 6.

nefacite

ne facite ijs, qui persequuntur vos. Amo carnem castam, virginem, ieiunantem: amo arnis non opera, sed substantiam: amo carnem, quæ iudicandam se esse nouit: amo illam, quæ pro Christo in martyrio caditur, laniatur, exurit.

CAP. 4. Illud verò, quod asserunt, à quibusdam hæreticis & maleuolis hominibus libros eius esse violatos, quàm ineptum sit, hinc probari potest. Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio, & Didymo, assertoribus Origenis inueniri potest? quorum alter sex voluminibus τῆς ἀπολογίας ita eum, vt se, sensisse confirmat: alter sic eius errores nititur excusare, vt tamen illius esse fateatur; non scriptum negans, sed sensum scribentis edisserens. Aliud est, si quæ ab hæreticis addita sunt, Didymus quasi bene dicta defendat. Solus inuentus est Origenes, cuius scripta in toto orbe falsarentur, & quasi ad Mithridatis litteras, omnis veritas vno die de voluminibus illius radetur. Si vnus violatus est liber, num vniuersa eius opera, quæ diuersis & locis & temporibus edidit, simul corrupti potuerunt? Ipse Origenes in epistola, quam scribit ad Fabianum, Romanæ vrbs episcopum, penitentiam agit, cur talia scripserit, & causæ temeritatis in Ambrosium refert, quod secretò edita in publicum protulerit: & quid adhuc ἀπολογέσθω, aliena esse, quæ displicent: Porro, quòd Pamphilum profertur laudatorem eius, gratias illis ago meo nomine, quòd dignum me putauerunt, quem cum martyre calumniarentur. Si enim ab inimicis Origenis libros eius dicitis esse violatos, vt infamarentur: quare mihi non liceat dicere, ab amicis eius & sectatoribus compositum esse sub nomine Pamphili volumen, quòd illum testimonio martyris ab infamia vindicaret? Ecce vos emendatis in Origenis libris, quòd ille nò scripsit: & miramini, si edat aliquis librum, quem ille non edidit? Vos in edito opere potestis coargui: ille, qui nihil aliud edidit, facilius patet calumniæ. Date quòdlibet aliud opus Pamphili, nusquam reperietis. hoc vnum est. vnde igitur sciam, quòd Pamphili sit? videlicet stylus & salua docere me poterit. Numquam credam, quòd doctus vir primos ingenij sui fructus quæstionibus & infamiæ dedicarit: & ipsum nomen apologetici ostendit accusationem: non enim defenditur, nisi quòd in crimine est. Vnum nunc proferam, cui contradicere vel stulti sit, vel impudentis. Sexti libri Eusebij super Origenis defensione principium vsque ad mille fermè versus liber iste, qui Pamphili dicitur, continet. Et in reliquis scriptor eiusdem operis profert testimonia, quibus nititur approbare Origenem fuisse catholicum. Eusebius & Pamphilus tantam inter se habuere concordiam, vt vnus animæ homines putes, & ab vno alter nomen acceperit. quò modo igitur inter se dissentire potuerunt, vt Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani prober dogmatis, & Pamphilus Nicenæ synodi, quæ fuit postea, defensore? Ex quo ostenditur, vel Didymi, vel cuiuslibet alterius esse opusculum, qui sexti libri capite detruncato, cætera membra fociarit. Sed concedamus ex superfluo, vt Pamphili sit, sed necdum martyris. ante enim scripsit quàm martyrium perpetere. Et quo modo, iniquis, martyrio dignus fuit? Scilicet vt martyrio deleter errorem, vt vnâ culpam sanguinis sui effusione purgaret. Quanti in toto orbe martyres, antequàm cederent, varijs subiacuere peccatis? Defendamus ergo peccata: quia qui postea martyres, prius peccatores fuerunt. Hæc fratres amantissimi, ad epistolam vestram celeri sermone dictaui, vincens propositum, vt contra eum scriberem, cuius ingenium

ante laudaueram, malens existimatione periclitari, quàm fide. hoc mihi præstiterunt amici mei, vt si tacuero, reus, si respondero, inimicus iudicer. dura vtraq; conditio: sed è duobus eligam, quòd leuius est. similitas redintegrari potest, blasphemia veniam non meretur. Quid autem laboris in libris transfereendis *περὶ ἀρχῶν* sustinuerim, vestro iudicio relinquo: dum, & mutare quippiam de Græco, non est vertentis, sed euertentis, & eadem ad verbum exprimere, nequaquam eius, qui seruare velit eloquij venustatem.

HIERONYMVS RUFFINO.

EPISTOLA LXVI.

ARGVMENTVM.

RESPONDENS Ruffino, ait reconciliatam amicitiam à se nullo modo fuisse læsam, sed obiectum tantum sibi crimen dilatum. Deinde cum obliquis, figuratisque Ruffini laudibus in suspicionem hæresum Origenis traheretur, admonet ne se post hac simili extollat præconio; & de quibusdam suis rebus certiozem reddat.



IN te Romæ moratum, sermo proprius indicauit. nec dubito spiritualium parentum ad patriam reuocatum desiderio, quem matris luctus ire prohibebat; ne magis coram doleres, quòd absens vix ferre poteras. Quòd quæris, stomacho suo vnumquemque seruire, & nostro non acquiescere iudicio: conscientia nostræ testis est Dominus, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem, quò quempiam læderemus: quin potius cum omni cautione prouidimus, ne saltem casus in malevolentiam verteretur. Sed quid possumus facere, si vnusquisque iuste putat se facere, quòd facit? & videtur sibi remorderi potius, quàm mordere? Vera amicitia; quòd sentit, dissimulare nò debet. Præfatiuncula librorum *περὶ ἀρχῶν* ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse. in qua obliquè, immo aperte ego petor. qua in mente sit scripta, tu videris, qua intelligatur, & stultis patet. Poteram & ego, qui sæpissimè figuratas controuersias declamaui, aliquid de veteri artificio repetere, & tuo te more laudare: sed abisti à me, vt quòd reprehendo in te, imiter: quin potius ita sententiam temperaui, vt & obiectum crimen effugerem, & amicum, quantum in me est, nec læsus læderem. Sed obsecro te, vt si deinceps aliquem sequi volueris, tuo tantum iudicio sis contentus. aut enim bona sunt, quæ appetimus, aut mala: si bona, non indigent alterius auxilio: si mala, peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Hæc apud te amice potius exoptulare volui, quàm lacessitus publicè desæuire; vt animaduertas me reconciliatas amicitias purè colere, & non iuxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem tenere, panè offerre altera. Frater meus Paulinianus necdum de patria reuersus est, & puto, quòd eum Aquileiæ apud sanctum Papam Chromatium videris. Sanctum quoque presbyterum Ruffinum ob quandam causam per Romam Mediolanum misimus; & orauimus, vt nostro animo & obsequio vos videret. Cæterisq; amicis eadem significauimus, ne mordentes inuicem, consumamur ab inuicem. Iam tuæ moderationis est, & tuorum, nullam occasionem impatientibus dare; ne non omnes similes mei inuenias, qui possunt figuratis laudibus delectari.

AD PAMMACHIUM ET
MARCELLINUM APOLO-
GIA HIERONYMI AD-
uersum Ruffinum.

ARGUMENTVM.

CUM Ruffinus, rursus recrudescente imicitia vulnere, multa in D. Hieronymum inuectus scripserit, & inter cetera in suspensionem Origenis errorum inuoluere illum tentaue- rit, vir sanctus ex amicorum litteris certior de his factus, ex- citato nunc stomacho, ac fuaa prodeunte bile, omnes eius calumnias refellit, & modo clypeo, modo gladio vrens, ita semet tueretur, vt aduersarium, nihil illi parcens, omnino pro- sternat, ac necet. Opus autem omne in tres libros partitum est. Primo crimina sibi à Ruffino obiecta diluit: Altero Ruffi- ni inuectiuam, sub Apologia nomine Anastasio Papae mis- sam, confutat: Tertio, & ultimo Ruffini litteris, ad se veluti excusatorij missis, respondet.

CAP. I.
Psal. 67.



L vestris, & multorum litteris didi- ci, obiici mihi in schola tyrannica, lingua canum meorum ex inimicis ab ipso, cur *κατὰ τὸν ἀρχαῖον* libros in Latinum verterim. O impudentiam singularem: accusant medicum quod venena prodiderit, vt scilicet *καρμικὸν θάνασιμον* suum non innocentia merito, sed criminis communiōe tucantur, quasi culpa numerus peccantium minuat, & in per- sonis, non in rebus sit accusatio. Scribuntur contra me libri, ingeruntur omnibus audiendi, & tamen nō eduntur, vt simplicium corda percuciant, & mihi facultatem pro me auferant respondendi. Nouum malitia genus, accusare, quod prodi timeas, scribere, quod occultes. Si sunt vera, quae scripsit, cur publicū timuit: si falsa, cur scripsit? Olim pueri legimus, Intemperatis esse arbitror, scribere quidquam, quod occultari velis. Rogo, quis est iste dolor? quid aestuant? quid insaniant? quod praconem repuli figura- tum? quod nolui me subdolo ore laudari? quod sub amici nomine, inimici insidias deprehendi? Frater & collega in praefatiuncula vocor, & satis apertè exponuntur crimina mea, quid scripserim, quibus in caelum Origenem laudibus leuaui. Bono animo fecisse se dicit. Et quo modo nunc eadem inimicus obiicit, quae tunc amicus laudauerat, voluerat me in interpretatione quasi prauiū sequi, & auctoritate operi suo ex nostris opusculis mutuari. Suffecerat semel dixisse, quod scripseram: quid necesse fuit eadem rursus iterare, & frequenter ingerere, & quasi nemo sibi laudanti crederet, ipsa dicta replicare? Nō est tam sollicita de audientium fide, simplex & pura laudatio. Quid metuit, ne illi sine testimonijs dic- torum meorum in meis laudibus non credatur? Videtis nos intelligere prudentiam eius, & praedicationis diaspyricae strophis in scholis saepe lusisse? Simpliciter obtendere non potest, in quo artifex deprehenditur malitia. Semel, aut vt multum, bis errasse, sit castus: cur prudenter errat, & crebro, & sic per totum textum errorem, vt mihi non liceat negare quod laudat: Prudentis fuerat, & amici, post reconciliatam similitudinem etiam leues suspensiones fugere, ne quod fortuitō fecisset, consultō facere putaretur. vnde & Tullius in commentarijs caesarum pro T. Gabinio, Ego, inquit, cum omnes amicitias tuendas semper putauī summa religione, & fide, tum eas maximè, quae essent ex inimicitijs reuocatae in gratiam: propterea quod integris amicitijs officium praetermissum, imprudentia, vel, vt grauius interpretemur, negligentia excusatione defenditur: post reditum in

gratiam si quid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentia, sed perfidia assignari solet. Flaccus quoque in epistola, quam scribit ad Florum, Male, ait, facta gratia nequidquam coit, & rescinditur. Quid mihi nunc prodest, quod simpliciter errasse se iurat? Ecce obiciuntur mihi laeides eius, & crimini datur simplicissimi amici non simplex nec pura laudatio. Si auctoritatem tuo operi praestruerat, volens quos sequeretur ostendere: habuit in promptu Hilarium confessorem, qui quadraginta ferme millia versusum Origenis in Iob & psalmos transtulit: habuit Ambrosium, cuius penè omnes libri huius sermonibus pleni sunt: & martyrem Victorinum, qui simplicitatem suam in eo probat, dum nulli molitur insidias, de his omnibus tacet, & quasi columnis Ecclesiae praetermissis, me solum publicat, & nihili hominem per angulos consecratur. Nisi forte eadem simplicitate, qua amicum nescius accusauit, illos ignorasse se iuret. Et quis ei credet, viro eruditissimo, & qui tantam habeat scientiam scriptorum veterum, maximè Graecorum, vt dum peregrina sectatur, pene sua amisit; quod recentissimae memoriae viros & Latinos nesciat? Ex quo apparet, non tam me ab eo laudatum, quam illos non accusatos: vt siue laus illa est, vt stultis persuadere conatur, siue accusatio, vt ego ex vulneris mei dolore sentio; nec in laude haberem aequalium gloriam, nec in vituperatione solatium. Teneo epistolas vestras, quibus accusatum me scribitis esse, & hortamini, vt respondeam criminanti; ne, si tacuerim, videar crimen agnoscere. Ad quas respondi, fateor: & quamuis laesus sic amicitiae iura seruaui, vt me sine accusantis accusatione defenderem; & quod vnus Romae amicus obiecerat, à multis in toto orbe inimicis dicerem iactitatum; vt non viderer homini, sed criminibus respondere. Aliud est, si pro iure amicitiae accusatus tacere debui, & lutatam ab eo faciem, atque, vt ita dicam, haeretico foetore conspersam, ne simplici quidem aqua diluere, ne ille mihi fecisse putaretur iniuriam. Haec vox nec hominis est, nec ad hominem, apertè amicum petere, crimina eius sub persona laudatoris exponere; & illi ne hoc quidem liberum derelinqui, vt se catholicum probet, & laudationem haeretici, quae illi obiicitur, non de assensu haereos, sed de ingenij extitisse admiratione respondeat. Placuerat ei, siue, vt ipse vult videri, compellus erat in Latinam linguam vertere, quod nolebat. quid necesse fuit, me latentem, & tantis maris atque terrarum diuisum spatij, inserere quaestioni? opponere inuidiae plurimorum? vt plus mihi laudando noceret, quam sibi prodesset exemplo? Nunc quoque, quia renui laudatorem, & verso stylo docui me non esse, quod meus necessarius praedicaui, dicitur furere, & tres contra me libros venustate Attica texuisse, eadem accusans, quae ante laudauerat, & obijciens mihi in translatione Origenis nefaria dogmata, de quo in praefatiuncula laudationis suae dixerat: Sequar regulam praecessorum, & eius praecipue viri, cuius superius fecimus mentionem: qui cum vltra septuaginta libellos Origenis, quos Homilíticos appellauit, aliquantos etiam de tomis in Apostolum scriptis transtulisset in Latinum: in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Graeco, ita elimaui omnia interpretando, atque purgavit, vt nihil in illis, quod à fide nostra discrepet, Latinus lector inueniat. hunc ergo etiam nos, licet non eloquentiae viribus, disciplinae tamen regulis, inquantum possumus, sequimur. Certè haec illius verba sunt, negare non potest. Ipsa styli elegantia, & sermo compositus, quodque

his maius est, simplicitas Christiana, auctoris sui characteré probat. Aliud est, si ista Eusebius deprauauit, & accusator Origenis meiq; studiosus in vno eodéq; opere & illú, & me vel errasse, vel bene sentisse testatus est. Non potest me nunc inimicus hæreticum dicere, quem à fide sua dudum non discrepare præfatus est. Simulq; & hoc ab eo quæro, quid sibi velit sermo moderatus & dubius? Nihil, inquit, in illis, quod à fide nostra discrepet, Latinus lector inueniet. Fidem suam quam vocat? eam ne, qua Romana pollet Ecclesia? an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? si Romanam responderit, ergo catholici sumus, qui nihil de Origenis errore transtulimus. sin autem Origenis blasphemia, fides illius est: dum mihi inconstantia crimen impingit, se hæreticum probat. siue benè credit laudator meus, confessione sua me assumit in socium; siue malè, ostendit me ideo ante laudatum, quia participem sui putabat erroris. Sed aduersus illos libros, qui per angulos garrunt, & furtiua accusatione me mordent, cum editi fuerint, & de tenebris ad lucem processerint, atque ad nos vel studio fratrum, vel temeritate amulorum potuerint peruenire, respondere conabor. neque enim magnopere formidandi sunt, quos meruit auctor suus prodere, & tantum confœderatis legendos esse decreuit. Tunc aut agnoscam crimina, aut diluam; aut in accusatorem, quæ sunt obiecta, retorquebo; & ostendam, quòd hucusq; silentium modestiæ fuerit, non malæ conscientiæ. Interim apud tacitum lectoris iudicium purgatum me esse volui, & grauissimum inter amicos crimen refellere; ne prior læsisse videar, qui & vulneratus nequaquam contra persecutorem tela direxi, sed meo tantum vulnere admo- ui manu. quem obsecro, vt absque præiudicio personarum culpam in eum referat, qui læcessiuit. Nec læsisse contentus, quasi aduersus elinguem, semperq; taciturnum, tres elucubrauit libros: & *ἀπρωτόριος* Marcionis de meis opusculis fabricatus est. Gestit animus & illius repente doctrinam, & meam in speratam vecordiam cognoscere. Fortasse breui tempore didicit, quod nos docere debeat, & quod illum scire nullus putabat, subitum eloquentiæ flumen ostendet. Sic pater ille Deus faciat, sic magnus Iesus, Incipiat conferre manum. Quamuis librauerit accusationis suæ hastas, & totis aduersum nos viribus intorserit: credimus in Deo saluatore, quòd scuto circumdabit nos veritas eius, & cum Psalmita cantare poterimus: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Et si constiterint aduersum me castra, non timebit cor meum. Si stererit aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Sed hæc aliàs: nunc ad id reuertamur, quòd cœperamus.

Phil. 90.
63. 26.

Cap. 2.

Obiciunt mihi scētores eis, cærealiaq; arma expediunt fessi rerum, quare *περὶ ἀρχαίων* libros Origenis, noxios, & ecclesiasticæ fidei repugnantes, in Latinum sermonem verterim. Ad quos breuis & succineta responsio est: Tuæ me, frater Pammachi, & tuorum litteræ compulerunt, dicentes, illos ab alio fraudulenter esse translatos, & interpolata nonnulla, & vel addita, vel mutata. Ac, ne parum epistolis haberem fidem, misisti exemplaria eiusdem translationis, cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legissem, contulissemq; cum Græco, illico animaduerti, quæ Origenes de Patre, & Filio, & Spiritu sancto impiè dixerat, & quæ Romanæ aures ferre nō poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cetera autem dogmata, de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigijs, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium

in æqualem statum, & multo his deteriora, quæ longum esset retere, vel ita vertisse, vt in Græco inuenierat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propuginator est, exaggerata & firmiora posuisse: vt qui in trinitate catholicum legerat, in alijs hæreticum non caueret. Alius forsitan, qui non esset amicus eius, diceret: Aut totum muta, quòd malum est; aut totum prode, quòd optimi putas. Si propter simplices noxia quæque detrunctas, & ea, quæ ab hæreticis addita simulas, in peregrinum non vis transferre sermonem, egede quidquid est noxiu. sin autem veritatis fidem in translatione conseruas; cur alia mutas, & alia dimittis intacta? Quamquam aperta confessio est, in eodem prologo emendasse te praua, & optima reliquisse. ex quo non interpretis libertate, sed scriptoris auctoritate teneberis, si quid in ijs, quæ vertisti, hæreticum comprobetur, & manifesti criminis argueris, iccirco te veneni calicem circumlimire melle voluisse, vt simulata dulcedo virus pessimum tegeter. Hæc & multa his duriora inimicus diceret, & te non vt interpretem mali operis, sed vt ad stipulatorem in ius Ecclesiæ traheret. Ego autem, memet tantum defendisse contentus, in libris *περὶ ἀρχαίων* simpliciter, quod in Græco habebatur, expressi, non vt crederet lector ijs, quæ interpretabar, sed ne crederet illis, quæ tu ante transtuleras. Duplex in opere meo utilitas fuit, dum & hæreticus auctor proditur, & non verus interpretis arguitur. Ac, ne quis me putaret ijs consentire, quæ verteram; interpretationis necessitatem præfatione munui, & docui; quibus lector non deberet credere. Prior translatio laudem auctoris continet; secunda vituperationem. illa lectorem prouocat ad credendum, ista ad nō credendum mouet. ibi & ego inuitus laudator assumor; hic intantum non laudo, quem trāsfero, vt cogar accusare laudantem. Eadem res non eadem mente perfecta est: immo vnum iter diuersos exitus habuit. Abstulit quæ erant, dicens ab hæreticis deprauata: & addidit quæ non erant, afferens ab eodem in locis alijs disputata: quòd nisi ipsa loca monstrauerit, vnde transtulisse se dicit, probare nō poterit. Mihi studio fuit nihil mutare de vero. ad hoc enim interpretabar, vt mala interpretata conuincerem. Putatis me interpretem? Proditor fui, prodidi hæreticum, vt Ecclesiam ab hæresi vindicarem. Cur Origenē in quibusdam ante laudauerim, prelatum huic operi ostendit liber. Nunc sola interpretationis meæ causa redditur, quæ cum pietatis habeat voluntatem, non debeo impietatis argui, prodens impium, quòd quasi piuum ecclesijs tradebatur. Septuaginta libros eius, vt meus necessarius criminatur, in Latinum verteram, & multa de tomis. Numquam de opere meo fuit quæstio, numquam Roma commota est. Quid necesse erat Latinis auribus tradere, quòd detestatur & Græcia? quòd orbis accusat? Ego per tot annos tam multa conuertens numquam scandalo fui: tu ad primum & solum opus, ignotus prius, temeritate factus es nobilis. Docet ipsa præfatio, & Pamphili martyris librum pro defensione Origenis à te esse translatum. Et hoc agis totis viribus, vt cuius fidem martyr probat, Ecclesia non refutet. Sex libros, vt ante iam dixi, Eusebius, Cæsariensis episcopus, & Arianae quondam signifer factionis, pro Origene scripsit, latissimum & elaboratum opus: & multis testimonijs approbauit, Origenem iuxta se catholicum, id est, iuxta nos Arianum esse. Horum tu primum librum veris sub nomine martyris. Et miramur, si me, homunculum parui pretij, Origenis laudatorem vellis; cum martyri calumniam feceris? Paucisq; testimonijs de Filio

Dei & Spiritu sancto commutatis, quæ sciebas duplicatura Romanis, cætera vsque ad finem integra dimisit; hoc idem faciens in apologia quasi Pamphili, quod & in Origenis *περι αρχων* translatione fecisti. Si iste Pamphili liber est de sex libris, quis erit primus Eusebij? In ipso volumine, quod tu Pamphili simulat, sequentium librorum facta mentio est. In secundo quoque & reliquis dicit Eusebius, quid in primo libro ante iam dixerat, & quod eadem repetere non debeat. Si totum opus Pamphili est, cur reliquos libros non transfers: si alterius, cur nomen immutas? Taces: ipse res loquuntur: videlicet vt crederent martyri, qui Arianorum principem detestaturi erant. Quid tibi animi fuisse dicam, amice simplicissime? te ne potuisse hæretici hominis libro martyris nomen imponere? Et ignoras te sub auctoritate testis Christi, Origenis facere defensores? Pro eruditione, qua polles, & inclutus *συντακτης* in occidente laudaris, ita vt *κορυφαίον* te omnes tuæ partis nominent, non reor te ignorasse Eusebij *σύνταγμα*, & Pamphilum martyrem nihil omnino operis condidisse. Ipse enim Eusebius, amator & præco & contubernalis Pamphili, tres libros scripsit elegantissimos, vitam Pamphili continentes: in quibus cum cætera miris laudibus prædicaret, humilitatemque eius ferret in cælum, etiam hoc in tertio libro addidit. Quis studiosorum amicus non fuit Pamphili? Si quos videbat ad victum necessarijs indigere, præbebat largè quæ poterat. Scripturas quoque sanctas non ad legendum tantum, sed & ad habendum tribuebat promptissime, nec solum viris, sed & feminis, quas vidisset lectioni deditas. vnde & multos codices præparabat, vt cum necessitas poposcisset, volentibus largiretur. Et ipse quidem proprii operis nihil omnino scripsit, exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat; in tantum se humilitate deiecerat: veterum autem tractatus scriptorum legebat studiosissimè, & in eorum meditatione iugiter versabatur. Defensor Origenis, & laudator Pamphili, dicit Pamphilum nihil omnino scripsisse, nec proprii quidquam condidisse sermonis. Et hoc dicit, iam Pamphilo martyrio coronato: ne habeas suffugium, post editos ab Eusebio libros hoc Pamphilum scripsisse. Quid facies? Eo libro, quem sub nomine martyris edidisti, vulneratæ sunt conscientia plurimorum. Non valet apud eos super Origenis damnatione episcoporum auctoritas, quem putant à martyre prædicatum. Quid facient epistolæ Theophili episcopi? quid Papæ Anastasij, in toto orbe hæreticè persequentes, cum liber tuus, sub nomine Pamphili editus, pugnet cõtra epistolas eorum, & episcopali nomini testimonium martyris opponatur? Quod fecisti in libris *περι αρχων*, hoc facito & in isto volumine *ἑυδωρησάτω*. Audi consilium amici: non te poeniteat artis tuæ: vel dicito tuum non esse, vel ab Eusebio presbytero deprauatum. Vnde probari tibi poterit, quod à te translatum est: Non manus tua tenetur: non tantæ es eloquentiæ, vt nullus te possit imitari. Aut certè, si res ad probationem venerit, & impudentiam frontis oppræserint testimonia plurimorum; palinodiam Stesicori more cantato. Melius est pænitere facti tui, quàm & martyrem in calumnia, & deceptos in errore persistere. Nec erubescas de commutatione sententiæ: non es tantæ auctoritatis, & famæ, vt errasse te pudeat. Imitare me, quem plurimum amas, sine quo nec viuere, nec mori potes: & mecum clama, quæ ego laudatus à te in defensione mei locutus sum. Eusebius, Cæsariensis episcopus, cuius supra memini, in sexto libro *της απολογιας* Origenis hoc idem obiicit

Methodio episcopo, & martyri, quod tu in meis laudibus criminaris; & dicit: Quo modo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus est dogmatibus? Non est huius loci, pro martyre loqui: neque enim omnia in locis omnibus disserenda sunt: nunc tetigisse sufficiat, hoc ab Ariano homine obiici clarissimo & eloquentissimo martyri, quod tu in me & amicus laudas, & offensus accusas. Habes occasionem & de præsentis loco, si velis, mihi calumniam struere; cur nunc & Eusebio detraham, quem in alio loco ante laudavi. Alterum quidem nomen Eusebij, sed eadem, quæ super Origenis vocabulo, est calumnia. Laudavi Eusebium in ecclesiastica historia, in digestionem temporum, in descriptione sanctæ terræ: & hæc ipsa opuscula in Latinum vertens, meæ linguæ hominibus dedi: nunc ex eo Arianus sum, quia Eusebius, qui hos libros condidit, Arianus est? Si ausus fueris me hæreticum dicere; memoro præfatiuncula *περι αρχων*, in qua fidei tuæ me esse testaris. simulq; obsecro, vt amicum quondam tuum expositulantem patienter audias. Contra alios digladiaris: aut facis calumniam, aut pateris, quos accusas, & à quibus accusaris, ordinis tui sunt: rectè, an perperam, vos videritis. mihi etiam vera accusatio contra fratrem displicet: nec reprehendo alios, sed dico, quid ipse non facerem. Tanti spatij terrarum separatus quid peccaui in te? quid commerui? an quia Origenisten me non esse respondi? numquid defensio mea accusatio tua est? & tu si non es Origenistes, vel non fuisti; credo iuranti: si fuisti, suscipio poenitentem. quid doles, si id sum, quod esse te dicis? An quia *περι αρχων* Origenis libros post te transferre ausus sum, & interpretatio mea suggillatio putatur operis tui? Quid poteram facere? missa mihi est laudatio tua, id est, accusatio mea. tam fortiter me prolixèq; laudaueras, vt si tuis laudibus acquieuissem, omnes hæreticum me purarent.

Vide, quid Romanæ ad me epistolæ clausula teneat: purga suspiciones hominum, & conuince criminantem; ne, si dissimulaueris, consentire videaris. Tali restrictus articulo, interpretaturus eosdem libros, ausculta, quid scripserim. Hoc mihi præstiterunt amici mei, (non dixi, amicus meus; ne te viderer arguere) vt, si tacuero, reus, si respondero, inimicus iudicer. dura vtræque conditio: sed è duobus eligam, quod leuius est. Simultas redintegrari potest: blasphemia veniam non meretur. Animaduertis inuito mihi & repugnanti hoc onus impositum, & futuram ex huiusmodi opere similitatem, necessitatis excusatione curatam. Si interpretatus esses libros *περι αρχων* absque meo nomine; rectè querereris, in reprehensionem tuam à me postea esse translatus. nunc autem iniuste doles, in eo opere à me tibi esse responsum, in quo à te laudando accusatus sum. quæ enim tu laudem vocas, omnes accusationem intelligunt. Constet apud te, quod accusaueris: non indignaberis, quod responderim. Esto: tu bono animo scripseris; & homo innocens, & amicus fidissimus, de cuius numquam egressum est ore mendacium, me nescius vulneraris: quid ad me, qui percussus sum? num iccirco curari non debeo, quia tu me bono animo vulnerasti? Confossus iaceo: stridet vulnus in pectore: candida prius sanguine membra turpantur: & tu mihi dicis: Noli manum adhibere vulneri, ne ego te videar vulnerasse? Quamquam & ipsa translatio magis Origenem, quàm te arguit. tu enim emendasti, quæ addita ab hæreticis arbitratus es: ego prodidi, quod ab illo scriptum. Græcia vniuersa conclamat: quis

quis rectius arbitratus sit, nec meum, nec tuum iudicium est: vtriusque scripta censoriam lectoris virgulam sentiant. Tota illa epistola, qua pro me satisfacio, contra hæreticos & accusatores meos dirigitur: quid ad te, qui & orthodoxum & laudatorem meum te esse dicis, si asperior sum in hæreticos, & illorum in publicum strophas profero? latrare inuestigatione mea; ne, si dolueris, hæreticus esse videaris. Quando sine nomine contra vitia scribitur; qui irascitur, accusator sui est. Prudentis hominis fuerat, etiam si dolebat, dissimulare conscientiam, & cordis nubilum frontis serenitate discutere. alioqui, si quidquid contra Origenem & sectatores eius dicitur, in te dictum putas: ergo & epistolæ papæ, Theophili, & Epiphaniij, & aliorum episcoporum, quas nuper ipsis iubentibus transtuli, te perunt, te lacerant. Imperatorum quoque scripta, quæ de Alexandria, & Ægypto Origenistas pelli iubent, me suggerente dictata sunt. Vt Romane vrbis pontifex miro eos odio detestetur, meum consilium fuit. vt totus orbis post translationem tuam in Origenis odia exarserit, quem antea simpliciter lectitabat, meus operatus est stylus. Si tantum possum, miror cur me non metuas. Ego ille moderatus in epistola publica, qui diligenter caui, ne quid in te dictum putares, scripsi ad te statim breuicem epistolam, exoptulans super laudibus tuis: quam, quia Roma non eras, amici mei tibi mittere noluerunt, eo quod te dicerent cum sodalibus tuis indigna nomine Christiano de mea conuersatione iactitare: cuius exemplum huic volumini subdidi, vt scias, quantum dolorem quanta moderatione necessitudinis temperavi. Audio præterea, te quædam de epistola mea philosophicè carpere, & hominem rugosæ frontis, adductiq; supercilij, Plautino in me sale ludere, eo quod Barrabam ludæum dixerim præceptoré meum. Nec mirum, si pro Barhanina, vbi est aliqua vocabulorum similitudo, scripseris Barrabam; cum tantam habeas licentiam nominum immutandorum, vt de Eusebio Pamphilum, de hæretico martyrem feceris cauendus homo, & mihi maxime declinandus; ne repente, dum nescio, de Hieronymo Sardanapalum nomines. Audi ergo sapientiæ columen, & norma Catonianæ seueritatis. Ego non illum magistrum dixi, sed meum in scripturas sanctas studium volui comprobare: vt ostenderem me sic legisse Origenem, quo modo & illum audieram, neque enim Hebræas litteras à te discere debui. An iniuria tibi facta est, quod pro te Apollinarium, Didymumq; sectatus sum? Num quid in illa epistola Gregorium, virum eloquentissimum, non potui nominare, qui sui apud Latinos impar est, quo ego magistro glorior, & exulto? Sed eos tantum posui, qui in reprehensione erant: vt similiter me Origenem non ob fidei veritatem, sed ob eruditionis meritum legisse testarer. Ipse Origenes, & Clemens, & Eusebius, atque alij complures, quando de scripturis aliqua disputant, & volunt approbare quod dicunt, sic solent scribere: Refererat mihi Hebræus: & Audiui ab Hebræo: & Hebræorum ista sententia est. Certè etiam Origenes patriarchen Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat: & tricesimum tomum in Esaiam, in cuius sine edidit, Væ tibi ciuitas Ariel, quam expugnauit Dauid, illius expositione concludit; vt, cum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo, id quod est verius, confitetur. Octogesimum quoq; nonum psalmum, qui scribitur: Oratio Moyfi, hominis Dei: & reliquos vndecim, qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem, eiusdem Moyfi putat: nec dedignatur

Hebræam scripturam interpretans, per singula loca, quid Hebræis videatur, inferere. Lectis nuper papæ Theophili epistolis, in quibus Origenis exponit errores, dicitur obturasse aures suas, & auctorem tanti mali clara coram omnibus voce damnasse, & dixisse, vsque ad illud tempus se ignorasse, quod tam nefaria scripserit. Non recuto, nec dico, quod alius diceret forsitan, non potuisse cum ignorare, quod interpretatus est: cuius apologiam scriptam ab hæretico sub nomine martyris edidit: cuius defensionem etiam proprio volumine professus est: aduersum quod in sequentibus, si dictandi spatium fuerit, disputabo. hoc loquor, cui contradicere nõ potest. Si illi licet nõ intellexisse, quod transtulit: quare mihi non liceat ignorasse libros *πρὸ ἀρχαίων*, quos ante non legi, & eas tantum homilias legisse, quas transtuli; in quibus nihil esse mali, ipsius testimonium est? Sin autem contra sententiam suam nunc me in eis arguit, in quibus ante laudauerat, vndique strictus tenetur. aut enim iccirco me hæreticum hominem laudauit, quia eiusdem mecum dogmatis erat: aut nunc frustra inimicus accusat, quem prius vt orthodoxum prædicauit. Sed forsitan tunc errores meos quasi amicus tacuit, & nunc iratus profert, quod prius celauerat. Quæquam non mereatur fidem inconstantia, & professæ inimicitia suspicionem habeant mendacij; tamen audacter conferam gradum, volens scire quid hæreticum scripserim: vt aut cum illo agam poenitentia, & Origenis mala ignorasse me iurem, ac nunc primū à Papa Theophilo didicisse impietates eius; aut certè doceam, me quidem bene sensisse, sed illū more suo non intelligere. Neque enim fieri potest, vt in eisdem ad Ephesios libris, quos, vt audio, criminatur, & bene & malè dixerim, & de eodem fonte dulce amarumq; processerit: vt qui toto opere damnauerim eos, qui credunt animas ex angelis conditas subito mei oblitus id defenderem, quod ante dānaui. Stultitiam mihi obiicere nõ potest, quem disertissimum & eloquentissimum in suis opusculis prædicauit: alioqui stulta voerbisitas, fabulæ potius, & garruli hominis, quàm eloquentis putanda est.

Quid in illis libris propriè accuset, ignoro, fama enim ad me criminum eius, non scripta venerunt: & stultum est, iuxta Apostolū, pugnis aerem verberare: tamen in incertum respondebo, donec ad certa perueniam. *ἀντίπαλον* meum docebo senex, quod puer didici, multa esse genera dictionum, & pro qualitate materiae, non solum sententias, sed & scripturarum verba variari. Chryssippus & Antipater inter spineta versantur. Demosthenes & Æschynes cõtra se iniucè fulminant. Lysias & Iocrates dulciter fluūt: mira in singulis diuersitas, sed omnes in suo perfecti sunt. Lege ad Herennium Tullij libros, lege rhetoricos eius: aut, quia illa sibi dicit inchoata & rudia excidisse de manibus, reuolue tria volumina de Oratore, in quibus introducit eloquentissimos illius temporis oratores, Crassum & Antonium disputantes, & quartum Oratorem, quem iam senex scribit ad Brutum: tunc intelliges, aliter componi historiam, aliter orationes, aliter dialogos; aliter epistolas, aliter commentarios. Ego in commentarijs ad Ephesios sic Origenem, & Didymum, & Apollinarium secutus sum, qui certè contraria inter se habent dogmata, vt fidei meæ non amitterem veritatem, commentarij quid operis haberet: alterius dicta edisserunt: quæ obscurè scripta sunt plano sermone manifestant: multorum sententias replicant: & dicunt: Hunc locum quidam sic edisserunt: alij sic interpretantur: illi sensum suum & intelligentiam his testimonijs, & hac

CAP. 4.

1. Cor. 9.

Ea. 19.

nituntur ratione firmare: ut prudens lector, cum diuersas explanationes legerit, & multorum vel probanda, & improbanda didicerit, iudicet quid verius sit, & quasi bonus trapezita, adulterina moneta pecuniam reprobet. Num diuersae interpretationis & contrariorum inter se sensum tenebitur reus, qui in vno opere, quod ediderit, expositiones posuerit plurimorum? Puto quod puer legeris, Aspri in Virgilium & Sallustium commentarios, Vulcarij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, & in Terentij comœdias præceptoris mei Donati, æque in Virgilium, & aliorum in alios, Plautum videlicet, Lucretium, Flaccum, Persium, atque Lucanum. argue interpretes eorum, quare non vnam explanationem secuti sint, & in eadem re quid vel sibi, vel alijs videatur, enumerent. Prætermitto Græcos, quorum tu iactas scientiam, & dum peregrina sectaris, pene tui sermonis oblitus es: ne veteri prouerbio, sus Mineruam docere videar, & in siluam ligna portare. Illud miror, quod Aristarchus nostri temporis puerilia ista nescieris. Quamquam tu occupatus in sensibus, & ad fruendam mihi calumniam cernuus, grammaticorum & oratorum præcepta contempseris, parui euidens *ὀπίσθησεν* post anfractus reddere, asperitatem euitare consonantium, hiulcam fugere dictionem. Ridelicet, debilitati & fracti totius corporis vulnera pauca monstrare. Non eligo, quod reprehendam: eligat ipse, quod vicio careat. Ne illud quidem Socraticum nosse debuerat: scio quod nescio. Nauem agere ignarus nauis timet: Abrotanum ægro Non audet, nisi qui didicit, dare. quod medicorum est, Promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Nisi forte se litteras non didicisse iurabit: quod nos illi & absque iuramento perfacile credimus, vel ad Apostolum confugiet profitentem: Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Ille Hebræis litteris eruditus, & ad pedes doctus Gamalielis, quem non erubescit, iam apostolicæ dignitatis, magistrum dicere, Græcam facundiam contemnebat, vel certe, quod erat humilitatis, dissimulabat: ut prædicatio eius non in perfratatione verborum, sed in signorum virtute consisteret: spernens alienas opes, qui in suis diues erat: quamquam ad imperitum & per singulas instar tui sententias conuertentem, numquam pro tribunali sedens Festus diceret: insanis Paule, insanis: multæ te litteræ ad insaniam conuertunt. Tu, qui in Latinis mussitas, & testudineo gradu moueris potius, quàm incedis, vel Græcè debes scribere, ut apud homines Græci sermonis ignaros aliena scire videaris; vel, si Latina tentaueris, ante audire grammaticum, ferulæ manum subtrahere, & inter paruulos *ἀδμογύσπων*, artem loquendi discere. Quamuis Croesos quis spiret, & Darios, litteræ marsupium non sequuntur: sudoris comites sunt, & laboris, sociæ ieiuniorum, non saturitatis, continentiae, non luxuriæ. Demosthenes plus olei, quàm vini, expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigilijs præuenisse. Quod ille in vna littera fecit exprimenda, ut à cane ritho disceret: tu in me criminaris, quare homo ab homine Hebræas litteras didicerim. Inde est, quod quidam ineruditè sapientes remanent, dum nolunt discere quod ignorant. nec Horatium audiunt commonentem: Cur nescire pudens prauè, quàm discere malo: Loquitur & sapientia, quam sub nomine Salomonis legimus: In maliuolam animam numquam intrabit sapientia, nec habita-

bit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus eruditionis fugiet dolum, & recedet à cogitationibus stultis. Aliud est, si vulgi lectione contenti, doctorum aures despiciunt, & contemnunt illud elogium, quo procax imperitia denotatur: Non tu in triuijs indocte solebas, Stridenti miserum stipula disperdere carmen? quasi non cirrhatum turba, Milesiorum in scholis figmenta decantet; & testamentum suis, Bessorum cachinno membra concutiat, atque inter scurrarum epulas nugæ istiusmodi frequententur. Quotidie in plateis fides hariolus stultorum nares verberat, & obtorto scorpione, dentes mordentium quatit: & miramur, si imperitorum libri lectorem inueniant? Indignantur, quare Origenistas scripserim inter se orgijs mendaciorum foederari. Nominavi librum, in quo hoc scriptum legerim, id est, sextum Stromateon Origenis: in quo Platonis sententiæ nostrum dogma componens, ita loquitur Plato in tertio de republica libro: Veritas quoque sectanda magnopere est. Si enim, ut paulo ante rectissimè dicebamus, Deo indecens, & inutile mendacium est hominibus quandoque utile, ut vtantur eo quasi condimento atque medicamine: nulli dubium est, quin huiusmodi licentia medicis danda sit, & ab imprudentibus remouenda. Vera, inquit, asseris: ergo principes urbium, si quibus & alijs hoc conceditur, oportet aliquando mentiri vel contra hostes, vel pro patria, & ciuibus. ab alijs verò, qui uti mendacio nesciunt, auferendum est omne mendacium. Origenes. Et nos igitur illius præcepti memores: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: non debemus dicere, quis est proximus meus: sed considerare, quo modo philosophus cautè dixerit: Deo indecens & inutile esse mendacium, hominibus interdum utile: & quod ne pro dispensatione quidem putandum sit Deus aliquando mentiri. Sin autem commodum audientis exegerit: verbis loquitur ambiguus, & per ænigmata, quæ vult, profert: ut & veritatis apud eum dignitas conseruetur; & quod noxium esse poterat, si nudum proferretur in vulgus, quodam tectum velamine proferatur. Homo autem, cui incumbit necessitas mentiendi, diligenter attendat, ut sic vtatur interdum mendacio, quo modo condimento, atque medicamine: ut seruet mensuram eius; ne excedat terminos, quibus vsa est Iudith contra Holofernem, & vicit eum prudenti simulatione verborum. Imittetur Hester, quæ Artaxerxis sententiam diu tacita gentis veritate correxit: & in primis patriarcham Iacob, quem legimus benedictiones patris artificio impetrasse mendacio. Ex quo perspicuum est, quod nisi ita mentiti fuerimus, ut magnum nobis ex hoc aliquod quærat bonum, iudicandi sumus quasi inimici eius, qui ait: Ego sum veritas. Hæc Origenes scripsit, negare non possumus; scripsit in ijs libris, quos ad perfectos & ad discipulos loquebatur; doceretque magistris mentiendum, discipulos autem non debere mentiri. Qui ergo benè mentitur, & absque vlla verecundia, quidquid in buccam venerit, confingit in fratres; magistrum se optimum probat.

Illud quoque carpere dicitur, quod secundum psalmum interpretans, pro eo quod legimus in Latino, apprehendite disciplinam, & in Hebraico volumine scriptum est *קח נאסר בר*, dixerim in commentariolis meis, adorate filium. Et rursus omne psalterium in Romanum vertens sonum, quasi immemor expositionis antiquæ posuerim, adorate patrem: quod utique sibi esse contrarium omnibus patet. Et

2. Cor. 11.
Act. 22.

Act. 16.

Sap. 1.

Eph. 4.

Iud. 11.

Hester 4.
Gen. 27.

CAR. 5.

Et reuera ignoscendum est ei, si ignoret lingua Hebraica veritatem, qui interdum & in Latinis hæsitat. *ἡρῶ* nasci, vt verbum de verbo interpreter, *καταψάλλω*, id est, deosculamini dicitur: quod ego nolens transferre putidè, sensum magis secutus sum, vt dicerem, adorate. quia enim, qui adorant, solent deosculari manum, & capita submittere; quod se beatus Iob elementis & idolis fecisse negat, dicens: Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè: & lætatum est in absconditò cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ iniquitas maxima est, & negatio contra Deum altissimum: & Hebræi, iuxta linguæ suæ proprietatem, deoscultationem pro veneratione ponunt: id transuli, quod ipsi intelligunt, quorum verbum est. *בן* Bar autem apud illos diuersa significat. dicitur enim & filius, vt est illud: Bariona, filius columbæ, & Barptolemaeus, filius Prolemæi, & Barthimæus & Barheu & Barrabas. Triticum quoque & spicarum fasciculus & electus ac purus. Quid igitur peccavi, si verbum ambiguum diuersa interpretatione conuerterem? & qui in commentariolis, vbi libertas est differendi, dixeram: adorate filium in ipso corpore, ne violentus viderer interpres & Iudaicæ calumniæ locum darem, dixerim: adorate purè, siue electè: quod Aquila quoque, & Symmachus transtulerunt. Quid ergo ecclesiastica fidei nocet, si doceatur lector, quot modis apud Hebræos vnus versiculus explanetur? Origeni tuo licet tractare *μετρητὸν κόσμον* innumerabiles mundos introducere, & rationabiles creaturas alijs atque alijs vestire corporibus; Christumque dicere sæpe passum, & sæpius passurum, vt quod semel profuit, semper proficit, assumptum: tibi quoque ipse tantam assumis auctoritatem, vt de hæretico martyrem, de Origenis libris hæreticorum adulteria mentiaris: mihi non licebit disputare de verbis, & in commentariorum opere Latinos docere quod ab Hebræis didici: nisi enim & prolixum esset, & redoleret gloriolam: iam nunc tibi ostenderem. quid utilitatis habeat magistrorum limina terere, & artem ab artificibus discere: & videres, quanta filia sit apud Hebræos ambiguum nominum, atque verborum. Quæ res diuersæ interpretationi materiam præbuit; dum vnusquisque inter dubia, quod sibi conuenientiùs videtur, hoc transfert. Quid ad peregrina te mitto? Reuolue Aristotelem, & Alexandrum, Aristotelis volumina differentem: & quanta ambiguum sit copia, eorum lectione cognosces: vt tandem desinas amicum tuum in eo reprehendere, quod ne per somnium quidem aliquando didicisti. Sed quia Paulinianus, frater meus, de commentarijs ad Ephesios quædam ab eo reprehensa narravit, & pauca ex his memoriæ tradidit, mihi quoque ipsa demonstravit loca: non debeo subterfugere; quæ solem, lectorem, vt si paululo in proponendis & diluendis criminibus longior fuero, necessitati det veniam. non enim alterum accuso, sed me nitor defendere, & obiectam hæreseos calumniam refutare. In epistolam Pauli ad Ephesios tria Origenes scripsit volumina. Didymus quoque & Apollinarius propria opuscula condidit: quos ego vel transferens, vel imitans, quid in prologo eiusdem operis scripserim, subiciam. Illud quoque in præfatione commoneo, vt sciatis Origenem tria volumina in hanc epistolam conscripsisse, quem & nos ex parte secuti sumus; Apollinariū etiam, & Didymum quosdam commentarios edidisse. ex quibus licet pauca decerpimus: & nonnulla, quæ nobis videbantur, adiecimus, siue subtraximus: vt studiosus statim in principio lector agnoscat, hoc opus vel alienum esse, vel nostrum.

HIERON. TOM. I.

Quidquid ergo in explanatione huius epistolæ vitij potuerit demonstrari, si ego illud in Græcis voluminibus, vnde in Latinum vertisse me dixi, ostendere non potuero: crimen agnoscam, & meum erit, quod alienum non fuerit. tamen, ne rursus videar cauillari, & hac excusationis strophæ, gradum non audere cõferre; ponam ipsa testimonia, quæ vocantur in crimen.

In primo statim volumine testimonium Pauli, in quo loquitur, Sicut elegit in ipso nos ante constitutionem mundi; vt essemus sancti & immaculati coram ipso: sic interpretati sumus, vt electionem non iuxta Origenem eorum diceremus, qui prius fuerant, sed ad Dei præscientiam referremus. Denique diximus; quod autem electos nos, vt essemus sancti & immaculati coram ipso, hoc est Deo, ante fabricam mundi testatus est; ad præscientiam Dei pertinet, cui omnia futura iam facta sunt, & antequam fiant, vniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinatur in vtero matris suæ: & Hieremias in vulua sanctificatur, eligitur, roboratur, & in typo Christi propheta gentibus mittitur. Certè in expositione ista nullum crimen est: & Origene dicente contraria, nos ecclesiasticum sensum secuti sumus. Et quia commentatoris est officium multorum sententias ponere; & hoc me facturum in præfatione promiseram: etiam Origenis absque inuidia nominis eius explanationem posui, dicens: Alius verò, qui Deum iustum conatur ostendere, quod non ex præiudicio scientiæ suæ, sed ex merito electorum vnumquemque eligat, dicit ante visibiles creaturas, cælum, terram, maria, & omnia, quæ in eis sunt, fuisse alias inuisibiles creaturas, in quibus & animas, quæ ob quædam causas soli Deo notas deicte sunt deorsum, in vallem lacrymarum, in locum afflictionis & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus orabat, vt ad sedem pristinam reuerteretur, dicens: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauim cum habitantibus cedar, multum peregrinata est anima mea. Et Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et, Melius est reuerti, & esse cum Christo. Et alibi: Antequam humiliater, ego peccavi: & cætera his similia, quæ longum est scribere. Animaduerte, quid dixerim: Alius verò, qui Deum iustum conatur ostendere, conatur ostendere, in quâ, non ostendit. Sin autem in eo scandalum pateris, quare latissimam Origenis disputationem breui sermone comprehendere, & lectori sensum eius aperuerim; atque ex eo tibi occultus illius videor esse sectator, quia nihil ab eo dictum prætermiserim: vide, ne hoc iccirco fecerim, vt vestram calumniam declinarem, ne me diceretis, quæ ab eo fortiter sunt dicta, tacuisse, & illum in Græco robustius disputare. posui ergo omnia, licet breuius, quæ in Græco reperi: vt nihil haberent discipuli eius noui, quod latinorum auribus ingererent, facilius enim nota, quàm repentina, contemnimus. Exposita autem interpretatione eius, quid in fine capituli dixerimus, ausculta. Non enim ait Apostolus, Elegit nos ante constitutionem mundi, cum essemus sancti & immaculati: sed, Elegit nos, vt essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti, & immaculati ante non fuimus, vt postea essemus, quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest: & stabit illa sententia: Non iustificabitur in cõspectu tuo omnino viuens, id est, in tota vita sua, in omni, quo in mudo isto versatus est, tempore. Quod quidem ita intellectum, & aduersum eum facit, qui, antequam mundus fieret, animas dicit esse electas propter sanctitatem, & nullum vitium peccatorum. Non enim, vt ante iam diximus, eliguntur Paulus, & qui ei similes

P. 8. sunt.

Iob. 31.

Mth. 10.
Mat. 10.
Ad. 13.
Ioa. 18.CAP. 6.
Eph. 1.Gal. 1.
Hier. 1.

Psal. 119.

Rom. 7.
Philip. 1.
Psal. 118.

Psal. 118.

sunt, quia erant sancti & immaculati, sed eliguntur, & prædestinantur: ut in consequenti vita per opera, atque virtutes sancti, & immaculati fiant. Et audeat quisquam, post huiusmodi sententiam, in os Origenis hæreses accusare? Decem & octo ferme anni sunt, ex quo istos dictavi libros, eo tempore quo Origenis nomen florebat in mundo, quo *πρωτον* illius opus Latina aures ignorabant: & tamen professus sum fidem meam, & quid mihi displiceret ostēdi. ex quo, etiam si in cæteris aliquid hæreticum monstrare potuisset inimicus, non tam dogmatum peruerſorum, quæ & hic, & in alijs libris sæpe damnaui, quam improvidi tenerer erroris. Secundum locum, quem mihi ab eo reprehensum frater ostendit, quia valde frivulus est, & apertam sui præfert calumniam, ponam breuiter. In eo testimonio, ubi Paulus loquitur: Sedere cum faciens ad dexteram suam in cælestibus, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationē, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, post multiplicem expositionem, cum ad ministrorum Dei officia peruenissem, & de principatibus, ac potestatibus, & virtutibus, ac dominationibus dicerem, etiam hoc addidi: Necessè est, ut subiectos habeant, & timentes se, & seruientes sibi, & eos, qui à sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum non solum in præſentiarum, sed etiam in futuro sæculo erunt: ut per singulos profectus, & honores, ascensiones, & descensiones, vel crescat aliquis, vel decreſcat, & sub alia atque alia potestate, virtute, principatu, & dominatione fiat. Et post exemplum terreni regis, totamque palatij descriptionem, per quam diuersa ministrorum Dei officia demonstrabam, addidi: Et putamus Deum, dominum dominorū, regemque regnantium, simplici tantum ministerio esse contentum? Quo modo archangelus non dicitur, nisi qui prior est angelorum: sic principatus, & potestates, & dominationes non appellantur, nisi subiectos aliquos habeant, & inferioris gradus. Sin autem putat iccirco me Origenē sequi, quia profectus, & honores, ascensiones, & descensiones, incrementa, & imminutiones, in expositione mea posui: ciat multum interesse, de angelis & seraphim & cherubim dicere dæmones & homines fieri, quod affirmat Origenes; & ipsos inter se angelos diuersa officiorū genera esse sortitos, quod Ecclesiæ non repugnat. quo modo & inter homines ordo dignitatum ex laboris varietate diuersus est, cum episcopus, & presbyter, & omnis ecclesiasticus gradus habeat ordinem suum; & tamen omnes homines sunt; sic & inter angelos merita esse diuersa, & tamen in angelica omnes persistere dignitate, nec de angelis homines fieri, nec rursus homines in angelos reformari. Tertius est reprehensionis locus, quod, dicente Apostolo: Ut ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu: nos triplicem expositionem posuimus; in prima, quid nobis videretur; in secunda, quid Origenes opponeret; in tertia, quid Apollinarius simpliciter explanaret. Quorū si nomina non posui ignoscere verecundiæ meæ: non debui eos carpere, quos imitabar ex parte, & quorum in Latinam linguam sententiās transferēbam: sed dixi, Qui diligens lector est, statim requiret, & dicet: & rursus in fine: Alius verò hoc, quod ait, ut ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, ad illam intelligentiam transfert. Ecce, inquit, sub diligenti lectoris persona Origenis sententiās explica-

sti. Fateor errorem: non debui diligentem dicere, sed blasphemum: quod si fecissem, & aliquo scissem vaticinio te istiusmodi namias sectaturum, etiam calumniæ verba vitassem. Grande crimen, si Origenem diligentem dixi esse lectorem: cuius septuaginta libros interpretatus sum: quem in cælum laudibus tuli: pro quo compulsus sum ante biennium breui libello tuis contra me præconijs respondere. Ecclesiarum magistrum à me dictum esse Origenem, in tuis laudibus obijcis: & putas, quod pertimescere debeam, si diligentem lectorem me illum dixisse, inimicus accusēs. Solemus & negotiatores parcissimos, & frugi seruos, & molestos pædagogos, & argutissimos fures, diligentes vocare. Et in euangelo villicus iniquitatis prudenter quædam fecisse dicitur: & prudentiores sunt filij huius sæculi filijs lucis in generatione sua: & serpens sapientior erat omnibus bestijs, quas fecit Dominus super terram. Quartus reprehensionis locus exordium secundij libri possidet, in quo hoc Pauli testimonium exposuimus: Huius rei gratia ego Paulus vincus Iesu Christi pro vobis bestijs: & quia per se locus ipse manifestus est, eam tantum partem ponam explanationis, quæ patet calumniæ, vincum Christi Iesu Paulum esse pro gentibus, potest & de martyrio intelligi, quod Romæ in vincula coniectus, hanc epistolam miserit, eo tempore, quo ad Philemonem, & Ad Colossenses, & Philippenſes, in alio loco scriptas esse monstrauimus. Vel certè, quia in plurimis locis lectum est, vinculum animæ corpus hoc dici, quo quasi clausa teneatur in carcere; dicimus, propterea Paulum corporis nexibus coerceri, nec reuerti, & esse cum Christo, ut perfecta in gentes per eum prædicatio impleatur: licet quidam alium sensum in hoc loco introducāt, quod Paulus prædestinatus & sanctificatus ex vtero matris suæ ad prædicationem gentium, antequam nasceretur, postea vincula carnis acceperit. Et in hoc loco triplicem, ut supra, expositionem posui; in prima, quid mihi videretur; in secunda, quid Origenes assereret; in tertia, quid Apollinarius contra illius vadens dogmata sentiret. Lege Græcos commentarios; & nisi ita repereris, crimen fatebor. Quod est in isto loco peccatum meum? Illud nimirum, pro quo supra respondi, quare non eos, à quibus dicta sunt, nominarim: Superfluum erat, per singula Apostoli testimonia, eorum nomina ponere, quorum me opuscula translaturum, in præfatione signaueram. Et tamen, vincum dici animam corpore, donec ad Christum redeat, & in resurrectionis gloria, corruptiuium & mortale corpus, incorruptione & immortalitate commutet, non absurdæ intelligentiæ est. Vnde & Apostolus, Miser ego, inquit, homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus mortis appellans, quod vitij, & morbis, & perturbationibus, ac morti subiaceat, donec cum Christo resurgat in gloria, & fragile prius lutum, excoquatur feruore Spiritus sancti in testam solidissimam, demutans gloriam non naturam. Quintus locus validissimus est. in quo exponentes illud Apostoli testimonium: Ex quo totum corpus compactum, & conglutinatum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate, latissimam Origenis expositionem, & eisdem sensus per diuersa verba voluentem, breui sermone conſtrinxiimus, nihil exemplis & assertionibus illius auferentes. Cumque peruenissemus ad finem, hæc subieciimus. Igitur & in restitutione omnium, quando corpus totius

Luc. 4

Gen. 1

Eph. 1

Rom. 7

Eph. 4

tius

Eph. 1.

Eph. 2.

rius Ecclesiæ, nunc dispersum, atque laceratum, verus medicus Christus Iesus sanaturus aduenierit, vnusquisque secundum mensuram fidei & agnitionis filij Dei, quem ideo agnoscere dicitur, quia prius nouerat, & postea nosse desit, suum recipiet locum, & incipiet id esse, quod fuerat: ita tamē, vt non iuxta hæresim aliam, omnes in vna ætate sint, id est, omnes in angelos reformentur; sed vnumquodque membrū iuxta mensuram & officium suum perfectū sit: verbi gratia, vt angelus refugia id esse incipiat, quod creatus est: vt homo, qui de paradiso fuerat eiectus, ad culturam iterum paradisi restitatur: & reliqua. Miror te, hominem prudentissimum, non intellexisse artem expositionis meę. Quando enim dico: Ita tamen, vt non, iuxta aliam hæresim, omnes in vna ætate sint positi, id est, omnes in angelos reformetur: ostendo, & ea, de quibus disputo, esse hæretica, & ab alia hæresi discrepare. Quæ sunt ergo duæ hæreses? vna, quæ dicit omnes rationabiles creaturas in angelos reformari; altera, quæ asserit vnumquodque in restitutione mundi id fore, quod conditum est. Verbi gratia: quia ex angelis dæmones sunt, rursus dæmones angelos fieri: & animas hominum, ita vt sunt conditæ, non in angelos, sed in id, quod à Deo sunt conditæ, reformari, vt & iusti, & peccatores æquales fiat. Denique, vt scias me non meam explicasse sententiam, sed inter se hæreses comparasse, quarū vtramque in Græco legeram, disputationem meam hoc fine compleui. Idcirco, vt supra diximus, hæc apud nos obscuriora sunt, quia *μεταφορικά* dicuntur in Græco: & omnis metaphora, si de alia in aliam linguam transferatur ad verbum, quibusdam quasi sentibus, orationis sensus & germina suffocantur. Nisi hæc eadē in Græco repereris, quidquid dictum est, meum putato. Sextum, quod & extremum mihi obijcere dicitur, si tamen nihil in medio frater oblitus est: Cur illum locum Apostoli interpretans, vbi ait: Qui vxorem suam diligit, seipsum diligit: Nemo enim vnquam suam carnem odit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam: post simplicem expositionem, Origenis posuerim quæstionem, ex cuius persona tacito nomine dixerim: Opponi nobis potest, quod non sit vera sententia dicentis Apostoli. Nemo vnquam carnem suam odit: cum, morbo regio laborantes, pthisi, & cancro, & distillationibus, mortem vitæ præferant, & sua oderint corpora: & statim, quid ipse sentirem adiunxi: Magis itaque ad tropicam intelligentiam sermo referatur. Quado dico, Tropicam: doceo, verum non esse, quod dicitur, sed allegoriæ nubilo figuratum. Ponamus tamen ipsa verba, quæ in Origenis libro tertio continentur: dicamus, quod illam carnem, quæ visura sit salutare Dei, anima diligit, & nutriat, & foueat eam, disciplinis erudiens, & cælesti saginans pane, & Christi sanguine irrigans; vt refecta, & nitida, possit libero cursu virum sequi, & nullo debilitatis pondere prægruari. Pulchrè etiam in similitudinem Christi nutrientis & fouentis Ecclesiam, & dicentis ad Hierusalem: Quoties volui congregare filios tuos, vt gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? animæ quoque fouent corpora sua, vt corruptitium hoc induat incorruptionem, & alarum leuitate suspensum in aërem facilius subleuetur. Foueamus igitur & viri vxores nostras, & animæ nostræ corpora: vt & vxores in viros, & corpora redigantur in animas, & nequaquam sit sexuum vlla diuersitas: sed, quo modo apud angelos non est vir & mulier, ita & nos, qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipimus esse, quod nobis in cæle-

stibus repromissum est. Supra simplicem expositionem, quæ nobis in testimonio isto esse videbatur, expressimus, dicentes: Quantum ad simplicem intelligentiam pertinet, sancta inter virum & vxorem caritate præcepta, nunc iubemus, vt nutriamus & foueamus coniuges; vt scilicet eis victum, & vestitum, & ea, quæ sunt necessaria, præbeamus. Hæc nostra sententia est. Igitur omne, quod sequitur deinceps, opponi nobis potest: ostendimus non ex nostra, sed ex contradicentium intelligi debere persona. Quæcum sit breuis & absoluta responsio, & iuxta id, quod supra diximus, etiam allegoriæ vmbri, de eo, quod est, ad id, quod non erat deprauata; tamen accedam propius, & sciscitabor, quid tibi in hac disputatione displiceat; nempe, quia dixerim, animas vt viros fouere quasi vxores corpora sua, vt corruptitium hoc induat incorruptionem, & alarum leuitate suspensum in aërem facilius subleuetur. Quando dico, Corruptitium hoc induat incorruptionem; non mutaturam corporum, sed augeo gloriam. Necnon, quod sequitur, Alarum leuitate suspensum in aërem facilius subleuetur: qui alas assumit, id est immortali-tem; vt leuius ad cælum volet, non perdit esse quod fuerat. Sed dices: mouent me, quæ sequuntur. Foueamus igitur & viri vxores, & animæ nostræ corpora, vt & vxores in viros, & corpora redigantur in animas, & nequaquam sit sexuum vlla diuersitas; sed, quo modo apud angelos non est vir, neque mulier, ita & nos, qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipimus esse in terris, quod nobis in cælestibus repromissum est. Rectè mouerent, nisi post priora dixissem, iam nunc incipimus esse, quod nobis in cælestibus repromissum est. Quando dico, hic esse incipiamus in terris, naturam non tollo sexuum, sed libidinem & coitum viri & vxoris aufero, dicente Apostolo: Tempus breue est, reliquum est, vt & qui habent vxores sic sint, quasi non habeant. Et Dominus interrogatus in euangelio, cuius de septem fratribus in resurrectione esse deberet vxor, ait: Erratis, nesciētes scripturas, neque virtutē Dei: in resurrectione enim neque nubet, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Et reuera, vbi inter virum & mulierem castitas est; nec vir incipit esse, nec femina; sed, adhuc in corpore positi, mutantur in angelos: in quibus non est vir, neque mulier. Quod & in alio loco ab eodem Apostolo dicitur: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina. omnes enim vnum vos estis in Christo Iesu.

Sed, quoniam de confragosis & asperis locis enauigauit oratio, & hæreseos crimen impactum tota frontis libertate repulimus, ad alias eius accusationis partes, quibus nos mordere nititur, trāscamus. Equibus prima est, me hominem maledicum, omnium detractorem, in præcessores meos genuinum semper infringere. Det vnum, cuius in opusculis meis nomē taxauerim, vel quem, iuxta artem illius, figurata laude perstrinxerim. sin autē contra inuidios loquor; & L. Lauinium, vel Asinium Pollionem, de genere Corneliorum, styli mei mucro conuulnerat, si histricosæ & liuidæ mentis hominem à me submoueo, & ad vnum stipitem cuncta iacula dirigo: quid vulnera sua partitur in multos? quid ex impatientia respondendi, ostendit se esse, qui petitur? Obijcit mihi mixtum peritium sacrilegio, quod in libro, quo ad instituendam Christi virginem loquor, ante tribunal iudicis dormiens pollicitus sim, numquam me litteris secularibus daturum operam, & nihilominus

Aph. 5.

Math. 23.

1. Cor. 7.

Math. 22.

Gal. 3.

CAP. 7.

minus

minus damnata eruditionis interdum meminere. Nimirum iste est Sallustianus Calpurnius: qui nobis per magnum oratorem non magnam mouerat quaestionem: cui libello breui satisfecimus, nunc quod intat, pro sacrilegio atque periurio somnij respondendum est. Dixi, me seculares litteras deinceps non lecturum: de futuro sponso est, non praeterita memoriae abolitio. Et quo modo, inquit, tenes, quod tanto tempore non relegis? Rursum, si aliquid de veteribus libris respondero, & dixero: Adeo in teneris consuescere nultum est: dum renuo, crimen incurro; & pro me testimoniū proferens, hoc ipso arguor, quo defendor. Scilicet nunc longo sermone texendum est, quod probant conscientiae singulorum. Quis nostrum non meminit infantie suae? Ego certe, ut tibi homini seuerissimo risum moueam; & imiteris aliquando Crassum; quem semel in vita dicit risisse Lucilius; meminisse puerum cursitasse per cellulas seruulorum, diem feriatum duxisse lusuibus, & ad Orbiliū saeuientem de auia sinu tractum esse captiuum. Et quo magis stupeas, nunc, cano & recaluo capite, saepe mihi videor in somnis comatulus; & sumpta toga, ante rhetorem controuersiolam declamare. Cumque expectatus fuero, gratulor me dicendi periculo liberatum. Crede mihi, multa ad purum recordatur infantia. Si litteras didicisses; oleret testamini infantia tui, quo semel fuisset imbuta. Lanarum conchyliis nullae aquae diluunt. Etiam asini & bruta animalia, quamuis in longo itinere, nouerunt secundo diuerticula. Miraris, si ego litteras Latinas non sum oblitus, cum tu Graecas sine magistro didiceres? Septem modos conclusionum dialectica me elementa docuerunt, quid significet ἀξίωμα, quod nos pronuntiatum possumus dicere; quo modo absque verbo & nomine nulla sententia fit: foritarum gradus, pseudomeni argutias, sophismatum fraudes. Iurare possum, me, postquam egressus de schola sum, haec nunquam omnino legisse. Bibendum igitur mihi erat de Lethaeo gurgite, iuxta fabulas poetarum: ne arguar scire, quod didici. En tu, qui in me paruam criminariis scientiam, & uideris tibi litteratulus, atque Rabbi: responde, cur scribere aliqua ausus sis, & uirum disertissimū Gregorium pari eloqui splendore transferre, uade tibi tanta uerborum copia, sententiarum lumen, translationum uarietas, homini, qui oratoriā artem uix primis labris in adolescentia degustasti? Aut ego fallor, aut tu Ciceronem occulte lecturas, & ideo tam disertus es, mihi quoque lectionis eius crimen intendis, ut solus inter ecclesiasticos tractatores eloquentiae summe gloriaris, licet magis philosophos sequi uidearis, spinas Cleantis, & contorta Chryssippi non ex arte, quam nescis, sed de ingenij magnitudine. Et quoniam Stoici logicam sibi uindicant; & tu huius scientiae deliramenta contentis: in hac parte Epicureus es: nec quaeris, quo modo, sed quid loquaris. Quid enim ad te pertinet, si alius non intelligat, quid uelis dicere; quia non ad omnes, sed ad tuos loqueris? Denique & ego scripta tua relegens, quamquam interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem; tamen non doleo, nec me poenitet tarditatis: id enim in legendo patior, quod tu pateris in scribendo. Haec dicerem, si quippiam uigilans promississem: nunc autem, nouum impudentiae genus, obijcit mihi somnium meum; Vtinam celebritas loci, & sanctorum de toto orbe conuentus, sineret me diuinas scripturas legere, intantum spatium non habeo externa meditandi. Sed tamen, qui somnium criminatur, audiat prophetarum voces, somnium non esse credendum;

quia nec adulterium somnij ducit me ad tartarū; nec corona martyrij in caelum leuat. Quoties uidi me esse mortuum, & in sepulcro positum? quoties uolare super terras, & montes ac maria natatu aëris transfratere: Cogat ergo me non uiuere, uel pennas habere per latera; quia uagis imaginibus mens saepe delusa est. Quanti in somnis diuites, apertis oculis repente medici sunt? sitientes flumina bibunt: & expectati, sicis faucibus aestuant. Tu à me somnij exigis sponsonem: ego te uerius strictiusque conueniam. Fecisti omnia, quae in baptisate promissisti: Quidquid monachi uocabulum flagitat, nostrum uterque compleuit? Caue quaeso, ne per trabē tuam, festucam meam uideas. Inuitus loquor, & retredantem linguam dolor in uerba compellit. Non tibi sufficiunt, quae de uigilante confingis; nisi & somnia crimineris. Tantam habes curiositatem meorum actuum, ut quid dormiens fecerim, dixerim uel, discutias. Praetermitto quae contra me loquens, propositū tuum deturpasti; quae in depompationem omnium Christianorum & uerbis, & opere feceris. Hoc unum denuncio, & repetens iterum iterumque monebo; cornuta bestiam petis: & nisi cauerem illud Apostoli: Maledicti regnum Dei non possidebunt: & Mordentes inuicem, consumpti estis ab inuicem; iam nunc sentires, de paruula subdolaque concordia magnam tibi in mundo ortam esse discordiam. Quid tibi prodest, apud notos pariter & ignotos in nos maledicta congerere? an quia Origenista non sumus, & in caelo nos peccasse nescimus, in terris arguimur peccatores? & ideo in concordiam rediuimus, ut mihi loqui contra haereticos nō liceret, ne si illos describerem, tu te appetitū putes. Quamdiu non renuebam laudationem tuam; sequebaris ut magistrum, fratrem & collegam uocabas, & catholicum in omnibus fatebaris: postquam non agnouit laudes tuas, & me indignum tanti uiri praeconio iudicauit; illico uertis styllum, & omnia laudata prius uiteras, de eodem ore & dulce proferens & amarum. Sentis ne, quid taceam? quod aestuanti peccatori uerba non commodem? & cum psalmista loquar: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiae labijs meis? Non declines cor meum in uerba malitiae. Et alibi: Cum confisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & filius à bonis. Et rursum: Factus sum quasi homo non audiens, nec habens in ore suo redargutiones. Sed pro me uel tibi Dominus respondebit; qui dicit per prophetam: Mihi uindicta, & ego retribuam, dicit Dominus. Et in alio loco: Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. Haec fecisti, & tacui: existimasti inique, quod ero tui similis; arguam te, & statuam contra faciem tuam: ut in te uideas condemnata, quae falso in alijs criminariis. Audio praeterea obijci mihi à Chryssogono, sectatore eius, cur in baptisate dixerim, uita uersa peccata dimitti, & mortuo bimarito, nouum uirum in Christo resurgere, atque istiusmodi sacerdotes in ecclesijs esse nonnullos. Cui breui sermone respondebo: habent libellum, quem in crimen uocant; ille respondeat: hunc sua disputatione subuertat, & scripta scriptis arguat. Quid austeritate frontis, & contractis rugatisque naribus concava uerba trutinatur, & sanctitate apud uulgus ignobile simulato rigore mentitur? Audiat nos iterum proclamantes: veterem Adam in lauacro totum mori, & nouum cum Christo in baptisate fuscitari: perire Chocicū, & nasci supercaelestem. Haec dicimus, non quod ipsi propitio Christo. hac quaestione teneamur: sed interrogati à fratribus, quid nobis uideretur

respon-

respondimus; nulli præiudicantes sequi, quod velit; nec alterius decretum nostra sententia subvertentes, neque enim ambimus sacerdotium, qui late-temus in cellulis: nec, humilitate damnata, episcoporum auro redimere festinamus: nec electum Pontificem à Deo, rebelli cupimus mente iugulare: nec fauendo hæreticis, hæreticos nos docemus: pecunias nec habemus, nec habere volumus, habentes victum, & vestitum, his contenti sumus: illud de ascensore montis Dominici iugiter decantantes: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit: Qui facit hæc, non mouebitur in æternum, ergo qui non facit, iam corruit in æternum.

APOLOGIÆ HIERONYMI

ADVERSUS RVFFINVM

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.



V CVS QVE de criminibus, immo pro criminibus meis, quæ in me quondam subdolos laudator ingessit, & discipuli eius constantius arguunt, non vt debui, sed vt potui, moderato dolore respondi, propositum quippe mihi est, non tam alios accusare, quam me defendere. Veniam ad apologiam eius, qua sancto Anastasio, Romanæ vrbs episcopo, satisfacere nititur; & in defensionem sui mihi rursus calumniam struit, tantumque me diligit, vt raptus turbine, & in profundâ demersus, meum potissimum inuadat pedem; vt mecum aut liberetur, aut pereat. Dicit se primum respondere rumoribus, quibus illius Romæ carpatur fides, hominis probatissimi tam in fide quam in caritate Dei; & nisi post triginta annos parentibus redditus, nollet eos deserere, quos tam tardè viderat, ne inhumanus putaretur, aut durus, & tam longi itineris labore fragilior ad iterandos labores esset infirmus, ipsum venire voluisse: quod quia non fecerit, contra latratores suos misisse baculum litterarum, quem ille teneret in dextera, & sæuientes contra se abigeret canes. Si probatus est cunctis, & maximè ipsi, cui scribit, episcopo in fide & caritate Dei: quo modo Romæ mordetur & capitur, & appetitæ æstimationis eius fama crebrescit? Deinde cuius est humilitatis, probatum se dicere in fide & caritate Dei, cum apostoli petant: Domine adauge nobis fidem: & audiant: Si habueritis fidem, vt granum sinaphis: & ad ipsum dicatur Petrum: Modicæ fidei, quare dubitasti? Quid loquar de caritate, quæ & fide, & spe maior est, & quam Paulus optat potius, quam præsumit: sine qua & martyrio sanguis effusus, corpusq; flammis traditum, coronam non habet præmiorum? Harum vtramque iste sic sibi vindicat, vt tamen contra se habeat latratores: qui nisi inuicti Pontificis baculo repellantur, latrare non cessant. Illud verò ridiculū, quòd post triginta annos ad parentes se reuersum esse iactat, homo qui nec patrem habet, nec matrē: & quos viuentes iuuenis dereliquit, mortuos senex desiderat, nisi fortè parentes, militari vulgarique sermone, cognatos & affines nominat: quos quia non vult deserere, ne inhumanus putetur, aut durus, iccirco, patria derelicta, Aquileiæ habitat. Periclitatur Romæ illa probatissima fides eius: & hic supinus & lassulus post triginta annos per molissimum Flaminia iter esse venire non potest: sicq; præterit longi itineris lassitudinem, quasi triginta annis semper cucurrerit; aut biennio Aquileiæ

sedens, præteriti itineris labore confectus sit. Carpamus reliqua, & ipsa epistolæ eius verba ponamus. Quamuis igitur fides nostra, persecutionis hæreticorum tempore, cum in sancta Alexandrina ecclesia degeremus in carceribus; & exilijs, quæ pro fide inferebantur, probata sit. Miror, quòd nõ adiecerit, Vincit Iesu Christi: & Liberatus sum de ore leonis: & Alexandria ad bestias pugnaui: & Cursum consummaui: fidem seruauit: superest mihi corona iustitiæ. Quæ malum, exilia, quos iste carceres nominat: pudet me apertissimi mendacij: quasi carceres & exilia absque iudicum sententijs irrogentur, volo tamen ipsos scire carceres, & quarum prouinciarum se dicat exilia sustinuisse, & vtiq; habet copiam de multis carceribus & infinitis exilijs vnum aliquod nominandi, prodat nobis confessionis suæ acta, quæ hucusque nesciuimus: vt inter alios Alexandriæ martyres huius quoq; gesta recitemus, & contra latratores suos possit dicere: De cartero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Tamen & si quis nunc est, qui vel tentare fidem nostram cupit, vel audire, vel discere, sciat, quòd de trinitate ita credimus: & reliqua. Supra, contra canes tuos baculum episcopo porrigis; quo pro te munitus incedat: nunc quasi ambigens dicis: Si quis est, qui tentare fidem nostram cupit: deuo dubitas, cum multorum latratus ad te vsq; peruenierint. Non discuto pariter elocutiones tuas, quas & tu contemnis, & despicias: tantum sensibus respondebo. Aliud à te queritur, & pro alio satisfacis. Contra Arii dogmata iam Alexandriæ in carceribus & exilijs dimicaueras, non voce, sed sanguine: nunc super Origenis hæresi tibi calumnia comouetur. Nolo cures quæ sana sunt, vulnera medicare. Trinitatem dicis vnus esse deitatis. Hoc toto credere iam mundo, puto quòd & demones confiteantur filium Dei natum de Maria virgine, & carnem naturæ humanæ atque animam suscepisse. Si arctius quid rogauero, contentiosum vocabis. Si dicis, filium Dei humanæ naturæ carnem atque animam suscepisse: oro te, vt absque stomacho respondeas: anima ista quam suscepit Iesus, erat ne antequam nasceretur ex Maria? An in origine virginali, quæ de Spiritu sancto nascebatur, cum corpore simul creata est, vel iam in vtero corpore figurato, statim facta & missa est de celo? E tribus vnum quid sentias, scire desidero. Si fuit antequam nasceretur ex Maria: necdum ergo erat anima Iesu, & agebat aliquid, ac propter merita virtutum postea facta est anima eius. Si cœpit ex traduce: humanarum igitur animarum, quas æternas fatemur, & brutorum animantium, quæ cum corpore dissoluiuntur, vna cõditio est. Sin autem figurato corpore, statim creatur, & mittitur: fatere simpliciter, & nos scrupulo libera. Nihil horū loqueris, sed occupatus in alijs, simplicitate nostra abuteris, & prestigijs pompaque verborū harere nos nõ suis quaestioni. Quid inquires; nõne quaestio erat de resurrectione carnis & pœnis diaboli? Fateor. Ergo breuiter pureque responde. Non quero quod scribis eandem carnem resurgere, in qua viuimus; nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis defecta: hæc enim tua verba sunt: sed quero, quod Origenes negat, vtrum in eodem sexu, quo mortua sunt, corpora suscitentur; & Maria Maria, Ioannes resurgat Ioannes; an commixto sexu, atque turbato, nec uir, nec femina sit, sed vtrumque, vel neutrum: & an ipsa corpora incorrupta & immortalia: & vt argute præmones, iuxta Apostolum, spiritualia permanent in æternum: & non solum corpora, sed caro, & sanguis infusus venis

2. Tim. 4.

1. Cor. 15.

Gal. 6.

Luc. 17.

Matth. 14.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Ican. 10. sus venis & ossibus irrigatus, quæ Thomas teti-
 git: an certè paulatim resoluantur in nihil; & ad
 quatuor, vnde compacta sunt, elementa retrahantur:
 Hæc aut dicere debueras, aut negare, & non ea
 loqui, quæ subdolè Origenes fatetur, vt quasi fa-
 tuis & pueris illudens, nullo membro amputato, nec
 aliqua corporis parte delicta. Scilicet hoc timuimus
 ne sine naso & auribus surgeremus, & amputatis sc-
 ctisque genitalibus, eunuchorum in caelesti Hierusa-
 lem ciuitas conderetur. Porrò de diabolo sic senten-
 tiam temperat. Dicimus quoque & iudicium futu-
 rum, in quo iudicio vnusquisq; recipiet propria cor-
 poris, prout gessit, siue bona, siue mala. quod si homi-
 nes recepturi sunt pro operibus suis, quanto magis &
 diabolus, qui omnibus exitit causa peccati: De quo
 illud sentimus, quod scriptum est in euangelio: quia
 & ipse diabolus, & omnes angeli eius, cum ijs, qui
 opera eius faciunt, id est, qui criminantur fratres, cum
 ipso pariter æterni ignis hereditate potientur. Si quis
 ergo negat diabolum æternis ignibus mancipari: par-
 tem cum ipso æterni ignis accipiat; vt sentiat quod
 negauit. Repetamus singula. Dicimus, inquit, futu-
 rum iudicium: in quo iudicio, &c. Super verborum
 vicijs tacere decreueram: sed, quia discipuli eius mi-
 rantur eloquentiam præceptoris, pauca perstringam.
 Dixerat iudicium futurum: sed homo cautus timuit
 solum dicere, in quo, & posuit, in quo iudicio: ne, si
 non secundò reperisset iudicium, nos obliui superiori-
 rum, pro iudicio asinum putaremus. Illud quoque,
 quod postea infert, Qui criminantur fratres, cū ipso
 pariter æterni ignis hereditate potientur; eiusdem
 est venustatis. quis enim vnquam audiuit, potiri igni-
 bus, & frui supplicijs: sed homo Græcus videtur mihi
 se ipsum interpretari voluisse, & pro eo, quod apud
 eos dicitur *καὶ πρὸς ἀποστόλους*, & apud nos vno verbo dici
 potest hereditabunt, compositus & ornatus dixisse,
 Hæreditate potientur. Istiusmodi nugis, & acyrol-
 gijis omnis eius scætet oratio. Sed reuertamur ad sen-
 sum. Grandi diabolus lancea percutitur, qui omni-
 bus exitit causa peccati, si pro operibus suis, quasi
 homo, redditurus est rationem, & cum angelis suis
 æterni ignis hereditate potietur. hoc enim deerat, vt
 hominibus tormento subditis, ille potiretur ignibus
 æternis, quos tanto tempore desiderauerat. Et videris
 mihi calumniam in hoc loco facere diabolo, & cri-
 minatorem omnium falsis criminibus accusare. Di-
 cis enim, Qui omnibus exitit causa peccati: & dum
 in illū refers crimina, homines culpa liberat, tollisq;
 arbitrij libertatem, Salvatore dicente, quòd de corde
 nostro exeunt cogitationes malæ, homicidia, adul-
 teria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphem-
 iæ: Et rursum de Iuda in Euangelio legimus: Post
 buccellam intravit in eum satanas: quia ante buc-
 cellam spontè peccauerat, & nec humilitate nec cle-
 mentia Salvatoris flexus est ad poenitentiam. Vnde
 Apostolus, Quos tradidi, inquit, satanæ, vt discant non
 blasphemare. Et in alio loco: Tradidi huiusmodi sa-
 tanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Tra-
 didit eos satanæ, quasi tortori ad puniendum: qui
 antequam traderentur, voluntate propria blasphem-
 auerant. Et Dauid, Ab occultis, inquit, meis munda
 me Domine: & ab alienis parce seruo tuo: breuiter
 & suæ voluntatis errorem, & vitiòrum inuentiua signifi-
 cans. In Ecclesiaste quoque legimus: Si spiritus pote-
 statem habentis ascenderit super cor tuum, locum
 tuum ne dimiseris. Ex quo liquidò apparet, si dederim
 tuum ascendentem locum, nos peccasse, qui dederimus,
 & ascendentem muros, hostem non præcipitem de-
 turbauerimus. Quod autem imprecaris fratribus,

hoc est, criminatoribus tuis, æternos ignes cum dia-
 bolo: non tam fratres mihi videris premere, quam
 diabolus subleuare; cum iisdem, quibus homines
 Christiani, ignibus puniendus sit. Ignis autem æter-
 nos, quos intelligere solet Origenes, puto quòd te
 non fugiat, conscientiam videlicet peccatorum, &
 poenitudinem interna conscientia vrentè, de qua & Esaias
 loquitur: Vermis eorum non morietur, & ignis
 eorum nõ extringuetur. Et ad Babylonem scriptum
 est: Habes carbones ignis, sedebis super eos: hi erunt
 tibi in adiutorio. Et in psalmo poenitens audit: Quid
 detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam do-
 losam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus
 desolatorijs: vt linguam dolosam sagittæ præcepto-
 rum Dei, de quibus in alio loco propheta dicit; Ver-
 satus sum in miseria, dum configitur mihi spina;
 vulnerent, atque confodiant, & peccatorum in ea so-
 litudinem faciant. Illud quoque testimonium, in
 quo Dominus loquitur: Ignem veni mittere super
 terram, & quæ volo vt ardeat, sic interpretatur: Om-
 nes cupio agere poenitentiam, & excoquere Spiritu
 sancto vitia, atque peccata. Ipse enim sum, de quo
 scribitur: Deus ignis consumens est. Non ergo gran-
 de est hoc de diabolo dicere, quod & hominibus præ-
 paratum est. Magis debueras vt suspicionem salutis
 diabolicæ declinares, dicere, perditio factus es, & non
 eris in æternum: & ex persona Domini loquentis ad
 Iob de diabolo: Ecce spes eius frustrabitur eū, & vi-
 dentibus cunctis præcipitabitur. Non quasi crudelis
 suscitabo eum, quis enim resistere potest vultui meo?
 Quis ante dedit mihi vt reddam ei? Omnia, quæ sub
 cælo sunt, mea sunt, Non parcam ei, & verbis poten-
 tibus, & ad deprecandū compositis. Verum hæc pos-
 sunt quasi simplicis hominis excusari, & cum erudi-
 tos non subterfugiant, apud indoctos præferre inno-
 centiæ similitudinem.

Quod sequitur de animarum statu, excusari om-
 nino non potest. dicit enim: Audio & de anima quæ-
 stiones esse commotas: de qua re vtrū recipi debeat
 querimonia, an abijci, vos probate. Si autè & de me
 quid sentiam, quæritur: fateor me de hac quæstione
 apud quamplurimos tractatorū diuersa legisse. Legi
 quosdam dicentes, quòd pariter cum corpore per hu-
 mani corporis traducem etiam animæ diffundantur:
 & hæc quibus poterant assertionibus confirmabant:
 quòd puto inter Latinos Tertullianum sensisse, vel
 Lactantium, fortassis & nonnullos alios. Alij afferunt,
 quòd, formati in vtero corporibus, Deus quotidie fa-
 ciat animas, & infundat. Alij factas iam olim, id est,
 tunc cum omnia creauit Deus ex nihilo, nunc eas
 iudicio suo nasci dispenset in corpore. Hoc sentit &
 Origenes, & nonnulli alij Græcorum. Ego verò cum
 hæc singula legerim, (Deo teste dico) quia vsque ad
 præsens certi & definiti aliquid de hac quæstione nõ
 teneo, sed Deo relinquo scire quid sit in vero, & si cui
 ipse reuelare dignabitur, ego tamen hæc singula &
 legisse me non nego, & adhuc ignorare cõfiteor, præ-
 ter hoc, quòd manifestè tradit Ecclesia, Deum esse &
 animarum & corporum conditorem. Antequam de
 sensibus disputem, Theoprafti verba mirabor. Au-
 dio, inquit, de anima quæstiones cõmotas esse, de qua
 re vtrū recipi debeat querimonia, aut abijci, vos pro-
 bate. Si quæstiones de animæ statu in vrbe commotæ
 sunt: quæ est ista querimonia, vel querela, quæ vtrū
 recipi debeat, episcoporum iudicio derelinquitur? nisi
 forte quæstionem, & querimoniam id ipsum signifi-
 care putat: quia in Capri commentarijs huiusmodi
 figuram reperit. Deinde ponit: Legi quosdam tradentes,
 quòd pariter cū corpore per humani seminis traducè
 etiam

etiam animæ diffundantur: & hæc quibus poterant assertionibus confirmabant. Rogo, quæ est ista licentia figurarum? quæ modorum & temporum perturbatio? Legi dicentes: quibus poterant assertionibus confirmabant. Et in consequentibus: Alij asserunt, quod, formati in vtero corporibus, Deus quotidie faciat novas animas, & infundat. Alij, factas iam olim, idest, tunc, cum omnia Deus creavit ex nihilo, nunc eas iudicio suo nasci dispenfet in corpore. Et hic ordo pulcherrimus. Alij, inquit, asserunt hoc vel illud: alij factas iam olim, idest, tunc, cum omnia Deus creavit ex nihilo, nunc eas iudicio suo nasci dispenfet in corpore. Tam putidè & confusè loquitur, vt plus ego in reprehendèdo laborè, quam ille in scribendo. Ad extremum posuit: Ego verò cum hæc singula legerim, & adhuc pendente sententia, quasi nouum aliquid protulisset, adiecit: Ego tamen hæc singula & legisse me non nego, & adhuc ignorare confiteor. O infelices animas, quæ tantis vitiorum lanceis vulnerantur, nõ eas puto, iuxta Origenis errorè, tantum laborasse, cū de cælo in terras ruerent, & crassis corporibus vestirentur, vt nunc verbis & sententijs hinc inde collas: vt prætermittat *κατέμφορον*, quo de humani feminis traduce diffundi animæ dicuntur. Scio, inter Christianos verborum vitia non solere reprehendi: sed ex paucis ostendere volui, cuius temeritatis sit docere quod nescias, scribere quod ignores, vt similè prudentiã & in sensibus requiramus. Mittit epistolam, idest, robustissimū baculum, quo Romanæ vrbis armetur episcopus. & in ipsa quæstione, pro qua canes latrant dicit se nescire quod queritur. Si ignorat, pro quo sibi calumnia commouetur: quid necesse est apologiam mittere, quæ non habet defensionem sui, sed ignorantia confessionem? Hoc est suspiciones hominum non sopire, sed ferere. Tres super animarum statu ponit sententias, & in fine concludens, Singula, inquit, me legisse non nego, & adhuc ignorare confiteor. Arcefilaum, aut Carneadem putes, qui omnia incerta pronunciant: licet & illos superet cautione. illi enim, omnium philosophorum inuidiam non ferentes, quod vitam è vita tollerent, verisimilia repererunt, vt ignorantiam rerum probabili assertionè temperarent: iste se dicit incertum, & è tribus omnino nescire quid verum sit. Si hoc erat responsurus, quæ eum ratio impulit, vt tantum pontificem inscitia suæ testem faceret? Nimirum hæc illa est lassitudo, quod triginta annorum itinere confectus, Romam venire non potuit. Quanta & alia nescimus, & tamen imperitiæ nostræ testes nõ querimus? De Patre, Filio, & Spiritu sancto, de natiuitate Domini Saluatoris, super qua Esaias clamitat. Generationem eius quis enarrabit? audacter loquitur, & mysterium, omnibus retro sæculis ignoratum, scientiæ suæ vindicat: & hoc solum ignorat, quod ignoratum cunctis scandalum facit. Scit, quo modo Deum virgo generarit: & nescit, quo modo ipse sit natus. Animarum & corporum conditorem fatetur Dominum, siue animæ ante corpora fuerint, siue cum corporum nascantur exordijs, siue iam formati in vtero figuratiffque corporibus immittantur. In omnibus nouimus auctorem Dominum. Nec de hoc nunc quæstio est; vtum Deus, an alius eas fecerit: sed è tribus, quas posuit, quæ sit illarum sententia vera, nescire se dicit. Vide, ne statim tibi objiciatur, iccirco te trium ignorantiam confiteri, ne vnum damnare cogaris, & Tertulliano, & Lactantio ideo parcere, ne Origenè cum illis iugules. Quantum memoria suggerit, nisi tamen fallor, nescio me legisse, Lactantium *συναιρομένην* animam dicere. ceterum, qui legisse te scribis, dic in quo

l. b. o. legeris; ne vt me dormientem, sic illum mortuum calumniatus esse videaris. Sed & in hoc cunctabundus incedis, & cautus: dicis enim: Puto inter Latinos Tertullianum sensisse, vel Lactantium, fortassis & alios nonnullos. Non solum de animarum statu dubitas, sed de auctorum sententijs putas, & tamè aliquid interest. De animabus autem apertè nescis, & inscitiam confiteris: de auctoribus sic nosse te dicis, vt putes potius, quam præsumas. In solo Origenè non ambigis: dicis quippe. Hoc sentit Origenes. Interrogabo te, benè sentit, an malè? Nescio, inquis. Quid me igitur, missis tabellarijs, & creberimis nuncijs, docere conaris, vt sciam quod nescias? Et ne forte non credam imperitiæ tuæ, & arbitrer te callide reticere quod nosti: iuras Deo teste, quod vsque ad presens certi & definiti aliquid de hac quæstione non teneas; & Deo relinquant scire quid sit in vero, & si cui ipse reuelare dignabitur. Per tanta sæcula tibi nullus videtur dignus fuisse, cui de hac quæstione Dominus reuelarit? non patriarcha, non propheta, non apostolus, non martyr? ne tibi quidem, quando in carceribus & exilijs morabar, huiuscemodi sacramenta patuerunt? Dominus in euangelio, Pater, inquit, reuelauit nomen tuum hominibus. Qui patrem reuelauit, de animarum statu tacuit. Et miraris, si contra te fratrum scandala concitentur, cum id nescire te iures, quod Christi Ecclesiæ se nosse fateantur?

Ioan. 17.

Exposita fide sua, immo inscitia confessione, transit ad aliud, & excusare se nititur, cur libros *πρὸς ἀρχαίον* in Latinum verterit, & hæc scribit ad verbum. Sanè quia audio etiam inde esse disputatum, quod quædam Origenis, rogatus à fratribus, de Græco in Latinum transluli, puto quod omnes intelligent, hæc pro solo liuore culpari. si enim aliquid est, quod displiceat in auctore; quare id ad interpretem detorqueatur? sicut in Græcis habetur, rogatus sum vt Latinis ostenderem: Græcis sensibus verba dedi Latina tantummodo. siue ergo in illis sensibus laus inest aliqua, non est mea: siue culpa, similiter non est mea. Audio, inquit, etiam inde esse disputatum. Quam prudenter accusationem suam, disputationem vocat. Quod quædam Origenis rogatus à fratribus de Græco in Latinum transluli. Quæ sunt illa quædam? nomen nõ habent? taces? libelli accusatorum loquuntur. Puto, ait, quod omnes intelligent hæc pro solo liuore culpari. Pro quo liuore? num inuidet eloquentiæ tuæ? aut fecisti, quod nullus hominum vniquam facere potuit: Ecce & ego Origenis multa transluli: & præter te, nemo nec inuidet, nec calumniatur. Si enim, inquit, aliquid est, quod displiceat in auctore; quare id ad interpretem detorqueatur? sicut in Græcis habetur, rogatus sum vt Latinis ostenderem: Græcis sensibus verba dedi Latina tantummodo; siue ergo in illis sensibus laus inest aliqua, non est mea: siue culpa, similiter nõ est mea. Et miraris, si de te homines malè sentiant, cum de apertis blasphemijs dicas. Si est aliquid, quod displiceat in auctore, omnibus, quæ in illis libris dicta sunt, displicent: & tu solus dubitas, & queris, cur ad interpretem detorqueatur, quod in translationis tuæ præfatione laudasti. Rogatus eras, vt quo modo habebatur in Græco, in Latinum verteres. vtinã fecisses, quod rogatū te esse simulas: nulli nunc inuidiæ subiaceres. si tu translationis seruasses fidem, mihi necessitas nõ fuisset interpretatione falsam vera interpretatione subuertere. Nouit conscientia tua, quæ addideris, quæ subtraxeris, quæ in vtramq; partem, vt tibi visum fuerit immutaris: & post hæc audes dicere, quod & bona & mala nõ tibi, sed auctori debeat imputari.

Et op.

Et oppressus inuidia adhuc verba moderaris, & quasi super aristas pendenti incedens gradu loqueris: Siue in illis sentibus laus est, siue culpa. Defendere non audes, & tamen damnare non vis, Elige è duobus quod vis: optio tibi datur, si bona est interpretatio tua, lauda: si mala condemna. Verum excusat se, & subnectit aliam stropham: dicit enim: Quinimmo etiam aliud adieci, sicut in præfatiuncula mea designaui; vt, in quantum possem, aliquanta deciderem, illa tamè, quæ mihi ad suspici onem veniebant, quòd non ab ipso Origene ita dicta, sed ab alijs viderentur esse inserta, propter hoc quod de eisdem rebus in alijs auctoris eiusdem locis catholicè dictum legeram. Mira eloquentia, & Attico flore variata, Quinimmo etiam, & Quæ mihi ad suspensionem veniebant. Ausum illum esse hæc Romani verborum portenta trāsmittere? compeditam putes linguam eius, & inextricabilibus nodis ligatam, vix in humanum sonum erumpere. Sed ad causam redeam. Quis tibi dedit hanc licentiam, vt multa de interpretatione decideres: Rogatus eras, vt Græca in Latinum verteres, non vt emendares, vt alterius dicta proferres, non vt tua conderes. non fecisse te quod rogatus es, recidendo plurima confiteris. atque vitinam præcidisses mala, & non in assertionem malorum tua multa posuisses. è quibus vnum præferam, vt ex hoc cognoscantur, &c. In primo libro *περι ἀρχῶν*, vbi Origenes lingua sacrilega blasphemavit, quòd Filius Patrem non videat, tu etiam causas reddis, quasi ex persona eius, qui scripsit: & Didymi interpretaris *σχόλιον*, in quo ille casto labore conatur alienum errorem defendere, quòd Origenes quidem bene dixerit: sed nos, simplices homines, & cicures Enniani, nec illius sapiētiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus. Præfatio tua, quam nominas, & in qua me miris ornas laudibus, te reum pessimæ translationis facit. dicis enim quòd de Græco multa decideris, licet taceas, quòd addideris. Quæ decidisti, mala erant, an bona? vtique mala. quæ reseruaisti, bona an mala? vtique bona. neque enim mala transferre poteras; ergo mala amputasti, & reliquisti bona? nulli dubium est. probantur autem, quæ translata sunt, pene omnia mala. quidquid igitur in translatione monstraui, tibi imputabitur, qui illud pro bono transulisti. Aliud est, si iniquus censor, eiusdem criminis reus, alios de fenatu pellis, alios in curia retines. Sed dicis: omnia mutare non poteram, sed ea tantum, quæ addita ab hæreticis arbitrabar, mihi amputanda credidi. Pulchrè. Si amputasti; quæ addita ab hæreticis existimabas: ergo, quæ reliquisti, eius sunt, quem interpretabaris, si eius sunt, quem interpretatus es: responde, vtum bona, an mala sint? mala transferre non poteras. semel enim, quæ ab hæreticis addita fuerant, amputasti, nisi fortè hæreticorum mala ampurare debueris, & Origenes errores in Latinum integros vertere. Dic ergo, quare Origenes mala in Latinum verteres: vt auctorem mali proderes, an vt laudares? si prodis, in præfatione cur laudas? si laudas, hæreticus approbaris. Restat, vt quasi bona protuleris. Si hæc omnia probantur mala: igitur vnus & auctor, & interpres rei criminis erunt, & implebitur illa sententia. Videbas firrem, & currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Non est necesse rem planam argumentatione dubiam facere. Quod sequitur, respondeat, vnde illi sit orta suspicio, hæc ab hæreticis addita. Quia, inquit, de eisdem rebus in alijs locis eiusdem auctoris catholicè dictum legeram. Videamus, quod primum est, vt ordine venerit ad secundum. Probo ego inter multa Origenes mala, hæc maximè

hæretica: Dei filium creaturam, Spiritum sanctum ministrum, mundos innumerabiles, æternis sibi sæculis succedentes; angelos verfos in animas hominum; animam Salvatoris fuisse antequam nasceretur ex Maria; & hanc esse, quæ cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitrata æqualem se esse Deo; sed se exinaniuit, formam serui accipiens: resurrectionem nostrorum corporum sic futuram, vt eadem membra non habeant: quia, cessantibus membrorum officijs, superfluo membra reddantur: ipsaque corpora tenuia & spiritalia paulatim euanescere, & in auram tenuem atque in nihilum dissipari: in restitutione omnium, quando indulgentia principalis venerit, cherubin, & seraphim, thronos, principatus, dominationes, virtutes, potestates, archægelos, angelos, diabolum, dæmones, animas omnium hominum tam Christianorum, quàm Iudæorum, & gentilium, vnus conditionis & mensuræ fore: cumque ad formam & libram equitatis peruenerint, & rationabiles creaturas, omni corporum facie deposita, nouus de mundi exilio populi reuertentis monstraui exercitus; tunc rursus ex alio principio fieri mundum alium, & alia corpora, quibus labentes de celo animæ vestiantur: vt verendum nobis sit, ne, qui nunc viri sumus, postea nascamur in feminas, & quæ hodie virgo, tunc prostibulum sit. Hæc in Origenes libris ego hæretica doceo: tu ostende, in quo eius opere his contraria legeris. Nolo dicas, quæ de eisdem rebus in alijs locis eiusdem auctoris catholicè dicta legeram; ne me mittas ad sex millia librorū eius, quos legisse beatum papam Epiphanium criminaris: sed ipsa loca nomina: nec hoc mihi sufficiet, nisi eadem dicta ad verbum protuleris. Non est fatuus Origenes, & ego noui: contraria sibi loqui non potest. Igitur ex hac supputatione illa summa nascitur, non hæreticorum esse, quæ amputasti, sed Origenes: cuius ideo mala interpretatus es, quia vnus & auctor: & tibi tam bona, quàm mala illius imputanda: cuius scripta in prologo comprobasti.

Phil. 49.

Sequitur in eadem Apologia: Origenes ego neque defensor sum, nec assertor, nec primus interpres. alij ante me hoc idem opus fecerunt, feci & ego postremus, rogatus à fratribus. Si iubetur, ne fiat: iussio obseruari solet in posterum. si culpantur, qui ante iussionem fecerunt: culpa à primis incipiat. Tandem euomuit, quod volebat, & omnis animi tumor in nostræ accusationis erupit inuidiam. Vbi interpretatur libros *περι ἀρχῶν*, me sequi se dicit: vbi accusatur cur hoc fecerit, meum ponit exemplum: & securus, & periclitans, sine me viuere non potest. Audiatur igitur, quod nescire se simulat. Nemo tibi objicit, quare Origenes interpretatus es: alioqui Hilarius & Ambrosius hoc crimine tenebuntur: sed quia interpretatus hæretica, præfationis tuæ laude firmasti. Ego ipse, quem in crimen vocas, sic septuaginta homilias eius transtuli, & nonnulla de tomis; vt & mala in bonorum interpretatione subtraherem, & apertè in libris *περι ἀρχῶν*, ad coarguendam translationem tuā, quid lector vitaret, ostenderem. Vis Origenes in Latinum vertere: habes multas homilias eius, & tomos, in quibus moralis tractatur locus, & scripturarum panduntur obscura: hæc interpretare, hæc rogantibus tribue. quid primus labor tuus incipit ab infamia? cur translaturus hæretica, in defensionem eorum præmittis quasi martyris librum; & id Romanis auribus ingeris, quod translatus totus orbis expauit? aut certè, si ideo interpretaris, vt eum hæreticum arguas; nihil de Græco mutes, & hoc ipsum præfatione testare, quod prudentissimè papa Anastasius in epistola,

epistola, quam contra te scribit ad episcopum Ioannem, suo sermone complexus est, me liberans, qui id feci, & te arguens, qui facere noluisti. Ac ne forsitan hoc quoque neges, subieci exemplum eius, ut si non vis audire fratrem monentem, audias episcopum condemnantem. Dicis te non esse defensorem, neque assertorem Origenis: iam nunc tibi proferam librum tuum, de quo in famosa illa præfatiuncula præclari operis tui his verbis loqueris. cuius diuersitatis causam plenius tibi in apogetico, quem Pamphilus in libris suis scripsit, edidimus, breuissimo libello superaddito: in quo euidentibus, ut arbitror, probamentis deprauatos esse in quamplurimis ab hæreticis & maleuolis libros eius ostendimus, & præcipuè istos, quos nunc exigis vt interpreter, id est; *περὶ ἀρχῶν*. Non tibi suffecerat Eusebij, vel certè, vt tu vis, Pamphili pro Origene defensio, nisi quod ab illis minus dictum putabas, tu quasi sapientior, & doctior adderes? Longum est, si velim totum librum tuum huic operi inferere, & propositis capitulis, ad singula respondere, quid in his vitiorum sermo habeat, quid mendaciorum assertio, quid incoëquens rextus ipse verborum. vnde lacinosæ disputationis fastidia fugiens, & in arcum verba compingens tantum veribus respondebo. Statim de portu egrediens, nauem impetit. referens enim de apologia Pamphili martyris, quam nos Eusebij, Arianorum principis, probauimus; de qua dixerat, prout potuimus, vel res poposcit, Latino sermone digessimus: intulit: Illud est, quod desideriorum vir Macari te admonitum volo, vt scias hanc quidem fidei regulam, quam de libris eius supra exposuimus, esse talem, quæ & amplectenda, & tenenda sit. In omnibus enim his catholicum inesse sentum, euidenter probatur. Quamuis de Eusebij libro multa subtraxerit, & in bonam partem de Filio & Spiritu sancto nifus sit commutare: tamen multa in illo scandala reperiuntur, & apertissima blasphemiar, quæ iste sua negare non poterit, catholica esse pronuncians. Dicit Eusebius, immo vt tu vis, Pamphilus in isto volumine, Filij & Patris ministrum Spiritum sanctum, non de eadem Patris Filijque substantia; animas hominum lapsas esse de celo; & in hoc, quod sumus, de angelis commutati, in restitutione omnium æquales & angelos, & dæmones, & homines fore; & multa alia tam impia, & nefaria, quæ etiam replicare sit criminis. Quid faciet assertor Origenis, & interpreter Pamphili? si in iis, quæ emendauit, tanta blasphemia est: in illis, quæ ab hæreticis falsata confingit, quantà sacrilegia continentur? Cuius opinionis causam hanc suspicatur, quod vir neque stultus, neque insanus dicere sibi repugnantia non potuerit. Et ne forsitan putarem diuersis eum varia scripsisse temporibus, & pro ætatibus edidisse contraria, addidit: Quid facimus, quod interdum in eisdem locis, atque vt ita dixerim, in consequenti pene capite sententia contrarij sensus inuenitur inserta? Numquid in eodem opere eiusdem libri, & interdum, vt diximus, statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit? verbi gratia: vt qui superius dixerat, nusquam inueniri in omni scriptura, vbi Spiritus sanctus factus vel creatus esse diceretur, continuò subieceret, inter cæteras creaturas factum esse Spiritum sanctum? aut iterum, qui Patrem & Filium vnus substantiar, quod Græcè *ὁμοῦσιον* dicitur, designauit in consequentibus statim capitulis alterius esse substantiar, & creatum poterat dicere eum, quem paulò antè de ipsa natura Dei Patris pronunciauera natum? Hæc ipsius verba sunt, negare

non potest. Nolo dicas, verbi causa, vt qui superius dixerat: sed ipsum librum nomina, vbi prius benè dixerit, & postea malè; vbi Spiritum sanctum & Filium de Dei Patris scribens esse substantia, statim in consequentibus asseruerit creaturas. Nescis ne me Origenis habere omnia? legisse quamplurima? Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. Vir doctissimus Eusebius (doctissimum dixi, non catholicum; ne more solito mihi & in hoc calumniam struas) per sex volumina nihil aliud agit, nisi vt Origenem suæ ostendat fidei, id est, Arianæ perfidiar: & multa ponit exempla, & hoc cõstanter probat. Tibi ergo in quo somnio Alexandrini carceris reuelatum est, vt quæ ille vera profiteretur, falsata confingas? Sed forsitan hic, vt Arianus, ab hæreticis addita, in occasione sui traxit erroris; ne solus malè sensisse contra Ecclesiam putaretur. Quid respondebis pro Didymo, qui certè in trinitate catholicus est? cuius etiam nos de Spiritu sancto librum in Latinam linguam vertimus. certè hic in iis, quæ ab hæreticis in Origenis operibus addita sunt, consentire non potuit; & in ipsis *περὶ ἀρχῶν*, quos tu interpretatus es, libris breues dictauit commentarios, quibus non negaret ab Origene scripta, quæ scripta sunt; sed nos simplices homines, non posse intelligere quæ dicuntur; & quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur. Hoc dum taxat de Filio & Spiritu sancto. Cæterum in aliis dogmatibus & Eusebius & Didymus apertissimè in Origenis scita concedunt; & quod omnes Ecclesiæ reprobant, catholicè & piè dictum esse defendunt. Videamus tamen quibus argumentis probare nitatur, Origenis ab hæreticis scripta vitia. Clemens, inquit, Apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post Apostolos episcopus, & martyr fuit, libros edidit, qui appellantur *ἀναγνώριστός*; id est, recognitio: in quibus cum ex persona Petri Apostoli doctrina, quasi verè Apostolica, in quamplurimis exponatur; in aliquibus ita Eunomij dogma inseritur, vt nihil aliud quàm ipse Eunomius disputare credatur, filium Dei creatum de nullis extantibus asseuerans. Et post alia, quæ prolixum est scribere, Quid quæso, ait, de iis sentendum est, quod apostolicum vir hæretica scripserit? an id potius credendum, quod peruersi homines ad assertionem dogmatum suorum sub virorum sanctorum nomine, tamquam facilius credenda, interseruerint ea, quæ illi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt? Clementem quoque, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyterum, virum catholicum, scribit in libris suis intedum Dei filium dicere creaturam; & Dionysium Alexandrinæ vrbis episcopum, virum eruditissimum, contra Sabellium quattuor voluminibus disputantem, in Arianum dogma delabi. Et sub his exemplis illud agit, vt non Ecclesiasticos & catholicos viros malè sensisse, sed ab hæreticis eorum scripta corrupta esse testetur; & concludat ad extremum, dicens: De Origene quoque, in quo similiter, vt in his, quos supra diximus, quardam diuersitas inuenitur, istud non sufficiat sentire, quod de præiudicatis iam catholicis sentitur vel intelligitur viris; ne similis causæ similis sufficiat excusatio. Si conceditur, vt quidquid in libris omnium reperitur, ab aliis corruptum sit: nihil eorum erit, quorum fertur nominibus: sed iis deputabitur, à quibus dicitur esse vitiatum. quamquam & illorum non erit, quorum incerta sunt nomina: atque ita fiet, vt dum omnium omnia sunt, nihil alicuius sit. Hac defensionis perturbatione nec Marcion, nec Manichæus, nec Arius, nec Eunomius accusari poterunt:

potuerunt: quia quidquid nos ab his impiè dictum obicerimus, discipuli respondebunt, non à magistris suis ita editum, sed ab inimicis esse violatum. Hoc genere & iste ipse tuus liber tuus non erit, sed forsitan meus: & meus liber, quo tibi accusatus respondeo, si in illo aliquid reprehenderis, non erit meus, sed tuus, à quo reprehenditur. Et dum omnia ad hæreticos refers, quid ecclesiasticis tribues, quibus propriū nihil relinquis? Et quo modo, inquis, in libris eorum vitiosa nonnulla sunt? Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos iudicabo. fieri enim potest, vt vel simpliciter errauerint, vel alio sensu scripserint, vel à librariis imperitis eorum paulatim scripta corrupta sint. Vel certe, antequam in Alexandria quasi dæmonium meridianum, Arius nasceretur, innocenter quædam & minus cautè locuti sunt, & quæ non possunt peruersorum hominum calumniam declinare. Obiiciuntur Origeni crimina: & tu non illum defendis, sed alios accusas: nec crimen renuis, sed criminorum turbam requiris. Si tibi diceretur, quos habet Origenes in hæresi socios; rectè ista proferres: nunc à te queritur, hæc quæ in Origenis libris scripta reperiuntur, bona sint, an mala. Taces, & pro his alia loqueris: Clemens hoc ait: Dionysius in isto errore deprehenditur: Anastasius episcopus sic Dionysij defendit errorem: Apostolorum scripta similiter deprauata sunt. quo modo & nunc ab aliis tibi hæreticos crimen impingitur, & tu pro te taces, & pro me confiteris. Ego neminem accuso, pro me tantum respondisse contentus. Non sum, quod arguis: si tu es, quod accusaris, ipse videris. nec absolutio mea me, nec reatus te aut innocentem, aut obnoxium crimini probabunt.

CAP. 5. Præmissa falsatione ab hæreticis Apostolorum, & vtriusque Clementis, atque Dionysij, venit ad Origenem, & his verbis loquitur: Ipsius hoc conquerentis & deplorantis scriptis ac vocibus probauimus. quid enim ipse cum adhuc in carne viuens, sentiens vidensque perpeffus sit de librorum suorum vel sermonum corruptionibus, vel adulterinis editionibus ex ipsius epistola, quam scribit ad quosdam caros suos Alexandriam, euidenter docetur. statimque exemplum subiungit epistolæ. & qui falsitatem scriptorum Origenis hæreticis imputat, ipse incipit à falsitate, non ita interpretans, vt habetur in Græco; nec id Latinis insinuans, quod ipse in suis litteris proficitur. Cumque illa epistola tota Demetrium, Alexandrinæ vrbis pontificem, laceret, & in totius orbis episcopos & clericos inuehat, & frustra ab ecclesiis excommunicatum esse se dicat, nec velle in maledictis referre vicem, ne scilicet maledictus videatur esse homo, qui intantum cautus sit ad maledicendum, vt ne diabolo quidem audeat maledicere; vnde & Candido, Valentiniani dogmatis sectatori, calumniandi se occasionem dedit, quod diabolum saluandæ dixerit esse naturæ: hic dissimulato argumento epistolæ, fingit pro Origene, quod ille non loquitur. vnde epistolæ ipsius partem paululum ex superioribus transtuli; & iis iunxi, quæ ab ipso cōmaticè doloseque translata sunt; vt quo consilio superiora tacuerit, lector agnoscat. Contra sacerdotes ergo ecclesiæ generaliter disputans, à quibus indignus communionem eius fuerat iudicatus, hæc intulit: Quid necesse est de prophetarum sermonibus dicere, quibus sæpissimè pastoribus, & maioribus natu, & sacerdotibus, ac principibus populi comminantur, & arguunt eos? Quæ absque nobis de sanctis scripturis elicere potestis, & liquidò perui-

dere quòd forsitan hoc tempus sit, de quo dicitur: Nolite credere amicis, nec speretis in principibus. Et nunc impleatur vaticinium: Duces populi mei me nescierunt: filij stulti sunt, & non sunt sapientes: Sapientes sunt, vt faciant mala, benè autem facere nesciunt: quorum magis misereri, quàm eos odisse debemus, & orare pro illis, quàm eis maledicere. ad benedicendum enim, & non ad maledicendum creati sumus. Vnde & Michaël, cum aduersus diabolum disputaret de Moyfi corpore, ne tanto quidem malo ausus est iudicium inferre blasphemix, sed dixit: Increpet tibi Dominus. Cui quid simile etiam in Zacharia legimus: Increpet tibi Dominus diabolus: & increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalém. Itaque & nos cupimus increpari à Domino eos, qui nolunt cū humilitate à proximis increpari. Dicente autè Michaële: Increpet tibi Dominus diabolus: & Zacharia similiter: vtrum increpet, an non increpet Deus diabolū, ipse viderit: & si increpat, quo modo increpet, ipse agnoscat. Et post multa, quæ prolixum est scribere, addit: Nos hoc sentimus, quod eicietur de regno cælorū non solum qui grandia peccauerūt, verbi gratia, fornicatores, & adulteri, & masculorum cōcubitores, & fures, sed & qui minora deliquerunt: ex eo, quod scriptum est: Neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt: & tam in bonitate, quàm in seueritate Dei esse mensuram. Vnde cuncta nitimur agere consilio: in vini quoque potu, & in moderatione sermonis, vt nulli audeamus maledicere. Ergo cum propter Dei timorem caueamus in quempiam maledicta conferre, recordantes illius dicti, Non fuit ausus iudicium inferre blasphemix, quod dicitur de Michaële contra diabolum: & in alio loco: Dominationes quidem reprobandæ, glorias autem blasphemant: quidam eorum qui libenter contentiones reperiunt, adscribunt nobis & nostræ doctrinæ blasphemiam: super qua ipsi viderint, quo modo illud audiant: Neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt: licet patrem malitiæ, & perditionis eorum, qui de regno. Dei eiciuntur, dicant posse saluari: quod ne mente quidem quis captus dicere potest. Cætera quidem ex eadem epistola transtulit pro hoc, quod in fine verborum Origenis interpretati sumus. Ergo cum propter timorem Dei caueamus in quempiam maledicta conferre, & reliqua: iste fraudulenter, amputatis superioribus, ex quibus inferiora dependent, sic cepit transferre epistolam, quasi hoc sensus esset exordium; & ait: Quidam eorum, qui libenter habent criminari proximos suos, adscribunt nobis & doctrinæ nostræ crimen blasphemix, quod à nobis nusquam audierunt: de quo ipsi viderint, nolentes obseruare mandatum illud quod dicit: Quia maledici regnum Dei non possidebunt: dicentes asserere me patrem malitiæ & perditionis eorum, qui de regno Dei eiciuntur, id est, diabolum esse saluandum: quod ne aliquis quidem mente motus, & manifestè insaniens dicere potest. Conferte Origenis verba, quæ supra ad verbum transtuli, his quæ ab isto non versa sunt, sed euerfa: & quantum inter se, non solum verborum, sed & sensuum habeant dissimilitudinem, perspicietis. Obsecro ne molesta sit vobis prolixior interpretatio. Iccirco enim omnia vertimus, vt quo consilio superiora tacuerit, probaremus. Habetur dialogus apud Græcos Origenis, & Candidi, Valentinianæ hæreseos defensoris: in quo duos andabaras digladiantes inter se spectasse me fateor. Dicit Candidus, filium de patris esse substantia, errans in eo quod *προβολήν* asserit.

E regione

E regione Origenes, iuxta Arium & Eunomium, repugnat, cum vel prolatum esse, vel natum, ne Deus pater diuidatur in partes: sed dicit sublimem & excellentissimam creaturam voluntate extitisse patris, sicut & cæteras creaturas. Rursus ad secundam veniunt quæstionem. Asserit Candidus, diabolus pessimæ esse naturæ, & quæ saluari numquam possit. Contra hoc recte Origenes respondit, non eum peccatorem esse substantiæ, sed voluntate propria corruisse, & posse saluari. Hoc Candidus vertit in calumniam, quasi Origenes dixerit, diædoli naturam esse saluandam: quod ille falso obiecerat, hic refutat. Et intelligimus in hoc tantum dialogo ab Origene argui hæreticam falsitatem, & non in cæteris libris, de quibus numquam quæstio fuit, alioqui si omnia, quæ hæretica sunt, non erunt Origenis, sed hæreticorum; omnes autem propemodum illius tomi his erroribus pleni sunt: nihil Origenis erit, sed eorū quorum ignoramus vocabula. Non ei sufficit Græcos & antiquos calumniari, de quibus pro vetustate temporum, & longinquitate regionum, habet licentiam quidquid voluerit mentiendi: venit ad Latinos, & primum ponit Hilarium confessorem, quod post Ariminensem synodum liber illius falsatus ab hæreticis sit, & ob hanc causam cum in concilio episcoporum ei quæstio moueretur, proferri librum de domo sua iusserit, qui nesciente se, in scriptis suis hæreticus tenebatur, cumque prolatus fuisset, & ab omnibus hæreticus iudicatus, auctor libri excommunicatus, de concilij conuentione discesserit. Et tantæ auctoritatis se putat, vt cum hoc familiaribus suis narrat somnium, nemo ei contra confessorem ista simulantia audeat contradicere. Responde quæso: Synodus, à qua excommunicatus est, in qua vrbe fuit? dic episcoporum vocabula: profer sententias subscriptionum, vel diuersitatem, vel consonantiam. doce, qui eo anno cõsules fuerint, quis Imperator hanc synodum iusserit congregari: Gallia: ne tantum episcopi fuerint, aa & Italia: & Hispania: certè quam ob causam synodus congregata sit. nihil horum nominas: sed virum eloquentissimum, & contra Arianos Latini sermonis tubam, vt Origenem defendas, excommunicatum à synodo criminariis. Sed confessoris calumnia utcumque toleranda est. Transit ad inelytum martyre Cyprianum, & dicit Tertulliani librum, cui titulus est de trinitate, sub nomine eius Constantinopoli à Macedonianæ partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo, nam nec Tertulliani liber est, nec Cypriani dicitur, sed Nouatianus, cuius & inscribitur titulo, & auctoris eloquium, styli proprietates demonstrat. Et superfluum puto aper-tas ineptias consutare, cum mihi mea ingeratur fabella, à synodo videlicet, & sub nomine cuiusdam amici Damasi, Romanæ vrbis episcopi, ego petar, cui ille ecclesiasticas epistolas dictandas tradidit, & Apollinariorum versutias describantur, quod Athanasij librum, vbi Dominicus homo scriptus est, ad legendum acceptum, ita corripit, vt in litura id, quod raserint, rursus scriberet, vt scilicet non ab illis falsatum, sed à me additum putaretur.

CAP. 6. Quæso te, amice carissime, vt in ecclesiasticis tractatibus, vbi de veritate dogmatum quaritur, & de salute animarum nostrarum maiorum flagitatur auctoritas, huiusmodi deliramenta dimittas, & prandiorum cenarumque fabulas pro argumento non tenes veritatis. Fieri enim potest, vt etiam si à me verum audisti, alius qui huius rei ignarus est, dicat à te esse compositum, & quasi mimum Philistionis, vel Lentuliac Marilli stropham eleganti sermone

HIERON. TOM. I.

confictam. Quo non perueniat semel effrenata temeritas? Post excommunicationem Hilarij, post Cypriani *Ἰστορικὸν* hæreseos librum, post Athanasij me dormitante lituram, simul & inscriptionem, erupit aliquando contra Papam Epiphanium, & dolorem pectoris sui, quod cum in epistola, quam ad Ioannem episcopum scripserat, hæreticum arguit, in Apologia pro Origene digerit, & his se sermonibus consolatur. Quin potius aperienda est hoc in loco veritas latens. non enim possibile est, tam iniquo iudicio vti quemquam hominum, vt de causa æquali non æqualiter sentiat: sed quod auctores obrectatorum eius hi sunt, qui vel in ecclesia disputare latius solent, vel etiam libros scribere, qui totum de Origene vel loquuntur, vel scribunt. Ne ergo plures ipsorum furta cognoscant, quæ utiq; si ingrati in magistrum non essent, nequaquam criminosa viderentur, simpliciores quoq; ab eius lectione deterrent. Deniq; quidam ex ipsis, qui se velut Euangelizandi necessitatem per omnes gentes & per omnes linguas habere putat de Origene male loquendi, sex millia librorum eius se legisse, quam plurima, fratrum multitudinem audiente, confessus est. qui si utique, vt ipse dicere solet, pro cognoscendis eius malis legebat, sufficere poterant decem libri ad cognoscendum, aut viginti certè, aut vt plurimum, triginta. sex millia autem librorum legere, non iam est errores ac mala velle cognoscere, sed totam pene vitam disciplinis eius ac studiis dedere. Quo modo ergo iste merito audiendus est, cum eos culpatur, qui instructionis suæ causa perpauca eius, salua fidei regula atque integritate, legerunt? Qui sunt isti, qui in ecclesia disputare latius solent? qui libros scribere? qui totum de Origene loquuntur, & scribunt? qui dum sua nolunt furta cognosci, & ingrati sunt in magistrum, iccirco simplices ab illius lectione deterret. nominatim debes dicere, & ipsos homines denotare. Ergo beati episcopi, Anastasius & Theophilus, & Venerius, & Chromatius, & omnis tam orientis quam occidentis catholicorum synodus, qui pari sententia, quia pari & spiritu, illum hæreticum denunciant populis, fures librorum illius iudicandi sunt, & quando in ecclesiis prædicant, non scripturarum mysteria, sed Origene furta commemorant? Non tibi sufficit passim contra omnes detractio, nisi specialiter contra beatum, & insignem ecclesie sacerdotem styli tui lanceam dirigas? Quis est ille, qui velut necessitatem euangelizandi per omnes gentes, & per omnes linguas habere se putat de Origene male loquendi, qui sex millia librorum eius se legisse, quam plurima fratrum multitudinem audiente, confessus est? in qua multitudine & caterua fratrum tu quoq; medius eras, quando ille in sua epistola queritur, pro Origene hæresi nefaria à te dogmata esse prolata? Crimini ei dandum est, quare Græcam, Syriam, & Hebræam, & Ægyptiacam linguam, ex parte & Latinam nouerit? ergo & Apostolus, & Apostolici viri, qui linguis loquebantur, in crimine sunt? & me trilinguis bilinguis ipse ridebis? De sex millibus autem librorum, quos ab eo lectos esse fingis, quis credet aut te verum dicere, aut illū potuisse mentiri? si enim Origenes sex millia scripserit librorum, poterat fieri vt vir eruditus, & ab infantia sacris litteris institutus, pro curiositate & scientia legisset aliena. quod verò ille non scripsit, quo modo iste legere potuit? Numerat indices librorum eius, qui in tertio volumine Eusebij, in quo scribit vitam Pamphili, continentur: & non dico sex millia, sed tertiam partem non reperies. Habemus epistolam supradicti pontificis, in

Q. 2

qua

qua huic calumniæ tuæ, dum adhuc esses in oriente, respondet; & apertissimum mendacium libera veritatis fronte confutat. Post hæc & tanta audes in apologia tua dicere, te non esse defensorem Origenis, neque assertorem illius, pro cuius defensione Pamphilus & Eusebius tibi parum dixisse sunt visi. aduersum quæ volumina, si Dominus vitæ huius dederit spatium, aliàs respondere conabor: nunc tantum tuis assertionibus obuiasse sufficiat, & hoc breuiter prudentem instruxisse lectorem, me istum librum, qui sub nomine Pamphili ferebatur, vidisse primū scriptum in codice tuo; & quia non erat mihi curæ, quid pro heretico diceretur, sic semper habuisse, quasi diuersum esset opus Pamphili & Eusebij; postea verò quaestione mota, scriptis eorum respondere voluisse, & ob hanc causam legisse, quid pro Origene vnusquisque sentiret; perspicueq; deprehendisse, quod primus liber sex voluminum Eusebij ipse esset, qui vnus sub nomine Pamphili à te editus est, tam Græcè, quam Latine, immutatis dumtaxat sensibus de Filio & Spiritu sancto, qui apertā blasphemiam præferebant. Vnde etiam ante annos ferme decem, cum Dexter, amicus meus, qui præfecturam administrat prætorij, me rogasset, vt auctorum nostræ religionis ei indicem texerem; inter cæteros tractatores posui & hunc librum à Pamphilo editū, ita putans esse, vt à te & tuis discipulis fuerat diuulgatum. Sed cum ipse dicat Eusebius, Pamphilum nihil scripsisse, exceptis breuibus epistolis ad amicos; & primus liber sex voluminum illius, eadem & eisdem verbis contineat, quæ sub nomine Pamphili à te facta sunt: perspicuum est, te iccirco librum hunc disseminare voluisse, vt sub persona martyris hæresim introduceres. cumq; de ipso libro, quem Pamphili simulas, multa peruerteris; & aliter in Græco, aliter in Latino sit: fraudem tuam errori meo imputare non debes. credidi enim eius esse librum, quem titulus præferebat, sicut *ἀπει ἀρχαί*, & multa alia Origenes opera, plurimorumq; Græciæ tractatorum, quæ aut ante non legi, aut nunc compellor legere quaestione hærescos fuscitata: vt sciam, quæ vitare debeam, quæ probare. Vnde & in adolescentia homilias tantum eius, quas loquebatur ad populum; & in quibus non tanta scandala tenebantur simpliciter rogantibus transluli, nullis præiudicans, ex iis, quæ probantur, illa suscipere, quæ manifeste hæretica sunt. certè, vt compendium longi sermonis faciam, sicut ego ostendo me ab his accepisse librum, qui de tuo codice transcripserunt; sic tu doce, à quo exemplar accepisti; vt qui auctorem libri dare alium non potuerit, ipse falsitatis reus teneatur. Bonus homo de bono cordis thesauro profert illa, quæ bona sunt; atque ex pomorum dulcedine generosi seminis arbor agnoscitur.

Matth. 22

CAP. 7.

Matth. 18

Scribit frater Eusebius, se apud Afros episcopos, qui propter ecclesiasticas causas ad comitatum venerant, epistolam quasi meo scriptam nomine reperisse, in qua agerem penitentiam, & me ab Hebræis in adolescentia inductum esse testaret, vt Hebræa volumina in Latino verterem, in quibus nulla sit veritas. Quod audiens obstupui, & quia in ore duorum vel trium stat omne verbum; vniq; testi nec Catoni creditum est; id ipsum multorum me ex vrbe firrum scripta docuerunt, sciscitantium an ita se haberet, & à quo ipsa epistola disseminata esset in vulgus, lacrymabiliter indicantium. Qui hoc ausus est facere, quid aliud non audeat? Bene quod malitia non habet tantas vires, quantos conatus, perierat innocentia, si semper nequitia iuncta esset potentia; & totum, quidquid cupit, calumnia præualeret.

Sylum meum, qualiscumque est, & formam eloquij vir disertissimus exprimere non potuit; sed inter ipsas præstigias, & alterius personam, qua se fraudulenter induerat, quis esset ostendit. Ergo ille, qui epistolam sub nomine meo penitentia iunxerat; quod malè Hebræa volumina translulisset, obicere dicitur, me in septuaginta condemnationem scripturas sanctas interpretatum: vt siue falsa sunt; siue vera, quæ transluli, in crimine maneam; dum aut in nouo opere fateor me errasse, aut recens editio veteris condemnationis sit. Miror quo modo in eadem epistola homicidam, & adulterum, & sacrilegum, & parricidam me esse non dixerit, & quidquid potest tacita mentis cogitatio intra se turpitudinis voluere. Gracis ei debeo agere, quod cum tanta sylvæ sit crimum, vnus mihi erroris vel falsitatis crimen obiecerit. Ego ne contra Septuaginta interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos, diligentissime emendatos, meæ linguæ studiosis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum edissero, quorum psalmos iugi meditatione decanto? tæstulus eram, vt quod in pueritia didici, senex obliuisci vellem? vniuersi tractatus mei horum testimoniis texti sunt. commentarij in duodecim prophetas & meam & Septuaginta editionem edisserunt. O labores hominum semper incerti: o mortalium studia contrarios interdum fines habentia. vnde me putabam bene mereri de Latinis meis, & nostrorum ad discendum animos concitare; quod etiam Græci versum de Latino post ratos interpretes non fastidiunt: inde in culpam vocor, & nauseanti stomacho cibos ingero. Ecquid in homine tutum sit, si innocentia criminosa est? Dormiente patre familiars, inimicus homo zizania supereminuit. Exterminauit vineam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam. Ego taceo, & litteræ non meæ loquuntur contra me. Ignoro crimen, & crimen in toto orbe confiteor. Heu mihi mater mea, vt quid me genuisti, virum, qui iudicet, & discernat omni terræ? Omnes præfatiuncula veteris testamenti, quarum ex parte exempla subiecti, huic rei testes sunt. Et superfluum est, quod in illis dictum est, aliter quam ibi dictum est, scribere. Incipiã igitur à Genesi: cuius prologus talis est: Desiderij mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præfatio futurorū, cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis vt translātū in linguam Latinam de Hebræo sermone Pentateuchum nostrorū auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum latratibus patens, qui me asserunt in Septuaginta interpretum suggillationem noua pro veteribus cedere, ita ingenium quasi vinum probantes: cum ego sapiens testatus sim, me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre, quæ possim, nec opes alterius a liorum paupertate scèdari. quod vt auiderem, Origenis me studiū prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodorionis miscuit, asterisco, & obelisco, id est, stella, & veru, opus omne distinguens, dum aut illustra facit, quæ minus ante fuerant; aut superflua quæque iugulat, & confodit, maximeque quæ Euangelistarum & Apostolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamēto legimus, quæ in nostris codicibus non habentur, vt est illud: Ex Aegypto vocaui filium meum. Et: Quoniam Nazareus vocabitur. Et Videbunt in quem compunxerunt. Et Flumina de ventre eius fluent aquæ viæ. Et Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus diligentibus se, & multa alia, quæ proprium *ὀνταγμα* desiderant. Interrogemus ergo eos, vbi hæc

Matth. 13
Psalm. 70

Hieros. 15

David. 8

Matth. 3
Ioan. 19
Ioan. 7
1. Cor. 13

Osee 11
Esa. 11
Zach. 12
Prouer. 18
Esa. 64

Ephes. 4

1. Cor. 12

Exod. 25
35

1. Cor. 12

Exod. 25

hæc scripta sunt; & cum dicere non potuerint, de libris Hebræis proferamus. Primum testimonium est in Osee, secundum in Esaia, tertium in Zacharia, quartum in Prouerbis, quintum æquè in Esaia. quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur, & Hiberas nanius libris authenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemæus, vnus Dei cultor, apud Hebræos etiam duplicem diuinitatem deprehenderet: quod maxime iccirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique, vnicumque sacratum aliquid scriptura testatur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non diuulgarent. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scripturarum, cum Aristæus, eiusdem Ptolemæi *ὁ ἀρχιεπίσκοπος*, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint, sed in vna basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. aliud est enim vatem, aliud interpretem esse. ibi spiritus ventura prædicit: hic eruditio, & verborum copia ea, quæ intelligit, transfert. Nisi fortè putandus est Tullius æconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte orationem afflatus rhetorico spiritu transfulisse: vt aliter de eiusdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuerit: vt quod illi tacuerint, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? damnamus veteres? minime: sed post priorum studia, in domo Domini, quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubiis protulere sententiis. nos post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam, quàm historiam scribimus. aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obrectator ausculta. Nō damno, non reprehēdo Septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. per istorum os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi tibi in translatione errare videor, interroga Hebræos, diuersarum urbium magistros consule: quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est, si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt, & emendatoria sunt exemplaria Latina, quàm Græca, Græca quàm Hebræa. In libris quoque Samuelis & Malachim, quos nos regnorū quattuor nominamus, post catalogum diuinæ scripturæ hæc intuli. Quæ cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum reprehensionem existimes antiquorum. In tabernaculo Dei offert vnusquisque quod potest. Alij aurum, & argentum, & lapides pretiosos, alij byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hiacynthum. nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apostolos contemptibilia nostra magis necessaria iudicet. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ presentis futuræque distinctio, pellibus tegitur, & ciliciis, ardoremque solis & iniuriam imbrium ea, quæ viliora sunt, prohibent. Vide quanto contra Septuaginta interpretes tuncam supercilio, vt illos aurum, & preciosos lapides, & purpuram, me pelles, & pilos caprarum in tabernaculo Dei obtulisse profitear.

HIERON. TOM. I.

Ponam & aliud testimonium; ne nunc me rerum necessitate compulsū dicas mutasse sententiam. In libro temporum, id est, Paralipomenon, qui Hebraicè dicitur *דברי הימים* Dibre haiamim, ad sanctum Chromatium præfatiuncula vsus sum. Si Septuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verba est, editio permaneret; superflue me, mi Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime impelleres, vt tibi Hebræa volumine Latino sermone transferrem. quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem; iustum erat etiam nostro silentio comprobari. nunc verò cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria; & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata; nostri arbitrij putas, aut ex pluribus iudicare quid verū sit, aut nouum opus in veteri opere cedere, illudentibusque Iudæis cornicum, vt dicitur, oculos consigere. Alexandria, & Ægyptus in Septuaginta suis Helychium laudat auctorem. Constantinopolis vsque ad Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ, Palæstini codices legunt, quos ab Origine elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate cōpugnat. Et certè Origenes non solum exempla composuit quattuor editionum, è regione singula verba describens, vt vnus dissentiens, statim, ceteris inter se consentientibus, arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta, Theodorionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit non tenere, quod semel susceperant, & post septuaginta cellulas, quæ vulgò sine auctore iactantur, singulas cellas aperuere; hocque in ecclesiis legitur, quod Septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui inuolara editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & quod his maius est, Apostolis auctoribus probem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de euangelio: Ex Ægypto vocaui filium meum: & Quoniam Nazareus vocabitur: & Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderit, quæ præparauit Dominus diligentibus se: ceteraque his similia, in Hebræorum libris inueniri. Certè Apostolus & Euangelistæ, Septuaginta interpretes nouerunt, & vnde eis hoc dicere, quod in Septuaginta non habetur? Et Christus, Dominus noster, vtriusque testamenti conditor, in Euangelio secundum Ioannem; Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, *Ioan. 7* flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtiq; scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur: vbi scriptum est? Septuaginta non habent, apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum, vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obrectatoribus meis tantum respondeo, qui caninò dentē merodunt, in publico detrahentes, legentes in angulis; iidem & accusatores & defensores; cum in aliis probent, quod in me reprobant: quasi virtus, & vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur. Ceterum memini, editionem Septuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuisse me nostris; nec inimicum debere existimari eorum, quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quod nunc *דברי הימים* dibre haiamim, id est, verba dierum interpretatus sum; iccirco feci, vt inextricabiles moras, & filuā nominū, quæ scriptorū confusa sunt vitio, sensuumque labyrinthos apertius,

apertius, & per versuum cola digerem, mihimet ipsi, & meis iuxta Hismeniam canens, si aures surdæ sunt cæterorum. In Esdræ quoque volumine similia præfacus sum; & post multa hæc addidi. Quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod nõ habetur in Græco; vel aliter habetur, quàm à me veritum est. Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos, & ipsi auctonibus, translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem. Porrò aliud est, si clausus, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere: & non imitantur Græcorum studium & benevolentiam: qui post Septuaginta translatores, iam Christi Evangelio coruscante, Iudæos & Hebræonitas, legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, Symmachum, & Theodotionem, curiosè legunt, & per Origenis laborem *ἐν ἑξωνολογῆς* Ecclesiis dedicarunt: quanto magis Latini mei grati esse deberent, quod exultantem Græciam cernerent aliquid à se mutuari. Primum enim magnorum sumptuū est, & infinitæ difficultatis, exemplaria habere omnia. deniq; & qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantibus quis è multis verius dixerit, quod etiam sapientissimò cuida nuper apud Græcos accidit: ut interdum scripturæ sensum relinques, vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem, qui Hebrææ linguæ saltem parvam habemus scientiam: & Latinus nobis utcumque sermo non deest; & de aliis magis possumus iudicare; & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua exprimere. Transibo ad librum Iob, quem post Septuaginta interpretum editionem, quam Origenes obelis asteriscisque distinguit, ante annos plurimos Latino sermone datum; cum rursus iuxta ipsum Hebræicū verterem; sic locutus sum. Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros, aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotion, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex utroque commixtum & mediæ temperatum genus translationis expresserint, & omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinguit; quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in roto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. neq; enim fieri potest, ut quos plura intermississe perspexerint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipue in Iob: cui si ea, quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur. Et hoc dumtaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus desunt; ut decurtatus, & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Et post multa, quæ studio breuitatis prætereo, hæc in fine subiunxi. Audiant quapropter canes mei, iccirco me in hoc volumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehederem; sed ut ea, quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certè vitio scriptorum deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent: qui & Hebræum sermonem ex parte didicimus, & in Latino pene ab ipsis incunabilis inter grammaticos, & rhetores, & philosophos detriti sumus. Quod si apud Græcos, post Septuaginta editionem, iam Christi Evangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotion Iudaizantes heretici sunt recepti; qui multa

mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in *ἑξωνολογῆς* habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone, vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Psalterium quoque, quod certè emendatissimum iuxta Septuaginta interpretes nostro labore dudum Roma suscepit, rursus iuxta Hebræicam vertens præfatione munui: & sic in parte prologi sum locutus. Quia igitur nuper cum Hebræo disputans, quædam pro Domino Salvatore de psalmis testimonia protulisti, volensque ille te illudere, per sermones pene singulos assererat, non ita haberi in Hebræo, ut tu de Septuaginta interpretibus opponerbas; studiosissime postulasti, ut post Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, nouam editionem Latino sermone transferrem. aiebas enim te magis interpretum varietate turbari, & pro amore, quo laboris, vel translatione, vel iudicio meo esse contentum. Vnde impulsus à te, cui & quæ non possum negare non debeo, rursus me obtrectatorum latratibus tradidi, maluique te vires potius meas, quàm voluntatem in amicitia querere. Certè confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo; me nihil dumtaxat scientem de Hebræica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea à veteribus discrepat; interroga quemlibet Hebræorum: & liquidò peruidebis, me ab æmulis frustra lacerari; qui malunt contemneri videri præclara, quàm discere, peruersissimi homines. nam cum nouas semper expant voluptates, & gulæ eorum vicina maria non sufficiant; cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt? nec hoc dico, quod præcessores meos mordeam, aut quidquam de his arbitrer detrahendum, quorum translationem, diligentissimè emendam, olim meæ linguæ hominibus dedi; sed quod aliud sit in ecclesiis Christi credentiu psalmos legere, aliud Iudæis singula verba calumniatibus respondere. Salomonis etiam libros, quos olim iuxta Septuaginta additis obelis & asteriscis in Latinum verteram, ex Hebræico transferes, & dedicans sanctis episcopis Chromatio & Heliodoro, hæc in præfatione meæ sine subieci: Si cui Septuaginta interpretu magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam, neq; enim sic noua cudimus, ut vetera destruamus.

Veniam & ad Esaiam; & partem prologi eius super Septuaginta interpretatione subiungam. Quem cum magis Euangelistam, quàm prophetam diceret, eo quod vniuersa Christi Ecclesiæ mysteria sic ad liquidum persecutus esset, ut non de futuro vacinari, sed de præteritis historiam texere crederetur; etià hoc addidi: Vnde conicio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes, fidei suæ sacramenta perspicue ethnicis prodere; ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent. Quæ cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertentis abscondita. Nec ignoro, quanti laboris sit, prophetas intelligere; nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit ante, quæ legerit. Nos quoque patere morsibus plurimorum; qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilo minus à fastidiosis lectoribus hoc præcor, ut quo modo Græci, post Septuaginta translatores, Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel ut Septuaginta

CAP. 5.

Math. 7

magis

magis ex collatione eorum intelligant; sic & isti sacrem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant; ne videantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. De Daniele autem breuiter respondebo; me non negasse eum prophetam, quem statim in fronte prologi prophetam esse confessus sum; sed quid Hebræi dicerent, & quibus argumentis suam niterentur probare sententiam, voluisse monstrare; & docuisse lectorem, Ecclesias Christi hunc prophetam iuxta Theodotionem legere, & non iuxta Septuaginta translatores. Quorum si in isto libro editionem dixi multum à veritate distare, & recto Ecclesiarum Christi iudicio reprobata: non est meæ culpæ, qui dixi; sed eorum qui legunt. In promptu sunt quattuor editiones, Aquilæ, Symmachi, Septuaginta, & Theodotionis. ecclesiæ iuxta Theodotionem legunt Danielem. ego quid peccaui, si ecclesiarum iudicium secutus sum? Quod autem refero, quid aduersum Sufannæ historiam, & hymnū trium puerorum, & Belis draconis fabulas, quæ in volumine Hebræico non habentur, Hebræi soleant dicere: qui me criminatur stultum, se sycophantam probat. non enim, quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicauit. quorum opinioni si non respondi in prologo breuiter studens, ne non præfationem, sed librum viderer scribere, puto quod statim subiecerim: dixi enim: De quo non est huius temporis differere. alioquin & ex eo, quod asserui Porphyrium contra hunc prophetam multa dixisse, vocauitque huius rei testes Methodium, Eusebium, & Apollinarium, qui multis versū millibus, illius vesaniæ responderunt; me accusare poterit, quare non in præfatiuncula contra libros Porphyrij scripsim. Qui istiusmodi nennias confectatur, & scripturæ Hebræicæ veritatem non vult recipere, audiat liberè proclamantem. Nemo enim cogitur legere, quod non vult. Ego petentibus scripsi, non fastidiosis; gratis, non inuidis; studiosis, non osecitantibus. Et tamen miror, quo modo Theodotionem hæreticum & Iudaizantem legit, & qualiscumque peccatoris Christiani translationem fastidit. Quæso te, amice dulcissime, qui tam curiosus es, vt etiam somnia mea noueris; omniaque quæ per tot annos absq; metu futura scripsi calumnia, in accusationem vocas; vt respondeas, quo modo eorum præfationes librorum nescias, quos accusas: quæ quodam vaticinio, futura calumnia responderunt, implentes prouerbium: Prius antidotum, quàm venenum. Quid nocet ecclesiis nostra translatio? Magnis, vt scio, sumptibus redemisti Aquilæ, & Symmachi, & Theodotionis, quintaq; & sextæ editionis Iudaicos translatores. Origenes tuus, & (ne forte queraris figurata te laude percussus) Origenes noster (nostrum voco ob eruditionem ingenij, non ob dogmatum veritatem) in omnibus libris suis post Septuaginta interpretes, Iudaeorum translationes explanat, & edisserit. Eusebius quoque, & Didymus idem faciunt, prætermitto Apollinarium, qui bono quidem studio; sed nō secundum scientiam de omnium translationibus in vnum vestimentum pannos assuere conatus est, & consequentiam scripturæ non ex regula veritatis, sed ex suo iudicio texere. Apostolici viri scripturis vtuntur Hebræicis: ipsos Apostolos & Euangelistas hoc fecisse perspicuum est. Dominus, atque Saluator, vbi cumque veteris scripturæ meminit, de Hebræicis voluminibus ponit exempla: vt est illud: Qui credit in me, sicut scriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et in ipsa cruce,

HIERON. TOM. I.

וְנִרְאָה לִּי אֱלֹהִים אֱלִי אֱלִי לַמָּוֶת אֲזַאֲוֹתַי: quod interpretatur: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti: non vt à Septuaginta positum est, Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti: & multa his similia. Nec hoc dicimus, quod Septuaginta interpretes suggillumus, sed quod Apostolorum & Christi maior sit auctoritas; & vbi cumque Septuaginta ab Hebræo non discordant, ibi Apostolos de interpretatione eorum exempla sumpisse, vbi verò discrepant, id posuisse in Græco, quod apud Hebræos didicerant. Sicut ergo ego ostendo, multa in nouo testamēto posita de veteribus libris, quæ in Septuaginta non habentur; & hæc scripta in Hebræico doceo: sic accusator ostendat aliquid scriptū esse in nouo testamento de Septuaginta interpretibus; quod in Hebræico non habeatur: & finita contentio est. Ex quibus omnibus approbatur; & Septuaginta interpretum editionem, quæ legentium vetustate firmata est, vtilem esse Ecclesiis, dum ante gentes audiunt Christum venturum esse, quàm veniat; & ceteros interpretes non reprobandos; quia non sua, sed diuina volumina transtulerunt; & familiarem meum id à Christiano & amico debere suscipere; quod magno sumptu sibi à Iudæis describere festinauit. Excessi epistolæ modum; & qui contra nefariam heresim iam stylum fixeram, pro me respondere compulsus sum, expectans tria amici volumina, & ad congeriem criminum eius tota mente suspensus: nisi quod leuius est, professum inimicū cauere, quàm hostem latētem sub amici nomine sustinere.

APOLOGIA HIERONYMI
ADVERSVS RUFFINVM.



ECTIS litteris prudentiæ tuæ, quibus in me inueheris, & laudatum quondam tuum, quem verum collegam loquebaris & fratrem, nunc libris ad respondendum prouocas, terreque criminibus, intellexi illud Salomonis in te esse completum: In ore stulti baculus contumeliæ. Et non recipit fatuus verba prudentiæ: nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius. Et Esaias: Fatuus, inquit, fatua loquetur, & cor eius vana intelliget; vt compleat iniquitates, & loquatur contra Deum mendacium. Quid enim necesse fuit accusationis volumina mittere, & maledicta proferre in medium; si tu in vltima parte epistolæ, denunciata morte, me deterres, ne audeam respondere criminibus, immo laudibus tuis: Eadem quippe & prædicas, & accusas, & de vno fonte dulces amarumque procedit. Vnde obsecro te, vt verecundiam & pudorem, quem à me exigis, prior ipse exhibeas; & qui mendacij alterum criminatis, desinas ipse mentiri? Ego nulli scandalum facio, nec accusator interim tui sum. non etenim considero, quid tu merearis, sed quid me deceat: & Saluatoris eloquium pertimesco, dicentis: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt; expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et, Væ mundo ab scandalis. necesse est enim, vt veniant scandala: sed væ homini illi per quem scandalum venit. Poteram & ego in te falsa congerere; & dicere me vel audisse, vel vidisse, quæ nullus norat: vt apud ignorantes impudentia veritas, & furor constantia putaretur. Sed absit vt imitator tui sim; & quod in te reprehendo, ipse faciam. Ille loquatur spurcitas, qui potest spurca committere. Malus homo de malo

Q. 4. cordis

Pal. 29.

CAP. I.

Prouer. 14
18.

Esa. 32.

Iacobi 3.

Math. 18.

Math. 23.

1. Ion. 7.
Math. 17.

cordis thesauro profert ea, quæ mala sunt. Ex abundantia cordis os loquitur. Habeto interim lucrum, quod amicus quondam tuus, nunc accusatus, turpia tibi non vult obicere. Et hoc dico, non quod accusationis tuæ gladios pertimescam; sed quod magis accusari velim, quam accusari; & pati iniuriam, quam facere; sciens præceptum ab Apostolo: Non volmet ipsos vlscerentes carissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindicta, & retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Qui enim se ipsum vindicat, ultionem Domini non meretur. Attamen antequam respondeam epistolæ, expoſtulare tecum libet: venustissime monachorum, bone presbyter, imitator Christi, fratrem tuum potes occidere; quem si tantum oderis, homicida es? Hoc à Salvatore didicisti, vt verberanti maxillam, præberes & alteram? Sic ipse respondit percussori suo? Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si benè, quid me cædis? Mortem minaris, quam & serpentes inferre possunt. Mors omnium est, homicidium pessimorum. quid enim, nisi tu me occideris, ego immortalis ero? quin potius habeo gratiam, quod facis de necessitate virtutem. Nónne & Apostoli, salus inter se amicitias, dissenserunt; cum Paulus & Barnabas propter Ioannem cognomento Marcum stomachati sunt; & separauit eos nauigatio, quos Christi Euangelium copulabat? Nónne idem Paulus in faciem Cephæ restitit, quod non recto pede incederet in Euangelio? Et tamen præcessorem suum, & columnam Ecclesiæ vocat: & exponit cum eo prædicationem, ne in vacuum curret, aut cucurrisset. Nónne in religione etiam liberi à parentibus, & coniuges à maritis, salua pietate, dissentiant? Vos si ita habetis, vt habemus, cur nos odistis? si aliter creditis, quid vultis occidere? An qui à vobis dissenserit, occidendus est? Testem inuoco Iesum conscientia meæ, qui & has litteras & tuam epistolam iudicaturus est, me ad commonitionem sancti Papæ Chromatij voluisse reticere; & finem facere simultatum, & vincere in bono malū: sed quia minaris interitum, nisi tacero; respondere compellor; ne videar tacendo crimen agnoscere; & lenitatem meam, malæ conscientia signum interpretaris. Hoc est verum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnicum officina & meditatione prolatum. Si tacero, criminofus ero: si respondero, thaledicus. Tu me ergo & prohibes, & cogis ad respondendum. In quo vtrumque moderabor; vt & obiecta diluam, & ab iniuria temperem. quis enim eum non timeat, qui est paratus occidere? sequarque vestigia propositionis tuæ, seruans cætera illis eruditissimis libris, quos, antequam legerem, confutauit. Dicis te accusationem meam ad eos tantum misisse, qui meis verbis læsi fuerant, & non ad plures: quia non ad ostentationem, sed ad ædificationem Christianis loquendum est. Et vnde, oro te, librorum tuorum ad me fama peruenit? quis eos Romæ, quis in Italia, quis in Dalmatia disseminauit? si in scriniis tuis & amicorum tuorum latebant, ad me quo modo mea crimina peruenerunt? Et audes dicere, te non ad ostentationem, sed ad ædificationem quasi Christianum loqui, qui de senex tanta confingis, quanta non diceret de latrone homicida, de scorto meretrix, scurra de mimo? qui parturis mihi montes criminum, & gladios, quos defigas in iugulum meum, tanto ante tempore exactus? Iccirco ne cereales & anabasi tui per diuersas

provincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent? vt panegyricum tuum per angulos, & plateas, ac mularcularum textrinas recitarent? Hæc est tua illa sancta verecundia, hæc ædificatio Christiana: sic modestus, sic pudens, vt cateruatim de occidente venientes mihi tua maledicta narrauerint; ita memoriter & consentaneè, vt ego cogere non scriptis tuis, quæ necdum legeram, sed scriptorum respondere opinionibus, & volentia toto orbe iacula falsitatis, clypeo veritatis excipere.

Sequitur in epistola tua: Noli multo auro redimere notarium meum; sicut amici tui de meis *πρόπαι* schedulis, nondum emendatis, nondum ad purum digestis fecerunt; vt facilius fallere possent, quod aut nullus haberet, aut admodum pauci. gratis à me missum suscipe codicem, quem sensu magno cuperes comparatum. Non te pudet proæmij? Ego auro redimerem notarium tuum? ecquis talis, ac tantus est, vt audeat cum Cresco, & Dario pugnare diuitiis vt subitum Demaratum, & Crassum non pertimescat? Vtique adeo ne obduraſti frontem, vt mendacium ponas spem tuam, & existimes te protegi posse mendacio; & quidquid finxeris, tibi credendum putes? Quis Bethlehem de cubiculo fratris Eusebij furatus est epistolam laudatricem tuam? Cuius artificio, & à cuius ministris in sanctæ Fabiolæ hospitio & viri Christiani & prudentis Oceani, inuentus est codex, quem illi numquam viderant? An iccirco te existimas innocentem, si quidquid tuum est, in alios conferas? Quicumque te offenderit, quamuis simplex, quauis innoxius sit, illico criminofus fiet? Habes enim, per quod Danaes est victa pudicitia, quod Giezi magistri prætulit sanctitati, propter quod Iudas tradidit Dominum suum. Videamus tamen, quid meus necessarius de schedulis tuis, necdum emendatis, & nondum ad purum digestis, falsauerit; & ob id facilius ei falsata fuerint, quod aut nullus eas haberet, aut admodum pauci. Et ante scripsi, & nunc eadem, Deo audiente, protestor, me non approbasse accusationem eius, nec cuiusquam Christiani in Christianum. quid enim necesse est, in multorum scandala ruinaque proferri, quæ secretò aut corripere valeas, aut emendare? Sed quia vnusquisque viuit stomacho suo; & amicus non statim Dominus est alterius voluntatis: sicut accusationem etiam veram reprehendo; sic falsitatem schedularum in sancto viro non suscipio. quid enim homo Latinus de interpretatione Græca potuit immutare? aut quid subtraheret, vel adderet in libris *πρόπαι*, vbi sic contexta sunt omnia, & alterum pendet ex altero, vt quidquid tollere volueris, vel addere, quasi pannus in vestimento statim appareat? Quod ergo me mones, ipse facio: paululum saltem humani, si non Christiani pudoris assume: ne despecta, & calcata conscientia tua, verbis te purgarum putes, qui rebus, vrgeris. Si Eusebius auro redemit inemendatas schedulas, quas falsaret: tu profer tuas, quæ falsata non sint; & si probaueris nihil in eis hæreticū, tunc ille crimine tenebitur falsitatis. quamuis mutes, quamuis corrigas, catholicas non probabis. si enim error est in verbis, aut in paucis sensibus; possunt detruncari mala, & bona pro his reponi. vbi autem tota disputatio æqualis est; vt vniversæ rationabiles creaturæ, quæ propria voluntate corruerant, in vnum postea reuertantur statum; vt rursus ex eodem principio alia sint ruina: quid habes emendare, nisi cuncta mutaueris? Quod si facere volueris, iam non libros alienos interpretaberis, sed condones tuos. Hoc autem cuiusmodi argumentum sit, non

intelligo.

Rom. 12

1. Ioan. 3

Matth. 5

Ioan. 18

A. Qu. 15

Galat. 1.1

CAP. 2.

Et. 18

4. Reg. 5

intelligo. Quia, inquis, inemendatæ, & nondum ad purum digestæ erant schedulæ: iccirco facilius ab Eusebio falsatæ sunt. Aut ego tardior sum, aut mihi satis fatuum & obtusum videretur. Si nondum emendatæ, nec ad purum digestæ erant schedulæ: error earum non Eusebio imputabitur, sed moræ & tarditati tuæ, qui emendare cessasti. Et in eo solo erit ille culpabilis, quia scripta tua cito disseminauit in vulgus, quæ tu paulatim emendare decreueras. Sin autem, vt tu vis, eas falsauit Eusebius: quid causaris atque præterdis inemendatas, & necdum ad purum digestas in publicum prorupisse? & emendatæ enim & non emendatæ similem recipiunt falsitatem. Nullus, inquis, eos habebat libros, aut admodum pauci. In vno sermone quanta diuersitas? Si nullus eos habebat, quo modo apud paucos erant? si pauci habebant, cur nullum habuisse mentiris? Cùm autem dicas apud paucos fuisse; & te ipso confitente subuersum sit, quod nullus habuerit: vbi est illud, quod quaeris auro redemptum notarium tuum? Dic nomen notarij, quantum auri datum sit: vbi, per quæ, aut cui datum. Vti que proditorum tuum abiiecisti à te, & tanti facinoris reum à tuo consortio separasti. Vide ne magis illud verum sit à paucis illis amicis tuis & Eusebio, & cæteris data exemplaria: quæ ita inter se congruunt, atque consentiunt, vt ne puncto quidem alterum ab altero differat. Deinde cuius prudentiæ est, dare exemplar aliis, quod nondum emendaueras? Scriptæ ad purum non erant schedulæ; & emendandos errores tuos iam alij possidebant. Sentis ne non hæere inter se mendacium? Et quid tibi in articulo temporis profuit, vt episcoporum sententias subterfugeres, patere discussum, & tuis te verbis redargui? Ex quo apparet iuxta inclyti oratoris elogium, te voluntatem habere mentiendi, artem fingendi non habere.

CAP. 3. Sequar ordinem epistolæ: & ipsa vt locutus es verba subnectam. Eloquentiam, vt dicis, tuam & in præfatione mea laudasse me fateor, & etiam nunc laudarem, nisi tu eam, contra Tullij tui sententiam, multa iactantia faceres odiosam. Vbi iactauit eloquentiam meam, qui etiam à te laudatam non libenter accipit? An hoc dicis, quia non vis subdola prædicatione palpari? Apertè accusaberis: vt qui laudatè respuis, sentias criminantem. Imperitiam autem tuam, non tam stultus eram, vt reprehenderem: quam nemo potest fortius accusare, quam tu ipse, dum scribis. Sed volui ostendere condiscipulis tuis, qui tecum non didicerunt litteras, quid per triginta annos in oriente profeceris: qui συγγραφεὺς ἀγράμματος procacitatem, diseritudinem, & maledicere omnibus, bonæ conscientiæ signum arbitraris. Nec tibi, vt dicis, ferulas adhibeo, neque athenogeronta meum scuticam & plagis litteras docere contendo, sed quia fulmen eloquentiæ tuæ atque doctrinæ omnes tractatores ferre non possumus, & ingenij acumine præstringis oculos nostros; intantum, vt omnes tuos inuidiosos putas: certatim opprimere te cupimus: ne si semel in scribendo obtinueris principatum, & in eloquentiæ arce steteris, cunctis nobis, qui aliquid scire volumus, mutire non liceat. Ego philosophus, rhetor, grammaticus, dialecticus, Hebræus, Græcus, Latinus, trilinguis. Hoc modo & tu bilinguis eris, qui tantam habes Græci Latini que sermonis scientiam: vt & Græci te Latinum, & Latini te Græcum putent, & Papa Epiphanius παντάλωτος, quia quinque linguis contra te, & amasium tuum loquitur. Simulque admiror qua temeritate contra tantarum artium virtū audeas dicere: tu qui tot disciplinarum

oculis vigilas, quo modo venia donandus es, si erraueris, & non perpetuo pudoris silentio cōtegendus? Quod cum legissem, & me putarem alicubi in sermone lapsum, (qui enim in verbo non peccat, iste perfectus est) & suspicarem eum aliquid mediū prolaturum esse vitiorum: subito intulit: Ante biduum mihi quam proficisceretur harum baiulus, in manus venerunt, quæ in me declamasti. Vbi est ergo quod minaris & dicis, quo modo donandus es venia si erraueris, & non perpetuo pudoris silentio cōtegendus. Nisi forte præ angustia temporis non potuisti ea in ordinem digerere. aut aliquem de eruditis conducturus eras, qui in opusculis meis gemmarum eloquentiæ tuæ ornamenta perquireret. Supra scripsisti, gratis à me missum codicem suscipe, quem censu magno cuperes comparatum: & nunc humilitatis præstigijs loqueris. Imitari te volui, sed resistentante eo qui ad te remeabat, malui paucis ad te quam ad alios pro tuis maledictis latius scribere. Et interim audacter fruior imperitia tua. Semel enim confessus es, dicens, superflua tibi reprehensio fuit in paucis, quæ professam habetur in omnibus. Nec reprehendam, quod comparatum codicem pro empto posueris: cum comparatio æqualium sit, emptio pretij annumeratio: & resistentante eo, qui ad te remeabat, sordidissimæ elocutionis περισολογία, tantum sensibus respondebo, & te nequaquam sollicitam, ac barbaram, sed mendacem, subdolum; impudentem esse conuincam. Si ad me tantum epistolam scribis, vt me commoneas & emendatum velis, ne cæteris scandalum facias, & aliis furentibus iugulentur alij: cur libros contra me scribis ad alios, & legendos per satellites tuos toto orbe dispergis? Vbi est syllogismus tuus, quo me irretire conaris, & loqueris: Quem in hoc magister optime emendare cupiebas, si illi ad quos scribis nihil deliquerant? Si me quem arguis, non ad me scripseras. Et ego tuis tibi respondebo sermonibus. Quem emendare cupiebas magister indocte? Eos ne qui non peccauerant: an me, ad quem non scripseras? Brutos putas esse lectores, & omnes non intelligere prudentiam tuam: immo malitiam, qua & serpens prudentior fuit cunctis bestiis in paradiso: vt à me secretam admonitionem flagites, quem publica accusatione persequeris: & non te pudet accusationem tuam Apologiam vocare? Quereris que cur opponam clypeum pugioni tuo: & tibi quasi religiosus & sanctulus personam humilitatis imponis, & dicis: Si erraueram, quare scribis aliis, & non me ipsum redarguis? Hoc ipsum in te retorquebo. Quidquid enim me non fecisse causaris, quare non ipse fecisti? Velut si quis pugnis aliquem calcibusque collidens, si resistere voluerit, dicat ei: Nōne tibi præceptum est: est: qui te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram? Quid enim, bone vir, tibi præceptum est vt me verberes? Oculum mihi effodias: & si paululum me commouero, Euangelij mihi præcepta cantabis? Vis scire totas argutiarum tuarum strophas, & vulpecularum insidias, quæ habitant in parietinis: de quibus Ezechiel loquitur: Quasi vultes in deserto prophetæ tui Israël? Ausculta quid feceris. Ita: me in tua præfatione laudasti, vt obicerentur mihi laudes tuæ: & nisi me alienum à tanto laudatore dixissem, hæreticus iudicaret. Postquã repuli crimina, id est, laudes tuas: & absque inuidia tui nominis, respondi criminibus non criminatori: atque vt me catholicum à te infamatus probarem, inuectus sum in hæreticos: irasceris, furis, & luculentissimos libros contra me cendis: quos cum legendos & cantandos omnibus

Iacobi 3

Genes. 3

Math. 3

Ezech. 13

nibus tradidisses: certatim ad me de Italia & urbe Roma atque Dalmatia scripta venerunt, quibus me laudator pristinus ornasse præconiis. Fateor illico ad obiecta respondi: & me non esse hæreticum totis viribus probare conatus sum. Misi quæ hos ipsos Apologias meæ libros ad eos, quos tu vulneraueras: ut venena tua, nostra sequeretur antidotus. Ob hanc culpam mittis mihi & priores libros, & recentem epistolam plenam iniuriarum & criminum, Quid me vis facere bene amice? Taceam? Videbor crimen agnoscere. Loquar? Terres me gladius tuus: & accusationem non iam ecclesiasticam, sed tribunalium comminaris. Quid feci? Quid commerui? In quo te læsi? Quia me negavi hæreticum? quia me tuis laudibus duxi indignum? quia hæreticorum fraudulentias & periuriam aperto sermone descripsi? Quid ad te: qui & catholicum & veracem te esse iactas: qui libentius me accusas, quam te defendis? Num mea defensio, accusatio tua est? Aut aliter orthodoxus esse non poteris, nisi me hæreticum comprobaueris? Quid tibi prodest societas mea? aut quæ est ista prudentia? Accusatus ab aliis accusas alium. Ab alio apperetur: & illi tergum obuertens, quiescentem contra te protocas. Testor mediatorum Iesum, inuitum me & repugnātem ad hæc verba descendere: & nisi tu prouocares, semper taciturnum fuisse. Denique noli accusare, & ego cessabo defendere. Quæ enim est audientium ædificatio, duos senes inter se propter hæreticos digladiari: præsertim cum ambo catholicos se videri velint? Omitramus hæreticorum patrocinium: & nulla erit inter nos contentio. Eodem seruore quo Origenem ante laudauimus, nunc damnatum toto orbe, damnemus. Iungamus dextras, animos copulemus: & duos orientis atque occidentis προπάτωφόρους, alacri sequamur incessu. Errauimus iuuenes, emendemur senes. Si frater es, me gaude correctum, si amicus sum, de conuersione tua debeo gratulari. Quamdiu inter nos iurgium fuerit, videbimur rectam fidem necessitate ducere non voluntate. Inimicitia nostræ inuicem nobis tollunt testimonium veteris poenitentia. Si vnum credimus, si idem & volumus & nolumus, ex quo firmas nasci amicitias etiam Catilina testatur, si hæreticos pariter odimus, & veterem æque damnamus errorem: quid contra nos tendimus, cum eadem oppugnemus, eadem defendamus? Ignosce mihi, quod Origenis eruditionem & studium scripturarum, antequam eius hæresim plenius nossem, in iuuenili ætate laudauim: & ego tibi dabo veniam, quod Apologiam librorum eius cano scripseris capite. Ante biduum quam ad nos epistolam scriberes, libellos meos in manus tuas vehisse testaris, & iccirco non habuisse spatium ex otio respondendi: alioqui, si meditatus in nos paratusque dixisses, fulmina iacere, non crimina videreris. Et quis tibi credet, homini veracissimo, ut negotiator orientalium mercium, qui & hinc deportata vendere necesse habebat, & ibi emere, quæ huc rursus adueheret, biduum tantum Aquileiæ fuerit, ut raptim & ex tempore contra nos dictare epistolam cogereris? Libri enim tui, quos limasti per triennium, disertiores sunt. Nisi forte non fuit impræsentiarum qui tuas emendaret naznias: & iccirco omne iter dictionis tuæ, absque Palladis arte, salebris & voragibus vitiorum inciditur. Tam apertum temporis mendacium est, ut non dicam respondere, sed legere biduo mea scripta non potueris. Ex quo apparet, te illam epistolam aut pluribus diebus scripsisse, ut styli ipsius elegancia probat, aut si tumultuaria dictio est, nimium te esse negligentem, qui cum extem-

poralis talis sis, meditatus deterior fueris. Illud autem, quod tergiueris, & dicis te ea translulisse de Græco, quæ ego prius Latino sermone translulerim, non satis intelligo quid velis dicere: nisi forte adhuc commentarios ad Ephesios criminaris, & quasi nihil tibi super hoc responsum sit, obduras frontis impudentiam; nec auribus obruratis voces recipis incantantis. Nos in commentariis & illis, & aliis, nostram ^{Plat. 17} & aliorum sententiam explicauimus, aperte confitentes quæ sunt hæretica, quæ catholica. hic est enim commentariorum mos, & explanantium regula, ut opiniones in expositione varias persequatur, & quid vel sibi vel aliis videatur, edisserant. & hoc non solum sanctarum interpretes scripturarum, sed secularium quoque litterarum explanatores faciunt, tam Latinae linguæ, quam Græcæ. Tu in libris *περι αρχών*, id ipsum obtendere non potes. arguet enim te præfatiuncula tua: in qua polliceris, detruncatis malis, & quæ ab hæreticis addita fuerant, optima remansisse: ut quidquid ibi vel bonum vel malum dixeris, iam non ei imputetur, quem transfers, sed tibi, qui interpretatus es. nisi forte hæreticorum errores emendare debueras, & Origenis mala proferre in medium. sed de hoc, quia nos remisit ad codicem, ante tibi respondimus quam tua scripta legeremus.

De Pamphili libro, non ridiculosa, ut tu scribis, sed ridicula mihi forte res accidit, ut postquam Eusebij asseruim illum esse, non Pamphili, ad extremum dixerim, etiam me annos plurimos hoc putasse, quod Pamphili fuerit, & à te exemplar huius voluminis mutuatum. Vide quantum timeam cachin nos tuos, ut etiam nunc eadem ingeram. De tuo codice quasi Pamphili exemplar accepimus. Credidi Christiano, credidi monacho: non putavi tantum sceleris à te posse confingi. postea verò per interpretationem tuam, quæstione contra Origenem toto orbe commota, in quærendis exemplaribus diligentior fui; & in Cæsariensi bibliotheca Eusebij sex volumina reperi *ἀπολογίας ὀριγηνέας*. quæ cum legissem, primum cum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de Filio & Spiritu sancto, in bonam partem plerisque blasphemias commutatis: & hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem, quod tu apertissime in libris *περι αρχών* fecisse conuinceris: maxime cum idem Eusebius, ut iam duobus libris docui, scribat, Pamphilum nihil proprii operis edidisse. Dic ergo & tu, à quo exemplar acceperis: nec mihi ad subterfugiendum crimen mortuos aliquos nomines, ut cum auctorem ostendere non potueris, illum proferas, qui non possit respondere. Sin autem ritulus ille in tuis scriniis fontem habet: quid sequatur, etiam me tacentem non dubitas. Verum fac ab alio quolibet amatore Origenis libri huius titulum, & auctoris vocabulum commutatum: cur hoc in Latinam linguam vertis? videlicet ut testimonio martyris omnes Origenis scriptis crederent, præmissa munitione tanti auctoris, & testis. Nec tibi sufficit doctissimi viri Apologia, nisi scribas & proprium volumen pro defensione eius: quibus per multos disseminatis, tunc iam libros *περι αρχών* vertis è Græco: & hos ipsos præfatione commendas, dicens, nonnulla in his ab hæreticis deprauata, quæ tu de aliorum librorum Origenis lectione correxeris. Me quoque laudas ne tibi amicorum meorum quispiam contradicat, Origenis *κίρυκα* prædicas: eloquentiam meam fers in celum: ut fidem in cænum deprimas, fratrem & collegam vocas, & imitorem te mei operis confiteris. Cumque à me translatas Origenis septuaginta Homilias, & non-

CAP. 4

Rom. 1

Gal. 1

& nonnullos tomos in Apostolum iactes, in quibus sic euncta limauerim, vt nihil in illis, quod à fide catholica discreper, Latinus lector inueniat: nunc eodem libros hæreticos criminaris, & versò stylo, quem prædicaueras, quia confortem putabas, accusas, quoniam perfidiæ tuæ cernis inimicum: Quis è duobus calumniator est martyris? ego, qui illum dico hæreticum non fuisse, nec scripsisse librum, qui ab omnibus reprehenditur; an tu, qui volumen hominis Ariani, titulo commutato sub nomine martyris edidisti? Non tibi sufficit scandalum Græciæ, nisi illud & Latinorum auribus ingeras; & inclytum martyrem, tua, quantum in te est; translatione deformes. Tu quidem alia mente fecisti; non vt martyrem argueres, non vt me accusares, sed vt Origenis per nos scripta defenderes. attamen scito, Romanam fidem, Apostolica voce laudatam, istiusmodi præstigijs non recipere, etiã si angelus aliter annunciet, quàm semel prædicatû est, Pauli auctoritate munitam non posse mutari. Ergo frater, siue à te falsatus est liber, vt multi putant, siue ab altero, vt forsitan tu persuadere conaberis, & temerè credidisti, hæretici hominis *συνταγμα*, esse martyris; muta titulum, & Romanam simplicitatem tanto periculo libera. non tibi expedit, vt per te clarissimus martyr hæreticus iudicetur, vt qui effudit pro Christo sanguinem, contrarius fidei Christi approbetur. Dic potius: inueni librum, putavi illum martyris: ne timeas penitentiam. Iam te non vrgebo, non quæram à quo acceperis: vel mortuorum aliquem nominato: vel in platea ab ignoto homine te emisse dicitò. non enim damnationem tuam quærimus, sed conuersionem. Melius est, vt tu erraueris, quàm vt martyr hæreticus fuerit. Interim de præsentì compede utcumque erue pedem. In futuro iudicio tu videris, quid ad martyris contra te respondeas querimonias. Proponis etiã tibi, quod nemo obicit: & diluis, quod nullus accusat. Ais enim, quod in meis litteris legeris: Dic quis tibi permisit, vt interpretans quædam auferres, quædam mutares, quædam adderes? Statimque tibi ipsi respondes, & contra me loqueris: En tibi dico: Quæso quis permisit, vt in commentarijs tuis quædam de Origine, quædam de Apollinatio, quædam ex te ipso scriberes, & non de Origine totum aut ex te, aut ex alio? Interim in te dum aliud agis, crimen fortissimum prodidisti: & oblitus es veteris prouerbij, mendaces memores esse debere. Dicis enim me in commentarijs meis quædam de Origine, quædam de Apollinario, quædam ex me ipso posuisse: Si ergo Apollinarij sunt, & Origenis, quæ sub aliorum nomine posui: quo modo in libris tuis mihi crimen impingis: quod quando scribo; alius hoc dicit, quidam sic suspicatur; alius, ille, & quidam, ego sum. Inter Apollinariũ, & Didymum explanationis, styli, & dogmatum magna diuersitas est. Cũ in vno capitulo diuersas pono sententias, num contrarios sensus sequi crededus sum? Sed hæc alia. Nunc quæro à te; quis tibi obiecerit, quare de Origine vel abstuleris quædam, vel addideris, vel mutaueris, & te quasi in eculeo appensum interrogauerit, bona sunt, an mala, quæ transtulisti? Frustra simulas innocentiam; vt interrogatione stulta veram percunctationem extenties. Ego non accusaui, quare Origenem pro voluntate transtuleris: hoc enim & ipse feci, & ante me Victorinus, Hilarius, Ambrosiusque fecerunt: sed quare translationem hæreticam præfationis tuæ testimonio roborasti? Cogis me eadem rursus iterare, & per meas lineas incedere. dicis enim in eodem prologo; te ea, quæ ab hæ-

reticis addita fuerant, amputasse, & pro his reposuisse bona. Si hæreticorum mala abstulisti, ergo quæ dimisisti, vel addidisti, aut Origenis erunt, aut tua, quæ utique quasi bona posuisti. Sed multa in his mala negare non poteris. Quid inquires, ad me? Origeni imputa. Ego enim ea tantum, quæ ab hæreticis addita fuerant, commutavi. Expone causas, quare hæreticorum mala tuleris, & Origenis integra dereliqueris? Nonne perspicuum est, quod mala Origenis ex parte sub hæreticorum nūcupatione damnaueris, & ex parte susceperis; quia non mala, sed bona, & tuæ esse fidei iudicabas? Hæc sunt; de quibus quæsiui, vtrum bona essent, an mala, quæ in præfatione laudasti; quæ amputatis pessimis, quasi optima remansisse confessus es: & te in veræ argumentationis appendi eculeo: vt si bona dixeris, hæreticus comproberis; si mala, statim audias: cur ergo, quæ mala sunt; in præfatione laudasti? Et non illud adiunxi, quod tu callidè simulas: cur quæ mala erant, ad Latinorum notitiam transtulisti? Mala enim ostendere, interdum non docentis est, sed vetantis: vt caueat lector, non vt sequatur errores; vt nota cõtemnat, quæ nonnumquam ignota miraculo sunt. Et audes post hæc dicere, quod ego auctor talij scriptorum sum; tu autem vt interpres, in quibus emendare aliquid potueris, plus egestis quàm interpres, in quibus non potueris, solum interpres fueris. Rectè ista diceres, si libri tui *ορει ἀρχόν*, præfatiunculam non haberent: quod & Hilarius in transferendis eius homilijs fecit, vt & bona & mala non interpreti, sed suo imputarentur auctori. Si non dixisses, amputasse te pessima, & optima reliquisse, utcumque de luto euaderes. hoc est, quod destruit strophas ingenij tui, & te hinc inde constrictum euadere non sinit. nec intantum abutare simplicitate lectoris, & sic omnes, qui tuam scripturam lecturi sunt, brutos putes, vt cùm vulnera putrescere sinas, sano corpori te imponere emplastra non rideant.

De carnis resurrectione quid sentias, iam in Apologia tua didicimus, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis defecta. Hæc est enim tuæ simplicitatis pura & aperta confessio, quam ab omnibus Italiæ episcopis asseris esse susceptam. Crederem dicenti, nisi me dubitare de te, iste liber non Pamphilij faceret. Et tamen miror, quo modo probauerit Italia, quod Roma contempsit; episcopi susceperint, quod Sedes Apostolica condemnauit. Scribis quoque me litteris indicasse, quod papa Theophilus expositionem fidei nuper ediderit, quæ ad vos necdum peruenit: & polliceris, quod quidquid ille scripserit, tu sequaris. Ego me hoc scripsisse nõ noui, nec istiusmodi vquam litteras direxisse. sed tu iccirco ad incerta consentis & his, quæ qualia futura sint nescis; vt certa declines, & ad eorum nõ tenearis assensum. Duas, synodicam, & paschalem, eius epistolas contra Origenem, illiusque discipulos, & alias aduersum Apollinarium, & eundem Origenem, per hoc ferme biennium interpretatus sum, in ædificationem Ecclesiæ, legendas nostræ linguæ hominibus dedi; aliud operum eius nescio me transtulisse. Et tamen tu, qui papæ Theophili dicis te in omnibus sententiam sequi, caue ne hoc magistri & condiscipuli tui audiant, & offendas quamplurimos; qui me latronem, te martyrem vocant: ne irascatur is tibi, qui contra papam Epiphanium ad te epistolas dirigens, hortabatur vt permaneres in fidei veritate; & non mutares vilo terrore sententiam. quæ epistola holographa tenetur ab iis, ad quos perlata est. Et post hæc more tuo loqueris, vt de quo supra dixeras: Ego tibi

CAP. 3.

tibi

tibi etiam furenti satisfaciam: nunc dicis, Quid tibi videri habes ne ultra aliquid, quo nervos tuæ loquacitatis intendas? & indignaris si putidè te loqui arguam, cum comcediarum turpitudines & scortorum amatorumque ludicra ecclesiasticus scriptor assumas. Porro quòd interrogas quando papæ Theophili sententiam sequi coeperim, ei que fide comunione sociatus sim; & ipse tibi respondes; tunc credo quando Paulum, quem ille damnauerat, summo nisu & omnibus studiis defendebas, quòd eum per imperiale scriptum recipere sacerdotium, quod episcopali iudicio amiserat, instigabas. Non prius pro me respondebo, quam de aliorum iniuriis loquar. Cuius est humanitatis, cuiusve clementiæ, insultare aliorum miseris, & vulnera cunctis aliena monstrare? sicine te docuit ille Samarites, seminecem ad stabulum reportare? oleum plagis infundere? mercedem stabulario polliceri? sic reuectam ouem, repertam drachmam, prodigum filium legis esse susceptum? Esto, ego te læseram, & quibusdam, vt dicis, stimulis ad malè dictorum insaniam prouocaram: quid meruit homo latens, vt nudares cicatricem eius; & obductam cutem insperato dolore rescinderes? nõnne, etiam si ille dignus esset cõtumeliis, tu facere non deberes? Aut ego fallor, aut illud est verum, quod pluri iactitant, te Origenistarum hostes in illo persequi, & sub occasione vnius in vtrumque seuire. Si papæ Theophili sententiis delectaris, & nefas putas pontificum decreta conuelli: quid de cæteris dicis, quos ipse damnauit? quid de Papa Anastasio, de quo nulli, vt ais, verum videtur, vt tantæ vrbis sacerdos vel innocenti tibi iniuriam facere potuerit, vel absenti? Nec hoc dico, quòd de episcoporum sententiis iudicem, aut eorum cuiquam statuta rescindi, sed quòd vnusquisque suo periculo faciat, quod sibi videtur; & ipse nouerit, quo modo de suo iudicio iudicandum sit. Nobis in monasterio hospitalitas cordi est; omnesque ad nos venientes lata humanitatis fronte suscipimus. veremur enim, ne Maria cum Ioseph locum non inueniat in diuersorio, ne nobis Iesus dicat exclusus: Hospes erant, & non suscepistis me. Solos hæreticos non recipimus, quos vos solos recipitis. Propositum quippe nobis est pedes lauare venientium, non merita discutere. Recordare frater confessionis eius, & pectoris, quod flagella secuerunt: memento carceris, tenebrarum, exilij, metallorum: & non indignaberis hospitio transeuntem esse susceptum. An ideo tibi rebelles videmur, quia calicem aquæ frigidæ in nomine Christi sitientibus porrigimus? Vis scire, vnde illum & nos plus amare, & tu odisse plus debeas? Hæreticorum factio, nuper fugata de Ægypto, & Alexandria, se Hierosolimam contulit; & huic voluit copulari, vt quorum vnus esset dolor, vna fieret & accusatio, quos ille repulit, spreuit, abiecit, dicens se non esse inimicum fidei; nec contra Ecclesiam bella suscipere: quod prius tentauit, doloris fuisse, non perfidiæ: nec alterius appetisse innocentiam, sed suam probare voluisse. Impium putas, post sententias sacerdotum, imperiale rescriptum: quod quale sit, nouerit ille, qui meruit. Quid tibi videtur de his, qui damnati palatia obsident; & factocuneo, fidem Christi in vno homine persequuntur? Meæ autem cõmunionis, & Papæ Theophili, nullum alium testem vocabo, nisi ipsum quem à me læsum simulas: cuius epistolas ad me semper das, etiam eo tempore non ignoras, quo mihi eas reddi prohibebas: & quotidie missis tabellariis, inimicum eius amicum nostrum & familiarissimum iactabas:

& ea quæ nunc impudenter scribis, mentiebaris: vt illius contra nos odia concitares; & iniuriæ dolor si fieret oppressio. Sed vir prudens, & Apostolica sapientiæ, tempore ac rebus probauit & nostrum in se animum, & vestras contra nos insidias. Si discipuli mei, vt scribis, tibi Romæ insidias conceitarunt, & incmendatas schedulas, te dormiente furati sunt: quis Papam Theophilum aduersus perduelles in Ægypto suscitauit? quis regum scita? quis orbis in hac parte consensum? Et gloriaris te ab adolescentia Theophili fuisse auditorem, & discipulum: cum & ille, antequam episcopus fieret, pro humilitate sibi infita numquam docuerit; & tu, postquam hic episcopus factus est, Alexandriæ non fueris. Et audes dicere in suggillationem mei, Magistros meos nec accuso, nec muto. Quod si verum est, suspectam mihi facis conuersationem tuam. nec enim damno, vt criminari institutores meos, sed metuo illud Esaiæ: Vt qui dicunt malum bonum, & bonum malum; qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras; qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum. Tu autem, dum inter multum magistrorum & venena pariter bibis, à magistro Apostolo recessisti; qui docet etiam angelum, & se, si in fide errauerint, non sequendos.

In Vigilanti nomine quid somnies, nescio. Vbi enim eum scripsi hæretica apud Alexandriam cõmunionem maculatum? Da librum, profer epistolam: nusquam omnino reperies; & eadem licentia, immo impudètia mentiendi, qua putas omnes tuis sermonibus credituros, addis: Quando testimonium de scripturis in eum tam iniuriose posuisti, vt ego id repetere meo ore non audeam. Non audes repetere, qui tacendo amplius criminaris? Et quia non habes quod obicias, simulas verecundiam: vt lector te putet mihi parcere, qui mentiens nec tuæ animæ percipisti. Quod est illud testimonium de scripturis, quod de tuo illo pudentissimo ore non exeat? aut quid in sanctis libris potest turpe memorari? Si erubescis loqui, scribe saltem; vt nos procacitatis proprius sermo conuincat. Vt cætera sileam, ex hoc vno capitulo comprobabo, ferream te fronte possidere fallaciæ. Vide quantum timeam criminacionem tuam. Si protuleris, quod minaris, mea erunt vniuersa quæ tua sunt. Ego in Vigilanti tibi respondi. Eadem enim accusabat, quæ tu postea & amicus laudas, & inimicus accusas. Scio à quo illius contra me rabies concitata sit: noui cuniculos tuos. Simpliciter quam omnes prædicant, non ignoro. Per illius stultitiam tua in me malitia debacchata est: quam ego si epistola mea repuli, ne solus habere videaris baculum litterarum; nõ debes turpitudinem simulare verborum, quam nusquam omnino legisti; sed intelligere, & confiteri, per illius vecordiam tuis calumniis fuisse responsum. In epistola sancti Papæ Anastasij lubricus extitisti, & turbatus: in quo figas gradum, non reperis. Modò enim dicis à me esse cõpositam; nunc ab eo ad te debuisse transmitti, cui missa est. Rursum iniustitiam scribètis arguis: etiam si scripta sit ab illo, siue non scripta, ad te nihil pertinere testaris; qui præcessoris eius habeas testimonium, & rogantem Romam, vt eam illustrares præsentia tua, opiduli tui amore contempseris. Si à me fictam epistolam suspicaris, cur eam in Romanæ Ecclesiæ chartario non requiris: vt cum deprehenderis ab episcopo non datam, manifestissime criminis reum teneas; & nequaquam arancarum mihi opponas cassiculos, sed fortissimo me & solidissimo constringas reti. Si autem Romani episcopi est, stultè facis

Lecc. 20. 1

Esa. 5

Galat. 1

CAR. 6.

Lucæ 2
Math. 25

Marci 9

facis ab eo exemplar epistolæ petere, cui missa non est, & non ab illo, qui misit; de oriente expectare testimonium, cuius auctorem & testem habeas in vicino. Vade potius Romam, & presens apud eum expostula, cur tibi & absentis, & innocenti fecerit contumeliam: primum, ut non reciperet expositionem fidei tuæ, quam omnis, ut scribis, Italia comprobavit; & baculo tuarum uti noluerit litterarum contra canes tuos: deinde ut epistolas contra te ad orientem mitteret, & cauterium tibi hæreseos, dum nescis, inuret: diceretque libros Origenis *πρὸς ἀρ. δὲ* à te esse translatos: & simplici Romanæ Ecclesiæ plebi traditos, ut fidei veritatem, quam ab Apostolo didicerant, per te perderent; & quo tibi maiorem faceret invidiam, ausus sit criminari hos ipsos, præfationis tuæ testimonio roboratos. Non est leue, quod tibi impingit tantæ urbis Pontifex, vel ab alio obiectum temere suscipit. Vociferare, & clamita per compita, per plateas, non est, non est meus liber; & si meus est, schedulas inemendatas Eusebium furtim abstulit. aliter ego edidi, immo nec edidi: nulli eas dedi, aut certè paucis; & tam sceleratus inimicus, tam negligentis amici fuerunt, ut omnium codices ab eo pariter falsarentur. Hæc frater charissime, facere debueras, & non illi tergum obuertens, in me transmarinas maledictorum tuorum sagittas dirigere. Quid enim vulneribus tuis prodest, si ego fuero vulneratus? an solatium percussus est, amicum secum videre morientem? Syritij, iam in Domino dormientis, profers epistolam, & viuentis Anastasij dicta contemnitis. quid enim tibi, ut ais, officere potest, quod te ignorante, aut scripsit, aut forte non scripsit? & si scripsit, sufficit tibi totius orbis testimonium: quod nulli verum videtur, ut tantæ urbis sacerdos vel innocentem iniuriam facere poteris, vel absentem. Innocentem te vocas, ad cuius interpretationem Roma contremuit; absentem, qui accusatus respondere non audes. & tantum Romanæ urbis iudicium fugis, ut magis obsidionem barbaricam, quam pacatæ urbis velis sententiam sustinere. Esto, præteriti anni ego epistolam finxerim: recentia ad orientem scripta quis misit? In quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus, ut cum ea legeris, magis te velle defendere incipias, quam nos accusare. Simulque considera illam inimitabilem prudentiam tuam, & sales Atticos, & sancti eloquij venustatem. Ab aliis appeteris, aliorum criminatione confoderis: & contra me furibundus iactaris, & loqueris: Numquid & ego non possum enarrare, tu quo modo de vrbe discesseris? quid de te in præsentium iudicium sit? quid postea scriptum? quid iuraueris? ubi nauim conscenderis? quam sanctè periurium vitaueris? Poteram pandere; sed plura seruare statui, quam referre. Hæc sunt tuorum ornamenta verborum. Et post ista si quid in te asperum dixerò, statim mihi proscriptionem & gladios comminaris. Et interim homo eloquentissimus arte ludis rhetorica, & simulas te præterire quæ dicis, ut qui obiecta probare non poteras, quasi prætermissa faciās criminosa. Hæc est tota tua simplicitas: sic amico parcis, & referuas te ad tribunalia iudicium; ut acruum criminum mihi, dum parcis, obieceris.

CAP. 7. Vis nosse profæctionis meæ de vrbe ordinem? narabo breuiter. Mense Augusto, stantibus cæcis, cum sancto Vincentio presbytero, & adolescente fratre, & aliis monachis, qui nunc Hierosolymæ commorantur, nauim in Romano portu securus ascendi, maxima me sanctorum frequentia prosequente. Veni Rhegium: in Scylleo lictore paululum steti: ubi veteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Vlyxis cur

sum, & Sirenarum cantica, & insatiabilem Charybdis voraginem. cumque mihi accollæ illius loci multa narrarent, darentque consilium, ut non ad Proci columnas; sed ad Ionæ portum nauigarem; illum enim fugientium & turbatorum, hunc securi hominis esse cursum: malui per Malæas, & Cycladas Cypri pergere. ubi susceptus à venerabili episcopo Epiphano, cuius tu testimonio gloriaris, veni Antiochiam, ubi fructus sum communione pontificis confessoris; Paulini: & deductus ab eo media hieme, & frigore grauissimo, intraui Hierosolymam. Vidi multa miracula, & quæ prius ad me fama perulerat, oculorum iudicio comprobauit. Inde contendi Ægyptum, lustraui monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides latere perspexi. Protinus concito gradu Bechlehem meam reuersus sum, ubi adorauit præsepe & incunabula Saluatoris. Vidi quoque saniosissimum lacum: nec me inerti tradidi otio, sed multa didici, quæ ante nesciebam. Quid autem de me Romæ iudicatum sit, & quid postea scriptum, nolo taceas, præsertim cum habeas testimonia scripturarum; & ego non verbis tuis, quæ simulare potes, & impunito iactare mendacio; sed scriptis ecclesiasticis arguendus sim. Vide quantum te timeam, si vel paruam schedulam contra me Romani episcopi, aut alterius ecclesiæ protuleris, omnia quæ in te scripta sunt, mea crissima confitebor. Numquid & ego non possem profæctionem tuam discutere? cuius atatis fueris? unde, quo tempore nauigaris? ubi vixeris? quibus interfueris? Sed absit, ut quod in te reprehendo; faciam; & in ecclesiastica disputatione, animum iurgiorum deliramenta compingam. Hoc solum prudentiæ tuæ dixisse sufficiat, ut caueas in alterum dicere, quidquid in te statim retorqueri potest. In sancti Epiphaniij nomine mira tua tergiuersatio: ut post osculum, post orationem, neques eum contra te potuisse scribere: quo modo si contendas non potuisse eum mori, qui paulò ante vixerat; aut certior sit tui reprehensio, quam post pacem excommunicatio. Ex nobis, inquit, exierunt, sed non fuerunt ex nobis. si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Hæreticum, post vnam & alteram commonitionem, vitandum Apostolus præcipit: qui utique, antequam vitetur atque damnetur, ecclesiastici gregis portio fuit. Simulque risum tenere non possum, quod à quodam prudente commonitus, in laudes Epiphaniij pertonas: Hic est ille delirus senex: hic est anthropomorphites: hic qui sex millia Origenis libros te præterite cantauit; qui omnium gentium linguas prædicationem sibi contra Origenem iniunctam putat; qui ideo eum legi prohibet, ne alij eius furta cognoscant. Lege scripta tua, & epistolam eius, immo epistolas: è quibus vnum proferam tuæ fidei testimonium, ut non immeritò nunc à te laudatus esse videatur. Te autem, frater, liberet Deus, & sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, & omnes fratres qui tecum sunt, & maxime Ruffinum presbyterum ab hæresi Origenis, & aliis hæresibus, & perditione earum. Si enim propter vnum verbum, aut duo, quæ contraria fidei sunt, multæ hæreses abiectæ sunt ab Ecclesia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruersitates, & tam mala dogmata contra fidem aduenit, Dei Ecclesiæ hostis extitit? Hæc est viri sancti de te testificatio: sic ab eo ornatus, sic laudatus incedis. Ista est epistola; quam de cubiculo fratris Eusebij nummis aureis produxisti; ut calumnieris interpretem, & me apertissimè teneres criminis reum, quare pro honorabili carissimum transtulisses: Sed quid ad te, qui prudenti consilio

r. Ioan. a

Titum;

consilio cuncta moderaris; & sic medius incedis, vt si inuenieris qui tibi credant, nec Anastasius contra te, nec Epiphanius scripserint, nisi ipsæ epistolæ reclamauerint, & fregerint tuæ frontis audaciam; statim iudicium vtriusq; contemnas; & non ad te pertineat, siue scripserint, siue non scripserint; quia de innocente & absente scribere non potuerunt. Nec in sanctum virum hæc mala conferenda sunt; vt ostendatur ore quidem & osculo pacem dedisse, mala autem & dolum in suo corde seruasse. Sic enim argumentaris, & hæc sunt verba defensionis tuæ. Ipsius esse aduersum te epistolam, & orbis agnoscit, & authenticam in manus tuas venisse conuincimus: & miror, quo pudore, immo qua impudentia neges, quod verum esse non ambigis. Ergo pollutus erit Epiphanius, qui tibi pacem dedit, & in suo corde dolum seruauit. Cur non illud verius sit, quod te primum monuerit? quod noluerit emendare, & ad rectum iter reducere, vt ludæ osculum non refutaret, vt proditorem frangeret patientia; & postquam se intellexit casso sudare labore, nec pardum mutare varietates, nec Æthiopem pellem suam, quod mente conceperat, litteris indicasse? Tale quid & contra Papam Anastasium disputas, vt quia Siritij episcopi habes epistolam, iste contra te scribere non potuerit. Vereor ne tibi factam iniuriam suspiceris. Nescio quo modo homo acutus & prudens ad has ineptias deuoluaris, vt dum stultos lectores putas, te stultum esse demonstras. Post egregiam argumentationem ponis in clausula: Absit hoc à viris sanctis, de vestra schola solent ista procedere. vos nobis pacem proficiscentibus dedistis, & à tergo iacula venenis armata iecistis: & in hac eadem prudentia, immo declamatione difertus esse voluisti. Pacem dedimus, non heresim suscepimus. iunximus dexteras: abeuntes profecuti sumus, vt vos essetis catholici, non vt nos essemus hæretici. Volo tamen scire, quæ sunt ista iacula venenata, quæ post teigum vestrum nos iecisse conquereris. Vincētius, Paulinianus, Eusebius, Rufinus presbyteri; quorum Vincentius multo tempore ante vos Romam venit; Paulinianus & Eusebius post annum vestræ navigationis profecti sunt; Rufinus in causa Claudij post biennium missus; omnes vel pro re familiari, vel pro periculo capitis alieni. Numquid nosse potuimus, quod ingrediente te Romam, vir nobilis somniaret nauim plenam mercium inflatis intrare velis? quod omnes aduersum fatuum quæstiones, non fatua solueret interpretatio? quod librum Eusebii pro Pamphili verteres, quod tuum quasi operculum venenatæ patelle imponeres? quod famosissimum opus *πρὸς ἀρχαίαν* eloquij tui maiestate transferres? Nouum calumniæ genus: ante accusatores misimus, quam tu accusanda committeres. Non fuit, non fuit, inquam, nostri consilij, sed Dei prouidentia; vt missi ad aliud, contra nascentem hæresim dimicarent, & in morem Ioseph famem futuram fidei ardore subleuant. Quo non erumpat semel effrenata audacia? Alienum crimen sibi obicit, vt nos fuisse videamur. Quod absq; nomine dictum est, in se dictum refert: & purgans externa peccata, tantum de sua securus est innocentia. iurat enim se epistolam non scripisse ad Afros sub nomine meo, in qua confitear inductum me à Iudæis mendacia transfuisse: & mittit libros eadem omnia continentes, quæ nescisse se iurat. Et miror, quo modo prudentia eius cum alterius nequitia conuenerit; vt quod alius in Africa mentitus est, hic concorditer verum diceret; stylique eius elegantiam nescio quis imperitus posset imitari. Tibi soli licet hæreticorum

venena transferre, & de calice Babylonis cunctis gentibus propinare. Tu Latinas scripturas de Græco emendabis, & aliud ecclesiis trades legendum, quam quod semel ab Apostolis susceperunt: mihi non licebit, post Septuaginta editionem, quam diligentissime emendatâ ante annos plurimos meæ linguæ hominibus dedi, ad confutandos Iudæos etiam ipsa exemplaria vertere, quæ ipsi verissima consentunt; vt si quando aduersum eos Christianis disputatio est, non habeant subterfugiendi diuerticula, sed suomet potissimum mucrone feriuntur? Plenius super hoc & in multis aliis locis, & in fine secundi libri, vbi accusationi tuæ respondi, scripsisse me memini: & popularitatem tuam, qua mihi inuidiam apud simplices & imperitos niteris concitare, perspicua ratione compeosci, illucq; lectorem transmittendū puto. Hoc intactum præteriri non patiar; ne doleas factorem schedularum tuarum confessoris apud me gloriam possidere; cum tu, eiusdem criminis reus, post Alexandrinum exilium & tenebrosos carceres à cunctis Origenis sectatoribus martyr & Apostolus nomineris. Super excusatione imperitiæ tuæ, iam tibi respondi. sed quia eadem repetis, & quasi superioris tuæ defensionis oblitus, rursum admones: vt sciamus te, per triginta annos Græcis voluminibus deuoratis, Latina nescire: paulisper attende, me non pauca in te verba reprehendere, (alioquin omnis tibi scriptura delenda est) sed voluisse ostendere discipulis tuis, quos magno studio nihil scire docuisti, vt intelligerent cuius verecundiæ sit, docere quod nescias, scribere quod ignores; & eandem magistri sapientiæ etiam in sensibus quærerent. Quodque addis, peccata putere, non verba, mendacium, calumniam, detractionem, fallum testimonium, & vnicuiusque conuicia, & os quod mentitur occidit animam, monesque ne ille factor nares meas penetret: crederem dicenti, nisi facta contraria deprehenderem: quasi si fullo & coriarius moneant pigmentarium, vt narius obturatis, tabernas suas prætereat. Faciam ergo, quod præcipis: claudam nares meas; ne veritatis & benedictionum tuarum suauissimo odore crucientur. In laude & detractione mea, quia vatiis exercitisti, miro acumine argumentatus es: sic tibi licere de me & bene & male dicere, quo modo & mihi licuerit Origenem & Didymum reprehendere, quos ante laudauerim. Audi ergo, vir sapientissime, & Romanæ dialecticæ caput, non esse vitij hominem vnum laudare in aliis, & in aliis accusare, sed eandem rem & probare, & improbare. Ponam exemplum, vt quod non intelligis, prudens mecum lector intelligat. In Tertulliano laudamus ingenium, sed damnamus hæresim: in Origenem miramur scientiam scripturarum, & tamen dogmatum non recipimus falsitatem. in Didymo verò & memoriam prædicamus, & super Trinitate fidei puritatem: sed in cæteris, quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes: Grammatici quidam Afrum habuit Romæ; virum eruditissimum: & in eo se æmulum præceptoris putabat, si stitidorem linguæ eius, & vitia tantum oris exprimeret.

In præfatiuncula *περὶ ἀρχαίων*, fratrem me nominas, & collegam dicis eloquentissimum, fidei meæ prædicas veritatem. his tribus detrudere non poteris; cætera carpe vt libet; ne videaris tuo de me testimonio repugnare. Cum fratrem & collegam dicis; amicitia tuâ dignum fateris. cum eloquentem prædicas; imperitiæ vltra non arguis. cum catholicum

Hier. 13

Sapientia

Gen. 41

CAP. 8.

tholicum in omnibus profiteris; hæreseos non poteris mihi crimen impingere. extra hæc tria si quid in me reprehenderis, non tibi videberis esse contrarius. Ex qua supputatione illa summa nascitur; & te errare, ea in me reprehendentem, quæ prius laudaveras; & me non esse in vitio, si in eisdem hominibus & laudanda prædicem, & vituperanda reprehendam. Transis ad animarum statum, & prolixius fumos meos increpas: atque, ut tibi liceat ignorare, quod consultò te scire dissimulas; quaris à me primum de cælestibus, quo modo angeli, quo modo archangeli sint; quæ eis, vel qualis habitatio; quæve inter ipsos differentia; aut si nulla omnino, quæ solis sit ratio, vnde augmenta lunæ, vnde defectus, quis vel qualis sit siderum cursus. Miror; quo modo oblitus sis illos versiculos ponere: Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant, Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant: Defectus solis varios, lunæque labores: Vnde hominum genus, & pecudum: vnde imber, & ignes: Arcturum pluuiasque hyadas, geminosque triones: Quid tantum oceano properent se tingere soles Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus oblitet. Deinde cælestia deserens, & ad terrena descendens, in minoribus philosopharis. Interrogas enim me: Dic nobis, quæ fontium ratio? quæ ventorum? quid grando? quid pluuiæ? quid mare salum? quid flumina dulcia? quid nubes, aut imbres, fulgura, aut tonitrua, aut fulmina? Ut postquam me hæc nescire respondero, tutò tibi liceat de animabus ignorare; & vnius rei scientiam tantarum rerum ignoratione compenses. Tu qui per singulas paginas fumos meos ventilas, non intelligis videre nos caligines ruas, & turbines? Nam ut tibi sciolus esse videaris, & apud Calpurnianos discipulos doctrinæ gloriam teneas; totam mihi physicam opponis: ut frustra Socrates ad ethicam transiens dixerit: quæ supra nos, nihil ad nos. Ergo nisi tibi rationem reddidero, quare formica, paruum animal, & punctum, ut ita dicam, corporis sex pedes habeat; cum elephantus, tanta mole, quattuor pedibus incedat; cur serpentes & colubri ventre labantur, & pectore; cur vermiculus, quem vulgus millepedam vocat, tanto pedum agmine scateat; de animarum statu scire non potero? Quaris à me, quid ipse de animabus sentiam; ut cum professus fuero, statim inuadas: & si dixerò illud Ecclesiasticum; Quotidie Deus operatur animas, & in corpora eas mittit nascentium; illico magistri tendiculas proferas: Et vbi est iustitia Dei, ut de adulterio incestuque nascentibus animas largiatur? ergo cooperatorem est malorum hominum; & adulteris seminantibus corpora, ipse fabricatur animas? Quasi vitium fementis in tritico sit, quod furtò dicitur esse sublatum, & non in eo, qui frumenta furatus est; iccircoque terra non debeat gremio suo semina confouere, quia sator immunda ea proiecerit manu. Hinc est & illa tua arcana interrogatio: quare moriantur infantes, cum propter peccata corpora acceperint. Extat liber Didymi ad te: quo sciscitanti tibi respondit: non eos multa peccasse, & ideo corporum carceres tantum eis tenuisse sufficere. Magister meus & tuus eo tempore, quo tu ab eo ista quærebas, tres explanationum in Osee prophetam libros ad me, me rogante, dictavit. ex quo apparet, quid me, quid te docuerit. Vrges ut respondeam de natura rerum. Si esset locus, possem tibi vel Lucretij opiniones iuxta Platonis atque Zenonis secundum Academicos &

Stoicos dicere: & ut ad Ecclesiam transeam, vbi norma est veritatis; multa & Genesis, & prophetarum libri, ac Ecclesiastes nobis de huiusmodi questionibus suggerunt. aut si hæc ignoramus, quò modo de animarum statu; debueras in Apologia tua omnium rerum ignorantiam confiteri, & à calumniatoribus querere, cur à te vnum impudenter expeterent, cum ipsi tanta nescirent? O tiremem locupletissimam, quæ orientalibus & Aegyptiis mercibus, Romanæ vrbis ditare venerat paupertatem. Tu maximus ille es, Vnus qui nobis scribendo restituis rem. Ergo nisi de oriente venisses euuditissimus vir; hæreret adhuc inter mathematicos; & homines Christiani, quid contra fatum differerent ignorarent. Meritò à me quaris de astrologia, & cæli ac siderum cursu; qui tantarum mercium plenam nauem detulisti. Fateor paupertatem: non sum ita, ut tu, in oriente ditatus. Te multo tempore Pharus docuit, quod Roma nesciuit; instruxit Aegyptus, quod Italia hucusque non habuit.

Scribis apud Ecclesiasticos tractatores tres de animabus esse sententias, vnam quam sequitur Origenes; alteram quam Tertullianus, & Lactantius; licet de Lactantio apertissimè mentiaris; tertiã, quam nos, simplices & fatui homines, qui non intelligimus, quod, si ita sit, iniustus à nobis arguatur Deus. Et post hæc iuras te nescire quid sit verum. Dic oro te: putas ne extra hæc tria esse aliquid, in quo veritas sit, & in tribus istis mendacium? an de tribus vnum esse, quod verum sit? Si est aliquid: cur disputantium libertatem angusto sine concludis, & cum mendacia protuleris, de veritate taces? sin autem è tribus vnum verum est, & reliqua duo falsa sunt: cur simili ignorantia ignoras falsa cum veris? An iccirco verum dissimulas, ut tibi tutum sit, cum volueris, falsa defendere? Hi sunt fumi, hæc caligines, quibus ex oculis hominum conaris lumen auferre. Aristippus nostri temporis, qui plenam cunctarum mercium nauem Romano inuchis portui, & sella publicè posita, Hermagoram nobis & Gorgiam exhibes Leontinum; dum nauigare festinas, vnius quæstiunculæ mercimonium in oriente oblitus es. Et iterum clamitas; & Aquileiæ, atque Alexandriae te didicisse iactas; quòd sit Deus & animarum & corporum creator. De hoc scilicet quæstio ventilatur; vtrum Deus, an diabolus animas fecerit; & non vtrum animæ ante corpora fuerint, quod vult Origenes, & egerint aliquid, propter quod sint crassis corporibus alligatæ; an in morem gliriu torpentes consopitæque dormierint. Hæc taces, quæ omnes flagitant: & ad illa respondes, quæ nullus inquirat. Fumos quoque meos frequenter irrides, eo quòd similem me scire quod nesciam; & enumeratione doctorum, rude illudam vulgus. Tu videlicet flammeus, immo fulmineus: qui in loquendo fulminas, & flammis ore conceptas tenere non potes, atque ut ille Barthochabas, auctor seditionis Iudaicæ, stipulam in ore sitcentiam anhelitu ventilabat, ut flammam euomere putaretur, ita & tu nobis, alter Salmoneus, omnia per quæ incedis, illustras; & nos fumosos arguis, de quibus fortè dicatur: Qui tangis montes, & fumigant: nec intelligis, quid fumus in propheta significet locustarum; & quòd pulchritudo oculorum tuorum, amaritudinem fumi nostri ferre non potest. De crimine autem periturij, quia me remittis ad codicem tuum, & ex magna parte in aliis libris tibi Calpurnioque respondi, nunc breuiter dixisse sufficiat, te exigere à dormiente;

CAP. 9.

Psal. 103
Ecl. 40

dormiente, quod nunquam vigilans præstitisti. Magni cuminis reus sum, si puellis & virginibus Christi dixi, sæculares libros non legendos, & me in somnis commonitum promississe ne legerem. Tua nauis, Romanæ urbi reuelatione promissa, aliud pollicetur, & aliud efficit. Mathematicorum venerat soluere quæstiones, & soluit fidem Christianorum, quæ per Ionium, & Ægeum, Adriaticum, atque Tyrrenum mare plenis cucurrerat velis, in Romano portu naufragium fecit. Nonne te pudet, istiusmodi deliramenta conquirere, & mihi similia obiciendi imponere necessitatem? Esto alius de te somnium viderat gloriosum: verecundiæ tuæ fuerat, & prudentiæ dissimulare, quod audieras, & non quasi magno testimonio, alterius somnio gloriari. Vide quid inter tuum & meum intersit somnium. Ego me humiliter reprehensum refero: tu iactanter laudatum te esse congeminas. Nec dicere potes: nihil mea refert, quid alius viderit: cum in luculentissimis libris tuis hac te ad interpretandum dicas ratione commotum, ne vir illustrius de te somnium perderet. Hic est omnis conatus tuus: si me perierum docueris, tu hæreticus non eris. Venio ad grauissimum crimen, in quo post reconciliatas amicitias, me infidelitatis accusas. Fateor inter cuncta maledicta, quæ vel obicis, vel minaris, nihil à me ita repellendum est, quàm fraus, dolus, infidelitas. Peccare enim, hominis est: insidias tendere, diaboli. Ergo ideo in Anastasij immolato agno dexteram iunximus, ut tuas Romæ schedulas furaremur? ut immissi canes in mendatas chartulas, te dormiente, corroderent? & hoc credibile est ante nos accusatores parasse, quàm tu crimen admitteres? Scilicet noueramus, quid in animo volueres, quid alius de te somniaturus esset: ut impleretur in te Græcum prouerbiu: Ut sus doceret Mineruam. Si Eusebium ego ad latrandum miseram; quis Aterbij contra te & cæterorum rabie concitauit? nonne ille, qui & me hæreticum ex tuis amicitiiis iudicabat? cui cum satisfecissem, damnatione dogmatum Origenis; tu clausus domi, nunquam eum videre ausus es: ne aut damnares, quod nolebas; aut apertè resistens, hæreseos inuidiam sustineres. An iccirco testis contra te esse non poterit, quia accusator tui est? Antequam sanctus Epiphanius venisset Hierosolymam; & ore quidem & osculo tibi pacem daret, mala autem & dolos in suo corde feruaret; antequam nos ei in suggillationem tui epistolas dictarem, ut hæreticum scriberet, quem osculis orthodoxum comprobauit; Aterbius contra te latrabat Hierosolymis; & nisi cito abisset, sensisset baculum non litterarum, sed dexteræ tuæ; quo tu canes abigere consueuisti. Cur, inquit, falsas meas schedulas suscepisti? Quare post interpretationem meam, ausus es in libris *περι ἀρχῶν* stylum figere? aut si erraueram ut homo, debuisti me priuatis litteris conuenire; & sic mihi blandiri, quo modo & ego tibi nunc in epistolis meis blandior. Hæc tota mea culpa est, quare subdolis laudatus accusatus, purgare me volui; & hoc sine inuidia nominis tui; ut quod tu solus accusaueras, ad multos referrem, non tibi hæresim obiciens, sed à me repellens. Numquid sciuisti quod irasceresis, si contra hæreticos scriberem? Dixeras te de Origenis libris hæretica sustulisse: fautorem te hæreticorum, iam non esse credebam; & ideo non in te; sed in hæreticos inuestus sum: in quo si vehementior fui, ignosce mihi: putauisti quod & tibi placerem. Furto & insidiis ministrorum meorum dicis schedulas tuas in publicum prolatas fuisse, quæ latebant in cubiculo tuo, vel apud eum solum

erant, qui rem sibi geri iniunxerat. Et quo modo supra confiteris, quod aut nullus eas habuerit, aut ad modum pauci? Si in cubiculo tuo latebant; qua ratione apud eum erant, qui sibi rem geri iniunxerat: sin autem vnus, cui scriptæ fuerant, occultandas suscepit, ergo non latebant tantum in cubiculo tuo; nec habuerunt eas pauci, quos habuisse testatus es. Furto sublatus arguis: & rursus empras grandi pecunia, & infinitis mercibus criminaris. In vna re, & in parua epistola quanta varietas & dissonantia mentiendi. Tibi licet accusare, mihi defendere non licebit? Quando criminaris, amicum non cogitas: quando respondeo, tunc tibi ius amicitie in metem venit. Dic, oro te, celandas schedulas scripseras, an prodendas? si ut celares, cur scripseras? si ut prodederas, cur celabas? sed in eo reprehendendus sum, quare accusatores tuos, amicos meos non coërcuerim. Vis tibi proferam litteras eorum, in quibus me hypocriticos arguunt, quod te sciens hæreticum tætuem: quod dum pacem incautus præbeo, intestina Ecclesiæ bella suscepi? Tu discipulos vocas, qui me tuum condiscipulum suspicantur: & quia parcius sui in refellendis laudibus tuis, putant me tuum esse symmythen. Hoc mihi præstitit prologus tuus, ut plus me amicus læderes, quàm inimicus. Semel tibi persuaserant, rectè an perperam, ipsi viderint, te esse hæreticum. Si defendere voluero, hoc solū proficiam, ut me tecum pariter accusent. Denique mihi obiciunt laudationem tuam; & te non putant infidiosè scripseris, sed verè; & quod tu in me semper ante laudabas, vehementer insimulant. Quid me vis facere? ut discipulos accusatores pro te habeam; ut tontorta in amicis iacula meo suscipiam pectore?

De libris autem *περι ἀρχῶν*, debes mihi & gratias CAP. 12 agere. tu enim, ut dicis, noxia quæque detruuncans, meliora posuisti: ego ita, ut habebantur in Græco expressi, ex quo & tua apparet fides, & eius quem interpretatus es, hæresis. Scribebatur mihi de urbe à viris in Christo præcipuis: responde criminanti; ne, si tacueris, consensisse videaris. confona omnes voce poscebant, ut Origenis versutias proderem, & venena hæreticorum Romanis auribus cauenda monstrarem. quid hoc ad iniuriam tuam pertinet? num solus interpretatus es istos libros, & alios huius operis non habes participes? Numquid & tu de Septuaginta interpretibus es; ut post editionem tuam aliis transferre non liceat? Ecce & ego multos, ut dicis, libellos de Græco in Latinum transtulisti: habes potestatem & tu rursus eos vertendi, ut volueris: & bona enim & mala suo imputantur auctori. quod & in te fieret, nisi dixisses te amputasse hæretica, & optima transtulisses. hic est enim nodus tuus, qui solui non potest. At si errasti ut homo, priorem dâna sententiam. Sed quid facies de Apologetico tuo, quem pro Origenis scripsisti operibus? quid de volumine Eusebij: in quo cum multa mutaueris; & sub nomine martyris, hæretici hominis scripta transtuleris; tamen plura posuisti, quæ ecclesiasticæ fidei non conueniunt. Tu etiam Latinos libros in Græcum vertis, nobis dare nostris externa prohibebis? Si in alio opere respondissem, in quo me non læseras; videri poteram in iniuriam tuam transferre quod verteras; ut te vel imperitum, vel subdolum demonstrarem: nunc verò, nouum querimoniarum genus, doles tibi in eo esse responsum, in quo à te accusatus sum. Dicebatur ad interpretationem tuam Roma subuersa: postulabant omnes à me huius rei remedium: non quo ego alicuius momenti essem: sed qui petebat, me esse aliquid arbitrabatur.

AA. 1.

Tu amicus eras, qui illa transfuleras: quid me vis facere? obedire Deo magis oportet, an hominibus? Domini custodire substantiam, an furum celare conferui? Aliter te non placabo, nisi & ego tecum accusanda commiseris: Si nullam fecisses mei nominis mentionem, si me non ornasses egregijs laudibus; poteram aliquod habere suffugium, & diuersa obtendere, ne rursus interpretata transferrem. Tu me, amice, tu compulisti, vt aliquot dies in hoc opere perderem, vt proferrem in mediū quod Charydis debuit deuorare: & tamen læsus amicitiae in te iura seruauī, & quantum in me fuit, sic me defendi, vt te non accusarem. Tu nimium suspiciosus, & querulus, qui dicta in hereticos ad tuam refers contumeliam. Quod si aliter amicus tuus esse non possum, nisi & haeticorum amicus fuero: leuius tuas inimicitias, quam illorum amicitias, sustinebo. Noui quoque me putas finxisse mendacium, vt epistolam ad te meo nomine componerem, quasi olim scriptam, quo bonus esse videar, & modestus, quam tu nunquam omnino susceperis. Hæc res per facile probari potest. Multi Romæ eius exemplaria habent, ante hoc citicer triennium, qui tibi eam mittere noluerunt, scientes quæ de meo nomine iactitares, & quam indigna proposito Christiano ac nefanda confingeres. Ego scripsi nesciens quasi ad amicum: illi non reddiderunt ei, quem inimicum nouerant: parentes & meo errori, & tuæ conscientie. Et simul argumentaris, quod si talem tibi epistolam scripseram, non debueram contra te in alio libello multa mala scribere. Hic est totus error tuus, & hæc iusta querimonia; quod, quæ nos in haeticos dicimus, tu in te dicta confingis; & nisi illis pepercerimus, te putas esse violatum. An ideo panem tibi non damus, quia haeticorum cerebro lapidem illidimus? Et vt nostram epistolam non probes, Papæ quoque Anastasij simili dicis fraude subnixam, de qua tibi ante respondi: quæ si suspicaris ipsius non esse, habes vbi apud eum nos arguas falsitatis. sin autem eius est, vt huius quoque anni contra te epistolæ probant: frustra & falso falsam arguere niteris; cum ex illius vera epistola nostram veram esse doceamus. In excusando mendacio tuo quàm elegans esse voluisti: & ne sex millia Origenis libros proferas, Pythagoræ à me exigis monumenta. Vbi est illa fiducia, qua inflatis buccis creberimè personabas, te, quæ in alijs libris Origenis legeras, emendasse in libris *περὶ ἀρχῶν*, & non aliena, sed sua reddidisse suis? De tanta librorū silua vnum fruticem ac surculum proferre non potes. Hi sunt veri fumi, hæc nebulæ: quas dum in me, criminaris, in te extinctas dissipatasque per me cognoscis: nec fractam cervicem deiicis, sed maiori impudētia, quam imperitia, dicis me negare, quæ in promptu sunt; vt cum montes aureos pollicitus fueris, ne scortem quidem nummum de thesauris tuis proferas. Iusta contra me odia recognosco, & vera in nos debaccharis infania, nisi enim ego, quod non est, audacter exigerem; tu videbaris habere, quod non habes. Pythagoræ à me libros flagitas. Quis enim tibi dixit illius extare volumina: nonne in epistola mea, quam criminaris, hæc verba sunt? Sed fac me errasse in adolescentia, & philosophorum, id est, gentilium studijs eruditum, in principio fidei ignorasse dogmata Christiana, & hoc putasse in apostolis, quod in Pythagora & Platone, & Empedocle legeram. De dogmatibus eorum, non de libris, locutus sum, quæ potui in Cicerone, Bruto, ac Seneca discere. Lege pro Vatino orationunculam, & alias, vbi sodalitorum mentio fit, reuolue dialogos Tullij, respice omnem oram Italie,

quæ quondam magna Græcia dicebatur: & Pythagoricorum dogmatum incisa publicis litteris æta cognosces. cuius enim sunt illa, *χρυσῆ παραγέγραμτα*? nonne Pythagoræ? in quibus omnia eius breuiter dogmata continentur, & in quæ latissimo opere Philoſophus commentatus est. Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum, virum eloquentissimum, & Archippum, ac Lysidem, Pythagoræ auditores. quorum Archippus ac Lysides in Græcia, id est, Thebis, scholas habuere: qui memoriter tenentes præcepta doctoris, ingenio pro libris vtebantur: à quibus illud est: *φειντέον παντάσῃσιν καὶ ἐμποικτέον, ἀσθενείαν μὲν γὰρ σώματός, ἀσπιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκόλασίαν δὲ τῆς γαστρός, ἄσπιν δὲ τῆς πόθλεως, τὴν δὲ διαφωρίαν ἀπὸ τῆς οὐσίας, καὶ κοινὴ ἀπὸ πάντων τῶ ἀκριτέος*, quod in Latiniū ita possumus vertere: Fuganda sunt omnibus modis, & abscindenda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, a ciuitate seditio, à domo discordia, & in commune à cunctis rebus intemperantia. Pythagorica & illa præcepta sunt: Amicorum omnia esse communia: & Amicum se ipsum esse alterum: Duorumque temporum quàm maximè habendam curam, mane, & vesperi, id est, eorum, quæ acturi sumus, & eorum, quæ gesserimus: Post Deum veritatem colendam, quæ sola homines Deo proximos faciat. Illaque anigmata, quæ diligentissimè Aristoteles in suis libris prosequitur: Stateram ne transfilas, id est, ne prætergrediare iustitiam: Ignem gladio ne fodias: Iratum videlicet & tumidum animum verbis maledicis ne laceffas: Coronam minimè carpendam, id est, leges vrbium conseruandas: Cor non comedendum, id est, mœrorem de animo proiciendum: Cum profectus fueris, inquit, ne redeas: id est, post mortem vitam istam ne desideres: Per viam publicam ne ambules, id est, ne multorum sequaris errorem. Hirundinem in domum non suscipiendam, id est, garrulos & verbosos homines sub eodem tecto non habendos: Oneratis superponendum onus, deponentibus non communicandum: id est, ad virtutem incedentibus augenda præcepta, tradentes se otio relinquendos. Et quia Pythagorica dogmata legisse me dixeram, audi, quid apud Græcos Pythagoras primus inuenerit: Iminortales esse animas, & de alijs corporibus transire in alia, quod quidem & Virgilius in sexto *Æneidos* volumine sequens, loquitur: Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos, Letheum ad fluuium Deus euocat argmine magno, Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant, Rursus & incipiant in corpora velle reuerti. Se primum fuisse Euphorbum, secundò Callidem, tertio Hermotimum, quartò Pyrrhum, ad extremum Pythagoram: & post certos temporum circulos, ea, quæ fuerant, rursus fieri, nihilque in mundo videri nouum: philosophiam meditationem esse mortis, quotidie de corporis carcere nitentem animam educere libertatem: *μαθησεις ἀναμνησεις εἶναι*, & multa alia, quæ Plato in libris suis, & maximè in Phædone, Timæo, & prosequitur. nam post Academiam, & innumerabiles discipulos, sentiens multum suæ deesse doctrinæ, venit ad magnam Græciam: ibique ab Archyta Tarentino, & Timæo Locrensi, Pythagoræ doctrina eruditus, elegantiam & leporem Socratis cum huius miscuit disciplinis: quæ omnia, nomine commutato, Origenes in libros suos *περὶ ἀρχῶν* transfulisse conuincitur. In quo igitur errauī, si adolescens dixi, me ea putasse in apostolis, quæ in Pythagora, & Platone, & Empedocle legeram? non, vt tu calumniaris, & fingis, in Pythagoræ, & Platonis, & Empedoclis libris, sed quæ in illis fuisse legeram, & aliorum me scripta

eos habuisse docuerant. & hoc genus elocutionis frequentissimum est: vt si dicam, quæ in Socrate legi dogmata, putauit vera: non quod Socrates libros vllos scripserit, sed quæ legi apud Platonē, & alios Sacra- ticos illum habuisse. Et rursus: imitari volui gesta, quæ in Alexandro & Scipione legerā: non quod ipsi sua gesta descripserint, sed quod apud alios legerim, quæ illos gessisse mirabar. Igitur, etiam si docere non possem, ipsius Pythagoræ extare monumenta: nec à filio eius ac filia, aliisque discipulis probata conuin- cerem; me non teneres mendacij, quia non libros, sed dogmata legisse me dixi; & te frustra errare, me tuum protegere mendacium voluisse: vt nisi ego vnum librum Pythagoræ protulerō, tu sex millia Origenis libros perdidideris.

CAP. II.

Veniam ad epilogos, id est, maledicta tua: in quibus me ad penitentiam cohortaris; & nisi conuer- sus fuero, id est, nisi te accusante siluero, mihi minaris interitum: & hoc scandalum redundaturum in caput meum denuncias, qui te hominem lenissimū, & Mosaicæ mansuetudinis, responsione mea ad scri- ptionis infaniam prouocauerim. Scire enim te iactas crimina, quæ tibi soli amicissimo sim confessus, & hæc in medium prolaturum: meisq; me coloribus esse pingendum: & debere meminisse, quod iacue- rim ad pedes tuos, ne gladio oris tui amputares caput meum. Et post multa, in quibus furibundus exultas, reuocas te, & dicis optare pacem cum denunciatio- ne dumtaxat, vt deinceps taceam, id est, vt non scri- bam contra hæreticos, nec audeam respondere acu- lationi tuæ. Si hoc fecero, frater ero, & collega, & vir eloquentissimus, & amicus, ac sodalis, & quod his maius est, omnia, quæ de Origene transtuli, catholica iudicabis. sin autem mutiero, & me commouero, illico impurus ero, & hæreticus, & tua indignus ne- cessitudine. Hæc sunt præconia mea: sic me hortaris ad pacem, & ne gemitum quidem ac lacrymas dolo- ri liberas esse concedis. Possem & ego tuis te coloribus pingere, & insanire contra insanientem, & dice- re quidquid vel scio, vel nescio; & eadem licentia, immo furore, & amentia, vel falsa, vel vera congre- re: vt & me loqui, & te puderet audire: & obiicere tibi, quæ aut accusantem damnarent, aut accusatum: vt ex frontis duritia fidem lectori facerem: vt, quod impudenter scriberem, verè scribere iudicaret. Sed procul sit à moribus Christianis, vt, dum aliorum pe- tunt sanguinem, suum offerant, & sine gladio volun- tate homicidæ sint. Tuæ hoc bonitati, tuæque man- suetudini, & simplicitati conuenit, qui de vno pecto- ris sterquilinio, & odorem rosarum, & foetorem pro- fers cadauerum; & contra sententiam prophetalem, amarum dicis esse, quod quasi dulce laudaueras. Nec necesse est, vt in ecclesiasticis tractatibus rem tribu- nalium ventilemus. Nihilq; super hoc amplius audies, nisi illud è triuio: Cum dixeris quod vis, audies quod non vis. Aut, si tibi vile videtur vulgare prouer- bium, & homo sapientissimus, magis philosopho- rum ac poetarum sententijs delectaris, lege illud Homericum: ὁπποῦδ' ἢ ἐπὶ τῆσθε ἕσπεος, τοῖον κ' ἐπαυά- σεις. Hoc solum requiro ab eximia sanctitate & cen- sura tua, cuius tanta est puritas, vt ad sudaria & femi- cinctia tua dæmones rugiant; cuius exemplum in scribendo sequaris? quis vniquam catholicorum in disputatione lectarum, turpitudinem ei, aduersum quem disputat, obiecit: sic te docuerunt magistri tui? talibus institutus es disciplinis; vt, cui respondere non potueris, caput auferas, & linguam, quæ tacere non potest, feces? Nec magnopere glorieris, si facias quod scorpiones possunt facere, & cantharides. Fe-

cerunt hoc & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Luc. 3
Ioannem, quia veritatem non poterat audire, & lin-
guam veriloquam discriminali acu confoderunt. Can-
nes latrant pro dominis suis, & tu non vis me latrare
pro Christo? Scripserunt multi contra Marcionem,
Valentinum, Arium, & Eunomium. à quo cis obie-
cta est turpitudine: nonne toti in conuincenda hæresi
incubuerunt? Istæ machinæ hæreticorum, id est, ma-
gistrorum tuorum sunt, vt cōiuncti de perfidia, ad ma-
ledicta se conferat. sic Eustathius, Antiochenus epis-
copus, filios dum nescit, inuenit. sic Athanasius, Ale-
xandrinæ vrbis pontifex, tertiam Arsenij amputauit
manum. duas enim, qui mortuus prius fingeratur,
uiuens postea habere monstratus est. Talia & condit-
cipuli tui, & magistri, nūc de eiusdem ecclesiæ sacer-
dote confingunt, & auro, id est, tuis tuorumq; viribus
oppugnant fidei veritatem. Quid loquar de hæreti-
cis, qui licet foris sint, tamen se nominant Christia-
nos? Aduersum impiissimos Celsum, atque Porphy-
rium, quanti scripsere nostrorum? quis, omiſſa causā,
in superflua criminum obiectione versatus est? quæ
non chartæ ecclesiasticæ, sed libelli debent iudicium
continere. Aut, quid refert, si causā cadas, & crimine
superes? Non necesse est, vt cum periculo tui capitis
accuses. vno percussore conducto, satis potes facere
desiderio tuo. Et scandalū timere te simulas, qui du-
dum fratrem, nunc accusatum, semper in iudicium, es
paratus occidere. Et tamen miror, quo modo homo
prudēs, furore præuentus, velis mihi beneficium tri-
buere, vt educas de carcere animam meam, & non
patiaris tecum in tenebris huius sæculi commorari.
Vis ergo me tacere? ne accuses. Depone gladium,
& ego scutum abiiciam. In vno tibi consentire non
potero, vt parcam hæreticis, vt me catholicum non
probem. si ista est causā discordiæ, mori possum, tace-
re non possum. Debuerā quidem de omni scriptura
tuæ infantiæ respondere, & diuinis vocibus in modū
Dauid citharizantis lenire furorem pectoris tui: sed
contētus ero vnus libri paucis testimonijs, & oppo-
nam sapientiam stultitiæ, vt, si humana contemnis,
saltem diuina non negligas. Audi igitur, quid de te,
& de omnibus inuidis, ac maledicis, & contumelio-
sis loquatur sapiens Salomon: Insipientes, dum iniu-
rijs cupidi sunt, impij facti oderūt sensum. Ne fabri-
ceris in amicum tuum mala. Et ne inimiceris aduer-
sum hominem sine causā. Impij exaltant contume-
liam. Circumcide à te os prauum, & iniqua labia lō-
ge repelle abs te: oculos contumeliosos, linguam ini-
qui, manus effundentes sanguinem iusti, cor fabri-
cans cogitationes malas, & pedes festinantes ad ma-
lesfaciendum. Qui nititur mendacio, pacifem ventos, &
sequitur aues volantes: derelinquit enim vias vineæ
suæ, & axes culturæ suæ fecit errare: perambulatari-
dum ac desertum, & colligit manibus suis sterilita-
tem. Os procacis appropriat contritioni: & qui pro-
fert maledicta, stultissimus est. Anima benedicta, o-
mnis simplex vir. Animofus inhonestus est. Per deli-
cta labiorum incidit in laqueum peccator. Itinera
stultorum recta in conspectu suo. Stultus eadem die
ostendit iram suam. Abominatio est Domino, la-
bia mendacia. Qui custodit os suum, seruat ani-
mam suam. Et qui temerarius est labijs, terrebit
se ipsum. Malus cum contumelia agit mala, & infi-
piens expandit malitiam suam. Quæres apud malos
sapientiam, & non inuenies. Suis itineribus saturabi-
tur temerarius. Sapiens timendo declinat malum.
Stultus confidens miscetur ei. Longanimus vir, mul-
tus in prudentia est: pusillanimus valde imprudens
est. Qui calumniatur pauperem, laceſſit factorem
cuius,

Num. 12

Esa. 1

1. Reg. 6

Prou. 3

Prou. 4

Prou. 6

Prou. 10

Prou. 9

Prou. 11

Prou. 11

Prou. 11

Prou. 14

Prou. 14

cuius,

eius. Lingua sapientum bona nouit, & os stultorum
 pronunciat malum. Vir animosus parat rixas, & im-
 mundus est apud Deum omnis, qui exaltat cor suū.
 Manus inferens iniuste, non erit impunitus. Qui dili-
 git vitam, parcit ori suo. Ante contritionē præcedit
 contumelia, & ante ruina mala cogitatio. Qui ob-
 firmat oculos suos, cogitat peruersa, & prouocat la-
 bijs suis omnia mala. Labia stulti ducūt eum in ma-
 la, & os audax mortem inuocat. Malignus vir multa
 detrimenta patitur. Melior est pauper iustus, quàm
 mendax diues. Gloria est viro, qui auertit se à maledi-
 ctis: qui autem stultus est, talibus se obligat. Noli
 amare detrahere, ne eradiceris. Suavis est homini pa-
 nis mendacij: postea implebitur os eius calculo. Qui
 operatur thesauros lingua mēdacij, yana sēctatū, &
 veniet in laqueos mortis. In aure stulti noli quidquā
 dicere, ne forte irrideant sapientes sermones tuos.
 Claua, & gladius, & sagitta pernicioſa sunt: sic & vir,
 qui cōtra amicum suum falsum dicit testimonium.
 Sicut aues auolant, & passeris: ita maledictum vanū
 non superueniet illi. Noli respondere imprudenti
 ad imprudentiam eius, ne similis ei fias: sed responde
 stulto ad stultitiam eius, ne sibi sapiens esse videatur.
 Qui insidiatur amicis suis, cum visus fuerit, dicit: lu-
 dens feci. Craticula carbonibus, & ligna ignis, & vir
 maledictus ad tumultum rixæ. Si te rogauerit inimi-
 cus tuus, parcens voce magna, ne consentias ei: septē
 enim nequitix sunt in anima eius. Grauis est lapis, &
 vix portabilis arena: sed ira stulti grauior vtrōque.
 Crudelis est indignatio, & acuta ira, & zelus impa-
 tiens est. Impius calumniatur pauperes: & qui confi-
 dit in cordis audacia, stultissimus est. Totam iram suā
 profert insipiens, sapiens dispensat in partes. Filius
 malus gladios dentes habet, & cultros molas, vt con-
 sumat infirmos de terra, & pauperes ex hominibus.
 His ergo doctis exemplis, nolui mordere mordentem,
 nec vicē talionis implodere; maluiq; insaniam
 excantare furibundi, & vnius libri antidotum vena-
 nato pectori infundere. Sed vereor, ne nihil profici-
 ens, illud Dauidicum cantare compellar, & his me
 sermonibus cōsolari: Alienati sunt peccatores à vul-
 ua, errauerunt ab vtero: Locuti sunt falsa, furor illis
 secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis sur-
 dæ, & obturantis aures suas, quæ non audiat vocem
 incantantium & venefici incantantis sapiēter. Deus
 conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonū
 confringet Dominus. Ad nihilum deuenient, tam-
 quam aqua decurrens. Intendit arcum suum, donec
 infirmetur. Sicut cera, quæ fluit, auferentur: super-
 cecidit ignis, & non viderunt solem. Et iterum: Læ-
 tabitur iustus cum viderit vindictam impiorum, ma-
 nus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicit ho-
 mo: si vtiq; est fructus iusto, vtiq; est Deus iudi-
 cans eos in terra. In extrema epistola scribis manu
 tua: Opto te pacem diligere. Ad quod breuiter res-
 pondebo. Si pacem desideras, arma deponē. blandi-
 enti possum acquiescere, non timeo comminan-
 tem, sūt inter nos vna fides, & illico pax sequetur.

HIERONYMVS ADVERSVS
 PELAGIVM AD CTESI-
 PHONTEM.

ARGVMENTVM.

PELAGIVS Brito monachus, Celestino, Iulianoque
 fautoribus, tantum (quod Leo Pontifex, & alij post Augusti-
 num asserunt) tribuebat libero arbitrio, vt diceret illud gra-
 tia Dei nequaquam egere, quippe cum illa in lege, ac doctri-
 na contineretur, ipsumq; met liberum arbitrium diuinum
 esset munus: propterea ad singulos quosque actus gra-

HIERON. TOM. I.

tiam necessariam esse negabat, & sine ea difficilior quidem,
 sed tamen perueniri ad salutem posse aiebat: ipsam autem
 gratiam secundum merita nostra dari: victoriamque etiam
 nostram, non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio cō-
 tendebat. pœnitentibus quoque veniam non dari secun-
 dum gratiam, & misericordiam Dei, sed secundum meri-
 tum, & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerunt
 misericordia, affirmabat: orationes, quæ fierent in Ecclesia
 tam pro fidelibus, quàm etiam infidelibus, veluti superua-
 cancas damnabat, asserens homines, suo quemque labore, &
 industria, id quod peteretur, præstare posse. Addebat homi-
 nem sine peccato esse posse, si velit, diuersum tamen ab
 huiusmodi *ἀμαρτηρον* esse asseuerabat. Præterea cū ad per-
 fectiōē quandam ventum fuerit, ne vllis quidem huma-
 nis perturbationibus hominem concuti, contendebat, eaq;
 ex causa *ἀναδελφον* summopere predicabat: & filios Dei vo-
 cari non posse, nisi eos, qui absque omni profus essent peccato,
 asseuerabat. aiebat præterea Adam mortalem fuisse
 creatum, & siue peccasset, siue non, omnino moriturum: e-
 ius quoque peccatum nonnemin nisi ipsum Adam lesisset:
 ideo infantes natos pro abolendo originali crimine bap-
 tizandos non esse: quippe cum illos in eo statu esse asseueret,
 quo ipse Adam fuerat ante peccatum, & si ante baptismum
 morentur, habere etiam vitam æternam: baptizandos autem
 eos esse, non vt à peccato, quo carerent, exuerentur, sed
 vt sacramento adoptionis filiorum Dei honorarentur. Hæc
 & alia quædam euomens Pelagius, cum à multis admoneretur,
 damnationem timens, recantauit primò: mox rursus
 ad eadem, peioraque relapsus, ab Antiochena synodo, item
 Innocentio primo, Zozimoque summis Pontificibus dam-
 natus est, procurantibus id Afris, & præcipuè Augustino.
 Aiunt autem eum tres libros de fide Trinitatis scripsisse:
 excerptiones ex libris Diuini in modum indicis per capita
 digessisse, & pro defensione sui dogmatis ingens edidisse
 volumen. Huius dogma, rogatu Ctesiphontis, incipiens nūc
 refellere D. Hieronymus, Ruffinum interea, quodd Xyfti
 Pythagorici sub nomine Sixti martyris Ro. Pontificis, Pела-
 gianum errorem redolentem librum, à se translatum edidit:
 sicut olim Eusebij Pamphili, veluti Paphili martyris, de-
 fensionem Origenis continentem alterum, acriter coarguit.
 Hac autem epistola ceu velitatus in Pelagium est. pollicetur
 enim, cū nactus fuerit otium, iusto se illi, quod sequentibus
 tribus statim præstitit libris, responsum esse volumine.



ON audacter, vt falso putas, sed amā-
 ter studioseque fecisti, vt nouam mi-
 hi ex veteri mitteres quaestionem;
 quæ ante litteras tuas plerosque in
 oriente decepit; vt per simulatam
 humilitatem, superbiam discerent,
 & dicerent cum diabolo: In cœlum ascendam, super
 sidera cœli ponam thronum meum, & ero similis al-
 tissimo. Quæ enim potest alia maior esse temeritas,
 quàm Dei sibi non dicam similitudinem, sed æquali-
 tatem vindicare, & breui sententia omnium hære-
 ticorum venena complecti, quæ de philosophorum,
 & maxime Pythagoræ, & Zenonis, principis Stoi-
 corum, fonte manarunt? Illi enim, quæ Græci appel-
 lant *ωδθη*, nos perturbationes possuum dicere, æ-
 gritudinem videlicet, & gaudium, spem, & metum,
 quorum duo præsentia, duo futura sunt, asserunt
 extirpari posse de mentibus, & nullam fibram radi-
 cemque vitiorum in homine omnino residere, me-
 ditatione, & assidua exercitatione virtutum. Aduer-
 sum quos & Peripatetici, qui de Aristotelis fonte
 descendunt, fortissimè disputant, & Academici no-
 ui, quos Tullius sequitur; & eorum non dico res,
 quæ nullæ sunt, sed vmbra & vota subuertunt. hoc
 est enim, hominem ex homine tollere, & in corpo-
 re constitutum esse sine corpore; & optare potius
 quàm docere: dicente Apostolo: Miser ego homo,
 quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia
 epistolaris breuitas non potest omnia comprehen-

CAP. I.

Esa. 14.

Rom. 7.

dere, strictum tibi vitanda describam. Vnde & illud Virgilianum est: Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras respiciunt, clausa tenebris & carcere caeco. Quis enim potest aut non gestire gaudium, aut merore contrahi, aut spe extolli, aut timore terri? Quamobrem & grauissimus poeta Flaccus scripsit in satyra: Nam vitij nemo sine nascitur: optimus ille est, qui minimis vrgetur. Pulchrè quidam nostrorum ait: Philosophi patriarcha hereticorum, Ecclesiae puritatem peruersa maculauerit doctrina: vt nesciant illud dictum de humana fragilitate: Quid gloriatur terra, & cinis? praesertim cum Apostolus dicat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & ducentem me in captiuitatem. Et iterum: Non enim, quod volo, hoc ago, sed, quod nolo, id operor. Si, quod non vult, operatur, quo modo stare potest hoc, quod dicitur: posse hominem sine peccato esse, si velit? Qua ratione potest esse, quod velit, cum Apostolus asserat se, quod cupiat, implere non posse? Cumq; ab eis quaerimus, qui sint illi, quos absque peccato putent, noua strophæ eludere cupiunt veritatem: se non eos dicere, qui sint, vel fuerint, sed qui esse possint. Egregij doctores dicunt esse posse, quod numquam fuisse demonstrant, dicente scriptura: Omne quod futurum est, iam factum est in priori tempore. Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctorum, & quasi in corpore pulcherrimo nauos quosdam & maculas demonstrare: quod plerique nostrorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiosis scripturarum possint haereticorum, & per eos philosophorum argumenta conuinci. Quid enim dicit vas electionis? Conclufit Deus omnia sub peccato, vt omnium miseretur. Et in alio loco: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei. Ecclesiastes quoque, per quem se cecinit ipsa sapientia, liberè protestatur, & dicit: Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum & non peccet. Et iterum: Si peccauerit populus tuus, non est enim homo qui non peccet. Et quis gloriabitur casum se habere cogit, & non est mundus à sordibus, nec si vnus dici fuerit super terram vita eius. Vnde & Dauid dicit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparisonem Dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit, neque enim ait: Non iustificabitur omnis viuens: sed, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quando enim dicit, In conspectu tuo, hoc intelligi vult, quod, etiam qui hominibus sancti videntur, Dei scientiae atque notitiae nequaquam sancti sint. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde. Si autem, inspiciens Deo, & omnia contemplantē, quem cordis arcana non fallunt, nullus est iustus: perspicuè ostenditur, haereticos non hominem in excelsa sustollere, sed Dei potentiae derogare, multaq; alia, quae si de scripturis sanctis voluerit congregare, non dicam epistolae, sed voluminis quoque excedam modum. Nihil noui asserunt, qui in huiusmodi applaudente sibi perfidia, simplices quidem & indoctos decipiunt, sed ecclesiasticos viros, qui in lege Dei die ac nocte meditantur, decipere non valent. Pudeat ergo eos principum & sociorum suorum, qui aiunt: posse hominem sine peccato esse, si velit: quod Graeci dicunt ἀναμάρτητον. Et quia hoc ecclesiarum per orientem aures ferre non possunt, simulant se sine peccato quidem dicere, sed ἀναμάρ-

τητον dicere non auctere: quasi aliud sit sine peccato, aliud ἀναμάρτητον; & non Graecum sermonem, qui apud illos compositus est, duobus verbis sermo Latinus expresserit. Si absque peccato dicis, & ἀναμάρτητον dicere te disiteris: damna eos ergo, qui ἀναμάρτητον praedicant, sed non facis, nosti enim, quid intrinsecus discipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, & aliud celans conscientia: nobisque alienis & indoctis loqueris per parabolas, tuis autem mysteria confiteris: & hoc iuxta scripturam te facere iactas: quia dictum est, Turbis Iesus in parabolis loquebatur: & ad discipulos in domo dicit: Vobis datum est scire mysteria regni caelorum, illis autem non est datum.

Sed, vt dicere coeperam, exponam breuiter principum & sociorum tuorum nomina, vt animaduertas, qualium consortio gloriaris. Manichæus electos suos, quos inter animas Platonis in caelesti bus collocat, dicit omni carere peccato, nec, si velint, posse peccare: ad tanta enim eos virtutum culmina transcendisse, vt carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars Manichæi, de turpitudine cuius te discipuli diligunt plurimum, verbum perfectionis & scientiae sibi temerè vindicantes, soli cum solis clauduntur mulierculis, & illud eis inter coitum amplexusque decantant: Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther coniugis in gremium lætæ descendit: & omnes Magnus alit; magno commixtus corpore, fetus. Qui quidem partem habent Gnosticæ hæreseos, de Basilidis impietate venientem. Vnde & vos asseritis, eos, qui absque legis scientia sunt, peccata vitare non posse. Quid loquar de Priscilliano, qui & sæculi gladio, & totius orbis auctoritate damnatus est? Euagrius Ponticus Hyperborita, qui scribit ad virgines, scribit ad monachos, scribit ad eam, cuius nomen nigredinis testatur perfidiae tenebras, edidit librum & sententias *περὶ ἀναμάρτητων*, quam nos impassibilitatem, vel in perturbacionem possumus dicere, quando numquam animus villo perturbacionis vitio commouetur, & vt simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est. Huius libros per orientem Graecos, & interpretante discipulo eius Rufino, Latinos plerique in occidente sectant: qui librum quoque scripsit, quasi de monachis: multosq; in eo enumerat, qui numquam fuerunt, & quos fuisse scribit, Origenistas & ab episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet, & Eusebium, & Euthymium, & ipsum Euagrium, Or quoque, & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tædium est: & iuxta illud Lucretij: Ac veluti pueris absinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt dulci mellis flauoque liquore: ita ille vnus Ioannem in ipsius libri posuit principio, quem & catholicum, & sanctum fuisse non dubium est; vt per illius occasionem cæteros, quos posuerat, haereticos Ecclesiae introduceret. Illam autem temeritatem, immo infamiam eius, quis digno possit explicare sermone, quod librum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris, & Romanæ ecclesiae episcopi prænotauit: in quo, iuxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur; vt qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipso volumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla Christi fit mentio: vt episcopum, & martyrem, sine Christi fide fuisse contendat. vnde & vos plurima contra

Eccle. 10.
Rom. 7.

Eccle. 1.

Rom. 11.
Rom. 3.

Eccle. 7.

2. Par. 6.

Prou. 20.

Iob. 14.

Ps. 1. 50.

Ps. 144.

1. Reg. 16.

Marth.
Luc. 8.

CAP. 2.

Hier. 51.

contra Ecclesiam vsurpatis testimonia. Fecerat hoc & in sancti Pamphili martyris nomine, vt librum primum sex librorum defensionis Origenis, Eusebij Cæsariensis, quem fuisse Arianum, nemo est qui nesciat, nomine Pamphili martyris p̄notaret, quo scilicet egregia illa quattuor Origenis *περι ἀρχῶν* volumina Latinis infunderet auribus. Vis ad huc & alium nosse tui erroris principem? Doctrina tua Origenis ramusculus est. In eo enim psalmo, vbi scriptum est, (vt de cæteris taceam) Insuper & vsque ad noctem erudierunt me renes mei: asserit virum sanctum, de quorum videlicet & tu numero es, cum ad virtutum venerit summitatem, ne in nocte quidē ea pati, quæ hominum sunt, nec cogitatione victiorum aliqua titillari. Nec erubescas de societate talium, reuocans eorum nomina, quorum blasphemijs iungis. Iouiniani secunda quæstio, tui ingenij disciplina est. quidquid illi responsum est, tibi responsum credito. nec fieri potest, vt diuersus sit eorū exitus, quorum est vna sententia. Cum hæc ita se habeant, quid voluit miseræ mulierculæ onerata peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, semper discētes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes; & cæteri muliercularum socij, prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, quid loquantur, qui vetustissimum cœnum quasi nouam suscipiunt temperaturam; qui, iuxta Ezechielem, liniunt parietem absque temperamento, & superueniente veritatis pluuia, dissipantur? Simon Magus hæresim cōdidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit femineos. Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet. Appelles Philomenem suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, immundi spiritus prædicator, multas ecclesias per Priscā & Maximillā, nobiles & opulētas feminas, primū auro corruptit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transcendam. Arius, vt orbem deciperet, sororem principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infelices quosque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, successoremq; sui Priscillianum habuit, Zoroastris magi studiosissimum, & ex mago episcopum; cui iuncta Galla non gente, sed nomine, germanam huc illucq; currentem, alterius & vicina hæreseos reliquit heredem. Nunc quoq; mysterium iniquitatis operatur. Duplex sexus vtrumque supplantat, vt illud propheticum cogamur assumere: Clamauit perdidit, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas, non cum iudicio. In dimidio dierum derelinquet eas, & nouissimum eius erit inspiens.

Illud verò, quod ad decipiendos homines quosq; postea huic sententiæ coaptarunt, (non absque Dei gratia) cum prima legentes fronte decipiat, introspectum & diligentissimè ventilatum, decipere non potest. ita enim Dei gratiam ponunt, vt non per singula opera eius nitamur & regamur auxilio; sed ad liberum referunt arbitrium, & ad præcepta legis ponentes illud Esaiæ: Legem enim Deus in adiutorium posuit, vt in eo Deo referendæ sint gratiæ, quod tales nos condiderit, qui nostro arbitrio possimus & eligere bona, & vitare mala: & non intelligunt ista dicentes, quod per os eorum intolerabilem blasphemiam diabolus sibilat. Si enim in eo tantum, Dei est gratia, quod propria condidit voluntatis, & libero arbitrio contenti sumus; nec vltra eius indigemus auxilio, nō si indiguerimus, liberum fragatur arbitrium:

ergo nequaquam vltra orare debemus, nec illius clementiam precibus flectere, vt accipiamus quotidie, quod semel acceptum in nostra est potestate. Istiusmodi homines tollunt orationem; & per liberum arbitrium, non homines propria voluntatis, sed Dei potentia factos se esse iactant, qui nullius ope indigent. Tollantur & ieiunia, omnisque continentia. quid enim mihi necesse est laborare, vt accipiam per industriam, quod semel meæ factum est potestatis? Hoc, quod dico, non meum est argumentum: vnus discipulorum eius, immo iam magister, & totius ductor exercitus, & contra Apostolum vas perditionis, per solcæis morum, & non, vt sui iactitant, syllogismorum spineta decurrens, sic philosophatur, & disputat: Si nihil ago absque Dei auxilio, & per singula opera, eius est omne, quod gesserō: ergo non ego, qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxiliū; frustra q; dedit arbitrij potestatem, quam implere non possum, nisi ipse me semper adiuuerit, destruitur enim voluntas, quæ alterius ope indiget, sed liberum dedit arbitrium Deus; quod aliter liberum non erit nisi fecero quod voluero. Ac per hoc ait: Aut vtor semel potestate, quæ mihi data est, vt liberum seruetur arbitrium: aut, si alterius ope indigeo, libertas arbitrij in me destruetur. Qui hæc dicit, quam non excedit blasphemiam? quæ hæreticorum venena non superat? Asserunt se per arbitrij libertatem nequam vltra necessarium habere Deum, & ignorant scriptum: Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Magnas agit Deo gratias, qui per libertatem arbitrij rebellis in Deum est: quam nos libenter amplectimur, ita dumtaxat, vt agamus semper gratias largitori; sciamusq; nos nihil esse, nisi quod donauit, in nobis ipse seruauerit, dicente Apostolo: Nō est volentis neq; currentis, sed miserentis Dei. Velle & currere meum est: sed ipsum meum, sine Dei semper auxilio non erit meum. dicit enim idem Apostolus: Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere. Et Saluator in euangelio: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor; semper largitor, semperque donator est. Non mihi sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit. Peto, vt accipiam: & cum accepero, rursus peto. Auarus sum ad accipienda beneficia Dei: nec ille deficit in dando, nec ego fatior in accipiendo. quanto plus bibero, tanto plus sitio. legi enim à psalmista cantari: Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Omne, quod habemus bonum, gustus est Domini. Cum me putauero ad calcem peruenisse virtutum, tunc habeo principium. Principium enim sapientiæ timor Domini, qui expellitur, atque destruitur caritate. Hæc hominibus sola perfectio, si imperfectos esse se nouerint. Et vos, inquit, cum omnia feceritis, dicite: Serui inutilis sumus: quod debuimus facere, fecimus. Si inutilis est, qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere non potuit? Vnde & Apostolus, ex parte accepisse, & ex parte comprehendisse se dicit, & necdum esse perfectum, præteritorumque obliuisci, & in futurum se extendere. Qui semper præteritorum obliuiscitur, & futura desiderat, ostendit se præsentibus non esse contentum. Quod autem sursum deorsum iactat, liberum à nobis arbitrium destrui, audiant e contrario eos arbitrij destruerent libertatem, qui malè eo abutuntur aduersum beneficium largitoris. Quis destruit arbitrium? ille, qui semper Deo agit gratias, & quodcumque in suo riuulo fluit, ad fontem refert: an qui dicit: Recede à me, quia mundus sum, non habeo te necessarium? dedisti enim

Psal. 15.

a. Tim. 3

Ezech. 13

a. Thess. 1

Hier. 17

Cap. 3.

Esai. 8.

Rom. 9.

1. Cor. 4

Rom. 9
Philip 2
Ioan. 5

Psal. 38

Pro. 1

Luc. 17

1. Cor. 13
Philip 3

mihî semel arbitrij libertatem, vt faciam quod volucro: quid rursum te ingeris, vt nihil possim facere, nisi tu in me tua dona cõpleueris? Fraudulenter præ tendis, vt Dei gratiam ad conditionem hominis referas. & non in singulis operibus auxiliũ Dei requiras; ne scilicet liberum arbitrium videaris amittere; & cum Dei contempnas adminiculum, hominũ quæ ras auxilia. Audite, quæso, audite sacrilegum. Si, inquit, voluero curuare digitum, mouere manum, federe, stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, duobus digitulis narum purgamenta decutere, releuare aluum, vrinam digerere; semper mihî auxilium Dei necessarium erit: Audi ingrâte, immo sacrilege, Apostolum prædicantem: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid agitis, omnia in nomine Domini agite. Et illud Iacobi: Ecce nũc qui dicitis, hodie aut cras proficiscemur in illam ciuitatem, & faciemus illic annum, vt negotiemur, & lucremur; qui nescitis de crastino. quæ enim est vita vestra? aura est; siue vapor paululum apparens, deinde dissipatur. pro eo quod debeatis dicere: si Dominus voluerit, & vixerimus, faciemus aut hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbis vestris: omnis istiusmodi gloriatio pessima est. Iniuriam tibi fieri putas; & destrui arbitrij libertatem, si ad Deum semper auctorem recurras, si ex illius pendear voluntate, & dicas: Oculi mei semper ad Dominum, quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos? Vnde & audes lingua proferre temeraria, vnumquemque arbitrio suo regi? Si suo arbitrio regitur, vbi est auxilium Dei? Si Christo rectore non indiget, quo modo scribit Hieremias: Non est in homine via eius, & à Domino gressus hominis diriguntur? Facilia dicitis Dei esse mandata, & tamen nullum proferre potes, qui vniuersa compleuerit. Responde mihî: facilia sunt, an difficilia? si facilia, profer qui ea impleuerit, & cur Dauid in psalmo canat: Qui fingis laborem in præcepto. Iterum: Propter verba laborum tuorum ego custodiui vias duras. Et dominus in euangelio: Intrate per angustam portam. Et: Diligite inimicos vestros. Et: Orate pro ijs, qui persequuntur vos. Sin autem difficilia, cur ausus es dicere facilia esse Dei mandata, quæ nullus impleuerit? Non intelligis tuas inter se repugnare sententias? aut enim facilia sunt, & infinita est multitudo hominũ, qui ea impleuerint, aut difficilia, & temerè dixisti esse facile, quod difficile est. Soletis & hoc dicere; aut possibilia esse mandata, & recte à Deo data, aut impossibilia; & non in ijs esse culpam, qui accepere mandata, sed in eo, qui dedit impossibilia. Numquid præcepit mihî Deus, vt essem quod Deus est; vt nihil inter me esset & Dominum creatorem, vt maior essem angelorum fastigio; vt haberem quod angeli non habent? De illo scriptum est quasi proprium: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Si hoc & mihî cum Christo commune est, quid ille habuit proprium? alioqui per se tua sententia destruetur.

CAP. 4. Afferis posse hominem esse sine peccato, si velit; & post grauissimum somnum ad decipiendas rudes animas frustra conaris adiungere, non absque Dei gratia. Si enim semel homo per se potest esse sine peccato, quid necessaria est Dei gratia? sin autem sine illius gratia nihil potest facere, quid necesse fuit dicere, posse quod non potest? Potest, inquit, esse sine peccato; potest esse perfectus, si voluerit. quis enim Christianorum non vult esse sine peccato? aut quis perfectionem recusat, si sufficit ei velle; & statim sequitur posse, si velle præcesserit? nullusq; Christianorum est, qui nolit esse sine peccato: omnes ergo sine

peccato erũt, quia vtiq; omnes cupiũt esse sine peccato. Et in hoc ingratus teneberis, vt quia nullũ, aut rarum quẽquam sine peccato proferre potes, omnes sine peccato esse posse fatearis. Possibilia, inquit, madata dedit Deus. Ecquis hoc negat? sed, quo modo hæc intelligenda sit sententia, vas electionis apertissimè docet: ait enim: Quod erat impossibile legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne. Et iterum: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod ne de lege Moyfi tantum dictum putes, & nõ de omnibus mandatis, quæ vno legis nomine continentur, idem Apostolus scribit dicẽs: Cõsentio enim legi Dei, iuxta anteriorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Cur autem hoc dixerit, alio sermone demonstrat. Scimus enim, quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, quod enim operor, non cognosco. non enim, quod volo, illud operor; sed, quod odi, illud facio. sin autẽ, quod nolo, hoc facio; consentio legi, quoniam bona est. nunc autem nequaquam ego operor illud, sed, quod in me habitat, peccatum. scio enim, quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. velle enim adiacet mihî; perficere autem bonum, non inuenio. non enim, quod volo bonum, hoc facio; sed, quod nolo malum, hoc ago. si autem, quod nolo, hoc facio; nequaquam ego operor illud, sed, quod habitat in me peccatum. Reclamabis, & dices: Manichæorum dogma nos sequi, & eorum, qui de diuersis naturis Ecclesiæ bella concinnant, afferentium malam esse naturã, quæ immutari nullo modo possit. Et hoc non mihî, sed Apostolo imputa, qui nouit aliud esse Deum, aliud esse hominem; aliam carnis fragilitatem, aliam spiritus fortitudinem. Caro enim desiderat contra spiritum, & spiritus contra carnem: & hæc inuicem sibi aduersantur, vt non, quæ volumus, illa faciamus. A me numquam audies, malam esse naturam. Sed, quo modo sit carnis fragilitas differenda, ipso, qui scripsit, docente, discamus. Interrogauit eum, quare dixerit: Non enim, quod volo, hoc operor; sed, quod odi malum illud facio. Quæ necessitas illius impediatur voluntatem, quæ tanta vis, odio digna imperet facere, vt non, quod vult, sed quod odit & non vult, facere compellatur? Respondebit tibi: o homo, tu quis es, qui respondeas Deo? numquid dicit figmentum figulo, quare me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti, de eadem massa aliud quidem vas facere in honorem, aliud autem in contumeliam? Obiice Deo fortio rem calumniam, quare adhuc, cum in vtero essent Esau & Iacob, dixerit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Accusa eum iniquitatis, cur Achan, filius Charmi, de Hierichuntina præda aliqua furatus sit, & tanta millia hominum illius vitio trucidata sint. Quamobrem filij Eli peccauerint, & omnis penè populus extinctus, arcaque sit capta. Dauid peccauit vt enumeraret populum, & cur in toto Israële tanta hominum caesa sint millia. Et ad extremum, quod solet nobis obicere contubernalis vester Porphyrius, qua ratione clemẽs & misericors Deus ab Adam vsque ad Moysen, & à Moysen vsque ad aduentum Christi passus sit vniuersas gentes perire ignorantia legis, & mandatorum Dei. Neque enim Britannia, fertilis prouincia tyrannorum, & Stoicæ gentes, omnesque vsque

Rom. 8.

Rom. 1.

Rom. 7.

Gal. 5.

Rom. 9.

Mal. 1.

Ios. 7.

1. Reg. 14.

2. Reg. 24.

ad Occa-

ad Oceanum per circuitum barbaræ nationes, Moysen prophetasq; cognouerant. Quid necesse fuit eum in ultimo venire tempore, & non prius, quam innumerabilis periret hominum multitudo? Quam questionem beatus Apostolus ad Romanos scribens, prudentissimè ventilat, ignorans hæc, & Dei concedens scientiæ. Dignare igitur & tu ista nescire, quæ quæris. concede Deo potentiam sui: nequaquam te indiget defensore. Ego miserabilis, qui tuas expecto contumelias, qui illud semper lego: Gratia salui facti estis. Et: Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Vt de mea fragilitate loquar, noui me multa uelle, quæ facienda sunt, & tamen implere non posse. Spiritus enim fortitudo ducit ad vitam, sed carnis fragilitas ducit ad mortem. Et audio Domini uocem commonentem: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus promptus est, caro autem infirma. Frustra blasphemias, & ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium condennare. Damnetur ille, qui damnat. Caterum non ex eo differimus à brutis animalibus, quod liberi arbitrii cõditi sumus: sed ipsum liberum, ut diximus, arbitrium Dei nititur auxilio, illiusq; per singula ope indiget: quod vos non uultis: sed id uultis, ut, qui semel habet liberum arbitrium, Deo adiutore non egeat. Liberum arbitrium dat liberam uoluntatem, & non statim ex libero arbitrio homo facit, sed Domini auxilio, qui nullius ope indiget. Tu ipse, qui perfectam & Deo æqualem in hominibus iustitiam iactitas, & peccatorem te esse confiteris, responde mihi, uelis an nolis carere peccato? si vis, quare iuxta sententiã tuam non implet, quod desideras? si autem non vis, contemptorem te præceptorum Dei esse demonstras. si contemptor es, utique & peccator. si peccator, audi tibi scripturam loquentem: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti uerba mea retrorsum. Verba Dei dum non vis facere, post tergum tuum proiicias: & nouus Apostolus, orbi terrarum faciendam & non faciendam decernis. Sed non est ita, ut loqueris: aliud in tua mente uersatur. Quando enim te dicis peccatorem, & posse hominem sine peccato esse, si uelit: illud vis intelligi, te quidem sanctum esse, & omni carere peccato: sed per humilitatem, peccati nomen assumere: ut alios potius laudes, & tibi detrahas. Illud quoq; argumentum uestrum ferre quis possit? Dicitis his uerbis: Aliud est esse, aliud esse posse. esse, non est in nostra positum potestate, esse autem posse, generaliter dici: quod licet aliud non fuerit, tamen possit esse qui esse uoluerit. Rogo, quare est ista argumentatio, posse esse, quod numquam fuerit? posse fieri, quod nullum fecisse testetur: id cui libet tribuere, qui an futurus sit ignores, & dare nescio cui, quod in patriarchis, & prophetis, & apostolis fuisse nequeas approbare? Audi ecclesiasticam simplicitatem, siue rusticitatem, aut imperitiam, ut uobis uideatur. Loqueris, quod credis: publicè prædica, quod secreto discipulis loqueris. Quis dicit te habere arbitrii libertatem, quare non liberè, quod sentis, loqueris? aliud audiunt cubiculorum tuorum secreta, aliud rostrorum populi. etenim uulgus indoctum non potest arcanorum tuorum onera sustentare, nec capere solidum cibum, quod infantia lacte contentum est. Necdum scripsi, & comminari mihi rescriptorum tuorum fulmina: ut scilicet hoc timore perterritus, non audeam ora referare: & non animaduertis iccirco nos scribere, ut vos respondere cogamini, & apertè aliquando dicere, quod pro tempore, personis, & locis uel loquimur,

ni, uel tacetis. Nolo uobis liberum esse, negare quod semel scripseritis. Ecclesiæ uictoria est, uos apertè dicere quod sentitis, aut enim idem responsuri estis, quod & nos loquimur, & nequaquam eritis aduersarij, sed amici: aut si contraria nostro dogmati dixeritis, in eo uincemus, quod omnes cognoscent ecclesiæ, quid sentiat. Sententias uestras prodidisse, superasse est. Pater prima fronte blasphemias. Non necesse habet conuinci, quod sua statim professione blasphemum est. Minamini nobis responsonem, quam uitare nullus potest, nisi qui omnino non scribit. Vnde nostis quid dicturi simus, ut responsonem paretis? Forsitan uestra dicemus, & frustra ingenij uestri acuetis stylum. Eunomiani, Ariani, Macedoniani, nominibus separati, impietate concordés, nullum nobis laborem faciunt: loquuntur enim, quod sentiunt. Sola hæc hæresis est, quæ publicè erubescit loqui, quod secreto docere non meruit. Magistrorum silentia profert rabies discipulorum. Quod audierunt in cubiculis, in tectis prædicant: ut, si placuerit auditoribus quod dixerint, referatur ad gloriam magistrorum; si displicuerit, culpa sit discipuli, non magistri. Ideo creuit uestra hæresis, & decipistis plurimos, maximeq; eos, qui adherent mulieribus, & sciunt se peccare non posse: quia semper docetis, semper negatis, & audire meremini illud propheticum: Gloriam in partibus, & parturitionibus da illis Domine. Quid dabis illis? Vuluam sterilem, & uera arctia. Feruet animus, nec possum uerba cohibere. Epistolaris angustia non patitur longi operis magnitudinem. Nullius in hoc opusculo nomen propriè tangitur: aduersus magistrum peruersi dogmatis locuti sumus, qui si iratus fuerit, atque rescripserit, suo quasi mus prodetur indicio, ampliora in uero certamine uulnera susceperunt. Multi anni sunt, quod ab adolescentia usque ad hanc ætatem diuersa scripsi opuscula, semperq; habui studio auditoribus loqui, quod publicè in ecclesia didiceram: nec philosophorum argumenta sectari, sed Apostolorum simplicitati acquiescere, sciens illud scriptum: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et: Fatuum Dei sapientius est hominibus.

Cum hæc se ita habeant: prouoco aduersarios, ut omnes retro chartulas ex integro discutiant, & si quid in meo ingenio uitij repererint, proferant in medium: aut enim bona erunt, & contradicam eorum calumniæ, aut reprehensibilia, & confitebor errorem, malens emendare, quam perferre in prauitate sententiæ. Et tu ergo, doctor egregie, aut defende quod locutus es, & sententiarum tuarum acuminã adstrue eloquio subsequenti, ne, quado tibi placuerit, neges quod locutus es: aut, si certè errasti quasi homo, liberè confitere, & discordantium inter se redde concordiam. In mentem tibi ueniat, tunicam Saluatoris nec à militibus fuisse cõfiscissam. Fratrum inter se cernis iurgia, & rides, atque lætaris, quod alij tuo nomine, alij Christi appellerent. Imitare Ionam, & dicito: Si propter me est ista tempestas, tollite me, & mittite in mare. Ille humilitate deiectus est in profundum, ut in typum Domini gloriosus resurgeret, tu per superbiam ad astra sustolleris, ut de te loquatur Iesus: Videbã satanam sicut fulgur cadentem de celo. Quod autem in scripturis sanctis multi iusti appellerentur, ut Zacharias, & Helisabet, Iob, Iosaphat, & Iosias, & multi, quorum nominibus sacra scriptura contexta est: quamquam in promisso opere plenius, si gratiam Dominus dederit, dicturus sum: tamen in præsentia epistola hoc breuiter strinxisse sufficiat

Eph. 2.
Phil. 1.

Matth. 26.

Phil. 49.

Matth. 10.

Osee 9.

1. Cor. 10.

CAB. 3.

Ioan. 19.

Ion. 3.

Matth. 10.

Luc. 10.

Iob. 10.

3. Reg. 22.
4. Reg. 23.
2. Par. 35.

ficiat, quòd iusti appellentur, non quòd omni vitio careant, sed quòd maiori parte virtutum commendentur. Denique & Zacharias, silentio condemnatur, & Iob suo sermone reprehèditur, & Iosaphat, & Iosias, qui iusti absque dubio dicti sunt, fecisse narrantur, quæ Domino displicerent. Quorum alter impio auxilium tulit, & correptus est à propheta: alter contra præceptum Domini ex ore Hieremiæ, occurrìt Nichao, regi Ægyptio, & interfectus est: & tamen vterque iustus appellatur. De cæteris non est huius temporis scribere: neque enim à me librum, sed epistolam flagitasti: qui dictandus est ex otio, & omnes oblationes eorum Christi auxilio destruedæ, quod nobis sanctarum scripturarum testimoniis asserendum est, in quibus quotidie credentibus loquitur Deus. Illudque per te sanctæ & illustris domus conciliabulum precor, atque commoneo, ne per vnum, aut vt multum, tres homunculos suscipiant tantarum faces hæreseon, aut vt parum dicam, infamiam: vt vbi primum virtus & sanctitas laudabatur, ibi præsumptionis diabolicæ, & sordidissimæ societatis turpitudine verferetur: sciantque qui huiusmodi hominibus opes suggerunt, hæreticorum multitudinem congregare, & Christi hostes facere, & enutrire aduersarios eius, frustra que aliud lingua præteredere, cum manu sentire aliud comprobentur.

IN DIALOGOS ADVERSVS PELAGIANOS

PROOEMIUM.



SCRIPTA iam ad Ctesiphontem epistola, in qua ad interrogata respondi, crebra fratrum expositio fuit, cur promissum opus ultra differrem; in quo pollicitus sum, me ad cunctas eorum, qui *à voce Dei* prædicant, quæstionculas responsum: nulli enim est dubium, quin Stoicorum, & Peripateticorum, hoc est, veteris Academiæ, ista contentio sit: quod alij eorum asserant *à vbi*, quas nos perturbationes possumus dicere, ægritudinem, gaudium, spem, timorem, eradicari, & extirpari posse de mètib; hominum; alij frangi eas, regi, atque moderari, & quasi infrenes equos quibusdam lupatis coërceri. Quorum sententias & Tullius in Tusculanis disputationibus explicat; & Origenes ecclesiasticæ veritati in Stromatibus suis miscere conatur: vt præteream Manichæum, Priscillianum, Euagrium Hyperbortam, Iovinianum, & totius pene Syriæ hereticos, quos sermone gentili Abin & Paanin, id est, peruersos & Massilianos, Græcè *ὁμοιωτας* vocant: quorum omnium ista sententia est, posse ad perfectionem, & non dicam ad similitudinem, sed æqualitatem Dei, humanam virtutem & scientiam peruenire, ita vt asserant se ne cogitatione quidem, & ignorantia, cum ad consummationis culmen ascenderint, posse peccare. Et quamquam superiori epistola, quam ad Ctesiphontem scripsi contra errores eorū, pro angustia tēporis pauca perstrinxerim: hic liber, quem nūc cudere nitimur, Socraticorum consuetudinem seruabit; vt, ex vtraque parte quid dici possit, exponat, & magis perspicua veritas fiat, cum posuerit vniūquisque, quod senserit. Illud autem Origenis proprium est, impossibile esse, humanam à principio vsque ad mortem non peccare naturam: & rursus esse possibile, cum se aliquis ad meliora conuerterit, ad tantam fortitudinem perue-

nire, vt ultra peccare non possit. Aduersum eos autē, qui me dicunt hoc opus inflammatum inuidiæ facibus scribere, breuiter respondebo, numquā me hæreticis pepercisse, & omni egisse studio, vt hostes Ecclesiæ, mei quoque hostes fierent. Heluidius scripsit contra sanctæ Mariæ virginitatem perpetuā. Numquid, vt ei responderem, ductus inuidia sum, quem omnino in carne non vidi? Iovinianus, cuius, o Pelagi, à te nunc hæresis suscitatur. Romanam fidem, me absente, turbauit, tam elinguis, & sermonis putidi, vt magis misericordia dignus fuerit, quàm inuidia. illi quoque respondi, vt potui. Rufinus non vni vrbi, sed orbi blasphemias Origenis, & *περὶ ἀρχῶν* libros, quatum in se fuit, intulit, ita vt Eusebij quoque primū librum defensionis Origenis sub nomine Pamphili martyris ederet, & quasi ille parū dixisset, nouum pro eo volumen euomeret. num inuidemus ei, quia respondimus, & tanta in eo eloquentiæ fuere fulmina, vt me à scribendi atque dictandi studio deterreret? Palladius, seruilis nequitia, eandem hæresim instaurare conatus est, & nouam translationis Hebraicæ mihi calumniam struere. nū & illius ingenio nobilitatisque inuidimus? Nunc quoque mysterium iniquitatis operatur: & garrit vnusquisque, quod sentit: ego solus sum, qui cunctorum gloria mordetur, & tam miser, vt ijs quoque inuideam, qui non merentur inuidiam. vnde, vt omnibus probarem me non odisse homines, sed errores, nec aliquorum infamiam querere, magisque dolere vicem eorum, qui falsi nominis scientia supplantantur, Attici & Critobuli nomina posui, per quos, & nostra pars & aduersariorum quid sentiret, exprimerem. Quin potius omnes, qui catholicā sectamur fidem, optamus & cupimus dānari hæresim, homines emendari; aut certe, si in errore voluerint permanere, nō nostram culpam esse, qui scripsimus, sed eorum, qui mendacium prætulērūt veritati. Breuiterque calumniatoribus respondemus, qui sua in nos maledicta conferunt, Manichæorum esse, hominum damnare naturam, & liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere: rursusque apertissimæ insaniæ, hoc hominem dicere esse, quod Deus est: & sic ingrediendum via regia, vt nec ad sinistra, nec ad dextram declinemus: appetitumque propriæ voluntatis, Dei semper credamus auxilio gubernari. Si quis autē falso se infamari clamitat, & gloriatur nostra sentire, tūc veræ fidei probabit assensum, cum apertè & absque dolo aduersa damnauerit: ne audiat illud propheticum: Et in omnibus his non est conuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda ex toto corde suo, sed in mendacio. Minorisque peccati est, sequi malū, quod bonum putaueris, quàm nō audere defendere, quod bonum pro certo noueris. Qui minas, iniuriam, paupertatemque ferre non possumus, quo modo flammam Babylonis vincemus? Quod bellum seruauit, pax ficta non auferat. nolo timore perfidiam discere, cum veram fidem meæ Christus reliquerit voluntati.

DIALOGORVM HIERONYMI ADVERSVS PELAGIVM

LIBER PRIMVS:

ATTICVS.



IC mihi Critobule: Verum ne est, CAP. I.
quod à te scriptum audio, posse hominem sine peccato esse, si velit, & facilia Dei esse præcepta: CRITOBVLVS. Verum, Attice; sed non eodem sensu ab æmulis accipitur, quo à me dictum est. ATTICVS. Quid enim ambiguitatis in

is in dicto est, vt diuersa intelligentiæ tribuatur occasio: nec quæro, vt de vtroque pariter respondeas, duo enim à te proposita sunt, vnum, posse hominem sine peccato esse, si velit, alterum, facilia Dei esse præcepta. Licet ergo simul dicta sint, tamen per partes singulas differantur: vt quorum vna videtur fides, nulla sit in sententiarum diuersitate contentio. **CRITO.** Ego, Attice, dixi hominem absque peccato posse esse, si velit, non, vt quidam maledici calumniantur, absque Dei gratia, quod etiam cogitare sacrilegium est, sed simpliciter posse, si velit, vt subaudiatur, cum Dei gratia. **ATTI.** Ergo & malorum in te operum auctor est Deus? **CRITO.** Nequaquam ita vt autumas: sed si quid in me boni habeo, illo suggerente & adiuuante completur. **ATTI.** Nô de natura quæro, sed de actu, quis enim dubitat Deum omnium creatorem? hoc mihi respondeas velim: quod agis bonum, tuum est, an Dei? **CRITO.** Meum est, & Dei, vt ego operer, & ille adiuet. **ATTI.** Et quo modo hæc omnium opinio est, quod Dei auferas gratiam, & quidquid homines agimus, propriæ tantum asseras voluntatis? **CRITO.** Miror, Attice, cur erroris alieni à me causam rationemque flagites; & id quæras, quod scriptum non est, cum perspicuum sit, quod scripserim. Dixi hominem sine peccato esse posse, si velit: numquid addidi, absque Dei gratia? **ATTI.** Sed ex eo, quod non addidisti, videris negare. **CRITO.** Immo ex eo, quod non negavi, dixisse existimandus sum. neque enim, quidquid non dicimus, negare arbitrari sumus. **ATTI.** Consteris ergo, posse hominem sine peccato esse, si velit, cum Dei gratia? **CRITO.** Non solum fateor, sed & liberè proclamo. **ATTI.** Errat ergo, qui Dei gratiam tollit? **CRITO.** Errat. Quin potius arbitrandus est impius: cum Dei nutu omnia gubernentur; & hoc, quod sumus, & habemus appetitum propriæ voluntatis, Dei conditoris sit beneficium, vt enim liberum possideamus arbitrium, & vel ad bonam vel ad malam partem declinemus propria voluntate, eius est gratia, qui nos ad imaginem & ad similitudinem sui tales condidit. **ATTI.** Nulli, è Critobule, dubium est, ex eius cuncta pendere iudicio, qui creator est omnium; & quidquid habemus, illius beneficio deputadum. sed quæro, hoc ipsum, quod Dei assersis gratiæ, vtrum ad conditionis referas beneficium; an in singulis rebus putes esse, quas gerimus, vt scilicet illius in omnibus vtamur auxilio; an semel ab eo liberi arbitrij conditi, nostra voluntate, vel viribus agamus, quod volumus? noui enim, plerosque vestrum ita ad Dei cuncta referre gratiam, vt non in partibus, sed in genere, hoc est, nequaquam in singulis rebus, sed in conditione arbitrij intelligant potestatem. **CRITO.** Non est ita vt autumas, sed à me vtrumque dicitur, vt & Dei gratia sit, quod tales conditi sumus, & per singula opera illius adminiculo fulciamur. **ATTI.** Constat ergo inter nos, in bonis operibus, post propriam voluntatem, Dei nos niti auxilio, in malis diaboli. **CRITO.** Constat, & super hoc nulla contentio est. **ATTI.** Malè ergo sentiunt, qui per singulas res, quas agimus, Dei auferunt adiutorium: & illud, quod Psalmista canit: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam: & cætera huiusmodi, peruersis interpretationibus, immo risu dignis, ad alios sensus detorqueant nituntur? **CRITO.** Quid mihi necesse est contra alios dicere, cum meum responsum habeas? **ATTI.** Tuum responsum cuiusmodi? eos benè sentire, an malè? **CRITO.** Ecquæ me cogit necessitas, vt contra alios promam sententiam?

Mat. 12.6.

ATTI. Disputationis ordo, & ratio veritatis. An ignoras, omne, quod dicitur, aut esse, aut non esse, & aut inter bona, aut mala debere numerari? hoc ergo, de quo interrogo, aut benè dici, aut malè, ingratum tibi fatendum est. **CRITO.** Si in singulis rebus, quas gerimus, Dei vtendum est adiutorio: ergo & calamum temperare ad scribendum, & temperatum pumice terere, manumque aptare litteris, tacere, loqui, sedere, stare, ambulare, currere, comedere, ieiunare, flere, ridere, & cætera huiusmodi, nisi Deus iuuerit, non poterimus? **ATTI.** Iuxta meum sensum, non posse perspicuum est. **CRITO.** In quo igitur liberum habemus arbitrium, & Dei in nos gratia custoditur, si ne hoc quidem absque Deo possumus facere? **ATTI.** Non sic donata est liberi arbitrij gratia, vt Dei per singula tollatur adminiculum. **CRITO.** Non tollitur Dei adiutorium, cum creatura ex semel dati liberi arbitrij gratia conferuentur. si enim absque Deo, & nisi per singula ille me iuuerit, nihil possum agere: nec pro bonis me iuste operibus coronabit, nec affliget pro malis; sed in vtroque suum vel recipiet, vel damnabit auxilium. **ATTI.** Dic ergo simpliciter, quod Dei auferas gratiam. quidquid enim tollis in partibus, necesse est vt & in genere neges. **CRITO.** Non nego gratiam, cum ita me à Deo asseram conditum, vt per Dei gratiam meæ datum sit voluntati, vel facere quid, vel non facere. **ATTI.** Dormitat ergo Deus in operibus nostris semel data liberi arbitrij potestate: nec orandus est, vt in singulis operibus nos iuuet; cum voluntatis nostræ sit, & proprii arbitrij, vel facere, si volumus, vel non facere, si nolumus. **CRITO.** Quo modo in cæteris creaturis conditionis ordo seruetur: sic concessa semel liberi arbitrij potestate, nostræ voluntati omnia derelicta sunt. **ATTI.** Ergo, vt dixi, nõ debeo à Deo per singula auxilium deprecari, quod semel meo datum est iudicio? **CRITO.** Si in omnibus ille cooperatur, non est meum, sed eius, qui adiuuat, immo qui in me cooperatur, præsertim cum abique eo facere nihil possim.

ATTI. Oro te, nõ legisti: Non enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: Ex quibus intelligimus, nostrum quidem esse velle, & currere, sed vt voluntas nostra cõpleatur, & cursus, ad Dei misericordiam pertinere, atque ita fieri, vt & in voluntate nostra, & in cursu, liberum seruetur arbitrium; & in cõsummatione voluntatis, & cursus, Dei cuncta potentia relinquatur. Scilicet nunc mihi scripturarum testimonia replicanda sunt, quo modo per singula Dei à sanctis flagitetur auxilium; & in singulis operibus suis, illo adiutore & protectore vti desiderent. lege totum psalterium, omnes sanctorum voces: nihil erit, nisi ad Deum in cunctis operibus deprecatio. Ex quo perspicue ostenditur, te aut Dei negare gratiam, quam tollis in partibus; aut, si in partibus dederis, quod nequaquam te velle manifestum est, in nostram sententiam transire; qui sic liberum homini seruamus arbitrium, vt Dei per singula adiutorium non negeamus. **CRITO.** Captiosa ista est conclusio, & de dialecticorum arte descendens. mihi autem nullus auferre poterit liberi arbitrij potestatem; ne, si in operibus meis Deus adiutor extiterit, non mihi debeatur merces, sed ei, qui in me operatus est. **ATTI.** Fruere liberi arbitrij potestate: vt contra Deum armes linguam tuam; & in eo te liberum probes, si tibi liceat blasphemare. verum, super hoc quid sentias, nulli dubium est, & præstigia confessionis tuæ apertissima luce claruerunt. Nunc reuertamur ad id, vnde differere cœpimus. Dic mihi: si tibi videtur hoc, quod cū

Dei adiutorio paulò antè dicebas, posse hominem non peccare, si velit; in perpetuum dicas, an ad tempus, & breue? CRITO. Superflua interrogatio est. si enim, ad tempus, & breue, dixerò, nihilo minus referetur ad perpetuū. quidquid enim ad breue dederis, hoc cōcedes & in perpetuum. ATT I. Quid dicas, non satis intelligo. CRITO. Ita ne duruses, vt manifesta non sentias: ATT I. Non me pudet nescire, quòd nescio. & de quo futura est disputatio, debet inter vtrumque conuenire, quem sensum habeat. CRITO. Ego hoc assero; qui potest vno die se abstinere à peccato, posse & altero; qui duobus, posse & tribus, qui tribus, posse & triginta; atque hoc ordine posse & trecentis & tribus millibus, & quādiucumq; se voluerit abstinere. ATT I. Die ergo simpliciter, posse hominem in perpetuū esse sine peccato, si velit. Possumus ne omne, quod volumus? CRITO. Nequaquam. nequz enim possum, quidquid voluero: sed hoc solum dico, hominē sine peccato posse esse, si velit. ATT I. Quæso, vt mihi respondeas. Hominē me putas, an belluā? CRITO. Si de te ambigo, vtrum homo, an bellua sis, ipse me belluā confitebor. ATT I. Si ergo, vt dicis, homo sum; quo modo, cum velim & satis cupiam non peccare, delinquo? CRITO. Quia volūtas imperfecta est. si enim verè velles, verè vtiq; non peccares. ATT I. Ergo tu, qui me arguis nō verè cupere, sine peccato es, quia verè cupis? CRITO. Quasi ego de me dicam, quem peccatorem esse confiteor, & non de paucis, & raris, si qui voluerint non peccare. ATT I. Interim ex meo tuoque iudicio, & ego, qui interrogo, & tu, qui respondes, peccatores sumus. CRITO. Sed possumus non esse, si velimus. ATT I. Dixi me velle non peccare: te quoque hoc sentite, nō dubium est. Quo modo ergo, quod vterq; volumus, vterq; non possumus? CRITO. Quia plene nō volumus. ATT I. Da ergo, qui maiorū nostrorū plene voluerint, & potuerint. CRITO. Hoc quidem non facile est ostendere. neq; enim, quando dico hominē posse esse sine peccato, si velit, aliquos fuisse cōtendo, sed simpliciter posse esse, si velit. aliud namq; est, esse posse, quod Græcè dicitur *δύναμις*: aliud est, esse; quod ipsi appellant *ἐπιτηδεύειν*. Possum esse medicus, sed interim nō sum. possum esse faber, sed necdū didici. quidquid igitur possum, licet necdū sim, tamen erō, si voluero. ATT I. Aliud sunt artes, aliud id, quod super artes est. Medicina, & fabrica, & artes ceteræ inueniuntur in plurimis: sine peccato autē esse perpetuò, diuinæ solius est potestatis. Itaque aut da exemplum, qui absque peccato fuerint in perpetuū: aut, si dare non potes, confitere imbecillitatē tuam: & noli ponere in cœlum os tuum, vt per esse, & esse posse, stultorum illud as auribus. quis enim tibi concedet, posse hominem facere, quod nullus vniquam hominū potuerit? An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Si enim potest homo; non posse, tollitur. si autem non potest; posse, subuertitur. Aut concede mihi aliquem potuisse, quod fieri posse contendis: aut, si nullus hoc potuit, inuictus teneberis, nullum posse, quod possibile iactas. Inter Diodorū, & Chrysippum, valentissimos dialecticos, *περὶ τὸ ἀδύνατον* ista contentio est. Diodorus id solum posse fieri dicit, quod aut sit verum, aut verum futurum sit; & quidquid futurum sit, id fieri necesse esse; quidquid autē non sit futurum, id fieri non posse. Chrysippus verò, & quæ non sunt futura, posse fieri dicit, vt frangi hoc margaritum, etiam si id nunquam futurum sit. Qui ergo aiunt hominem posse esse absque peccato, si velit, non poterunt hoc verum probare, nisi futurum docuerint. Cum autem futura incerta sint omnia, &

maximè ea, quæ numquam facta sunt; perspicuum est, eos, id futurum dicere, quod non sit futurum, Eccl. 1. Eccl. 1.

CRITO. Oro te, vt hoc mihi respondeas: possibilia Deus mandata dedit, an impossibilia? ATT I. Cerno, quo tua tendat assertio. sed de hoc in posterioribus differendum est: ne, dū miscemus quæstionibus quæstiones, obscuram audientibus intelligentiam relinquamus. Reseruato igitur hoc, quod fatemur; possibilia Deum dedisse mandata; ne ipse auctor iniustitiæ sit, si id exigat fieri, quod fieri nō potest; nūc illud imple, quod proposueras, posse hominem sine peccato esse, si velit. aut enim dabis eos, qui potuerunt: aut, si nullus potuit, liquidò confiteberis hominem in perpetuū vitare peccata nō posse. CRITO. Quoniam vrget me, vt dem quod dare non debeat: illud quæso considera, quòd Dominus dixerit, facilius camelum per foramen acus intrare posse, quàm diuitē in regnum cœlorum. & tamen dixit fieri posse, quod numquam factum est. neq; enim camelus vniquam per foramen acus ingressus est. ATT I. Miror hominem prudentem proposuisse testimonium, quod cōtra se faciat. in hoc enim, non quod fieri possit, dictū est, sed impossibile impossibili cōparatum. quo modo enim camelus non potest intrare per foramen acus; ita & diues non ingrediatur in regna cœlorum. aut, si potueris ostendere, quòd diues ingrediatur regna cœlorum; sequitur, vt & camelus intret per foramen acus. Nec mihi abraham, & ceteros, quos in veteri testamēto diuites legimus, ex cōplo proponas, qui diuites ingressi sunt regna cœlorum: cum, ipsis diuitijs ad bona vtentes opera, diuites esse deserint; immo cum non sibi, sed alijs diuites fuerint, dispensatores magis Dei, quàm diuites appellādi sint. Sed nobis euangelica perfectio requirenda est: in qua præcipitur. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. CRITO. Dū nescis, proprio captus es laqueo. ATT I. Quo nam modo? CRITO. Ex sententia Domini asseris posse hominem esse perfectum. quando enim dicit: Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me: ostendit hominem, si voluerit, & fecerit quæ præcepta sunt, posse esse perfectum. ATT I. Validissimo quidem pugno me percussisti, ita vt caligo mihi ante oculos obuerrari cœperit: sed tamen hoc ipsum, quod dicit: Si vis perfectus esse: ei dicitur, qui non potuit, immo noluit, & iccirco non potuit. Tu autem ostende mihi, qui & voluerit; & potuerit, quod nunc pollicitus es. CRITO. Quæ enim me cogit necessitas ostendere, qui perfecti fuerint: cum perspicuum sit, posse esse perfectos, ex eo, quòd vni à Salvatore sit dictum, & per vnum omnibus; si vis esse perfectus. ATT I. Tergueris: in eodem luto hæsitās, aut enim, quod potest fieri, aliquando factum est: aut si numquam factum est, fieri non posse concede. CRITO. Quid ultra differo? Scripturarum auctoritate vincendus es. Vt cetera prætermittam; nonne his duobus testimonijs tibi imponetur silentium, in quibus Iob, & Zacharias, Helisabetque laudantur? Nisi enim fallor, in Iob ita scriptum est: Homo quidam erat in regione Hus nomine Iob: & erat homo ille verax & sine crimine, verus Dei cultor, abstinens se ab omni re mala. E iterū: Quis est, qui arguit iustum meū sine peccato, & loquitur verbis suis per ignorantiam? In Euangelio quoq; secundum Lucā: Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illi de filiabus

bus Aaron, & nomen illius Helifabet. Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mādatis & iustificationibus Domini, sine querela. Si verus Dei cultor est, & immaculatus, ac sine crimine, & qui ambulat in cunctis iustificationibus Domini, iusti sunt in conspectu eius: puto, quod peccato careant, & nulla re indigeant, quæ ad iustitiā pertinet. **A T T I.** Proposuisti testimonia, quæ non de alterius scripturæ loco, sed de proprijs libris absoluta sunt. Nam & Iob, postquam percussus est plaga multa, aduersus Dei sententiam, prouocans eum ad iudicium, dixisse conuincitur: Atque vtiā sic iudicaretur vir cum Deo, quo modo iudicatur filius hominis cum collega suo. Et iterum: **Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum omnipotēs audiat, & librū scribat ipse, qui iudicat?** Et rursum: Si enim fuero iustus, os meum impia loquetur; & si absque crimine, prauis inueniar; & si purificatus niue, & lotus manibus, fatis me forde tinxisti: execratū est me vestimentum meum. Et de Zacharia scriptum est, quodd, angelo natiuitatem filij pollicente, dixerit: **Vnde hoc sciam?** Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus iuis: ob quæ statim silentio condemnatur: Eris tacens, & loqui non poteris vsque ad diem, quo fient hæc, quia non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Ex quo perspicuū est, iustos quidem & immaculatos dici, sed, si negligentia subreperit, posse concidere: & semper hominem in meditullio positum; vt & de virtutum culmine ad vitia delabatur; & de vitijs ascendat ad sublimia; & numquam eum esse securum, sed semper metuere in tranquillitate naufragium: ac per hoc hominem sine peccato esse non posse, dicente Salomone: Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Et eodem in Regum libro: Neq; enim est homo, qui non peccet: ac beato Dauid: Delicta quis intelligit, ab occultis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Et iterum: Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et multa alia, quibus scripturæ sanctæ plenæ sunt. **C R I T O.** Quid ergo respondebis ad illud exemplum, quod ponit euangelista Ioannes: Scimus, quod omnis, qui natus est ex Deo, non peccat; sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum? Scimus, quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. **A T T I.** Par pari referam, & paruam euangelistæ epistolam, secundum sensum tuum, docebo sibi esse contrariam. Si enim omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen eius manet in eo; & non potest peccare, quia ex Deo natus est: qua consequentia idem in eodem loco loquitur: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est? Ignoras rationem, hæsitās, atque turbaris: Audi eundem euangelistam: Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt dimittat nobis peccata nostra, & mūdet nos ab omni iniquitate. Tunc ergo iusti sumus, quando nos peccatores fateamur: & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consilij misericordia, dicente sancta scriptura: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Et in aliq; loco: Dic tu peccata tua, vt iustificeris. Conclufit enim Deus omnia sub peccato, vt omnibus miseretur. Et hæc hominis summa est iustitia, quidquid potuerit habere virtutis, non suum putare esse, sed Domini, qui largitus est. Qui ergo natus est ex Deo, non peccat, quamdiu semen Dei manet in eo; & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Sed quia in agro Domini co, dor-

mente patre familiās, inimicus homo zizania supereminat; & frumento bono, dum nescimus, lolium auenasque steriles fator nocturnos interfert: ideo parabola ista euangelici patris familiās formidanda est; qui purgat aream, & frumento horreis condito, paleas ventorum flatibus dispergendas & vrendas ignibus derelinquit. Vnde & in Hieremia scriptum legitur: **Quid paleis ad frumentum, dicit Dominus?** Paleæ autem à frumento in consummatione sæculi separantur. Ex quo approbatur, dum sumus in corpore isto mortali, mixtas esse cū tritico. Quod si oppoferis, quare dixerit: Et non potest peccare, quia ex Deo natus est: audies, & vbi erit præmium voluntatis? si enim ideo non peccat, quia peccare non potest; liberum tolleret arbitrium; & nequam nostrum fiet, sed naturæ bonum, quæ peccata non capiet.

C R I T O. Dudum faciliora proposui, vt te ad maiora exercerem: quid ad illud dicere potes, quod, quamuis sis ingeniosus, nulla valebis arte subuertere: Primum ponam de veteri testamento, deinde de nouo: Veteris testamenti princeps Moyses est, noui Dominus atque Saluator. Moyses loquitur ad populum: Perfecti estote in conspectu domini Dei vestri. Et Saluator ad Apostolos: Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est. Aut enim possibile est audientibus facere, quod Moyses, & Dominus præceperunt: aut, si impossibile est, non est culpa eorum, qui obedire non possunt, sed eius, qui impossibilia præcepit. **A T T I.** Hic locus apud imperitos, & scripturarum sanctarum meditationem, vsumque & scientiam non habentes, videtur opinioni tuæ prima fronte blandiri. ceterum discussus facile soluitur. Et cum testimonia scripturarū alijs comparaueris testimonijs, ne sibi Spiritus sanctus pro qualitate locorū & temporum videatur esse contrarius, secundum illud, quod scriptum est: **Abyffus abyffum inuocat in voce cataractarum tuarum: tunc veritas apparebit, hoc est, Christum** possibilia præcepisse dicentem: Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est, & tamen Apostolos non fuisse perfectos. **C R I T O.** Non dico, quid Apostoli fecerint, sed quid Christus præceperit. neque enim culpa imperantis est, sed eorum, qui audierunt imperium, quod vtiq; potuisse fieri ex iustitia eius, qui imperabat, agnoscitur. **A T T I.** Pulchre. Nolo ergo mihi dicas, posse hominem sine peccato esse, si velit, sed posse hominem id esse, quod Apostoli nō fuerunt. **C R I T O.** Tam stultum me putas, vt audeam hoc loqui? **A T T I.** Licet non loquaris; tamen, ex propositione tua, ipsa consequentia & rerum ordine inuitus hoc loqueris. si enim potest esse homo sine peccato, quod Apostolos non fuisse perspicuum est: posset esse super Apostolos homo: vt raceam de Patriarchis, & Prophetis, quorum in lege non fuit perfecta iustitia, secundum illud Apostoli: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorum. **C R I T O.** Hæc argumentatio tortuosa est, ecclesiasticam simplicitatem inter philosophorum spina concludēs. **Quid Aristoteli, & Paulo? quid Platoni, & Petro?** vt ille enim princeps philosophorum, ita hic Apostolorum fuit; super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est; quæ nec impetu fluminis, nec vlla tempestate concutitur. **A T T I.** Rhetoricis; & dum mihi obiicis philosophiam, ad oratorum castra transcendis. Verum audi, quid idem dicat orator tuus. Define communibus locis: domi-

Hier. 23.

1. Ioan. 5.

CAP. 4.

Deut. 18.
Math. 5.

Psal. 41.

Math. 5.

Rom. 3.

Math. 16.

nobis

nobis ista nascuntur. **CRITO.** Nulla hic eloquentia est, nullus oratorum tumor, quorum definitio est, dicere ad persuadendum accommodatè: sed puram puro sermone quarimus veritatem: aut Dominum non impossibilia præcepisse, vt sint in culpa qui possibilia non fecerint: aut, si non possunt fieri, non eos, qui impossibilia non faciunt, sed eum, qui impossibilia præcepit, quod nefas dictu sit, conuinci iniustitiæ.

CAP. 5.

Philip. 3

ATTI. Video te contra mores tuos vehementer esse commotum, & propterea argumentari desinam. sed parumper te interrogabo, quid de illo Apostoli loco sentias, quem scribit ad Philippenfes: Non quia iam accepi, aut iam perfectus sim. Persequor autem, si comprehendam: in quo & apprehensus sum à Christo. Fratres, ego me necdum arbitror comprehendisse. Vnum autem, posteriorum obliuiscens, ad ea, quæ priora sunt, me extendens, iuxta propositum sequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus: & si quid aliter sapitis, hoc quoque Deus vobis reuelabit: & cætera, quæ te scire non dubito, & nos breuitatis studio præterimus. Dicit se necdum comprehendisse, & nequaquam esse perfectum, sed instar sagittarij, ad propositum & ad signum iacula dirigere, quod significantius Græci *σκόπων* nominant; ne sagitta ad partem declinans alteram, imperitum ostendat sagittarium. Et asserit, præteritorum se semper obliuisci, & ad priora semper extendi: per quæ docet præterita negligenda, & futura cupienda: vt quod hodie perfectum putauit, dum ad meliora & priora extenditur, cras imperfectum fuisse conuincat: atque ita per singulos gradus, dum nunquam in statione, sed semper in cursu est, imperfectum doceat, quod homines putabamus esse perfectum; solamque perfectionem, & veram iustitiam, Dei tantum virtutibus coaptandam. Secundum propositum, inquit, persequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. O Apostole Paule, ignosce mihi, quasi humunculo mea vitia confitenti, si audacter interrogem, Dicis te necdum accepisse, & necdum comprehendisse, & necdum esse perfectum, & præteritorum semper obliuisci, & ad priora te extendi, si quo modo possis occurrere in resurrectione mortuorum, & consequi brauium supernæ vocationis. Et quo modo statim iners: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus, siue sapiamus: diuersa enim sunt exemplaria: & quid sapiamus siue sapiamus, nos esse perfectos? comprehendisse quod non comprehendimus, accepisse quod non accepimus, esse perfectos qui nondum perfecti sumus? Quid ergo sapiamus, immo quid sapere debemus, qui perfecti non sumus? imperfectos nos esse confiteri, & necdum comprehendisse, necdum accepisse. Hæc est hominis vera sapientia, imperfectum esse se nosse: atque, vt ita loquar, cunctorum in carne iustorum imperfecta perfectio est. Vnde & in Prouerbij legimus: Ad intelligendam iustitiam veram. Nisi enim esset & falsa iustitia, nunquam Dei vera iustitia diceretur. Et in eodem Apostoli loco sequitur: Et si quid aliter sentitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Rem nouam audio. Qui paulo ante dixerat, non quia iam accepi, aut iam perfectus sum, & vas electionis, qui pro confidentia habitantis in se Christi audebat loqui: An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus? & tamen simpliciter fatebatur se non esse perfectum: nunc quod sibi proprie denegabat, mittit in turbam, iungitque se cum cæteris & ait: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus.

Prou. 1

Philip. 3

1. Cor. 13

Philip. 3

Sed qua ratione hoc dixerit, exponit in sequentibus. Hoc, inquit, sapiamus, qui volumus secundum humanæ fragilitatis modulum esse perfecti, necdum nos accepisse, necdum comprehendisse, necdum esse perfectos. Et quia necdum perfecti sumus, & forsitan aliter sapiamus, quàm poscit vera & perfecta perfectio: si quid aliter sapiamus, & aliter intelligimus, quàm Dei habet scientia: & hoc nobis Deus reuelabit, vt precemur cum Dauid atque dicamus: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Ex quo perspicuum est, duas in scripturis sanctis esse perfectiones, duasque iustitias, & duos timores: primam perfectionem & incomparabilem veritatem perfectamque iustitiam, Dei virtutibus coaptandam: secundam autem, quæ competit nostræ fragilitati, iuxta illud, quod in psalmis dicitur, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ad eam iustitiam quæ non comparatione, sed Dei scientia dicitur esse perfecta. Iob quoque, & Zacharias, & Helizabet iusti dicti sunt, secundum eam iustitiam, quæ possit in iniustitiam aliquando mutari, & non secundum illam, quæ nunquam mutari potest, de qua dicitur: Ego Deus, & non mutor. Et hoc est, quod Apostolus alio loco scribit: Etenim non est glorificatum, quod glorificatum est, propter excellentem gloriam, quod videlicet legis iustitia, ad comparisonem euangelicæ gratiæ, non videatur esse iustitia. Si enim, ait, quod destruitur, gloriosum est, multo magis, quod permanet, erit in gloria. Et iterum: Ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, destruentur illa, quæ ex parte sunt. Et videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et in psalmis: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Et iterum: Existimabam cognoscere hoc, labor est in conspectu meo, donec introeam in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Et in eodem loco: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et Hieremias: Stultus factus est omnis homo à scientia. Et idem Paulus Apostolus, Fatuum, inquit, Dei sapientius est hominibus. Et multa alia, quæ studio breuitatis omitto. **CRITO.** Argutè quidem, mi Attice, memoriterque dixisti: sed labor tuus, & multiplex testimoniorum replicatio meæ parti proficit. neque enim ego hominem Deo comparo, sed alijs hominibus: quorum collatione, qui studium dederit, potest esse perfectus. ac per hoc, quando dicitur, homo potest esse sine peccato, si voluerit; iuxta mensuram hominis, non iuxta Dei dicitur maiestatem; cuius comparatione nulla creatura potest esse perfecta.

Psal. 111

Psal. 142

Iob. 1

Luc. 2

Mat. 3

2. Cor. 1

1. Cor. 13

Psal. 138

Psal. 72

Hier. 16

1. Cor. 13

CAP. 6.

ATTI. O Critobule, hæc memorans mecū facis. & ego enim hoc sentio, nullam creaturam, secundum veram consummatamque iustitiã, posse esse perfectã. ceterum alium differre ab alio, & diuersas esse in hominibus iustitias, nulli dubium est; & vel maiorem esse alium, vel minorem, & tamen secundum statum & mensuram suam posse iustos nominari, qui aliorum comparatione iusti non sunt. Verbi gratia, Paulus Apostolus, vas electionis, qui plus omnibus Apostolis laborauit, vti que iustus erat, scribens ad Timotheum: Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruauit; de cætero reposita est mihi corona iustitiæ: quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, nõ solum autè mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Iustus erat & Timotheus, discipulus eius, & imitator, què docet quid agere debeat, & què modum tenere virtutis. Putamus ne vnã & eandem in vtroque fuisse

2. Tim. 4

fuisse iustitiam, & non plus habere meritorum eum, qui plus omnibus laboravit? Multæ mansiones sunt apud patrem, quia & merita diuersa. Stella à stella differit in claritate; & in vno Ecclesiæ corpore membra diuersa sunt. Habet sol fulgorem suum: luna quoque noctis tenebras temperat: & quinque sidera alia, quæ vocantur errantia, diuersis & cursibus & luminibus cælum peragrunt. innumerabiles sunt alia stellæ, quas micare in firmamento cernimus, in singulis diuersa sunt lumina, & tamen in suo vnaquæque perfecta est, ita dumtaxat, vt comparatione maioris, perfectione careat. In corpore quoque, cuius membra diuersa sunt, aliud oculus, aliud manus, aliud pes agunt. vnde & Apostolus dicit: Non potest oculus dicere manui, non es mihi necessaria: aut iterum caput pedibus, non desidero operam vestram. Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetae? numquid omnes magistri? numquid omnes cunctas habent virtutes? numquid omnes donationes habent sanitatum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Aemulamini dona maiora. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. In quo diligenter attende, quod non dixerit, secundum quod vnumquodque membrum cupit, sed secundum quod ipse vult spiritus. Neque enim dicere potest vas figulo suo, quare ita, vel ita me fecisti? an non habet figulus potestatem de eodem luto, aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam? Vnde consequenter adiecit, æmulamini dona maiora: vt in fide & industria plus cæteris charismatibus habere mereamur, melioresque simus ijs, qui comparatione nostri in secundo vel tertio gradu positi sunt. In magna domo vala diuersa sunt, alia aurea, alia argentea, alia aenea, ferrea, ligneaque: & tamen secundum modulum suum, cum æneum vas perfectum sit, comparatione argentei vasis imperfectum dicitur: rursumque argenteum aurei collatione deterius est. atque hoc modo, dum sibi inuicem comparantur, imperfecta & perfecta sunt omnia. In agro terræ bonæ, ex vna semente tricenarius & sexagenarius & centenarius fructus exoritur: ipsis numeris indicatur impar esse, quod nascitur: & tamen in suo genere perfecta sunt singula. Helizabet & Zacharias, quo testimonio, quasi impenetrabili vteris clypeo, nos docere possunt, quanto inferiores sunt beatæ Mariæ, matris Domini, sanctitate, quæ conscientia in se habitantis Dei liberè proclamat; Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. In quo animaduerte, quod beatam se esse dicat, non proprio merito, atque virtute, sed Dei in se habitantis clemetia. Ipse quoque Ioannes, quo maior non fuit inter natos mulierum, parentibus suis melior est. non enim solum hominibus, sed & angelis testimonio Domini comparatur. Et tamen, qui cunctis hominibus erat maior in terra, minimo in regno cælorum minor fuisse perhibetur. Quid mirum, in collatione sanctorum, alios esse meliores, & alios inferiores; cum e contrario in collatione peccatorum hoc intelligi possit? Ad Hierusalem dicitur, quæ multis peccatorum erat confossa vulneribus: Iustificata est Sodoma ex te: non quod Sodoma per se iusta sit, quæ in æternos collapsa cineres, audit per Ezechielem: Sodoma restituetur in antiquum: sed quod comparatione scelerationis Hierusalem hæc iusta videatur. illa enim Dei filium trucidauit. hæc, propter abundantiam panis,

& per luxuriæ magnitudinem, excessit modum libidinis. Publicanus in euangelio, qui percutiebat pectus quasi thesaurum cogitationum pessimarum; & conscientia delictorum, oculos non audebat attollere; superbientis pharisæi collatione fit iustior. Et Thamar sub specie meretricis fallit Iudam: & ipsius sententia, qui deceptus est, meretur audire: Iustificata est Thamar magis, quam ego. Ex quibus omnibus approbatur, non solum ad comparationem diuinæ maiestatis homines nequaquam esse perfectos, sed ne Angelorum quidem & cæterorum hominum, qui virtutum culmina conscenderunt: cum & tu, qui melior es alterius collatione, quem imperfectum esse monstraueris, rursum ab alio te præeunte vincaris; ac per hoc non habeas veram perfectionem: quæ si perfecta sit, nulla re indiget. CRITO. Et quo modo, Atti, ad perfectionem diuinis sermo prouocat? ATTII. Hac ratione qua dixi, vt secundum vires nostras vnusquisque nostrorum, quantum valuerit, extendatur; si quo modo possit peruenire, & comprehendere brauium supernæ vocationis. Denique omnipotens Deus, cui docet Apostolus iuxta dispensationem carnis assumptæ subijciendum filium, vt sit Deus omnia in omnibus; perspicue demonstrat, nequaquam sibi cuncta esse subiecta. Vnde & Prophetæ subiectionem sui in finem præsumit, dicens: Nonne Deo soli subiecta erit anima mea? Ab ipso enim est salutare meum. Et quia in corpore Ecclesiæ caput Christus est: quibusdam adhuc repugnantibus membris, videtur corpus quoque capiti non esse subiectum. Namque si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia: & totum corpus, dolore vnus membri cruciatur. Quod dico, ita manifestum fiet. Quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus; & fragili carne circumdamur, immo mortali, & corruptibili; beatos esse nos credimus, si in singulis virtutibus, partibusque virtutum Deo subiecti sumus: cum autem mortale hoc indutum fuerit immortalitate, & corruptium hoc incorruptione vestitum, & absorpta mors fuerit in Christi victoria; tunc Deus erit omnia in omnibus: vt non sit tantum in Salomone sapientia, in Dauid animi mansuetudo, in Elia & Phinees zelus, in Abraham fides, in Petro, cui dictum est: Simon Ioannis amas me? Perfecta dilectio, in electionis vase studium prædicandi, & in cæteris vel bina vel trina; sed totus in cunctis sit; & omni virtutum choro sanctorum numerus gloriatur; & sit Deus omnia in omnibus.

CRITO. Nullus ergo sanctorum, quamdiu in isto corpusculo est, cunctas potest habere virtutes? ATTII. Nullus; quia nunc ex parte prophetamus, & ex parte cognoscimus. nec enim possunt omnia esse in omnibus hominibus: quia non est immortalis filius hominis. CRITO. Et quomodo legimus: Qui vnus habuerit, omnes videtur habere virtutes? ATTII. Participacione, non proprietate: necesse est enim, vt singuli excellant in quibusdam. & tamen hoc, quod legisse te dicis, vbi scriptum sit, nescio. CRITO. Ignoras hanc philosophorum esse sententiam? ATTII. Sed non Apostolorum. neque enim mihi curæ est, quid Aristoteles, sed quid Paulus doceat. CRITO. Obsecro te, nonne Iacobus Apostolus scribit, qui in vno offenderit, eum esse omnium reum? ATTII. Ipse locus se interpretatur. non enim dixit, vnde cooperat disputatio: qui diuitem pauperi in honore prætulit, reus est adulterij, vel homicidij: in hoc enim delirant Stoici, paria

Iosn. 14.
1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Rom. 9.

1. Tim. 2.

Mauh. 13.

Luc. 11.

Mauh. 11.

Ezech. 16.

Luc. 12.

Gen. 38.

1. Cor. 13.

Psal. 67.

1. Cor. 12.
2. Cor. 4.

1. Cor. 13.

Iosn. 12.

CAP. 7.

1. Cor. 13.

Iacob. 1.

paria contententes esse peccata: sed ita: qui dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides: quod & si non occidis, mœchaberis autem, factus es transgressor legis. Leuia cum leuibus, & graua cum grauib; comparantur. nec ferula dignum vitium, gladio vindicandum est: nec gladio dignum scelus, ferula cœtendendum. **C R I T O.** Esto, vt nullus sanctorum omnes virtutes habeat: hoc certè dabis, in eo, quod potest facere, si fecerit, esse perfectum. **A T T I.** Non tenes, quid supra dixerim? **C R I T O.** Quidnam illud est? **A T T I.** Perfectum esse in eo, quod fecit; & imperfectum in eo, quod facere non potuit. **C R I T O.** Sed si cut perfectus est in eo, quod fecit, quia facere voluit, ita & in eo, per quod imperfectus est, quia non fecit, perfectum esse potuisse, si facere voluisset. **A T T I.** Quis enim non vult facere, quod perfectum est? aut quis non cunctis cupiat florere virtutibus? Si totum requiris ab omnibus; tollis rerum diuersitatem, & gratiarum distantiam, & creatoris artificis varietatem, cuius sacro propheta sonat carmine: Omnia in sapientia fecisti. Indignetur lucifer, quare fulgorem lunæ non habeat. Luna super suis defectibus & labore causetur, cur annum solis circulum singulis mensibus expleat. Sol quaeratur, quid offenderit, vt lunæ cursu tardior sit. Clamemus & nos hominuli, quid causæ extiterit, vt homines, & non angeli facti simus: quamquam magister vester *ὁ ἀρχαῖος*, de cuius hæc fonte procedunt, omnes rationales creaturas æquo asserat iure conditas, vt instar quadrigarum, & curruum, de carceribus exeuntes, in medio spatio vel corruant, vel præteruolent, & ad optata perueniant. Elephanti tantæ molis, & gryphes in sua grauitate cauescent, cur quaternis pedibus incedant, cum muscæ, culicesque, &c. huiuscemodi animantia sub pennulis senos pedes habeant; & aliqui vermiculi sunt, qui tantis pedibus scateant, vt innumerabiles simul motus nulla acies comprehendat. Dicat hæc Marcion, & omnes hæretici, qui creatoris operibus illudunt. Vestrum decretum hucusque perueniet, vt dum singula calumniantur, manum injiciant Deo, cur solus Deus sit, cur inuiderit creaturis, vt nō omnes eadem polleant maiestate. Quod licet non dicatis; (neque enim tam infani estis, vt apertè pugnetis Deo) tamè alijs verbis loquimini, rem Dei homini copulantes, vt sit absque peccato, quod & Deus est. Vnde Apostolus super diuersis in tonans gratis loquitur: Diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus: & diuisiones operationum sunt, vnus autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. **C R I T O.** Nimius es in vna atque eadem quaestione, vt persuadere coneris, hominem vniuersa simul habere nō posse: quasi aut inuiderit, aut non potuerit Deus præstare imagini & similitudini suæ, vt in omnibus respondeat suo creatori. **A T T I.** Ego ne nimius, an tu? qui soluta proponis, & non intelligis aliud esse similitudinem, aliud æqualitatem, illud picturam, hoc esse veritatem. Verus equus camporum spatia trāsuolat, pictus parieti hæret in curru. Ariani Dei filio non concedunt, quod tu omni homini tribuis. Alij non audent perfectum in Christo hominem cōfiteri: ne suscipere in eo hominis peccata cogantur, quasi potentior sit creatio creatore, & id ipsum tantum filius hominis, quod Dei filius. Aut igitur propone alia, quibus respondeam: aut desine superbire, & da gloriam Deo. **C R I T O.** Immemor es sponsionis tuæ, & dum argumenta argumentis connectis, ac per scripturarū latissimos cāpos infrenis equi libertate baccharis, super fortissima quaestione, cui pollicitus es te in consequentibus

responsurum, omnino tacuisti, obliuionem simulans vt necessitatem responsionis euaderes. Sed ego stultus ad horam tribui, quod petebas; existimans oblaturum sponte quod acceperas, & non admontum reddere quod debeas. **A T T I.** Nisi fallor, de possibilibus mandatis dilata est responsio. pone igitur vt volueris.

C R I T O. Autabilia Deus mandata dedit, aut impossibilia. siabilia: in nostra potestate est ea facere, si velimus. si impossibilia: nec in hoc rei sumus, si nō facimus, quod implere nō possumus. ac per hoc, siue ababilia dedit Deus mandata, siue impossibilia, potest homo sine peccato esse, si velit. **A T T I.** Quaestio vt patienter audias: non enim de aduersario victoria, sed contra mendacium quaerimus veritatem. Deus ababiles dedit humano ingenio omnes artes, quippe quas plurimi didicerunt: vt taceam de iis, quas Græci *βανάτους* vocant, nos, ad opera manuum pertinentes, possumus dicere? verbi gratia, grammaticā, rhetoricam, philosophiæ tria genera, physicam, ethicam, logicam, geometriam quoque, & astronomiā, astrologiam, arithmetica, musicā; quæ & ipsæ partes philosophiæ sunt; medicinam etiam, quæ in tria diuiditur, *ὁ βυμα, μέθοδος, ἐμπειρίαν*; iuris quoque, & legum scientiā. Quis nostrum, quamuis sit ingeniosus, poterit omnia comprehendere, cum eloquentissimus orator, de rhetorica & iuris scientiā disputans, dixerit: Pauci vnum possunt, vtumque nemo. Vides ergo, quod Deus ababile iusserit, & tamen id, quod ababile est, per naturam nullum posse cōplere. Dedit itaque præcepta diuersa, virtutesque varias, quas omnes simul habere non possumus. Atque ita fit, vt quod in alio aut primum, aut totū est, in alio ex parte verferetur, & tamen non sit in crimine, qui non habet omnia, nec condemnatur ex eo, quod non habet, sed iustificetur ex eo, quod possidet. Definit Apostolus, qualis episcopus esse debeat, scribēs ad Timotheum: Oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnus vxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem, docilem, non vinolentum, nō percussorem, sed mansuetum, non litigiosum, sine auaritia, domum suam benè regentem, filios habentem subditos cum omni pudicitia, non neophytum, ne inflatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem cum etiam testimonium de foris habere bonū, ne in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. Tito quoque scribens discipulo, quales episcopos debeat ordinare, breui sermone demonstrat. Ideo reliqui te Cretæ, vt quæ reliqua sunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi: si quis est sine crimine vnus vxoris vir, filios habens fideles, nec in accusatione luxuriæ, aut non subiectos. Oportet autē episcopum esse sine crimine, siue sine accusatione: hoc enim magis *ἀνεγκλήτων* sonat, sicut dispensatorē Dei, non proteruum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem, sed hospitalem, benignum, pudicum, iustum, sanctum, continentem, obtinentem doctrinæ fidelem sermonem, vt possit exhortari in doctrina sana, & contradicentes coarguere. Vt diuersarum personarum varia præcepta nunc silcam, circa mandata episcopi me tenebō. Vult certè Deus tales esse episcopos, siue presbyteros, quales vas electionis docet. Primum, quod dixit, irreprehensibilis, aut nullus, aut rarus, quis est enim, qui non, quasi in pulchro corpore, aut nautum, aut verrucam habeat? si enim ipse Apostolus dicit de Petro, quod non recto pede incesserit in euangelij veritate, & intantum reprehensibilis fuerit, vt & Barnabas adductus sit in eandem

p. 61. 103.

1. Cor. 11.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Gal. 1.

eandem simulationem: quis indignabitur id sibi denegari, quod princeps Apostolorum non habuit? Deinde vnus vxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitem vt reperias; illud certe, quod sequitur, *διδασκαλῶν*, qui possit docere, non vt interpretatur Latina simplicitas, docilem, cum ceteris virtutibus difficulter inuenies. Violentum quoq; & percussorem, & turpis lucri cupidum, repudiat Apostolus: & pro his cupit mansuetum, absque iurgio, sine auaritia: & vt domum suam optime regat, quodque difficillimum est, vt filios habeat subiectos, cum omni pudicitia, vel filios carnis, vel filios fidei. Cum omni, inquit, pudicitia. Non enim sufficit episcopum propriam habere pudicitiam, nisi ea filiorum, & comitum, ac ministrorum pudore decoretur, dicente Dauid: *Αμβούλας in via immaculata*, hic mihi ministrabat. Consideremus quoq; *ἐπίσκοπον* pudicitiae, filios habentem subditos in omni pudicitia, vt non solum opere, sed sermone quoq; & nutibus se abstineant ab impudiciis; ne forte illud incidat Heli: qui certe increpauit filios suos dicens: Nolite filij mei, nolite: non bonam famam audio ego te vobis. Corripuit, & punitus est: quia non corripere debuit, sed abiicere. Quid faciet, qui gaudet ad vitia, qui emendare non audet? qui conscientiam suam non metuit; & quod cunctus populus clamitat, nescire se simulat: Quodq; sequitur, *μη νεόφυτον*, vt etiam a nullo accusetur; vt bonam opinionem ab iis, qui foris sunt, habeat; vt etiam maledictis aduersariorum careat; & quibus doctrina displicet, placeat conuersatio; puto quod non facile sit reperire, maximeque illud, vt potens sit aduersariis resistere, & peruersas opprimere & superare doctrinas. Vult vt non neophytus Episcopus ordinetur: quod videmus nostris temporibus pro summa eligi iustitia. Si baptismus statim iustum faceret, & omni plenum iustitia: nequaquam vtrique Apostolus neophytum refuraret: sed baptismus vetera peccata conscindit, nouas virtutes non tribuit, dimittit e carcere, & dimisso, si laborauerit, praemia pollicetur. Aut nullus, inquam, aut rarus est, qui omnia habeat, quae habere debet Episcopus. Et tamen, si vnum, vel duo de catalogo virtutum Episcopo cuiquam defuerint, non tamen iusti carebit vocabulo, nec ex eo damnabitur, quod non habet, sed ex eo coronabitur, quod possidet. Omnia enim habere, & nullo indigere, virtutis eius est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui cum malediceretur, non maledixit, qui confidenter virtutum conscientia loquebatur: Ecce venit princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Qui cum esset in forma Dei, nequaquam rapinam arbitratus est aequalem se esse Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea donauit ei Deus nomen, quod est supra omne nomen, vt in nomine Iesu flectant genu caelestia, terrestria, & inferna. Si ergo in vna Episcopi persona pauca praecipua aut nequaquam, aut difficulter inuenies: quid facies de omni homine, qui cuncta debet implere mandata: Ex corporalibus consideremus spiritualia. Alius velox est pedibus, sed non fortis manu, ille tardus incessus, sed stabilis in praelio est. hic pulchram habet faciem, sed raucae vocis est. alius tetrá, sed dulci modulatione cantat. illum ingeniosum, sed obliuiosum, hunc memorem, sed tardi videmus ingenij. In ipsis cotrouersis, in quibus quondam pueri lusimus, non omnes similiter, vel in processibus, vel in narrationibus, vel in excessibus, vel in argumentis, aut exemplorum copia, & epilogorum dulcedine se agunt, sed

eloquentiae suae alia atq; alia in parte dissimiles sunt. De viris magis ecclesiasticis loquar: Multi super euangelia bene differunt: sed in explanatione Apostoli impares sui sunt. Alij cum in instrumento nouo optime senserint, in psalmis & veteri testamento muti sunt. Hoc totum dico, quod non omnia possumus omnes: rarusq; aut nullus est diuitem, qui in omni substantia sua paria vniuersa possideat. Possibilia precepit deus, & ego fateor: sed haec possibilia cuncta singuli habere non possumus, non imbecillitate naturae, ne calumniam facias Deo, sed animi lassitudine, qui cunctas simul & semper non potest habere virtutes. Quod & si in eo arguis creatorem, quare te tale condiderit, qui deficias, atque lassetas: dicam iterum, maior erit reprehensio, si eum volueris accusare, quare te Deum non fecerit. Sed dices: Si non possum, ergo peccatum non habeo. Habes peccatum, quare non feceris, quod alius potuit facere. Rursumq; ille, cuius tu comparatione deterior es, vel tu in alia virtute, vel alterius erit collatione peccator: atq; ita fit, vt quemcumque primum putaueris, minor sit eo, qui se in alia parte maior est. CRITTO.

Si non potest homo esse sine peccato; quo modo Iudas scribit Apostolus: Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum glorie suae immaculatos: quo testimonio comprobatur, posse hominem esse sine peccato, & maculam non habere. ATTRI. Non intelligis, quae proposueris. Neque enim homo potest esse sine peccato, quod tua habet sententia: sed potest, si voluerit Deus hominem seruare sine peccato, & immaculatum sua misericordia custodire. Hoc & ego dico, quod Deo cuncta possibilia sunt: homini autem non, quidquid voluerit, possibile est, & maxime id esse, quod nullam legeris habere creaturam. CRITTO. Non dico hominem esse sine peccato, quod tibi forsitan impossibile videatur, sed posse esse, si velit. aliud est enim esse, aliud posse. esse, quaerit exemplum: posse, ostendit imperij veritatem. ATTRI. Nugaris, nec meministi illius prouerbij, actum ne agas, & in eodem caeno volutaris, immo laterem lauas. pro quo nihil aliud audies, nisi hoc, quod omnibus patet, rem te velle firmare, quae nec est, nec fuit, & forsitan nec futura est. Atque, vt ipso verbo utar, & stultitiam *ἀουσιότητος* argumentationis ostendá, esse posse te aio dicere, quod esse non possit. Hoc enim, quod proposuisti, posse hominem sine peccato esse, si velit, aut verum est, aut falsum est. Si verum est, ostende quis fuerit: si falsum, quidquid falsum est nunquam fieri potest. Verum haec quasi explosa taceantur, & in scriiniolis vestris tantum mustitent, publicam faciem formidantia. Transeamus ad alia, in quibus perpetua oratione vtendum est, ita dumtaxat, vt habeas potestatem refellendi, & querendi, si quid volueris. CRITTO. Audiam patienter: non enim dicam libenter: & magis mirabor ingenium, cuius stupeo falsitatem. ATTRI. Vtrum falsa sint, an vera, quae dicturus sum, cum audieris, tunc probabis. CRITTO. Loquere vt vis: mihi decretum est, si respondere non potero, magis silere, quam mendacio acquiescere. ATTRI. Quid interest, vtrum te cacentem, an loquentem superem, & iuxta Protei fabulam, vigilanter capiam, an dormientem? CRITTO. Cum dixeris, quae volueris, audies, quae nequaquam velis. veritas enim laborare potest, vinci non potest. ATTRI. Libet sententias tuas parumper discutere; vt intelligant sedatores tui, quam diuinitum in te mirentur ingenium. Dicis, sine peccato esse non posse, nisi qui scientiam legis habuerit: per quod magnam partem Christianorum

CAP. 9.
Iud. 1.

Phil. 100.

1. Reg. 2.

1. Pet. 1.

Ez. 17.

Philipp. 1.

excludis

2. Tim. 2.

excludis à iustitia; & qui prædicator es impeccantiæ, omnes propè peccatores esse pronuncias. Quotus enim quisque Christianorum habet legis scientiam; quam in multis doctoribus Ecclesiæ aut raro, aut difficulter inuenias? Verùm tu tantæ es liberalitatis, vt fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies, vt in alio loco scripseris, sciētiam legis etiam feminas habere debere: cum Apostolus doceat esse tacendum mulieribus in Ecclesia, & si quid ignorant, domi viros suos debere consulere. Nec sufficit tibi dedisse agmini tuo scientiam scripturarum, nisi earum voce & canticis delecteris. Iungis enim & ponis in titulo, quòd & feminæ Deo psallere debeat. Quis enim ignorat, psallendū esse feminis in cubiculis suis, & absq; virorū frequentia & congregatione turbarū? Verùm tu donas quòd non licet: vt quod verècundè facere debeant, & absq; vllō arbitro, magistri auctoritate proclamant. Decimo quarto titulo. Addis præterea, seruum Dei nihil amarum de ore suo, sed semper, quod dulce est, & suaue, debere proferre: & quasi alius sit seruus Dei, alius doctor, & sacerdos Ecclesiæ, prioris oblitus sententiæ, ponis in alio titulo vigesimo secundo, sacerdotem, siue doctorem omnium actus speculari debere, & fiducialiter corripere peccantes: ne pro iisdem rationem reddat, & eorum sanguis de suis manibus requiratur. Nec semel dixisse contentus, id ipsum replicas: & inculcas trigésimo primo titulo, sacerdotem, siue doctorem nemini adulari debere, sed audenter omnes corripere: ne & se, & eos, qui eum audiunt, perdat. Tanta ne est in vno opere dissonantia, vt quid prius dixeris, nescias? Si enim seruus Dei nihil amarum de suo debet ore proferre, sed semper quod dulce & suaue est: aut sacerdos, & doctor serui Dei non erunt, qui fiducialiter debent corripere peccantes, & nulli adulari, sed audacter omnes increpare: aut, si sacerdos, & doctor, non solum serui Dei, sed inter seruos eius principalem tenent locum, frustra seruis Dei blanditiis & dulcedines reseruaſti: cum hoc propriè hæreticorum sit, & eorum, qui decipere cupiunt audientes: dicente Apostolo: Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Semper insidiosa, callida, blanda est adulatio. Pulchreque adulator apud philosophos definitur blandus inimicus. Veritas amara est, rugosa frontis ac tristis, offenditque correctos. Vnde & Apostolus loquitur: Inimicus vobis factus sum, veritatem dicens vobis: Et comicus: Obsequium amicos veritas odium parit. Quapropter & pascha cum amaritudinibus comedimus: & vas electionis docet pascha celebrandum in veritate, & sinceritate. Veritas in nobis sit, & sinceritas, & amaritudo illico consequetur. Illud verò, quod in alio ponis loco, omnes voluntate propria regi; quis Christianorum potest audire: Si enim non vntis, nec pauci, nec multi, sed omnes reguntur p̄ propria voluntate: vbi erit auxilium Dei? Et quo modo illud exponis? A Domino pressus hominis dirigitur: Et, Non est in homine via eius: Et, Nemo potest quidquam accipere, nisi datum fuerit ei de super: Et in alio loco: Quid enim habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? dicente Domino Salvatore: Non descendit de celo, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris. Et in alio loco: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. verumtamen non quod ego volo, sed sicut tu. Et in oratione Dominica: Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. Qua sententiæ temeritate aufers Dei omne

præsidium: qui quod in alio loco frustra conaris ad iungere, non absque Dei gratia, quo modo sentire velis, ex hoc loco intelligitur, dum gratiam eius non ad singula refers opera, sed ad conditionis, ac legis, & liberi arbitrij potestatem. Septuagesimo secundo titulo. Illud verò, quod in sequenti ponis capitulo, in die iudicij iniquis & peccatoribus non parcendum, sed æternis eos ignibus exurendos, ferre quis potest, & interdiceret te misericordiam Dei, & ante diem iudicij de sententia iudicis iudicare; vt si voluerit iniquis & peccatoribus parcere, te præscribente non possit? dicit enim. Scriptum est in centesimo tertio psalmo: Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint. Et in Esaiâ: Comburentur iniqui & peccatores simul; & qui re-
linquunt Deum, consummabuntur. Et non intelligis cominationem Dei interdicere te misericordiam? Non enim dicit, eos æternis ignibus exurendos, sed à terra defecere, & iniquos esse cessare. aliud enim est, ipsos à peccato & iniquitate desistere: & aliud, ipsos perire in perpetuum, & æternis ignibus concremari. Denique Esaiâs, de quo ponis testimonium, Comburentur, inquit, peccatores, & iniqui simul: non addidit, in æternum. Et qui relinquunt Deum, consummabuntur. Propriè hoc de hæreticis loquitur, qui, rectum fidei tramitem relinquentes, consummabuntur, si noluerint ad Dominum reuertī, quem dereliquerunt. Quæ sententia & tibi parata est, si neglexeris ad meliora conuerti. Deinde cuius est temeritatis, iniquos & peccatores impijs iungere, qui à nobis sic definiuntur? Omnis impius iniquus est, & peccator: nec recipiatur, vt possimus dicere: omnis peccator, & iniquus, etiam impius est. impietas enim propriè ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent, vel cognitam transgressione mutarunt: peccatum autem, & iniquitas, pro qualitate vitiorum, post peccati, & iniquitatis vulnera recipit sanitatem. vnde scriptum est: Multa flagella peccatoris: Et non interitus sempiternus: & per omnia flagella atque cruciatus emendatur Israel. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Aliud est, cedere magistri & parentis affectu: aliud, contra aduersarios crudeli animo deservire. quam ob causam & in primo psalmo canitur: Quoniam non resurgunt impij in iudicio: iam enim in perditionem sunt præiudicati: neque peccatores in consilio iustorum. aliud enim est, gloriam perdere resurgendi, aliud, perire perpetuò. Veniet, inquit, hora in qua omnes, qui in sepulcris sunt, audient vocem eius: & egredientur, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Vnde & Apostolus eodem sensu, quia eodem & spiritu, loquitur ad Romanos: Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Sine lege impius est, qui in æternum peribit. In lege peccator credens in Deum, qui per legem iudicabitur, & non peribit. Si peccatores & iniqui æternis ignibus exuruntur; non times sententiam tuam, qui iniquum & peccatorem te esse dicis? Et argumentaris, hominem non esse sine peccato, sed esse posse. Ergo solus ille saluetur, qui nunquam fuit, nec est, sed futurus est, aut forsitan nec futurus: & pereant omnes, quos retrò fuisse legimus. Tu ipse, qui Catoniana nobis insularis superbia, & Milonis humeris intumescis, qua temeritate peccator magistri nomen assumis? aut, si iustus es, & humilitate simulas peccatorem, mirabimur, atque gaudebimus habere te solum, & possidere cum locijs, quod

Esa. 1.

Psal. 11.
Hebr. 11.

Joan. 1.

Rom. 2.

Psal. 16.
Hier. 10.
Joan. 3.
1 Cor. 4.
Joan. 6.
March. 26.

Math. 6.

nec patriarcharum, nec prophetarum, nec apostolorum quispiam habuit. Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas, & diabolo tribuit pœnitentiam: quid ad nos, qui & diabolus, & satellites eius, omnesq; impios & præuicacatores dicimus perire perpetuò, & Christianos, si in peccato præuicacati fuerint, saluandos esse post pœnas? **xx. ti.** Iungis præterea duo capitula inter se discrepantia; quæ si vera sint, os aperire nõ poteris; sapientiam & intellectum scripturarum, nisi qui didicerit, scire non posse. **xx. ti.** Et iterum: Scientiam legis nõ usurpare debere indoctum, aut enim magistrum, à quo didiceris, proferre cogeries, vt tibi scientiam legis liceat usurpare: aut si magister talis est, qui ab alio non didicerit, & docuerit te quod ipse ignorabat; restat vt non rectè facias, qui indoctus usurpas scientiam scripturarum; & magister prius, quam discipulus, esse cœpisti. Nisi forte, humilitate solita, magistrum tuum iactas Dominum, qui docet omnem scientiam; & cum Moysè in nube & caligine facie ad faciem audias verba Dei; & inde nobis cornuta fronte procedas. Nec hoc sufficit, sed repente mutaris in Stoicum, & de Zenonis nobis tonas supercilio. **Lxxxi. ti.** Christianum illius debere esse patientiæ, vt si quis sua auferre voluerit, gratanter amittat. Nõne nobis satis est, patienter perdere quod habemus, nisi violento atque raptori agamus gratias, & eum cunctis benedictionibus prosequamur? **Docet euangelium,** ei qui nobiscum velit iudicio contendere, & per lites ac iurgia auferre tunicam, etiam pallium esse concedendum; non præcipit, vt agamus gratias, & læti nostra perdamus. Hoc dico, non quòd aliquid sceleris in hac sententia sit, sed quòd vbiq; mediocria *ὀρεβολιμὰς* trãneas, & magna sceteris. Vnde adiungis gloriam vestiti & ornamentorum Deo esse contraria. Quæ sunt, rogo, inimicitia contra Deum, si tunicam habuero mundiorum; si episcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum cum candida veste processerint? Cauete clerici, cauete monachi, viduæ, & virgines: periclitamini, nisi sordidas vos atq; pannosus vulgus aspexerit. Taceo de hominibus sæculi, quibus aperte bellum indicitur, & inimicitia contra Deum, si preciosis atque nitentibus vtantur exuuijs.

CLXIII. ti. Audiamus & cætera. Inimicos vt proximos diligendos, statimq; oppressus grauissimo lethargo, ponis, & dicis. **CLXI. ti.** inimico numquã esse credendum: quod si sibi esse contrarium, etiam me silente, perspicuum est. Sed dices, vtumq; vocibus scripturæ continei, non animaduertens, quo sensu in suis locis dicta sint. Præceptum est mihi, vt diligam inimicos, & orem pro persecutoribus. Numquid iustum est, vt ita diligam, quasi proximos & sanguineos, & amicos; vt inter æmulum, & necessarium nulla distantia sit? Si inimicos diligo, quasi proximos; amicis quid amplius exhibebo? aut, si hoc dixeris, illud tacere debueras, ne contraria sibi in eodẽ loco dicere videreris, inimico numquam esse credendum. Sed quo modo diligatur inimicus, & lex docet: Iumentum aduersarij, si ceciderit, subleuandum. Et Apostolus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da illi potum, hoc enim faciens, carbones ignis congregabis super caput eius, non in maledictum & condemnationem, vt plerique existimant, sed in correctionem, & pœnitentiam: vt superatus beneficijs, excoctus feruore caritatis, inimicus esse desistat.

CXXIII. ti. Addis præterea, regnum cælorum etiam in testamento veteri repromitti: ponisque te-

stimoniam de apocryphis: cum perspicuum sit, regnũ cælorum primum in euangelio prædicari per Ioannem Baptistam, & Dominum Saluatorem, & apostolos. Lege euangelia. Ioannes Baptista clamat in deserto: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Et de Saluatore scriptum est: Ex eo tempore cœpit prædicare, & dicere; Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Et iterum: Circuibat Iesus ciuitates & vicos, docens in synagoga eorum, & prædicans regnum Dei. Et apostolis præcipit: Ite, & prædicare dicentes, quoniam appropinquauit regnum cælorum. Tu autem nos Manichæos vocas, cur legi euangelium præferentes, in illa vmbra, in hoc veritate esse dicamus: & non intelligis stultitiam tuam impudentiæ copulatam. Aliud est, damnare legem, quod Manichæus facit: aliud, legi præferre euangelium; quæ apostolica doctrina est, in illa enim serui, in hoc præsens Dominus loquitur: ibi promittitur, hic impletur: ibi initia, hic perfectio est: in illa operum fundamenta iaciuntur, hic fidei & gratiæ culmen imponitur. Hoc posuimus, vt egregij præceptoris doctrina monstraretur. Centesimus titulus est, posse hominem sine peccato esse, & Dei mandata facile custodire, si velit: de quo abundè dictum est. Cumq; se imitatorum, immo expletorũ operis beati martyris Cypriani, scribentis ad Quirinum, esse fateatur, non intelligit se in eodem opere dixisse contraria: Ille enim in quinquagesimo quarto titulo tertij libri ponit, neminem sine forde & sine peccato posse esse: statimq; iungit testimonia, in quibus scriptum est apud Iob: Quis enim mundus à sordibus? ne si vnus etiam dies sit vita eius in terra. Et in psalmo quinquagesimo: Ecce in iniquitatibus cœceptus sum, & in peccatis cœcepit me mater mea. Et in epistola Ioãnis: Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Tu è diuerso asseris, posse hominẽ sine peccato, esse: & vt hoc verum dixisse videaris, statim adiungis; & Dei mandata facile custodire, si velit: quæ aut rarus, aut nullus impleuit. Si enim facilia sunt, debent à pluribus custodiri, sin autem, vt concedamus tibi, rarus quisquam ea implere potest: manifestum est, esse difficile, quod rarum est. Atque, vt hoc augeas, & magnitudinem tuæ virtutis ostendas, quòd scilicet de bono conscientia thesauro eruclare credaris, ponis in titulo centesimo vigesimotertio, ne leuiter quidem esse peccatum. Et quid sit hoc leuiter, ne fortè in opere te aliquis dixisse existimaret adnectis centesimo tricesimoprimo titulo, malũ verò nec cogitandum: neq; illius sententia recordaris: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo: cum Ecclesia etiam ea, quæ per ignorantiam delinquimus, & sola cogitatione peccamus, delicta esse fateatur, intantum, vt hostias pro errore iubeat offerri; & pontifex, qui pro cuncto populo deprecatur, ante pro se offerat victimas: qui certè nunquam pro alijs iuberetur offerre, nisi iustus ipse esset; nec rursus pro se offerret, si peccato careret ignorantia. Scilicet nunc mihi latissima scripturarum spatia peragrandã sunt, vt doceam, errorem & ignorantiam esse peccatum,

CRITO. Obsecro te, nõne legisti: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moxchatus est eam in corde suo? Non ergo solus aspectus, & incentiua vitiorum reputatur in peccatum, sed ea, quibus attribuimus assensum, aut enim vitare possumus malam cogitationẽ, & consequenter possumus carere peccato: aut, si vitare non possumus, non reputatur in peccatum quod caueri nõ potest. **ATTI.**

Exod. 33.

Math. 5.

Luc. 6.

Mat. 5.

Exod. 23.

Rom. 12.

Math. 3.
Math. 4.

Math. 5.

Math. 10.

Iob. 23.

1. Ioan. 2.

Psal. 28.

Leuit. 24. 16.

CAP. 10.

Math. 5.

Callidè quidem argumentaris, sed non intelligis, argumentationem tuam contra sacras scripturas facere. volunt enim eloquia scripturarum, etiam ignorantiam habere peccatum. Vnde & Iob offert hostias pro filijs suis, ne forte per ignorantiam in cogitatione peccauerint. Et qui ligna cædit, si securi ac ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus, pergere iubetur ad urbem fugiuorum, & tam diu ibi esse, quam diu Sacerdos maximus moriatur, id est, redimatur sanguine saluatoris, aut in domo baptismatis, aut in penitentiâ, quæ imitatur baptismatis gratiam per ineffabilem clementiam Saluatoris, qui nõ vult perire quemquam, nec delectatur mortibus peccatorum, sed vt conuerantur, & viuant. **C R I T O.** Rogo, quæ est illa iustitia, vt in peccato tenear erroris, cuius reatum non habet conscientia? nescio me peccasse, & eius rei, quæ nescio, penas luo? & quid plus faciã, si sponte peccauero? **A T T I.** A me sententiæ & dispositionis Dei causas requiris? Responder stultæ interrogationi tuæ liber Sapientiæ: Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et alibi: Noli esse sapiens multum, & noli argumentari plus quam oporteat. Et in alio loco: In sapientiâ & in simplicitate cordis quaerite Deum. Ac ne forte huic volumini contradias, audi Apostolum, euangelica clangentè tuba: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quæ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? Istæ sunt quæstiones, de quibus & in alio loco scribit: Stultas autè & ineruditas quæstiones deuita, sciens quoniam lites generant. Et Ecclesiastes, de quo certe libro nulla est ambiguitas, Dixi, inquit, sapiens efficiar, & ipsa longe facta est à me. Profunda profunditas, quis eam inueniet? A me quaeris, quare figulus aliud vas fecerit in honorem, aliud in contumeliã: & non vis acquiescere Paulo pro suo Domino respondenti: O homo, tu quis es, qui respõdeas Deo? Audi ergo breuiter testimonia scripturarum, vt stulta, immo impia sciscitatio tua in perpetuum conticescat. Loquitur Deus in Genesi: Non adiciam vltra maledicere terræ propter opera hominũ: quia apposta est mens hominis diligenter ad mala à pueritia. Abraham & Sara, audita repromissione filij Isaac, ridet in corde suo, & tacita cogitatio non laet scientiam Dei. Arguitur in risu: & ipsa cogitatio, quasi pars in fidelitatis, reprehenditur. Attamen non ex eo, quod risere, diffidentia condemnantur, sed ex eo, quod postea crediderunt, iustitiæ palmam acceperunt. Lot nescit in concubitu filiarum quid fecerit, & inebriatus ab eis nõ habet crimen conscientia: & tamen error in vitio est. Argue sanctum virum Iacob, quare Rachel formosam dilexerit, pro qua & seruiuit multo tempore, & in Lix primo concubitu fuerit contristatus: & acquiesce tãdem humanæ fragilitati, quæ etiam pulchra corpora diligit, & deformia detestatur. Luget Iacob mortem filij sui Ioseph, & multo tempore consolatione non recipit filiorum: respondetq; Lugen ac gemes vadam ad infernum, & probat se hominem, dum iustus ignorat quid actũ sit de iusto filio Ioseph. In Exodo scriptum est: Si percussit aliquis quempiam, & mortuus fuerit, morte moriatur. sin autem non volens, sed Deus tradidit eum in manus eius: dabo tibi locum, ad quem confugiat qui occiderit. In quo norandum est, quod Deus tradidit hominem in manus eius; & ille, qui occidit per ignorantiam, exilio condemnatur. In Leuitico lex ponitur: Anima si peccauerit in conspectu Domini non sponte ex omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, feceritque vnum ex eis,

sive p̄t̄ifex fuerit, siue omnis synagoga, & reliquus populus, & postea didicerit peccatum suum, quod peccauit per ignorantiam: offeret munus, hircum de capris masculum immaculatum; & ponet manus suas super caput eius; interficietque illum in loco, vbi mactantur holocausta coram Domino, quia pro peccato est. Statimque in sequentibus: Si tetigerit aliquid immundum, quod non liceat tangere, & fecerit per ignorantiam; & postea didicerit, siue promiserit aliquid, & fuerit oblitus: pronuntiabit peccatum suum, in quo peccasse se perspicit; & offeret Domino pro ijs, quæ peccauit, agnam, siue capram pro peccato suo, quod peccauit; & precabitur pro eo sacerdos super peccato, & dimittetur ei peccatum. Sin autem non præualuerit manus eius, vt offerat ouem pro peccatis suis, quibus peccauit: duos turtures, aut duos pullos columbarum offeret Domino, vnum pro peccato, & vnum in holocaustum; & portabit ea ad sacerdotem; & offeret sacerdos id, quod pro peccato est primum; & in ipso reconciliabitur pro peccato, quod peccauit; & dimittetur ei. Ceteraque his similia, quæ studio breuitatis omitto, ne fastidium stomacho tuo faciam. In consequentibus quoque narrat Moyses, quod in consecratione Aaron & filiorum eius obtulerit vitulum pro peccato, & posuerit Aaron & filij eius manus super eum, super caput videlicet vituli, qui erat pro peccato; & mactauerit eum; & tulerit de eius sanguine, & posuerit super cornua altaris in circuitu digito suo, atq; altare mundauerit: similiter in ariete fecerit, & de sanguine eius tetigerit auriculam eius dexteram, & manum dexteram, & summitatem pedis dextræ.

Et post multa alia, quæ narrare longissimum est, enumeratis diebus septem ita legimus: factum est quoque die octauo, & vocauit Moyses Aaron, & filios eius, & omnes seniores Israël, & dixit ad Aaron: Tolle vitulum de bobus pro peccato, & arietem in holocaustum vtrumque immaculatum; & offeres eos in conspectu Domini, & senioribus Israël loquere, dicens: Tollite hircum de capris vnum pro peccato, & vitulum immaculatum anniculum in holocaustum. Dixitque Moyses ad Aaron: Accede ad altare, & fac pro peccato tuo: & reliqua. Rursusque eleuauit Aaron manus suas super populum, & benedixit eis. Descenditque cum fecisset pro peccato & holocausto & salutari. Mulier generat liberos lege naturali, & immunda est, si masculũ pepererit, diebus quadraginta; si feminam, quidquam nominet quod ipse condidit. Et non solum ipsa immunda est, sed & omne, quod tetigerit. Cumque dies, inquit, purgationis eius completi fuerint super filio aut filia, offeret agnum anniculum immaculatum, & pullũ columbarum, & turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij sacerdoti, qui offeret ea in conspectu Domini, & expiabit pro ea sacerdos. De leproso quoque dicitur, quod in die purgationis eius offeratur pro eo victima pro peccato, duoque turtures & duo pulli columbarum, vnum pro peccato, alius in holocaustum. Et qui fluxum seminis patitur, eodem sacrificij ordine pro peccato & holocausto liberatur. Et ad extremum infertur: Timoratos facite filios Israël ab immunditijs suis, & non morientur pro peccato suo, si contaminauerint tabernaculum testamenti. Ipsi quoque Aaron præcipitur, vt non omni tempore ingrediatur in sancta sanctorum, ne forte moriatur. Cumque ait, voluerit intrare, offerat vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, duoque hircos accipiat ab vniuerso populo; vnum ex eis offerat pro peccato

peccato suo, & vnum pro peccato populi, & arietem in holocaustum. Alter hircorum cuncta peccata suscipit populi, in typum Domini Saluatoris, & effert in solitudinem: & sic placatur Deus omni multitudini. Ad extremum dicitur: Si comederit homo de sanctificatis per ignorantiam, imputatur ei iniquitas atque delictum, & voti reus erit. Vnde & Apostolus monet, eucharistiam Domini cum cautione sumendam; ne in condemnationem nobis sumamus atque iudicium. Si damnatur in lege ignorantia, quanto magis in euangelio conscientia? Transeamus ad Numeros, & ob contentiosorum impudentiam confutandam, summa quæque carparamus. Nazareus, sancto crine venerabilis, alterius subita morte maculatur, & omnes dies consecrationis eius præteriti irriti sunt: posteaque pro eo offeruntur duo turtures, & duo pulli columbarum, vnus pro peccato, & alter in holocaustum. In die quoque consummationis eius offertur agnus in holocausto, & agna pro peccato. Et post multa scriptum est: Vt nunc magnificetur fortitudo Domini, sicut locutus est dicens: Dominus longanimis & multæ misericordia, auferens iniquitatem & scelera, & mundans non faciet innocentem: pro quo Septuaginta interpretati sunt, Et emundans non mundabit reum: quod scilicet etiam post indulgentiam reus sit propria conscientia. Cumque, ait, ignorauerit populus, & fecerit vnum ex his quæ facere non debuit, post cærimoniarum longum ordinem infertur & dicitur: Offerite hircum caprarum pro peccato, & placabit sacerdos pro omni synagoga filiorum Israël, & propitiabitur ei Dominus, quia ignorantia est: & ipsi offerent oblationem suam in sacrificium Domino pro peccato suo in conspectu eius, quoniam nescierunt. Ibi que additur: Si anima vna peccauerit per ignorantiam, offeret capram anniculum pro peccato ignorantia coram Domino, & deprecabitur pro ea sacerdos, eo quod ignorauerit, pro peccato ignorantia coram Domino, & rogabit pro ea, & propitiabitur ei. In kalendis singulorum mensium offertur hircus caprarum pro peccato Domino. In pascha quoque per dies octo, à die decimoquarto mensis primi vsque ad vigesimum primum diem sacrificium pro peccato est. In pentecoste hircus pro peccato offertur: & in kalendis mensis septimi, quando tubarum clangor concinit, eadem hirci pro peccato religio conseruatur. Die quoque decimo eiusdem mensis septimi, quando ieiunium est vsque ad vesperum, offertur hircus caprarum pro peccato, præter eum hircum, qui ante holocaustum pro peccato ex lege mactatur. In diebus quoque Scenopægiæ, quando figebantur tabernacula, à die decimoquinto eiusdem mensis septimi vsque ad diem vigesimum secundum, inter alias victimas semper pro peccato hircus offerebatur, vt illud impleatur beati Dauid: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Sex ciuitates eliguntur exilij eorum, qui non sponte, sed per ignorantiam, vel iactu lapidis, vel impulsione manus, vel ioco, vel lasciuia absque inimitiis, infelicitate magis quam voluntate peccauerunt, & tamen non absque crimine sunt, dum relegantur in perpetuum, & ante constitutum diem, nec supplicatione, nec pretio eorum reuersio impetrari & redimi potest. In Deuteronomio, qui liber præteritorum enumeratio est, perspicue demonstratur, non in operibus nostris atque iustitia, sed Dei misericordia nos conseruari, dicente Domino per Moysen: Ne dicas in corde tuo, cum subuerterit eos dominus Deus tuus à facie tua, in iustitia mea introduxit me Domi-

nus, vt possidam terram hanc: quia in impietate gentium istarum Dominus consumet eos à facie tua: nõ in iustitia tua & directione cordis tui intrabis, vt possideas terram eorum: sed in impietate eorum dominus Deus tuus consumet eos à facie tua, vt suscipiet verbu, quod locutus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. Et scies, quod non in iustitia tua dominus Deus tuus dabit tibi terram optimam, vt possideas eam: quia populus duræ ceruicis es tu. In eo autem, quod dixit: Perfectus eris cù domino Deo tuo: quo sensu dixerit, ex consequentibus approbatur. Cum ingressus, inquit, fueris terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, non discas facere abominationes gentium illarum: nec inuenierit in te, qui traducat filium, vel filiam suam per ignem. Diuinationibus, & omnibus augurijs, & maleficis artibus, & incantationibus non seruias, vt interroges magos, & hariolos, & mortuos. Abominatio enim Domini est omnis, qui facit hæc. Et propter has abominationes dominus Deus tuus consumet eas à facie tua, perfectus eris cum domino Deo tuo. Denique infert: Quia gentes istæ, quas tu possidebis, hariolos, & diuinos audiunt, tibi autem non sic dedit dominus Deus tuus. Statimque subiungit: Prophetam vnum ex te de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies. Ex quo ostenditur, perfectum hic dici, non qui cunctas virtutes habeat, sed qui perfectum & vnum sequatur Deum.

Narratque similiter de conditione exulum, qui per ignorantiam peccauerunt, quo confugere debeant, atque subiungit: Quando edificaueris domum nouam, facies loriculam tecto tuo in circuitu, ne sanguinis reus sis, cum aliquis ceciderit ex ea. Et iterum: Si fuerit in te vir, qui non sit mundus à nocturno fluxu, egredietur extra castra, & non ingredietur medium castrorum: cumque aduenerit vespera, lauabit se aqua, & post occubitum solis ingredietur medium eorum. De Iesu filio Naue duo rãtum ponam testimonia. Peccauit Hachan, & totus populus offendit. Dixitque Dominus ad Iosue: Non poterunt stare filij Israel in conspectu inimicorum suorum, sed dorsa vertent aduersarijs suis: quia factum est anathema in eis. Et non addam, vt sim vobiscum, nisi contritum fuerit anathema de medio vestrum. Cumque sacrilegium quæreretur, & fors latentem inuenisset reum, interficiuntur cum Hachan filij eius, & filia, boues, asini, pecora, tabernaculum, & quæcumque habere potuit, igne deleta sunt. Esto, ipse peccauerit, quid commiserit filij? quid boues? quid asini? quid pecora? Fac Deo calumniam quare vnus peccauerit, & pars populi trucidata sit: cur & ipse lapidatur, & omnia, quæ habere potuerit, vltra flamma consumpsit? Dicamus & aliud: Non erat, inquit, ciuitas, quam non tradidit Dominus filius Israël, absque Eueo qui habitabat in Gabaon, omnes pugnando cepit: quia à Domino factum erat, vt induraret cor eorum, & pugnarent contra Israel, vt interficerentur, & non fieret in eis misericordia, & perirent, sicut præcepit Dominus Moysi. Si Domini factum est voluntate, vt pacem non reciperent, nec susciperent Israel, dicamus iuxta Apostolum: Quid ergo quæritur? voluntati enim eius quis potest resistere? De Samuele, & Malachim: Ionathan fauum mellis gustauit in sceptro, & illuminatis oculis periclitatur, quod nesciens fecerit. hoc enim scriptura testatur, quod ignorauerit à patre esse præceptu ne quisquã gustaret, donec victoria Domini compleretur. Intantum autem iratus est Dominus, vt fors inueniret occultum, & ipse fateretur, dicens: Gustauit in summitate sceptri, quod

est in manu mea partem mellis, & ecce ego morior. Et postea intercessione & precibus populi liberatus est, dicens ad Saul: Num Ionathan morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? Absit, viuit Dominus: si ceciderit de capillis capitis eius in terram, quia cum Domino fecit diem hanc: & liberavit Dominus Ionathan, & non est mortuus. Samuel irascitur Sauli, & non vult ire cum rege. Postea precibus vincitur, vt ostendat humani animi in diuersum mutationē. Pergit Bethlehē, singulos filiorum Iesse, putat ipsos esse quos Dominus requirebat. Cūq; vidisset Ehab, ait: Ecce in cōspectu Domini Christus eius. Et ait Dominus ad eum: Ne respicias ad vultum eius, & ad staturam corporis illius, quoniam abieci eum. Aliter enim videt homo, aliter Deus, homo enim videt in facie, Deus in corde. Atque in hunc modum per omnes errat, per omnes corrigitur, vt pateat humanæ mentis infirmitas. Isboseth Saul filius interficitur doio à Rechab & Baana filijs Remmon Berothitæ. Cumq; nunciassent Dauid, & caput aduersarij demonstrarent, occisi sunt à Dauid dicente: Viri impij occiderunt virum iustum in domo sua, & in lectulo suo. Certē Isboseth iustus nō erat, & tamen in eo iustus appellatur, quod absque noxa interfectus est. Oza leuites, cum arca Domini transferretur Hierusalem, & lasciuientes boues plaustrum in partem alteram declinassent, misit manum vt sustentaret inclinatam arcam. Statimq; sequitur: Iratus est furor Domini in Ozam, & percussit eum Deus ibi pro ignorantia, & mortuus est iuxta arcam Dei, contristatusq; Dauid, quod percusserat Dominus Ozam, timuit Dominum in illa die, & ait: Quo modo ingredietur ad me arca Domini? Dauid iustus & propheta & vnctus in regem, quem elegit Dominus secundum cor suum, vt faceret cunctas voluntates eius, vt videt ignorantiam Domini furore punitam, terretur, atque tristatur, nec quærit causam à Domino, qua percussit ignorantem, sed similem sententiam petromisit. Præcepit Dauid principi exercitus Ioab, vt numeret populum: statimq; scriptura commemorat: Et percussit cor suum Dauid, & dixit ad Dominum: Peccaui vehementer, quia hoc feci. Cum iuberet vt fieret, vtique, quid diceret, ignorabat, & tamen se ipse reprehendit: & pro hac culpa septuaginta millia hominum angeli gladio trucidantur. Salomon, completis templi cærimonijs, vtrisque palmas tetendit ad Dominum, & ait: Cum peccauerit tibi populus, non est enim homo qui nō peccet. Achia propheta Silonites nesciebat ad se venire vxorem Hieroboam: dixitq; ei Dominus: Ecce vxor Hieroboam ingredietur, vt quærat verba à te pro filio suo qui ægrotat; iuxta hoc & iuxta hoc loqueris ad eam. Heliseus sedebat in monte: venit ad eum mulier, cuius filius mortuus erat, & amplexata pedes eius vociferatur, repellente autem eam Giezi, dixit ad eum vir Dei: Dimitte eam, quoniam anima eius in amaritudine est: & Dominus celauit à me, vt non annūciaret mihi. In libro dierum legimus: Fuerunt filij Sobal patris Cariathiarim, qui prophetabat ex dimidio. Et iterum: Filij autem Salma patris Bethlehem & Netophathi corona domus Ioab, & qui prophetabant ex dimidio Zarai, & cætera. Similiter vtique sancti erant qui prophetabant, & tamen perfectam non meruerunt accipere prophetiam: nequaquam de futuro secūdum tropologiam, sed impresentiarum iuxta historiam prophetantes. Habacuck propheta canticū suū hoc inscribit titulo: Oratio Habacuck prophete pro ignorantibus. Locutus enim fuerat audacter ad Dominū, & dixerat:

Vsq; quo Domine clamabo, & nō audies? Vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis: Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam? Contra me factum est iudicium, & contradictio potentior: propter hæc lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Pro quo se ipse reprehendens, quod per ignorantiam sit locutus, scribit canticum pœnitentiæ. Si peccatum non erat ignorantia, superfluo scribit librum pœnitentiæ, & inaniter voluit id lugere, quod peccatum non habet. In Ezechielis extrema parte, vbi per ædificium templi in monte siti, Ecclesiæ multa post sæcula futuræ sacramenta narrantur, primo & septimo die mensis primi offeruntur victimæ pro peccato omnium, in quo per errorem, aut ignorantiam peccauerunt. Septem quoque diebus Paschæ hircus semper pro peccato mactatur. Septimi mensis quintadecima die: idem pro peccatis sacrificiorum ordo celebratur. Et post alia plurima, quæ non est istius temporis replicare, scriptum est: Erat autem ibi locus ad occidentem, dicitq; ad me: Iste est locus, vbi coquere debent sacerdotes hostiam pro peccato, & pro ignorantia. Hieremias loquitur ad Deum: Scio Domine, quod non est hominis via eius: nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos, ideoq; prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscat illud? In Prouerbij legimus: Est via, quæ videtur recta esse apud homines, & nouissima eius veniunt in profundum inferni. Ecce & hic manifeste ignorantia condemnatur, cum aliud purat homo, & sub specie veritatis ad inferna delabitur. Multæ, inquit, cogitationes in corde hominis, sed non tamen illius voluntas, quæ incerta & fluctuans atq; mutabilis est, sed Dei consilium obtinet. Quis inquit, gloriabitur castum se habere cor? Et quis confidet mūdum se esse à peccato? Dulcis est enim homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo. A Domino gressus hominis dirigitur: mortalis autē quo modo scire poterit vias suas? Omnis vir videtur sibi iustus, sed corrigat corda omnium Deus. Filius malus iustum se facit, & non lauat exitum suum. Filius malus excelsos habet oculos, & palpebris suis eleuatur. Est enim iustus, qui perit in iustitia sua. Vnde dicitur ad eum: Ne sis iustus multum, nec quasi per sapientiam quæras superflua, ne forte obtupecas. Quæcumque enim laborauerit homo vt requirat, non inueniet. Si dixerit sapiens se intelligere, reperire non poterit. Cor enim filiorum hominum repletum est malitia.

DIALOGORVM HIERONYMI

ADVERSVS PELAGIANOS

LIBER SECVNDVS.

CRITOBVLVS.



Vita quidem de scripturis sanctis memoriter copioseque dixisti, & quasi quibusdā discussis nubibus, clarum visus es veritatis lumē aperire: sed quid ad rem? his enim cunctis testimonijis videris hominum accusare naturam, ac per hoc inuidiam referre in Deum, si tales homines condidit, vt obliuione & ignorantia peccato carere non possint, ex quo perspicuum est, hominem posse, si voluerit, non peccare, id enim fecit, quod vitare non potuit, vbi autem aufertur possibilitas, aufertur & vitium, nemo enim in eo condemnatur, quod facere non potuit. ATT I.

Leuit. 4. Sape dixi, te non intelligere conatus meos, nec considerare quid argumenteris, sed quid Deus iusserit. Pro obliuione, errore, & ignorantia, quasi pro peccato, offeruntur sacrificia: siue hoc malè, iuxta te, siue bonè, iuxta me, Deus præcepit: mecum esse obseruare quod iussit, tuum Dei iussa reprehendere.

CRITO. Quoniam vim facis perspicuæ veritati, & me trahis ad blasphemiam, concedam tibi hoc in veteri lege præceptum, de qua scriptum est: Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Numquid & de Euangelio poteris hoc approbare, vt puniatur quispiam pro eo, quod nesciat, & ante pœnas luat, quam reus sit conscientia? **ATTI.** Dum ignoramus. Manichæus nobis confurgit repente, qui legem dicit abolitam, & solos noui testamenti legendos libros.

CRITO. Quid enim à me audiisti, vt hoc autumes? Et lex enim patribus data pro tempore iusta & sancta est: & veniente euangelij perfectione, viliora cessarunt. **ATTI.** Ergo nequaquam obseruandum est, quod lege præcipitur? **CRITO.** Quædam obseruanda, quædam prætermittenda sunt. **ATTI.** Quoniam te video esse doctissimum, dic mihi quæ de veteri testamento obseruare debeam, & quæ relinquere. **CRITO.** Mandata obseruare debemus, quæ ad vitâ & moris pertinent corrigendos: de quibus dictum est: Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos. Quæ autem ad cærimonias legis, & ritus sacrisciorum pertinent, relinquenda sunt. **ATTI.** Ignosce mihi: cum legis & omnium scripturarum scientiam iactites, non animaduertis quid velim dicere. **CRITO.** hoc intelligo, quod loqueris, & non quod taces. **ATTI.** Tacere tibi videor, qui tantis exemplis docere te volui, peccare hominè per ignorantiam, & pro peccato, vt in lege hostias, ita & in euangelio offerendam pœnitentiam? **CRITO.** Da testimonium noui instrumenti, vbi error, & ignorantia, & impossibilia mandati teneatur in criminane. **ATTI.** Non necesse est multa proferre: vnum proferam, cui certè contradicere nõ poteris. Vas electionis perspicuè loquitur: Consentio enim legi Dei iuxta interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantè legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. **CRITO.** Pronulisti testimonium, quod pro me facit. Liberati ergo de corpore huius mortis per gratiã domini nostri Iesu Christi nequaquam vltra peccare debemus. **ATTI.** Liberati quidem sumus baptismo Saluatoris: sed id mihi edisserere, quare dixerit: video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ in membris meis est. Quæ est ista lex regnans in membris hominis, & repugnans legi mentis eius? responde simpliciter: taces? audi eundem Apostolum apertissimè prædicatè. Quod enim operor, non cognosco, non enim quod volo, operor, sed quod odio, illud facio, sin autem, quod nolo, hoc facio, consentio legi, quoniam bona est, nunc autem nequaquam ego operor illud, sed quod in me habitat, peccatum, scio enim, quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum, velle enim adiacet mihi, operari autem bonum non inuenio. non enim, quod volo, bonum, hoc ago; sed quod nolo, malum, hoc facio, si autè, quod nolo, hoc ego facio; nequaquã ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. **CRITO.** Miror te hominem prudentem, sic intelligere Apostolum, vt eum ex persona sua, & non ex aliorum hæc dicere sentias, qui enim

conscientia in se loquentis Christi liberè proclamat: an experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus? Et in alio loco: Cursum consummaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ: iste hoc de se dicere poterat, operari bonum non inuenio; & non quod volo, bonum, hoc facio; sed quod nolo, malum, hoc ago? Quid illud erat boni, quod volebat facere, & nõ poterat? Et quid illud erat mali, quod nolebat, & tamen vitare nõ poterat? Ergo non ex sua persona hoc dicit, sed ex persona generis humani, quæ vitijs subiacet ob carnis fragilitatem. **ATTI.** Parum mihi tollis, vt totum tribuas, ego enim vnum hominem, licet apostolum, intelligo subiacere peccato: tu totum humanum genus asseris, quod si verum est in genere, tenemus & speciem, nam & apostolus homo est, & si homo est, vel de alijs, vel de se quasi homo loquitur: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et: Quoniam nõ habitat in me, hoc est, in carnem, bonum. **CRITO.** Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & deprimat terrena habitatio sensum multa cogitantem. **CRITO.** Sic loqueris, quasi ego hoc ex persona generis humani accipiam, & non ex persona peccatorum. **ATTI.** Et quis tibi hoc concedet, vt ex persona peccatoris hoc loquatur Apostolus? Si enim ex persona peccatoris hoc accipis, debebat dicere: Miser ego peccator, & non Miser ego homo. Homo quippe naturæ est, peccator voluntatis. Nisi fortè & illud, quod scriptum est: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: ad peccatores refertur, & non ad omnes homines. Et iterum: Verumtamen in imagine pertransit homo, ac deinde: Homo vanitatis assimilatus est, dies eius velut umbra pertranscunt. Si hoc Pauli testimonio non moueris, audi aliud eiusdem, cui contradicere non potes: Nihil mihi conscius sum, & cætera. Mirè, nec me ipsum iudicio, nihil mihi conscius sum, nec tamè in hoc iustificatus sum. Qui hoc dicebat, nullius vitique peccati sibi cõscijs erat. Sed quia legerat: Delicta quis intelligit? Et: Sunt vitæ, quæ videntur viro iustæ, nouissima autem eam respiciunt in profundum inferni. Et iterum: Omnis vir videtur sibi iustus, Deus autem corda hominum dirigit: iccirco temperabat sententiam: ne fortè per ignorantiam deliquisset, maxime cum scriptura testetur: Est iustus, qui perit in iustitia sua. Et alibi: iuste, quod iustum est, sectaberis; ne opinione veritatis à iustitia declinemus, recordantes Saulis, & Hachan.

CRITO. Ne contendere videar, & in diuersum absque mensura funem trahere, saltem hoc mihi concede, iustos in scripturis plurimos appellari. **ATTI.** Non solùm plurimos, sed innumerabiles. **CRITO.** Si innumerabiles iusti sunt, & hoc negari non possit, quid malè locutus sum, posse esse hominè sine peccato, si velit? Hoc est alijs verbis dicere, posse iustum sine peccato esse, in eo quod iustus est? **ATTI.** Iustus esse concedo: sine omni autem peccato omnino nõ assentior. Etenim absque vitio, quod Græcè dicitur *νεκροσ*, hominem posse esse aio: *αναμαρτητος*, id est, sine peccato esse, nego; id enim soli Deo competit, omniscij creatura peccato subiacet, & indiget misericordia Dei, dicente scriptura: Misericordia Domini plena est terra. Et, ne quasi maculas quasdam in sanctis viris videar perferutari, in quibus errore sint lapsi, pauca proferam, quæ non ad singulos, sed ad omnes in commune pertineant. In trigésimo primo psalmo scriptum est: Dixi, pronunciam aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei. Statimque sequitur: Pro hac, hoc est,

2. Cor. 13.
2. Tim. 4.
Rom. 7.
Sap. 9.
Eccle. 7.
Pr. 3. 2. 14.
1. Cor. 4.
Pr. 18.
Pro. 14.
Pro. 21.
Eccle. 9.
Dent. 16.
1. Reg. 15.
Ios. 7.

Ibidem.

hoc est, impietate, siue iniquitate, (vtrumque enim intelligi potest) orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Si sanctus est, quo modo orat pro iniquitate: si iniquitatem habet, quare ratione sanctus appellatur: Iuxta illum videlicet modum, qui & in alio loco scribitur: Septies cecidit iustus, & resurget. & iustus, accusator sui est in principio sermonis. Et alias: Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. Vel statim vt nati sunt subiacuere peccato in similitudinem prauaricationis Adæ, qui est forma futuri: vel certe statim, vt de vtero virginali natus est Christus, de quo scriptum est: Omnis qui aperit vuluam, sanctus Domino vocabitur. Omnes hæretici errauerunt, non intelligentes mysterium natiuitatis eius: magisq; ad specialem natiuitatem Saluatoris, quam ad omnium hominum, referri potest hoc, quod dicitur: Qui aperit vuluam, sanctus vocabitur Domino. Solus enim Christus clausas portas vuluæ virginalis aperuit, quæ tamen clausæ iugiter permanserunt. Hæc est porta Orientalis clausa, per quam solus Pontifex ingreditur, & egreditur, & nihilominus semper clausa est. Illud quoque quod in volumine Iob scriptum est: Numquid mundus erit homo coram Deo, aut in operibus suis irreprehensibilis vir? Si aduersus famulos suos non credit, & contra angelos prauum quid reperit: quanto magis in his, qui habitant domos luteas, è quibus & nos de eodẽ luto sumus? Quod si asserueris, hoc dici ex persona Eliphaz Themanitæ; intellige non ab eo dici, sed ab illo, qui sub persona angeli in visione & reuelatione loquitur ei sententias Dei. Sed esto vt loquatur Eliphaz, quod perspicue angelus loquitur: numquid non hoc ex persona Iob propriè dicitur: Tentatio est vita hominis super terram? Et: Si ego peccaui, quid possum facere? Et: Quare oblitus es, nec fecisti iniquitatis meæ obliuionem, & emundationem peccati mei? Quo modo enim potest esse iustus homo super terram apud Deum? Et iterum: Si fuero iustus, non audiet me, sed iudicio eius indigebo. Et rursum: Quia sum impius, cur frustra laboro? Si lotus fuero niue, & mundus manibus, satis me sordè tinxisti. Si peccaui, custodies me, ab iniquitate autem me non facies innocentem. Et si impie egero, vte mihi. Et: Si fuero iustus, non potero respirare. Plenus enim ego sum ignominia. Et iterum: Quis enim erit mundus à sordè? Ne vnus quidem, etiam si vnus diei fuerit vita eius super terram, & numerabiles menses illius. Quod si dixeris, pronomen, quis, non pro impossibili, sed interdum pro difficili accipi, respondebo tibi: Et vbi est illud quod temerè protulisti? Facilia Dei esse mandata, & ea facile posse compleri, dicente scriptura: Vir in dolore laborat sibi, & vim facit perditioni suæ, vt oppressa & subiugata & moriente carne, viuat in eo spiritus: ridiculamque illam expositionem Demosthenis vestri, non dixisse Iob, Quis erit mundus à peccato, sed quis erit mundus à sordè, prætereo: quia probare conatur, sordes pannorum significari in infantia, non vitia peccatorum. Aut certe, si non sic intelligit, dicite vos quid sentiat, tam enim inuolutus dicat est, & nimio verborum squalore coopertus, vt suspicionem magis, quam intelligentiam, lectori præbeat. Ad extremum infert: Ego autem ad hoc quid respondebo? Manum meam ponam super os meum, semel locutus sum, in secundo non addam. Ecce Iob noster immaculatus, & sine querela, & abstinens se ab omni malo, quali sine iustitiæ coronatur, vt misericordia Dei indigeat: Hoc est illud, quod in Proverbis legimus: Quis gloriatur

castum se habere cor? aut quis confidit se mundum esse à peccato? Fac quod & hic, quis, non pro impossibili, sed pro difficili dixerit: tolle ergo sententiam, & rade de libro tuo, facilia Dei esse mandata. Quod si illud Ioannis apostoli apposueris, Mandata eius non sunt graua: & de euangelio, Iugum meum suauis est, & onus meum leue: facile reuinceris: leuia enim certum est dixisse euangelij mandata, ad comparationem superstitionis Iudaicæ, in qua varia carumoniæ genera quærebantur, quæ iuxta litteram & apostoli Petri sententiam nullus potuit explere. Vnde & in Actibus apostolorum scribitur: Nunc ergo quid tētatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neq; nos portare potuimus: sed per gratiam domini Iesu saluari credimus, quemadmodum & illi. Iacobus apostolus scribit. Si iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Ille iudicat legem, qui dicit, aliquid non iuste præceptum, & ignorantiam mente habere peccatum, & frustra offerri victimas pro errore, quod peccati non habet conscientiam. Neque enim in lege ratio quæritur, sed auctoritas. Idem in eadem dicit epistola: Ira viri iustitiam Dei non operatur, & quis nostrum carere potest ira, de qua scriptum est: Ira perdit etiam sapientes? Significanterque non iram Dei, sed iram viri posuit. Ira enim Dei iusta est: ira autem viri de perturbatione mente procedit. Vnde & in psalmo dicitur: Irascimini, & nolite peccare: qui versiculus quem sensum habeat, Apostolus docet: Sol non occidat super iracundiam vestram, vt peccatum omnino sit, vel leuiter irasci: iustitia autem, iram celeri penitendine mitigare. Vnde & pro otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij. Et in eodem euangelio legimus: Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Licet in plerisque codicibus antiquis, sine causa, additum non sit, vt scilicet ne cum causa quidem debeamus irasci. Quis hominum poterit dicere, quod ira, quæ absque iustitia est, in sempiternum vitio careat? Et iterum: Ne gloriaris in crastinum, nescis enim quid adueniens pariat dies. Vnde scriptum est: Ne beatum dixeris quempiam ante mortem, quamdiu enim viuimus, in certamine sumus: & quamdiu in certamine, nulla est certa victoria: quæ etiam Apostolo fortissimè præstanti in futuro sæculo reseruatur. Dominus atque Saluator sub persona assumpti hominis loquitur: Insipientissimus enim omnium hominum sum, & non est hominis prudentia in me. Et in sexagesimo octauo psalmo: Deus tu scis insipientiam meam: sed fatuum Dei sapientius est hominibus. In Ecclesiaste quoq; scriptum est: In multitudinem sapientiæ, multitudo scientiæ: & qui addit scientiã, addit dolorem: intelligens quod perfectione careat, & ex eo, quod nouit, quãta nõ nouerit. Et odio, inquit, habui vitam, quoniam malum est opus quod operor super terram. Omnia enim vanitas, & præsumptio spiritus. Nemo scit, quid futurum sit: quia sicuti est, quis annũciabit ei? Sunt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorum. Et sunt impij, ad quos peruenit quasi opus iustorum. Hoc iccirco dicitur, quia certum iudicium solius Dei est: & quos putamus iustos, sæpe peccatores inueniuntur: & quos econtrario peccatores, apud Dei scientiam iusti sunt. Quantumcumque laborauerit homo, vt inquirat, non reperiet. Et si dixerit sapiens nosse se, inuenire non poterit. omnium enim vnus occurfus est, cordaque filiorum hominum repleta sunt malitia, & incerto statu, quæ Græcè ἀερίφρατα dicitur. Muscæ morituræ, siue vt in Hebraico habetur, mortuæ, demolitur,

atque corrumpit suauitatem olei. Quis mortalium aliquo errore non capitur? quem hereticorum & fallorum dogmatum venena non maculant? Tem-
 1. Per. 4. pus, inquit, est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt euangelio? & si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Certè iustus est, qui in die iudicij vix saluatur, saluaretur autem facile, si nihil in se haberet maculæ, ergo iustus est in eo, quod floret multis virtutibus; & vix saluatur in eo, quod in quibusdam Dei indiget misericordia.

CAP. 3. Quattuor sunt perturbationes, quibus genus ve-
 xatur humanum, duæ præsentis, & duæ futuri; duæ bonorum, & duæ malorum. Aegritudo, quæ Græcè dicitur λύσις & gaudium, quod illi χαρά, vel
 id' omni vocant: quamquam 'nd' omni voluptas à plerisque dicitur: alterum mali, alterum boni: excedimusque mensuram, si gaudeamus super his, quæ non debemus, diuitijs, potentia, honoribus, inimicorum infelicitate, vel mortibus: aut econtrariò præsentium malorum dolore cruciamur, aduersis, exilijs, paupertate, languore, & mortibus propinquorum: quod

1. Theff. 4. Apostolus fieri prohibet: & rursum, si cupiamus ea, quæ arbitramur bona, hereditates, honores, prosperitates omnium rerum, & corporum sanitatem, & cætera, quorum præsentia gaudio fruimur; & metuamus illa, quæ putamus aduersa; quibus ad perfectum carere, iuxta Stoicos, Zenonem videlicet, & Chrysippum, possibile, iuxta Peripateticos autem & difficile & impossibile est: cui sententiæ omnis scripturæ sanctæ consentit auctoritas, vnde & Iosephus, Machabæorum scriptor historiarum, frangi & regi posse dixit perturbationes animi, non eradicari: & quinq; Tusculanarum quæstionum Ciceronis libri his disputationibus referti sunt. Pugnans enim, iuxta Apostolum, aduersum nos fragilitas corporis, & spiritalia nequitia in cælestibus. Manifesta sunt, dicente eodem, opera carnis & opera spiritus, & hæc sibi inuicem aduersantur: vt non quæ volumus, illa faciamus. Si non quod volumus, facimus, sed quod nolumus, illud operamur: quo modo dicitis, posse hominem sine peccato esse, si velit? Ecce Apostolus, omnesque credentes, quod volunt, implere non

1. Petri. 4. possunt. Caritas operit multitudinem peccatorum, non tam præteritorum, quam præsentium; ne vltra, Dei in nobis manente caritate, peccemus. Quamobrem de muliere peccatrice dicitur: Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit plurimum. Ex quo intelligimus, non nostræ solum esse potestatis facere, quod velimus, sed & Dei clementiæ, si nostram adiuuet voluntatem. Deus lux appellatur, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Quando dicit, nullas tenebras in Dei lumine reperiri; ostendit, omnia aliorum lumina aliqua forde maculari. Denique & apostoli appellantur lux mundi. Sed non est scriptum, quod in apostolorum luce nullæ sint tenebræ. Et de Ioanne scribitur: Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

1. Tim. 6. Vnde & de eo scriptum est: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et certè legitimus immortales angelos, immortales thronos, & dominationes, cæteraque virtutes, sed solus Deus est immortalis, quia non est per gratiam, vt cætera, sed per naturam. Quam ob causam idem Apostolus scribit, Deum solum esse sapientem: cum & Salomon, & multi alij sancti sapientes vocentur, & dica-

1. Ioan. 1. tenebræ in eo non sunt vllæ. Quando dicit, nullas tenebras in Dei lumine reperiri; ostendit, omnia aliorum lumina aliqua forde maculari. Denique & apostoli appellantur lux mundi. Sed non est scriptum, quod in apostolorum luce nullæ sint tenebræ. Et de Ioanne scribitur: Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

1. Tim. 6. Vnde & de eo scriptum est: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et certè legitimus immortales angelos, immortales thronos, & dominationes, cæteraque virtutes, sed solus Deus est immortalis, quia non est per gratiam, vt cætera, sed per naturam. Quam ob causam idem Apostolus scribit, Deum solum esse sapientem: cum & Salomon, & multi alij sancti sapientes vocentur, & dica-

1. Tim. 6. Vnde & de eo scriptum est: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et certè legitimus immortales angelos, immortales thronos, & dominationes, cæteraque virtutes, sed solus Deus est immortalis, quia non est per gratiam, vt cætera, sed per naturam. Quam ob causam idem Apostolus scribit, Deum solum esse sapientem: cum & Salomon, & multi alij sancti sapientes vocentur, & dica-

1. Tim. 1. scribit, Deum solum esse sapientem: cum & Salomon, & multi alij sancti sapientes vocentur, & dica-

tur iuxta Hebraicum ad principem Tyri: Sapientior Ezech. 28. Daniele es tu? Quo modo ergo solus lux, solus immortalis, & solus sapiens appellatur, cum multi immortales & luces, & sapientes sint? Sic perfectio hominis non ex natura, sed ex gratia veniens, imperfectos eos, qui perfecti videntur esse, demonstrat. Quod autem scriptum est: Et sanguis Iesu filij eius mundat nos ab omni peccato: tam in confessione baptismatis, quam in clementia poenitentis accipiendum est. Sed aliud est, mundari à Deo; aliud, per se esse sine vitio. Si enim iuxta Iob: Luna non splendet; & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Omne enim os obstruitur, & obnoxius est omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram eo: nullaque distantia est personarum. Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Sin autem scribit: Existimamus fide iustificari hominem sine operibus legis; siquidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem: manifestè ostendit, non in hominis merito, sed in Dei gratia esse iustitiam, qui sine legis operibus credentium suscipit fidem. Vnde sequitur: Peccatum vestri non dominabitur. Cur? quia non estis sub lege, sed sub gratia, non enim volentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. Vnde & gætes, quæ non sectabantur iustitiã, comprehenderunt iustitiã, iustitiam autem ex fide. Israël autem, sequens legem iustitiæ in legē iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ propè epistolæ apostoli hoc habent principiu: Gratia vobis, & pax à Deo

1. Ioan. 8. mundat nos ab omni peccato: tam in confessione baptismatis, quam in clementia poenitentis accipiendum est. Sed aliud est, mundari à Deo; aliud, per se esse sine vitio. Si enim iuxta Iob: Luna non splendet; & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Omne enim os obstruitur, & obnoxius est omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram eo: nullaque distantia est personarum. Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Sin autem scribit: Existimamus fide iustificari hominem sine operibus legis; siquidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem: manifestè ostendit, non in hominis merito, sed in Dei gratia esse iustitiam, qui sine legis operibus credentium suscipit fidem. Vnde sequitur: Peccatum vestri non dominabitur. Cur? quia non estis sub lege, sed sub gratia, non enim volentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. Vnde & gætes, quæ non sectabantur iustitiã, comprehenderunt iustitiã, iustitiam autem ex fide. Israël autem, sequens legem iustitiæ in legē iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ propè epistolæ apostoli hoc habent principiu: Gratia vobis, & pax à Deo

1. Rom. 3. patre & Christo Iesu domino nostro: & simili sine clauduntur. Ad Corinthios quoque scribitur: Vt non indigeatis vlla donatione, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine in die domini nostri Iesu Christi. Licet ergo nulla indigeamus donatione, tamen expectamus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui tunc nos in omnibus confirmabit, & ostendet sine crimine, cum dies domini nostri Iesu Christi & mundi finis aduenerit, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Paulus plantauit, Apollo rigauit, sed Dominus incrementum dedit: ergo neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus, ipse enim agricultura, ipse edificatio sumus. Iuxta gratiam Dei, quasi sapiens architectus ponit fundamentum. Nolite, inquit, vosmet ipsos decipere. Si quis sapiens est in vobis in sæculo isto, fatuus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim mundi, stultitia est apud Deum. Dominus cognoscit cogitationes hominum, quia vanæ sunt. Et iterum: In nullo enim mihi conscius sum: sed nec in hoc iustificatus sum: quia qui me iudicat, Dominus est. Dicitur & vobis, qui sine peccato vos esse dicitis, quid habetis quod non accepistis? si autè accepistis, quid gloriamini, quasi non accepistis? Iam saturati estis: iam diuites facti estis. Et vt sciamus non ex nobis, sed ex Dei cuncta pèdere iudicio. Veniã inquit, citius ad vos, si Dominus voluerit. Qui enim dicit, Veniã ad vos; ostendit se velle, monstrat cupere, promittit aduētum. Sed vt cautius hæc loquatur, infert, Si Dominus voluerit. Si quis enim putat se quid nosse, necdum nouit sicut nosse oportet. Vas electionis humilitate deiectus, immo conscientia fragilitatis suæ, loquitur: Ergo sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apo-

1. Rom. 6. stolus: quia non estis sub lege, sed sub gratia, non enim volentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. Vnde & gætes, quæ non sectabantur iustitiã, comprehenderunt iustitiã, iustitiam autem ex fide. Israël autem, sequens legem iustitiæ in legē iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ propè epistolæ apostoli hoc habent principiu: Gratia vobis, & pax à Deo

1. Rom. 9. patre & Christo Iesu domino nostro: & simili sine clauduntur. Ad Corinthios quoque scribitur: Vt non indigeatis vlla donatione, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine in die domini nostri Iesu Christi. Licet ergo nulla indigeamus donatione, tamen expectamus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui tunc nos in omnibus confirmabit, & ostendet sine crimine, cum dies domini nostri Iesu Christi & mundi finis aduenerit, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Paulus plantauit, Apollo rigauit, sed Dominus incrementum dedit: ergo neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus, ipse enim agricultura, ipse edificatio sumus. Iuxta gratiam Dei, quasi sapiens architectus ponit fundamentum. Nolite, inquit, vosmet ipsos decipere. Si quis sapiens est in vobis in sæculo isto, fatuus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim mundi, stultitia est apud Deum. Dominus cognoscit cogitationes hominum, quia vanæ sunt. Et iterum: In nullo enim mihi conscius sum: sed nec in hoc iustificatus sum: quia qui me iudicat, Dominus est. Dicitur & vobis, qui sine peccato vos esse dicitis, quid habetis quod non accepistis? si autè accepistis, quid gloriamini, quasi non accepistis? Iam saturati estis: iam diuites facti estis. Et vt sciamus non ex nobis, sed ex Dei cuncta pèdere iudicio. Veniã inquit, citius ad vos, si Dominus voluerit. Qui enim dicit, Veniã ad vos; ostendit se velle, monstrat cupere, promittit aduētum. Sed vt cautius hæc loquatur, infert, Si Dominus voluerit. Si quis enim putat se quid nosse, necdum nouit sicut nosse oportet. Vas electionis humilitate deiectus, immo conscientia fragilitatis suæ, loquitur: Ergo sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apo-

1. Cor. 10. stolus: quia non estis sub lege, sed sub gratia, non enim volentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. Vnde & gætes, quæ non sectabantur iustitiã, comprehenderunt iustitiã, iustitiam autem ex fide. Israël autem, sequens legem iustitiæ in legē iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ propè epistolæ apostoli hoc habent principiu: Gratia vobis, & pax à Deo

1. Cor. 15. stolus: quia non estis sub lege, sed sub gratia, non enim volentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. Vnde & gætes, quæ non sectabantur iustitiã, comprehenderunt iustitiã, iustitiam autem ex fide. Israël autem, sequens legem iustitiæ in legē iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ propè epistolæ apostoli hoc habent principiu: Gratia vobis, & pax à Deo

1. Cor. 3. stolus: quia non estis sub lege, sed sub gratia, non enim volentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. Vnde & gætes, quæ non sectabantur iustitiã, comprehenderunt iustitiã, iustitiam autem ex fide. Israël autem, sequens legem iustitiæ in legē iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ propè epistolæ apostoli hoc habent principiu: Gratia vobis, & pax à Deo

stulus: quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum id, quod sum: & gratia ipsius in me vacua non fuit, sed omnibus illis amplius laboravi, non ego autem, sed gratia Dei, quæ mecum est. Dicit se plus omnibus apostolis laborasse; statimque laborem suum ad Dei reuertit auxilium: Non ego, inquit, sed gratia Dei, quæ mecum est: sicut & in alio loco loquitur: Fiduciam autem talem habemus per Iesum Christum ad Deum: non quia ex nobis ipsis sufficientes simus reputare aliquid, quasi ex nostro: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & nos dignos fecit ministros noui testamenti. Non enim iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Vnde infert: Et nos in Iesum Christum credidimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Si enim ex lege iustitia, ergo Christus sine causa mortuus est. In lege maledictio est: scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea: Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut repromissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Lex ergo pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Vnde addit, & vno versiculo omnia comprehendit, dicens: Euacuati estis à Christo: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Hæc cuncta percurro, ut ostendam à nullo legem esse completam, & per legem mandata omnia, quæ continentur in lege. Deus est enim qui operatur in nobis & velle, & perficere. Laborat Apostolus, & iuxta iustitiam, quæ in lege est, sine querimonia conuersatus, omnia pro Christo ducit quietillas, ut inueniatur in Christo, non habens suam iustitiam, quæ ex lege, sed quæ ex fide Christi est à Deo. Vnde scribit ad thessalonicenses: Fidelis autem est Dominus, qui seruabit vos, & custodiet à malo. Ergo non liberi arbitrij potestatis, sed Dei clementia conseruamur. Ac ne putes argumentationibus vanis, quæ mouent audientibus questiones, veritatem posse fidei subuerti; idem Apostolus scribit ad Timotheum: O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & contradictiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem errauerunt. Bonitas enim, & misericordia Saluatoris nostri, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, ut iustificati illius gratia, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Hæc breuiter quasi ex latissimo atque pulcherrimo apostolicæ doctrinæ prato carpsimus, ut duræ frontis impudentia cõteratur.

Transcramus ad euangelia, & apostolicos igniculos clarissima Christi lampade compleamus: Omnis, ait, qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Qui autem dixerit raka, quod interpretatur vanus, & absque cerebro, reus erit consilio: haud dubium, quin sanctorum & angelici senatus. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Quis nostrum potest huic vitio non subiacere; cum etiam pro otioso verbo reddituri simus rationem in die iudicij? Si ira, & sermonis iniuria, atque interdum iocus, iudicio, consilioque, & gehennæ ignibus delegatur: quid merebitur turpium rerum appetitio, & auaritia, quæ radix est omnium malorum? Si inquit, offers donum tuum ad altare, & ibi fueris recordatus, quia frater tuus habet aliquid aduersus te: dimitte ibi donum tuum ante altare, & vade primum, reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuum. Mæ est potestatis, ut non habeam aliquid contra fratrem meum, ut autem ille aduersus me habeat, aut non habeat, in illius voluntate consistit. Quid ergo faciam, si ille reconciliari noluerit: obsecrem? flectam genua? sed audire contemneret. An obtorto collo nolentem in ius amicitie traham? ecquæ est maior inimicitia, quàm amicitias necessitate sociare? neque enim dixit: roga eum, ut tibi concilietur: sed reconciliare primum fratri tuo; & sic offers munus tuum ad altare, non quòd impossibilia Deus præceperit: sed in tantum patientiæ culmen ascendit, ut propè impossibilia pro difficultate nimia præcepisse videatur, ad destruendam sententiam tuâ, qua scribis facilia esse Dei mandata. Scandalizantem manum, oculum & pedem iubemur abscindere. Esto, per tropologiam dictum sit, pro amicissimis, & pro consanguineis, & fraterno nobis & coniugali amore sociatis: facile ne arbitramur, ob quosdam offensas tantam subito abscindere caritatem? Quod quæ dicitur: Sic sermo vester, est est, non non; quod autem amplius est, à malo est: forsitan de vestra schola reperitur, qui nunquam mentiris sit, nec audierit illud propheticum & apostolicum: Ego dixi in excessu mētis meæ, omnis homo mendax: & nesciat scriptum in alio loco: Os quod mentitur, occidit animam. Verberanti maxillam, alteram iubemur opponere. Tollenti tunicam, etiam pallium concedendum est. Angaranti se mille passibus, duobus millibus colla præbenda sunt. Perenti te da; & volente à te accipere mutuum, ne auerferis. Si duos numulos habueris, & alius poposcerit; aut dabo ipsi, & mihi mendicandum erit; aut, si non dederis, transgressor legis inueniar. Illud autem, quod dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutentibus & calumniantibus vos, forsitan in vestro cœtu inuenitur, apud nos rara avis est. Qui peccata simpliciter confitetur, merentur humilitate clementiam Saluatoris. Quod quæ sequitur: Cauete, ne iustitiam, hoc est elemosinam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, nescio quis possit implere. Ad largiendum frustum panis, & binos nummulos præco conducitur: & extendentes manum, huc illucque circumspicimus: quæ si nullus viderit, contractior sit. Esto, vnus de mille inueniatur, qui ista non faciat. Responde, quæso, vbi sunt facilia mandata? Nolite, inquit, solliciti esse de crastino, castrinus enim dies sollicitus erit: pro se, sufficit diei malitia sua. Vos de crastino non cogitatis, & in crastinum, presentibus contenti estis, quorum epistolæ bibliinæ volitant trans flumina Æthiopiæ: ut inter simias, & pauos, noua de Ophir Salomoni dona mittantur.

Vis audire facilitatem præceptorum Dei? auscultate quod dicitur: Quàm arcta via, & angusta est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Non dixit, qui gradiuntur per eam; hoc enim difficillimum est, sed qui inueniunt eam: pauci enim inueniunt, & multo pauciores ingrediuntur per eam. Filius, inquit, hominis non habet vbi caput suum reclinet, qui dicit in Esaiâ: Suscipite lassum, & hæc est requies mea. Si non habet vbi caput suum reclinet, & quo requiescat, dicens in alio loco: Super quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea, vbi est mandatorum Dei facilitas? Multi hoc quod scriptum est. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam, simpliciter accipiunt, iuxta illum sensum. Non indigent sani medico, sed ij, qui malè habent. Alij verò inter-

interpretantur coactius. Non veni vocare iustos, nullus enim ad perfectum iustus est, sed ex aliqua parte peccator; sed peccatores, quibus mundus referretus est, dicente Dauid: Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, & corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in aduentionibus suis. Omnes declinauerunt, simul inuiciles facti sunt, non est qui faciat bonum. non est vsque ad vnum. Nolite, inquit, possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, non panem, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Hæc, inquit, præcepta apostolica sunt. Et certe Petrus apostolus caligas habuisse narratur, dicente ad eum angelo: Præcingere, & calciare caligis tuis. Duas autem tunicas, vt de cæteris taceam, puto quod & ego, & tu possideamus: si tamen amplius non habemus. Hæc dico: & iterum iterumque ac per singula ingeram, vt erubescas ad sententiam tuam, facilia esse Dei mandata. Fratrem tradet frater in mortem, & pater filium: consurgentque filij contra parentes, & interficient eos: & eritis, inquit, odio cunctis hominibus propter nomen meum. Et quia facilia iusserat, & sciebat facile ea posse compleri; propterea, vt rei facilitatem ostenderet, copulauit dicens. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Non veni, inquit, pacem mittere super terram, sed gladium. Veni diuidere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem, & nulum contra socrum. Et, ne omnia percurrendo longiorem sententiã faceret, vno cuncta sermone comprehendit, dicens: Inimici hominis, domestici eius. Cumque posuisset: Qui amat patrem, aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam supra me, non est me dignus: ob facilitatem præceptorum intulit: Et qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Crux Christi facilis est? Nudum post Christum ire, ludus est, iocus est? Et vbi præmia, quæ difficultate superata, quaeruntur? Non colliguntur zizania in præsentis sæculo, ne & frumentum pariter eradicetur. Palea Domini futuro iudicio referuatur: quando iusti fulgebunt quasi sol: & egredientur angeli, & separabunt malos de medio iustorum. Petrus mergitur, & meretur audire: Modica fidei, quare dubitasti? Si in illo modica fides; in quo magna sit, nescio. De corde, inquit, egrediuntur cogitationes pessimæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias. Hæc sunt, quæ coinquinant homines. Procedat, qui in corde suo, hæc non esse, testetur: & plenam in corpore isto mortali iustitiam confitebor. Qui vult, inquit, saluare animam suam, perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet eam. Iterum dico: Hæc sunt facilia mandata. Væ mundo à scandalis, necesse est enim, vt veniant scandala. Et propterea in alio loco scriptum est. In multis offendimus, siue erramus omnes. Non pauca peccata, sed multa, nec quorundam, sed omnium posuit: Omnes enim, quæ sua sunt, quaerunt, & non ea, quæ Dei sunt. Vnus bonus Deus dicitur: & magistri, quasi hominis, bonitas refutatur. In lege doctissimus omnia fecisse se dicit: quamobrem & amatur à Domino, & tamen plenam iustitiam non habet: quia noluit substantiam suam pauperibus erogare. Vnde difficultas difficultati, immo impossibile impossibile tunc comparatur: quia nec camelus ingredi potest per foramen acus, nec diuites peruenire in regna cælorum. Quis nostrum non lauat exteriora calicis & paropidis, & interiora habet nequaquam sordibus inquinata? Quis sepul-

crorum extrinsecus dealbatorum potest similitudinem declinare: ne & nobis dicat Iesus: Deforis quidem videmini hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisis & iniquitate? Quamuis & alijs virijs carere possimus: hypocrisicos maculam non habere, aut paucorum esse, aut nullorum. Pater, inquit si possibile est, transeat calix iste à me: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Filius Dei, qui dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt omnia, secundum hoc, quod filius hominis dicitur, sententiam temperat: Pater, si possibile est: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu: & Cribulus meus, adducto supercilio, loquitur: Potest homo sine peccato esse, si velit. Apostoli audiunt: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Non dixit, noluitis, sed non potuistis. Apostoli vna hora vigilare non possunt, somno, mœnore, & carnis fragilitate superati: & tu potes longo tempore omnia simul peccata superare? Marcus euangelista scribit de Domino: Et non poterat ibi ne vnam quidem facere virtutem, nisi paucis ægrotantibus manus imponens sanauit eos, & admirabatur propter incredulitatem eorum. Dominus dicitur non potuisse in Nazareth ne vnam quidem facere virtutem, & infidelitatis aliena suspore retineretur: & vos potestis omne, quod vultis? Denique in consequentibus scribitur: Abijt in fines Tyri & Sidonis, & ingressus domum neminem volebat scire: & latere non potuit: Verè vtrique cupiebat latere: & quod cupiebat, quare facere non poterat? vt in aduentu suo omnium conscientiam declinaret? Quæris causas cur latere non potuerit? cogita assumpti hominis veritatem, & omni carebis scādalo. Si filius Dei aliquid in carne & propter carnem non potuisse narratur: nos, qui toti carni sumus, & quotidie spiritus operibus repugnamus, contra Apostoli sententiam, quæ volumus, cuncta faciemus? Petrus apostolus tria vult facere in monte tabernacula, vnum Domino, alterum Moysi, tertium Eliae, nesciens quid loquitur timore perterritus: & nos Pythagorica philosophiæ ructamus superbijs? De die & hora consummationis vltimæ, & angelos cælorum, & filium ignorare respondit: & nos plenam scientiam pollicemur? Carnis infirmitas Deo habitatore gaudebat: & tamen mensuram fragilitatis sue excedere non potuit, vt non, τὸ δουῆθ, iuxta veteres hæreticos, sed verè Dei filius, hominis filius crederetur, apostolos pariter relinquentes, cecidit in terram pronus, & orabat dicens: Pater, si possibile est. Cur queso sententiã ambigèter exprimebat, qui in alio loco dixerat: Quæ apud homines impossibilia, apud Deum possibilia sunt? Sed homo passurus, hominis loquitur verbis. Ille dicit: Si possibile est, vna hora prætereat.

Tu dicis, possibile est omni tempore peccata vitare. In quibusdam exemplaribus & maxime in Græcis codicibus, iuxta Marcum in fine eius euangelij scribitur: Postea, cum accubissent vndecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem & duritiam cordis eorum, quia ijs, qui viderant eum resurgentem, non crediderunt: & illi fatisciebant dicentes: Sæculum istud, iniquitatis & incredulitatis substantia est: quæ non finit per immundos spiritus veram Dei apprehendi virtutem: iccirco iam nunc regela iustitiam tuã. Cui si contradicis, illud certè renuere non audebitis: Mundus in maligno positus est, & quod Dominum suum satanas tentare ausus sit, & victus, atque confusus recesserit, vsque ad tempus vtriusque passionis. Ille tentatur, & successor Iouiniani, audet loqui: eos, qui plena fide baptisma cõsecuti sunt, non posse tentari, immo alijs verbis, posse

hominem baptizatum, si voluerit, nequaquam ultra peccare. Zacharias iustus audit ab angelo: Quia non credidisti verbis meis, eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem natiuitatis eius. Pater lunatici de apostolis loquitur: Rogavi discipulos tuos, ut eiicerent eum, id est demonem, & non potuerunt. Et ipsi discipuli interrogant Saluatorem: Quare non potuimus eiicere illum? Et audiunt, Propter incredulitatem vestram. Cur, quæso, quia, omnia posse, Domino seruabatur. Intrauit cogitatio in apostolos, quis eorum maior esset: & emendantur doctrina Saluatoris; dum minimus maior agnoscitur, & humilitas sublimitate mutatur. Non recipitur ab vrbe Samaritanorum, quia facies eius erat euntis Hierusalem. Iacobus, & Ioannes, verè filij tonitru, & zeli ardore feruentes, Phinees & Eliæ ignem de cælo deducere cupiunt, & corripuntur à Domino. qui utique non corripentur, si absque errore talia voluissent. Ibant cum illo populi, hoc est cum Domino, qui conuersus dixit: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, in super & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et, qui non portat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Et in hoc loco temerarius proclamabo: Potest homo, si velit, omnia peccata vitare: facilia enim sunt mandata eius. Qui merentur audire à Domino Saluatore: Vos estis qui iustos vos esse dicitis coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia, quod apud homines excelsum est, abominabile est coram Deo. Impossibile est, inquit, ut scandala non veniant. Puto, quod peccatum scandalum sit, quod per scandalum venit, nisi fallor enim, *σκῆλον & σκάνδαλον* apud Græcos ex offensione & ruina nomen accepit. Propterea in multis offendimus omnes. Facit ut non corruerim: certè offendi, & non in vno, sed in pluribus. Arbitror quod in aliquo offendisse, peccatum sit. Dixerunt Domino apostoli: Auge nobis fidem. Qui respondit eis: Si habueritis fidem, quasi granum sinapis. quod utique minimum est omnium feminum: & Critobulus meus fidei nobis montibus intumescit. Dicebat autem, inquit, & parabolam illis, quod semper oportet orare, & numquam deficere. Frustra semper oramus, si in nostro arbitrio est facere, quod volumus. Dixerunt apostoli: Ecquis potest saluus esse? Audiunt à Domino: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia apud Deum sunt. Ergo aliqua, quæ apud homines impossibilia sunt, certè ea esse possibilia, ex eo ostèditur, quod apud Deum possibilia sunt. Sit ergo & apud Deum possibile, homini, si velit, donare impeccantiam, non ipsius merito, sed sua clementia: & apud homines nequaquam possibile, liberi arbitrij potestate, quod nutu donantis accipitur. Non suffecerat apostolis, dudum super dignitate quæfisse, quis eorum maior esset: sed in ipso necessitatis & passionis articulo scribitur de eis: Facta est cõtentio inter illos, quis illorum maior esset. Optimè reuera tempus, instare cruce de dignitate contendere. Simon, inquit, Simon: ecce satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et certè iuxta vos in apostoli erat positum potestate, si voluissent, ut non deficeret fides eius: qua utique deficiente, peccatum subingreditur. In quibusdam exemplaribus tã Græcis, quàm Latinis inuenitur, scribente Luca: Apparuit illi angelus de cælo confortans eum: haud dubium, quin Dominum Saluatorem. Et factus in agonia prolixius orabat: factusque est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, Saluator in passione ab angelo confortatur: & Critobolus meus non indiget auxilio Dei, habens liberi arbitrij potestatem: & tam vehementer orabat, ut guttæ sanguinis prorumperent ex parte, quem totum erat in passione fufusus. Quid, inquit, dormitis? surgite, & orate, ne intretis in tentationem. Debuit iuxta vos dicere: Quid dormitis? surgite & resistite: liberi enim habetis arbitrium, & semel vobis concessa à Domino potestate, nullius alterius indigetis auxilio, si enim hoc feceritis, non intrabitis in tentationem. Non possum, ait, ego facere à memet ipso aliquid; sed sicut audio ita iudico. Ariani obijciunt calumniam: sed responderet Ecclesia, ex persona hominis hæc dici, qui assumptus est. Tu eccontrario loqueris: possum sine peccato esse, si voluero, ille nihil potest ex se facere, ut hominis indicet veritatem. Tu potes omnia peccata vitare, ut adhuc in corpore constitutus, *ἀντὶ ἑσῶν* esse te doceas. Negat fratribus & propinquis ire se ad scenopegiam. Et postea scriptum est: Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad solemnitatem, non manifestè, sed quasi in abscondito. Iturum se negauit, & fecit quod prius negauerat. Latrat Porphyrius: inconstantia ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda. Moyses, inquit, dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem, utique possibilem: & tamen, quod erat possibile, nemo impleuerat: neque enim culpa imperantis est, sed fragilitas audientis, ut omnis mundus subditus fiat Deo. In euangelio secundum Ioannem in multis & Græcis & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere, quæ accusata est apud Dominum. Accusabant autem, & vehementer vrgebant scribæ, & pharisæi, iuxta legem eam lapidare cupientes. At Iesus inclinans se, digito scribebat in terra, eorum videlicet qui accusabant, & omnium peccata mortalium, secundum quod scriptum est in propheta: Relinquentes autem te, in terra scribentur. Tandem caput eleuans dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus mittat super eam lapidem. Hoc quod dicitur, sine peccato, Græcè scriptum est, *ἀναμάρτητος*. Qui ergo dicit, aliud esse sine peccato, & aliud *ἀναμάρτητον*; aut Græcum sermonem nouo verbo exprimat, aut, si expressum est à Latinis, ut interpretationis veritas habet, perspicuum est, *ἀναμάρτητον* nihil aliud esse, nisi sine peccato. Et quia accusatores omnes fugiunt, (dederat enim verecundia eorum clementissimus iudex spatium recedendi) rursusque in terra scribens, terramque despiciens: paulatim discedere, & oculos illius declinare cœperunt: solusque remansit cum muliere: cui locutus est Iesus: Vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ ait: Nullus, Domine. Respondit ei Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & ammodo noli peccare. Præcepit Dominus, ne vltius peccaret: sicuti & alia similiter in lege mandauit. Sed vtrum ea fecerit, nec ne, scriptura non dicit: Omnes, inquit, qui venerunt ante me, fures fuerunt, & latrones. Si omnes, nullus excipitur. Qui venerunt, inquit, non qui missi sunt, de quibus propheta ait: Ipsi veniebant à se, & ego non mittebam eos. Quo verbo solius Christi potentia reseruat, qui ad sua venerat: & sui eum non receperunt. Dum essem, inquit, in mundo cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodiri, & nullus ex eis periit, nisi vnus filius perditionis. Non dixit: dedi eis liberi arbitrij potestatem, ut ipsi se suo labore saluarent: sed Ego custodiu eos, ego seruau. Denique infert: Non peto, ut eos auferas de mundo, sed ut custodias illos à malo.

In Actibus apostolorum scriptum est; inter Paulum & Barnabam, propter Ioannem, qui cognominatus est Marcus, ortam dissensionem, ita ut separarentur, & Barnabas Marcum, & Paulus Sylam assumeret in euangelij ministerium. Paulus seuerior, ille clementior, vterque in suo sensu abundat. Et tamen dissensio habet aliquid humane fragilitatis. In eodem volumine legitur: Transierunt Phrygiam & Galariam regionem, prohibiti à Spiritu sancto loqui verbum in Asia: quo maledicto, in ipsa prouincia puto vsque hodie hereticos, qui contra Spiritum sanctum faciunt, plurimos reperiri. Cumque venissent, ait in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, sed non dimisit eos spiritus Iesu. Nota, quod spiritus Iesu, Spiritus sanctus sit, qui in alio loco, propter vnitatem substantiæ, patris spiritus appellatur. Volunt loqui in Asia, & prohibentur à Spiritu sancto, tentant ire in Bithyniam, & non eos permittit spiritus Iesu, satis importunè, si eis faciendi, vel non faciendi semel dederat liberi arbitrij potestatem.

CAP. 7.
Act. 17. Sequitur: Tempora, inquit, ignorantie respiciens Deus, nunc præcepit hominibus, vbique pœnitentiam agere. Significanter præterita in lege tempora ignorantie demonstrat. Rursum ait: Veniam ad vos Deo volente. Cur interposuit voluntatem Dei, si habebat sui arbitrij potestatem? Iacobus apostolus, Si quis, ait, serauerit totam legem, offenderit autem in vno, reus est omnium factus. Quis nostrum in nullo aliquando peccauit? Si autem peccauit, quod negari non potest, & per vnum peccatum, omnium est reus peccatorum, non suis viribus, sed Dei misericordia saluatur. Si quis in verbo non peccauit, hic perfectus est vir. Si aliquando in sermone peccasti, vbi est apud te præsumpta perfectio? maxime cum sequatur: Linguam autem hominum nullus potest domare, incontinens malum, plena veneni mortiferi. Rogo te vt mihi respondeas: si lingua incontinens est malum, & plena veneni mortiferi, & nullus potest domare linguam mortalium; & tanti criminis reus es: vbi in perpetuum peccatorum fuga? vnde bella, & vnde rixæ inter vos? nonne ex voluptatibus, quæ militant in membris vestris? Aut membra non habetis humana: aut, si homo non potest esse sine membris, confitemini, voluptatem, atque luxuriam in vestris artibus militare. Dauid, qui dixerat confitenter: Proba me Domine, & tenta me: vire renes meos, & cor meum: quia ante oculos meos misericordia tua est, & complacui in veritate tua. Et iterum: Ego autem in innocentia mea ingressus sum, & pes meus stetit in directo: quamquam iudicij veritatem Dei misericordia mitigaret, tamen quia hoc ausus est dicere, relinquatur parumper fragilitati sue, & vt vos dicitis, arbitrij libertati: & per adulterium lapsus in homicidium, postea loquitur: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et, secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Nec hoc dico, quod virum sanctum accusem, de quo scriptum est: quod fecerit omnes voluntates Dei: sed quod multis alijs bonis hæc vitia compensarit, & saluatus sit misericordia Dei, cuius iudicium est in ponderibus, & ad quem Asaph loquitur: Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Neque enim iniustus est Dominus: vt tantum peccata condemnet, & bonorum operum non meminerit. Vnde & in alio loco idem Dauid canit: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem: Auertisti faciem tuam à me: & factus sum

conturbatus. Dixi enim pronunciaro contra me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Iustoque præcipitur: Reucla ad Dominum viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam & iudicium tuum tamquam meridiem. Salus enim iustorum à Domino, quia non est sanatio in carne eorum à facie iræ eius: Et quotidie, iuxta Apostolum qui dixerat: Non enim habitat in carne mea bonum: fingunt dicentes: Renes mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Breues enim posuit dies nostros, & substantia nostra quasi nihilum in conspectu eius. Vniuersa vanitas omnis homo viuens, vel viuens in corpore, vel viuens in virtutibus: & tamen omnia vanitas, incerto enim statu fluctuat, & dum non timet, in sereno patitur tempestatem. Cum enim esset in honore, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Pro nihilo, inquit, saluos faciet eos: haud dubium quin iustos, qui non proprio merito, sed Dei saluantur clementia. Et delicta mea à te non sunt abscondita. Hoc ex persona Christi dicitur. Si ille, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, pro nobis doluit, & peccata nostra portauit: quanto magis nos debemus nostra vitia confiteri? Renuit, inquit, consolari anima mea: considerans delicta, quæ feceram, recordatus sum Dei, & lætatus sum, cogitans me illius clementia conseruandum. Nocte cum corde meo meditabar, & scopebam spiritum meum. Et dixi, nunc cœpi, hæc est mutatio dexteræ excelsum. Iusti vox est, qui, post meditationem somnij & conscientie crucis, ad extremum ait: Nunc cœpi vel pœnitentiam agere, vel scientie limen intrare: & hæc ipsa de bonis ad meliora mutatio, non mearum virtutum, sed dexteræ & potentie Dei est. In æternum misericordia ædificabitur. Nullum enim tempus est, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusque sanctorum, & ijs, qui de peccatis transeunt ad virtutes. A sagitta volante per diem; à negotio perambulante in tenebris, quis nostrum poterit liberari? Ecce enim peccatores intenderunt arcum, vt sagittent in obscuro rectos corde. Nolunt prauos vulnerare, sed rectos corde. Sagitta per diem volitat, per hereticos in sanctorum intelligentia scripturarum. Negotium in tenebris & nocte perambulat, per philosophos, qui per obscuritatem sermonum inuoluer cupiunt veritatem. Plantati in domo Domini, in atrijs Dei nostri flore bunt. Plantati in domo Domini, iusti sunt, in Ecclesia confirmati. Sed hi non in presentiarum, sed in futuro in atrijs Domini flore bunt, vbi est certa & secura possessio. Misericors & miserator Dominus, longanimis & multæ miserationis. Suavis Dominus omnibus, & misericordia eius super omnia opera illius. Tantas audis misericordias, & in tua audes virtute confidere? Confiteantur tibi Domine, omnia opera tua. Si de cunctis operibus Dei & homines sunt: ergo omnes homines sua peccata confiteantur.

Legimus in Samuele dictum de Salomone: Ipse ædificabit domum nomini meo, & firmabo regnum eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et iterum: Si iniquè egerit, corripiam eum in virga hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo. Cum egisset Dauid gratias Deo, ad extremum intulit: Et hæc est lex hominis: Domine Deus, semper respice ad clementiam tuam, & infirmitatem carnis diuino auxilio sustentata.

Quid

Psal. 31.
Psal. 36.

Psal. 26. 37

Rom. 7.

Psal. 37.
Psal. 37.

Psal. 48.

Psal. 55.

Psal. 68.

1. Petr. 2.

Psal. 78.

Psal. 88.

Psal. 90.
Psal. 100.

Psal. 91.

Psal. 102.

Psal. 144.

CAP. 8.

1. Reg. 7.

2. Reg. 16. Quid mihi, inquit, & vobis filij Saruæ? Maledicat Semel. Dominus præcepit ei, vt maledicat Dauid. Et quis respondebit ei, quare hoc fecisti? Voluntas enim Dei non discutienda, sed cum gratiarum actione patienda est. Et in alio loco: Dominus mandauit, vt dissiparet consiliū Achitophel bonū, vt adduceret super Absalon malū: cuius certe cōsiliū erat quali consiliū Dei. Et qua ratione potestas liberi arbitrij, maiore potestate subuersa est: Hieroboā, qui peccare fecit Israël, arguitur quare reliquerit præceptum Domini, diciturq; ad eum: Dedi tibi regnum domus Dauid, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo, & fecit placitum in cōspectu meo. Ergo & possibilia sunt Dei mandata, quæ Dauid fecisse cognoscimus, & tamen lassescere sanctos ad perpetuitatem iustitiæ. In multis regibus legimus de stirpe Dauid, quod non suo merito, sed Dauid patris virtutibus conseruati sint, qui fecerit placitum in conspectu Dei: Et venitur ad Asā regem Iuda: de quo scriptum est: Fecit Asā rectum in conspectu Domini, sicut Dauid pater eius. Cumq; in multis laudibus eius immorata esset historia, ad extremum intulit: Sed excelsa non abstulit, tamen cor eius perfectum erat cum Deo, omnibus diebus vitæ suæ. Ecce & iustus dicitur, quippe cuius cor perfectum erat cum Deo: & tamen in hoc errauit, quod excelsa nō abstulit: quæ Ezechiam, & Iosiam legimus abstulisse. Elias, in cuius spiritu & virtute venit Ioannes Baptista, ad cuius imprecationem venit ignis de cælo, & Iordanis fluuenta diuisa sunt, timuit Iezabel, & fugit, lassusq; in solitudine sedit sub arbore, & prescius angustia, mortem rogauit, dicens. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum patribus meis. Hunc iustum negare quis potest? Et tamen non dicam mulierem, sed hominem formidare, de animi perturbatione descendit, quæ vitio carere non potest, dicente Dauid: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo.
- De Iosaphat rege Iuda scriptum est: Et fuit Dominus cum Iosaphat, qui ambulauit in vijs Dauid patris sui prioribus. Ex quo intelligitur, primas eum Dauid habuisse iustitias, & nouissima non habuisse peccata. Non sperauit, ait, in Baalim, sed in Deo patris sui, & ambulauit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israël. Confirmauitq; Dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæq; sunt ei infinitæ pecuniæ, atque diuitiæ, & multa gloria. Cumq; sumpisset cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. Hic Achab regi impijssimo affinitate coniunctus est. Cumq; post prælium reuerteretur Hierusalem, occurrit ei Hieu, filius Anani videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & ijs, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris: Et iccirco iram Domini quidem merebaris, sed bona opera inuēta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum. Ac ne putemus, præteritas iustitias hoc peccato & increpatione prophetica fuisse delatas; postea de Ochozia stirpe eius scriptum est, quod inuenerit eum Hieu latentem in Samaria, adductumq; occiderit: Et sepelierunt, inquit, eum, eo quod esset filius Iosaphat, qui quaesierat Dominum in toto corde suo. De Ezechia scriptum est: Fecit rectum in oculis Domini, iuxta omnia, quæ fecerat Dauid, pater eius. Iste abstulit excelsa, & contriuit statuas, & incendit lucum, contriuitq; serpentem æneum, quem fecerat Moyses. Et iterum in domino Deo Israël con-
- filus est: & post ipsum non fuit similis ei in cunctis regibus Iuda, qui fuerunt ante eum. Adhæsit Domino, & non recessit ab eo, & custodiuit mandata eius, quæ præcepit Dominus Moyse: & erat Dominus cum eo, & in omnibus, in quibus incedebat, sapienter agebat. Cumq; rex Assyriorum Sennacherib cepisset vniuersas vrbes Iudæ, misit ad eum Ezechias in Lachis dicens: Peccaui, recede à me: quodcumq; iusseris, dabo. Imposuitq; rex Assyriorum Ezechiaz trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri: & dedit Ezechias omnem pecuniam, quæ inuenta est in domo Domini, & in thesauris domus regis. In tēpore illo concidit valuas templi Domini, & clypeos, quos deaurauerat; & omnia dedit regi Assyriorum. Cumq; de eo tanta dicantur, non timuit, necessitate cogente, quæ Domino consecrarat; regi offerre Assyrio: diciturq; ad eum: Ego custodiam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid seruum meum, non propter te, quia superiora fecisti, quando centum octoginta quinque millia exercitus Assyriorum, angelo cædente, prostrata sunt. Illud quoq; diligentius attendendum, quod scriptura commemorat: Egrotauit Ezechias vsq; ad mortem: venitq; ad eum Esaias, filius Amos, dicens: Præcipe domui tuæ, quia morieris tu. Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, dicens: Obsecro, Domine, memento quo modo ambulauerim in cōspectu tuo, in veritate, & corde perfecto, & bonum in oculis tuis fecerim; Fleuitq; Ezechias fletu magno. Certè iustus erat Ezechias, & corde perfecto. Iturus erat ad Dominum, plorare non debuit. Quæris rationem fletuum? Si cogitaueris hominem, non miraberis causas doloris. Nullus enim intrepidus vadit ad iudicium Domini, habens conscientiam peccatorum. Cumq; fleuisset, factus est sermo Domini ad Esaiam prophetam, dicens: Reuertere, & dic Ezechiaz duci meo: Dux Dei appellatur, cui mors fuerat nunciata, quia humilitate prostratus est. Hæc inquit, dicit dominus Deus Dauid, patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Additur ei tempus vitæ, & de Assyriorum manibus liberatur: & tamen signū postulat: vt credat verum esse, quod Deus repromiserat, quod tamen paræ fidelitatis iudicium est. Misit quoq; rex Babylonis nuncios & legatos, qui ei congratularentur ob restitutam corporis sanitate: qui ostendit eis omnes thesauros aromatatum, auri quoque & argenti, & vasorum supellectilem. Non fuit, inquit, res, quam non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Ex quo intelligimus, etiam vasa templi Babylonis monstrata legatis. Vnde & ira Domini concitatur, & postea Esaiæ vaticinatione cognoscit: De filijs tuis eunuchi erunt, & omnia vasa templi transferentur in Babylonem. Ob quam causam etiam in libro dierum scriptum est: Cecidit Ezechias elatione cordis sui. Certè Ezechiam iustum, nemo nisi impius, denegabit. Dicas: peccauit in quibusdam, & iccirco iustus esse desijt. sed hoc scriptura non loquitur: non enim ex eo, quod parua peccauit, iustitiæ nomen amisit, sed ex eo, quod multa bona fecit, iusti vocabulum possidet. Hoc totum dico, vt scripturarū sanctarum testimonijs comprobetur, non ex eo peccatores esse iustos, quod aliquando peccauerint, sed ex eo iustos permanere, quod multis virtutibus floreāt. De Iosia scriptum est: Fecit rectum in cōspectu Domini, & ambulauit in via Dauid, patris sui. Non recessit neq; ad dexteram, neq; ad sinistram: & tamen, cum esset iustus, tēpore necessitatis & angustiae miratur ad Oldā prophetissam, vxorē Sellū, filij Tecue, filij Aaraz,

Aaras, custodis vestium. Et hæc inquit, habitabat Hierusalem in secunda: haud dubium, quin vrbis partem significet, quæ interiori muro vallabatur. Et illa respondit, Hæc dicit dominus Deus Israël, ite & dicite viro, qui misit vos ad me. In quo occulta & regis, & sacerdotum, & omnium virorum reprehensio est, quod nullus virorum sanctus potuerit reperiri, qui posset futura prædicere.

Denique interficitur Iosias à Pharaone, rege Ægypti, eo quod noluerit audire verba Domini, ex ore Hieremias propheta: siue, vt in Paralipomenis scriptum est; Noluit Iosias reuerti, sed parauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei. Et infertur: Mortuusq; est, & sepultus in Mausoleo patrum suorum: & vniuersus Israël Iuda & Hierusalem luxerunt eum, præcipueq; Hieremias, cuius omnes cantatores atque cantatrices vsq; in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israël: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Puto quod sermonibus Dei per quemlibet non acquieuisse peccatum sit.

De ipso Hieremias loquitur: quamquam hoc plerique secundum Anagogen intelligant de Domino Salvatore: Spiritus faciei nostræ, Christus Dominus, captus est pro peccatis nostris. Cui diximus: Sub umbra tua viuemus in gentibus. Moyses, cui locutus est Dominus facit ad faciem, & salua facta est anima eius, ad aquas contradictionis offendit, nec meruit cum fratre Aaron terram re promissionis intrare.

De quibus & Psalmista canit: Abscorpi sunt iuncti petre iudices eorum, audient verba mea, quoniam placuerunt. Et est sensus: Iudices populi Iudæorum, Moyses & Aaron, deuorati sunt à peccato populi iuxta petram: de qua aquarum fluente manarunt: & certè isti iusti fuerunt & obediunt sermonibus Dei: qui per se suauissimi sunt. Denique sequitur de cadaveribus in solitudine mortuorum: Quasi crassitudo terræ dirupti sunt super terram: Dispersa sunt ossa nostra secus infernum. In Osee loquitur Deus:

Desponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio. Statimque subiungit: Et misericordia & miserationibus, & in fide: vt largitoris præmio recognoscat, quod ipse fit Dominus. In eodem scriptum est libro: Deus ego sum, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem, vitiorum scilicet conciliabulum. Ipse solus hanc non ingreditur ciuitatem, quam ædificauit Cain in nomine filij sui Enoch, quæ omnia sacerdotum quotidie ora concelebrant, *ὁ μόνος ἀναμάρτητος*, quod in lingua nostra dicitur, qui solus est sine peccato. Quæ laus, iuxta sententiam tuam frustra Deo reputatur, si est communis cum cæteris.

Nos enim iuxta Amos conuertimus iustitiam in abinthium, & fructus iudicij in amaritudinem. Loquuntur nauæ, atque vectores in libro Ionæ: Rogamus Domine, ne perdas nos propter hominem iustum, neq; inducas super nos sanguinem innocentem, sicut enim placuit tibi, sic factum est Domine. Nesciunt causas, quid mereatur propheta, seruus fugitiuus, & tamen iustificat Deum, & sanguinem innocentem fatentur, cuius opera non norunt. Et ad extremum, Sicut placuit tibi Domine, sic factum est. Non querunt iustitiam sententiæ Dei, sed veritatem iusti iudicis consententur. Micheas lacrymabili voce testatur: Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur: vnusquisque fratrem suum venatur ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Et iterum: Qui optimus inter eos est, quasi paliurus est: & qui rectus, quasi spina de sepe. Hæc hominum iustitia

est, vt iuxta verba eiusdem propheta, nec amico, nec coniugi, nec filijs sit credendum: quia inimici hominis domestici eius. Quam sententiam etiam sermo Dominicus comprobauit. Vnde datur consiliu per eundem prophetam: Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus querat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Numquid dixit, habeto æqualitatem Dei, & non hoc, quod maximum est, sollicitu ambulare cum Deo tuo? Vt numquam securus sis, vt omni obseruantia custodias cor tuum, vt consideres, quoniam in medio laqueorum ambulabes, & sub murorum pinnis ingrediaris; vt illud quotidie mediteris: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis enim resistit Deus, humilibus autem dat gratiam. Qui cautus, & timidus est, potest ad tempus vitare peccata: qui securus est de iustitia sua, repugnat Deo; illiusque auxilio destitutus, insidijs hostium patet. Computrescant, dicit Habacuc, ossa mea, & subter me vermes scateant: tantum vt requiescam in die angustiarum, vt ascendam ad populum fortem meum. Hic tribulationes & angustias, afflictionemq; animi deprecatur, vt in futuro, virorum iam cum Christo regnantium numero vicietur. Ex quo perspicuum est, hic pugnam atq; certamen, & in futuro esse victoriam. Iesus, filius Ioseph, quod interpretatur, iustus Domini, sacerdos magnus, indutus describitur vestibus sordidis: qui peccatum non fecit, & tamen nostra peccata portauit: ad cuius dextram stabat satanas, vt aduersaretur ei. Diciturq; ad eum post pugnam atque victoriam: Auferte vestem sordidam ab eo: & ecce abstuli à te iniquitatem tuam. Et heres Iouiniani loquitur: Sine omni omnino peccato sum: sordida vestimenta non habeo: proprio regor arbitrio: maior apostolo sum, ille facit, quod non vult; & quod vult non facit: ego facio, quod volo, & quod nolo, nõ facio: præparata sunt mihi regna cælorum; immo ipse ea mihi meis virtutibus præparauit, in quo Adam teneatur obnoxius, & alij, qui reos se putant, in similitudine præuaricationis Adæ; ego solus cum mea cætera non teneor. Alij clausi cellulis & feminas non vident, quia miseri sunt, & verba mea nõ audiunt, torquentur desiderijs: ego, etiam si mulierum vallor agminibus, nullam habeo concupiscentiam, de me enim dictum est: Lapidés sancti voluuntur super terram: & ideo non sentio, quia liberi arbitrij potestate Christi tropheum circumfero.

Marth. 19.
Mich. 4.

Psal. 139.
Iacob. 4.

Hab. 2.

Zach. 3.

Zach. 9.

CAP. 10.
Esa. 3.

Esa. 5.
Esa. 60.

nisi forte

nisi forte tota eis loquimur confidentia, quorum opibus indigemus. Vt alia non agamus, vt abstineamus nos ab omni specie peccatorum; certè, verum tacuisse, peccatum est. Quamquam apud Septuaginta non sit scriptum, quia tacui, sed quia cum punctus sum, conscientia scilicet peccatorum, vt illud compleatur propheticum: Versatus sum in miseria, dum insignitur mihi spina. Ille peccati spina compungitur: tu virtutù floribus vernas: Erubescet, inquit, luna, & confundetur sol, quando visitauerit Dominus super militiam cæli in excelsis: hoc est, quod in alio loco scriptum est: Astra quoque non sunt munda in conspectu eius; & aduersum angelos suos peruersum quid reperit. Luna erubescit: sol confunditur: & cælum operitur cilicio: & nos intrepidi, atque lætantes, quasi omni careamus vitio, occurremus iudicis maieftati, quando tabescent montes, erecti videlicet in superbiam, & omnis militia cælorum, vel astra, vel angelicæ dignitates; & complicabuntur sicut libri cæli; & omnis exercitus eorum instar foliorum defluet. Quoniam inebriatus est, inquit, in cælo gladius meus, & nunc super Idumæam descendet. Gladius Dei inebriatus in cælis, & tuum solium erit in sanctitate securum? In Idumæam descendet; quæ interpretatur, vel sanguinaria, vel terrena; vt prophetica auctoritate discamus, omnem terram indigere iudicio. Vnde sequitur: Victimam enim Domini in Bosra, quæ interpretatur caro: & interfectio eius multa in terra Edom, id est, in sanguine, iuxta quod ponit Apostolus: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Væ, qui contradicit fictori suo, væ, qui dicit patri, vt quid me generasti? & matri, quare me peperisti? Hoc ad eos pertinet, qui dicunt: quare talis conditus sum, qui non possum in perpetuum carere peccato. Quare tale vas fictum, vt non quasi adamantium permanerem, sed ad omnem tactum fictile atque fragile. Omnes sicut oves errauimus, & omnium nostrum Dominus peccata portauit. Intuitus est enim, & diligenter inspexit, nullumque reperit, qui iudicaret iustè, qui suam in omnibus faceret voluntatem. Et iccirco brachium eius salutè præbuit, & iustitia sua saluauit omnia: vt omnis mundus subijciatur Deo, & illius clementia conferueret. Fuimus enim immundi non pauci, sed omnes. Quasi pannus mensuræ, reputata sunt omnia in lege opera nostra. Ad Hierusalem in Ezechiele loquitur Deus: Perfecta eras in decore meo: & est sensus, non in tuis operibus, non in tua conscientia cordisq; iactantia, sed in meo decore: quo te clementia mea libertate donaueram. Denique in consequentibus loquitur ad eam, quando saluatur non suo merito, sed eius misericordia: Recordabor pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum, & recordaberis viarum tuarum, & confundaris. Et iterum: Suscitabo pactum meum tecum; & scies, quia ego Dominus: vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os, præ confusione tua, cum fuero placatus tibi in omnibus quæ fecisti, ait dominus Deus: Ecce aperte diuino sermone monstratur, quid in alio loco dixerit: Et mundans te non faciet innocentem, quod iusti quoque, & post peccatum in statum pristinum restituti, os aperire non audeant, sed cum Apostolo dicant: Qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. Denique & in alio loco per eundem prophetam ad eos, qui illius misericordiam consecuti sunt loquitur Deus: Et recordabimini viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti eratis: & displicebit vobis in conspectu vestro in cunctis

malitijs, quas fecistis: & scietis, quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima. Erubescamus, atque dicamus, quod loquuntur ij, qui iam præmia consecuti sunt: loquamur peccatores super terram; & in fragili moralique corpore constituti, quod sanctos videmus in cælis dicere, etiam incorruptione & immortalitate donatos. Et dicitis, inquit: Non est recta via Domini, cum vestræ viæ prauæ sint. Pharisaorum est hoc supercilium, vt peccata propriæ voluntatis referant ad conditoris iniuriam, & illius iustitiam calumniatur. Sacerdotes templi mystici, quod interpretatur Ecclesia, filij Sadoch, cum vestimentis ministerij non egrediuntur ad populum, quod humana conuersatione sanctificati maculentur. Et tu in medio vulgi vnusq; de populo, mundum esse te credis? Hieremiam prophetam breuiter percurrentes sensu magis, quam sermone carpanus. Circuite, inquit, in exitibus Hierusalem, & querite in plateis eius, sicubi reperire poteritis virum, qui iuxta iustitiam viuat, & fidem: & ero propitius propter eum. Quamuis enim dicant: Viuit Dominus: fraudulenter iurant, & hoc ipsum in mendacio. Refutat peccatorum sacrificia: vscendas detrahit offerentibus hostias, dicens se non mandasse patribus eorum, quando deduxit eos de terra Ægypti, vt offerret huiusmodi sacrificia, non enim voluntate, sed idolorum comparatione mandauit, malens sibi offerri victimas, quam dæmonibus. Omnes recesserunt ab eo: nullus est, qui loquatur bona, & agat pœnitentiam de peccatis suis. Sequuntur proprias voluntates, quasi equus promptus ad prælium: intendunt linguam suam quasi arcum: mentiuntur omnia, & non est in eis veritas. Amicorum quoque cauendas insidias præcipit, & nulli credere proximorum: Singulos enim insidiari amicis, & fratrem à fratre decipi, & hoc facere non naturæ malo, sed propria voluntate: quia docuerunt linguam suam mendacium, & prouerunt ad iustitiam. Si Æthiops, ait, mutauerit pellè suam, & pardus varietatem suam: & vos poteritis facere bonum, cum didiceritis mala. Ergo pellis Æthiopica, & pardorum varietas, disciplinæ est, non naturæ, quæ docetur, & discitur: tamen auferri non potest vitium inoliti mali, nisi per eum, cui omnia possibilia sunt. Vnde loquitur ad eum, qui solus verus medicus est: Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac Domine, & saluus ero: tu es gloria mea, & spes mea. Si enim ad conditionem meam infelicitatemque respiciam, nihil aliud, nisi hoc, possum loqui: Male dictus homo, qui annunciatuit patri meo, dicens: Ecce natus est tibi puer, fiat homo ille similis vrbibus, quas subuertit Deus. Quare enim in vulua non statim perij? & fuisset mihi sepulcrum mater mea, & vulua eius infernus sempiternus, quare egressus sum ex vtero, vt viderem labores & miseras, & consumerent dies mei in erumnis? Tantum de sua conditione securus est, & sic confidit in fortitudine, vt mortem præferat vitæ, nouerat enim vulnus suum, & potentiam eius, quem celare nihil potest, qui loquitur per eundem prophetam: Deus appropinquans ego, & non procul. Qui enim cælum replet, & terram, nullus potest vitare eius notitiam, & cordis occulta celare. Qui scrutatur renes, introspicit. Et vt sciamus Dei esse bonum omne, quod gerimus: Ego, inquit, plantabo eos, vt nequaquam eradicentur: & ego dabo eis cogitationem, & sensum, vt intelligat me. Si cogitatio & sensus datur à Deo, & intellectus Domini ex illius, qui nascendus est, radice pullulat: vbi est libe-

- est liberi arbitrij tantum superba iactatio? Volumus scire conditionem nostram: audiamus historiam.
- Hier. 26. Ioachim rex Iuda, cunctique socij eius, & principes eius, auditis sermonibus Viriæ, voluerunt occidere eum, quod cum ille didicisset, timore perterritus fugit in Ægyptum. Cur mortem timebat, qui explicauit sententiam Domini, & qui à se nunciari Domini nouerat voluntatem? Deditur per singula auxilium Dei; & ad illius nutum cuncta gerere negligimus; cum legamus, sanctos viros, etiam hominum indignis præsidio? Periclitatur Hieremias, & manifeste dicitur, quod auxilio ei fuerit manus Ahikam, filij Saphan, ne traderetur in potestatem vulgi, & obrueretur lapidibus.
- CAP. 11. Abolitis legis cærimonijs, & duro pondere veterum præceptorum, repromittitur euangelij gratia: legemque Dominus pollicetur, ut omnes eum nouerint à minimo usque ad maximum, dicens: Dimitte peccata eorum; & iniquitatum illorum ultra memor non ero. Quam autem habuerint sancti viri in lege veteri iustitiam, sequenti sermone demonstrat: Filij Israël, & filij Iuda iniquitatem fecere perpetuam in conspectu meo, ab adolescentia sua usque ad diem presentem: & ciuitas Hierusalem ab initio conditionis sue usque ad diem euersionis sue me ad iracundiam prouocauit. At tunc quid dicat, finem iunge principio: omne medium tempus in vitio est. Hieremias sanctificatus in utero antequam natus: uirgo, propheta veteris testamenti pertimescit Sedechiam: & flebiliter obsecrat, dicens: Nunc ergo, Domine, mi rex, audi deprecationem meam, & praeualeat apud te obsecratio mea: ne remittas me in domum Ionathan scribae, ne ibi peream. O propheta, cur times impiam regem? cur eum metuis, quem nosti iam iamque periturum: carcerem reformidas, cui paratur paradisus? Respondebis mihi: homo sum, in mortali carne & corruptibili constitutus: dolorem sentio, horresco cruciatus, quos etiam Dominus meus pro mea salute sensurus est. Miseretur humano generi Deus, & non vult perire quod fecit. Noli timere Jacob, dicit Dominus: Ego enim sum tecum, & interficiam omnes gentes, in quas dispersi: te uero ipsum non faciam, sed castigabo te in iustitia: & ita miserebor tui, ut te innoxium non relinquam. Unde & nos dicimus esse iustos, esse sanctos viros, & post peccata placet Deo, non suo tantum merito, sed eius clementia, cui omnis creatura subiecta est, & indiget misericordia eius. Audiant haeretici, qui eleuatur per superbiam, & dicunt: ipsi nobis fecimus cornua. Audiant illud, quod audiuit Moab: Audiuius superbiam Moab, superbus est valde. Altitudinem illius, & elationem, & gloriationem, & inflationem cordis ego cognoui, dicit Dominus: quoniam nequaquam iuxta inflationem eius & fortitudo illius est. Diciturque ad huiusmodi homines: inimici autem eorum (haud dubium, quin gregis Domini) confirmant, dicentes: non peccauimus, cum peccauerint in pulchritudinem iustitiae, & in expectationem patrum. Vis scire, quando omnia peccata finiuntur, audi eundem prophetam: In tempore illo dicit Dominus, quaeretur iniquitas in Israël, & non erit, & peccatum in Iuda, & non inuenietur. Cur quaeris? Sequitur: quia propitius ero illis. Vbi autem propitiatio est, praecessit ante peccatum. Tolle igitur, posse, & concedam, omnia, donante Deo, subsistere. Bonum est praestolari cum silentio salutare Domini: bonum est ponere in puluere os suum, dare percutienti se maxillam, saturari opprobrijs, spem habere in Domino. Si enim abiicit, & miserebitur iuxta multitudinem miseri-
- cordiarum suarum, neque enim humiliavit corde suo, & abiicit filios hominum, frustra murmurat homo pro peccatis suis. Scrutemur vias nostras, & quaeramus, & reuertamur ad Dominum. Leuemus corda cum manibus ad Dominum in caelum, dicamusque ei: Inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus: iccirco tu inexorabilis es. Daniel propheta loquitur ad Nabuchodonosor: quod dominetur excelsus regno hominum, & det illud cuiquamque voluerit, & extremum atque proiectum constituat super illud. Interroga eum, qua causa vltimum atque despectum constituat in regem, & faciat atque voluerit: & discute, utrum ipsius voluntas iusta sit, de quo scriptum est: Qui suscitatur de terra humilem, & de stercore eleuat pauperem, ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. An forsitan, iuxta te, absque iudicio, atque iustitia gloriam quaerit, auramque popularem, ut humiles erigat in regnum, & potentes humilitate commutat? Audi prophetam dicentem: Omnes habitatores terrae, quasi nihil reputati sunt apud eum, fecit enim, quodcumque voluit, in caelo, & in terra: & nemo est, qui resistat voluntati eius, aut possit dicere, quare hoc fecisti? cuius sunt omnia opera in veritate, & uiae illius iustitiae, & superbientes potest ipse humiliare. Antiochus Epiphanes, rex crudelissimus, subuertit altare, ipsamque iustitiam fecit conculcari, quia concessum erat ei à Domino: causamque reddit, propter peccata plurima. Ergo non fecit quod ipse tantum voluit, sed quod propter peccata populi concessit Dominus. Denique sequitur, quod non ex propria fecerit fortitudine, sed ex eius imperio, qui praecipit ut fieret. Illud autem, quod in oratione sua loquitur, Peccauimus, inique egimus, iniuste gessimus, & recessimus à mandatis & iustitijs tuis; & caetera huiusmodi, soletis dicere, quod & Dauid, & Daniel, & omnes prophetae, non pro se, qui sancti erant, sed ex persona populi sunt locuti. Aduersum quam opinionem ipse respondebit, & dicit: Cum adhuc orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israël. Vides ergo, quod tam pro peccatis suis, quam pro peccatis populi Dominum sit deprecatus, & effuderit deprecationes suas in conspectu domini Dei sui. Vis iterum nosse, quando peccatum & iniquitas finiatur? Quamquam diuersa sit auctorum interpretatio, audi eundem prophetam. Septuaginta hebdomadae completae sunt super populum tuum, & super ciuitatem tuam sanctam, ut compleantur iniquitates, & finem accipiat peccatum, ut dispareat iniquitas, & reueletur iustitia sempiterna. Quamdiu ergo ille finis adueniat, & corruptiuum hoc atque mortale, incorruptione, & immortalitate mutetur, necesse est nos subiacere peccato, non naturae, & conditionis, ut tu calumniaris, vitijs, sed fragilitate, & commutatione voluntatis humanae, quae per momenta variatur: quia Deus solus est immutabilis. Quaeris, vbi Abel, vbi Enoch, vbi Iesus filius Naue, vbi Helisaeus, caeterique sanctorum peccauerint. Non est necesse, nodum in scirpo quaerere: utinam possem & manifesta reticere peccata, si vis à me verum audire, nescio. Nihil inquit, mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum. Homo videt in facie, Deus in corde. Apud eius conscientiam, atque conspectum nullus iustificatur. Unde & Paulus loquitur confidenter. Omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei: & con-
- Dan. 4.
Psal. 112.
Dan. 4.
1. Mach. 5.
Dan. 9.
1. Cor. 13.
1. Cor. 4.
1. Reg. 16.
Psal. 142.
Rom. 3. 11

DIALOGORVM HIERONYMI AD-
VERSUS PELAGIANOS

LIBER TERTIVS.

CRITOBVLVS.

CAP. I.

Prou. 10.



DELECTATVS sum tuorum multiplicatione sermonum, de quibus scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum: sed quid ad causam? certe hoc fateberis, eos, qui Christi baptismum consecuti sunt, non habere peccatum, & si absque peccato sunt, iustus esse; cumque semel iusti fuerint, si egerint sollicitè, posse in sempiternum iustitiam custodire, ac per hoc omne vitare peccatum. **A T T I.** Non erubescis, explosam atque damnatam Ioviniani sententiam sequi? Et ille enim his testimonijs tuisque nititur argumentis? immo tu illius inuenta sectaris, in oriente docere desiderans, quæ olim Romæ & dudum in Africa condemnata sunt, lege ergo, quid illi responsum sit, & tibi responsum ducito. in dogmatibus enim, & quæstionibus differendis non persona, sed causa quærenda est. Et tamen hoc scito, baptismum præterita donare peccata, non futuram seruire iustitiam, quæ labore, & industria, ac diligentia, & semper super omnia Dei clementia custoditur: ut nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur; nostrum incipere, illius perficere, nostrum offerre quod possumus, illius implere quod non possumus. **Psal. 126.** Nisi enim Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat, qui custodit eam. Vnde & Apostolus præcipit: Sic currite, vt comprehendatis. Et omnes quidem currunt, sed vnus accipit coronam. Et in psalmo scriptum est: Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos: Nostra enim victoria, & corona victoriæ, illius protectione, & clypeo paratur: & hic currimus, vt in futuro coprehendamus: ibi accipiet coronam, qui in hoc sæculo victor extiterit. nobisque post baptismum dicitur: Ecce sanus factus es; iam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. Et: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. Et in alio loco: Dominus vobiscum est, quamdiu vos estis cum eo: si reliqueritis eum, & ille relinquet vos. In cuius putas delubro, atque sacrario Christi puritas permanet, templique serenitas nullo nubilo contristatur? Eundem semper vultum habere non possumus; quod de Socrate falso philosophi gloriantur: quanto magis animum? Multæ facies hominum, sic & corda diuersa. Si fieri posset, vt semper aquæ baptismatis merfos tenerent, volitantia nos desuper peccata non tangerent, Spiritus sanctus cueretur. Sed impugnat inimicus, nec victus recedit, sed semper in insidijs est, vt sagittæ in occulto rectos corde. In euangelio iuxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis litteris scriptum est, quo vtrūque vique hodie Nazareni, secundum apostolos, siue vt plerique autumant, iuxta Matthæum, quod & in Cæsariensi habetur bibliotheca, narrat historia: Ecce mater Domini, & fratres eius dicebant ei: Ioannes Baptista baptizat in remissionem peccatorum; eamus, & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccaui, vt vadam, & baptizer ab eo? Nisi forte hoc ipsum, quod dixi, ignorantia est. Et in eodem volumine: Si peccauerit, inquit, frater tuus in verbo, & satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum. Dixit illi Simon

Psal. 126.

1. Cor. 9.

Psal. 4.

Ioan. 3.

1. Cor. 9.

2. Par. 15.

Psal. 10.

discipulus eius: Septies in die? Respondit Dominus, & dixit ei: Etiam ego dico tibi, vique septuagies septies. Etenim in prophetis quoque, postquam vncti sunt Spiritu sancto, inuentus est sermo peccati. Ignatius, vir apostolicus, & martyr, scribit auctacter: Elegit Dominus Apostolos, qui super omnes homines peccatores erant. De quorum celeri conuersione Psalmista canit: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quibus testimonijs si non vteris ad auctoritatem, vtere saltem ad antiquitatem, quid omnes ecclesiastici viri senserunt. Fac aliquem baptizatum, vel statim, vel in ipsis diebus morte subtrahentem: & concedam tibi quod concedere non debeo, nec cogitasse aliquid, nec locutum, in quo errore & ignorantia laberetur. Num ideo sine peccato erit, quia videbitur non superasse, sed fugisse peccatum, ac non potius, quia Dei misericordia de peccatorum carcere liberatus migravit ad Dominum? Hoc & nos dicimus, posse Deum quidquid voluerit; & hominem per se & propria voluntate, quod tu asseris, sine peccato esse non posse. sin autem potest, frustra nunc iungis & gratiam, qua potens non indiget. quod si non potest absque Dei gratia, stultè tu dixisti, posse quod non potest. quidquid enim ex alterius pendet arbitrio, non eius est, quem posse contendis, sed illius, sine quo eum non posse perspicuè est. **CRITO.** Rogo, quæ est ista prauitas, immo absque ratione contentio? ne hoc quidem mihi das, vt egressus aquas baptismatis sine peccato sit? **A T T I.** Aut ego sensum meum verbis explicare non valeo; aut, me explicante, tu ad intelligendum tardior es. **CRITO.** Quonam modo? **A T T I.** Recordare. quid & tu dixeris, & ego quid loquar. Posuisti, posse hominem sine peccato esse, si velit. Ego impossibile hoc in homine esse respondeo: non quia statim à baptisate homo peccato non careat: sed illud tempus, quando sine peccato est, nequaquam possibilitati humanæ, sed Dei gratiæ deputatur. Tolle igitur posse, & ego esse concedam. quo modo enim potest, qui per se non potest: aut quæ est illa impeccantia, quæ statim corporis huius morte finitur? aut certè, si vltra vitam protraxerit, delicti & ignorantia periculo subiacet? **CRITO.** dialectica me arte concludis, & non Christiana loquaris simplicitate; nos mihi quosdam inter esse, & esse posse concinnans. **A T T I.** Ego ne verborum strophis ludo, cum hoc de tua processerit officina? tu enim dicis, non esse hominem sine peccato, sed esse posse: cum econtrario ego tibi tribuam, quod negasti, esse hominem sine peccato per Dei gratiam, & tamen per se esse non posse. **CRITO.** Frustra ergo dantur præcepta, si ea implere non possumus. **A T T I.** Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est: sed, quia homines possibilia non faciunt, iccirco omnis mundus subditus est Deo, & indiget misericordia eius. aut certè, si ostendere poteris, qui vniuersa compleuerit, tunc poteris demonstrare esse hominem, qui non indiget misericordia Dei. omne enim, quod fieri potest, tribus constat temporibus, aut præterito, aut præsentem, aut futuro. Hoc, quod asseris, posse hominem sine peccato esse, si velit, monstra factum esse de præterito, aut certè nunc fieri: de futuro postea videbimus. quod si nullum potes ostendere, qui sine omni omnino peccato, aut sit, aut fuerit: restat, vt de futuro tantum disputatio sit. interim in duobus temporibus, præterito, atque præsentem victus teneris. Si aliquis fuerit postea maior patriarchis, prophetis, apostolis, qui peccato careat; tunc futuris de futuro, si porueris, persuadeto.

Psal. 10.

CRITO.

CRITO. Loquere vt vis, argumentare vt liber: numquam mihi liberum arbitrium extorquebis, quod semel concessit Deus; nec valebis auferre, quod mihi tribuit posse, si volueris. ATT I. Exempli gratia, vno tantum vtamur testimonio: Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Dauid sanctum esse, non dubium est; & tamen, qui electus est, vt omnes Dei voluntates faceret, aliqua fecisse reprehenditur. Vtque possibile erat ei facere, qui ad hoc electus est, vt omnes Dei voluntates faceret. Nec Deus in culpa est, qui praedixit, eum cunctas suorum praecceptorum facere voluntates, sed ille, qui praedicta non fecit. neque enim dixit inuenisse se virum, qui cunctas in perpetuum suae iussionis faceret voluntates. Hoc & nos dicimus, posse se hominem non peccare, si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in ciuitate: quod si paululum se remisit, quo modo, qui aduerso flumine lembum trahit, si remisit manus, statim retrahitur, & fluentibus aquis, quo non vult, ducitur: sic humana conditio, si paululum se remisit, dicit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit. Putas ne Apostolum Paulum eo tempore, quo scribebat, Lacernam, siue penulam, quam reliquit Troade apud Carpum, veniens afferre, ac libros, & maxime membranas; de caelestibus cogitasse mysteriis, & non de iis, quae in vsu communis vitae vel corporis necessaria sunt? Da mihi hominem, qui non esuriat, non sitiat, neque algeat, non doleat, non febricitet, non torminibus & vnae difficultatibus torquetur: & ego tibi concedam, posse hominem nihil aliud, nisi de virtutibus, cogitare. Caeditur Apostolus a ministro, & contra pontificem, qui cadere imperauerat, sententiam dirigit: Percutiet te Deus, paries dealbate. Vbi est illa patientia Saluatoris, qui quasi agnus ductus ad victimam, non aperuit os suum, sed clementer loquitur verberanti: Si male locutus sum, argue de malo; si autem bene, quid me caedis? Non Apostolo detrahimus, sed gloria Domini praedicamus; qui in carne passus, carnis iniuriam superat, & fragilitatem: vt taceam illud, quod ipse commemorat: Alexander avarus multa mihi mala ostendit: redder illi Dominus in illa die iustus iudex.

CAP. 2. CRITO. Cogis me, vt loquar, quod iam dudum gestio, & tamen erumpentia verba non promo. ATT I. Quis enim te prohibet, quod sentis, dicere? aut enim quod dicturus es, bonum est, & nos bono fraudare non debes: aut malum, & iccirco non nostri gratia, sed pudore siluisti. CRITO. Dicam dicam aliquando, quod sentio. Omnis disputatio tua illuc delabitur, vt naturam accuses, & culpam referas ad Deum, qui talem hominem condidit. ATT I. Hoc illud erat, quod volebas, & nolebas dicere? dic, dic quae so; vt omnes tua fruantur prudentia. Reprehendis Deum, quare hominem fecerit hominem: reprehendant & angeli, cur angeli sint. omnis creatura causetur, quare id sit, quod condita est, & non id, quod conditum fuit. Scilicet nunc mihi puerilibus declamatiunculis ludendum est: & a culice, atque formica usque ad Cherubim, & Seraphim veniam, cur non singula in meliori statu condita sint. Cumque ad excelsas venere potestates, causabor & dicam; quare Deus solus tantum Deus sit, & non omnia Deos fecerit. aut enim impossibilitatis iuxta te, aut inuidiae reus erit. Reprehende eum, cur & diabolum in hoc mundo esse concedat: & aufer cotonam, cum certamen abstuleris. CRITO. Non sum tam vecors, vt querar cur diabolus sit, cuius inuidia mors introiuit in orbem

terrarum: sed hoc doleo, cur viri ecclesiastici, & qui magistrorum sibi usurpant vocabulum, tollant liberum arbitrium: quo sublato, Manichaeorum secta constituitur. ATT I. Ego ne liberum tollo arbitrium, qui in tota disputatione mea nihil aliud egi, nisi vt omnipotentiam Dei cum libero arbitrio conferuarem? CRITO. Quo modo seruas liberum arbitrium, qui dicis hominem nihil posse facere, nisi Deus semper adiuuerit? ATT I. Si in culpa est, qui libero arbitrio iungit Dei adiutorium: ergo ille laudetur, qui Dei tollit auxilium. CRITO. Non tollo Dei auxilium, quippe per cuius gratiam possumus omne, quod possumus; sed vtrumque suis finibus terminamus: vt & Dei sit gratia, quod dedit liberi arbitrii potestatem; & nostrae voluntatis, facere quid, vel non facere; & quod facientibus praemium, & non facientibus poena seruetur. ATT I. Videris mihi obliuiosus esse, & quasi nihil supradictum sit, per eandem disputationis reuerti lineas. hoc enim longa disputatione conclusum est, vt gratia sua Dominus, qua nobis concessit liberum arbitrium, in singulis operibus iuuet, atque sustentet. CRITO. Quid ergo iuuat, atque coronat in nobis, & laudat quod ipse operatus est? ATT I. Voluntatem nostram, quae obtulit omne, quod potuit, & laborem, qui contendit vt faceret; & humilitatem, quae semper respexit ad auxilium Dei. CRITO. Ergo, si non fecimus quod praecipit; aut voluit nos adiuuare Deus, aut noluit. Si voluit, & adiuuit, & tamen non fecimus quod voluimus: non nos, sed ille superatus est. si autem noluit adiuuare: non est culpa eius, qui voluit facere; sed illius, qui adiuuare potuit, & noluit facere. ATT I. Non intelligis, *δύλιμα* tuum in graue blasphemiarum decidisse baratrum: vt ex vtraque parte aut inuoluitus sit Deus, aut inuidus; & non tantum ei laudis sit, quod bonorum auctor est, & adiutor, quantum vituperationis, quod mala non coercuit. Detrahatur ergo illi, cur diabolus esse permiserit, cur passus sit, & hucusque patiatur quotidie aliquid in mundo mali fieri. Querit hoc Marcion, & omnes haereticorum canes, qui vetus lanianer testamentum, & huiusmodi syllogismum texere consueuerunt. Aut sciuit Deus, hominem in paradiso positum, prauaricaturum esse mandatum illius, aut nesciuit. si sciuit: non est in culpa is, qui praescientiam Dei vitare non potuit; sed ille, qui talem condidit, vt Dei non posset scientiam deuitare. si nesciuit: cui praescientiam tollis, aufers & diuinitatem. hoc enim genere in culpa erit, qui elegit Saul futurum postea regem impiissimum. & Saluator aut ignoranti, aut iniustitiae tenetur reus, cur in Euangelio sic locutus: Nonne vos duodecim ego elegi Apostolos, & vnus de vobis diabolus est? Interroga eum, cur Iudam elegerit proditor; cur ei loculos commiserit, quem furem esse non ignorabat. Vis audire rationem. Deus praesentia iudicat, non futura: nec condemnat ex praesentia, quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat: sed tantae bonitatis est, & ineffabilis clementiae, vt eligat eum, quem interim bonum cernit; & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & poenitentiae: iuxta illum sensum Apostoli: Ignoras, quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? secundum duritiam autem tuam & cor impenitentem, thesauris tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Neque enim ideo peccauit Adam, quia Deus hoc futurum nouerat; sed praesciuit Deus, quae Deus, quod ille erat propria voluntate facturus. Accusa ergo Deum mendacij, quare dixerit per Ionam: *Adhuc*

I. Reg. 9

I. Reg. 9

Ioan. 6

Ioan. 13

Roman. 2

Ioan. 7

Hier. 18

Adhuc tres dies & Ninive subuertetur. Sed respondebit tibi per Hieremiam: Ad summam loquar contra gentem & regnum, vt eradicem, & destruiam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi vt facerem ei. Et ad summam loquar de gēte & regno, vt ædificem & plantem illud: si fecerit malum in conspectu meo, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum vt facerem ei. Indignabatur quondam & Ionas, cur Deo fuerit iubente mentitus: sed iniusti mœroris arguitur, malens cum pernicio innumerabilis populi verum dicere, quam cum tantorum salute mentiri. Ponitur ei exemplum, Tu doles super hedera, siue cucurbita, in qua nō laborasti: neq; fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & vna nocte perit: & ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua sunt plus quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam. Si in paruulorum ætate & simplicium, quos certè peccatores fuisse non poteris approbare, tanta fuit hominum multitudo: quid dicemus de vtriusque sexus ætate diuersa, quæ iuxta Philonem, & prudentissimum philosophorum, ab infantia vsque ad decrepitam senectutē septenario ordine deuoluitur, dum sibi sic inuicem ætatum incrementa succedunt, vt quando de alia transeamus ad aliam, sentire minimè valeamus? CRITO. Tora argumentatio tua huc tendit, vt quod Græci dicunt ἀντιέσθιος, & nos liberum appellamus arbitrium, vocabulo tribuas, re auferas. Tu enim auctorem peccatorum facis Deum, dum asseris nihil hominē per se posse facere, sed adminiculo Dei, cui imputetur omne, quod facimus. Nos autem, siue bonum, siue malum homo fecerit, per liberi arbitrij potestatem ei dicimus imputari, qui fecit quod voluit, & non ei, qui semel concessit liberum arbitrium. ATTI. Quamuis tergiverseris, laqueis veritatis innecteris: hoc enim modo, etiam si ipse non adiuuat, tamen iuxta te, auctor erit malorum: quia potuit prohibere, & non prohibuit. verus enim sententia est, homicidam esse eum, qui cum possit hominem de morte liberare, non liberet.

CAP. 3.

CRITO. Iam iam tollo manum, cedo, vicisti: si tamen vincere est, veritatem velle subuerrere, non rebus, sed sermonibus, id est, non veritate, sed mendacio. Possum enim illud tibi Apostoli respondere: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Quando enim loqueris, coactus argumentationum strophis tibi videor assentire: cum autem taqueris, ex animo rursus elabitor: vt liquidò appareat, disputationem tuam non ex fontibus veritatis, & Christiana simplicitate, sed ex philosophorum minutis & arte descendere. ATTI. Vis ergo me rursus vt testimonis scripturarum? Et quò modo iactant discipuli tui, nullum argumentationi tuæ posse & problematibus respondere? CRITO. Non solum volo, sed & cupio. Doce me de scripturis sanctis, vbi subblata liberi arbitrij potestate, faciat homo, quod per se aut noluit, aut non potuit. ATTI. Non ita, vt proponis, sed vt veritas poscit, & ratio, scripturarum vocabus est vtendum. Loquitur Iacob in oratione sua: Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quā ego pergo, & dederit mihi panē ad manducandum, & vestimentum ad opediendum, & reduxerit me cum salute in domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum: & lapis iste, quē posui in titulum, erit mihi domus Dei: & omnium, quæcumque de-

2. Cor. 11

Genes. 28

deris mihi decimas offeram tibi. Numquid dixit, si liberum arbitrium conseruaueris, & cibum, & vestimentum meo labore quaesiero, & reuertero in domum patris mei? Omnia dat Domini voluntati, vt mercatur accipere quod precatur. Reuertēti de Mesopotamia Iacob, angelorū occurrit exercitus, & vocantur castra Dei. Postea pugnat cum angelo sub figura hominis, & à Domino cōfortatur. De supplantatore Iacob, rectissimè Dei nomen accepit. Neque enim ad fratrem crudelissimum audebat reuerti, nisi Domini præsidio roboratus. Scriptum est in consequentibus: Ortus est ei sol, postquam transiit Phanael, quod interpretatur facies Dei. Vnde loquitur & Moyses: Vidi Deum facies ad faciem, & salua facta est anima mea, non proprietate naturæ, sed dignatione miserentis. Oritur ergo nobis sol iustitiæ, quando vultu Dei confirmamur. Ioseph in Ægypto clauditur carcere, ibiq; inferitur, quòd custos carceris omnia potestati eius fideiq; commiserit. Causaq; redditur, quia Dominus erat cum eo: & quæcumq; faciebat, prosperabatur à Domino in manibus eius. Vnde & eunuchis somnia suggeruntur; & Phara videt somnium inextricabile, vt per hanc occasione liberaretur Ioseph, pater pasceretur & fratres, Ægyptus tēpore famis saluaretur. Sequitur: Dixit autem Deus ad Israël in visione noctis: Ego sum Deus patrum tuorum, noli timere descendere in Ægyptum: in gentem enim magnam faciam te ibi: & ego descendam tecum in Ægyptum & educam te inde: & ponet Ioseph manus suas super oculos tuos. Vbi hic est liberi arbitrij potestas? an nō totū, quòd ire audeat ad filium, & gēti se cōmittere Dominum nescienti, Dei patrum eius auxilium est? Liberatur populus de Ægypto in manu forti & brachio excelso, nō Moysi, & Aaron, sed eius, qui signorum miraculis populum liberavit: & ad extremū percussit primogenita Ægypti: vt qui prius retinebant pertinaciter, ardentē exire cōpellerent. Salomon loquitur: Esto confidens in Dominū in toto corde tuo: in tua autem sapientia ne exalteris: in omnibus viis tuis cognosce eum, vt rectas faciat vias tuas. Intellige quid loquitur: Nec in sapientia nostrā, nec in vllis virtutibus confidendum, sed in solo Domino, à quo gressus hominis diriguntur. Deniq; præcipitur, vt ostēdamus ei vias nostras, & notas esse faciamus, quæ non labore proprio, sed illius adiutorio, atq; clementia rectæ fiunt. Vnde scriptum est: Rectam fac in conspectu meo viam tuam, siue vt alia exēplaria habent, Rectā fac in conspectu tuo viam meā: vt quod tibi rectum est, etiam mihi rectū esse videatur. Idem Salomon loquitur: Deuolue super Dominū opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ. Tunc enim nostra cogitatio confirmatur, quando omne, quod agimus, quasi super stabilem & solidissimā petram, Domini adiutorio deuoluimus, eiq; cuncta reputamus. Apostolus Paulus, cum Dei beneficia celeri sermone narraffer, ad extremū intulit: Et ad hæc quis idoneus? Vnde & in alio loco dicit: Fiduciam autem talē habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos fecit nos. noui testamenti ministros, non littera, sed spiritu. littera enim occidit, spiritus autem viuificat. Adhuc audemus per liberum arbitrium superbire, & abuti beneficiis Dei in contumeliam largitoris? cum idem vas electionis apertissimè scribat: Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, vt abundantia fortitudinis nostræ sit ex Deo, & nō ex nobis. Vnde & in alio loco, retundens hæreticorum impudentiam loquitur: Qui

Genes. 31

Genes. 41

Genes. 42

Genes. 43

Genes. 44

Exodi 14

Prover. 9

Psal. 118

Psal. 118

Prover. 16

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 14

Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Neque enim, qui se ipsum commendat, ipse probatus est, sed quem Deus commendat. Et iterum: Nihil enim mihi defuit ab iis, qui supra modum sunt Apostoli, licet nihil sim. Petrus loquitur ad Dominum, signorum magnitudine conturbatus: Recede à me, quia homo peccator sum. Et Dominus ad discipulos: Ego sum vitis, & vos rami: qui manet in me, & ego in eo, iste affert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Sicut rami & flagella vitium illico contabescunt, cum fuerint à matrice præcisa: ita omnis hominum fortitudo marcescit, & deperit, si à Dei auxilio deferatur. Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Quando dicit, Nemo potest venire ad me, frangit superbientem arbitrij libertatem: quòd etiam si velit ad Christum pergere, nisi fiat illud, quod sequitur, Nisi pater meus cælestis traxerit eum, nequidquam cupiat, & frustra nitatur. Simul & hoc animaduertendum, quòd qui trahitur, non spontè currit, sed aut retractans, & tardus, aut inuitus adducitur. Qui non potest suis viribus & labore venire ad Iesum, quo modo potest omnia simul peccata vitare? & vitare in perpetuum, & Dei sibi potentia nomen assumere? si enim ille ἀναμαρτυρος, & ego ἀναμαρτυρος, quæ inter me & Deum erit distantia? Vnum adhuc ponam testimonium; ne tibi & auditoribus fastidium faciam. Assuero, quem septuaginta interpretes ἀποκατεφάρμακον vocant, somnus auferitur ab oculis; vt commentarios in se fidelium replicans ministrorum, inueniat Mardochæum, cuius indicio de insidiis liberatus est, vt & Hester commendabilior fieret, & cunctus populus Iudæorum imminetem vitaret necem. Certè rex potentissimus, qui ab India vsque ad Septentrionem & Æthiopiam cunctum possidebat orientem, post largissimas epulas & cibos toto orbe quasitos dormire cupiebat, & somno requiescere, ac liberum arbitrium implere dormiendi; nisi Dominus, prouisor bonorum omnium, impedisset naturæ ordinem, vt contra naturam, tyranni crudelitas vinceretur. Longum est, si voluero cuncta sanctorum scripturarum exempla proferre. Totus sermo sanctorum ad Deum oratio est: tota oratio & deprecatio extorquet clementiam Saluatoris: vt qui nostris viribus & studio saluari non possumus, illius misericordia conseruemur. Vbi autem misericordia & gratia est, liberum ex parte cessat arbitrium: quod in eo tantum est, vt velimus, atq; cupiamus, & placitis tribuamus assensum. Iam in Domini potestate est, vt id, quod cupimus, quod laboramus, ac nitimur, illius ope & auxilio implere valeamus. CRITO. Ego simpliciter dixeram, nõ in singulis operibus nostris, sed in gratia cõditionis & legis sentiri auxilium Dei, ne liberum frangeretur arbitrium. cæterum sunt plerique nostrorum, qui omnia, quæ agimus, dicant fieri præsidio Dei. ATTI. Qui hoc dicit, vester esse cessabit. aut ergo & tu ista dicito, vt noster esse incipias: aut, si non dicis, alienus eris cum iis, qui nostra non dicunt. CRITO. Tuus ero, si mea dixeris: immo tu meus, si aduersa non dixeris. Sana corpora confiteris, & animæ, quæ fortior est, denegas sanitatem. Vt enim morbus & vulnus in corpore, ita peccatum in anima. Qui ergo sanum aliquando hominem confiteris ex ea parte, qua caro est; quare non sanum dicas & ex ea, qua spiritus est?

CAP. 4. ATTI. Sequar propositionem tuam. numquam hodie effugies, veniam quocumq; vocaris. CRITO. Paratus sum ad audiendum. ATTI. Et ego ad loquendum surdis auribus. Respondebo igitur ad propositum.

HIERON. TOM. I.

Ex anima & corpore compacti, vtriusque substantiæ naturam consequimur. Quo modo corpus sanum dicitur, si nullo languore vexetur: ita anima absque vitio, si nulla perturbatione quatiatur. Et tamen quamuis corpus sanum sit, integrumq; & vegetum, & cunctorum sensuum integritate robustum, aut crebris; aut raris infirmitatibus condolefcit; & vt firmissimum sit, interdum pituita molestiam patitur: ita anima, cogitationum & perturbationum impetus sustinens, vt superet naufragia, non absq; periculo nauigat, consideransq; fragilitatem suam, quæ semper de morte sollicita est: secundum illud, quod scriptum est: Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Quæ cunctis intenta est mortalibus, non naturæ dissolutione, sed morte peccati: iuxta illud propheticum: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Alioquin hæc cõmunem mortem, qua & bruta soluuntur animalia, Enoch & Eliam nondum vidisse cognoscimus. Da mihi corpus, quod numquam languerit, aut quod post languorem perpetua sanitate securum sit: & dabo tibi animam, quæ numquam peccauerit, nec post virtutes deinceps peccatura sit; præsertim cum vicina sint vitia virtutibus; & si paululum declinaueris, aut errandum tibi sit; aut in præceptis cadendum. Quantum enim inter se distant pertinacia, & perseverantia, parsimonia & frugalitas, liberalitas & profusio, prudentia & calliditas, fortitudo & temeritas, cautela & timiditas? quorum alia ad bona, alia referuntur ad mala. quod quidem & in corporibus inuenitur. Si fellis prouideris temperando, pituita succrescit. Si humores siccare festines, inardescit sanguis, bili vitiatas, & luteus color ora perfundit: Certè vt cunctam medicorum adhibeamus diligentiam, & castitatis viuamus cibis, & morborum fomitibus careamus, & cruditate, occultis quibusdam & soli Deo cognitis causis, vel frigore inhorrescimus, vel febre exardescimus, vel torminibus eiulamus, & veri medici Saluatoris imploramus auxilium, dicimusq; cum Apostolis: Magister, saluos nos fac; perimus. CRITO. Elto, vt nullus potuerit omne vitare peccatum in pueritia, adolescentia, & iuuentute; numquid negare potes, plurimos iustos & sanctos viros post vitia omni se ad virtutes animo cõtulisse; & per has caruisse peccato? ATTI. Hoc est, quod tibi in principio dixeram, in nostra esse positum potestate, vel peccare, vel non peccare; & vel ad bonum vel ad malum extendere manum, vt liberum seruetur arbitrium, sed hoc pro modo, & tempore, & conditione fragilitatis humanæ; perpetuitatem autem impeccantiæ soli reseruari Deo, & ei, qui verbum caro factus, carnis detrimenta, & peccata non pertulit. Nec quia ad breue possum, coges me vt possim iugiter. Possum ieiunare, vigilare, ambulare, legere, psallere, sedere, dormire, numquid in perpetuum? CRITO. Et quare in scripturis sanctis ad perfectam iustitiam prouocamur, vt est illud: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et Dei loquentis ad Abraham: Ego sum Deus tuus, placeto in conspectu meo, & esto sine macula, vel quærela: & ponam testamentum meum inter me & te, & multiplicabo te nimis? Si enim non potest fieri, quod scriptura testatur; frustra præcepit, vt fieret.

ATTI. Diuersis testimoniis scripturarum eandem quæstionem teris in theatrales præstigijs, quæ vnum eundemque hominem, personarum varietate mutata, in Martem Veneremque produunt: vt qui prius rigidus & truculentus inaccesserat, postea soluat in molliem seminarum. Hoc enim quod

T 2 nuna

Psal. 28

Ezech. 18

Matth. 6

Matth. 5

Psal. 118
Genes. 17

CAP. 5

nunc quasi nouum obiiis; Beati mundo corde; & Beati immaculati in via; & Esto sine macula; & cetera huiuscemodi, Apostolo respondente cōiuctum est: & ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum videmus in enigmate: cum autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte fuerat, destruetur. Et mundum igitur cor, quod postea sit visurum Deum, & beatitudinem vitæ immaculatæ, & immaculatum cum Abraham viuere, in vmbra posidemus, & imagine. Quamuis aliquis patriarcha sit, quamuis propheta, quamuis Apostolus, dicitur eis à Domino Saluatore: Si vos, cum sitis mali, scitis bona dare filiis vestris: quanto magis pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus sc? Denique & Abraham, cui dictum est: Esto sine querela, & sine macula; conscientia fragilitatis suæ cecidit pronus in terram, Cumque locutus esset ei Deus: Sarai vxor tua non vocabitur vltra Sarai, sed Sara erit nomen eius: & benedicam ei, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam ei, & erit in gentes, & reges gentium ex ipso erunt: statim inferitur: Cecidit Abraham in faciem suam, risitque, & dixit in mente sua: Si centenarius nascetur filius, & si Sara nonaginta annorum pariet? Dixitque Abraham ad Deum: Ismael viuat in conspectu tuo. Cui respondit Deus: Etiam. Ecce Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac, & reliqua. Certè audierat à Deo: Ego sum Deus tuus, placeto in conspectu meo, & esto sine macula: quare non credidit, quod Deus repromissit, sed risit in corde putans se celare Deum, & apertè ridere non audens? Denique, causas incredulitatis exponens, dicit in corde suo: Quo modo potest fieri, vt centenarius de nonagenaria vxore pariat filium? Viuat, inquit, Ismael in conspectu tuo, quem semel dedisti. Difficilia non quæro; contentus sum beneficio, quod accepi. Quem occulta responsione arguens Deus, ait: Etiam. Et est sensus: Fiet quod existimas non futurum. Sara vxor tua pariet tibi filium: & antequam ista concipiat, priusquam ille nascatur, puero nomen imponam. Ex errore enim tuo, quo risisti tacitus, filius tuus Isaac risus nomen accipiet. Sin autem ab iis, qui sunt mundo corde, in hoc sæculo videri Deum; quare Moyses, qui prius dixerat: Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: postea deprecat, vt eum videat cognoscens? quem quia dixerat se vidisse, audit à Domino: Non potes videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam, & viuet. Vnde & Apostolus, inuisibilem solum Deum, qui & lucem habitat inaccessibilem, & quem nullus hominum viderit, neque possit videre, appellat. Et Ioannes Euangelista sacra voce testatur, dicens: Deum nemo vidit vquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narravit. Qui videt, & narrat, non quantus est ille, qui visus est, nec quantum nouit ille, qui narrat, sed quantum potest inortalium sensus accipere. Quod autem putas beatum esse, qui sit immaculatus in via, & ambulet in lege eius, ex sequenti sensu priorem intellige. Multis testimoniis supra didicisti, legem nullum potuisse complere. Si autem Apostolus ad comparationem gratiæ Christi, quæ prius lucra arbitrabatur in lege, reputauit quasi stercorea, vt Christum lucrificeret: quanto magis nos scire debemus, ideo Christi & Euangelij gratiam successisse, quia in lege nemo iustificari potuit? Si autem in lege nullus iustificatur; quomodo modo ad perfectum immaculatus est in via, qui adhuc ambulat, & ad calcem venire festinat? Certè, qui in cursu est, & in via graditur, minor est eo, qui

peruenit ad finem. Si ergo immaculatus est ille, atque perfectus, qui adhuc ambulat in via, & graditur in lege: quid plus habebit ille, qui ad terminum viæ, legisque peruenit? Vnde & Apostolus de Domino loquitur: quod in fine mundi, & in consummatione virtutum exhibeat sibi sanctam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam: quam vos putatis iam in ista carne mortali, & corruptibili esse perfectam; & audire meremini cum Corinthiis: iam perfecti estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis: atque vti nam regnaretis, vt & nos regnaremus vobiscum: cum vera & absque omni sordē perfectio in cælestibus reseruetur, quando sponus loquetur ad sponsam: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Iuxta quod & illud intelligitur: Vt sitis irreprehensibiles, & simplices, sicut filij Dei immaculati: quod non dixerit Estis, sed Sitis, in futuro differens, non in præsentī esse contestans: vt hic labor sit, atque contentio, ibi laboris virtutisque præmia. Denique Ioannes scribit: Dilectissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam eum videbimus sicuti est. Quamquam ergo filij Dei sumus, tamen similitudo Dei, & vera contemplatio, tunc nobis repromittitur, quando apparuerit in claritate sua. De hoc superbiæ tumore & illa orandi prorumpit audacia, qua scribens ad viduam, quo modo sancti debeant orare, pronuncias. Ille enim, inquis, meritò ad Deum extollit manus; ille preces bona conscientia fundit, qui potest dicere: Tu enim nosti, Domine, quam sancta, quam innocentes, quam puræ sint ab omni fraude, & iniuria, & rapina, quas ad te expando, manus, quam iusta, quam immaculata labia, & ab omni mendacio libera: quibus tibi, vt mihi miserearis, preces fundo. Christiani est hæc an pharisæi superbiens oratio: qui etiam in Euangelio loquebatur: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, & sicut hic publicanus: ieiunio bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possideo. Ille agit gratias Deo, quia ipse misericordia non sit sicut ceteri homines, peccata detestans, non assumens iustitiam. Tu dicis: Domine, tu nosti quam sancta, quam innocentes, quam puræ sint ab omni fraude, iniuria, & rapina, quas ad te expando, manus. Ille bis in sabbato se ieiunare dicit, vt affligat carnem vitii lasciuientem; & omnis substantiæ suæ dat decimas. Redemptio enim animæ viri, propriæ diuitiæ. Tu cum diabolo gloriaris, dicente: Super sidera ascendam, ponam in cælo thronum meum; & ero similis altissimo. Dauid loquitur: Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & computruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Et: Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Et: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tu sanctum, & innocentem, & purum te esse iactas, & mundas ad Deum expandis manus. Nec sufficit tibi in cunctis operibus gloriari, nisi ab omni sermonis oriisque peccato mundum esse te dicas, inferens, quam iusta, quam immaculata labia, & ab omni mendacio libera. Ille canit: Omnis autem homo mendax: & hoc ipsum confirmat Apostolica auctoritas, vt sit Deus verax, omnis autem homo mendax: & tu ab omni mendacio immaculata, & iusta, & libera possides labia? Elias plāgit: Heu mihi misero, quoniam cōpunctus sum: quia cū sim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis ego habito: & postea Seraph ignitum carbonem forcipe comprehensum desert ad prophetæ labia purganda, nō vt tu loqueris, arrogantis,

1. Cor. 13

Genes. 17

Matth. 5

Genes. 32

Exodi 33

1. Tim. 6

Ioan. 1

Psalm. 118

Philip. 3

Psalm. 118

Ephes. 3

1. Cor. 4

Cant. 4

Philip. 1

1. Ion. 3

Lucæ 18

Prouer. 13

Esaie 14

Psalm 17

Psalm 144

Psalm 115

Roman. 3

Esaie 6

arrogantis, sed sua vitia confitentis. Iuxta illud quod in psalmo dicitur: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. Et post tantum tumorem, orantisque iactantiam, & confidentiam sanctitatis, quasi stultus stultis persuadere conaris: ut in extremo dicas, quibus tibi, ut mihi miserearis, preces fundo. Si sanctus es, si innocens, si ab omni sordè purgatus; si nec sermone, nec opere peccasti, dicente Iacobo: Qui in verbo non peccat, iste perfectus est vir: & nemo potest refrenare linguam suam: quo modo misericordiam deprecaris, ut videlicet plangas te, & fundas preces; quia sanctus, & purus es, & innocens, immaculatusque labiis, & ab omni liber mendacio, Dei similis potestati? Sic Christus oravit in cruce: Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? longè à salute mea, verba delictorum meorum. Et rursus: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et: Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. qui pro nobis agens gratias dixerat: Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ. Sic docuit Apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui: Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Illi nomen Dei, quod per se sanctum est, in se sanctificari cupiunt: tu dicis, nostri Domine, quam sanctæ, & quam innocentes, & quam puræ manus meæ sint. Illi inferunt: Adueniat regnum tuum: spem regni futuro tempore prætolantes: ut regnante Christo, nequaquam regnet peccatum in mortali cõrûm corpore: iunguntque: Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra: ut imitetur angelos humana fragilitas, & voluntas Domini compleatur in terra. Tu dicis: potest homo, si voluerit, omni carere peccato. Panem quotidianum, siue super omnes substantias, venturum Apostoli deprecantur, ut digni sint assumptione corporis Christi. Et vos per nimiam sanctitatem, securamque iustitiam, audacter vobis cælestia dona vindicatis. Sequitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. De baptisinalis fonte surgentes, & regenerati in Dominum Saluatorem: impleto illo, quod de se scriptum est: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum reata sunt peccata: statim in prima cõmunionem corporis Christi dicunt: Et dimitte nobis debita nostra: quæ illis fuerant in Christi confessione dimissa: & tu arrogans & superbus de sanctarum puritate manuum, & munditia eloquij gloriaris. Quamuis sit hominis perfecta cõuersio, & post vitia atque peccata virtutum plena possessio: numquid possunt sic esse sine vitio, quo modo illi, qui statim de Christi fonte procedunt? Et ramen iubentur dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: non humilitatis mendacio, ut tu interpretaris, sed pauore fragilitatis humanæ suam cõscientiam formidantis. Illi dicunt: Ne nos inducas in tentationem: tu cum Iouiniano loqueris, eos qui plena fide baptisina consecuti sunt, tentari ultra & peccare non posse. Ad extremum inferunt: Sed libera nos à malo. Quid precantur à Domino, quod habent in liberi arbitrij potestate? O homo nunc mundus factus es in lauacro, & de te dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens super fratrualem suam; ut lota quidem sit, sed custodire non valeat puritatem, nisi à Domino Deo sustentetur. Quo modo cupis Dei misericordia liberari, qui paulò antè liberatus es à peccatis, nisi hac ratione, qua diximus, ut cum omnia fecerimus, nos inutiles esse fateamur? Oratio ergo tua, pharisæi vincit, superbiam, & publicani com-

paratione damnatur: qui de longè stans, oculos ad Deum non audebat auollere, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Unde profertur Domini sententia: dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam, plus quam ille. Omnis enim, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Apostoli humiliantur, ut exaltentur: discipuli tui eleuantur, ut corruant. Eidem adulans viduæ nõ erubescis dicere pietatem, quæ nusquam reperitur in terra; & veritatem, quæ ubique peregrina sit, in illa potissimum commorari: nec recordaris illius sententiæ: Populus meus, qui beatum te dicunt, seducunt te, & semitas pedum tuorum supplantant: laudantque eam vocibus, & dicis: O te felicem nimium, o beatam, si iustitia, quæ esse iam non nisi in cælo creditur, apud te solam inueniatur in terris. Docere est hoc, an occidere? leuare de terra, an præcipitare de cælo? id mulierculæ tribuere, quod angeli non audeant vsurpare? Si autem pietas, veritas, atque iustitia non inueniuntur in terris, nisi in vna muliere: ubi erunt iusti tui, quos absque peccato in terris esse iactabas? Quæ duo capitula orationis, & laudis, soles cum tuis iurare discipulis non esse tua, cum perspicue in eis styli tui splendor eluceat; & tanta sit venustas eloquij Tulliani, ut testudineo incedens gradu, quæ secretò doces, mittisque venalia, publicè non audeas præfiteri. O te felicem, cuius præter discipulos nemo conscribit libros: ut quidquid videris displicere, non tuum, sed alienum esse contendas. Et quis ille tanti erit ingenij, ut leporem tui sermonis possit imitari?

C R I T O. Non possum ultra differre: omnis vincitur patientia vestrorum iniquitate verborum. Oro te, quid infantuli peccare? nec conscientia eis delicti imputari potest, nec ignorantia, qui iuxta Ionam prophetam manum dexteram nesciunt & sinistram. Peccare non possunt, & possunt perire: genua labant, vagitus verba non explicant, balbutiens lingua ridetur, & æternæ miseræ cruciatu miseris præparantur. **A T T I.** Ah nimium disertus esse cœpisti, ut non dicam eloquens, postquam discipuli tui versi sunt in magistros. Antonius, orator egregius, in cuius laudibus Tullius peronat, disertus se ait vidisse multos, eloquentem adhuc neminem. Noli ergo mihi oratorum & non tuis floribus ludere, per quos solent imperitorum atque puerorum aures decipi: sed simpliciter dic mihi, quid sentias. **C R I T O.** Hoc dico, concedas mihi saltem eos esse sine peccato, qui peccare non possunt. **A T T I.** Concedam si in Christo fuerint baptizati: nec me tenebis in assensum sententiæ tuæ, qua dixisti posse hominem sine peccato esse, si velit. Isti enim nec possunt, nec volunt, sed sine vlllo peccato per Dei gratiã sunt, quam in baptisimo susceperunt. **C R I T O.** Cogis me, ut ad inuidiosum illud veniam, & dicam tibi: Quid enim peccauerunt? ut statim in me populorum lapides conicias, & quem viribus non potes, voluntate interficias. **A T T I.** Ille hæreticum interficit, qui esse hæreticum patitur. Cæterum nostra correptio, viuificatio est: ut hæresi moriens, viuas catholice fidei. **C R I T O.** Si nos scitis hæreticos, cur non accusatis? **A T T I.** Quia Apostolus me docet hæreticum post vnam & secundam correptionem vitare, non accusare, sciens quia peruersus sit, & suo iudicio damnatus. Alioqui stultissimum est, super fide mica me ext alterius pendere iudicio. Quid enim, si re alius catholicu dixerit, statim ne assensum tribua? Quicumque te defenderit, & peruersa credere bene sentire dixerit;

non hoc agit, vt te infamia liberet, sed vt se infamet
 peccidie. Multitudo sociorum nequaquam te catho-
 licum, sed hereticum esse demonstrabit. Verum
 hæc ecclesiastico calcantur pede; ne quasi paruulis
 flentibus tristior quædam imago monitretur. Hoc
 nobis præstet Dei timor, vt omnes alios contemna-
 mus timores. Proinde aut defende, quod credis;
 aut relinque quod defendere non potes. Quem-
 cumque in defensionem tuam adduxeris, non patro-
 num, sed socium nominabis. **C R I T O.** Dic, quæso,
 & me omni libera questione, quare infantuli bapti-
 zentur? **A T T I.** Vt eis peccata in baptismate dimittantur.
C R I T O. Quid enim commuerere peccati?
Quisquam ne soluitur non ligatus? **A T T I.** Me in-
 terrogas? Respondebit tibi euangelica tuba, doctor
 gentium, vas aureum in toto orbe resplendens: Re-
 gnauit mors ab Adam vsque ad Moysen: etiam in
 eos, qui non peccauerunt, in similitudinem præua-
 ricationis Adam, qui est forma futuri. Quod si ob-
 ieceris, dici esse aliquos, qui non peccauerunt: in-
 tellige eos illud non peccasse peccatum, quod pec-
 cauit Adam præuicando in paradiso præceptum
 Dei. Cæterum omnes homines, aut antiqui prop-
 pagatoris Adam, aut suo nomine tenentur obnoxij.
 Qui paruulus est, parentis in baptismo vinculo sol-
 uitur, qui eius ætatis est, quæ potest sapere, & alie-
 no & suo, Christi sanguine liberatur. Ac ne me pu-
 tes heretico sensu hoc intelligere; beatus martyr
 Cyprianus, cuius te in scripturarum testimoniis dig-
 erendis æmulum gloriaris, in epistola, quam scri-
 bit ad episcopum Fidum de infantibus baptizandis,
 hæc memorat. Porro autem si etiam grauissimis deli-
 ctoribus, & in Deum multo ante peccatis, cum
 postea crediderint, remissio peccatorum datur, & à
 baptismo atque gratia nemo prohibetur: quanto
 magis prohiberi non debet infans, qui recens natus
 nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnali-
 ter natus, contagium mortis antiquæ prima natiui-
 tate contraxit: qui ad remissionem peccatorum ac-
 ciendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remit-
 tuntur non propria sed aliena peccata. Et iccirco, fra-
 ter carissime, hæc fuit in concilio nostra sententia, à
 baptismo atque gratia Dei, qui omnibus misericors,
 & benignus, & pius est, neminem per nos debere
 prohiberi. Quod cum circa vniuersos obseruandum
 sit atque retinendum, tum magis circa infantes ip-
 sos & recens natos obseruandum puta, qui hoc ipso
 de ope nostra ad diuinam misericordiam plus me-
 rentur, quod in primo statim natiuitatis suæ ortu
 plorantes, ac flentes, nihil aliud faciunt; quam de-
 precantur. Scripsit dudum vir sanctus, & eloquens,
 episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea
 sub inuidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis inno-
 cens cæsus est, duos libros de infantibus baptizandis
 contra hæresim vestram, per quam vultis asserere
 baptizari infantes, non in remissionem peccatorum,
 sed in regnum cælorum: iuxta illud quod scriptum
 est in Euangelio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
 Spiritu sancto, non potest intrare in regnum cælorum.
 Tertium quoque ad eundem Marcellinum
 contra eos, qui dicunt idem quod vos, posse homi-
 nem sine peccato esse, si velit, absque Dei gratia. Et
 quartum nuper ad Hilarium contra doctrinam tuam,
 multa peruersa fingentem. Alios quoque speciali-
 ter tuo nomini eudere dicitur, qui necdum in no-
 stras venere manus. Vnde super sedendum huic la-
 bori censeo, ne dicatur mihi illud Horatij: In siluam
 ne ligna feras. Aut enim eadem diceremus ex su-
 persiluo: aut si noua voluerimus dicere, à clarissimo

Roman. j

Ioan. j

ingenio occupata sunt meliora. Hoc vnum dicam,
 vt tandem finatur oratio: aut nonum vos debere
 symbolum tradere, vt post Patrem & Filium & Spi-
 ritum sanctum baptizetis infantes in regnum cælo-
 rum: aut si vnum & in paruulis & in magnis habetis
 baptismata, etiam infantes in remissionem peccato-
 rum baptizandos in similitudinem præuicacionis
 Adam credatis. Quod si iniusta vobis videtur alie-
 norum remissio peccatorum, qua non indiget qui
 peccare non potuit: transite ad amasium vestrum,
 qui præterita in cælis & antiqua delicta solui dicit in
 baptismo: vt cuius in cæteris auctoritate ducimini,
 etiam in hac parte errorem sequamini.

THEOPHILVS EPIPHANIO.

EPISTOLA LXVII.

ARGUMENTVM.

THEOPHILVS Alexandrinus Episcopus exemplo-
 eius quod à se in Ægypto factum est, Epiphanium, Salami-
 næ Cypri præsullem, hortatur, vt congregata Synodo in
 Cypri insula, Origenem damnet, eiusque rei litteras ad
 vicinas prouincias, & Constantinopolim statim postea
 mittat.



DOMINVS qui locutus est ad propheta- Hierem. i.
 tam: Ecce constitui te hodie super gen-
 tes & regna eradicare, & suffodere, &
 disperdere, & rursus, ædificare ac
 plantare, singulis temporibus eandem
 Ecclesiæ suæ largitur gratiam: vt integri corpus
 conseruetur, & in nullo hereticorum dogmatum ve-
 nena præualeant. Quod quidem nunc videmus ex-
 pletum. nam Ecclesiæ Christi, quæ non habet maculam, neque rugam, aut aliquid istiusmodi, egredientes de cauernis suis, Origenis colubros euangelico ense truncavit; & secundum Nitriæ monachorum agmen, contagione pestifera liberavit. Pauca ergo ex iis, quæ gesta sunt, in generali epistola, quam ad omnes in commune direxi, prout patiebatur angustia temporis, comprehendere. Dignationis tuæ est, quæ in huiusmodi certaminibus sepe antè nos pugnavit, & positos in prælio consolari, & congregare totius insulæ episcopos, ac synodicas litteras, tam ad nos, quam ad Constantinopolitanæ vrbs episcopum, & si quos alios putaueris, mittere: vt consensus omnium & ipse Origenes nominatim, & hæresis nefaria condemnentur. didici enim, quod calumniatores veræ fidei, Ammonius, Eusebius, & Eutinius, nouo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim nauigarint; vt & nouos, si quos voluerint, decipiant; & veteribus suæ impietatis sociis coniungantur. Curæ igitur tuæ sit, vt cunctis episcopis per Isauriam, atque Pamphiliam, & cæterarum prouinciarum, quæ in vicino sunt, rei ordinem pandas; & nostram, si dignum putas, epistolam subiicias: vt omnes vno spiritu congregati, cum virtute Domini nostri Iesu Christi tradamus eos satanæ in interitum impietatis, quæ possidet eos. Et vt celerius nostra Constantinopolim scripta perueniant, mitte industrium virum, & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasteriis patres monachorum, cum aliis sanctis & continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in præsentia docere, quæ gesta sunt: & super omnia quæsumus, vt impensas ad Dominum fundas preces, quo possimus etiam in isto certamine victoriam consequi. non enim parua læticia & in Alexandria & per totam Ægyptum

Ephef. j

Ægyptum populorum corda peruasit: ex quo pauci homines eieci sunt, vt purum corpus Ecclesiæ permaneret. Saluto fratres, qui tecum sunt. te plebs, quæ nobiscum est, in Domino salutat.

HIERONYMVS THEOPHILO.

EPISTOLA LXVIII.

ARGVMENTVM.

THEOPHILO respondens, quòd canonum obseruantiam monuerit, gratias agit: illos, præcipueque Romanam fidem sibi cordi esse ait. & sicut, quòd olim contra Origenistas tacuerit, non reprehendit, ita quòd nimia eos corrigi nunc lenitate putet, non laudat.



EMINIT beatitudo tua, quòd eo tempore, quo tacebas, numquam ab officiis meus sermo cessauerit; nec consideraerim, sed quid me facere conueniret. & nunc, sumptis dignationis tuæ epistolis, fructum aliquem cepisse me video Euangelicæ lætionis. Si enim duri iudicis sententiam crebra mulieris inflexit petitio: quanto magis paterna viscera interpellatione sedula molliuntur? Quod de canonibus ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit Dominus, corripit; & flagellat omnem filium, quem recipit. Sed tu scito nobis nihil esse antiquius, quàm Christi iura seruare, nec patrum transferre terminos; semperque meminisse, Romanam fidem Apostolico ore laudatam: cuius se esse participem Alexandrina ecclesia gloriatur. Super nefaria hæresi, quòd multam patientiam geris, & putas ecclesiæ visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet: ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat. Vale in Christo.

Lucæ 18

Hebr. 12

Roman. 1

THEOPHILVS HIERONYMO.

EPISTOLA LXIX.

ARGVMENTVM.

QVOD victi, explosique ex Ægypto, & Nitriæ monasteriis Origenistæ sint, Theophilus Hieronymum certior reddit.



ANCTVS Episcopus Agatho, cum dilectissimo diacono Athanasio in ecclesiastica directus est causa: quam cum didiceris, non ambigo quin nostrum studium probes, & in Ecclesiæ victoria glorieris. namque Origenis hæresim in monasteriis Nitriæ quidam nequam & furiosus homines serere & fundere cupientes, prophetica falce succisi sunt. quia recordari sumus componentis Apostoli: Argue eos seuerè. Festina igitur & tu, partem huius præmij recepturus, deceptos quosque emendare sermonibus. Optamus, si fieri potest, in diebus nostris catholicam fidem, & Ecclesiæ regulas cum subiectis nobis populis custodire; & omnes nouas sopire doctrinas.

Tit. 4

HIERONYMVS THEOPHILO.

EPISTOLA LXX.

ARGVMENTVM.

RESPONDENS Theophilo, quòd Origenistarum factio ex Ægypto eius opera expulsa sit, sui que vsque in Palæstinam hæreticos sint persecuti, maximè lætatur.



VPER tuæ beatitudinis percepisti scripta, emendantia vetus silentium, & me ad solitum officium prouocantia. vnde licet per sanctos fratres, Priscum, & Eubulum, tuus ad nos sermo cessauerit: tamen quia vidimus, illos, zelo fidei concitatos, raptim Palæstinæ lustrasse regiones, & dispersos regulos vsque ad suas laterbras persecutos; breuiter scribimus, quòd totus mundus exultet, & in tuis victoriis glorietur; erectumque Alexandriæ vexillum crucis, & aduersus hæresim trophæa fulgentia, gaudens populorum turba prospectet. Macste virtute, macste zelo fidei, ostendisti quòd hucusque taciturnitas dispensatio fuit, non consensus. Liberè enim reuerentia tuæ loquor. Dolebamus te nimium esse patientem; & ignoantes magistri gubernacula, gestiebamus in interitum perditorum. sed vt video, exaltasti manum diu, & suspendisti plagam, vt ferires fortius. Super susceptione cuiusdam non debes contra vbis huius dolere pontificem: quia nihil tuis litteris præcepisti: & temerarium fuit de eo quòd nesciebat, ferre sententiam: tamen reor illum nec audere, nec velle te in aliquo lædere.

HIERONYMVS THEOPHILO.

EPISTOLA LXXI.

ARGVMENTVM.

QVOD Theophili Alexandrini opera, Synodica auctoritate, Origenistarum factio ex Ægypto expulsa, eoque exemplo ex Syria, & Italia explosa; summusque ea de re Pontifex certior factus sit; laudat. Synodica, si quæ sunt, postulat: & vt ad cæteros occidentales episcopos eadem scribat, hortatur.



VPLICEM mihi gratiam beatitudinis tuæ litteræ præstiterunt; quòd & sanctos & venerabiles Agathonem episcopum, & diaconum Athanasium habuerint portitores; & aduersum sceleratissimam hæresim zelum fidei demonstrarint. Vox beatitudinis tuæ in toto orbe pertonuit; & cunctis Christi ecclesiis lætantibus diaboli venena siluere. Nequaquam amplius antiquus serpens sibilat; sed contortus & cuiusceratus, in cauernarum tenebris delitescens, solem clarum ferre non sustinet, qui quidem super hære, & antequam scriberes, ad occidentem epistolas miseram, ex parte hæreticorum strophas meæ lingue hominibus indicans. Ex dispensatione Dei factum puto, vt eo in tempore tu quoque ad Anastasium Papam scriberes, & nostram dum ignoras sententiam roborares. Verum à te nunc admoniti, magis studium accommodabimus, vt hic & procul simplices ab errore reuocemus. Nec timeamus subire odia quorundam. non enim debemus hominibus placere, sed Deo: quamquam ardentius ab illis defendatur hæresis, quam à nobis oppugnetur. Simulque obsecro, vt si qua synodica habes, ad me dirigas; quo possim, tanti Pontificis auctoritate firmatus, liberius & cõfidentius pro Christo ora referare.

Vincentius presbyter ante biduum, quam hanc epistolam darem, de vrbe venit, & suppliciter te salutat, crebroque sermone concelebrat Romam, & totam Italiam, tuis post Christum epistolis liberatam. Adnitere ergo Papa amatissime, atque beatissime, & per omnem occasionem ad occidentales episcopos scribe, vt mala germina acuta, vt ipse significas, succidere falce non cessent.

THEOPHILVS HIERONYMO.

EPISTOLA LXXII.

ARGUMENTVM.

MONET, vt explosis Origenistis, eos etiam, qui clam Origenem sequuntur, eiiciat.



DIDI CI, quod & sanctitas tua nouerit Theodorum monachum; eiusque studium comprobauit, quia cum a nobis Romam nauigaturus exiret, noluit ante proficisci, nisi te, & sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio, quasi sua viscera amplexaretur, & inuiferet. Quem cum susceperis; pro Ecclesie tranquillitate latere, videri enim cuncta Nitrie monasteria, & referre potest continentiam & mansuetudinem monachorum; quo modo extinctis & fugatis Origenis sectatoribus, pax Ecclesie tranquillitate latere, videri enim cuncta Nitrie monasteria, & referre potest continentiam & mansuetudinem monachorum; quo modo extinctis & fugatis Origenis sectatoribus, pax Ecclesie tranquillitate latere, videri enim cuncta Nitrie monasteria, & referre potest continentiam & mansuetudinem monachorum;

a. Ioh. 1.

EPIPHANIVS HIERONYMO.

EPISTOLA LXXIII.

ARGUMENTVM.

NUNCIAT Hieronymo, opera Theophili Alexandrini Origenistarum haeresim damnatam: exemplar epistolae, quam de hac re a Theophilo acceperat, mittit: & si quid Latine Hieronymus contra eum haeresim scripsit, vt edat, hortatur.



GENERALIS epistola, quae ad omnes catholicos scripta est, ad te proprie pertinet, qui zelum fidei aduersus cunctas haereses habens, Origenis proprie, & Apollinaris discipulis aduersaris: quorum venenatas radices, & in altum defixam impictatem, omnipotens Deus protraxit in medium; vt in Alexandria prodita, in toto orbe ascenderent. Scito enim, fili carissime, Amalech vsque ad stirpem esse deletum, & in monte Raphidim erectu tropheum crucis. Etenim quo modo, porrectis in altum Moysi manibus, vincebat Israel: sic Dominus confortauit famulum suum Theophilum: vt super altare Ecclesie Alexandrinae contra Origenem vexillum poneret: & impleretur in eo, quod dicitur: Scribe signum hoc: quia delebo funditus Origenis haeresim a facie terrae cum ipso Amalech. Et ne videar eadem rursus iterare, & pro-

Exod. 17

lixiorum epistolam texere; ipsam ad vos scriptam direxi: vt scire possitis, quae nobis scripserit; & quantum boni vltimae aetati meae concesserit Dominus; vt quod semper clamabam, tanti Pontificis testimonio probaretur. Iam autem puto & te aliquid operis edidisse, & iuxta priorem epistolam, qua te super hac re fueram cohortatus, elimasse librum, quem tuae linguae homines legant. audio enim & ad occidentem quorundam hominum naufragia peruenisse: qui non contenti perditione sua, volunt plures mortis habere participes: quasi multitudo peccantium scelus minuat; & non, numerositate lignorum, maior gehennae flamma succrescat. Sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio Domino seruientes, & tecum, & per te plurimum salutamus.

HIERONYMVS MARCELLAE.

EPISTOLA LXXIIII.

ARGUMENTVM.

MARCELLAM salutans excusat se ideo paucis scripsisse, quod in conferenda Aquilae editione tum Hebraeorum voluminibus occupatus esset: & quia in scribendo nimium fuerat breuis, duas praeterea alii directas epistolas, sibi quoque legendas, litteris adiungit.



VTAM paruum epistolam scriberem, causae duplicis fuit, quod & tabellaris festinabat, & ego, alio opere detentus, hoc quasi *παισιν* me occupare nolui. Quae quidnam illud sit, tam grande, tam necessarium, quo epistolicae cofabulationis munus exclusum sit. Iam pridem cum voluminibus Hebraeorum editionem Aquilae confero; ne quid forsitan, propter odium Christi, synagoga mutauerit: & vt amicis menti fatear, quae ad nostram fidem pertineant roborandam, plura reperio. Nunc a Prophetis, Salomone, Psalterio, Regnorumque libris examissim recensitis, Exodum teneo, quem illi Elle semoth *על פי שמואל* vocant, ad Leuiticum transiurus. Vides igitur, quod nullum officium huic operi praeposendum est. at tamen, ne Currentius noster forte frustra cucurrerit, duas epistolas, quas ad sororem tuam Paulam, eiusque pignus Eustochium miseram, huic sermunculo annexi: vt dum illas legeris, & in his aliquid doctrinae pariter ac lepore inueneris, putes tibi quoque scripta esse, quae illis scripta sunt. Albinam, communem matrem valere cupio: de corpore loquor, vt spiritu valeat, non ignorans. eamque per te salutari obsecro, & duplici pietatis officio focillari, quod in vna atque eadem Christiana simul diligatur, & mater.

HIERONYMVS ADVERSVS

VIGILANTIVM.

EPISTOLA LXXV.

ARGUMENTVM.

VIGILANTIVM olim in Aegypto commorantem, ipsique Hieronymo amicum, quod Rufino adiunctus Hieronymum vt Origenistam calumniaretur, & libros ea de re prope diem se editurum minitaretur, coarguit; & cur Origenem vel legerit, vel transtulerit, rationem reddit.



VSTVM quidem fuerat, nequam tibi litteris satisfacere, qui tuis auribus non credidisti: neque enim schedulae potes acquiescere, qui viuo sermone non accommodasti fidem. sed quia

quia Christus perfectæ nobis humilitatis exemplar in se tribuit, dans osculum proditori, & latronis pœnitentiam in patibulo suscipiens: eadem absenti significo, quæ præsentī quoque locutus sum, me ita Origenem legisse, vel legere, vt Apollinarium, vel cæteros tractatores, quorum in quibusdam libros nō recipit Ecclesia: non quo omnia dicam esse damnanda, quæ in illorum voluminibus continentur; sed quòd quædam reprehendenda confitear: Verum, quia operis mei est & studij, multos legere; vt ex pluribus diuersos flores carpam; non tam probaturus omnia, quàm quæ bona sunt electurus; assumo multos in manus meas: vt à multis multa cognoscam, secundum illud quod scriptum est: Omnia legentes, quæ bona sunt retinentes. Vnde satis miror, te voluisse Origenis mihi obiicere dogmata, cuius in plerisque errore vique ad hanc ætatem pœnitentis ignoras. Ego ne hæreticus? & cur me, quæso, hæretici non amant? Tu orthodoxus? qui etiam contra sententiam tuam, & linguam alia prædicarem, aut inuitus subscripsisti, & præuaricator es; aut volens, & hæreticus. Dimisisti Ægyptum, & cunctas prouincias reliquisti: in quibus sectam tuam, libera plerique fronte defendunt: & elegisti me ad insectandum, qui omnia contra Ecclesiam dogmata reprehendo, & publica voce condemno. Origenes hæreticus: quid ad me, qui illum in plerisque hæreticum non nego? Errauit de resurrectione corporis, errauit de animarum statu, de diaboli pœnitentia; & quod his maius est, Filium Dei & Spiritum sanctum in commentariis Esaiæ, Seraphin esse testatus est. Si errasse non dicerem eum, & hæc quotidie nō anathematizarem, essem erroris illius socius. neque enim ita debemus bona eius recipere, vt mala quoque suscipere cogamur. At idem & scripturas in multis bene interpretatus est, & prophetarum obscura disseruit; & tam noui, quàm veteris testamenti reuelauit maxima sacramenta. Si igitur quæ bona sunt, transtuli, & mala vel amputaui, vel correxi, vel tacui: arguendus sum, cur per me Latini bona eius habeant, & mala ignorent? Si hoc crimen est: arguatur & confessor Hilarius, qui Psalmorum interpretationem, & Homilias in Iob ex libris eius, id est, ex Græco in Latinum transtulit. Sit in culpa eiusdem confessionis Vercellensis Eusebius: qui omnium Psalmorum commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet hæretica præmittens, optima quæque transtulerit. Taceo de Victorino Pictauiensi, & cæteris qui Origenem in explanatione dumtaxat scripturarum secuti sunt, & expresse runt: ne non tam me defendere, quàm socios criminis videar querere. Ad te ipsum veniam: cur tractatus eius in Iob descriptos habes? in quibus contra diabolum, & de stellis, cæloque disputans, quædam locutus est, quæ Ecclesia non recipit? Tibi soli licet, τὸ ὄφρα τὸ κρηπίδι, de cunctis, & Græcis & Latinis tractatoribus ferre sententiam, & quasi censoria virgula, alios eicere de bibliothecis, alios recipere, & cum tibi placuerit, me vel catholicum, vel hæreticum pronuntiare; nobis non licet peruersa respicere & damnare, quæ sæpe damnauimus? Lege ad Ephesios libros: lege cætera opuscula mea, & maxime in Ecclesiasten commentarios: & liquidò peruidebis, me ab adolescentia numquam alicuius auctoritate deterritum acquieuisse hæreticæ prauitati. Non parum est, scire quod nescias: prudentis hominis est, nosse mensuram suam, nec zelo diaboli concitatum, imperitiæ suæ cunctum orbem testem facere. Scilicet gloriari cupis, & in patria tua iactitas;

me non potuisse respondere eloquentiæ tuæ, & acumen in te Chryssippi formidasse. Christiana verecundia teneor, & cellulae meæ latebras nolo mordaci sermone releuare, alioqui proferrem *πῶσων τῶν ἀριστέων σε καὶ προσηλοφροσῶν*. Sed hæc aliis aut loquenda, aut ridenda dimitto. Ego quasi Christianus cum Christiano loquens, obsecro te frater, ne plus velis sapere, quàm sapias: ne vel innocentiam, vel simplicitatem tuam, vel certè ea, quæ taceo, & te non intelligente, cæteri intelligunt, stylo proferas, & ineptiarum tuarum cunctis cachinnum præbeas. Aliud à parua ætate didicisti; aliis affectus es disciplinis. Non est eiusdem hominis, & aureos nummos, & scripturas probare, & degustare vina, & prophetas, vel Apostolos intelligere. Me laceras: sanctum fratrem Oceanum in culpam hæreseos vocas: presbyterorum tibi Vincentij, & Pauliniani, & fratris Eusebij iudicium displicet. Solus es Cato Romani generis disertissimus, qui testimonio tuo, & prudentiæ velis credi. Recordare, quæso, illius diei; quando me de resurrectione & veritate corporis prædicante, ex latere subsultabas, & plaudebas manu, & applodebas pede, & orthodoxum conclamabas. Postquam nauigare cœpisti; & ad intimum cerebrum tuum sentinæ putredo peruenit; tunc nos hæreticos recordatus es. Quid tibi faciam? Credidi sancti presbyteri Paulini epistolis; & illius super nomine tuo non putauit errare iudicium. Er licet statim accepta epistola, ἀπουδέσθητον sermonem tuum intelligerem: tamen rusticitatem & simplicitatem magis in te arbitrabar, quàm vecordiam. Nec reprehendo sanctum virum. maluit enim apud me dissimulare, quod nouerat, quàm portitorem clientulum suis litteris accusare. Sed memet ipsum arguo, qui alterius potius acquieui, quàm meo iudicio; & oculis aliud cernentibus, aliud schedulæ credidi, quàm videbam. Quamobrem desine me laceffere, & voluminibus tuis obruere. Parce saltem nummis tuis, quibus notarios librariosque conducens, eisdem & scriptoribus vteris & fautoribus: qui te idèo forsitan laudant, vt lucrum in scribendo faciant. Si libet exercere ingenium, trade te grammaticis, atque rhetoricis; discè dialecticam; sectis instruere philosophorum: vt cum omnia didiceris, saltem tunc tacere incipias. Quamquam stultè & inanis, magistro cunctorum magistròs querere, & ei modum imponere, qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est illud apud Græcos prouerbiū, ὄνος ἀπὸς λυπαρῶν. Ego reor, & nomen tibi κατ' ἀντίφρασιν impositum. nam tota mente dormitas, & profundissimo nō tam somno stertis, quàm lethargo. Inter cæteras quippe blasphemias, quas ore sacrilego protulisti, ausus es dicere: montem de quo abscisus est in Daniele lapis sine manibus, esse diabolum, & lapidem Christum: qui quia assumpsit corpus ex Adam, qui diabolo ante per vitia cohaeserat, natura esse de virgine: vt à monte, hoc est, à diabolo hominem separaret. O præcidendam linguam, ac per partes, & frustra lacerandam. Quisquam ne Christianus Deum patrem omnipotentem in personam diaboli interpretatur, & tanto piaculo totius orbis aures maculat? Si interpretationem tuam quisquam non dicam catholicorum, sed hæreticorum, siue gentilium vniquam recepit: piū sit, quod locutus es. sin autem tantum nefas numquam audiuit Christi Ecclesia, & per tuū primum os ipse se montem interpretatus est, qui dixerat: Ero similis altissimo: age pœnitentiam, & in sacco versare, & cinere; & tantum scelus iugibus absterge lacrymis: si tandem tibi dimittatur hæc

impietas, & iuxta errorem Origenis tunc veniam conuocaris, quando conuocaturus est & diabolus, qui nunquam plus, quam per os tuum, deprehenditur blasphemasse. Meam iniuriam patienter tuli: impietatem contra Deum ferre non potui. vnde & visus sum mordacius in extrema epistola scribere, quam promiseram: quamquam post priorem penitentiam, qua à me veniam deprecatus es, iterum commisisse, vnde agas penitentiam, solidissimum sit. Tribuat tibi Christus, vt audias, & taceas; vt intelligas, & sic loquaris.

HIERONYMVS TRANQVILLINO.

EPISTOLA LXXVI.
ARGVMENTVM.

TRANQVILLINVM docet, quòd sicut Origenes legendus est vt interpres, ita vt dogmatistes est respuendus.



MAIORA spiritus vincula esse, quàm corporum, si olim ambigebamus, nunc probauimus; dum & mihi sanctitas tua hæret animo, & ego tibi Christi amore coniungor: Verè enim & simpliciter candidissimo pe-

ctori tuo loquor: ipsa scedula, & muti apices litterarum inspirant in nos tuæ mentis affectum. Quòd dicis Origenis multos errore deceptos, & sanctum filium meum Oceanum illorum insaniam repugnare: & doleo similes, & gaudeo: dum aut supplantati sunt simplices, aut ab erudito viro errantibus subuenitur. Et quia meæ paruitatis quæris sententiam, vtrum secundum fratrem Faustinum penitus respuendus sit, an secundum quosdam, legendus ex parte: ego Origenem propter eruditionem sic interdum legèdum arbitror, quo modo Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos ecclesiasticos scriptores Græcos pariter & Latinos, vt bona eorum eligamus; vitiosumque contraria, iuxta Apostolum dicentem: Omnia probate, quod bonum est tene. Cæterum qui vel in amorem eius nimium, vel in odium stomachi sui prauitate ducuntur, videntur mihi illi maledicto prophetico subiacere: Væ his, qui dicunt bonum malum, & malum bonum; qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum. nec enim propter doctrinam eius praua suscipienda sunt dogmata: nec propter dogmata prauitatem, si quos commentarius in scripturas sanctas vtilis edidit, penitus respuendi sunt. Quòd si contentiosum inter se amatores eius & obrectatores funem duxerint; vt nihil medium appetant; nec seruent modum, sed totum aut probent, aut improbent: libentius piam rusticitatem, quam doctam blasphemiam, eligam. Sanctus frater Tatianus diaconus te impendio resalutat.

HIERON. MARCO PRESBYTERO CELEDENSI.

EPISTOLA LXXVII.

ARGVMENTVM.

Arianis agitat, cum esset in eremo iam iuuenis, Mario fidei suæ de trinitate professionem, cum Romana, & Alexandrina ecclesiis congruentem, exponit; dolens interea quòd eorundem factione amici discesserint, ipsèque ad relinquenda ea loca quotidie expetatur.



DE CREVERAM quidem vtendū mihi psalmistæ voce dicentis: Cum confisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Et iterum: Ego verò tamquam

furdus non audiebam, & tamquam mutus non aperiens os suum, & factus sum vt homo non audiens. sed quia caritas omnia superat & propositum vincit affectus: non tam iniuriam facientibus reddo vire, quam tibi respondeo postulanti. Apud Christianos enim, non qui patitur, vt ait quidam, sed qui facit contumeliam, miser est. Et primò quidem, antequam de fide mea, quam optimè nosti, tecum loquar, aduersus barbariem istius loci versu cogor clamare vulgato: Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ: Bella cient, primaque vetant consistere terra, &c. Quæ iccirco de gentili poëta sumpsimus, vt qui Christi pacem non seruat, pacem saltem discat ab ethnico. Hæreticus vocor, homouision prædicans trinitatem. Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasque personas indefessa voce pronuncians. si ab Arianis, meritò: si ab orthodoxis qui huiusmodi arguunt fidem, orthodoxi esse deserunt, aut si eis placet, hæreticum me cum occidete, hæreticum cum Ægypto, hoc est cum Damaso Petroque condemnet. Quid vnum hominem, exceptis sociis, criminantur? Si riuus tenuiter fluit, non est aluei culpa, sed fontis. Pudet dicere: de cauernis cellarum damnatum orbem. In sacco & cinere volutari, de episcopis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica penitentis regius animus: Catenæ sordes, & comæ, non sunt diadematis signa, sed sterus. Permittant me, quæso, nihil loqui. Cur eum lacrant, qui non meretur inuidiam? Hæreticus sum, quid ad te? quiesce, iam dictum est. Planè times, ne eloquentissimus homo in Syro sermone, vel Græco ecclesias circumeam, populos seducam, schisma conciam? Nihil alicui præripui, nihil otiosus accipio. Manu quotidie & proprio sudore quærimus cibum, scientes ab Apostolo scriptum esse: Qui autem non operatur, nec manducet. Hæc venerabilis & sancte pater, cum quali gemitu, cum quali dolore conscripserim, testis est Iesus. Tacui, numquid semper tacebo, dicit Dominus? Non mihi conceditur vnus angulus eremi: quotidie exposcor fidem, quasi sine fide renatus sim. confiteor, vt volunt: non placet. subscribo: non credunt. Vnum tantum placet, vt hinc recedam. Iam iam cedo: abruperunt partem à me animæ meæ, carissimos fratres: Ecce discedere cupiunt, immo discedunt, melius esse dicentes, inter feras habitare, quam cum talibus Christianis: & ego ipse, nisi me & corporis imbecillitatis, & hiemis retineret asperitas iam modo fugerem. Verumtamen dum vernum tempus adueniat, obsecro vt paucis mihi mensibus eremi concedatur hospitium: aut si hoc tardum videtur, abscedo: Domini est terra, & plenitudo eius. Ascendant soli cælum: propter illos tantum Christus mortuus sit: habeant, possideant, glorientur. mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi; per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. De fide autem, quam dignatus es scribere, sancto Cyrillo dedi conscriptam fidem. Qui sic non credit, alienus à Christo est. cæterum ego fidei meæ testes habeo aures tuas, & beati fratris Zenobij, quem tecum omnes, qui hic sumus, plurimum salutamus.

HIERON. PAMMACHIO ET MARCELLAE.

EPISTOLA LXXVIII.

ARGVMENTVM.

THEOPHILI Alexandrini opera Origenem damnatum cursum

a. Theof. j.

Esaie j.

a. Theof. j.

psalm. 11

Galat. 6

Psalm. 38

Psalm. 37

rursum nunciat, hortans vt, quod per eum adum est in Oriente, curent Apostolica Romæ confirmet auctoritas. Verum quia Origenista Theophili contra errores Origenis epistolam ab hæreticis immutatam aiebant, rursus alteram eiusdem Theophili epistolam græcam, vnâ cum eius versione mittit.

RURSUM orientalibus vos locupletis mercibus, & Alexandrinis opes primo Romam vere transmittito. Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan, vmbra condensâ: vnde & sponsa letatur in Cantico canticorum, dicens: In vmbra eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Verè nunc compleretur Elia: vaticinium prædicantis: In die illa erit altare Domini in medio terræ Egypti. Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Qui paruulum Christum fouerant, adultum fidei calore defendunt: vt qui per illos effugerat Herodis manus, effugiat hæreticum blasphemantem. Quem Demetrius Alexandri vrbe pepulit, toto orbe fugat Theophilus: ad quem Lucas scripsit Actus Apostolorum, qui ex amore Dei nomen inuenit. Vbi nunc est coluber tortuosus: vbi venenatissima vipera? Prima hominis facies, vtero commissa luporum. Vbi hæresis, quæ sibilabat in mundo, & me & Papam Theophilum sui iactabat erroris, latratuq; impudentissimorum canum ad inducendos simplices, nostrum mentiebatur assensum? Oppressa est eius auctoritate, & eloquentia, & in morem dæmoniorum spirituum de terra loquitur. nescit enim eum, qui de sursum veniens ea loquitur quæ sursum sunt. atque vinam serpentina generatio aut simpliciter nostra fateatur, aut constanter defendat sua: vt scire valeamus, qui nobis amandi sint, qui cauendi. Nunc autem, nouum pœnitentiæ genus, oderunt nos, quasi hostes: quorum fidem publicè negare non audent. Rogo, quis est iste dolor, qui nec tempore, nec ratione curatur? Inter micantes gladios, iacentia corpora, riuos sanguinis profluentes, iunguntur sæpe hostiles dextræ; & belli rabiem pax repentina commutat. soli sunt huius hæreseos sectatores, qui cum ecclesiasticis non valent fœderari: quia quod sermone coguntur dicere, mente condemnant. & si quando aperta blasphemia publicis auribus fuerit reuelata, & viderint contra se audientium turbam circumfremere: tunc simulata simplicitate dicunt audisse se primum, quæ magistrum dicere ante nescierint. cumq; eorum scripta teneantur, voce negant, quod litteris consentent. Quid necesse est oblidere Propontidem, mutare loca, diuersas lustrare regiones, & clarissimum Pontificem Christi, eiusq; discipulos rabido ore discernere? Si vera loquimini, pristinum erroris ardorem ardore fidei commutate. quid maledictorum pannos hincinde conuultis; & eorum carpitis vitam, quorum fidei resistere non valetis: num iccirco non estis vos hæretici, si nos quidam asseritione vestra crediderint peccatores; & os impietate fœdum non habebitis, si cicatricem potueritis in nostra aure monstrare? Quid iuuat vestram perfidiam, vel prodest pellis Æthiopica, & pardi varietas, si in nostro corpore næuus apparuerit? En papa Theophilus tota Origenem arguit libertate hæreticum esse: nec illi dicta defendunt, sed fingunt ab hæreticis immutata; multorumq; dicunt libros similiter deprauatos; vt illum non sua fide, sed aliorum tueantur erroribus. Verum hæc aduersum hæreticos dicta sint, qui iniusto contra nos odio sauientes, mentis fatentur arcanum, & venena pectoris ir-

remediabili dolore restantur. Vos Christiani senatus lumina, accipite & Græcam & Latinam, etiam hoc anno epistolam: ne rursus hæretici mentiantur à nobis pleraque vel addita, vel mutata: in qua laborasse me fateor, vt verborum elegantiam pari interpretationis venustate seruarem; & intra definitas lineas currens, nec in quoquam excedens loco eloquentiæ eius fluentia non perderem; caslemque res eodem sermone transferrem. quod vtrum confecerim, nec ne, vestro iudicio relinquo. Quam scitis in quattuor partes esse diuisam. In primo credentes hortatur ad Dominicum pascha celebrandum. In secundo & tertio loco Apollinarium & Origenem iugulat. In quarto, id est extremo, hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus aduersus Origenem dictum est: & in præteriti anni epistola continetur; & hæc quam modò vertimus, breuitati studens dicere plura non debuit. Porro contra Apollinarium succincta fides & pura professio, non caret subtilitate dialectica: quæ aduersarium suum, extorto de manibus eius pugione, confodit. Orate igitur Dominum: vt quod in Græco placet, in Latino non displiceat; & quod totus oriens miratur, & prædicat, læto sinu Roma suscipiat. Prædicationem quoq; cathedræ Marci euangelistæ, cathedræ Petri Apostoli sua prædicatione confirmet. quamquam celebri sermone vulgatum sit: beatum quoque Papam Anatalasium eodem seruire, quia eodem spiritu est, latitantes in foueis suis hæreticos persecutum: eiusq; litteræ doceant, damnatum in occidente, quod in oriente damnatum est. cui multos imprecamur annos, vt hæreseos rediuiua plantaria, per illius stadium longo tempore arefacta, moriantur.

HIERONYMVS ALIPIO ET
AVGVSTINO.
EPISTOLA LXXIX.
ARGVMENTVM.

AVGVSTINO, & Alipio gratulatur, quod Cælestina, siue Pelagiana hæresis eorum opera extincta sit: excusataque se quod nondum responderit aduersus libros Anniani Diaconi, qui & ipse Cælestij discipulus contra epistolam D. Hieronymi scripserat.



SANCTVS Innocentius presbyter, qui huius sermonis est portitor, anno præterito, quasi nequaquam in Africam reuerterus, mea ad dignationem vestram scripta non sumpsit. tamen Deo gratias agimus, quod ita euenit, vt nostrum silentium, vestris epistolis vince- retis. mihi enim omnis occasio gratissima est, per quam scribo vestræ reuerentiæ: testem inuocans Deum, quod si possit fieri, assumptis alis columbæ vestris amplexibus implicarer, semper quidem pro merito virtutum vestrarum, sed nunc maximè, quia cooperatoribus & auctoribus vobis, hæresis Cælestina iugulata est: quæ ita infecit corda multorum, vt cum superatos damnatosq; esse se sentiant, tamen venena mentium non omittant; & quod solum pos- sunt, nos oderint, per quos putant se libertatem docendæ hæreseos perdidisse. Quod autem queritis, vtrum rescripserim contra libros Anniani, pseudo- diaconi Celedensis, qui copiosissime pascitur, vt alienæ blasphemiam, verba friuola subministrat: scia- tis me ipsos libros in schedulis missos à sancto fratre nostro

nostro Eusebio presbytero suscepisse, non ante multum temporis, & exinde vel ingruentibus morbis, vel dormitione sanctæ & venerabilis filię vestræ Eustochij, ita doluisse, vt propemodum contemnendos putarem. in eodem enim luto hæsitat, & exceptis verbis tinnulis, atque emendicatis, nihil aliud loquitur. tamen multum egimus: vt dum epistolæ meæ respondere conatur, apertius se proderet, & blasphemias suas omnibus patefaceret. quidquid enim in illa miserabili synodo Diospolitana dixisse se denegar, in hoc opere confitetur. Nec grande est ineptissimis nãniis respondere. Si autem Dominus vitam tribuerit, & notarium habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis respondebimus: non vt conuincamus hæresim mortuam; sed vt imperitiam atque blasphemiam eius, nostris sermonibus confutemus. Meliusque hoc faceret sanctitas vestra: ne cõpellamur contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij cõmunes, Albinus, Apinianus, & Melania, plurimum vos salutant. Has litteras de sancta Bethlehem, sancto presbytero Innocentio dedi perferendas. Neptis vestra Paula miserabiliter deprecatur, vt memores eius sitis, & multum vos salutat. Incolumes vos, & memores mei, Domini nostri Iesu Christi tueatur clementia. Domini verè sancti atque omnium affectione venerabiles patres.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

EPISTOLA LXXX.

ARGVMENTVM.

GRATVLTATVR. Augustini industrie, quod Pelagianorum hæresim extinxerit: qua in re suum quoque studium testatur.



MNI quidem tempore beatitudinem tuam eo, quo decet, honore veneratus sum, & habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem: & nunc si fieri potest, cumulo aliquid addimus, & plenè complemus, vt absque tui nominis mentione ne vnã quidem horam preterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti. Maluisti quantum in te fuit solus liberari de Sodomis, quã cum pereuntibus commorari. Scit, quid dicam, prudentia tua. Macte virtute, in vrbe celebraris: catholici te conditorem antiquæ rursus fidei venerantur, atque suspiciunt; & quod signum maioris gloriæ est, omnes hæretici detestantur, & me pari persequuntur odio: vt quos gladiis nequeunt, voto interficiant. Incolumem, & mei memorem te Christi Domini clementia tueatur Domine venerande beatissime papa.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

EPISTOLA LXXXI.

ARGVMENTVM.

POST salutationes vltra citraque factas, nunciat extinguitas hæreses clam ab Episcopo Hierosolymitano adhuc defendi.



MVTI vtroque claudicant pede, & ne fractis quidem ceruicibus inclinantur, habentes affectum erroris pristini, cum prædicandi eandem non habeant libertatem. Sancti fratres, qui cum nostra sunt paruitate, præcipuè sanctæ ac venerabilis filię tuæ suppliciter te salutant. Fratres tuos Dominum meum Alipium,

& Dominum meum Euodium. vt meo nomine salutes, precor coronam tuam. Capta Hierusalem tenetur à Nabuchodonosor, nec Hieremias vult audire consilia: quin potius Ægyptum desiderat, vt moriatur in Taphnes, & ibi seruitute pereat sempiterna.

HIERON. MARCELLINO

ET ANAPSYCHIAE.

EPISTOLA LXXXII.

ARGVMENTVM.

ROGATVS vt scriberet quidnam sentiret de animarum origine, iubet vt vel ex suis libris aduertus Rufinum, aut potius ex Augustino in eadem Africae prouincia commorante, discat. Commentarios in Ezechielum, ex incurfione, ac deuastatione barbarorum, nondum potuisse, vt pollicitus erat, absolui; operis tamen initium à Fabiola peti posse dicit. Oceani doctrinam simul, ac probitatem postremò laudat.



MANDEM ex Africa vestræ litteras vnanimitatis accepi: & non me poenitet impudentiæ, qua tacentibus vobis, epistolas meas frequenter ingessi, vt rescriptum mererer, & vos esse sospites, non aliis nunciatis, sed vestro potissimum sermone cognoscerem. Super animæ statu memini vestræ quæstiunculæ, immo maximè ecclesiasticæ quæstionis: vtrum lapsa de celo sit, vt Pythagoras philosophus, omnesque Platonici, & Origenes putant: an à propria Dei substantia, vt Stoici, Manichæus, & Hispaniæ Priscilliani hæreses suspicantur: an in thesauro habeantur Dei, olim condita, vt quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt: an quotidie à Deo fiant, & mittantur in corpora, secundum illud quod in Euangelio scriptum est: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor: an certè ex traduce, vt Tertullianus, Apollinarius, & maxima pars occidentalium autumant: vt quo modo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, & simili cum brutis animantibus conditione subsistat. Super quo quid mihi videatur, in opusculis cõtra Rufinum scripsisse, me noui, aduersus eum libellum, quem sanctæ memoriæ Anastasio, episcopo Romanæ ecclesiæ edidit: in quo lubrica, & subdola, immo stulta confessione, dum auditorum simplicitati illudere nititur, suæ fidei, immo perfidiæ illudit. quos libros reor sanctum parentem vestrum habere Oceanum. olim enim editi sunt, multis Rufini libris aduersus calumnias respondentes. Certè habes ibi virum sanctum & eruditum Augustinum episcopum: qui viua, vt aiunt, voce docere te poterit, & suam, immo per se nostram explicare sententiam. Ezechielis volumen olim aggredi volui, & sponsonem creberrimam studiosis lectoribus reddere: sed in ipso distandi exordio ita animus meus occidentalium prouinciarum, & maximè vrbs Romanæ vastatione confusus est, vt iuxta vulgare prouerbum, proprium quoque ignorantem vocabulum: diuque tacui, sciens tempus esse lacrymarum. Hoc autem anno cum tres explicassem libros, subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius: Lateque vagantes Barchæ: & sancta scriptura de Ismaël, Contra faciem omnium fratrum suorum habitabit: sic Ægypti limitem Palæstinæ, Phœnices, Syriæ percurrit, & instar torrentis cuncta secum trahens, vt vix manus eorum, misericordia Christi potuerimus euadere. Quod si iuxta

Hier. 4.

Ioan. 8.

Genes. 19

Genes. 16

juxta inclytum oratorem, silent inter arma leges: quanto magis studia scripturarum; quæ & librorum multitudinem, & silentio, ac liberiorum sedulitate, quodque proprium est, securitate, & otio dictantium indigent? Duos itaque libros mihi sanctæ filiæ meæ Fabiolæ: quorum exempla si volueris, ab ipsâ poteris mutuari. pro angustia quippe temporis alios describere non potui: quos cum legeris, & vestibula videris, facilis coniectura erit, qualis ipsâ sit futura domus. Sed credo in Dei misericordia, qui nos adiuvit in difficillimo principio supradicti operis, quod ipse adiuvet, & in penultimis prophetæ partibus, in quibus Gog & Magog bella narrantur: & in extremis, in quibus sacratissimi & inexplicabilis templi ædificatio, varietas, mensuraque describitur. Sanctus frater noster Oceanus, cui vos cupitis commendari, tantus & talis est, & sic eruditus in lege Domini, vt absque nostro rogatu instituere vos possit, & nostram super cunctis quæstionibus scripturarum pro modulo communis ingenij explicare sententiam. Incolumes vos, & proluxa ætate florentes, Christus Deus noster tueatur omnipotens, Domini verè sancti.

HIERONYMVS OCEANO,
NUM REPETENS MATRI-
MONIVM A BAPTISMO
POSSIT FIERI SACERDOS.

EPISTOLA LXXIII.

ARGVMENTVM.

CVM Carterius Hispanus vnam antè baptismum, alteram ea mortua post baptismum habuisset vxorè, Episcopus factus est. arguebatur quòd bigamus, & contra Apostoli sententiam Pontificatum accepisset. Hieronymus, quia ille vir erat alioquin probus & eruditus, eum primò Romæ defendit, verum quia non plenè rationes tetigerat, longiori nunc epistola tucur, eam acriter refellens opinionem, quæ vxorem ante baptismum baptizato imputat homini: Baptismum propterea prædicat, & vt doceat, alia magis quam hæc, id est morum probitatem, doctrinamque in Episcopo requirenda esse, qualisnam debeat esse Episcopus, latè ex Apostolo exponit. Ecclesia hodie, Diuis Augustino, Gregorioque contrarium asserentibus (vt constat ex Gratiani *epistola*) alteram sententiam magis sequitur.

CAP. 11.

NVMQVAM, fli Oceane, fore putabam, vt indulgentiâ principis, calumniam sustineret reorum; & de carceribus exeuntes, post sordes ac vestigia catenarum dolerent alios relaxatos. In Euangelio audit inuidus salutis alienæ: Amice, si ego bonus sum, quare oculus tuus nequam est? Conclustit Deus omnia sub peccato: vt omnibus misereatur: vt vbi abundauit peccatum, superabundet & gratia. Cæsa sunt Ægypti primogenita, & ne iumentum quidem Israëliticum in Ægypto derelictum est: Et confurgit mihi Caina hæretis, atque olim emortua vipera contritum caput leuat, quæ non ex parte, vt ante consueuerat, sed totum Christi subruit sacramentum. Dicit enim esse aliqua peccata, quæ Christus non possit purgare sanguine suo, & tam profundas scelerum pristinorum inharere corporibus atque animis cicatrices, vt medicina illius attenuari non queant. Quid aliud agit, nisi vt Christus frustra mortuus sit: frustra autem mortuus est, si aliquos viuificare non potest. Mentitur Ioannes Baptista, & digito Christum & voce demonstrans: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. si sunt adhuc in sæculo, quorum

Christus peccata non tulerit. Aut enim ostendendi sunt non esse de mundo, quos Christi ignoret indulgentia: aut si de mundo sunt, eligendum e duobus alterum. Liberati à peccatis, Christi potentiam probant: non liberati, quasi adhuc rei, imbecillitatem demonstrant. Sed absit hoc de omnipotente credere, quòd in aliquo impotens sit. Omnia, quæ pater facit, & filius facit similiter. Infirmas filij redundat ad patrem. Cuncta ouiculae membra peccata sunt: totæ Apostoli epistolæ, Christi gratiam sonant. Et ne parum videretur simplex gratiæ nuncupatio: Gratia, inquit, vobis, & pax multiplicetur. Multiplicatio promittitur, & à nobis paucitas affirmatur: quorsum ista? Nosti problema tuum. Carterius, Hispaniæ episcopus, homo & ætate vetus, & sacerdotio, vnam, antequam baptizaretur, alteram post lauacrum, priore mortua, duxit vxorem: & arbitrarius eum contra Apostoli fecisse sententiam, qui in catalogo virtutum, episcopum vnus vxoris virum præceperit ordinandum. Miror autem te vnum protraxisse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus sit: non dico de presbyteris, non de inferiori gradu: ad episcopos venio: quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, vt Ariminensis synodi multitudo superetur. Sed indecens est, sic vnum tueri, vt plures accusare videaris; & quem ratione non possis, societate peccantium defendas. Sustinui Romæ à viro eloquentissimo conuotum, vt dicitur, syllogismum; vt quocumque me verterem, strictius tenerer. Vxorem, inquit, ducere peccatum est, an non? Ego simplex, & qui insidias vitare nescirem, dixi non esse peccatum: Rursum aliud proposuit, in baptisate bona opera dimittuntur, aut mala? Et in hoc eadem simplicitate respondi, peccata dimitti. Cum me securum putarem, cœperunt mihi hinc inde cornua incrementum, & absconditæ pritis acies dilatari. Si, inquit, vxorem ducere, non est peccatum, baptismus autem peccata dimittit: quidquid non dimittitur, reseruat. Illico mihi, quasi à fortissimo pugile percussus essem, ante oculos caligo obuersari cœpit: statimque recordatus Chryssipei sophismatis: Si mentiris; idque verè dicis; mentiris: & in memet reuersus conuerti in aduersarium propositionis stropham. Quæso, inquam te, vt respondeas: Baptismus hominem facit nouum, an non? Vix dedit quòd nouum faceret. Gradatim intuli: ex toto nouum facit; an ex parte? Respondit ex toto. Deinceps interrogavi: nihil ergo veteris hominis in baptisate reseruat? Mouit caput: cœpi protinus texere. Si baptismus nouum hominem facit, & ex toto nouum creat, nihilque in eo veteris hominis reseruat: non potest nouo imputari, quod in veteri quondam fuit. Primum spinosulus noster obmutuit: postea verò Pisoniano vitio, cum loqui nescirèt, tacere non potuit. sudare tamen frons, pallere genæ, tremere labia, hærere lingua, saliuam siccari, & plus timore, quam ætate contrahi: erupit aliquando. Nonne legisti ab Apostolo, vnus vxoris virum assumi in sacerdotium & rem non tempora definiti? Quia me syllogismis prouocauerat; & videbam tendere hominem ad interrogatiunculas tortuosas; sua contra illum tela iaciebam. Baptizatos, inquam, Apostolus eligit in episcopatum; an catechuminos? Respondere volebat. Ego tamen id ipsum ingerere, & secundò ac tertio sciscitari. Nioben putares: quæ nimio fletu in lapideum versa est. Verti me ad auditores: nihil interest, o boni iudices, aduersarium vigilantem, an dormientem ligem, nisi quòd facilius est quiescenti, quam reluctanti

Matth. 20

Rom. 11

Exod. 11

Ioan. 1

1. Petri 1

1. Tim. 3

reluctanti

reluctanti vincula innectere. Si Apostolus non catechuminos in clerum eligit, sed fideles, fidelis autem est, qui eorum opus ordinatur: vitia catechumini non imputabuntur fideli. Torquebam istiusmodi spicula, & vibrantes hastas in lethargicum dirigebam. Oscitabat tandem, & quasi per mentis crapulam ructans & nauicans euomebat: Apostolus dixit, Paulus hæc docuit.

CAR. 2.
1. Timor.

Proferuntur ergo Apostoli epistolæ, vna ad Timotheum, altera ad Titum. In prima scriptum erat: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. oportet ergo episcopum irreprehensibile esse, vnus vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non auarum, domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quo modo ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit? non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. oportet autem eum & testimonium habere bonum, ab iis, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Ad Titum statim in principio hæc mandata ponuntur. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ decrant, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, vnus vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet ergo episcopum esse sine crimine, tanquam Dei dispensatorem, non proteruum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, beneuolum, prudentem, iustum, sanctum, continentem, obrinentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt possit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. In vtraque epistola, siue episcopi, siue presbyteri (quamquam apud veteres iidem episcopi & presbyteri fuerint: quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis) iubentur monogami in clerum eligi. Certè de baptizatis Apostoli sermonem esse, nemo dubitat. Si ergo omnia, quæ in ordinatione quaruntur episcopi, non præiudicant ordinando, licet ea ante baptismum non habuerit: quæritur enim quid sit, & non quid fuerit: quare solum nomen vxoris impediatur, quod solum peccatum non fuit? Dicis: quia peccatum non fuit. iccirco non est dimissum in baptismo. Rem nouam audio: quia peccatum non fuit, in peccatum reputabitur. Omnia scorta, & publicæ colluuiouis sordes, impietas in Deum, patricidium, & incestus in parentes, atque in extraordinarias voluptates vtriusque sexus murata natura, Christi fonte purgantur: vxoris inhærebunt macula, & lupanaria thalamis præferentur? Ego non tibi imputo meretricum exercitus, exoletorum greges, effusionem sanguinis, & instar suis in omni cœno libidinum volutabra: & tu mihi olim mortuam de sepulcro vxorculam protrahis: quam ideo accipi, ne facerem quod fecisti? Audiant ethnici messes Ecclesiæ, de quibus quotidie horrea nostra complentur: audiant catechumeni, qui sunt fidei candidati, ne vxores ducant ante baptismum, ne honesta iungant matrimonia, sed scortorum, & afortorum ritu, ac de Republica Platonis promiscuas vxores, communes liberos habeant: immo caueant qualecumque vocabulum coniugis, ne postquam in Christo crediderint, noccat eis, quod aliquando non concubinas, nec meritricas, sed vxores habuerint. Recolat vnusquisque conscientiam suam, & totius vulnera plangat ætatis: cumque verum iudicem priorum se ex-

hibuerit delictorum, audiat increpantem Iesum: Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Verè scribarum & pharisæorum similes, culicem liquantes, & camelum glutientes, decimamus mentam & anethum, & Dei iudicium prætermittimus. Quid simile vxor, & scortum? Imputatur infelicitas coniugis mortuæ, & libido meretricia coronatur? Ille si prior vxor viueret, aliam non haberet: tu vt passim caninas nuptias iungeres, quid potes excusare? Forsitan timuisse te dicas, ne si matrimonium copulasses, non posses aliquando clericus ordinari. Ille in vxore optauit liberos: tu in meretrice sobolem perdidisti. Illum naturæ & benedictioni Domini seruientem: Crescite & multiplicamini, & replete terram: cubiculorum secreta texerunt: te subantem ad coitum publica facies execrata est. Ille, quod licebat, verecundo pudore celauit: tu quod non licebat, impudenter omnium oculis ingessisti. Illi scriptum est: Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum: tibi legitur: Fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus: & qui corrumpit templum Dei, corrumpet illum Deus. Omnia, inquit, nobis in baptismo condonata sunt crimina: nec post indulgentiam, iudicis est metuenda seueritas, dicente Apostolo: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Omnia peccata donata sunt: bene & fideliter. Sed quero, quo modo tuæ sordes lotæ sint, & mæx munditiæ sordidatæ. Non dico, ais tuas sordidatæ, sed in eodem statu mansisse, quo fuerant. si enim sordes fuissent, lotæ utique fuissent vt mæx. Rogo, quæ est ista tergiuersatio, & acumen omni pistillo recusius? Quia non est peccatum, peccatum est: quia non est sordidum, sordidum est. Non dimisit Dominus, quia non habuit quod dimitteret: & quia non dimisit, iccirco manet, quod dimissum non fuit. Quantam vim habeat baptismum, & aqua in Christo sanctificata gratiam, paululum post docebo: interim iuxta vulgare prouerbium, Malo nodo malus cuneus requirèdus est. Hoc quod dicit, Vnus vxoris virum, potest & aliter differi. Ex Iudeis erat Apostolus. Prima Christi Ecclesia de Israël reliquis congregabatur. Sciebat lege concessum, & exemplo patriarcharum ac Moyse familiari populo nouerat in multis vxoribus liberos spargere: ipsis quoque sacerdotibus huius licentiæ patebat arbitrium. Præcipit ergo ne eandem licentiam Ecclesiæ sibi vindicent sacerdotes, ne bina pariter & trina coniugia sortiantur, sed vt singulas vno tempore vxores habeant. Ne contentiosum clames esse, quod diximus; accipe & aliam explanationem: ne tibi soli liceat non voluntatem legi, sed legem iungere voluntati. Quidam castè interpretantur, vxores pro ecclesiis, viros pro episcopis debere accipi. Et hoc in Nicena quoque synodo à patribus esse decretum, ne de alia ad aliam ecclesiam episcopus transferatur: ne virginalis pauperula societate contempta ditioris adulteræ querat amplexus: vt quo modo culpa & filiorum vitium in λογισμοίς, id est, in cogitationibus, accipitur; domusque dispensatio ad animam refertur, & corpus; ita & vxores pontificum dici ecclesias. De quibus in Esaiâ scriptum est: Mulieres properantes de spectaculo venite: non est enim populus habens intelligentiam. Et rursus: Mulieres diuites, surgite & audite vocem meam. Et in Prouerbiis: Mulierem fortem quis inueniet? Honorabilior est pretiosis lapidibus, quæ talis est. Confidit in ea cor viri sui. Eodem

Matth. 7

Matth. 23

Genes. 2

Hebr. 13

1. Cor. 1

1. Cor. 6

1. Timor. 3

Esaie 17

Esaie 36

Prouet. 11

Tit. 1

eodem volumine: Sapientes mulieres ædificauerunt domum, insipientes autem destruxit manibus. Nec hoc inquam, episcopus videatur indignum: cum de Deo quoque scriptum sit: Sicut despicit vxor virum suum, sic despexit me domus Israël. Et in Apostolo: Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Mulierem autem, id est, *γυναῖκα*, iuxta Græci sermonis ambiguitatem, in his omnibus testimoniis vxorem potius intellige. Violenta est, inquit, & facis dura etiam hæc interpretatio. Redde igitur scripturæ simplicitatem suam, ne tuis contra te legibus dimicemus. Quæram & aliud: Si quis & ante baptismum habuerit concubinam, & illa mortua, baptizatus vxorem duxerit; vtrum clericus fieri debeat, an non? Respondebis, posse fieri; quia concubinam habuerit, non vxorem. Coniugales ergo tabulæ, & iura dotalia, non coitus ab Apostolo condemnantur. Multos videmus, ob nimiam paupertatem, vxorū facinam declinare, & ancillas suas habere pro vxoribus, susceptosque ex his liberos colere vt proprios: qui si fortè ditati ab imperatore stolam illius meruerint, confestim Apostolo colla submittent, & inuiti inter vxores eas recipere cogentur. sin autem principale rescriptum eadem tenuitas in petrare nõ quiuerit, cũ Romanis legibus scita Ecclesiæ mutabuntur. Vide, ne hoc, quod dicitur, vnus vxoris virū, vnus mulieris possit intelligi; vt ad coitum magis referatur, quàm ad dotales tabulas. Hæc vniuersa proferimus, non quo veræ & simplici intelligentiæ resistamus; sed vt doceamus, te scripturas sanctas sic intelligere, vt scriptæ sunt; nec euacuare baptismum Saluatoris, & totum patibuli sacramentum irritum facere.

Reddamus quod paulò antè promissimus; & de schola rhetorum, aquarum laudes & baptismi prædicemus. Rudis mundus, necdum sole rutilante, nec pallente luna, nec astris micantibus, incompotitam & inuisibilem materiam, abyssorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat. Solus Spiritus Dei in aurigæ modum super aquas ferebatur, & nascentem mundum in figura baptismi parturiebat. Inter cælum & terram medium extruitur firmamentum: & iuxta Hebraici sermonis *ἐπιμολοσίαν*, cælū, id est, *שמים* samaim ex aquis sortitur vocabulum: & aquæ, quæ super cælus sunt, in laudes Dei separantur. Vnde & in Ezechiele propheta; Chrystallum super Cherubin videtur extensum, id est, cõpactæ & desiores aquæ. Primum de aquis, quod viuunt, egreditur, & pennatos fideles de terra ad cælum leuat. Fabricatur homo de limo, & inter manus Dei aquarum sacramenta versantur. Plantatur paradysus in Eden, & vnus fons in quattuor principia diuiditur: qui postea egrediens de templo; & contra solis ortum vadens, amaras aquas mortuasque viuificat. Peccat mundus, & sine aquarum diluuiio non purgatur. Statimque columba Spiritus sancti, expulsò alite teterrimo, ita ad Noë, quasi ad Christum, in Iordane deuolat; & ramo refectionis ac luminis, pacem orbi annunciat. Pharao cum exercitu suo, nolens populum Dei exire de Ægypto, in typo baptismatis suffocatur. Et in palmis de interfectione illius scribitur: Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis: tu confregisti capita draconis. Vnde & reguli, & scorpiones arenia quæque sectantur. Et postquam ad aquas venerint, *ὄδρροφός* & lymphaticos faciunt. Mara mutatur sacramento crucis: & septuaginta palmæ Apostolorum, dulcoratis legis gurgitibus irrigantur. Abraham & Isaac puteos fodiant, repugnant Allophyli. Et Bersabee ciuitas

iuramenti, regnumque Salomonis nomen sumit à fontibus. Rebecca inuenitur ad puteum. Rachel propter aquas supplantatoris osculo salatur. Moyses filias sacerdotis Madian aperto puteo ab iniuria vindicat. Præcursor Domini in aquis fontium iuxta Salim, quod interpretatur pax, siue perfectio, Christo populum parat. Ipse Saluator, post baptismum, & sanctificatas suo lauacro Iordanis aquas, regnum cælorum incipit prædicare: primum signum ex aquis facit. Samaritana vocatur ad puteum, sitiens inuita tur ad potum. Nicodemo dicit occultè: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrare eum in regnum cælorum. Quia ab aquis corperat, finiuit in aquis. Latus Christi percutitur lancea, & baptismi atque martyrij pariter sacramenta funduntur. Post resurrectionem mittit Apostolos ad gentes, & præcipit eis, vt baptizent eos in mysterio trinitatis. Pcenitet facti populum Iudæorum, & statim à Petro ad baptismum mittitur. Antequam parturiat, parit Sion, & nascitur gens simul. Paulus, persecutor Ecclesiæ, & lupus rapax Benjamin, Ananiæ ouim submittit caput, nec ante recuperat aspectum, quàm curet baptismum cæcitatem. Eunuchus Candacis reginæ Æthiopum, lectione prophetica, Christi baptismati præparatur. Mutat contra naturam Æthiops pellem suam, & pardus varietates suas. Qui Ioannem acceperant baptismum quia Spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizantur; ne quis putaret gentibus ac Iudæis; aquas sine Spiritu sancto ad salutem posse sufficere. Vox Domini super aquas, Dominus super aquas multas, Dominus diluuium inhabitare facit. Dentes eius sicut grex detonsarum, quæ ascenderūt de lauacro, omnes gemellos habentes fœtus, & infœcunda non est in eis. Si non est infœcunda, nec sterilis, omnes habent vbera lacte rostantia, quæ cum Apostolo possint dicere: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis: & lac vobis potum dedi, non escam. Micheas de baptismi gratia vaticinatur: ipse auertet & miserebitur nostrum; demerget iniquitates nostras, & proniciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quo modo ergo in lauacro omnia peccata merguntur, si vna vxor supernata? Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. Arbitror, quod possumus & nos huic aliquid cantico iungere; Beatus vir, cui non imputabit Dominus vxorem. Audiamus & Ezechielem filium hominis; quo modo de eius virtute pronunciet, qui hominis futurus est filius. Assumam vos de gentibus; & aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris; & dabo vobis cor nouum, spiritum nouum. Ab omnibus, inquit, mundabo vos fordis. In omnibus, nihil prætermittitur. Si fordes emundantur, quanto magis munditiæ non coinquinantur? Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum. In Christo enim Iesu neque circumcisso aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Vnde cantamus canticum nouum: & veterem hominem deposito, non ambulamus in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus. Hic est calculus nouus, cui nouum nomen inscribitur: quod nemo scit legere, nisi qui illud acceperit. Quotquot enim baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem illius baptizati sumus. consepulti enim ei sumus per baptismum in morte: vt quo modo surrexit Christus à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Toties nouitatem legimus, & tamè maculosum nomen vxoris non potest vlla nouitate deleri? Consepulti

Gen. 24. 29

Exodi 2

Ioan. 3

Math. 3. 4
Ioan. 2. 4-7

Ioan. 3
Ioan. 19

Math. 28

Actuum 2

Esaie 66

Act. 9. 8

Actuum 8

Hiere. 13

Actuum 19

Psal. 118
Cant. 6

Galat. 4
1. Cor. 3

Mich. 7

Psal. 35

Ezech. 16

Galat. 3

Esaie 43

Roman. 7

Apoc. 4

Roman. 6

Colof. 2

CAP. 4.

1. Tim. 3

Tit. 1

Leuis. 10
Lucas 11

pulsi sumus Christo in baptisinate, & resurreximus per fidē operationis Dei, qui suscitauit eū à mortuis. Cumq; essemus mortui in delictis, & præputio carnis nostrę, cōiunificauit nos cū illo, donās omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat cōtrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Omnia nostra cū Christo mortua sunt; vniuersa chirographi veteris peccata delera sunt: solum nomen viuuit vxoris? Dies me deficiet, si cuncta, quę ad potentiam baptisimi pertinet, de scripturis sanctis uoluerō digerere, & natiuitatis scēdā, imō in Christo primā, ponere sacramēta.

Antequam dictandi finem faciam, (iam enim intelligo mensuram me excedere epistolę) volo superiora capitula, in quibus futuri episcopi vita describitur, cursum exponere: vt Apostolū non in vnius vxoris elogio, sed in omnibus, quę præcipit, doctorē gentium suscipiamus. Simul obsecro, ne quis me in iugillationem istius temporis sacerdotū scripsisse, quę scripsi, existimet, sed in Ecclesię vtilitatem. Vt enina oratores, & philosophi, describentes, qualem velint esse perfectum oratorem, & philosophum, non faciunt iniuriā Demostheni, & Platoni, sed res ipsas absq; personis definiunt: sic in descriptione episcopi, & in eorum expositione, quę scripta sunt, quasi speculum sacerdotij proponitur. Iam in potestate & conscientia singulorum est, quales se ibi aspiciant: vt vel dolere ad deformitatem, vel gaudere ad pulchritudinē possint. Si quis episcopatū desiderat, bonū opus desiderat. Opus, non dignitatē, laborē, non delicias: opus, per quod humilitate decreseat, nō intumescat fastigio. Oportet ergo episcopum irreprehensibile esse. Id ipsum quoq; ad Titū: Si quis est sine crimine. Omnes virtutes in vno sermone cōprehendit, & pene rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioso verbo reprehensione dignum est: quis est ille, qui absq; peccato, id est sine reprehensione, versetur in hoc mundo? Sed futurus pastor Ecclesię, talis eligitur, ad cuius comparationem rectē grex ceteri nominentur. Definiunt rhetores oratorem, qui sit vir bonus, dicendi peritus. Antē vita, sic lingua irreprehensibilis quæritur, vt doctus meritō suscipiatur. Perdit enim auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur. Vnius vxoris virum: de hoc supra diximus. Nunc hoc tantū admonemus, vt si vnius vxoris vir etiam antē baptismum quæritur, cetera quoq; quę præcepta sunt, autē baptismum requiramus. neque enim competit vniuersa post baptismum, & vnum hoc mandatum intelligere antē baptismum. Sobrium, siue vigilantem: *νψαλλος* quippe vtrumq; significat. Prudentem, ornatum, hospitem, doctorem. Sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum & ficeram bibere; ne in crapula & ebrietate aggrauentur corda eorum; & vt sensus officium exhibens, Deo vigeat semper, & tenuis sit. Quod autem infert, Prudentem, excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. Ornatum quoq; *νψαλλος* est prioris verbi, id est, irreprehensibilis. Qui vitia nō habet, irreprehensibilis appellatur: qui virtutibus pollet, ornatus est. Possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij: Caput est artis decere quod facias. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantę stoliditatis, ac vecordię, vt & in motu, & in incessu, & in habitu, & in sermone communi, risum spectantibus præbeant, & quasi intelligentes quid sit ornatus,

comunt se vestibus, & munditiis corporis, & lautiōris mēte epulas parant: cū omnis istiusmodi ornatus, & cultus, sordibus scēdior sit. Quod autē doctrina à sacerdotibus expetatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titū plenius scribitur, Innocens enim & absq; sermone conuersatio, quantū exēplo prodest, tantum silentio nocet. nā & latratu canū, baculoq; pastoris, luporū rabies deterranda est. Nō vinolentū, non percussorem. Virtutibus vitia opposiuit. Didicimus, quales esse debeamus: discamus quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia scurrarum est, & comessatorum: ventręque mero æstus, cito despumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, viuens mortuus est: ergo, qui inebriatur, & mortuus, & sepultus est. Nō ad vnius horę ebrietatem nudat femora sua, quę per sexcentos annos sobrietate contexerat. Lot per temulentiam, nesciens libidini miscet incestum: & quem Sodoma non vicerat, vna vicerunt. Percussorem autem episcopum ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledictus non remaledixit. Sed modestum. Duobus malis vnum opposuit bonum, vt temulentia & ira, modestia refrenentur. Non litigiosum, non auarū, nihil enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant; & parati semper ad lites, in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Auaritiam in sacerdotē vitandam, & Samuel docet, nihil corā populo eripuisse se cuiquam probans; & Apostolorum paupertas; qui refrigeria sumptuum à fratribus accipiebant, & præter victum, atq; vestitum, nihil se aliud nec habere, nec velle gloriabantur. quam ad Timotheum auaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertissimē notat. Domum suam benē regentem: non vt opes augeant; nō vt regias pareat epulas; nō vt cælatas patinas struat; non vt Phalides aues lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perueniant, & superficiei carnis non dissoluant artificij tēperamento; sed vt, quod populo præcepturus est, prius à domesticis exigit. Filios habentem subditos, cum omni castitate; ne scilicet imitemur filios Eli, qui in vestibulo tēpli cum mulieribus dormiebant; & religionē prædā putantes, quidquid optimū in hostiis erat, in suas delicias conuerrebant. Non neophytū; ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Mirari satis non queo, quę hominū tanta sit cæcitas, de vxoribus ante baptismum disputare, & rem in baptisinate mortuā, immo cum Christo viuificatam, in calumniam trahere, cū tam apertum euidensq; præceptum nemo custodiat. Hæc a techumenus, hodie pontifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, mane in altario: dudum fautor histionum, nunc virginum consecrator. Num ignorabat Apostolus tergiversationes nostras, & argumentorum ineptias nesciebat? Qui dixit, Vnius vxoris virum, ipse mandauit irreprehensibilem, sobrium, prudentē, ornatum, hospitem, doctorem, modestum, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, non auarum, non neophytum. Ad hæc omnia claudimus oculos, solas videmus vxores. Quod autē ait: Ne in superbiam elatus, incidat in iudicium diaboli: quis non exēplo verum probet? Ignorat momentaneus sacerdos humilitatē, & mansuetudinē rusticorū: ignorat blanditias Christianas: nescit se ipsum contēnere: de dignitate trāsferretur ad dignitatē: nō ieiunauit, nō fleuit, nō mores suos sæpe reprehendit, & assidua meditatione corripit: non substantiam pauperibus erogauit. De cathedra quodam modo ducitur ad cathedram, id est, de superbia ad super-

ad superbiam. Iudiciū autem, & ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogancia sit. Incidunt in eam, qui in puncto horæ, necdum discipuli iam magistri sunt. Oporteret autem eum & testimonium habere bonū ab iis, qui foris sunt. Quale principium, talis & clausula. Qui irreprehensibilis est, non solum à domesticis, sed ab alienis consono ore laudatur. Alieni & extra Ecclesiā sunt Iudæi, hæretici, atq; gentiles. Talis ergo sit pontifex Christi, vt qui religioni detrahunt, vitæ eius detrahere non audeant. At nunc plerisque cernimus vel fauorem populi in aurigarum morem pretio redimere, vel tanto omnium hominū odio viuere, vt non extorqueant pecunia, quod mimi impetrant gestibus. Hæc fili Oceane, sollicito timore perquire: hæc magistri ecclesiæ custodire debebunt, hos in sacerdotibus eligēdis canones obseruare, nō iuxta propria odia, & priuatas similtates, carpentemque semper auctorem suum inuidiam, legē Christi interpretari. Vide quantum sit testimonium huius, quem arguunt, mariti, cui præter vinculum coniugale, & hoc ante baptismū, nihil aliud ab æmulis obici potest. Qui præcipit non mœchandum, ipse dicit, & nō occides. Si non mœchamur, sed occidimus, trāsgressores legis sumus. Quia qui totam legem seruauerit, & offenderit in vno, sit omnium reus. Itaque, cum opposuerint nobis vxorem ante baptismum; nos ab eis omnia, quæ post baptismum præcepta sunt, requiramus. Prætereunt, quod non licet; & obiciunt, quod concessum est.

lac. 2.

machus vsurpauit. Nec mirum, si apud Latinos metrum non seruet ad verbum expressa translatio, cum Homerus, eadem lingua versus in prosam, vix cohercat. In alia quoq; epistola Menandri ponit senariū: *θεϊρουσιν ἰθνη χριστὸς ἀομιλῆς περαιῖ*. id est: Corrupit mores bonos colloquia mala. Et apud Athenienses in Martis curia disputans, Aratum testem vocat, ipse enim & genus sumus, quod Græcè dicitur: *τὸ γὰρ τὸ γένος ἐσμέν*. Et est clausula versus heroici. Ac ne parū hoc esset, ductor Christiani exercitus, & orator inuictus, pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei. didicerat enim à vero Dauid, extorquere de manibus hostium gladium, & Goliath superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in Deuteronomio Domini voce præceptum, mulieris captiua radendū caput, supercilia, omnes pilos & vngues corporis amputandos, & sic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum, si & ego sapientiam sæcularem propter eloquij venustatem, & membrorum pulchritudinē, de ancilla atq; captiua Israelitidem facere cupio? & si, quidquid in ea mortuum est idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinū, vel præcido, vel rado; & mixtos purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth? Labor meus in familiam Christi, proficit; stuprum in alienam, auget numerum confessorum. Osee accepit vxorem fornicariam Gomer, filia Debelaim; & nascitur ei de meretrice filius Iezrael, qui vocatur semen Dei. Esaias nouacula acuta barbā, & crura radit peccantiū. Et Ezechiel in typo fornicantis Hierusalem tondet Cæsariem suam: vt quidquid in ea absq; sensu & vita est, auferatur. Cyprianus, vir eloquentia pollens, & martyrio, Firmiano narrante mordetur, eum aduersus Demetrianū scribens testimonis vsus sit prophetarij, & apostolorum, quæ ille ficta & commentitia esse dicebat, & non potius philosophorum & poetarum, quorū auctoritati vt ethnicus contraire non poterat. Scripserunt contra nos Celsus, atq; Porphyrius. priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius, & Apollinarius fortissimè responderunt. quorū Origenes octo scripsit libros: Methodius vsq; ad decem millia procedit versū: Eusebius & Apollinarius viginti quinque & triginta volumina condiderunt. Lege eos, & inuenies nos, comparatione eorum, imperitissimos, & post tanti temporis otium, vix quasi per somniū, quod pueri didicimus, recordari. Iulianus Augustus septem libros, in expeditione Parthica, aduersum Christum euomuit; & iuxta fabulas poetarum, suo se ensē lacerauit. Si contra hunc scribere tentauero; puto interdices mihi, ne rabidum canem, philosophorum & Stoicorū doctrinis, id est, Herculis claua repercutiam: quamquam Nazarenum nostrum, & vt ipse solebat dicere Galilæum, statim in prælio senserit, & mercedem linguæ putidissimæ conto in ilijs perfoissus acceperit. Iosephus, antiquitatem approbans Iudaici populi, duos libros scripsit contra Appionem Alexandrinum grammaticum, & tanta sæcularium profert testimonia, vt mihi miraculum subeat, quo modo vir Hebræus, & ab infantia sacris literis eruditus, cunctam Græcorum bibliothecam euoluerit. Quid loquar de Philone, quem vel alterum, vel secundum Iudæum Platonem critici pronunciant? Curram per singulos. Quadratus, apostolorum discipulus, & Atheniensis pontifex ecclesiæ, nonne Adriano principi, Eleusina sacra inuisenti, librum pro nostra religione tradidit? & tantæ admirationi omnibus fuit, vt persecutionem grauissimam, illius excellens sedaret ingenium. Aristides philosophus, vir eloquentissimus,

1. Cor. 15: 17.

1. Reg. 17: Deut. 21.

Ose 1:

Esa. 7.

Ezech. 5.

HIERONYMVS MAGNO
ORATORI ROMANO.
EPISTOLA LXXXIII.
ARGUMENTVM.

R V FFINVS, quem Calpurnium vocat, magnum quendam oratorem Romanum subornarat, vt quæreret à Hieronymo cur in opusculis suis sæcularium litterarum exempla poneret, & candorem Ecclesiæ, ethnicorum sordibus pollueret. Huic rationem ea de re reddit, & quorū exemplo id faciat, latè ostendit.



EBESIVM nostrum tuis monitis profecisse, non tam epistola tua, quā ipsius pœnitudine didicimus. & mirum in modum, plus correptus placuit, quā errans læserat. Certauerunt inter se indulgentia parentis, & filij pietas; dum alter præretorum nō meminit, alter in futurum quoque officia pollicetur. vnde & mutuo nobis tibiq; gaudendum est: quia nos filiū recipimus, tu discipulum comprobasti. Quod autem quæris in calce epistolæ tuæ, cur in opusculis nostris, sæculariū litterarum interdū ponamus exempla; & candorem Ecclesiæ, ethnicorū sordibus polluamus: responsum breuiter habeto. Numquam hoc quæres, nisi te totum Tullius possideret, si scripturas sanctas legeres, si interpretes earum, omisso Volcatio, euolueres. Quis enim nesciat, & in Moyse, & in prophetarum voluminibus quædam assumpta de gentiliū libris, & Salomonem philosophis Tyri & nōnulla proposuisse, & aliqua respondisse: vnde in exordio Prouerbiorū cōmonet, vt intelligamus sermones prudentiæ, versutialq; verborum, parabolas, & obscurum sermonē, dicta sapientum, & ænigmata, quæ proprie dialecticorum & philosophorum sunt. Sed & Paulus Apostolus Epimenidis poetæ abusus versiculo est, scribēs ad Titū: *Κρητες ἀει ψεύσαι, κακὰ ἐπιπλε, γαστέρες ἀργαί*. id est, Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri, cuius heroici hemistichium postea Calli-

Pron. 1.

Th. 1.

tissimus, eidem principi apologeticum pro Christianis obtulit, contextum philosophorum sententijs: quem imitatus postea Iulianus, & ipse philosophus, Antonino Pio, & filijs eius, senatuiq; librum contra gentiles tradidit, defendens ignominiam crucis, & resurrectione Christi tota predicans libertate. Quid loquat de Melitone, Sardensi episcopo? quid de Apollinario, Hierapolitanae ecclesie sacerdote, Dionysioq; Corinthiorum episcopo, & Taciano, & Bardesane, & Hircano, Photini martyris successore: qui, Origenis haeresi singularu venena, ex quibus philosophorum fontibus emanarunt, multis voluminibus explicarunt: Panæus, Stoicæ secte philosophus ob præcipuæ eruditionis gloriam, à Demetrio, Alexandriae episcopo, missus est in Indiam, vt Christum apud Brachmanas, & illius gentis philosophos predicaret. Clemens, Alexandrinae ecclesie presbyter, meo iudicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stomatium libros, & totidem *ἑποτυπωσεων*, & aliu contra gentes, paedagogi quoq; tria volumina. quid in illis indoctum, immo quid non est media philosophia est? Hunc imitatus Origenes, decem scripsit Stromateas, Christianorum & philosophorum inter se sententias cõparans, & omnia nostræ religionis dogmata de Platone, & Aristotele, Numenio, Cornutoq; confirmans. Scripsit & Milciades contra gætes volumen egregiu. Hippolytus quoq; & Apollonius Romanæ urbis senator, propria opuscula condiderunt. Extant & Iulij Africani libri, qui temporum scripsit historias: & Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, viri apostolicorum lignorum atque virtutu, & Dionysij Alexandrini episcopi: Anatolij quoq; Laodicenæ ecclesie sacerdotis, nec non presbyterorum Pamphili, Pierij, Luciani, Malchionis, Eusebij Casariensis episcopi, & Eustathij Antiocheni, & Athanasij Alexandrini: Eusebij quoq; Emiseni, & Triphillij Cyprij & Asterij Scithopolitæ, & Serapionis confessoris: Titi quoq; Bostresis episcopi: Cappadociq; Basilij, Gregorij, & Amphilochij: qui omnes intantum philosophoru doctrinis atq; sententijs suos referciunt libros: vt nescias quid in illis primu admirari debeas, eruditione seculi, an scientiam scripturarum. Venia ad Latinos. Quid Tertulliano eruditius, quid acutius? Apologeticus eius & cõtra gætes libri cuncta seculi continent disciplinam. Minutius Felix caufidicus Romani fori, in libro, cui titulus Octavius est, & in altero contra mathematicos, si tamen inscriptio non mentitur auctorem, quid gentilium scripturaru dimisit intactum? Septem libros aduersus gentes Arnobius edidit, totidemq; discipulus eius Lactantius, qui de ira quoq; & officio Dei duo volumina condidit: quos si legere volueris, dialogorum Ciceronis in eis *ἑποτυπων* reperies. Victorino martyri in libris suis licet desit eruditio, tamen non deest eruditionis voluntas. Cyprianus, quod idola dii non sint, qua breuitate, qua historiarum omnium scientia, quoru verborum & sensuum splendore perstrinxit? Hilarius meorum confessor temporum & episcopus, duodecim Quintilianii libros & stylo imitatus est, & numero: breuiq; libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in litteris possit, ostendit. Iuuenus presbyter, sub Cõstantino historiam Domini saluatoris versibus explicauit: nec pertinuit Euagelij maiclatæ sub metri leges mittere. De cæteris vel mortuis vel viuentibus taceo: quorum in scriptis suis & vires manifestæ sunt, & voluntas. Nec statim praua opinione fallaris contra gentes hoc esse licitum in alijs disputationibus dissimulandum, quia omnes pene omnium libri, exceptis ijs, qui cum Epicuro litteras

nõ didicerunt, eruditionis doctrinaq; plenissimi sunt. Quamquam ego illud magis reor, quod dictanti venit in mentem, non te ignorare quod semper à doctis viris vsurpatum est, sed per te mihi proponi ab alio quæstionem, qui forte, propter amorem historiarum Sallustij, Calpurnius cognomento Lanarius sit, cui, quæso, vt suadeas, ne vescentium dentibus edentulus inuideat; & oculos caprearum talpa contemnat. Diues, vt cernis, ad disputandum materia, sed iam epistolæ angustia finienda est.

HIERONYMVS EVAGRIO.

EPISTOLA LXXXV.

ARGVMENTVM.

INVEHITVR in quendam, qui Diaconos Presbyteris anteferebat, & vt hoc magis coarguat, Presbyteros cum Episcopis eisdem facit, verum est autem, quod in Episcopo Presbyter continetur, sed non contra.



EGIMVS in Esaiâ: Fatuus fatua loquetur. Audio quendam in tantam Esa: 34 erupisse vecordia, vt diaconos presbyteris, id est, episcopis antefereat. Nam cum Apostolus perspicue doceat, eisdem esse presbyteros, quos Ad. 6.

& episcopos: quis patiatur mensarum & viduaru minister, vt supra eos se tumidus effeiat, ad quoru preces Christi corpus sanguisq; conficitur? Quæris auctoritatem? Audi testimoniu. Paulus & Timotheus, serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis, & diaconis. Vis Philip. 1. Act. 20. aliud exemplum? In Actibus Apostolorum, ad vnus ecclesie sacerdotis ita Paulus loquitur, Attédite vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, vt regeretis Ecclesiam Domini, quam acquisiuit sanguine suo. Ac, ne quis contentiose in vna Ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimoniu, in quo manifestissimè comprobatur, eundem esse episcopum, atque presbyteru. Propter hoc reliqui te Cretæ, vt, quæ decrant, corrigeres, Tit. 1. & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi madaui. Si quis est sine crimine, vnus vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut nõ subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem. Et ad Timotheu. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est prophetiæ, per impositionem manuum presbyterij. Sed & Petrus in prima epistola, Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter, & testis passionu Christi & futuræ gloriæ, quæ reuelanda est, particeps, regere gregem Christi, & inspicere non ex necessitate, sed voluntariè iuxta Deum, quod quidem Græcè significatius dicitur *ἐπισκοποῦντες*, id est, superintendentes: vnde & nomen episcopi tractu est. Parua tibi videntur tantoru virorum testimonia: Clangat tuba euangelica, filius tonitru, quem Iesus amauit plurimum: Marc. 5. Ioan. 2. 1. Ioan. 11. qui de pectore Saluatoris doctrinaru fluentia potauit: Presbyter electæ dominæ & filijs eius, quos ego diligo in veritate. Et in alia epistola: Presbyter Caio carissimo, quæ ego diligo in veritate. Quod autem postea vnus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est: ne vnusquisq; ad se trahes Ecclesiam imperet. Nam & Alexandria à Marco euagelista vsq; ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum, in exceliori gradu collocatum, episcopu nominabant: quo modo si exercitus imperatorem faciat; aut diaconi eligant de se, quæ industriam nouerint, & archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordina-

tionem,

riore, episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romanae urbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est. Et Gallia, & Britannia, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbarae nationes unum Christum adorant, unam obseruant regulam veritatis. Si auctoritas quaeritur, orbis maior est urbe. Vbiq; fuerit episcopus, siue Romae, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriae, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiore, vel inferiore episcopum non facit. Caeterum omnes apostolorum successores sunt. Sed dicis, quomodo Romae ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? quid mihi profers unius urbis consuetudinem? quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges Ecclesiae, vindicas? Omne, quod rari est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contempribiles facit. Caeterum etiam in ecclesia Romanae presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbrescentibus vitijs, inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiuijs benedictiones presbyteris dare. Discat, qui hoc faciunt, non se recte facere, & audiatur apostolos: Non est dignum, ut relinquas verbum Dei, ministrum mensis. Sciatur quare diaconi constituti sint. Legant Acta apostolorum, recordentur conditionis suae. Presbyter & episcopus aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur; quia in episcopo & presbyter continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinatur diaconus, ut presbyter minor diacono comprobetur, in quem crescit ex paruo: aut, si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. Et, ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de veteri testamento; quod Aaron, & filij eius, atque leuitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi, & presbyteri, & diaconi vindicent in ecclesia.

Ad 6.

Tit. 1. Tim. 3.

Leuit. 8. Num. 3. 1. Par. 9. 2.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

EPISTOLA LXXXVI.

ARGVMENTVM.

UT in vertendis graecorum Patrum libris, & non in transferendis ex Hebraeo Biblijs, labore, Hieronymum hortatur, quaeritque ab eo, quo modo mendacium in scripturis, quod nusquam licet, admittere videatur, cum Paulum coarguentem Petrum, dispensatorie finxisse alicubi scripserit, & postquam per Profuturum, quem ad eum mittit, se alia, quae litteris committi nequeant, percunctaturum, auditorumque asserit, libros quosdam suos ut legat, ac fraternam seueritatem emendet, postremo rogat.



NVMQVAM aequè quisquam tam facile cuiuslibet facie innotuit, quam mihi tuorum in Domino studiorum quieta laetitia, & verè exercitatio liberalis. Quamquam ergo percipiam omnino te nosse, tamen exiguum quoddam tui munus habeo, praesentiam videlicet corporis: quam ipsam etià postea quam te beatissimus nunc episcopus, tunc verò iam episcopatu dignus, frater Alipius vidit, remeansque à me visus est, negare non possum, magna ex parte mihi esse relatu eius impressam: & ante reditum cum te ille ibi videbat, & ego videbam, sed oculis eius non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, concordia duntaxat & familiaritate fidissima, non meritis, quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus communionem

spiritus, quo in unum nescimur, deinde illius ex ore iam diligis, nequaquam impudenter, quasi aliquis ignotus, commendo germanitati tuae fratrem Profuturum, quem nostris conatibus, deinde adiutorio tuo verè profuturum speramus: nisi forte, quod talis est, ut ipse tibi per eum siam commendator, quam ille per me. Haecenus fortasse scribere debueram, si esse vellem epistolarum solemni more conterus: sed scater animus in loquelas communicandas tecum de studijs nostris, quae habemus in Christo Iesu domino nostro: qui nobis multas utilitates & viatica quaedam demonstrauit itineris, & iam per tuam caritatem non mediocriter ministrare dignatur. Petimus ergo, & nobiscum petit omnis Africanarum ecclesiarum studiosa societas, ut in interpretandis eorum libris, qui Graecè scripturas nostras quam optimè tractauerunt, curam atque operam impendere non graueris. Potes enim efficere, ut nos quoque habeamus illos tales viros, & unum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas. De vertendis autem in linguam Latinam sanctis litteris canonicis labore te nollem, nisi eo modo quo Iob interpretatus est: ut, signis adhibitis quid inter hanc tuam & septuaginta, quorum est grauissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebraicis litteris & exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes, illius linguae peritissimos, fugerit. Omitto enim Septuaginta; de quorum vel consilij, vel maiore spiritus concordia, quasi vnus homo esset, non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis praeminentem auctoritatem in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo. Illi me plus mouent, qui cum posterioribus interpretarentur, & verborum locutionumque Hebraearum viam atque regulas mordicus, ut fertur, tenerent, non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa, quae tanto post eruenda & prodenda remanent. si enim obscura sunt; te quoque in illis falli potuisse creditur. si autem manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur. Huius igitur rei pro tua caritate expositis causis, certum me facias obsecrauerim. Legi etià quaedam scripta, quae tua dicerentur, in epistolis Apostoli Pauli: quarum vnàm ad Galatas cum enodare velles; venit in manus locus ille, quo Apostolus Petrus à perniciose simulatione reuocatur. Ibi patrociniū mendacij susceptum esse vel abs te tali viro, vel à quopiam, si alius illa scripsit, fateor non mediocriter doleo, donec refellantur: si forte refelli possunt ea, quae me mouent. Mihi enim videtur exitiosissime credi, aliquid in sanctis libris haberi mendacium; id est eos homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est, atque conscripta, aliquid in suis libris fuisse mentitos. Alia quippe quaestio est, sit ne aliquando mentiri viri boni: & alia quaestio est, utrum scriptorū sanctarum scripturarum mentiri oportuerit: immo verò non alia, sed nulla est quaestio. admissio enim semel in tantum auctoritatis fastigiū officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non, ut cuique videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur. Si enim mentiebatur Apostolus Paulus, cum Apostolum Petrum obiurgans diceret: Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter & non Iudaicè viuus, quemadmodum cogis gentes Iudaizare? Et rectè illi videbatur Petrus fecisse, quem non rectè fecisse, & dixit, & scripsit: ut quasi animos tumultuantium deliniret. Quid respondebimus, cum exurrexerint peruersi homines, prohibentes nuptias, quos futuros ipse praenunciauit,

Gal. 2.

2. Tim 4.
2. Cor. 7.

1. Cor. 15.

& dixerint, totum illud, quod idē Apostolus de matrimonio iure fitando locutus est, propter homines, qui dilectioni coniugum tumultuari poterāt, fuisse mentitum; scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum placaretur aduersitas: Non enim opus est multa commemorare. Possunt enim videri etiam de laudibus Dei esse officiosa mendacia, ut apud homines pigriores dilectio eius ardeat: atque ita nunquam certa erit in sanctis litteris casta veritatis auctoritas. Nonne attendimus, eundem Apostolum cum ingenti cura veritatis commendandae dicere: Si autē Christus non resurrexit, inanis est praedicationis nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei: quia testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauit Christum, quem non suscitauit. Si quis huic diceret, quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris, quod etiam si falsum sit, ad laudem Dei maximē pertinet? Nonne huius detestatus infamiam, quibus posset verbis & significationibus in lucem penetrata sui cordis aperire: clamans non minore, aut fortasse etiam maiore scelere in Deo laudari falsitatem, quam veritatem vituperari? Agendum est igitur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris tam sancte & veraciter aestimet, ut nolit aliqua eorum parte doletari per officiosa mendacia: potiusque id, quod non intelligit, transeat, quam cor suum praeferrat veritati. Profecto enim, cum hoc dicit, credi sibi expetit, & id agit, ut diuinarum scripturarum auctoritatibus non credamus. Et ego quidem qualibuscumque viribus, quas Dominus suggerit, omnia illa testimonia, quae adhibita sunt, astruendae utilitati mendaciarum, aliter oportere intelligi ostenderem: ut ubique eorum firma veritas doceretur. quam enim testimonia mendacia esse non debent, tam non debent fauere mendacio. Sed hoc intelligentiae tuae relinquo. ad mora enim lectionis diligentiori consideratione, multo id fortasse facilius videbis, quam ego. Ad hanc autem considerationem cogit te pietas, qua cognoscis fluctuare auctoritatem scripturarum diuinarum; ut in eis, quod vult, quisque credat, quod non vult, non credat, si semel fuerit persuasum, aliqua ratione illos viros, per quos nobis haec ministrata sunt, in scripturis suis officiosae potuisse mentiri: nisi forte regulas quasdam daturus es, quibus nouerimus, ubi oportet mentiri, & ubi non oporteat. quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubiisque rationibus id explices, quae so. Nec me onerosum, aut impudentem iudices, per humanitatem veracissimam Domini nostri, nam, ut non dicam nulla, certe non magna culpa, meus error veritati fauet: si recte in te veritas potest fauere mendacio. Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem, & de Christiano studio conferre: sed huic desiderio meo nulla epistola satis est. vberius id ipsum possum per fratrem Profuturum: quem miscendum, & alendum dulcibus atque vilibus sermocationibus tuis misisse me gaudeo. Et tamen quantum vellem, si forsitan capit: quamquam in nihilo me illi praetulerim. Ego enim me fateor tui capaciorem, sed ipsum video fieri pleniorum, quo me sine dubitatione antecellit, & posteaquam redierit, quod Domino adiuuante, prosperato fiat cursu, cum eius peccatoris abs te cumulati particeps fuero, non est implendus, quod in me adhuc vacuum erit, atque auidum sensuum tuorum. ita fiet, ut & ego etiam tunc egenior sim, ille copiosior. Sane idem frater aliqua scripta nostra fert secum: quibus legedis si dignationem adhibueris, etiam sinceram fraternamque seueritatem

adhibeas quae so. non enim aliter intelligo, quod scriptum est: Emēdabit me iustus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: nisi quia magis amat obiurgator sanas, quam adulator vnguens caput. Ego autem difficillimē bonus iudex lego quod scripserim, sed aut timidius recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea: sed ea malo audire à melioribus: ne, cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticolosam mihi videar in me potius, quam iustam tulisse sententiam.

AVGVSTINVS HIERONYMO

EPISTOLA LXXXVII.

ARGVMENTVM.

AGIT gratias quod ei rescribere dignatus sit; quareque cur librum de scriptoribus ecclesiasticis epitaphium (quod ex fama audierat) appellaret; & quo modo mendacium in scripturis sacris recipiat, cum dixerit Paulum in coarguendo Petro simulasse, rursus, eam sententiam taxando, percutatur. Postremo quae sint Origenis, caeterorumque hereticorum errata, cum id in catalogo non fecerit, ut alio, dum vacat, explicet libro, orat.



ABEO gratiam, quod, pro subscrupta salutatione, mihi plenam epistolam reddidisti, sed breuiorem multo quam ex te vellem suscipere, tali viro: à quo, tempora quantalibet occupet, nullus sermo prolixus est.

Quamquam itaque nos negotiorum alienorum, eorumque secularium, curis circumstemur ingentibus: tamen epistolae tuae breuitati facile non ignoscerem, nisi cogitarem, quam paucioribus verbis meis redderetur. Quare aggredere, quae so istam nobiscum litterariam colloquutionem; ne multum ad nos distungendos liceat absentiae corporali: quamquam simus in Domino spiritus unitate coniuncti, etiam si ab stylo quiescamus, atque taceamus. Et libri quidem, quos de horreo Dominico elaborasti, penè totū nobis te exhibent. si enim propterea te non nouimus, quia faciem corporis tui non vidimus: hoc modo nec ipse te nosti: nam tu quoque non vides eam. si autem tibi non ob aliud notus es, nisi quia nosti animum tuum: & nos eum non mediocriter nouimus in litteris tuis in quibus benedicimus Domino, quod tibi, & nobis, omnibusque fratribus, qui tua legunt, te talem dedit. Liber quidam tuus inter caetera, nō diu est, quod venit in manus nostras: quae sit eius inscriptio, nescimus adhuc. non enim hoc codex ipse, ut assolet, in liminari pagina praeterebat. epitaphium tamē appellari dicebat frater, apud quem inuentus est: quod ei nomē tibi placuisse ut inderetur crederemus, si eorum tantum hominum vel vitas, vel scripta ibi legissemus, qui iam defuncti essent. cum verò multorum & eo tempore, quo scribebatur, & nunc usque viuentium, ibi commemorentur opuscula: miramur, cur hūc ei titulum vel imposueris, vel imposuisse credaris. tamen vtiliter à te conscriptum eundem librum satis approbamus. In expositione quoque epistolae Pauli Apostoli ad Galatas inuenimus aliquid, quod nos multum moueat. Si enim ad scripturas sanctas admessa fuerint officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis? quae tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosae falsitatis subruatur improbitas? statim enim ut protuleris: si aliter sapit, qui contra nititur, dicit illud, quod prolatum erit, honesto aliquo officio scriptorem fuisse mentitum. Vbi enim hoc non poterit: si poterit in ca

narratione,

Gal. 1. narratione, qua exorsus Apostolus, ait: Quæ aut scribo vobis: ecce coram Deo quia non mentior: credi affirmatiq̄ue mentitus, eo loco ubi dixit de Petro & Barnaba: Cum viderem, quia non rectè ingrediebatur ad veritatē euangeliij: Si enim rectè ingrediebatur illi, iste mentitus est: si autem ibi mentitus est, ubi verum dixit? An ibi verum dixisse videbitur, ubi hoc dixerit, quod lector sapit? Cum verò contra sensum lectoris aliquid occurrerit, officioso mendacio deputabitur: Non enim deesse poterunt causæ, cur existimetur, non solum poruisse, verum etiã debuisse mentiri, si huic regulæ conceditur locus. Nō opus est hanc causam multis verbis agere, præsertim apud te, cui sapienter prouidenti dictum est satis. Nequaquam verò mihi arrogauerim, vt ingenium tuum, diuino dono aureū, meis obolis ditare contēdam: nec est quisquā te magis idoneus, qui opus illud emendet. Neq̄ enim à me docēdus es, quo modo intelligatur, quod idem dicit: Factus sum Iudæis tamquā Iudæus, vt Iudæos lucrifacerē: & cætera, quæ ibi dicuntur cōpatione misericordiam, nō simulatione fallacię. Fit enim tamquam ægrotus, qui ministrat ægrotis, non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat, quemadmodum sibi seruire velle, si ipse ægrotaret. nam vtique Iudæus erat, Christianus autem factus, non Iudæorum sacramenta reliquerat, quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore, quo oportebat, acceperat. sed ideo susceperat ea celebranda, cum iam Christi esset apostolus: vt doceret non esse perniciosā ijs, qui ea vellēt, sicut à parentibus per legem acceperant, custodire, etiam cum in Christo credidissent: non tamen in eis iam constituerant sp̄s salutis, quoniam per dominum Iesum salus ipsa, quæ ipsi sacramentis significabatur, aduenerat. Ideoque gentibus, quod infuetos à fide reuocarent onera graua & non necessaria, nullo modo imponenda esse censēbat. Quapropter non ideo Petrum emendauit, quod paternas traditiones obseruaret: quod si facere vellet, nec mēdaciter, nec incongruē faceret: quamuis enim iam superflua, tamen solita non nocerent: sed quoniam gentes cogebat Iudaizare: quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tamquam adhuc etiã post Domini aduentū necessaria salutis forent: quod vehementer per Apostolatū Pauli veritas dissuasit. Nec Apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat, timens eos, qui ex circūcisione erant. Itaq̄, & ipse verè correctus est: & Paulus vera narrauit: ne sancta scriptura, quæ ad fidem posteris edita est, admissa auctoritate mendaci, tota dubia nutet, ac fluctuet. Nō enim potest aut oportet litteris explicari, quanta & quàm inexplicabilia mala consequantur, si hoc concesserimus. posset autem oportuē minusq̄, periculose demonstrari, si coram inter nos colloqueremur. Hoc ergo Iudæorum Paulus dimiserat, quod malum habebant: & in primis illud, quod ignorantes Dei iustitiam, & suam iustitiam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Deinde quod post passionem & resurrectionem Christi, dato ac manifestato sacramento gratiæ, secundū ordinem Melchisedek, adhuc putabant vetera sacramenta, non ex consuetudine solemnitate, sed ex necessitate salutis, esse celebranda: quæ tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuose atq̄, inaniter pro eis Machabæi martyres fierent. Postremò illud, quod prædicatores gratiæ Christianos Iudæi tamquam hostes legis perfequebatur. Hos itaq̄, atque huiusmodi errores, & vitia, dicit se damnare, & vt stercorea arbitrati: vt Christum lucrifaceret, non obseruationes legis, si more patrio celebrarentur: sicut & ab ipso celebratæ sunt,

sine vlla salutis necessitate, non sicut Iudæi celebrandas putabant; aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat. Nam si propterea illa sacramenta celebrauit, quia simulauit se Iudæum, vt illos lucrifaceret: cur non etiam sacrificauit cum gentibus: quia & iis, qui sine lege erant, tamquā sine lege factus est, vt eos quoq̄, lucrifaceret: nisi quia & illud fecit, vt natura Iudæus; & hoc totum dixit, non vt fallaciter se fingeret esse quod non erat, sed vt misericorditer eis ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eodē errore laborare, nō scilicet mentientis astu, sed compatiens affectu? Sicut eo ipso loco generaliter intulit: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: vt sequens conclusio, Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, ad hæc referenda intelligatur, vt cuiusq̄, infirmitatem tamquam in se ipso miseratus appareat. Non enim & cum diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? infirmitatē alterius simulasse potius, quā doluisse, volebat intelligi. Quare arripe, obsecro te, ingenuam, & verè Christianam cum caritate seueritatem, ad illud opus corrigendū, atque emendandum; & *παλινοδῖαν*, vt dicitur, cane. Incomparabiliter enim pulchrior est veritas Christianorum, quàm Helena Græcorum. pro ista enim fortius nostri martyres aduersus hanc Sodomam, quā pro illa illi heroes aduersus Troiam, dimicauerunt. Neque ego hoc ideo dico, vt oculos cordis recipias: quos absit vt amiseris: sed vt aduertas: quos cum habeas sanos & vigiles, nescio, qua dissimulatione auertisti; vt non intenderes quæ cōsequantur aduersa; si semel creditum fuerit posse honestè atque piè scriptores diuinorum librorum in aliqua sui operis parte mentiri. Scripseram iam hinc aliquando ad te epistolam, quæ non perlata est: quia nec is perrexit, cui perferendam tradideram. ex qua illud mihi fuggestum est, cum ista distarem, quod in hac quoque prætermittere non debui: vt si alia est sententia tua, eademq̄, est melior, timori meo libenter ignoscas. Si enim aliter sentis, verumq̄, tu sentis: nam nisi verum sit, melius esse non potest: vt non dicam nulla, certè non magna culpa, meus error veritati fauet: si rectè in quoquā veritas potest fauere mendacio. De Origene autē quod rescribere dignatus es: iam scribebā non tantū in ecclesiasticis litteris, sed in omnibus recta, & vera, quæ inuenimus, approbare, atq̄, laudare, falsa verò & praua improbare, atque reprehendere. Sed illud de prudentia doctrināq̄, tua desiderabam, & adhuc desidero, vt nota nobis facias ea ipsa eius errata, quibus à fide veritatis ille vir tātus recessisse conuincitur. In libro etiam, quo vinctos, quorū meminisse potuisti, scriptores ecclesiasticos, & eorum scripta commemorasti, commodius, vt arbitror fieret, si nominatis eis, quos hæresiarchas esse nosti (quando ne ipsos quidem prætermittere volueris) subiungeres etiã, in quibus cauendi essent: quamquā nonnullos etiam prætermiseris: quod scire cuperem, quo consilio factum sit. Aut si illud volumen forte onerare noluisti, vt commemoratis hæreticis, nō adderes, in quibus eos catholica damnarit auctoritas: quæ so ne graue sit litterario labori tuo, quo non mediocriter per Domini nostri gratiā in Latina lingua sanctorum studia & accendisti, & adiuuisti, id quod tibi per humilitatem meam fraterna caritas indicit, vt si occupationes tuæ sinunt, omnium hæreticorū peruersa dogmata, qui rectitudinem fidei Christianę vsque ad hoc tempus vel imprudentia, vel imperitia, vel perniciatā deprauare conati sunt, vno libello breuiter digesta edas, in notitiam eorum, quibus aut nō vacat propter alia negotia, aut non valent propter

1. Cor. 9.

ad. 15.

Rom. 10.

2 Mach. 6. 7.

Philipp. 3.

1. Cor. 9.

2. Cor. 13.

alienam linguam tam multa legere, atque cognoscere. Diu te rogare, nisi hoc toleret esse indicium minus de caritate præsumptis. Hunc interea fratrem nostrum in Christo Paulum multum commendo benignitati tuæ: cuius in nostris regionibus existimationi bonum coram Deo testimonium perhibemus.

AVGVSTINVS HIERONYMO

EPISTOLA LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

CVM Hieronymus ad duas eius litteras nõ rescripisset, responsum petit: nouum testamentum, quod è græco translulerit, laudat, idẽ fieri in veteri, vt ex hebræo transferat fonte, minime probans: narratque tumultum quendam in ecclesia alicubi excitatum, ob vnam à Hieronymo commutatam voculam.



EX quo cœpi ad te scribere, ac tua scripta desiderare, numquam mihi melior occurrit occasio, quã vt per Dei seruum, ac ministrum fidelissimum, mihiq; carissimum, mea tibi afferretur epistola, qualis est filius noster Cyprianus diaconus. per hunc certè ita spero litteras tuas, vt certius in hoc rerum genere quiquam sperare non possim. nam nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit, nec gratia in promerendis, nec diligentia in custodiendis, nec alacritas in perferendis, nec fides in reddendis: tantum, si aliquo modo mereat, adiuuet Dominus, & adsit cordi tuo, & desiderio meo: vt fraternam voluntatem nulla maior voluntas impediatur. Quia ergo duas iam epistolas misisti, nullam autem tuam postea recepi: casum ipsas rursum mittere volui, credens eas ad te non peruenisse: quod si & peruenerunt, aut fortasse tuæ potius ad me minime peruenire potuerunt: ea ipsa scripta, quæ iam misisti iterum mitte, si forte reseruata sunt: sin minus, rursus dicta quod legam: dum tamen his respondere non graueris: quod iam diu est, vt expecto primas etiam, quas ad te adhuc præbyter litteras præparaueram mittendas per quendam fratrem nostrum Profuturum, qui postea nobis collega factus, iam ex hac vita migravit: nec eas tunc ipse perferre potuit: quia continuo, dum proficisci disponit, episcopatus sarcina detentus, ac deinde in breui defunctus est, etiam nunc mittere volui: vt scias, in tua colloquia quàm olim inardescam; & quàm vim patiar, quod à me tam longe absunt sensus corporis tui, per quos adire possit ad animum tuum animus meus, mihi frater dulcissime, & in Domini membris honorande. In hac autẽ epistola hoc addo, quod postea didicimus, ex Hebræo Iob à te interpretatum, cùm iam quandam haberemus interpretationẽ tuam eiusdem prophete ex Græco cloquio versam in Latinum: vbi tamen asteriscis notasti, quæ in Hebræo sunt, & in Græco defunt, obeliscis autem, quæ in Græco inueniuntur, & in Hebræo non sunt, tam mirabili diligentia, vt quibusdam in locis ad singula verba singulas stellas videamus, significantes eadem verba esse in Hebræo, in Græco autem non esse. Porro in hac posteriore interpretatione, quæ versa est ex Hebræo, nõ eadem verborum fides occurrit. Nec parum turbat cogitantem, vel cur in illa prima tanta diligentia figantur asterisci, vt minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus Græcis, quæ sunt in Hebræis: vel cur in hac altera, quæ ex Hebræis est, negligẽtius hoc curatum sit, vt non eadem particula locis suis inuenirentur. Aliquid inde exempli gratia volui ponere: sed mihi ad horam codex defuit, qui ex He-

bræo est. Verumtamen, quia præuolus ingenio, non solum quid dixerim, verum etiam quid dicere voluerim, satis, vt opinor, intelligis; vt causa reddita, quod mouet edisseras. Ego sane te mallem Græcas potius canonicas nobis interpretari scripturas, quæ Septuaginta interpretum auctoritate perhibentur. Perdurum enim erit, si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius cœperit lectitari, quod à Græcis ecclesijs Latinæ ecclesie dissonabunt, maxime quia facile contradictor conuincetur, Græco prolo libro, id est linguæ notissimæ. Quisquis autem in eo, quod ex Hebræo translaturum est, aliquo insolito per motus fuerit, & falsi crimen intenderit; aut vix, aut numquam ad Hebræa testimonia peruenitur, quibus defendatur obiectum. quod si etiam peruertum fuerit, tot Latinas & Græcas auctoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam consulti Hebræi possunt aliud respondere: vt tu solus necessarius videaris, qui etiam ipsos possis conuincere: sed tamen, qui iudicet, mirum si potueris inuenire. nã quidam frater noster episcopus, cum lectitari instituisset in ecclesia, cui præest, interpretationẽ tuam, mouit quidam longe aliter abs te positum apud Ionã prophetam, quàm erat omnium sensibus memoriæq; inuenteratum, & tot ætatum successionebus decantatum: factusq; est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus, & in clamantibus calumniam falsitatis, vt cogeret episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. vtrum autem illi imperitia, an malitia hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant. quid plura? coactus est homo velut mendositatem corrigere, volens, post magnum periculum, non remanere sine plebe. Vnde etiã nobis videtur, aliquando te quoq; in nonnullis falli potuisse. Et vide, hoc quale sit, in eis litteris, quæ nõ possunt collatis vitarum linguarum testimonijs emendari. Proinde nõ paruas Deo gratias agimus de opere tuo, quod euangelium ex Græco interpretatus es: quia pene in omnibus nulla offensus est, cum scripturam Græcã contulerimus. Vnde, si quisquam veteri falsitati contentiosus fuerit, prolatis collatisq; codicibus, vel docetur facillimè, vel refellitur. Et si quædam rarissima merito mouent, quis tam durus est, qui labori tam vtili non facile ignoscat, cui vicem laudis referre non sufficit: Quid tibi autem videatur, cur in multis aliter se habeat Hebræorum codicum auctoritas, aliter Græcorum, quæ dicitur Septuaginta, vellem dignareris aperire. neque enim paruus pondus habet illa, quæ sic meruit diffamari, & qua vios apostolos, non solum res ipsa indicat, sed etiam te attestatũ esse meminim. ac per hoc plurimum profueris, si eam scripturam Græcã, quam Septuaginta interpretati sunt, Latinæ veritati reddideris: quæ in diuersis codicibus ita varia est, vt tolerari vix possit, & ita suspecta, ne in Græco aliud inueniatur, vt inde aliquid proferri, aut probari dubitetur. Breuem putabam futuram hanc epistolam: sed nescio quo modo ita mihi dulce factum est in ea progredi, ac si tecum loquerer. Sed obsecro te per Dominum, ne te pigeat ad omnia respondere, & præstare mihi, quantum potueris præsentiam tuam.

HIERONYMVS AVGVSTINO

EPISTOLA LXXXIX.

ARGVMENTVM.

RESPONDENS tandẽ Hieronymus ad superiores Augustini epistolas, postquam, quænam sit catalogi inscriptio, docuit,

docuit, suam de Petri simulatione sententiam, prout locum illum ad Galatas exposuerat, mordicus tueretur, asserens non solum Petrum, sed ipsum etiam Paulum, ob salutem, illum Iudeorum, hunc gentium aequaliter finxisse; Augustini que expositionem aliam, veluti Iudeorum legem ad tempus seruandam scripserit, reprehendit. Translationis Bibliorum, cum signis, aut sine, quæ sit, rationem reddit. & quod post l. x. interpretes sua ex Hebræo versio superflua non sit, eodem Augustinum reuincens syllogismo, docet. Postremò cur apud Ionam hederam pro cucurbita verterit, ex Plantæ similitudine monstrat.

CAP. I.



RES simul epistolas, immo libellos per diaconum Cyprianum tuæ dignationis accepi, diuersas, vt tu nominas; quæstiones, vt ego sentio, reprehensiones opusculorum meorum continentes. ad quas si respondere voluero, libri magnitudine opus erit. tamē conabor quātum facere possum, modum non egredi longioris epistolæ, & festināti fratri moram non facere: qui ante triduum, quāam profecturus erat, à me epistolas flagitauit: vt pene in procinctu hæc, qualiaciq; sunt, effutire compellar, & tumultuario respondere sermone, non maturitate scribentis, sed dictantis temeritate: quæ plerumque non in doctrinam, sed in casum vertitur: vt fortissimos quoq; milites subita bella conturbant: & ante coguntur fugere, quāam possint arma corripere. Caterum nostra armatura Christus est, & Apostoli Pauli institutio, qui scribit ad Ephesios: Assumite arma Dei, vt possitis resistere in die malo. Et rursum: State succinēti lūbos vestros in veritate, & induti lorica m iustitiæ; & calciati pedes in præparationem euangelij pacis: super omnia accipiētes scutum fidei, in quo possitis vniuersa tela maligni ignita extinguere: & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. His quondam telis rex Dauid armatus procedebat ad prælium: & quinque lapides de torrente accipiens leuigatos, nihil asperitatis & sordium inter huius sæculi turbines, in sensibus suis esse monstrabat: bibens de torrente in via: & iccirco exaltauit caput: & superbissimum Goliath suo potissimum mucrone truncauit, percutionis in fronte blasphemum, & in ea parte corporis vulnerans, in qua & præsumptor sacerdotij Ozias lepra percuitur, & sanctus gloriatur in Domino dicēs: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Dicamus igitur & nos: Paratū cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo: vt in nobis possit impleri: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Et Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Te quoq; hoc ipsum orare non dubito, vt inter nos contententes veritas superet. nō enim tuam quæris gloriam, sed Christi. Cumq; tu viceris, & ego vincam, si meum errorem intellexero: & econtrariò, me vincente, tu superas: quia non filij parentibus, sed parentes filijs thesaurizant. Et in Paralipomenon libro legimus, quod filij Israel ad pugnandum procefferint mente pacifica: inter ipsos quoque gladios, & effusiones sanguinis, & cadauera prostratorum, non suam sed pacis victoriam cogitantes. Respondeamus igitur ad omnia; ac multiplices quæstiones, si Christus iusserit, breui sermone soluamus. Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput: taceo de blanditijs, quibus reprehensionem meam niteris consolari: ad ipsas causas veniam. Dicis accepisse te librum meum à quodā fratre, qui titulum non haberet, in quo scriptores ecclesiasticos tam Græcos quāam Latinos enumerauerim. cumq; ab eo quæres, vt tuis verbis vtar, cur li-

Eph. 6.

1. Reg. 17.

Psal. 109.

2. Par. 26.

Psal. 4. 107.

Psal. 56. 30.

Psal. 67.

2. Cor. 12.

1. Par. 12.

minaris pagina non esset inscripta, vel quo censere- tur nomine: respondiisse, appellari Epitaphium: & argumentaris, quod recte sic vocaretur, si eorum tantum vel vitas, vel scripta ibi legisses, qui iam defuncti essent: cum verò multorum & eo tempore, quo scri- bebatur, & nunc vsque viuentium ibi commemo- rētur opuscula, mirari te, cur ei hunc titulum impo- fuerim. Puto intelligere prudentiam tuam, quod ex opere ipso titulum potueris intelligere. legisti enim & Græcos & Latinos, qui vitas virorum illustrium descripserunt, quod numquam Epitaphium titulum indiderint, sed de illustribus viris; verbi gratia, duci- bus, philosophis, oratoribus, historicis, poetis, epicis, physicis, tragicis, comicis. Epitaphium autē proprie inscribitur mortuorum: quod quidem in dormitio- ne, sanctæ memoriæ, Nepotiani presbyteri olim fecisse me noui. Ergo hic liber vel de illustribus viris, vel proprie de scriptoribus ecclesiasticis appellandus est: licet à plerisque emendatoribus imperitis, De auctoribus dicatur inscriptus.

CAP. 2.
Gal. 2.

Secundo loco quæris, cur dixerim in commenta- rijs epistolæ ad Galatas, Paulum id in Petro non potuisse reprehendere, quod ipse fecerat, nec in alio arguere simulationem, cuius ipse tenebatur reus: & as- seris, reprehensionem apostolicam non fuisse dispē- satoriam, sed veram; & me non docere mendacium, sed vniuersa, quæ scripta sunt, ita sonare, vt scripta sunt. Ad quæ primum respondeo, debuisse prudentiā tuam præfatiunculæ commentariorum meorū mem- inisse, dicētis ex persona mea: quid igitur ego stul- tus, aut temerarius, qui id pollicear, quod ille nō potuit? Minimè: quin potius in eo mihi videor cautior atque timidior, quod imbecillitatem virum mearū sentiens, Origenis commentarios secutus sum. scripsit enim ille vir in epistola Pauli ad Galatas quin- que propria volumina, & decimum Stromateo suo- rum librum, comatico super explanatione eius ser- mone compleuit, tractatus quoq; varios, & excerpta quæ vel sola possent sufficere, composuit. Prætermit- to Didymum videntem meum, & Laodicenum de ecclesia nuper egressum, & Alexandrum veterem hæreticum: Eusebium quoq; Emisenum, & Theo- dorum Heracleotem: qui & ipsi nonnullos super hæc commentarios reliquerunt. è quibus si vel pauca decerperem, fieret aliquid, quod non penitus contē- neretur. Itaque, vt simpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mēte mea pluri ma coaceruans, accito notario, vel mea, vel aliena dictaui, nec ordinis, nec verborū interdum, nec sensuum memor. Jam Domini misē- ricordia est, ne per imperitiā nostram ab alijs bene dicta dispereant; & non placeat inter extraneos, quæ placent inter suos. Si quid igitur reprehensione dig- num putaueras in explanatione nostra, eruditionis tuæ fuerat quærerere, vtrum ea, quæ scripsimus, habe- rentur in Græcis: vt si illi non dixissent, tunc meam proprie sententiam condemnare: præsertim cum libere in præfatione confessus sim, Origenis commē- tarios me esse secutū, & vel mea, vel aliena dictasse; & in fine eiusdem capituli, quod reprehendis, scri- pserim: Si cui iste non placet sensus, quo nec Petrus peccasse, nec Paulus procaciter ostenditur arguisse maiorem: debet exponere, qua consequentia Paulus in altero reprehendat, quod ipse commisit. Ex quo ostendi, me non ex definito id defendere, quod in Græcis legeram, sed ea expressisse, quæ legeram: vt lectoris arbitrio derelinquerem, vtrum probāda es- sent, an improbanda. Tu igitur, ne, quod ego petie- ram, faceres, nouum argumentum reperisti: vt asse- reres, gentiles, qui in Christum credidissent, legis

onere liberos, eos autem, qui ex Iudæis crederent, legi esse subiectos: ut per utrorumque personam & Paulus recte reprehenderet eos, qui legem seruant, quasi doctor gentium; & Petrus iure reprehenderetur, qui princeps circūcisionis id imperauerit gentibus, quod soli, qui ex Iudæis erant, debuerunt obseruare. Hoc si placet, immo quia placet, ut quicumque credunt ex Iudæis, debitores sint legis faciendæ, tu ut episcopus, in toto orbe notissimus, debes hanc promulgare sententiam, & in assensum tuum omnes coepiscopos trahere. ego in paruo tuguriolo cum monachis, id est cum compeccatoribus meis, de magnis statuere non audeo, nisi hoc ingenue confiteri, me maiorū scripta legere, & in commentariis, secundum omnium consuetudinem, varias ponere explanationes, ut et multis sequatur vnusquisque, quod velit. quod quidem te puto & in seculari litteratura, & in diuinis libris legisse, & probasse. Hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromateon libro, vbi epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, & ceteri deinceps interpretes sunt secuti, illa vel maximè causa subintroducunt; ut Porphyrio respondeant blasphemanti, qui Pauli arguit procacitatē, quod principem apostolorum Petrum ausus est reprehendere, & arguere in facie, ac ratione constringere, quod malè fecerit, id est in eo errore fuerit, in quo fuit ipse, qui alium arguit delinquentem. Quid dicam de Ioanne, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitana rexit ecclesiam; & propriè super hoc capitulo latissimum exarauit librum; in quo Origenis & veterū sententiam est secutus. Si igitur me reprehendis errantem, patere me, queso, errare cum talibus; & cum me erroris mei multos socios habere perspexeris, tu veritatis tuæ saltem vnum ad stipulatorem proferre debebis. Hæc de explanatione vnius capituli epistolæ ad Galatas. Sed, ne videar aduersus rationem tuā niti testium numero, & occasione virorum illustriū subterfugere veritatem, nec manum audere conferre, breuiter de scripturis exempla proponam. In Actibus apostolorum vox facta est ad Petrum, dicens: Surge Petre, occide, & manduca, id est, omnia animalia quadrupedum, & serpentium terræ, & volatiliū cæli. Quo dicto, ostenditur nullum hominem secundum naturam esse pollutū, sed æqualiter omnes ad Christi gratiam prouocari. Ad quod respondit Petrus: Absit, quia numquam manducaui commune, & immundum. Et vox ad eum de cælo secundò facta est, dicens: Quæ Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Iuit itaque Casaream; & ingressus ad Cornelium, aperiens os suum dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Denique cecidit Spiritus sanctus super eos, & obstupuerunt ex circūcisione fideles, qui venerant cum Petro, quod & in nationes gratia Spiritus sancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: Numquid aliquam quis prohibere potest, ut non baptizetur ijs, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Audierunt autem apostoli, & fratres, qui erant in Iudæa, quia & gentes receperunt verbum Dei. Cum autem ascēdisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illū, qui erant ex circūcisione, dicentes, quare introisti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis? Quibus omni ratione exposita, nouissimè orationē suam hoc sermone concludit. Si ergo eandē gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in dominum Iesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt, & glorifi-

cauerunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus penitentiam Deus ad vitam dedit. Rursum, cum multo post tempore Paulus & Barnabas venissent Antiochiam, & cōgregata ecclesia, retulissent quæta fecisset Deus cum illis; & quia aperuisset Deus gentibus ostium fidei, quidam, descendentes de Iudæa, docebant fratres, atque dicebant: Nisi circumcidamini secundum morem Moyti, non potestis salui fieri. Cōmota igitur seditione non minima aduersus Paulum, & Barnabam, statuerunt ascendere & ipsi, qui accusabantur, & ijs, qui accusabant, ad apostolos, & presbyteros Act. 15. Hierosolymam super hac quæstione. cumque Hierosolymam perrexissent, exurrexerunt quidam de heresi phariseorum, qui crederent in Christum, dicentes: Oportet circumcidi eos, & præcipere illis, ut seruent legem Moyti. Et cum magna super hoc verbo oriretur quæstio, Petrus solita libertate, Viri, inquit, fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit Deus per os meū audire gentes verbum euangelij, & credere: & qui nouit corda Deus testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda illorum. nunc autem, quid tentatis Deum imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quem admodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & in sententiam eius Iacobus Apostolus, & omnes simul presbyteri transferunt. Hæc non debent molesta esse lectori, sed & mihi, & illi vtilia, ut probemus ante Apostolū Paulum, non ignorasse Petrum principem huius decreti, legem post euangelium non esse seruandam. Denique tantæ auctoritatis Petrus fuit, ut Paulus in epistola sua scripserit: Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Rursumque in consequentibus. Post annos quatuordecim ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. ascendi autem secundum reuelationem, & exposui cum eis euangelium, quod prædico in gentibus: ostendens se non habuisse securitatem prædicandi euangelij, nisi Petri, & cæterorum apostolorum, qui cum eo erant, fuisset sententia roboratū. Stati quoque sequitur: Separatim autem ijs, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Quare separatim, & non publice? Non forte fidelibus, qui ex numero Iudæorum, legem putabant esse seruandam, & sic credendum in Domino Salvatore, fidei scandalum nasceretur. Ergo & eo tempore cum Petrus venisset Antiochiam, (licet hoc Apostolorum Acta non scribant, sed affirmanti Paulo credendum sit) in faciem illi Paulus restitisse se scribit, quia reprehensibilis erat. Prius enim, quam venissent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat se, & segregabat, timens eos, qui ex circūcisione erant. & conenserunt simulationi eius ceteri Iudæi, ita ut Barnabas adduceretur ab ijs in illam simulationem. Sed cum vidissem, inquit, quod non recte ingrediebantur ad veritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Iudæus, gentiliter, & non Iudaicè viuus, quo modo cogis gentes Iudaizare? & cætera. Nulli ergo dubium est, quod Petrus Apostolus sententiæ huius, cuius nunc præuicator arguitur, primus auctor extiterit. causā autem præuicationis, timor est Iudæorum. dicit enim scriptura, quod primum edebat cum gentibus: cum autem venissent quidam à Iacobo, subtrahebat se, & segregabat timens eos, qui ex circūcisione erant. Timebat autem Iudæos, quorum erat apostolus,

ne per

Gal. 1.

Gal. 2.

Act. 10.

Act. 11.

ne, per occasionem gentilium, à fide Christi recederent, & imitator pastoris boni, perderet gregem sibi creditum. Sicut ergo ostendimus, Petrum bene quidē sensisse de abolitione legis Moisaicæ, sed ad simulationē obseruandæ eius timore compulsū: videamus, an ipse Paulus, qui aliū arguit, tale quid fecerit.

CAP. 3. Legimus in eodem libro: Perambulabat autē Paulus Syriam, & Ciliciam, confirmans ecclesias; peruenitq; in Derben, & Litrām: & ecce discipulus quidā erat ibi, nomine Timotheus filius mulieris viduæ fidelis, patre autem gentili. huic autem testimonium reddebāt, qui Litrās erāt, & Iconio fratres. hunc voluit Paulus secum proficisci; & assumens circumcidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. sciebant enim omnes, quod pater eius gentilis esset. O beate Apostole Paule, qui in Petro reprehēderas simulationē, quare subtraxisset se à gentibus propter metū Iudæorum, qui ab Iacobo venerant, cur Timotheū, filium hominis gentilis, vtique & ipsum gentilem, (neq; enim Iudæus erat, qui non fuerat circumcisus) contra sententiam tuam circumcidi coegisti? Respondebis mihi: Propter Iudæos, qui erāt in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in circumcissione discipuli veniens ex gētibus, ignosce & Petro, præcessori tuo, quod aliqua fecerit metu fidelium Iudæorū. Rursum scriptum est: Paulus verò, cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus vale dicens, nauigauit Syriam, & cū eo Priscilla, & Aquila; & rotōndit sibi in Cenchreis caput: votum enim habuerat. Esto, ibi timore Iudæorum compulsus sit facere quod nolebat: quare comā nutriuit ex voto, & postea eam in Cenchreis totōndit ex lege, quod Nazareū, qui se Deo vouerint, iuxta præceptum Moysi facere consueverunt: Verum hæc ad comparationem eius rei, quæ sequitur, parua sunt.

Num. 6. Refert Lucas, sacra scriptor historia: Cum venissemus Hierosolymam, libeter susceperunt nos fratres: & sequenti die Iacobus & omnes seniores, qui cum eo erant, euangelio illius cōprobato, dixerunt ei: Vides frater, quot millia sunt in Iudæa, qui crediderūt in Christo: & hi omnes emulatores sunt legis. audierunt autem de te, quod discessionem doceas à Moysē, eorum, qui per gentes sunt, Iudæorum, dicens, nō debere eos circumcidere filios suos, neq; secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est: vtique oportet conuenire multitudinem. audierunt enim te superuenisse. hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quattuor votum habētes super se. his assumptis, sanctifica te cum ipsis, & impende in eos, vt radant capita: & scient omnes, quia, quæ de te audierunt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiēs legem.

Ad. 21. Tunc Paulus, assumptis viris, postero die purificatus, intrauit cum illis in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoq; eorum oblatio. O Paule, & in hoc te rursus interrogo, cur caput rasēris, cur nudipedalia exercueris de cærimonijs Iudæorum; cur obtuleris sacrificia, & secundum legē pro te hostiæ fuerint immolata: Vtique respondebis, ne scandalizarentur, qui ex Iudæis crediderunt. Simulasti ergo Iudæū, vt Iudæos lucrifaceres: & hanc ipsām simulationem Iacobus, & cæteri te docuere presbyteri: sed tamē euadere nō potuisti: Orra enim seditione, cum occidendus esses, raptus es à tribuno, & ab eo missus Cæsareā, sub custodia militum diligenti, ne te Iudæi, quasi simulatorem ac destructorem legis, occiderent. atq; inde Romam perueniens, in hospitio, quod tibi conduxeras, Christum & Iudæis & gentibus prædicasti; & sententia tua Neronis gladio confirmata est. Didicimus, quod propter metum Iudæorum & Petrus & Paulus

æqualiter finxerint se legis præcepta seruare. qua igitur fronte, qua audacia Paulus in altero reprehendit quod ipse comisit? Ego, immo alij ante me exposuerunt causam, quam putauerāt, nō officiosum mendacium defendentes, sicut tu scribis, sed ostendentes honestam dispensationē; vt & apostolorū prudentiā demonstrarent, & blasphematis Porphyrij impudentiā coercerent, qui Paulū & Petrū puerili dicit inter se pugnassee certamine, immo exarsisse Paulū in inuidiā virtutū Petri, & ea scripsisse iactanter, quæ vel nō fecerit, vel, si fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehēdens quod ipse comiserit. Interpretari sunt illi, vt potuerunt, tu quo modo istū locum edisseras, vtiq; meliora dicturus, qui veterum sententiā reprobasti?

Scribis ad me in epistola tua: Neq; enim à me docendus es, quo modo intelligatur quod idem dicit: Factus sum Iudæis tamquam Iudæus: & cætera, quæ ibi dicuntur cōpassione misericordiæ, non simulatione fallaciæ. Fit enim tamquā æger, qui ministrat ægroto, non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat, quem admodū sibi seruiui vellet, si ipse ægrotaret. Nam vtique Iudæus erat, Christianus autem factus, non Iudæorum sacramēta reliquerat, quæ conuenienter ille populus, & legitimo tēpore, quo oportebat, acceperat. Ideoq; suscepit ea celebranda, cum iam Christi esset apostolus; vt doceret non esse perniciofa his, qui ea vellent, sicut à parentibus per legem acceperant, custodire, etiam cum in Christo credidissent: non tamen in eis iam constituerent spem salutis; quoniam per dominum Iesum salus ipsa, quæ illis sacramentis significabatur, aduenerat. Totius sermonis tui, quem disputatione longissima protraxisti, hic sensus est; vt Petrus non errauerit in eo, quod illis, qui ex Iudæis crediderant, putauerit legem esse seruandā, sed in eo à recta linea deuiarit, quod gētes coegerit Iudaizare, coegerit autē non docentis imperio, sed conuersationis exemplo, & Paulus non contraria sit locutus ijs, quæ ipse gesserat, sed quare Petrus eos, qui ex gentibus erāt, Iudaizare cōpelleret. Hæc ergo summa est questionis, immo sententiæ tuæ; vt post euangelium Christi, bene faciant Iudæi credentes, si legis mandata custodiant, hoc est, si sacrificia offerant, quæ obtulit Iudæis: si filios circumcidant, si sabbatū seruent, vt Paulus in Timotheo, & omnes obseruauere Iudæi. Si hoc verū est: in Cherinti & Hebionis hæresim dilabimur, qui credētes in Christo, propter hoc solū à patribus anathematizati sunt, quod legis cærimonias Christi euangelio misceuerūt, & sic noua cōfessi sunt, vt vetera nō amitterēt. Quid dicā de Hebionitis, qui Christianos esse se simulant? Vtique hodie per totas orientis synagogas inter Iudæos hæresis est, quæ dicitur mineorū, & à pharisæis nūc vsque damnatur, quos vulgo Nazareos nuncupant, qui credunt in Christū, filiū Dei, natum de virgine Maria; & eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, & resurrexit: in quæ & nos credimus: sed dū volunt & Iudæi esse, & Christiani, nec Iudæi sunt, nec Christiani. Oro ergo te, vt qui nostro vulnuscule medendū putas, quod acu foratus est, immo punctū, vt dicitur, huius sententiæ medeatis vulnere, quod læcea, & vt ira dicā, phalaricæ mole percussus est. neq; enim eiusdem est criminis, in explanatione scripturarū diuersas maiorum sententias ponere, & hæresim sceleratissimā rursum in Ecclesiā introducere. Sin autē hæc nobis incumbit necessitas, vt Iudæos cū legitimis suis suscipiamus, & licebit eis obseruare in ecclesijs Christi, quod exercuerunt in synagogis satanæ: dicam quod sentio: nō illi Christiani sient, sed nos Iudæos facient. Quis enim hoc

CAP. 4.

1. Cor. 9.

Christianorum patienter audiat, quod in tua epistola continetur: Iudæus erat Paulus; Christianus autem factus, non Iudæorum sacramenta reliquerat, quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore, quo oportebat, acceperat, ideoque suscepit celebranda ea, cum iam Christi esset apostolus: ut doceret non esse perniciosâ ijs, qui ea vellent, sicut à parentibus per legem acceperant, custodire. Rursum obsecro te, ut pace tua meum dolorem audias. Iudæorum Paulus cærimonias obseruabat, cum iam Christi esset apostolus: & dicis eas non esse perniciosas ijs, qui eas vellent, sicut à parentibus acceperant, custodire: Ego econtrariò loquar, & reclamante mundo, libera voce pronuncio, cærimonias Iudæorum & perniciosas esse, & mortiferas Christianis, & quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudæis, siue ex gentibus, cum in barathrum diaboli deuolutû. Finis enim legis Christus ad iustitiâ omni credenti, Iudæo scilicet, & gentili. Neque enim omni credenti erit finis ad iustitiâ, si Iudæus excipitur. In euangelio legimus: Lex & prophetæ usque ad Ioannem Baptistam. Et in alio loco: Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere; quia non solum soluebat sabbatum; sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et iterum: De plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiâ pro gratiâ: quia lex per Moysen data est, gratiâ autem & veritas per Iesum Christum facta est. Pro legis gratiâ, quæ præterijt, gratiâ euangelij accepimus permanentem; & pro vmbri & imaginibus veteris instrumenti, veritas per Iesum Christum facta est. Hieremias quoque ex persona Dei vaticinatur: Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & consummabo domui Israël, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti. Obserua, quid dicat, quod non populo gentilium, cui ante non receperat testamentum, sed populo Iudæorum, cui legem dederat per Moysen, testamentum nouum euangelij repromittat: ut nequaquam uiuant in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Paulus autem, super cuius nunc nomine quaestio ueritatur, crebras huiusmodi ponit sententias: è quibus, breuitatis studio, pauca subnectam. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniâ, si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Et iterum: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratiâ excidistis. Et infra: Si spiritu ducimini, iam non estis sub lege. Ex quo apparet, qui sub lege est, non dispensatiue, ut nostri uoluerunt maiores, sed uerè, ut tu intelligis, eum Spiritum sanctum non habere. Qualia autem sint præcepta legalia, Domino docente discamus. Ego, inquit, dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non uiuant in eis. Hæc dicimus, non quo legem iuxta Manichæum & Marcionem destruamus, quam & sanctam & spirituales iuxta Apostolum nouimus, sed quia, postquam venit fides & temporum plenitudo, misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret; ut adoptione filiorum reciperemus, & nequaquam sub pedagogo, sed sub adulto & Domino hærede uiuamus.

Sequitur in epistola tua: Quapropter non ideo Petrum emendauit, quod paternas traditiones obseruaret: quod si facere uellet, nec mendaciter, nec incongruè faceret. Iterum dico: quandoquidem episcopus es, ecclesiarum Christi magister: ut probes uerum esse quod asseris; suscipe aliquem Iudæorum, qui factus Christianus, natum sibi filium circumcidat; qui obseruet sabbatum, qui abstineat à cibis, quos Deus

creauit ad utendum cum gratiarum actione; qui quarta decima die mensis primi agnū mactet ad uesperâ, & cū hoc feceris, imò non feceris; (scio enim te Christianum, & rem sacrilegâ non facturum) uelis nolis, tuam sententiam reprobabis; & tunc scies opere, difficilius esse confirmare sua, quâ aliena reprehendere. Ac ne forsitan tibi non crederemus; immo non intelligeremus quid diceret; (frequenter enim in lōgum sermo proractus caret intelligentia; & dum nō sentitur, minus reprehenditur) inculcas, & replicas: Hoc Iudæorum Paulus dimiserat, quod malum habebat. Quod est malū Iudæorum, quod Paulus dimiserat? Vtiq; illud, quod sequitur: quod ignorates Dei iustitiâ, & suam uolentes constituere, iustitiâ Dei non sunt subiecti: deinde, quod post passionē & resurrectionē Christi dato ac manifestato sacramēto gratiæ, secundum ordinē Melchisedek, adhuc putabat, uetera sacramenta non ex consuetudine solemnitate, sed ex necessitate salutis esse celebranda: quæ tamē si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Machabæi martyres fierent: postremò illud, quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi, tamquam hostes legis, persequerentur. Hos, atque huiusmodi errores, & uitia dicit se damnare, & ut stercorea arbitrat, ut Christum lucrifaceret. Didicimus per te, quæ apostolus Paulus mala reliquerit Iudæorum: rursum te docente discamus, quæ bona eorum tenuerit. Obseruationes, inquit, legis: quas more patrio celebrabant, sicut ab ipso Paulo celebratæ sunt, sine ulla salutis necessitate. Id quid uelis dicere, Sine ulla salutis necessitate, non satis intelligo. Si enim salutē non asserunt, cur obseruantur? si autem obseruanda sunt, utique salutem asserunt, maximè quæ obseruata martyres faciunt, non enim obseruarentur, nisi asferrent salutem. neque enim indifferentia sunt inter bonum, & malum, sicut philosophi disputant. Bonū est continentia: malum est luxuria. Inter utrumque indifferēs, ambulare, egerere alui stercorea, capitis naribus purgamenta proijcere, spūs rheumata iacere. Hoc nec bonum, nec malū est: siue enim feceris, siue non feceris, nec iustitiâ habebis, nec iniustitiâ. Obseruare autem legis cærimonias, non potest esse indifferens: sed aut bonum est, aut malū. Tu dicis bonum: ego assero malum, & malum non solum ijs, qui ex gentibus, sed & ijs, qui ex Iudaico populo crediderunt. In hoc, ni fallor, loco, dum aliud uitas, in aliud deuolueris. Dū enim metuis Porphyrium blasphemantē, in Hebionis incurris laqueos, ijs, qui credunt ex Iudæis, obseruandam legē esse decernens. Et quia periculosum intelligis esse, quod dicis; rursum illud superfluis uerbis temperare conaris, sine ulla salutis necessitate, non sicut Iudæi celebranda putant, aut fallaci simulatione, quod Paulus in Petro reprehenderat. Petrus igitur simulauit legis custodiâ. Iste autē reprehensor Petri, audacter obseruauit legitima. Sequitur enim in epistola tua. nam si propterea illa sacramenta celebrauit, quia se simulauit Iudæum, ut illos lucrifaceret: cur non etiam sacrificauit cū gentibus, quia & ijs, qui sine lege erant, tamquam sine lege factus est, ut eos quoque lucrifaceret? nisi quia & illud fecit, ut natura Iudæus, & hoc totū dicis, non ut Paulus se fingeret esse quod non erat, sed ut misericorditer ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eo errore laboraret, non scilicet mentientis aliu, sed compatiētis affectu. Bene defendis Paulū, quod non simulauerit errorem Iudæorum, sed uerè fuerit in errore; neque imitari Petrum uoluerit mentientē, ut quod erat, metu Iudæorum dissimularet; sed tota libertate, Iudæū esse se diceret. Noua clemētia Apostoli:

Rom. 18

1. Cor. 9

dum

dum Iudæos Christianos vult facere, ipse Iudæus factus est. non enim poterat luxuriosos ad frugalitatem reducere, nisi se luxuriosum probasset; & misericorditer, ut ipse dicis, subuenire miseris, nisi se miserum ipse sentiret. Verè enim miselli, & misericorditer deplorandi, qui contentione sua, & amore legis abilitate, Apostolum Christi fecere Iudæum. Nec multum interest inter meam & tuam sententiam: qua ego dico, & Petrum & Paulum, timore fidelium Iudæorum, legis exercuisse, immò simulasse madata. Tu autem asseris hoc eos fecisse clementer, non mentientis astu, sed compatiens affectu, dummodo illud constet, vel metu, vel misericordia eos simulasse se esse, quod non erant. Illud autem argumentum, quo aduersum nos vteris, quod & gentilibus debuerit gentilis fieri, si Iudæis Iudæus factus est, magis pro nobis facit. sicut enim non fuit verè Iudæus, sic nec verè gentilis erat: & sicut non fuit verè gentilis, sic nec verè Iudæus erat. In eo autè imitator gentium est, quia præputium recipit in fide Christi; & indifferenter permittit vesci cibis, quos damnant Iudæi, non cultum, ut tu putas, idolorum. In Christo enim Iesu, nec circumcisio est aliquid, nec præputium, sed observatio madorum Dei. Quæro igitur te, & iterum atque iterum obsecro, ut ignoças disputatiunculae meæ; & quod modum meum egressus sum, tibi imputes, qui coegisti ut rescriberem, & mihi cum Serechoro oculos abstulisti. Neque me putes magistrum esse mædaci, qui sequor Christum dicentem: Ego sum via, veritas, & vita: nec potest fieri, ut veritatis cultor, mendaciam colla submittam. Neque mihi imperitorum plebeculam concites, qui te venerantur ut episcopum; & in ecclesia declamantem, sacerdotij honore suspiciunt, me autè, ætatis vltimæ, & penè decrepitum, ac monasterij & ruris secreta sectantem, parui pèdunt. & quaras tibi, quos doceas, siue reprehendas. ad nos enim, tantis maris atque terrarum spatiis à te diuisos, vix vocis tuæ sonus peruenit: & si forsitan litteras scripseris, ante eas Italia ac Roma suscipiet, quàm ad me, cui mittendæ sunt, deferantur.

Cap. 6. Quod autem in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat, & virgulas prænotatas; & postea aliam translationem absque iis signis ediderim: pace tua dixerim, videris mihi non intelligere, quod quæristi. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum est: & vbi cumque virgulæ, id est obeli sunt, significatur quod Septuaginta plus dixerint, quàm habetur in Hebræo: vbi autè asterisci, id est stellulæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est: & ibi Græca translulimus, hic de ipso Hebraico, quod intelligebamus, expressimus, sensum potius veritatis, quam verborum ordinem, interdum conseruantes. Et miror, quo modo Septuaginta interpretum libros legas non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, siue correctos per obelos & asteriscos; & Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris, præsertim cum ea, quæ addita sunt, ex hominis Iudæi, atque blasphemii, post passionem Christi, editione translulerit. Vis amator esse verus Septuaginta interpretum? Non legas ea, quæ sub asteriscis sunt, immò rade de voluminibus: ut veterem te fautorem probes. quod si feceris, omnes ecclesiarum bibliothecas damnare cogaris. vix enim vnus aut alter inuenitur liber, qui ista non habeat. Porrò quod dicis non debuisse me interpretari post veteres: & nouo vteris syllogismo: aut obscura fuerunt, quæ interpretati sunt Septuaginta, aut manifesta: si obscura, te quoque in illis falli potuisse credendum est: si manifesta, illos in eis non

falli potuisse perspicuum est: tuo tibi sermone respondeo. Omnes veteres tractatores, qui nos in Domino præcefferunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta: si obscura, tu quo modo ausus es post eos differere, quod illi explanare non potuerunt: si manifesta, superfluum est te voluisse differere, quod illos latere non potuit, maximè in explanatione psalmodum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. feruntur & diuersorum in paucos psalmos opuscula: sed nunc de integro psalmodum corpore dicimus. apud Latinos autem Hilarius Pictauiensis, & Eusebius Vercellensis episcopus Origenem & Eusebium trasterunt: quorum priorem & noster Ambrosius in quibusdam securus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos & tales interpretes in explanatione psalmodum diuersa senseris. si enim obscuri sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est: si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur: ac per hoc vtroque modo superflua erit interpretatio tua: & hac lege post priores nullus loqui audebit; & quodcumque alius occupauerit, alius de eo licentiam scribendi non habebit. Quin potius humanitatis tuæ est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere & ceteris. Ego enim non tam vetera abolere conatus sum, quæ linguæ meæ hominibus emendata de Græco in Latinum translulimus, quàm ea testimonia, quæ à Iudæis prætermissa sunt, vel corrupta, proferre in medium: ut sciret nostri, quid Hebraica veritas contineret. Si cui legere non placet, nemo compellit inuitum. Bibar vinum vetus cum suauitate, & nostra multa contemnat, quæ in explanatione priorum edita sunt, ut sicubi illa non intelligitur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis in scripturis sanctis sequendum sit, liber, quem scripsi de optimo genere interpretandi, & omnes præfatiunculæ diuinorum voluminum, quas editioni nostræ præposuimus, explicant: ad illasque prudentem lectorem mittendum puto. Et si me, uti dicis, in noui testamenti emendatione suscipis, exponisque causam cur suscipias, quia plurimi, linguæ Græcæ habentes scientiam, de meo possint opere iudicare: eandem integritatem debueras etiã in veteri credere testamento, quod non nostra confinximus, sed ut apud Hebræos inuenimus, diuina trasterimus. Si tibi dubitas, Hebræos interroga. Sed dices: quid si Hebræi aut respondere noluerint, aut metiri voluerint? Tota frequentia Iudæorum in mea interpretatione reticebit? nullusque inueniri poterit, qui Hebrææ linguæ habeat notitiam? aut omnes imitabuntur illos Iudæos, quos dicis, in Africæ repertos opidulo, in meâ conspirasse calumniam? huiusmodi enim in epistola tua texis fabulam. Quidam frater noster coepiscopus, cum lectitari instituisset in ecclesia, cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter à te positum, apud Ionam prophetam, quàm erat omnium sensibus memoriæque inueteratum, & tot ætatum successibus decantatum: factusque est tantus tumultus in plebe, maximè Græcis arguetibus, & in clamantibus calumniâ falsitatis, ut cogretur episcopus (ca quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. vtrum autè illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus Græcis responderunt, quod & Græci & Latini habebant, atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo velut mendacium corrigere, volens post magni periculum non remanere sine plebe. Vnde etiam nobis vi-

Eon. 4.

bis videtur, aliquando in nonnullis te quoq; falli potuisse. Dicis me in Ionam prophetam male quiddam interpretatum, & seditione populi conclamante, propter vnius verbi dissonantiam episcopum penes sacerdotium perdidisse: & quid sit illud, quod male interpretatus sum, subtrahis, auferes mihi occasionem defensionis meae: ne, quidquid dixeris, me respondente solvatur: nisi forte, ut ante annos plurimos, cucurbita venit in medium, asserente illis temporibus Cornelio, Asinio Pollione, me hederam pro cucurbita transtulisse. super qua re in commentario Ionae prophetae plenius respondimus, hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco, ubi Septuaginta interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hederam transtulerunt, id est, *κισσόν* in Hebraeo volumine *קקק* Cicaion scriptum est: quam vulgo Syri elceroa vocant, est autem genus virgulti, lata habens folia, in modum pampini, cumq; plantatum fuerit, cito confurgit in arbusculam absque vllis calamorum & hastilium adminiculis, quibus & cucurbitae & hederae indigent, suo trunco se sustinens. Hoc ergo verbum de verbo edisserens, si cicaion transferre voluisssem, nullus intelligeret: si cucurbitam, id dicerem, quod in Hebraico non habetur. hederam posui, ut ceteris interpretibus consentirem. Sin autem Iudaei vestri, ut ipse asseris malitia, vel imperitia hoc dixerunt esse in voluminibus Hebraeorum, quod in Graecis & Latinis codicibus cōtinetur: manifestum est eos aut Hebraicas litteras ignorare, aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mentiri. Peto in fine epistolae, ut quiescentem senem, olimq; veteranum, militare non cogas, & rursum de vita periclitari. Tu, qui iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Africae frugibus Romana lecta locupletato. mihi sufficit, cum auditore & lectore pauperculo in angulo monasterij susurrare.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

EPISTOLA XC.*

ARGVMENTVM.

SVAS ab Hieronymo acceptas litteras, scire se dicit, sed cur non rescripserit ignorare, excusans se contra eum librum minimè scripserit, nisi si, quod contra sententiam eius alicubi fortè scripsit, contra eum se scripserit interpretetur.



VDIVI peruenisse in manus tuas litteras meas: sed, quod adhuc rescripta non merui, nequaquam imputauerim dilectioni tuae: aliquid proculdubio impediementi fuit. vnde agnosco, Dominum a me potius deprecandum, ut tuae voluntati det facultatem mittendi, quod rescripseris: nam rescribendi iam dedit, quia, cum volueris facillimè poteris. Etiam hoc, quod ad me sanè perlatum est, vtrum quidem crederem, dubitavi: sed hinc quoq; tibi aliquid vtrum scriberem, dubitare non debui, hoc autem breue est, suggestum esse caritati tuae à nescio quibus fratribus, mihi dictum est, quod librum aduersus te scripserim, Romamq; miserim. Hoc falsum esse noueris: Dominum meum Iesum testor, hoc me non fecisse: sed, si fortè aliqua in aliquibus scriptis meis reperiatur, in quibus aliter aliquid, quatuor, sensisse reperior, non contra te dictum, sed quid mihi videbatur, à me scriptum esse, puto te debere cognoscere, aut, si cognosci non potest, credere debere. ita sanè hoc dixerim, ut ego non tantum paratus sim, si quid te in meis scriptis mouerit, fraternè accipere, quid contra sentias, aut de correctione mea, aut de ipsa tua beneuolentia gauisurus, verum etiam hoc

à te postulem, & flagitem. O si licuisset, etsi non cohabitante, saltem vicino te in Domino perfrui, ad crebrum & dulce colloquium. sed quia id non est datum, peto, ut hoc ipsum, quod in Domino, quam possumus, simul simus, conseruari studeas, & augeri, ac perfici, & rescripta quamuis rara non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum, & omnes fratres, qui tecum ac de te in Domino gloriantur. Memor nostri exaudiaris à Domino in omni sancto desiderio tuo, domine carissime, & desideratissime, & honorande in Christo frater.

HIERONYMVS AVGVSTINO

EPISTOLA XCI.

ARGVMENTVM.

EPISTOLAM ab Augustino contra se scriptam, in qua ad *παινοδ'ισαν* hortetur, se accepisse ait: non respondisse autem, tū quia suam non credidit, tum quia Paulae dormitione impeditus fuit: pollicens se responditurū, si sua esse aperire scribat. ceterum vnumquemque in suo sensu abundare, & Entelli ex epulo, si ad pugnam prouocetur, victoriā sibi promittit. Deinde exhortans illum ad mutuum amorem, nūciat se aduersus Rufinum, quem Calpurnium rursum nominat, breuiter ex parte respondisse.



IN ipso profectiois articulo sancti filij nostri Asterij, hypodiacioni, necessarii mei, beatitudinis tuae litterae ad me peruenierunt, quibus satisfacis, te contra paruitatem meam librum Romanum non misisse. hoc nec ego factum

audieram: sed epistolae cuiusdam, quasi ad me scriptae per fratrem nostrum Syfannium diaconum huc exemplaria peruenerunt: in qua hortaris me, ut *παινοδ'ισαν* super quodam Apostoli capitulo canam, & imiter Stefichorum, inter vituperationem & laudes Helenae fluctuantem, ut, qui detrahendo oculos perdiderat, laudando receperit. Ego simpliciter fateor dignationi tuae, licet stylus, & *ἐπιχειρηματα* tua mihi viderentur: tamen non temerè exemplaribus litterarum credendum putavi, ne fortè, me respondente laesus, iuste expostulares, quod probare ante debuisssem tuum esse sermonem, & sic rescribere. Accessit ad moram, sanctae & venerabilis Paulae longa infirmitas. dum enim languenti multo tempore assidemus, penè epistolae tuae, vel eius, qui sub tuo nomine scripserat, oblitus sumus, memores illius versiculi: Musica in luctu, importuna narratio. Itaq; si tua est epistola, aperte scribe, vel mitte exemplaria veriora: ut absque vlllo rancore stomachi in scripturarū disputatione verseremur, & vel nostrum emendemus errorem, vel alium frustra reprehēdisse doceamus. Absit autē à me, ut quidquam de libris tuae beatitudinis attingere audeam. sufficit enim mihi probare mea, & aliena non carpere. Ceterum optimè nouit prudentia tua, vnumquemque in suo sensu abundare, & puerilis esse iactantiae, quod olim adoleſcētuli facere consueuerat, accusando illustres viros, suo nomini famam quare. Nec tam stultus sum, ut diuersitate explanationū tuarum me laedi putem: quia nec tuladeris, si nos contraria senserimus. Sed illa est vera inter amicos reprehensio, si nostram peram non videntes, aliorum iuxta Persium, manticam consideremus. Superest, ut diligas diligentem te, & in scripturarum campo iuuenis senem non prouoces. Nos nostra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus: nunc, te currente, & longa spatia transmeante, nobis debetur otium: simulq; (ut cum honore tuo & venia dixerim) ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse videaris, memento Daretis & Entelli, & vulgaris prouerbij; quod bos lassus fortius figat pedē. Tristes

haec

hæc dictauimus : vtinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua vel doceremus aliqua, vel disceremus. Misit mihi, temeritate solita, sua maledicta Calpurnius, cognomento Lanarius, quæ ad Africam quoque studio eius didici peruenisse. ad quæ breuiter ex parte respondi; & libelli eius vobis nisi exemplaria, latius opus, cum opportunū fuerit, primo missurus tempore: in quo illud caui, ne in quouam existimationem læderem Christianam, sed tantum vt delirantis imperitiq; mendaciū, ac vecordiam confutarem. Memento mei, sancte & venerabilis papa. vide, quantum te diligam, vt ne prouocatus quidem voluerim respondere, nec credam tuum esse, quod in altero forte reprehenderem. Frater communis suppliciter te salutat.

HIERONYMVS AVGVSTINO

EPISTOLA XCII.

ARGVMENTVM.

Sed Augustini epistolę toties interpellatus non respondisse propterea cauatur, quod eam illius esse nō arbitrabatur, præsertim cum quædam absurda contineret, quæ si à se reprehenderentur, Christianæ communionis cum Episcopo vinculum rumpereetur. præter quod non simplici ab eo animo scriptam epistolam suspicabatur. Responsum autem, si certum opus ad se mittat, pollicetur: præmonens interea ne agrè postea ferat, si quæ pro defensione sui aduersus ea, quæ ille scripserit, dicturus sit: cætera autem eius opera se, præter pauca, nondum vidisse, propterea eū illorum censuram minimè polliceri.



REBRAS ad me epistolas dirigis; & sæpe compellas, vt respondeam cuida epistolæ tuæ, cuius ad me, vt ante iam scripsi, per fratrem Syinnium diaconum exemplaria peruenierunt absque subscriptione tua; & quàm primum

per fratrem Profuturum, secundò per quendam aliū te misisse significas: & interim Profuturū retractum de itinere, & episcopum constitutum, veloci morte subcontractum: illum, cuius nomē retices, maris timuisse discrimina, & nauigationis mutasse consiliū. Quæ cum ita sint, satis mirari nequeo, quo modo ipsa epistola & Romæ & in Italia haberi à plerisq; dicatur, & ad me solum non peruenierit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Syinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam se non in Africa, nō apud te, sed in insula Adriæ ante hoc ferme quinquennium reperisse. De amicitia omnis tollenda suspicio est: & sic cum amico, quasi cum altero se, loquendum. Nōnulli familiares mei, & vasa Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggererant, non simplici animo à te factum, sed laudem, atque rumusculos, & gloriolam populi requirentes; vt de nobis cresceres; vt multi cognoscerent te prouocare, me timere; te scribere vt doctum, me tacere vt imperitum; & tandē reperisse, qui garrulitati meæ silentium modumq; imponeret. Ego autem (vt simpliciter fatear) dignationi tuæ primū iccirco respondere nolui; quia tuam liquidò epistolam non crededam, nec (vt vulgi de quibusdam prouerbiū est) litum melle gladium. Deinde illud cauebam, ne episcopo communionis meæ viderer procaciter respondere, & aliqua in reprehendentis epistola reprehendere; præsertim cum quædam in illa heretica iudicaret. Ad extremum, ne tu iure expoxtulares, & dicerem: Quid enim? epistolam meam videras, & notæ tibi manus in subscriptione signa deprehenderas; vt tam facile amicum læderes, & alterius malitiam in

meam verteres contumeliā? Igitur, vt ante iam scripsi, aut mitte eandē epistolam, tua subscriptam manu: aut senem latitantem in cellula laceßere desine. Sin autem tuam vis vel exercere, vel ostentare doctrinam, quære iuuenes & disertos, & nobiles, quorū Romæ dicuntur esse quàm plurimi, qui possint & audeant tecum congregari, & in disputatione sanctorum scripturarum, iugum cum episcopo ducere. Ego quondam miles, nunc veteranus, & tuas & aliorum debeo laudare victorias, non ipse rursus effecto corpore dimicare; ne si me frequenter ad rescribendum impuleris, illius recorder historia, quod Hannibalē, iuueniliter exultantem, Q. Maximus patientia sua fregerit. Omnia fert ætas, animum quoque: sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq; Mærim iam fugit ipsa. Et, vt magis de scripturis sanctis loquar, Berzellai ille Galaadites, regis David beneficia, omnesq; delicias iuueni delegans filio, ostendit senectutē hæc nec appetere debere, nec oblata suscipere. Quod autem iuras te aduersum me librum nec scripsisse, neq; Romam misisse, quem non scripseris, sed si fortè aliqua in tuis scriptis reperiantur, quæ à meo sensu discrepēt, non me à te læsum, sed à te scriptum, quod tibi rectum videbatur: quæso, vt me patienter audias. Non scripsisti librum, & quo modo mihi reprehensionis à te meæ per alios scripta delata sunt? cur habet Italia, quod tu non scripsisti? qua ratione poscis, vt rescribam ad ea, quæ scripsisse te denegas? Non tam hebes sum, vt si diuersa senseris, me à te læsum putem. Sed si mea communis dicta reprehendas, & rationem scriptorum experas, & quæ scripserim, emendare compellas, & ad *παλινοδιαν* prouoces, & oculos mihi reddas: in hoc læditur amicitia, in hoc necessitudinis iura violantur. Ne videamur certare pueriliter, & fautoribus inuicem, vel detractoribus nostris tribuere materiam contēdendi. hæc scribo, quia te purè & Christianè diligere cupio, nec quidquā in mea mente retinere, quod distet à labijs. non enim conuenit, vt ab adolescentia vsque ad hanc ætatem in monasterio cum sanctis fratribus labore desudans, aliquid contra episcopum communionis meæ scribere audeam, & cum episcopum, quem ante cœpi amare, quàm nosse; qui me prior ad amicitias prouocauit, quem post me oriente in scripturarum diuinarum eruditione lætatus sum. Igitur aut tuum negato librum, si fortè non tuus est; & desine flagitare rescriptum ad ea, quæ non scripsisti: aut, si tuus est, ingenuè confitere: vt si in defensionem mei aliqua scripsero, in te culpa sit, qui prouocasti, non in me, qui respondere compulsus sum. Addis præterea, te paratū esse, vt si quid me in tuis scriptis mouerit, & corrigere voluero, fraternè accipias, & non solum de mea in te beneuolentia gauisurum, sed, vt hoc ipsum faciam, deprecaris. Rursum dico quod sentio: prouocas senem, tacentem stimulas, videris iactare doctrinam. Non est autem ætatis meæ, putari maleuolum erga eum, cui magis fauorem debeo. Et si in euangelijs ac prophetis peruersi homines inueniunt quod nitantur reprehendere: miraris, si in tuis libris, & maximè in scripturarum expositione, quæ vel obscurissimæ sunt, quædā à recta linea discrepare videatur? Et hoc dico, non quod in operibus tuis quædam reprehendenda iam censeam: neq; enim lectioni eorum vniquam operam dedi: nec horum exemplariorum apud nos copia est, præter Soliloquiorum tuorum libros, & quosdā commentarios in psalmos: quos si vellem discutere, non dicam à me, qui nihil sum, sed à veterum Græcorum docerem interpretationibus

tionibus discrepare. Vale mihi amice carissime, etate filii, dignitate parens: & hoc à me rogatus obserua, vt quidquid mihi scripseris, ad me primum facias peruenire.

AVGVSTINVS HIERONYMO

EPISTOLA XCIII.

ARGVMENTVM.

HIERONYMVM, quem suis litteris non nihil offensum senserat, hac epistola placare Augustinus conatur: deploransque atrocem simultatem, inter eum, & Rufinum, alioquin amicissimos, exortam, eos præterea ad concordiam adhortatur.



AMVIS existimem, antequam istas fumeres, venisse in manus tuas litteras meas, quas per Dei seruum, filium nostrum Cyprianum diaconum misi; quibus certissimè agnosceres meam esse epistolâ, cuius exemplaria illuc peruenisse commemorasti, vnde iam me arbitror rescriptis tuis, velut Entellinis grandibus atque acribus cestibus, tamquam audacem Daretem cœpisse pulsari, atque versari nunc tamen eis ipsis respondeo litteris tuis, quas mihi per sanctum filium nostrum Asterium iam mittere dignatus es: in quibus multa in me comperi tuæ benevolentissimæ caritatis, & rursus quædam nonnullius animæ tuæ offensionis indicia. Itaque, vbi mulcebar legens, ibi continuò feribar: hoc sanè vel maximè admirans, quod cum te dicas exemplaribus litterarū mearum ideo non temere putauisse credendum, ne fortè te respondente læsus iuste expostularem, quod probare ante debuisses, meum esse sermonè, & sic rescribere, postea iubeas, si mea est epistola, apertè me scribere, aut mittere exemplaria veriora, vt absq; vilo rancore stomachi in scripturarum disputatione versetur. Quo enim pacto possumus in hac disputatione sine rancore versari, si me lædere paras? aut, si non paras, quo modo ego, te non lædente, abs te læsus iuste expostularem, quod probare ante debuisses meum esse sermonem, & sic rescribere, hoc est, & sic lædere: nisi enim rescribendo læsissem, ego iuste expostulare non possem. Proinde cum cum ita rescribis, vt lædas; quis locus nobis relinquatur in disputatione scripturarū sine vilo rancore versandi? Ego quidem, absit, vt legar, si mihi certa ratione volueris & potueris demonstrare illud ex epistola Apostoli, vel quid aliud scripturarū sanctarum te verius intellexisse, quàm me: immo verò absit, vt non cum gratiarum actione lucris meis deputè, si fuero te docente instructus, aut emendante correctus. Verum tamen tu, mihi frater carissime, nisi te putares læsum scriptis meis, nõ me putares lædi posse rescriptis tuis. nullo enim modo id de te opinatus fuero, quod te non arbitreris læsum, si sic tamen rescribis vt lædas; aut, si te non sic rescribente, ego propter nimiam stultitiam meâ lædi posse putatus sum, hoc ipso læsisti plane, quod de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me, quem numquam talem expertus es, temerè talem crederes, qui litterarum mearum exemplaribus, etiam cum stylium meū nosset, temerè credere noluisse. Si enim nõ immeritò iudicasti me iuste expostulatum fuisse, si temerè crederes esse litteras meas, quæ non essent meæ: quanto iustius expostularem, me ipsum temerè putatum talem, qualem me expertus nõ esset, qui putauisset? Nequaquã ergo ita prolabereris, vt non te rescribente quo læderer, me tamen existimares nimis insipientem, etiam tali tuo rescripto lædi potuisse. Restat igitur, vt læde-

re me rescribendo disponeres, si certo documento meas esse illas litteras nosset. Atque ita, quia nõ credo quòd iniuste me lædendum putares, superest, vt agnoscam peccatum meum, quòd prior te illis litteris læserim, quas meas esse negare non possum. Cur itaque conor contra fluminis tractum, ac non potius veniam peto? Oblæcro ergo te per mansuetudinem Christi, vt si te læsi, dimittas mihi, nec, me vicissim lædèdo, malum pro malo reddas. lædes autem, si mihi tacueris errorem meum, quem fortè inueneris in scriptis, vel in dictis meis. Nam si ea in me reprehenderis, quæ reprehendenda non sunt, te potius lædis, quàm me: quod absit à moribus & sancto proposito tuo, vt hoc facias voluntate lædèdi, culpans in me aliquid dente maledico, quod mente veridica scis nõ esse culpandum. ac per hoc aut beneuolo corde arguas, etiam si caret delicto quod arguèdum putas: aut paterno affectu mulceas, què abiicere nequeas. Potest enim fieri, vt tibi videatur aliud, quàm veritas habet; dum tamen aliud abs te non fiat, quàm caritas habet. nam & ego amicissimam reprehensionè tuâ gratissimè accipiam, etiam si reprehendi non meruit quod rectè defendi potest: aut agnosca simul & beneuolentiam tuam & culpam meam, & quantū Dominus donat, in alio gratus, in alio emendatus inueniar. Quid ergo? fortasse dura, sed certè salubria verba tua, tamquam cestus Entelli, pertimescam. Cædebatur ille, non curabatur, & ideo vincebatur, non sanabatur. ego autem. si medicinale correptionem tuam tranquillius accepero, non dolebo. si verò infirmas vel humana, vel mea, etiam cum veraciter arguitur, non potest non aliquatulum contristari: melius tumor capitis dolet, cum curatur, quàm dum ei parcitur, & non sanatur. hoc est enim, quod acutè vidit, qui dixit, vt iliores esse plerumque inimicos obiurgantes, quàm amicos obiurgare metuentes. illi enim dum rixantur, dicunt aliquando vera, quæ corrigamus: isti autem minore, quàm oportet, exhibent iustitiæ libertatem, dum amicitia timent exasperare dulcedinè. Quapropter et si fortè bos, vt tibi videris, lassus senectute corporis, non vigore animi, tamen in area Dominica fructuoso labore defudas. Ecce sum, si quid perperam dixi: fortius sige pedem. non mihi esse debet molestum pondus ætatis tuæ, dum modo conteratur palea culpæ meæ. Proinde illud, quod in extremo epistolæ tuæ posuisti, cum magni desiderij suspitio vel lego, vel recolo. Vtinam, inquis, mereremur cõplexus tuos; & collatione mutua vel doceremus aliqua, vel disceremus. Ego autè dico: vtinam saltem propinquis terrarum locis habitarem; vt si non possent miseri nostra colloquia, litteræ saltem possent esse crebriores. nunc verò tanto locorum interuallo absumus à sensibus nostris, vt de illis verbis Apostoli ad Galatas, iuuenè me ad tuâ sanctitatem scripsisse meminerim; & ecce iam senex necdū rescripta meruerim; faciliusq; ad te exemplaria epistolæ meæ peruenierint, nescio qua occasione præueniente, quâ ipsa epistola me curante. homo enim, qui eam tunc acceperat, nec ad te pertulit, nec ad me retulit: Tantæ autem mihi in litteris tuis, quæ in manus nostras peruenire potuerunt, apparent res, vt nihil studiorum meorum mallet, si possem, quàm inherere lateri tuo. quod ego quia non possum, aliquè nostrorū in domino filiorū erudiendum nobis ad te mittere cogitò, si etiã de hac re tua rescripta meruerò, nam neq; in me tantū scientiæ diuinarū scripturarū est, aut esse iã poterit, quantū in esse tibi video; & si quid in hac re habeo facultatis, vt cumq; impendo populo Dei. Vacare autè studiis diligentius, quâ quæ

Prou. 47

Gal. 4

populi

populi audiunt instruendi, propter ecclesiasticas occupationes omnino non possum. Nescio quæ scripta maledica super tuo nomine ad Africam peruenisse audiui. accepimus tamen, quod dignatus es mittere, illis respōdens maledictis. quo perlecto, fateor, multum dolui, inter tam caras familiaresq; personas cūctis pene ecclesijs notissimo amicitiae vinculo copulatas, tantum malū exiitisse discordiæ. Et tu quidē quantum tibi modereris, quantumq; teneas aculeos indignationis tuæ, ne reddas maledictum pro maledicto, satis in tuis litteris eminet. Veruntamen si, eas ipsas cum legissem, cōtabui dolore, & obrigui timore: quid de me illa facerent, quæ in te ille scripsit, si in manus meas fortē venissent? Vmundo ab scandalis. Ecce sit, ecce prorsus impletur quod veritas ait: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Quæ sibi enim iam fida pectora toto ore fundatur? in cuius sensus tota se proiciat secura dilectio? quis denique amicus non formidetur, quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymum, & Rufinum hoc, quod plangimus, exoriri? O misera & miseranda conditio. o infida in voluntatibus amicorum sciētia præsentium, vbi nulla est præsentia futurorum. Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem, quando ne ipse quidem sibi homo est notus in posterū: nouit enim vtrumque vix fortē, nunc qualis sit, qualis autē postea sit futurus, ignorat. Hæc porro non tantū sciētia, qualis quisque sit, verum etiam præsentia, qualis futurus sit, si est in sanctis & beatis angelis; quo modo fuerit beatus diabolus aliquando, cum adhuc bonus angelus esset, sciens futuram iniquitatem suā, & sempiternū supplicium, omnino nō video. De qua re, si tamē eā nosse opus est, vellē audire, quid sentias. Vide quid faciāt terræ, ac maria, quæ nos cōcorporaliter dirimūt. Si hæc epistola mea, quā legis, ego essem; iā mihi diceres, quod quæsiui: nūc verō quando rescriberes? quādo mittes? quādo perueniet: quādo accipiat? & tamen vtinam quādoq; fiat, quod tam cito fieri non posse, quāam volumus, quanta possumus tolerantia sustinemus. Vnde recurro ad illa verba epistolæ tuæ dulcissima, sanctiq; desiderij tui plenissima, & ea facio vicissim area: Vtinam mereremur complexus tuos; & collatione mutua vel doceremus aliqua, vel diceremus: si tamē esse vilo modo posset, quod ego te docerem. In his autem verbis, non iam tuis tantū, sed etiam meis, vbi delector, & reficior, & ipso quāuis pendente & non attingente vtriusque nostrū desiderio, nō parua ex parte consolor; ibi rursus acerrimis dolorum stimulis fodior, dum cogito inter vos, quibus Deus hoc ipsum, quod vterque vestrū optauit, largum prolixumq; concesserat, vt cōiunctissimi & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberetis, sic tantæ amaritudinis irrepsisse perniciem, quando non, vbi non, cui nō homini formidandum: cum eo tempore, quo, abiectis iam sarcinis secularibus, iam expediti Dominum sequebamini, & in ea terra viuebatis simul, in qua Dominus humanis pedibus ambulans, Pacem, inquit, meā do vobis: pacem meam relinquo vobis: viris ætate maturis & in eloquio Domini abundantibus vobis accidere potuit? Verē tentatio est vita humana super terram. Heu mihi, qui vos simul alicubi inuenire nō possū. forte, vt moueor, vt dolco, vt timeo, prociderē ad pedes vestros, starem quantum valerem, rogarem quantum amarem. nunc vnumquemque vestrum pro se ipso, nunc vtrumq; pro alterutro, & pro alijs ac maxime infirmis, pro quibus Christus mortuus est, qui vos tamquam in theatro vitæ huius cum magno sui periculo spectant, ne de vobis ea cōscribendo sparga-

tis, quæ quādoq; concordēs delere nō poteritis, qui nunc concordare nolitis; aut quæ cōcordes legere timeatis, ne iterum litigetis. Verū dico caritati tuæ, nihil me magis, quāam hoc exēplum, tremuisse, cū quædā ad me in epistola tua legerē, tuæ indignationis indicia, non tam illa de Entello & boue lasso, vbi mihi potius hilariter iocari, quāam iracundē minari visus es, quāam illud, quod serio te scripsisse satis apparet: vnde supra locutus sum plus fortasse, quāam debui, sed non plus, quāam timui, vbi aisti: Ne fortē læsus iuste exposculares. Rogo te, si fieri potest, vt inter nos queramus & differamus aliquid, quo, sine amaritudine discordiæ, corda nostra pascantur, fiat, si autem non possumus dicere, quid mihi emendandū videatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cum suspicione inuidiæ, aut læsione amicitiae: quiescamus ab ijs, & nostræ vitæ salutiq; parcamus. Minus certē assequatur illa, quæ inflat, dum non offendatur illa, quæ edificat. Ego me longe esse sentio ab illa perfectione, de qua scriptum est: Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir. Sed planē in Dei misericordia puto me posse faciliē abs te petere veniam, si quid offendi: quod mihi aperire debes: vt, cū te audiero, lucreris patrē tuū. Neq; enim, quia hoc propter longinquitatem terrarū non potes facere inter me & te, propterea debes finire errare me. Prorsusq; (quod ad ipsas res, quās nosse volumus, attinet) si quid veri me tenere vel scio, vel puto, vel credo, in quo tu aliter sentias, quantū dat Dominus, sine tua iniuria conabor asserere. Quod autem pertinet ad offensionē tuam, cum te indignatū sensero, nihil aliud, quāam veniā, deprecabor. nec omnino arbitrabor te succensere potuisse, nisi aut hoc dicerem, quod non debui: aut non sic dicerē, vt debui: quia nec miror nos minus scire inuicem, quā scimur à coniunctissimis & familiarissimis nostris: in quorū ego caritatem, fateor, faciliē me totum proicio, præsertim fatigatum scandalis seculi, & in ea sine vlla solitudine requiesco. Deū quippe illic esse sentio, in quem me securus proicio, & in quo securus requiesco. Nec in hac mea securitate crastinū illud humanæ fragilitatis incertum, de quo superius gemui, omnino formido. Cum enim hominem Christiana caritate flagrantem, atque mihi fidelem amicum factū esse sentio; quidquid ei consiliorū meorum cogitationumq; committo, non homini committo, sed illi in quo manet, vt talis sit. Deus enim caritas est: & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo: quā si deseruerit, tantum faciat necesse est dolorem, quantum manens fecerat gaudium. Verumtamē ex amico intimo factus inimicus, quærat sibi potius, quod fingat astutus, non inueniat, quod prodatur iratus. Hoc autem vnusquisque faciliē assequitur, non occultando quod fecerit, sed non faciēdo quod occultare velit. Quod si misericordia Dei bonis pijsq; concedit, vt inter inimicos quoslibet futuros liberi securique versentur: aliena peccata sibi commissa non prodatur, quæ prodi timent, ipsi nulla committant. Cum enim falsū quid à maledico fingitur; aut omnino nō creditur; aut certē, integrā salutē, sola fama vexatur, quod autē malū perpetratur, hostis est intimus, etiā si nullius intimi loquacitate aut lite vulgetur. Quapropter quis prudentiū non videat, etiā tu quāam tolerabiliter feras amicissimi quondā & familiarissimi incredibiles nunc inimicitias, cōsolante te cōscientia; & quemadmodum vel quod iactitat, vel quod à quibusdā forsitan creditur, in sinistris armis deputes, quibus non minus quāam dextris contra diabolum dimicatur? Verū tamen illū maluerim aliquo modo mitiorem, quāam te isto modo armatiorem, hoc ma-

Math. 12.
14.

1. Cor. 8.
Iac. 3.

Math. 12.

1. Ios. 4.

Ios. 14.

Ios. 7.

gnunq;

gnum & triste miraculum est, ex amicitijs talibus ad has inimicitias peruenisse. lætū erit, & multo maius, ex inimicitijs talibus ad pristinā cōcordiā reuertisse.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

EPISTOLA XCIII.

ARGVMENTVM.

LIBROS duos de origine animarum, sibi ab Augustino dicatos, per Orosiū se excepisse testatur, excusans se quod non responderit: firmā amicitia pollicetur, & post admixtas salutationes, de quibusdam suis rebus certiorē illum reddit.



VIRVM honorabilem, fratrem meū, filium dignationis tuæ, Orosiū presbyterum, & sui merito, & te iubente suscepti. sed incidit tempus difficillimū, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui, ita vt nostra studia cessarent, & iuxta Appium, canina exerceat facundia.

itaq; duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis & omni eloquentiæ splendore fulgentibus, respondere non potui: nō quod quidquam in illis reprehendēdum putem: sed quia, iuxta Apostolum, vnusquisque in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic. Certē, quidquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te postū atq; disertum est: Sed, quanto reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuū laudare ingenium. nos enim inter nos eruditionis causa differimus. ceterū emuli, & maximē hæretici, si diuersas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. mihi autem decretū est, te amare, te suspicere, colere, mirari, tuāq; dicta quasi mea defendere. Certē & in dialogo, quem nuper edidi, tuæ beatitudinis, vt dignum fuerat, recordatus sum: magisq; demus opera, vt perniciosissima hæresis de ecclesijs auferatur, quæ semper simulat pœnitentiam, vt docēdi in ecclesijs habeat facultatē: ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur. Sæcæ ac venerabiles filia tuæ, Paula & Eustochium, & genere suo, & exhortatione tua digne graduntur, specialiterq; saluant beatitudinem tuā: omnis quoq; fraternitas, quæ nobiscum Domino Saluatori seruire conatur. Sanctum presbyterum Firmū anno præterito ob rem earum Rauennam, & inde Africam, Siciliamq; direximus: quem puram iā in Africæ partibus commorari. Sanctos, tuō adhæretes lateri, vt meo obsequio salutes, precor. Litteras quoque meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi: quæ si ad te venerint, ei dirigere non graueris. Incolumem te, & mei memorem, Christus dominus custodiat, domine verē sancte & beatissime Papa. Grādem Latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam: & iccirco præceptis tuis parere non possumus, maximē in editione Septuaginta, quæ asteriscis veribusq; distincta est, pleraque enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

AVGVSTINVS PRÆSIDIO.

EPISTOLA XCV.

ARGVMENTVM.

ROGAT vt suam epistolam Hieronymo reddendam curet, vtque illum suis quoque litteris placeat, & si quid ex litterarum exemplo, se aliquid illum offendisse cognouerit, sibi renunciet.



SICVT præfens rogavi sinceritatem tuam, nunc quoq; commoneo, vt litteras meas sancto fratri & cōpresbytero nostro Hieronymo mittere non graueris. Vt autem

nouerit caritas tua, quemadmodum etiam tu illi pro mea causa scribere debeas, nisi exemplaria litterarum & mearum ad ipsum, & ad me ipsius, quibus lectis, pro tua sancta prudentia facile videbis & modum meum, quem seruandum putavi, & motum eius, quem non frustra timui. Aut, si ego, quod non debui, aut quo modo non debui, aliquid scripsi; non ad illum de me, sed ad me ipsum potius fraterna dilectione mitte sermonem; quo correctus petam vt ignoscat, si meam culpam ipse cognouero.

HIERONYMVS AVGVSTINO

EPISTOLA XCVI.

ARGVMENTVM.

BENIGNE primum salutans, quod acriter responderit, excusat: caritatisque non quaestionum deinceps scripta efflagitās, ac salutationes admiscens, rursum de cucurbita meminit, & vt sine mutuo dolore in scripturarum ludant campo, hortatur.



CVM à sancto fratre nostro Firmo sollicitē quaererem, quid ageres, sospitem te lætus audiui. rursum cum tuas litteras non dico sperarem, sed exigerem, nesciente te ex Africa profectum se esse dixit. itaq; reddo tibi per eum salutationis officia, qui te vnico amore complectitur: simulq; obsecro, vt ignoscas pudori meo, quod diu vt rescriberem præcipiente negare non potui: nec ego tibi, sed causa causa respondit. & si culpa est respondisse, quæso, vt patienter audias: multo maior est prouocasse. Sed facessant istiusmodi querimonie: sit inter nos pura germanitas: & deinceps non quaestionum, sed caritatis ad nos scripta mittamus. Sancti fratres, qui nobiscum Domino seruiunt, affatim te salutant. Sanctos, qui tecum Christi leue trahunt iugum, præcipuē sanctum & suspiciendum papam Alipiū vt meo obsequio salutes, precor. Incolumem te, & memorem mei, Christus Deus noster tueatur omnipotens, domine verē sancte & beatissime papa.

Si legisti librum explanationum in Ionā, puto quod ridiculam cucurbitæ non recipias quaestionem. sin autem amicus, qui me primus gladio petijt. stylo repulsi est: sit humanitatis tuæ, atque iustitiæ, accusantem reprehendere, non respondentem. in scripturarum, si placet, campo sine nostro iuicem dolore ludamus.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

EPISTOLA XCVII.

ARGVMENTVM.

EPISTOLÆ, qua Hieronymus ad illum scripserat de interpretatione loci ad Galatas, & Pauli simulatione, lætè, accurateque responderit: & postquam mendacium omne è scripturis explosit, Petrum dum Iudaizare fecit gentiles, errasse non Paulum, qui id in Iudeis seruauit ad tempus, multis ostendit, suamque hanc interpretationem, quamuis nouam, veriorē, germaniorēque tamen esse dilucide probat.



AMPRIDEM caritati tuæ prolixam epistolā misi, respondens illi tuæ, quæ per sanctū filium tuū Asteriū, nunc iam non solum fratrem, verum etiā collegam meum, misisse te recolis: quæ vtrum in manus tuas peruenire meruerit, adhuc nescio, nisi quod per fratrem sincerissimum

rissimum. Firmum scribis ; si ille, qui te primum gladio petiit, stylo repulsus est ; vt sit humanitatis mæ, atq; iustitiæ, accusantem reprehendere, non respondentem. Hoc solo tenuissimo indicio vt cumq; cõiicio, legisse te illam epistolam meã. In ea quippe deploravi, tantam inter vos extitisse discordiã, de quorum tanta amicitia, qua quauersum eam fama diffuderat, caritas fraterna gaudebat ; quod nõ feci reprehendẽdo in aliquo germanitatem tuam ; cuius in eare aliquam culpam me cognouisse, nõ ausus sum dicere, sed dolendo humanã miseriam, cuius in amicitias mutua caritate retinendis, quantalibet illa sit, incerta permansio est. Verum illud maluerã tuis nosse rescriptis, vt rum mihi veniam, quã poposceram, dederis. Quod apertius mihi intimari cupio : quamuis hilarior quidam vultus litterarum tuarum, etiã hoc me impetrasse, significare videatur : si tamen post lectam illam missã sunt : quod in eis minimẽ apparet. Petis, vel potius fiducia caritatis iubes, vt in scripturarum campo sine nostro inuicem dolore ludamus. Equidem, quantum ad me attinet, scrio nos ista, quã ludò, agere mallem. Quod si hoc verbũ tibi propter facilitatem ponere placuit, ego fateor, maius aliquid exopto à benignitate virum tuarum, prudentiaque tam docta, & otiosa, annosa, studiosa, ingeniosa, diligente, hæc tibi non tantum donante, verum etiã dicente Spiritu sancto, vt in magnis & laboriosis questionibus, non tamquam ludẽtem in campo scripturarum, sed in montibus anhelantem adiuues. Si autem propter hilaritatem, quam esse inter carissimos differentes decet, putasti dicendum esse, ludamus : siue illud apertum & planum sit, vnde colloquimur ; siue arduum, atque difficile ; hoc ipsum, edoce obsecro te, quonam modo assequi valeamus : vt, cum forte aliquid nos mouet, quod nobis, etsi nõ cautiùs attendentibus, certẽ tardius intelligentibus, non probatum est, & quid nobis videatur, contra conamur asserere, si hoc aliquantum securiore libertate dicamus, non incidamus in suspicionem puerilis iactantia, quasi nostro nomini famam, viros illustres accusando, quaramus. Si autem aliquid asperum, refellẽdi necessitate, de promptu fuerit ; quo tolerabile fiat, leniore circumfundamus eloquio ; ne litum melle gladiũ stringere videamur. Nisi forte ille modus est, quo vtrumque hoc vitium, vel vitij suspensionem caueamus, si cum doctiore amico sic disputemus, vt, quidquid dixerit, necesse sit approbare ; nec, querendi saltem causa, liceat aliquantulum reluctari. Tum verò sine vilo timore offensionis tamquam in campo luditur : sed mirum, si nobis non illudatur. Ego enim fateor caritati tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum auctore scribendo aliquid errasse firmissimẽ credam. at si aliquid in eis offenderõ, quod videatur contrarium veritati : nihil aliud, quã vel mēdosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minimẽ intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, vt, quantalibet sanctitate doctrinaq; præpollent, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero nõ abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliquid alter existimo : profus, inquam, non te arbitror sic legittuos libros velle, tamquam prophetarum, & apostolorum : de quorum scriptis, quod omni errore careã, dubitare nefariũ est. absit hoc à pia humilitate tuã ; & veraci de temet ipso cogitatione : qua nisi esses præditus, non vtique diceris : Vtinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua vel doceremus

aliqua, vel disceremus. Quod si te ipsum consideratione vitæ, ac morum tuorum, non simulatẽ, nõ fallaciter dixisse credo : quanto magis æquum est me credere, apostolum Paulum non aliud sensisse, quã scripserit, vbi ait de Petro & Barnaba : Cum viderem quia non rectẽ ingrediebantur ad veritatem Euangelij, dixi Petro coram omnibus : Si tu cum sis Iudeus, gentiliter & nõ Iudaice viuis, quo modo gẽtes cogis Iudaizare ? De quo enim certus sum, quod me scribendo vel loquendo non fallat : si fallebat apostolus filios suos, quos iterũ parturiebat, donec in eis Christus, id est veritas, formaretur. Quibus cum præmississet, dicens : Quæ autem scribo vobis, ecce corã Deo quia non mentior : non tamen veraciter scribebat, sed nescio qua dispensatoria simulatione fallebat, vidisse se Petrum & Barnabam non rectẽ ad Euangelij veritatem ingredientiẽs, ac Petro in faciem restitisse ; non ob aliud, nisi quod gentes cogeret Iudaizare. At enim fatius est credere, apostolum Paulum aliquid verẽ non scripserit, quã apostolum Petrum nõ rectẽ aliquid egisse. Hoc si ita est, dicamus, (quod absit) fatius est credere, mentiri Euangelium, quã negatum esse à Petro Christum, & mentiri Regnum librum, quã tantũ prophetam, à domino Deo tam excellenter electum, in concupiscenda atq; abducenda vxore aliena commisisse adulterium, & in marito eius necando tam horrendum homicidium. Immo verò sanctam scripturam, in summo, & celestis auctoritatis culmine collocatam, de veritate eius certus ac securus legam : & in ea homines vel approbatos, vel emẽdatos, vel damnatos veraciter dicam, potius quã facta humana : ne, dum in quibusdam laudabilis excellentiẽ personis aliquando credere timẽo reprehendenda, ipsã diuinã eloquia mihi sint vbique suspecta. Manichæi plurima diuinarum scripturarum, quibus eorũ nefarius error clarissima sententiarum perspicuitate conuincitur, quia in alium sensum detorquere non possunt, falsa esse contendunt, ita tamen, vt eandem falsitatem non scribentibus apostolis tribuant, sed nescio quibus codicum corruptoribus. quod tamẽ quia nec pluribus siue antiquioribus exemplaribus, nec præcedẽtis linguæ auctoritate, vnde Latini libri interpretati sunt, probare aliquando potuerunt : notissima omnibus veritate superati, confusiq; discedunt. Ita ne non intelligit prudentia sancta tua, quãta malitiæ illorum pateat occasio, si, non ab aliis apostolicis litteras esse falsatas, sed ipsos apostolos falsa scripserit, dicamus ? Non, inquis, credibile est, hoc in Petro Paulum, quod ipse Paulus fecerat, arguisse. Non nunc inquirõ, quid fecerit : sed, quid scripserit, quæro. Hoc ad questionẽ, quã suscepi ; maxime pertinet, vt veritas diuinarum scripturarum ad nostram fidem ædificandam memoriz commendata, non à quibuslibet, sed ab ipsis apostolis, ac per hoc in canonicum auctoritatis culmen recepta, ex omni parte verax atque indubitanda persistat. Nam si hoc fecit Petrus, quod facere debuit : mentitus est Paulus, quod eum viderit non rectẽ ingredientiẽm ad veritatem Euangelij. Quisquis enim hoc facit, quod facere debet ; rectẽ vtique facit ; & ideo falsum de eo dicit, qui dicit eum non rectẽ fecisse, quod eum nouit facere debuisse. Si autem verum scripserit Paulus : verum est, quod Petrus non rectẽ tũc ingrediebatur ad veritatem Euangelij. Id verò faciebat, quod facere non debebat : & si tale aliquid Paulus ipse iam fecerat, correctum potius etiã ipsum credam, coapostoli sui correctionem nõ potuisse negligere, quã mendaciter aliquid in sua epistola posuisse. Et si hoc non in epistola qualibet, quanto magis in illa, in qua prælocutus ait : Quæ autem scribo

Gal. 2.

Marth. 26.
2. Reg. 11.
19

Gal. 2.

vobis, ecce coram Deo quia non mentior? Ego quidem illud Petrum sic egisse credo, vt gentes cogeret Iudaizare. Hoc enim lego scriptisse Paulum, quem mentitum esse non credo: & ideo non recte agebat hoc Petrus. Erat enim contra Euangelij veritatem, vt putarent qui credebant in Christum, siue illis veteribus sacramentis saluos se esse non posse. Hoc enim contendeabant Antiochię, qui ex circumcisione crederant. Contra quos Paulus perseueranter acriterque conflagit. Ipsum verò Paulum non ad hoc id egisse, quòd vel Timotheum circumcidit, vel Cenchreis votum persoluit, vel Hierosolymis à Iacobo admonitus, cum eis, qui vouerant, legitima illa celebranda suscepit, vt putari videretur, per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari: sed ne illa, quę prioribus, vt congruebant, temporibus, in vmbtris rerum futurarum Deus fieri iusserat, tamquam idololatriam gentiliũ damnare crederetur. Hoc est enim, quòd illi Iacobus ait auditum de illo esse, quòd diffisionem doceat à Moyse. quòd vtique nefas est, vt centurionis in Christũ discindantur à propheta Christi, tamquam eius doctrinam detestantes atque damnantes: de quo ipse Christus dicit: Si crederetis Moyse, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Attende, obsecro, ipsa verba Iacobi: Vides, inquit, frater, quòt millia sunt in Iudęa, qui crederunt in Christũ: & hi omnes æmulatores sunt legis. audierunt autem de te, quia diffisionem doces à Moyse, eorum, qui per gentes sunt, Iudæorum, dicens: non debere circumcidere eos filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem. audierunt enim te superuenisse. hoc ergo fac, quòd tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor, votũ habentes super se. his assumptis, sanctifica te cum ipsis, & impende in eos vt radat capita: & sciant omnes, quia, quę de te audierunt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legẽ: de gentibus autem, qui crederunt, nos madauimus, iudicantes nihil eiusmodi seruare illos, nisi vt se obseruet ab idolis, immolato, & à sanguine, & à fornicatione. Non, vt opinor, obscurum est, & Iacobum hoc ideo monuisse, vt scirent falsa esse, quę de illo audierant, ij, qui cũ in Christum ex Iudæis credidissent, tamen æmulatores erant legis, ne per doctrinam Christi, velut sacrilega, nec Deo mandante conscripta, damnari putarentur, quę per Moysen patribus fuerant ministrata. hoc enim de Paulo iactauerant, non illi, qui intelligebant quo animo à Iudæis fidelibus obseruari tunc ista deberent, propter commendandam scilicet auctoritatem diuinam, & sacramentorum illorum propheticam sanctitatem: non propter adipiscendam salutem, quę iam in Christo reuelabatur, & per baptismi sacramentum ministrabatur: sed illi hoc de Paulo sparserant, qui sic ea volebant obseruari, tamquam sine his in Euangelio salus credentibus esse non posset. ipsum enim senserant vehementissimum gratię predicatorem & intentioni eorum maximè aduersum, docerem non per illa hominem iustificari, sed per gratiam Iesu Christi, cuius prænunciandę causa, illa vmbre in lege madata sunt. Et ideo illi inuidiam & persecutionem volentes concitare, tamquam inimicũ legis mandatorumque diuinorum criminabantur: cuius falsa criminationis inuidiam congruentius deuitare non posset, quàm vt ea ipsa celebraret, quę damnare tamquam sacrilega putabatur: atque ita ostenderet, nec Iudæos tunc ab eis tamquam à nefariis prohibendos, nec gentiles ad ea tamquam ad necessaria compellendos. Nam si reuera sic ea reprobarer, quemadmodum de illo auditum erat; & ideo celebranda susciperet, vt actione simu-

lata suam posset occultare sententiam: non ei diceret Iacobus, Et scient omnes: sed diceret, & putabunt omnes, quoniam, quę de te audierunt, falsa sunt: præsertim quia in ipsis Hierosolymis apostoli iam decreuerant, ne quisquã gentes cogeret Iudaizare: non autem decreuerat, ne quisquam tunc Iudæos Iudaizare prohiberet, quamuis etiam ipsos iam doctrina Christiana non cogeret. Proinde si, post hoc apostolorum decretum, Petrus habuit illam in Antiochia simulationẽ, qua gentes cogeret Iudaizare; quò iam nec ipse cogebatur, quamuis propter commendanda eloquia Dei, quę Iudæis sunt credita, non prohibeatur: quid mirum, si constringebat eum Paulus liberè asserere, quòd cum cæteris apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat? Si autem hoc, quòd magis arbitror, ante illud Hierosolymitanum cõcilium Petrus fecit: nec sic mirum est, quòd eum volebat Paulus non timidè obtegere, sed fidenter asserere: quòd eum pariter sentire iã nouerat: siue quòd cum eo contulerat Euangelium: siue quòd in Cornelij centurionis vocatione, etiam diuinitus eum de hac re admonitum, acceperat: siue, quòd, antequam illi, quos timuerat, venissent Antiochiã, cum gentibus eum conuesci viderat. Neque enim negamus in hac sententia fuisse iam Petrum, in qua & Paulus fuit. Non itaque tunc eum, quid in ea re verum esset, dicebat: sed eius simulationem, qua gentes Iudaizare cogebantur, arguebat: non ob aliud, nisi quia sic illa omnia simulatori gerebantur; tamquam verum esset, quòd illi dicebãt, qui sine circumcisione præputij, atque aliis obseruationibus, quę vmbre erant futurorum, putabant credentes saluos esse non posse. Ergo & Timotheum propterea circumcidit, ne Iudæis, & maximè cognationi eius maternę sic videretur, qui ex gentibus in Christum crediderat, detestari circumcisionem, sicut idololatria detestanda est: cum illam Deus fieri præceperit, hanc Satananas peruerserit. Et Titum propterea nõ circumcidit, ne occasione daret eis, qui sine vlla circumcisione dicebant credentes saluos esse non posse, & ad deceptionem gentium hoc etiam Paulum sentire iactarent: quòd ipse satis significat, vbi ait: Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi: propter subintroductos autẽ falsos fratres, qui subintroierat persecrari libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent: quibus nec ad horam cessimus subiectioni, vt veritas Euangelij permaneret apud vos. Hinc apparet, quòd eos captare intellexerit, vt non faceret quòd in Timotheo fecerat; & quòd ea libertate facere poterat, qua ostenderat, illa sacramenta nec tãquam necessaria debere appeti, nec tãquam sacrilega debere damnari. Sed cauendũ est, videlicet in hac disputatione, ne, sicut philosophi, quãdam facta hominum media dicamus inter recte factum & peccatum, quę neque in recte factis, neque in peccatis numerentur; & urgeamur eo, quòd obseruare legis carimonias non potest esse indifferens, sed aut bonum, aut malum: vt, si bonum dixerimus, eas nos quoque obseruare cogamur: si autem malum, non verè, sed simulatè ab apostolis obseruatas esse credamus. Ego verò apostolis, non tam exemplum philosophorum timeo, quando & illi in sua disputatione veri aliquid dicunt, quàm forensium aduocatorum, quando in alienarum causarum actione merentur. Quorum similitudo, si in ipsa expositione epistolę ad Galatas ad confirmandam simulationem Petri & Pauli putata est deceter induci: quid ego apud te timeam nomen Philosophorum; qui nõ propterea vni sunt, quia omnia falsa dicunt, sed quia & falsis

A. 16. 18.

A. 11

Ioan. 1
A. 11

A. 14; 3

A. 16

Gal. 1

nerisque

plerisque confidunt, & ubi vera inveniuntur dicere, à Christi gratia, qui est ipsa veritas, alieni sunt? Cur autem non dicam, præcepta illa veterum sacramentorum nec bona esse, quia non eis homines iustificatur; vmbra enim sunt prænunciantes gratiam, qua iustificamur; nec tamen mala, quia diuinitus præcepta sunt, temporibus personisque congruentia: cum me adiuuet etiam prophetica sententia, qua dicit Deus se illi populo dedisse præcepta non bona. Fortè enim propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est, non talia, ut illis homines boni fiant, aut sine illis boni non fiant. Vellem me doceret benigna sinceritas tua, utrum simulatè quisquam sanctus orientalis, cum Romam venerit, ieiunet sabbatho, excepto illo die paschalis vigiliæ. Quod si malum esse dixerimus, non solum Romanam ecclesiã, sed etiam multas ei vicinas, & aliquãto remotiores damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet. Si autem, non ieiunare sabbatho, malum putauerimus: tot ecclesias orientis, & multo maiorem orbis Christiani partem qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi, ut medium quiddam esse dicamus, quod tamè acceptabile sit ei, qui hoc non simulatè, sed congruenti focietate atque obseruantia fecerit? & tamen nihil inde legimus in canonicis libris, præceptum esse Christianis: quanto magis illud malum dicere non audeo, quod Deum præcepisse ipsa Christiana fide negare non possum: quia didici non eo me iustificari, sed gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum? Dico ergo, circumcisione præputij, & cætera huiusmodi, priori populo per testamentum, quod vetus dicitur, diuinitus data ad significationem futurorum, quæ per Christum oportebat impleri: quibus aduentibus, remansisse illa Christianis legenda tantum ad intelligentiam præmissæ prophetiæ, non autem necessario faciendã; quasi adhuc expectandum esset, ut veniret fidei reuelatio, quæ his significabatur esse ventura: sed quamuis genibus imponenda non essent, non tamen sic debuisse auferri à consuetudine Iudæorum, tamquam detestanda, atque damnanda: sensim proinde atque paulatim, seruentem sanè prædicatione gratiæ Christi, qua sola nosse credentes se iustificari, saluosque fieri, non illis vrbis rerum antea futurarum, tunc iam venientium, atque presentium, ut in illorum Iudæorum vocatione, quos præsentia carnis Domini & apostolica tempora sic inuenerant, omnis illa actio consumeretur vmbra, hoc eos fecisse ad commendationem: ut non tamquam detestanda & similis idololatriæ vitaretur, vltra verò nõ haberet progressum; ne putaretur necessaria, tamquam vel ab illa salus esset, vel sine illa esse non posset. quod putauerunt hæretici: qui dum voluerunt & Iudæi esse, & Christiani, nec Iudæi, nec Christiani esse potuerunt. Quorum sententiam mihi cauendam, quamuis in ea nunquam fuerim, tamen benevolentissimè admonere dignatus es: in cuius sententiæ non consensionem, sed simulationem Petrus timore inciderat, ut de illo Paulus verissimè scriberet, quod cum eum vidisset non rectè ingredientem ad veritatem Euangelij, ei quæ verissimè diceret, quod gètes Iudaizare cogebat: quod Paulus utique non cogebat, ob hoc illa vetera veraciter, ubi opus esset, obseruans, ut damnanda non esse monstraret: prædicans tamen instanter nõ eis, sed reuelata gratia fidei, fideles saluos fieri, ne ad ea quæquam velut necessaria suscipienda compelleret. Sic autem credo, apostolum Paulum veraciter cuncta illa gessisse, nec tamen nunc quemquam factum ex Iudæo Christianum, vel cogo, vel sino talia veraciter celebrare; sicut nec tu, cui videtur Paulus ea simu-

lasse, cogis istum, vel finis talia simulare. An vis, ut etiam ego dicam, hanc esse summam questionis, immo sententiæ tuæ; ut post euangelium Christi, beneficiant credentes Iudæi, si sacrificia offerant, quæ obtulit Paulus; si filios circumcidant; si sabbathum obseruent; ut Paulus in Timotheo, & omnes obseruauere Iudæi, dummodo hæc simulatè ac fallaciter agant? Hoc si ita est, nõ iam in hæresim Hebionis, vel eorum, quos vulgò Nazareos nuncupant, vel quilibet aliam veterem, sed nescio in quam nouam delabimur, quæ sit eo perniciosior, quo non errore, sed proposito est ac voluntate fallaci. Quod si respondeas, ut te ab hac purges sententia, tunc apostolus ista laudabiliter simulasse, ne scandalizarentur infirmi, qui ex Iudæis multi crediderant, & ea respuenda nõdum intelligebant; nunc verò confirmata per tot gentes doctrina gratiæ Christianæ, confirmata etiã per omnes Christi ecclesias lectione legis, & prophetarum; quo modo hæc intelligenda, non obseruanda recitentur, quisquis ea simulando agere voluerit, videatur insanire: cur mihi non licet dicere, apostolum Paulum, & alios rectè fidei Christianos, tunc illa vetera sacramenta paululum obseruando, veraciter commendare debuisse, ne putarentur illæ prophetiæ significationis obseruationes, à piissimis patribus custoditæ, tamquam sacrilegia diabolica à posteris detestandæ? Iam enim cum venisset fides, quæ prius illis obseruationibus prænunciata, post mortem & resurrectionem Domini reuelata est, amiserant tamquam vitam officij sui. veruntamen sicut defuncta corpora, necessarium officij deducenda erant quodam modo ad sepulturam, nec simulatè, sed religiose, non autem deserenda continuo, vel inimicorum obreccationibus tamquam canum moribus proicienda. Proinde nunc qui sequi Christianorum, quamuis sit ex Iudæis, similiter ea celebrare voluerit, tamquam sopitos cineres eruens, non erit pius deductor, vel baiulus corporis, sed impius sepulturæ violator. Fateor sanè, in eo, quod epistola continet mea, quod ideo sacramenta Iudæorum Paulus celebrãda susceperat, cum iam Christi esset apostolus, ut doceret nõ esse perniciosã iis, qui ea vellent, sicut à parentibus per legem acceperant, custodire, minus me posuisse, illo dumtaxat tempore, quo primum fidei gratia reuelata est. tunc enim hoc nõ erat perniciosum, progressu verò temporis erat perniciosum, nisi illæ obseruationes ab omnibus Christianis desererentur: ne, si tunc fierent, non discerneretur, quod Deus populo suo per Moysen præcepit, ab eo, quod in templis dæmoniorum spiritus immundus instituit. Proinde potius culpanda est negligentia mea, quia hoc non addidi, quàm obiurgatio tua. Veruntamen longe ante, quàm litteras tuas accepissem, scribès contra Faustum Manichæum quò modo eundem locum, quãuis breuiter explicauerim, & hoc illi non prætermiserim: & legere poterit, si non dedignetur, benignitas tua, & à carissimis nostris, per quos nunc hæc scripta misi, quo modo volueris tibi fides fiat, illud me ante dixisse: mihi quæ de animo meo crede, quod coram Deo loquens, iure caritatis exposco, nõquam mihi visum fuisse, etiam nunc Christianos ex Iudæis factos sacramenta illa vetera quolibet affectu celebrare, & quouis animo debere ab eis vilo modo coli: cū illud de Paulo semper ita senserim, ex quo illius mihi litteræ innotuerunt: sicut nec tibi videtur hoc tempore cuiquam esse simulanda ista, cum hoc fecisse apostolos credas. Proinde sicut tu econtrariò loqueris: & licet reclamante, sicut tu scribis, mundo, libera voce pronuncias, cærimonias Iudæorum & perniciosas esse, & mortiferas Christianis, & quicumque eas

Gal. 2.

obseruauerit, siue ex Iudæis, siue ex gentibus, cum in barathrum diaboli deuolutum: ita ego hanc uocem tuam omnino conseruabo, & addo: Quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudæis, siue ex gentibus, non solum ueraciter, uerum etiam simulatè, eum in barathrum diaboli deuolutum. Quid quæris amplius? Sed sicut tu simulationem apostolorum ab huius temporis ratione secernis: ita ego Pauli apostoli ueracem tunc in iis omnibus conuersationem ab huius temporis, quamuis minime simulata carmoniarum Iudaicarum obseruatione secerno: quoniam tunc fuit approbata, nunc detestanda. Ita quamuis legerimus: Lex & prophetæ usque ad Ioannem Baptistam: & quia propterea quærebatur Iudæi Christum interficere, quia non solum soluebat sabbathum, sed & patrem suam dicebat Deum, æqualem se faciens Deo: & quia gratiam pro gratia accepimus: & quoniam lex per Moysen data est, gratia autè & ueritas per Iesum Christum facta est: & per Hieremiam promissum est, daturum Deum testamentum nouum domui Iudæ, non secundum testamentum, quod disposuit patribus eorum: non tamè arbitrò ipsum Dominum fallaciter à parentibus circumcisum. Aut, si hoc propter artem minime prohibebat: nec illud arbitrò eum dixisse fallaciter leproso, quem certè non illa per Moysen præcepta obseruatio, sed ipse mundauerat: Vade & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Nec fallaciter ascendit ad dicm festum, usque ad eò non causa ostentationis coram hominibus, ut non euidenter ascenderit, sed latenter. At enim dixit idè Apostolus: Ecce ego Paulus dico uobis: quia, si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. Decepit ergo Timotheum, & fecit ei nihil prodesse Christum? An quia hoc fallaciter factum est, ideo non obtulit? At ipse hoc non potuit, nec ait, si circumcidamini ueraciter, sicut nec fallaciter: sed sine ulla exceptione dixit, Si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. Sicut ergo tu vis hic locum dare sententiæ tuæ, ut uelis subintelligi, nisi fallaciter: ita non impudenter flagito, ut etiam nos illic intelligere sinas eis dictum, Si circumcidamini, qui propterea uolebant circumcidi, quòd aliter se putabant in Christo saluos esse non posse. Hoc ergo animo, hac uoluntate, ista intentione quisquis tunc circumcidebatur, Christus ei nihil omnino proderat: sicut alibi aperte dicit: Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Hoc ergo declarat, quod & ipse commemorasti: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Illos itaque arguit, qui se iustificari in lege credebant, non qui legitima illa in eius honore, à quo mandata sunt, obseruabant intelligentes, & qua prænuiciandæ ueritatis ratione mandata sint, & quousque debeant perdurare. Vnde est illud, quod ait: Si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. Vnde, uelut colligis, apparet, qui sub lege est, non dispensatiuè, ut nostros putas uoluisse maiores, sed uerè, ut ego intelligo, eum Spiritum sanctum non habere. Magna mihi uidetur questio, quid sit esse sub lege sic, quemadmodum Apostolus culpatur. Neque enim propter circumcisionem hoc eum arbitrò dicere: aut illa sacrificia, quæ tunc facta à patribus, nunc à Christianis non sunt, & cætera huiusmodi, sed hoc ipsum etià, quòd lex iubet: Non concupisces: quod fatemur certè Christianos debere obseruare, atque euagèlica maximè illustratione prædicari. Legem dicè esse sanctam, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Deinde subiungit: Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortè, ut fiat supra modum

peccator, aut peccatum per mandatum. Quod autem hic dicit, peccatum per mandatum fieri supra modum, hoc alibi ait: Lex subintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et alibi, cum superius de dispensatione gratiæ loqueretur, quòd ipsa iustificet, uelut interrogans ait: Quid ergo lex? Atque huic interrogatori continuè respondit: Præuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum est. Hos ergo dånabiliter dicit esse sub lege, quos reos facit lex non implentes legem, dum non intelligendo gratiæ beneficium ad faciendâ Dei præcepta, quasi de suis uiribus superba elatione præsumunt. Plenitudo enim legis caritas. Caritas uerò Dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed huic rei quatum satis est explicandæ, prolixior fortasse, & sui proprii uoluminis sermo deberet. Si ergo illud, quod lex ait: Non concupisces: si humana infirmitas gratia Dei adiuta nõ fuerit, sub se reum tenet; & præuaricatorem potius damnat, quàm liberat peccatorem: quanto magis illa, quæ significationis causâ præcepta sunt, circumcisio, & cætera, quæ, reuelatione gratiæ latius innotescente, necesse fuerat aboleri, iustificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerant tamquam diabolica gentium sacrilegia fugienda, etiam cum ipsa gratia iam cõperat reuelari, quæ umbratilibus fuerat prænuiciata, sed permittèda paululum eis, maxime qui ex illo populo, cui data sunt, uenerant. Postea uerò tamquam cū honore sepulta sunt, à Christianis omnibus irreparabiliter deserèda. Hoc autem, quod dicitis, non dispensatiuè, ut nostri uoluere maiores; quid sibi uult, oro te. aut enim hoc est, & quod ego appello officiosum mendacium; ut hæc dispensatio sit officium uelut honestè mendiandi: aut, quid aliud sit omnino, non uideo; nisi fortè, addito nomine dispensationis, fiat ut mendacium non sit mendacium. quod si absurdum est: cur ergo nõ apertè dicitis, officiosum mendacium defendendum? nisi fortè nomen te mouet; quia non tam uisatum est in ecclesiasticis libris uocabulū officii, quod Ambrosius noster nõ timuit, qui suos quosdam libros, uelut uolumen præceptionum plenos, de officiis uoluit appellare. An, si officiosè mentiar, quisque culpandus est, si dispensatiuè, approbandus? Rogo te, mentiar, ubi legerit qui hoc putat: quia & in hoc magna quæstio est, si ne aliquando mentiri uiri boni, immo uiri Christiani, qualibus dictum est: Sit in ore uestro, est est, non non: ut non sub iudicio decidatis. Et qui cum fide audiunt: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Sed, ut dixi, & alia magna quæstio est: eligat quod uoluerit, qui hoc existimat ubi mentiar: dum tamen à scribentibus auctoribus sanctarum scripturarum, & maxime canonicarum, incõcussè credatur, & defendatur omnino abesse mendacium: ne dispensatores Christi, de quibus dictum est: Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: tãquam magnum aliquid sibi fideliter didicisse uideantur, pro ueritatis dispensatione mentiri, cum ipsa fides in Latino sermone ab eo dicatur appellata, quia sit quod dicitur. Vbi autem sit, quod dicitur, mendiandi utique non est locus. Fidelis igitur dispensator apostolus Paulus proculdubio nobis exhibet in scribendo fidem: quia ueritatis dispesator erat, non falsitatis. Ac per hoc uerum scripsit, uidisse se Petrum non rectè ingredientem ad ueritatem Euagelij; eiq; in faciem recessisse, quòd gentes cogeret Iudaizare. Ipse uerò Petrus, quod à Paulo fiebat uiliter libertate caritatis, sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atque ita rarius & sanctius exemplū posteris præbuit, quo non dedignatur,

Math. 11
Ioan. 3. 1

Hier. 31

Math. 8
Ioan. 7

Gal. 3

Act. 16

Gal. 1. 5

Gal. 3

Exod. 10
Rom. 7

Rom. 3

Gal. 3

Rom. 12
Rom. 5

Erod. 15

Math. 5
Psal. 5

1. Cor. 4

Gal. 3

rétur, sicubi fortè recti tramitem reliquissent, etiam à posterioribus corrigi, quam Paulus, quo confidenter auderent etiã minores maioribus, pro defendenda euangelica veritate, salua fraternã caritate resisteret. Nam cù fatius multò sit, à tenendo itinere in nullo, quàm in aliquo, declinare; multo est tamen mirabilius, & laudabilius, libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deuiantem. Est laus itaque iustæ libertatis in Paulo, & sanctæ humilitatis in Petro: quæ, quantum mihi pro modico meo videtur, magis fuerat aduersus calumniantem Porphyrium defendenda, quàm vt ei daretur obtrusæ maioris occasio; qua multo mordacius criminaretur Christianos fallaciter vel suas litteras scribere, vel Dei sui sacramenta tractare. Flagitas à me, vt aliquem saltem vnum ostendam, cuius in hac re sententiã sim securus; cum tu tam plures nominatim commemoraueris, qui te in eo, quod adstruis, præcefferunt; petès vt in eo, si te reprehendo errantem, patiar te errare cum talibus. Quorum ego, fateor, neminè legi: sed, cum sint ferme lex, vel septem, horum quattuor auctoritatem tu quoque infringis. Nam Laodicenũ, cuius nomen rades, de Ecclesia dicitur nuper egressum. Alexandrum autem veterem hæreticum, Origenem verò ac Didymum reprehensos abs te, lego etiam in recentioribus opusculis tuis, & nõ mediocriter, nec de mediocribus quaestionibus; quamuis Origenè mirabiliter ante laudaueris. Cum iis ergo errare, puto quia nec te ipse patieris, quãuis hoc perinde dicatur, ac si in hac sententiã non errauerint, nam quis est, qui se velit cum quolibet errare? Tres igitur restant, Eusebius Emisenus, Theodorus Heracleotes, & quem paulo post commemoras, Ioannes, qui dudũ in pontificali gradu Constantinopolitanam rexerat ecclesiam. Porro, si quæras, vel recolas, quid hic senserit noster Ambrosius, quid noster itidem Cyprianus: inuenies foras, nec nobis defuisse, quos in eo, quod asserimus, sequeremur: quamquam, sicut paulò ante dixi, tantummodo scripturis canonicis hanc ingenuã debeam seruitutem, qua eas solas ita sequar, vt conscriptores earũ nihil in eis omnino errasse, nihil fallaciter posuisse non dubitem. Proinde, cum quæro tertium, vt tres etiã ego tribus opponam; possem quidem, vt arbitror, facillè reperire, si multa legissem. Verum tamen ipse mihi pro his omnibus, immò supra hos omnes apostolus Paulus occurrit: ad ipsum cõfugio: ad ipsum ab omnibus, qui aliud sentiunt, litterarum tractatoribus prouoco: ipsum interrogans interpellor, & requiro in eo, quod scripsit ad Galatas, vidisse se Petrum non rectè ingredientem ad veritatem euangelij; eiq; in facie propterea restitisse, quod illa simulatione gentes Iudaizare cogebat: vtrũ verum scripserit, an fortè nescio qua dispensatiua falsitate mētutus sit. Et audio cum paulo superius, in eiusdem narrationis exordio religiosa voce mihi clamantem: Quæ autem scribo vobis, ecce corã Deo quia non mentior. Dent veniam quilibet aliud opinantes; ego magis credo tanto apostolo in suis, & pro suis litteris iuranti, quàm cuiq; doctissimo de alienis litteris disputanti. Nec dici timeo: sic Paulum defendere, quod non simularit errorem Iudaorum, sed verè fuerit in errore. Quoniam neq; simulabat errorem, qui libertate apostolica, sicut illi tẽpori congruebat, vetera illa sacramenta, vbi opus erat agendo, commendabata, non solũm satana versutia decipiendis hominibus, sed Dei prouidentia, prænunciandis rebus futuris propheticè constituta. Nec verè fuerat in errore Iudaorum: qui non solum nouerat, sed etiã instanter & acriter prædicabat eos errare, qui putabant gentibus imponenda, vel iustificationi quorum-

cumque fidelium necessaria. Quod autem dixi eum factum Iudæis tamquam Iudæum, & tamquã gentilem gentilibus, non mentientis astu, sed cõpatientis affectu: quemadmodum dixerim, parum mihi visus es attendisse; immò ego fortasse non satis hoc explanare potuerim. Neq; enim hoc ideo dixi, quod misericorditer illa simulauerit, sed quia sic ea nõ simulauit, quæ faciebat similia Iudæis, quemadmodum nec illa, quæ faciebat similia gentibus, quæ tu quoq; commemorasti. atque in eo me, quod nõ ingratis fateor, adiuuisti. Cũ enim abs te quaesisses in epistola mea, quo modo putetur ideo factus Iudæis tamquam Iudæus, quia fallaciter suscepit sacramenta Iudaorum, cum & gentibus tamquã gentilibus factus sit, nec tamen suscepit fallaciter sacrificia gentiũ: tu respondisti, in eo factum gentibus tamquam gentile, quod præputium receperit, quod indifferenter permisit vesci cibus, quos damnant Iudæi. Vbi ego quæro: vtrum & hoc simulare fecerit? Quod si absurdissimum, atque falsissimum est: sic ergo & illa, in quibus Iudaorum consuetudini congruebat libertate prudenti, nõ necessitate seruii, aut, quod est indignum, dispensatione fallaci potius, quã fideli. fidelibus enim, & iis, qui cognouerunt veritatem, sicut ipse testatur, nisi forte & hic fallit, omnis creatura Dei bona est, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Ergo & ipsi Paulo, non solum vero, verum etiã dispensatori maxime fideli, non solum cognitori, verum etiam doctori veritatis, omnis vtrique in cibus creatura Dei, nõ simulata, sed verè bona erat. Cur igitur nihil simulatè suscipiendo sacrorũ, carimoniarumq; gentiliũ, sed de cibus & præputio vera sentiendo, atque docendo, tamen tamquam gentilis factus est gentibus, & non potuit fieri tamquam Iudæus Iudæis, nisi fallaciter suscipiendo sacramenta Iudaorũ? Cur oleastro inserto obseruauit dispensationis veracè fidem; & naturalibus ramis non extra, sed in arbore cõstitit, nescio quod dispensatoriæ velamen simulationis obtendit? Cur factus tamquam gentilis gentibus, quod sentit docet, quod agit sentit: factus autem tamquam Iudæus Iudæis, aliud claudit in pectore, aliud promittit in verbis, in factis, in scriptis? Sed absit hoc sapere: Vtrisque enim debebat caritatem de corde puro, & cõscientia bona, & fide nõ ficta. ac per hoc omnibus omnia factus est, vt omnes lucrifaceret, non mētientis astu, sed cõpatientis affectu, id est, non omnia mala hominum fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus, tamquam si sua essent, misericordis medicinæ diligentiam procurando. Cum itaque illa testamenti veteris sacramenta, etiam sibi agenda minime recusabat; non misericorditer fallebat, sed omnino non fallens, atq; hoc modo, à domino Deo illa vsq; ad certi temporis dispensationem iussa esse commendans, à sacrilegis sacris gentium distinguebat. Tunc autem, non mentientis astu, sed cõpatientis affectu, Iudæis tamquã Iudæus fiebat, quando eos ab illo errore, quò vel in Christum credere nolebãt, vel per vetera sacrificia sua, carimoniarumq; obseruationes se à peccatis posse mundari; fieriq; saluos existimabant, sic liberare cupiebãt, tamquã ipse illo errore teneretur; diligens vtrq; proximum tamquam se ipsum, & hæc aliis faciès, quæ sibi ab aliis fieri vellet, si hoc illi opus esset. Quod cũ Dominus monuisset, adiunxit: Hæc est enim lex, & propheta. Hunc cõpatientis affectum in eadem epistola ad Galatas præcipit, dicens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto; vós, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendès te ipsum, ne & tu tenteris. Vide nõ dixit: fieri tamquã ille, vt illum lucrifacias, non vtrq; vt ipsum delictũ fallaciter ageret,

1. Cor. 9

1. Tim. 4

Rom. 11

1. Tim. 2
1. Cor. 9

Gal. 1

Gal. 1

Matth. 7

Gal. 6

aut se id habere simularet, sed vt in alterius delicto, quid etiam tibi accidere posset, atrederet; atq; ita alteri, tamquam tibi ab altero veller, misericorditer subueniret: hoc est non mentientis actu, sed cōpatientis affectu. Sic Iudæo, sic gentili, sic cuilibet homini Paulus in errore, vel peccato aliquo constituto, non simulando, quod nō erat, sed conpatiēdo, quia esse potuisset, tamquā qui se hominem cogitaret, omnibus omnia factus est, vt omnes lucrifaceret. Te ipsum, si placet, obsecro: te paulisper intueere: te ipsum, in qua, erga me ipsum & recolle: vel, si habes cōscripta, relege verba tua in illa epistola, quā mihi per fratrem nostrum, iam collegā meum, Cyprianum breuior. m. misisti, quā veraci, quā germano, quā pleno caritatis affectu, cū quædam me in te commississe expostulantes grauiter, subiūxisti: In hoc leditur amicitia: in hoc necessitudinis iura violantur: me videamur certare peritiliter & fautoribus inuicē, vel de tractoribus nostris tribuere materiā cōtendēdi. Hæc abs te verba nō solum ex animo dicta sentio, verum etiam benigno animo ad cōsulendum mihi. Deinde addis, quod, etiam si non adderes, appareret, & dicis: Hæc scribo, quia te pure & Christiane diligere cupio, nec quidquā in mea mente retinere, quod distet à labiis. O vir sancte, mihiq; vt Deus videt animam meam, veraci corde dilecte, hoc ipsum, quod posuisti in litteris tuis; quod te mihi exhibuisse nō dubito; hoc ipsum omnino apostolū Paulum credo exhibuisse in litteris suis, non vniciuilibet homini, sed Iudæis, & Græcis, & omnibus gētibus filiis suis, quos in euāgelio genuerat, & quos pariedos parturiebat, & deinde posterorū tot millibus fidelīū Christianorū, propter quos illa memoriæ commendabatur epistola, vt nihil in sua mente retineret, quod distaret à labiis. Certè factus es etiā tu, tamquā ego, nō mentientis actu, sed cōpatientis affectu: cū cogitates tā me nō relinquendū in ea culpa, in quam me prolapsū existimasti, quā nec te velles, si eo modo prolapsus esses. Vnde agens gratias beneuolē mēti erga me tuę, simul posco, vt etiā mihi non succentēas, quod, cum in opusculis tuis aliqua me mouerent, motū meum intimauit tibi; hoc erga me ab omnibus obseruari volēs, quod erga te ipse seruauit, vt quidquid improbadum putant in scriptis meis, nec claudāt subdolo pectore, nec ita reprehendāt apud alios, vt taceāt apud me; hinc potius existimās ledi amicitiam, & necessitudinis iura violari. Nescio enim, vtrum amicitie Christiane putandæ sint, in quibus magis valet vulgare proverbium; Obsequiū amicos, veritas odiū parit; quā ecclesiasticū: Fideliora sunt vulnera amici, quā voluntaria oscula inimici. Proinde carissimos nostros, qui nostris laboribus sincerissimē fauēt, hoc potius quāta possumus inflatia doceamus: quo sciāt fieri posse, vt inter carissimos aliquid alterutro sermone cōtradicator; nec tamē ipsa caritas minuatur, nec veritas odium pariat, quæ debetur amicitie: siue illud verum sit, quod contradicitor; siue corde veraci, qualecumq; sit, dicitur, non retinendo in mente, quod à labiis distet. Credāt igitur fratres nostri, familiares tui, quibus testimoniu perhibes, quod sint vasa Christi, me inuito factū; nec mediocrem de hac re dolorē melle cordi meo, quod litterę meę prius in multorum mantis venerint, quā ad te, ad quę scripta sunt, peruenire potuerunt. quo autē modo id acciderit, & longum est enarrare, & nisi fallor, superfluum: cū sufficiat, si quid mihi in hoc credatur, nōn eo factum animo, quo putatur, nec omnino meę fuisse voluntatis, aut dispositionis, aut cōsensionis, aut saltem cognitionis vt fieret. hoc si nō credunt (quod Deo teste loquor;) quid amplius faciam, nō habeo.

Ego tamen, absit, vt eos credā hæc tuæ sanctitati maleuola mente suggerere ad excitandas inter nos inimicitias; quas misericordia domini Dei nostri auertat à nobis; sed, sine vilo nocēdi animo, facile de homine humana vitia suspicari. hoc enim me de illis æquū est credere, si vasa sunt Christi, non in cōtumeliam, sed in honorem facta, & disposita in domo magna à Deo, ad omne opus bonū. Quod si post hæc attestacionem meam, si in notitiam eorum venerit, facere voluerint; quā non rectē faciant, & tu vides. Quod sanē scripseram, nullum me librū aduersus te Romam misisse, ideo scripseram, quia & libri nomen ab ipsa epistola discernebam. vnde omnino nescio quid aliud te audisse existimaueram: & Romā nec ipsam epistolā, sed tibi miseram: & aduersus te non esse arbitrabar, quod sinceritate amicitia, siue admonendū, siue ad te, vel me abs te corrigendū, fecisse me noueram. Exceptis autē familiaribus tuis, te ipsum obsecro per gratiam, qua redēpti sumus, vt, quęquę tua bona, quę Domini pietate tibi cōcessa sunt, in litteris meis posui, nō me existimes insidioso blandiloquio posuisse: si quid autē in te peccauit, dimittas mihi. Nec illud, quod de te, nescio cuius potē factū, ineptius fortasse quā litteratus à me commemoratū est, amplius, quā dixi, ad te trahas: cum cōtinuō subiecerim, nō hoc ideo me dixisse, vt oculos cordis reciperēs, quos, absit, vniquam vt amiseris; sed vt aduerteres, quos sanos ac vigiles haberes. Propter solam ergo *corruptam*, si scripserim aliquid, quod scripto posteriore deltruere debeamus, imitandā, non propter Stefichori cæcitate, quā cordi tuo nec tribui, nec timui, attingendum illud existimauit: atq; identidem rogo, vt me si fidēter corrigas, vbi mihi hoc opus esse prospexeris. Quamquam enim, secundum honorum vocabula, quæ iā Ecclesie vsus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit: tamē in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est: licet etiā à minore quolibet nō sit refugienda, vel dedignā correctio. De interpretatione tua iā mihi persuasisti, qua vtilitate scripturas volueris trāsferre de Hebræis: vt scilicet ea, quę à Iudæis prætermissa, vel corrupta sunt, proferres in mediū. Sed infinuare digneris, peto, à quibus Iudæis, vtrū ab eis ipsis, qui ante aduentū Domini interpretati sunt; & si ita est, quibus, vel quonam eorū: an ab istis posterius, qui propterea putari possunt aliqua de codicibus Græcis vel subtraxisse, vel in eis corrupisse, ne illis testimoniu de Christiana fide cōuinceretur. illi autē anteriores cur hoc facere voluerint, nō inuenio. Deinde nobis mitas, obsecro, interpretationem tuā de Septuaginta: quā te edidisse nesciebā. Librum quoq; tuū, cuius mentionem fecisti, de optimo genere interpretadi, cupio legere, & adhuc nōsse, quo modo corquāda sit in interprete peritia linguarū, coniecturis eorum, qui scripturas edisserendo pertractat: sed necesse est, etiā si rectē atq; vnus fidei fuerint, varias parere in multorū locorum obscuritate sententias: quāuis nequaquā ipsa varietas ab eiusdem fidei vnitare discordet; sicut etiā vnus tractator, secundū eandem fidem, aliter atq; aliter eundem locum potest exponere; quia hoc eius obscuritas patitur. Ideo autē desiderio interpretationem tuā de Septuaginta, vt & tāta Latinorū interpretū, qui qualescumq; hoc ausi sunt, quātum possumus imperitia carcamus; & ij, qui me inuidere putant vtilibus laboribus tuis, tandē aliquādo, si fieri potest, intelligāt, propterea me nolle tuā ex Hebræo interpretationem in ecclesiis legi, ne, cōtra Septuaginta auctoritatem, tamquā nouū aliquid proferētes, magno scādalo perturbemus plebes Christi, quātū aures & corda illam interpretationem audire

Ioh. 4

confucuerūt, quę etiā ab apostolis approbata est. Unde illud apud Ionā virgultū, si in Hebræo nec hedera est, nec cucurbita, sed nescio quid aliud, quod trūco suo nixum, nullis sustentandū adminiculis erigatur, mallem iam in omnibus Latinis cucurbitā legi. non enim frustra hoc puto Septuaginta posuisse: nisi quia & huic simile sciebant. Satis me, immo foras plus, quā̄m satis, tribus epistolis tuis respondisse arbitror; quartū duas per Cyprianū accepi, vnam per Firmum. Rescribe, quod visum fuerit, ad nos vel alios instruedos. Dabo autē operam diligentiorē, quantū me adiuvat Dominus, vt litterę, quas ad te scribo, prius ad te perueniant, quā̄m ad quemquam, à quo latius dispergantur. fateor enim nec mihi hoc fieri velle de tuis ad me, quod de meis ad te factū iustissimē exposulas. Tamē placeat nobis inuicē non tantū caritas, verū etiā libertas amicitię; nec apud me taceas, vel ego apud te, quod in nostris litteris vicissim nos mouet, eo scilicet animo, qui oculis Dei in fraterna dilectione non displicet. quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis pernicioſa offensione nō putas, non fiat. illa enim caritas, quā̄m tecū habere vellē, profectō maior est, sed melior, hęc minor, quā̄m nulla est.

HIERONYMVS AVGVSTINO

EPISTOLA XCIII.

ARGVMENTVM.

NVNCIAT se per Asterium anno præterito scripsisse: nunc per Præsidium diaconum rursum scribens, cum illi commendat: & postquam conquestus est se ab hæreticis vexari, salutationes postremō admiscet.



ANNO præterito per fratrem nostrū Asterium hypodiaconū dignationi tuę epistolam miserā, promptum reddens salutationis officiū: quā̄m tibi arbitror redditam. nunc quoque per sanctū fratrem meum Præsidium diaconū obsecro primū vt memineris mei: deinde, vt baiulum litterarum habeas commēdatum; & mihi scias germanissimum; & in quibuscumque necessitas postulatuerit, foueas, atque sustentas: non quo aliqua re, Christo tribuente; indigeat: sed quo honorū amicitijs auidissimē expetat; & se in iis cōiungendis maximum putet beneficium consecutum. Cur autē ad occidentem nauigauerit, ipso poteris narrate cognoscere. Nōs in monasterio cōstituti, variis hincinde fluctibus quatimur, & peregrinationis molestias sustinemus. sed credimus in eo, qui dixit: Cōsidite, ego vici mundū: quōd, ipso tribuente, & præfule, cōtra hostem diabolum victoriā cōsequemur. Sanctum & venerabilē fratrem nostrum, papam Alipium vt meo obsequio salutes, obsecro. Sancti fratres, qui nobiscum in monasterio Domino seruire festinant, oppido te salutant. Incolunt te, & memorē mei, Christus dominus noster tueatur omnipotens, domine verē sancte & suspiciende papę.

Ioh. 16

HIERONYMVS A SELLÆ.

EPISTOLA XCIX.

ARGVMENTVM.

INGENS sibi odium apud Romanos Hieronymus contraxit, quōd Paulam, & Eustochium vnā cum Melania, primarias in vrbe feminas, ad sanctiorem vitam, monasticumque institutum traxisset: neque caruit suspitione, quōd eas turpiter amaret: propterea nunc cum stomacho Vrbe relinquens, dum nauim pro discessu conscendit, huiusmodi obrectatorum obloquijs excitata bile respondet, hominumque malevolentiam deplorat.



SI tibi putem gratias à me refectri posse, nō sapiam. Potēs est Deus super persona mea sanctę animę tuę restituere, quod meretur. ego enim indignus, nec æstimare vni-

HIERO. TOM. I.

quam potui, nec optare, vt mihi tantum in Christo largireris affectum. Et licet me sceleratum quidam putent, & omnibus flagitijs obrutum; & pro peccatis meis, etiam hæc parua sint: tamen tu bene facis, quod ex tua mente etiam malos bonos putas. Periculōsum quippe est, de seruo alterius iudicare: & non facilis venia, praua dixisse de relictis. Venier veniet illa dies, in qua & mecum dolebis ardere non paucos. Ego probrosus, ego versipellis, & lubricus, ego mendax, & satanę arte decipiens. Quid enim est tutius, hęc vel credidisse, vel finxisse de insontibus; an etiam de noxiis credere noluisse? Osculabatur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant: & de lebant labiis, corde gaudebant. Videbat Dominus, & subsannabat illos; & miserum me seruum suum, futuro cum eis iudicio reseruabat. Alius incessum meum calumniabatur, & risum; & ille vultui detrahebat; hic in simplicitate aliud suspicabatur. Penē certē triēnium cum eis vixi. Multa me virginum crebro turba circumdedit. Diuinos libros, vt potui, nonnullis sæpē disserui. lectio assiduitatē, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid vniquam in me aliter senserint, quā̄m Christianum decebat? Pecuniam cuiusquam accepi? munera vel parua, vel magna non spreui? in manu mea æs alicuius insontuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit? Nihil mihi aliud obiicitur, nisi sexus meus: & hoc nunquam obiicitur, nisi cum Hierosolymam Paula & Melania proficiscuntur. Esto; crediderunt mentienti: cur non credunt neganti? Idem est homo ipse, qui fiterat: fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur. & certē veritatem magis exprimit tormenta, quā̄m risus. nisi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, vt fingatur, impellitur. Antequam domum sanctę Paulę nossem; totius in me vrbs studia consonabant. omnium penē iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Beate memorię Damasus meus sermo erat. dicebar sanctus: dicebar humilis, & discretus. Numquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? numquid me vestes sericę, nitentes gemmę, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romę matronarum, quę meam posset edomare mentem: nisi lugens, atque ieiunans, squalens sordibus, fletibus penē cæcata, quā̄m continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem sol sæpē deprehendit? cuius canticum psalmi, sermo etiam euangelium, delicie continentia, vita ieiunium? nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quā̄m manducantem nunquam vidi? sed postquam eam pro suę merito castitatis venerari, colere, suspicere cœpi, omnes me ilico deseruere virtutes. O inuidia primum mordax tu: ô Satanę calliditas, semper sancta persequens. Nullę alię Romanę vrbi fabulam præbuerunt, nisi Paula, & Melania; quę, contemptis facultatibus; pignoribusque desertis; crucem Domini, quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. Si balneas peterent, vnguenta eligerent; diuitias, & viduitatem haberent materiam luxurię & libertatis; dominę vocarentur, & sanctę. nunc in sacco & cinere formosę volunt videri, & in gehennam ignis cuni ieiunijs & pœdore descendere. videlicet non licet eis applaudente populo perire cum turbis. Si gentiles hanc vitam carperent, si Iudæi; haberent solatium non placendi eis, quibus displicet Christus. nunc vero, pro nefas, homines Christiani, prætermissa domorum suarum curā, & proprii oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam querunt. lacerant sanctā propositum: & remedium pœnę suę arbitrantur, si nemo sit sanctus; si omnibus detrahatur, si turba sit

Luc. 6

X 4

pereunt.

pereuntium, si multitudo peccantium. Tibi placet lauare quotidie: alius has mūdities fordes putat. Tu attage nem ructas; & de comēō acipētere gloriaris: ego faba ventrem impleo. Te delectant caeliinnantium greges: me Paula, Melaniaq; plangentes. Tu aliena deūderas: illar contemnant tua. Te delibuta melle vina delectant: illar potar aquam frigidā suauiorē. Tu te perdere existimas, quidquid in præsenti nō habueris, comederis, deuoraueris: illar futura deſiderar, & credūt vera eſſe, quæ ſcripta ſunt. Eſto, ineptē, & inaniter, quibus reſurrectio corporū perſuaſit: quid ad te? nobis e contrariō tua vita diſplicet. Bono tuo craſſus ſis: me macies delectat, & pallor. Tu tales miſeros arbitraris: nos te miſerabiliorē putamus. Par pari fertur, & inuicē nobis videmur inſamire. Hæc, mi domina Afella, cum iam nauem cōſcenderem, raptim flens dolentiq; conſcripſi: & gratias ago Deo meo, quod dignus ſum, quem mundus oderit. Ora autē, vr de Babylone Hieroſolymam regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonofor, ſed Ieſus filius Iotēdech: veniat Eſdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriā meam. Stultus ego, qui volebā cantare cāticum Domini in terra aliena, & deſerto mōte Sina, Ægypti auxilium flagitabam: non recordabar euangelij, quia qui de Hieruſalem egreditur, ſtatim incidit in latrones, ſpoliatur, vulneratur, occiditur. Sed licet ſacerdos deſpiciat, atq; leuites; Samaritanus ille miſericors eſt: cui cū diceretur: Samaritanus es, & dæmoniū habes: dæmonium renuens, Samaritem ſe non negauit. Quia quem nos cuſtodem, Hebræi Samaritem vocat. Maleficiū quidam me garrunt: titulum fidei ſeruus agnoſco. Magum vocant & Iudei Dominum meum. Seductor & Apoſtolus dictus eſt. Tentatio me non apprehendat, niſi humana. Quotam partem anguſtiarū perpeſſus ſum, qui cruci milito? Inſamiā falſi criminis imputarunt. ſed ſcio, per bonam & malam famā perueniri ad regna cælorum. Saluta Paulam, & Eutochium, velit nolit mundus, in Chriſto meas. Saluta matrem Albinam, ſoremorem Marcellam, Marcellinam quoq;, & ſanctam Felicitatem: & dic eis: Ante tribunal Chriſti ſimul ſtabimus: ibi apparebit, qua mēte quis vixerit. Memēto mei, exemplū pudicitie & virginittatis inſigne, fluctuſq; maris tuis precibus mitiga.

HIERONYMVS BONASO.

EPISTOLA C. ARGUMENTVM

BONASVM obſtrexit in eum quendam, ac naſutum rābulā, irridet, eo quod, quæ Hieronymus aduerſus vitia ſcripſerat, tamquam contra ſe ſcripta, interpretaretur.



MEDICI, quos vocant chirurgicos, crudeles putantur, & miſeri ſunt. An non eſt miſeria, alienis non dolere vulneribus, & mortuas carnes inclementi ſecare ferro? non horrere curantem, quod horret ipſe, qui patitur, & inimicū putari? Ita ſe natura habet, vt amara ſit veritas, blanda vitia exiſtuntur. Eſaias, in exemplum captiuitatis futura, nudus nō erubeſcit incedere. Hieremias de media Hieruſalem ad Euphratem, fluuiū Meſopotamie, mittitur, vt inter inimicas gentes, vbi eſt Aſſyrius, & caſtra ſunt Chaldæorum, ponat *πρὸς κόπια* corrupendum. Ezechiel ſtercore primū humano, deinde bubulo, panem de omni ſemēte conſperſum edere iubetur, & vxoris interitum ficcis oculis videt. Amos de Samaria pellitur, cur, quaſo? nempe ideo, quia chirurgici ſpirituales, ſecantes vitia peccatorum, ad pœnitentiam cohortantur. Paulus apoſtolus, Iunicus, inquit, vobis factus

ſum verum dicens. Et quia Saluatoris dura vilebantur eloquia, plurimi diſcipulorū retrorſum abierunt. Vnde non mirum eſt, ſi & nos ipſi, vitii deſtrahētes, offendimus plurimos. Diſpoſui naſum ſecare ſcētētem: timeat, qui ſtrumofus eſt. Volo corniculā deſtrahere garrienti: rancidulam ſe intelligat cornix. Numquid vnus in vrbe Romana eſt, qui habeat trucas inhoneſto vulnere nares? Numquid ſolus Bonafus Segeſtanus caua verba, & in modū veſicarum tumētia, buccis trutinatur inflatis? Dico, quodſā ſcēlere, periurio, falſitate ad dignitatem neſcio quā perueniſſe. quid ad te, qui te intelligis innocentē? Rideo aduocatum, qui patrono ceat: quadrante dignā eloquentiam nare ſubſanno. quid ad te, qui diſertus eſ? Volo in nummarios inuehi ſacerdotes: tu, qui diues nō eſ, quid iraceris? Clauſum cupio ſuis ignibus ardere Vulcanū. numquid hoſpes eius eſ, aut vicinus; quod à delubris idoli niteris incendia ſubmouere? Placet mihi, de laruis, de bubone, de noctua, de Niliacis ridere portentis, quidquid dictū fuerit, in te dictum putas. in quodcumq; vitium, ſtyli mei mucro contorquetur, te clamitas deſignari. conſerta manu in ius vocas; & ſatyricū ſcriptorem in proſa arguis. An ideo tibi bellus videris, quia fauſto vocaris nomine? quaſi nō & lucus ideo dicatur, quod minimē luceat; & parce, quod nequaquam parcant; & Eumenides furie, quod nō ſint benignæ; & vulgō Æthiopes vocentur argētei. Quod ſi in deſcriptione ſcedorum ſemper iraceris, iā tibi cū Perſio catabo: Optret te generum rex, & regina: puellæ Te rapiant: quidquid calcaueris, hoc roſa fiat. Dabo tamen conſiliū, quibus abſcōditis poſſis pulchrior apparere. Naſus non videatur in facie: fermo non ſonet ad loquendum: atq; ita & formoſus, & diſertus videri poteris.

HIERONYMVS AD PAMMACHVM DE OPTIMO GENERE INTERPRETANDI.

EPISTOLA CI. ARGUMENTVM.

CVM, quod Epiphaniū epistolam ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanū, non rectē tranſuſiſſet Hieronymus, cauillaretur Ruſſinus, poſt querelas, quod, ſe inſcio, eſt ſcritis ſuffuratus epistolā, nondum plēnē emendatā, aliquis ſit, tam veterum omnium eruditorum, quā ſacrarū ſcripturarum teſtimoniis docet, quodnam ſit optimū genus interpretandi; illud ſcilicet eſſe oſtēdens, quo ipſe in vertenda epistolā vſus eſt, hoc eſt, quo ſenſus eſt ſenſu, non verbū eſt verbo tranſfertur.



PAVLVS apoſtolus, præsente rege Agrippa, de criminibus reſponſurus, quo poſſet intelligere qui auditurus erat, ſecurus de cauſe victoria, ſtatim in principio ſibi gratulatur, dicēs: De omnibus, quibus accuſor à Iudeis, & rex Agrippa, exiſtimo me beatum, cū apud te ſim hodie deſendendus, qui præcipuē noſti cunctas, quæ in Iudeis ſunt, conſuetudines, & quaſtiones. legerat enim illud Ieſu: Beatus, qui in aures loquitur audiētis: & nouerat tātū oratoris verba proficere, quā iudicis prouidētia cognouiſſet. Vnde & ego beatum me in hoc duntaxat negotio iudico, quod apud eruditas aures imperitæ linguæ reſponſurus ſum: quæ obicit mihi vel ignorantiam, vel mendacium, ſi aut neſcui alienas litteras verē interpretari, aut nolui, quorum alterum error, alterū crimen eſt. Ac ne forſitan accuſator meus facilitate, qua cuncta loquitur, & impunitate, qua ſibi licere omnia putat, me quoq; apud vos argueret, vt papam Epiphaniū criminatus eſt: hanc epistolam miſi, quæ te, & per te alios, qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat. Ante hoc fermē biennium miſerat Ioanni episcopo ſupradictus papa Epiphanius litteras, arguens cum in quibusdam

CAP. I.

Ad. 26

Ecl. 15

Agg. 1. 2

Hier. 4. 1

Luc. 10

Ioan. 3

Marc. 3
1. 2. 3. 4. 5. 6
10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

Eſa. 20

Hier. 1. 3

Ezec. 4. 2. 4

Amos 7

Cal. 4

quibusdam dogmatibus, & postea clemēter ad pœnitentiam prouocans. harum exemplaria certarum Palæstinæ rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam descriptionis. Erat in monasterio nostro vir apud suos haud ignobilis, Eusebius Cremonensis: qui, cum hæc epistola per multorum ora volitaret, & mirarentur eā pro doctrina & puritate sermonis docti pariter & indocti, cœpit à me obnixè petere, vt sibi eam in Latinum verterem, & propter intelligendi facilitatem, aperiuis explicarē: Græci enim eloquij penitus ignarus erat. Feci, quod voluit: accitoq; notario, raptim celeriterq; dictaui, ex latere in pagina breuiter annotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent, siquidem & hoc, vt sibi soli facerem, oppido flagitaret. postulauitq; ab eo mutud, vt domi haberet exemplar, nec facillè in vulgus proderet. Res ita anno & sex mēsis transiit, donec supradicta interpretatio, de seriniis eius nouo præstigio Hierosolymam commigravit, nam quidam pseudomonachus, vel accepta pecunia, vt perspicuè intelligi datur, vel gratuita malitia, vt incassum corruptor nititur persuadere, compilatis chartis eius, & sumptibus, Iudas factus est proditor; deditq; aduersariis latrandi contra me occasionem, vt inter imperitos cōcionentur, me falsarium; me verbum non expressisse de verbo; pro honorabili dixisse carissimū; & maligna interpretatione, quod nefas dictū sit, *αἰδῶσιμον ὡς ἢ πᾶσι τῶν*, id est, reuerendum auribus omnium, noluisse transferre. Hæc, & istiusmodi nugæ, crimina mea sunt. Ac primum, antequam de translatione respondeam, volo interrogare eos, qui malitiā prudentiam vocant, vnde apud vos exemplar epistolæ? quis dedit? qua fronte profertis, quod scelere redemistis? quid apud homines tutum erit, si ne parietibus quidem & seriniis nostra possumus secreta celare? Si ante tribunalia iudicum hoc vobis crimen impingerē, reos legibus subiugarem, quæ etiam pro vitiatibus fisci noxiis delatoribus pœnas statuūt; & cum suscipiant proditionem, damnant proditorem. Lucrū videlicet placet, volūtas displicet. Dudum Elychium, virum consularem, cōtra quem patriarcha Gamaliel grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite damnauit, quod, sollicitato notario, chartas illius inuasisset. Legimus in veteribus historiis, Iudi magistrum, qui Faliscorum liberos prodiderat, vinctum pueris traditū, & ad eos, quos prodebat, remissum, nec sceleratam populum Romanū suscepisse victoriam. Pyrrhum, Epirotarum regem, cū in castris ex vulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabricius, quin potius vinctum remisit ad dominum, vt scelus nec in aduersario cōprobaret. Quod leges publicæ, quod hostes tūcentur, quod inter bella & gladios sanctum est, hoc nobis inter monachos & sacerdotes Christi intutum fuit. Et audet quidam ex eis, adducto supercilio, & concrepātibus digitis, eruolare, & dicere: Quid enim, si redemit, si sollicitauit? fecit, quod sibi profuit. Mira sceleris defensio: quasi non & latrones, & fures, & pyratæ faciant, quod sibi prodest. certè Annas, & Caiphas, seducētes infelicem Iudam, fecerunt quod sibi vtile existimabant. Volo in chartulis meis, quas libet ineptias scribere, commētari de scripturis, remordere lædentes, digerere stomachū, in locis me exercere communibus, & quasi limatas ad expugnandum sagittas reponere, quamdiu non profero cogitata; maledicta, non crimina sunt, immo ne maledicta quidem, quæ aures publicæ nesciant. Tu corruptas seruilos, sollicites cliētes, & vt in fabularū legimus, auro ad Danaën penetres, dissimulatoq; quod feceris, me falsarium voces: cum multò peius crimē ac-

cusando in te confitearis, quàm in me arguis. Alius te hæreticum, alius insimulat dogmatum peruerterem. taces ipse: respondere non audes: interpretem laceras: de syllabis calumniaris, & tota defensionem tui putas, si tacētē detrahas. Finge, in transferēdo vel errasse, vel intermisisse me quippiam. hic totius negotij tui cardo versatur, hæc tua est defensio. num iccirco tu nō es hæreticus, si ego malus interpretes sim? Nō hoc dico, quod te hæreticum nouerim: sciat ille qui accusauit; nouerit ille, qui scripsit: sed quod stultissimum sit, accusatum ab alio alium criminari, & confosso vndiq; corpore, è dormientis vulnerē solatium quærere.

Hactenus sic locutus sūm, quasi aliquid de epistola commutauerim, & simplex translatio possit errorem habere, non crimen. nunc verò, cum ipsa epistola doceat nihil mutatum esse de sensu, nec res additas, nec aliquod dogma confictum; faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant; & dum alienam imperitiam volūt coarguere, suam produunt. Ego enim non solum fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum, absque scripturis sanctis, vbi & verborum ordo & mysterium est, non verbū è verbo, sed sensum exprimere de sensu. habeoq; huius rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis, & Oeconomicō Xenophontis, & Alchynis ac Demosthenis duas contra se orationes pulcherrimas transtulit, quanta in illis prætermiserit, quanta addiderit, quanta mutauerit; vt proprietates alterius linguæ suis proprietatibus explicaret; non est huius temporis dicere. sufficit mihi ipsius translatoris auctoritas, qui ita in prologo earundem orationum locutus est. Putaui mihi suscipiendum laborem vtilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Conuertere enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes, inter sc̄que contrarias, Alchynis & Demosthenis; nec conuertere, vt interpretes, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis, tam figuris quàm verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus nō verbum pro verbo necesse habui reddere; sed genus omne verborum, vimq; seruauit. nō enim me annumerare ea lectori putauit oportere, sed tamquam appēdere. Rursum in calce sermonis, Quorum ego, ait, orationes si, vt spero, ita expressero, virtutibus vtens illorum omnibus, id est sententiis, & earū figuris, & rerum ordine, verba persequens earens, vt ea non abhorreat à more nostro. quæ si è Græcis omnia conuersa non erunt, tamen, vt generis eiusdem sint, elaborauimus. Sed & Horatius, vir acutus, & doctus, hoc idem in arte poetica erudito interpreti præcipit: Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius veteres comicos interpretari sunt. nūquid harent in verbis; ac non decorem magis & elegantiam in translatione conseruant? Quam vos veritatem in interpretationis, hanc eruditi *κακοζήλιον* nūcupant. Vnde & ego, doctus à talibus ante annos circiter viginti; & simili tūc quoq; errore deceprus, certè hoc mihi à vobis obuiendum nesciens, cum Eusebii Cæsariensis *χρονικόν* in Latinum verterē, tali inter cætera vsus sum præfatione. Difficile est, alienas lineas infrequentem, non alicubi excidere, & arduū, vt, quæ in alia lingua bene dicta sunt, eundem decorē in translatione conseruent. Significatum est aliquid vniuersi verbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam; & dum quærō implere sententiā, longo ambitu vix breuis viæ spatia cōsumo. Accedūt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuū, varietates figurarū, ipsūm posremo suum, & vt ita dicam, vniuersum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, abluæ retouant: si ob-

CAP. 2.

necessi:

necessitate aliquid in ordine, vel in sermone mutauero, ab interpretis videbor officio recessisse. Et post multa, quæ nunc profæ qui otiosum est, etiã hoc addidi. Quod si cui non videtur, linguæ gratiam in interpretatione mutari; Homerum ad verbum exprimat in Latinum, plus aliquid dicam, eundem sua in lingua profæ verbis interpretetur: videbis ordinem ridiculum, & poetam eloquentissimum vix loquentem. Verum ne meorum scriptorum parua sit auctoritas, quamquam hoc tantum probare voluerim, me semper ab adolescentia non verba, sed sententias transfuisse: qualis super hoc genere præfatiuncula sit, in libro, quo beati Antonij vita describitur, ipsius lectione cognosce. ex alia in aliam linguã expressa ad verbum translatio sensum operit, & veluti lato gramine, fata strangulat. dum enim casibus & figuris seruit oratio, quod breui poterat indicare sermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, ita beatum Antonium te petente transposui, vt nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex verbis. Alij syllabas aucupentur, & litteras: tu quære sententias.

CAP. 3. Dies me deficiet, si omnium, qui ad sensum interpretati sunt, testimonia replicauero. Sufficit in præfenti nominasse Hilarium confessorem, qui Homilias in Iob, & in psalmo tractatus plurimos in Latinum vertit è Græco; nec assedit literæ dormitanti, & putida rusticorum in interpretatione se torfit; sed quasi captiuos sensus in suam linguam victoris iure transfposuit. Nec hoc mirum in cæteris sæculi, videlicet, aut Ecclesiæ viris, cum Septuaginta interpretes, & Euangelistæ, atque Apostoli idem in sacris voluminibus fecerint. Legimus in Marco dicentem Dominum; Talitha cumi; statimq; subiectum est, quod interpretatur, puella (tibi dico) surge. Arguatur euangelista mendacij, quare addiderit, tibi dico, cum in Hebræo tantum sit, puella surge. Sed, vt *εμφατικώτερον* faceret, & sensum vocantis atque imperantis exprimeret, addidit, tibi dico. Rursum in Matthæo, redditus ab proditore Iuda triginta argenteis, & empto ex eis agro figuli, scribitur: Tunc impletum est, quod scriptum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quod appetiauerunt à filio Israel; & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia, aliis multo verbis, ac toto ordine discerpante, vulgata quippe editio ita se habet: Et dicam ad eos: si bonum est coram vobis, date mercedem mihi, aut renuite. & appenderunt mercedem meam triginta argenteos. dixitq; Dominus ad me: Pone illos in conflatatorium; & considera, si probatum sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domo Domini in conflatorium. Quantum distet ab euangelistæ testimonio Septuaginta translatio, perspicuum est. Sed & in Hebræo, cum sensus idem sit, verba præpostera sunt, & pene diuersa. Et dixi, inquit, ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appetiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci eos in domo Domini ad statuarium. Acculent apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico, nec cum Septuaginta congruat translatoribus, & quod his maius est, erret in nomine: pro Zacharia quippe Hieremiam posuit. Sed absit hoc de pedisequo Christi dicere: cui curæ fuit non verba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Veniamus ad aliud eiusdem Zachariæ testimonium,

quod Ioannes euangelista assumit iuxta Hebraicam veritatem. Videbunt in quem compunxerunt, pro quo in Septuaginta legimus, *καὶ ἐπιβλέψοντες εἰς μέν, ἀνδρὶ ἐνωρχήσαντο*, quod interpretati sunt Latini: Et aspiciet ad me, pro is, quæ illi seruit, siue insultauerunt. Discrpat Euangelistæ, Septuaginta interpretum, nostraq; translatio: & tamen sermonum varietas, spiritus vnitate concordat. In Matthæo quoque legimus Dominum prædicentem apostolis fugam, & hoc ipsum Zachariæ testimonio confirmantem. Scriptum est, ait: Percutiam pastorem, & dispergentur oves. At in Septuaginta, & in Hebræo multo aliter est. non enim ex persona Dei dicitur, vt Euangelista vult, sed ex prophetæ Deum patrem rogantis. Percute pastorem, & dispergetur oves. In hoc, vt arbitror, loco, iuxta quorundam prudentiam, euangelista piaculi reus est, quod ausus sit prophetæ verba ad Dei referre personam. Scribit supradictus euangelista, ad angeli monitum, tulisse Ioseph paruulum, & matrem eius, & intrasse in Ægyptum, ibiq; mansisse vsque ad obitum Herodis: vt impletur quod dictum est à Domino per prophetam: Ex Ægypto vocaui filium meum. Hoc nostri codices non habent: sed in Osæ propheta iuxta Hebraicam scribitur veritate: Quia puer Israel est; & dilexi eum; & ex Ægypto vocaui filium meum. Pro quo & in eodẽ loco Septuaginta transtulerunt: Quia paruulus est Israel, & dilexi eum; & ex Ægypto vocaui filios eius. Num omnino repudiadi sunt, quia istum locum, qui ad Christi maxime pertinet sacramentum, aliter transtulerunt? an danda potius venia, vt hominibus, iuxta Iacobi sententiam, dicentis: Multa peccamus omnes: & si quis in verbo non offendit, iste perfectus est vir, potens refrenare omne corpus? Illud verò, quod in eodem euangelista scribitur: Et veniens habitauit in ciuitate, quæ dicitur Nazareth: vt impletur quod dictum est per prophetas, Quia Nazareus vocabitur: Respondeant *λογολαίδοι*, & fastidiosi estimatores omnium tractatorum, vbi legerint, discantque in Esaiâ positum. Nam in eo loco, vbi nos legimus, atq; transtulimus: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: in Hebræo, iuxta linguæ illius *יד יאצא*, ita scriptum est: Exiet virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius crescet. Cur hoc omiserunt Septuaginta, si non licet transferre verbum pro verbo? Sacrilégum est, vel celasse, vel ignorasse mysterium. Transeamus ad cætera. neq; enim epistolæ breuitas patitur diutius singulis immorari. Idẽ Matthæus loquitur: Hoc autem totum factum est, vt compleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Quod Septuaginta transtulerunt: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emanuel. Si verba calumniatur: vtique non est idem: habebit, & accipiet; neque vocabunt, & vocabitis. Porro in Hebræo legimus ita scriptum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Emanuel. Non Achaz, qui arguebatur infidelitatis, non Iudæi, qui erant Dominum negaturi, sed vocabit, inquit, ipsa, quæ concipiet, ipsa virgo, quæ pariet. In eodẽ euangelista legimus, Herodem ad aduentum Magorum fuisse turbatum; scribisq; & sacerdotibus congregatis, sciscitatum ab eis, vbi Christus nasceretur; illosque respondisse, in Bethlehem Iudæ. sic enim scriptum est in propheta: Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in ducibus Iuda: ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Israel. Hoc exemplum in vulgata editione sic fertur: Et tu Bethlehem domus Ephrata, modicus es, vt sis in millibus Iuda:

Juda: de te mihi egredietur, ut sit princeps in Israël. Quanta sit inter Mathæum & Septuaginta verborum ordinisq; discordia, magis hoc admiraberis, si Hebraicum videas, in quo ita scriptum est: Et tu Bethlehchem Ephrata, paruulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël. Considera gradatim, quæ ab euangelista sunt posita. Et tu Bethlehchem, terra Juda. Pro terra Juda, in Hebraico habetur Ephrata, in Septuaginta, domus Ephrata. Et pro, Nequaquam minima es in ducibus Juda, in Septuaginta legitur, Modicus es, ut sis in millibus Juda: in Hebræo, Paruulus es in millibus Juda. Sēsūsq; contrarius est, Septuaginta sibi in hoc duntaxat loco & Hebraico concordante. Euangelista enim dixit, quod non sit paruulus in ducibus Juda, cum è regione sit positum, paruulus quidem es, & modicus; sed tamē de te mihi paruulo & modico egredietur dux in Israël, secundum illud Apostoli: Elegit infima mundi Deus, ut confundat fortia. Porro, quod sequitur, Qui regar, vel qui pascat populum meum Israël: aliter in propheta esse perspicuum est. Hæc replico, non ut euangelistas arguam falsitatis, (hoc quippe impiorum est, Celsi, Porphyrij, Iuliani) sed ut reprehensores meos arguam imperitiæ; & impetrem ab eis veniam, ut concedant mihi in simplici epistola, quod in scripturis sanctis, velint nolint, apostolis cōcessuri sunt. Marcus, discipulus Petri, ita suum orditur euangelium: Principium euangelij Iesu Christi: sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Hoc exemplum ex duobus prophetis compositum est, de Malachia videlicet, & Esaia. Nam primum, quod dicitur: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te: in Malachia sine scriptum est. Sequens autem quod inferitur: Vox clamantis in deserto, &c. in Esaia legitur. Et quo modo Marcus statim in principio voluminis sui posuit, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum: quod non scribitur in Esaia, ut diximus, sed in Malachia nouissimo duodecim prophetarum? Soluat hanc quæstiunculam imperita præsumptio: & ego erroris veniam deprecabor. Idem Marcus inducit ad phariseos Salvatoreem loquentem: Numquam legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esuriuit ipse & socij eius, quo modo ingressus domum Dei sub Abiathar pōtifice, & panes propositionis comedit, quibus non licebat vesci, nisi solis sacerdotibus? Legamus Samuelem, siue, ut in cōmuni titulo habetur, Regnōrū libros: ibiq; reperiemus, nō Abiathar scriptum esse, sed Abimelech pontificem, qui postea à Doecū cæteris sacerdotibus, Saul iubente, percussus est. Pergamus ad apostolum Paulum. scribit ad Corinthios: Si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Solent in hoc loco apocryphorum quidam deliramenta sectari, & dicere, quod de Apocalypsi Helia testimonium sumptum sit: cum in Esaia iuxta Hebraicum ita legatur: A sæculo non audierunt, nec auribus perceperunt. Oculus non vidit Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te. Hoc septuaginta multo aliter transtulerunt. A sæculo non audiuimus; neque oculi nostri viderunt Deum absq; te: & opera tua vera, & facies expectantibus te misericordiam. Intelligimus, vnde sumptum sit testimonium: & tamen Apostolus non verbum expressit è verbo; sed

καταπαράσκαω, eundem sensum aliis sermonibus indicauit. In epistola ad Romanos idē apostolus Paulus, exemplum de Esaia sumens, Ecce, inquit, ponam in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: discordat à translatione veteri, & tamen cum Hebraica veritate concordat. in Septuaginta enim contrarius sensus est; Non ut lapidi offensionis occurreris, neq; ut petrae ruinae: cum apostolus quoque Petrus Hebræis Pauloque consentiens ita posuerit: Incredulis autem lapis offensionis, & petra scandali. Ex quibus vniuersis perspicuum est, apostolos, & euangelistas; interpretatione veterum scripturarū, sensum quæsisse, non verba, nec magnopere de ordine sermonibusque curasse, dum intellectui res parerēt. Lucas, vir apostolicus, & euangelista, scribit, Stephanum; primum Christi martyrem, in Iudaica cōcione narrantem: in Septuaginta quinque animabus descendit Iacob in Egyptum: & defunctus est ipse: & patres nostri translati sunt in Sychem, & positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Emor patris Sychem. Hic locus in Genesi multo aliter inuenitur, quod scilicet Abraham emerit ab Ephron Etheo filio Seor, iuxta Hebron quadringentis drachmis argenti speluncam duplicem, & agrū circa eam, sepelieritque in ea Saram vxorem suam. Atq; in eodem legitur libro, postea reuerterem de Mesopotamia Iacob cum vxoribus & filiis suis posuisse tabernaculum ante Salem urbem Sychimorū, quæ est in terra Chanaam, & habitasse ibi; & emisse partem agri, in quo habebat tentoria, ab Emor patre Sychem centum agnis; & statuisse ibi altare, & inuocasse ibi Deum Israël. Abraham non emit specum ab Emor patre Sychem, sed ab Ephrō filio Seor, nec sepultus est in Sychem, sed in Hebron, quæ corruptè dicitur Arboch. Duodecim autem patriarchæ, non sunt sepulti in Arboch, sed in Sychem, qui ager non est emptus ab Abraham, sed à Iacob. Differo solutionem & istius quæstiunculæ: ut obtrectatores mei quærant, & intelligant, non verba in scripturis consideranda, sed sensus: Vicesimi primi psalmi iuxta Hebræos id ipsum exordium est; quod Dominus locutus est in cruce יהוה אלהינו יהוה אלהינו Eli Eli lamma zabathani: quod interpretatur, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Reddat rationem, cur Septuaginta translatōres interposuerint, Respice in me, ita enim verterunt: Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? respondebant vtiq; nihil damni in sensu esse, si duo verba sint addita, audiant & à me non periclitari ecclesiarū statum, si celeritate dictandi, aliqua verba dimiserim. Longū est nunc etoluere, quanta Septuaginta de suo addiderint, quanta dimiserint, quæ in exēplaribus Ecclesiæ, obelis asteriscisque distincta sunt. Illud enim, quod legitur in Esaia: Beatus; qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem: solent Hebræi deridere, cum audierint: Necnon & in Amos post descriptionem luxuriæ: Stantia putauerūt hæc, & non fugientia. Reuera sensus rhetoricus, & declamatio Tulliana. Sed quid faciemus ad aucteticos libros, in quibus hæc nō fuerūt adscripta, & cætera his similia, quæ si proferre nitamur; infinitis libris opus est: Porro, quanta dimiserint, vel asterisci testes, ut dixi, sunt, vel nostra interpretatio, si à diligētī lectore translationi veteri conferatur; & tamē vires Septuaginta editio obtinuit in ecclesiis, vel quia prima est, & ante Christi facta aduentum, vel quia ab Apostolis, in quibus tamē ab Hebraico nō discrepat viurpata. Aquila aut, profelytus & cōtentiosus interpres, qui nō solū verba, sed etymologias quoq; verborū trasferre conatus est, iure pronicitur à nobis. Quis enim pro frumento

Rom. 9
Esa. 2

1. Pet. 2

Act. 7

Gen. 23

Gen. 35

Gen. 35

Math. 27

Esa. 31

Amos 6

& vine

1. Cor. 1

Marci 1

Mal. 3
Esa. 40

Mar. 2

1. Reg. 22

1. Reg. 22

Cap. 4.
1. Cor. 2

Esa. 64

de vino & oleo possit vel legere, vel intelligere, *χρῆμα ὀπωριτισμὸν, σιλῶσθηκα*, quod nos possumus dicere fusionem, pomationemque, & splendentiā. Atqui non solum Hebræi habent *ἀβρα*, sed & ille *καυὸς, ἦλος*, qui syllabas interpretatur, & litteras, ut dicat, *σείει τὸν κρῶν καὶ σείει τὴν γῆν*: quod Latina lingua omnino non recipit. cuius rei exemplum nos ex nostro sermone capere possumus, quanta enim apud Græcos benè dicuntur, quæ si ad verbum trāsferamus, in Latino nō resonant: & è regione, quæ apud nos placet, si vertantur iuxta ordinem, apud illos displicebunt.

CAP. 5.

Sed ut infinita præteream, & ostendam tibi, vir omnium nobilium Christianissime, & Christianorum nobilissime, cuiusmodi falsitatis me in epistolæ translatione reprehendant, ipsius epistolæ ponā cum Græco sermone principium, ut ex vno crimine intelligatur, &c. *ἰδοὺ γὰρ ἡ μάς, ἀγαπητὲ, μὴ τῆ δόξῃ τῶν κληρῶν φέρεσθαι*. quod me ita vertisse memini: Oportebat nos, dilectissime clericatus honore non abuti in superbiā. Ecce inquit, in vno versiculo quanta mendacia. primum *ἀγαπητὸς* dilectus est non dilectissimus. deinde *δοξῇ* existimatio dicitur, non superbia. nō enim dixit *ἰδοὺ ἡμάτι*, sed *ἰδοὺ ἡσῆ*, quorū alterū tumore, alterum arbitrium sonat. Totumq; quod sequitur, Clericatus honore non abuti in superbiā, tuum est. Quid agis, ὀ columē litterarum, & nostrorum temporum Aristarche, qui de vniuersis scriptoribus sententiam feras? Ergo frustra tanto tempore studuimus: & sæpe manum ferulæ subduximus. Eredientes de portu, statim imegimus. Igitur, quia & errasse humanum est, & cōfiteri errorem, prudentis: tu, quicumque reprehensor es, tu me, obsecro, emenda præceptor, & verbum de verbo exprime. Debueras, inquit, dicere: Oportebat enim nos, dilecte, non æstimatione clericorum ferri. Hæc est Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & musarum, ut dicunt eloquio comparandus. Complectur in me tritū vulgi sermone prouerbiū: Oleum perdit, & impensas, qui bouem mittit ad ceroma. Hæc non est illius culpa, cuius sub persona alius agit tragœdiam, sed Rufini, & Melania, magistrorum eius, qui illū magna mercede nihil scire docuerunt. Nec reprehendo in quolibet Christiano sermonis imperitiā, atq; vitiam Socraticū illud haberemus. Scio, quod nescio: Et alterius sapiētis, Te ipsum intellige. Venerationi mihi semper fuit nō verbosa rusticitas, sed sancta simplicitas. Qui sermone imitari se dicit apostolos, prius imitetur virtutes in vita illorum. In loquēdo simplicitatem excusabit sanctimonix magnitudo; & syllogismos Aristotelis, contortaq; Chryssippi acumina resurgens mortuus cōfutabit. Cæterum ridiculū, si quis è nobis, manēs inter Cæci opes, & Sardanapali delicias, de sola rusticitate se iactet: quasi omnes latrones, & diuersorum criminum rei diserti sint, & cruentos gladios, philosophorum voluminibus, ac non arborum truncis occulant. Excessi mensuram epistolæ, sed non excessi doloris modum. nam qui falsarius vocor; & inter mulierum radios & rextina dilanior; contentus sum crimen abnuere, non referre. vnde arbitrio tuo cuncta permitto; ut legas ipsam epistolam, tam Græcam, quā Latinam: & illico intelliges accusatorum meorum nœnias, & probrofas querelas. Porro mihi sufficit amicū instruxisse carissimū, & in cellula latitantem diem tantū expectare iudicij. optoque, si fieri potest, & si aduersarij suerint, commentarios potius scripturarium, quā Demosthenis & Tullij Philippicas, tibi scribere.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CII.

ARGVMENTVM.

RESPONDET ijs, qui D. Hieronymo obtrecebant, quod quædam ex nouo testamento iam recepta mutasset, & virginum cum viris consuetudinem vituperasset.



OST priorem epistolam, in qua de Hebræis verbis pauca pertrinxeram, ad me repente perlatum est, quosdam homunculos mihi studiosè detrahere; cur aduersum auctoritatem veterum, & totius mundi opinionem, aliqua in euangelij emendare tentauerim. Quos ego cum possem meo iure contemnere; (Alino quippe lyra superfluè canit) tamen, ne nos superbiā, ut facere solent, arguant, ita responsum habent; non adeo me hebetis fuisse cordis, & tam crassæ rusticitatis, (quam illi solum pro sanctitate habent, piscatorum se discipulos asserētes: quasi iccirco sancti sint, si nihil scierint) ut aliquid de Dominicis verbis aut corrigēdum putauerimus, aut non diuinitus inspiratum; sed Latinorum codicum vitiositatem, quæ ex diuersitate librorum omnium comprobatur, ad Græcam originem, vnde & ipsi translata non denegant, voluisse reuocare. Quibus si displicet fontis vnda purissimi: cœnolos riuulos bibant; & diligentiam, qua auium siluas, & concharum gurgites norunt, in scripturis legendis abiciant: sintq; in hac re tantum simplices, ut Christi verba existiment rusticana, in quibus per tanta iam sæcula tantorum ingenia sudauerunt, ut rationem verbi vnusquisque magis opinati sint, quā expresserint. Apostolum arguant imperitiæ, qui ob multas litteras insanire dicatur. Scio te, cum ista legeris, rugare frontem, & libertatem meam rursum feminarium timere rixarum, ac meum, si fieri potest, os digito velle comprimere: ne audeam dicere, quæ alij facere non erubescunt. Rogo, quid à nobis liberè dictum est? numquid in lancibus idola cœlata descripsi? numquid inter epulas Christianas virginalibus oculis baccharum satyrorumq; complexus in-nexui? aut vquam aliquem amarior sermo pulsauit: numquid ex mendicis diuites fieri doluimus: nūquid reprehendi hæreditarias sepulturas? Vnum miser locutus, quod virgines sæpius deberent cum mulieribus esse, quā cum masculis, totius oculos vrbis offendi, cunctorum digitis notor. Multiplicati sunt, super capillos capitis mei; qui oderunt me gratis, & factus sum eis in parabolam: & tu putas me aliquid deinceps locuturum? Verum, ne Flaccus de nobis rideat: Amphora cœpit institui currente rota, cur vireus exit: reuertimur ad nostros bipedes a se illos, & illorum in aure buccina magis, quā cithara, concrepamus. Illi legant, spe gaudentes, tempori seruientes: nos legamus, spe gaudentes, Domino seruientes. Illi aduersus presbyterum accusationem omnino putet recipiendam: nos legamus, aduersum presbyterum accusationem ne receperis, nisi sub duobus, aut tribus testibus: peccātes autem coram omnibus argue. Illis placeat humanus sermo, & omni acceptione dignus: nos cum Græcis, id est, cum Apostolo, qui Græce locutus est, erremus: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Ad extremum illi gaudeant gallicis canterijs: nos solutus vinculus, & in Saluatoris ministerium præparatus, Zachariæ a fellus ille delectet; qui postquam Domino terga præbuit, cœpit Esaiæ consonare vaticinio: Beatus, qui seminat secus omnem aquam, vbi bos & asinus calcant.

Ad. 26.

Psal. 68.

Rom. 16.

1. Tim. 5.

1. Tim. 6.

Zech. 9. Eia. 21.

TERTIVS TOMVS EPISTO.

LARVM D. HIERONYMI STRIDONIENSIS, COM-
PLECTENS τὰ ἐπιγράμματα, ID EST, QUÆ AD EXPLANA-
TIONEM DIVINÆ SCRIPTURÆ PERTINENT.

HIERONYMVS PAVLINO.

EPISTOLA CIII.

ARGVMENTVM.

PAVLINVM presbyterum, à quo per litteras salutaris fuerat, & de vitæ sanctioris proposito à se arripiendo, Eusebij etiam addito testimonio, certior redditus, ethnicorum; ecclesiasticorumq; sapientum exemplo, ad sacram litterarum, se interea adiutorem ea in re pollicens, hortatur cognitionem. Quod vt facilius persuadeat, quæ & quanta sacris in Bibliis diuinarum rerum contineantur mysteria, generatim per singulos id explicans libros, illi ante oculos ponit. Propositum melioris vitæ laudat, & epistolæ ad se missæ prudentiam, styliq; eloquentiam comendat. Verùm, quòd in rebus familiaribus disponendis, & in distrahendis etiam pro Christo possessionibus amplius immorari constituerit, veluti periculosam reprehendit recraftinationem: propterea vt fluctuantis in salo nauicula præcidat magis funem, quàm soluat, relictisq; omnibus illico ad Christum nudus euolet, vehementer hortatur.

CAP. I.



RATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit & suauissimas litteras: quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitia præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quæ non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor, & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria transisse, vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. sic Pythagoras Memphiticis vates, sic Plato Ægyptum, & Architam Tarentinum, eamq; oram Italiae, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragravit; vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusq; doctrinam Academia gymnasia personabant, fieret peregrinus, atq; discipulus, malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. deniq; dum litteras quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à piratis, atq; venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vincus, & seruus. tamen, quia philosophus, maiore mente se fuit. Ad T. Liuium, læteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ, Galiarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Romæ non traxerat, vnus hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis, celebrandumq; miraculum, vt tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærerent. Apollonius, siue ille magus, vt vulgus loquitur, siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Perlas, Pertransiuit Caucasum; Albanos, Schythas, Massagetas, epulentissima India regna penetravit; & ad extremum, latissimo Phylon amne transmissis, peruenit ad Brachmanas: vt Hiarcham, in throno sedentem aureo, & de Tantalali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de moribus siderum, ac dierum cursu audiret docentem: inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos, reuersus Alexandriam, perrexit Æthiopiæ, vt gymnosophistas, & famosissimam solis mentiam videret in fabulo. Inuenit ille vir ubiq; quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.

Quid loquar de sæculi hominibus? cum Apostolus Paulus, vas electionis, & magister gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiamq; lustratam, ascendit Hierosolimam, vt videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis, futuris gentium prædicator, instruendus erat. Rursumq; post annos quattuordecim, assumpto Barnaba & Tito, exposuerit Apostolis Euangelium; ne fortè in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Vnde & Æschynes, cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis, atq; laudantibus, suspirans ait: Quid, si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem?

Nec hoc dico, quòd sit in me aliquid tale, quòd vel possis, vel velis discere; sed quòd ardor tuus, ac discendi studium, etiam absq; nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras, confideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus, tamen virtute totum est, quidquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi & prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritualibus telis; postea diceret confideret. Arma enim militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentè se aduersus scientiam Dei; & captiuantes omnem intellectum, ad obediendum Christo, & subiugare parati cunctam inobedienciam. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris litteris eruditum: & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam, quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoq; in eo eligat scripturarum. Obtenentem, inquit, eum; qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana; & contradicentes reuincere.

Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest: & quantum edificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat Aggæus propheta, immo per Aggæum Dominus, interroga, ait, sacerdotes legem. Intantum sacerdotis officium est; interrogatum respondere de lege. Et in

CAP. 2.
Actuum 9

1. Tim. 2
2. Cor. 13
Galat. 2

CAP. 3.

Actuum 22

1. Cor. 10

1. Tim. 4

Tit. 1

CAP. 4.

Agg. 2

Y Deuté-

Deuter. 32 Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, temores tuos, & dicent tibi. In psalmo quoque centesimo decimo octavo: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cum eum Dauid arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, inter cæteras virtutes & hoc intulit. In lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis, iustos, ait, fulgere sicut stellas, & intelligentes, hoc est doctos, quasi firmamentum. Vides, quantum inter se distet, iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur: quamquam, iuxta Hebraicam veritatem, vtrumque de eruditus possit intelligi: ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Neque quia vas legis & sanctarum scripturarum armarium est. Pharisei stupent ad doctrinam Domini: & mirantur in Petro, & Ioannc, quo modo legem sciunt, cum litteras non didicerint. Quidquid enim aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis Spiritus sanctus suggerebat. Et erant iuxta quod scriptum est: *ὅτι ἰδὲ αὐτοῖς*. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de questionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum dicimus Ioannem: quorum vterque dicere poterat: Etsi imperitus sermone non tamen sapientia. Ioannes rusticus, piscator, indoctus? Et vnde vox illa obsecro: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum? *λόγος* enim Græcè multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuersi usque rei, per quam sunt singula, quæ subsistunt. Quæ vniuersa rectè intelligimus in Christo.

CAP. 5. Hoc doctus Plato nesciuit: hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam, inquit, sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam: & quamquam stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non sæculi huius, nec principum istius sæculi, qui destruuntur: sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit ante sæcula. Dei sapientia Christus est. Christus enim Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni psalmi titulus prænotatur, pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: & qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante sæcula. Prædestinatus autem, & præfiguratus, in lege, & prophetis. Vnde & prophetæ appellabantur videntes: quia videbant eum, quem ceteri nō videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechiel: qui populo peccatori clausi erant. Reucla, inquit Dauid, oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est: & reuclatione opus est, vt intelligatur, ac reuclata facie, Dei glorie cōtemplamur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti litteras, vt legat, respondebit tibi: Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse litteras, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit? In Actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, immo vir, (sic enim eum scriptura cognominat) cum le-

geret Elaiam, interrogatus à Philippo: Purasne intelligis, quæ legis? respondit, quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunuchis, nec studiosior: qui de Æthiopia, id est, de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator legis, diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo sacras litteras legeret: & tamen, cum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labijs personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in littera. Omnia doctoris virtus. Eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis, & sanctus factus est, ac de discipulo magister: plus in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit.

Hæc à me breuiter perstricta sunt, (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sanctis, sine præuio, & monstrante, semitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis: quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθεσιν, τὴν ἐπιμερίαν. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricola, cementarij, fabri metallorum, lignorumve cæsores, lanarum quoque, & fullones, & ceteri, qui variam suppellectilem & vilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi omnes passim vindicant. Scribimus indocti doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lecerant, docent antequam discant: Alij, adducto supercilio, grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alij discunt, pro pudor, à feminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, immo audacia edisserunt alijs, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus: qui si fortè ad scripturas sanctas, post sæculares litteras, venerint, & sermone composito aurem populi mulserint: quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur, quid prophetæ, quid Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aprant testimonia: quasi grande sit, & non vitiiosissimum docendi genus deprauare sententias, & ad voluntatem suam, scripturam trahere repugnantem: quasi non legerimus Homero centonas, & Virgilio centonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo possumus dicere Christianum, quia scripserit: Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna: Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium: Nate, meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixusq; manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia, docere quod ignores, immo, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum, & descensione vsque ad Ægyptum scribitur Hebræorum. Patet Exodus, cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, immo singulæ pene syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus, spirant cælestia sacramenta. Numeri

CAP. 6.

CAP. 7.

verò

verò, nōne totius arithmeticae, & prophetiae Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent? Deuteronomium quoque secunda lex, & euangelicæ legis præfiguratio, nōne sic ea habet, quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. Iob, exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnesque leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. singula in eo verba plena sunt sensibus. Et (vt de cæteris fileam) resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit. Scio, inquit, quod redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea; & in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Veniam ad Iesum Naue, typum Domini non solum gestis, sed etiam nomine. Transiit Iordanem: hostium regna subuertit: diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque consinia, Ecclesiæ celestisque Hierusalem spiritualia regna describit. In Iudicum libro quoruncipales populi, tot figuræ sunt. Ruth Moabiticæ, Esaiæ explet vaticinium, dicentis: Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti, ad montem filizæ Sion. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porro in Sadoch atque Dauid, noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur. Malachim, id est Regum tertius, & quartus liber à Salomone vsque ad Ieconiam; & ab Hieroboam filio Nabat, vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israël. Si historiam respicias, verba simplicia sunt. Si in litteris sensum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur. Duodecim prophetæ in vnus voluminis angustias coartati, multo aliud, quam sonant in littera, præfigurant. Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam; & sub veste lugubri, viri ad se reditum prætolari. Iohel, filius Phatuel, describit terram duodecim tribuum, heruca, bruchus, locusta, rubigine vastante corruptam, & post euerisionem prioris populi, effusum in Spiritum sanctum super seruos Dei, & ancillas, id est super centum viginti credentium nomina, qui effundendus erat in cænaculo Sion: qui centum viginti, ab vno vsque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt: qui in psalterio mysticè continentur. Amos, pastor; & rusticus, & tuborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria aut quatuor scelera Damasci, Gaze, & Tyri, & Idumæ, & filiorum Ammon, & Moab; & in septimo octauoque gradu Iudæ & Israël? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in monte Samariæ, & ruituram domum maiorem mindremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem Dominum super murum litum vel adamantinum, & vincinum pomorum, attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Abdias, qui interpreta-

HIERON. TOM. I.

tur seruus Domini, pertonat contra Edom, sanguineum, terrenumque hominem. Fratris quoque Iacob semper æmulum hasta percutit spirituali. Ionas columba pulcherrima, naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad poenitentiam reuocat; & sub nomine Ninive, salutem gentibus nunciat. Micheas de Morasti, coheres Christi, vastationem annunciat filizæ latronis, & obsidionem ponit contra eam; quia maxillam percussit iudicis Israël. Nahum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euerisionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Habacuk, luctator fortis; & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem; vt Christum in cruce contempleretur, & dicat: Operuit cælos gloria eius; & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Sophonias, speculator & arcuorum Domini cognitor, audit clamorem à porta piscium, & ciulatum à secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus pila: quia conticuit omnis populus Chanaan: disperierunt vniuersi, qui inuoluti erant argento. Aggeus festiuus & lætus, qui seminauit in lacrymis, vt in gaudio meteret, destructum templum ædificat, Dominumque patrem inducit loquentem: Adhuc vnus modicum, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam; & motiebo omnes gentes: & veniet desideratus curis gentibus. Zacharias, memor Domini sui; multiplex in propheta, Iesum vestibus sordidis indutum; & lapidem oculorum septem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis, quot oculis, duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit & dextris, vt post equos rufos, nigros, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Hierusalem, pauperem regem vaticinetur, & prædicet, sedentem super pullum filium asinæ subugalis. Malachias apertè, & in fine omnium prophetarum, de abiectione Israël & vocatione gentium, Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mundi. Esaiam; Hieremiam, Ezechielem, & Danielem quis possit vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere; sed Euangelium. Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie Aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris necit alphabetum. Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Gèneseos antè annos triginta non legantur. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi philoistior, lapidem præcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. Dauid, Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, & Serenus, Christum lyra personat; & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit, & Christum, sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. Hester in Ecclesiæ typo populū liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij & diem celebrem mittit in posteros. Paralipemenon liber, id est instrumenti veteris ~~καταροχ~~, tantus ac talis est,

Y 2 vt absq;

vt abique illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat. Per singula quippe nomina; iuncturaeque verborum, & praetermissa in Regum libris tanguntur historiae, & innumerabiles explicantur Euangelij quaestiones. Esdras & Nemas, a. si uitor uidelicet & consolator a Domino, in vnum volumen coarctantur: instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omni que illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israe'lis, profelytorum, ac per singulas familias muroru' ac turrium opera diuila, aliud in cortice praefertunt, aliud retinent in medulla. Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolae, & tamen non implese quod volui. Audiuimus tantum, quid nosse, quid cupere debeamus; vt & nos quoque possimus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Carterum Socraticum illud impletur in nobis: Hoc tantum scio, quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum. **Matthaeus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga Domini, & veru' Cherubin, quod interpretatur scientiae multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillae emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata, & ubique volitantia. Tenent se mutuo, sibi que perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocumque eos flatus Sancti Spiritus perduxerit. Paulus Apostolus ad septem scribit Ecclesias (ostaua enim ad Hebraeos a plerisque extra numerum ponitur) Timotheum instruit, ac Titum: Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. super quo tacere melius puto, quam pauca scribere. Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiae infantiam texere: sed, si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio; animaduertemus, pariter omnia verba illius, animae languentis esse medicinam. Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas Apostoli, septem epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas, & breues pariter & longas, breues in verbis, longas in sententiis; vt rarus sit, qui non earum lectione caecutiatur. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Paru' dixi pro merito voluminis: laus omnis inferior est: in verbis singulis multiplices latent intelligentiae.**

CAP. 8. Oro te frater carissime, inter haec viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quaerere, nonne tibi videtur iam hic in terris regni celestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vtilitate verborum: quae vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent; & in vna eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam perulans, & hebes, vt haec me nosse pollicear, & eorum fructus in terra capere, quorum radices in caelo fixae sunt: sed velle fateor. Sedenti me praefero, magistrum reuocens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quaerens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in caelo. Obuiis te manibus excipiam: & (vt in epistola quae scribis, ac de Hermagore tumiditate effutiam) quidquid quaesieris, tecum scire conabor.

CAP. 9. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium: qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum saeculi, fidem amicitiae, amorem Christi. nam prudentiam & eloquij venustatem, etiam absque illo ipsa epistola praeferebat. Festina, quaeso te, & haerentis in salo nauiculae funem magis praecide, quam

solue. Nemo renuciaturus saeculo bene potest vendere quae contempsit vt venderet. Quidquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est: Auaro ta deest, quod habet, quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis etiam obolo indiget. Sic viuamus, taquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & vestitus, diuitiae Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam; vende, si non habes, proice. Toleranti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet, nisi tu, semper recraftinans, & diem de die trahens, caute & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus, unde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui se ipsum obrulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerunt. Vidua duo aera misit in gazophylacium, & praefertur Croesi diuitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

HIERONYMI IN PENTATEUCHVM MOYSI.

PRAEFATIO AD DESIDERIVM. CIIII ARGVMENTVM.

A Desiderio per litteras exortatus, vt Pentateuchum ex Hebraeo in Latinum transferret sermonem: quam post lxx. interpretes id facere periculosum sit opus, aperit. Verum quia illud, veluti necessarium, praestitit, quorum exemplo ad faciendum opus, sit animatus, & quam manca lxx. editio fuerit, aliquot recensitis interea ostendit locis. obtractatoribus postremo suis respondens, se iuuanda Ecclesiae causa, non veluti lxx. interpretum reprehensorem, Pentateuchum ex Hebraeo transtulisse, asserit.



DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam praesagio futurorum cum Daniele sortitus est nomen, obsecrans vt translatum in Latinam linguam de Hebraeo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe, & obtractatorum meorum latratibus patens: qui me asserunt, in Septuaginta interpretum fugillationem, noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes: cum ego saepissime testatus sim, me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre que possim, nec opes alterius aliorum paupertate caedari, quod vt auderem, Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquae, translationem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo opus omne distinguens; dum aut illucescere facit, que minus ante fuerat, aut superflua que iugulat, & confodit, maxime quae Euangelistarum & Apostolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus, quae in nostris codicibus non habentur: vt est illud, Ex Aegypto vocaui filium meum: Et, Quoniam Nazaraeus vocabitur: Et, Videbunt in quem compunxerunt: Et, Flumina de ventre eius fluent aquae viuae: Et, Quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparauit Deus diligentibus se: & multa alia, quae proprium *σύνταγμα* desiderant. Interrogemus ergo eos, vbi haec scripta sint: & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee, secundum in Esaia, tertium in Zacharia, quartum in prouerbis: quintum aequae in Esaia: quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sciantur, & Hiberas naenias libris aetheticis praefertunt. **Causas erroris**

Psalms. 118

Ezech. 1

2. Cor. 8

CAP. 8.

CAP. 9.

1. Cor 6

Matth. 1

Matth. 4
Marc. 11
Luc. 21

Daniel 9

Ezech. 11

Osee 11
Esaia 11
Zachar. 11
Prouer. 11
Esaia 44

erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolomæus, vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. quod maxime iccirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbiicumque sacratum aliquid scriptura testatur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus auctor, septuaginta cellulas Alexandria mendacio suo extruxerit, quibus diuisi, eadem scripturarum: cum Aristæas, eiusdem Ptolomæi *ὁ ἀριστοτέλης*, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerit, sed in vna basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud est esse interpretem. ibi spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit transferit. Nisi fortè putanda est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte orationem afflatus rhetorico spiritu transfuisse: aut aliter de eisdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apostolos spiritus sanctus testimonia rexit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? damnamus veteres? minimè: sed post priorum studia, in domo Domini, quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubiis prætulere sententiis: nos verò, post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam, quàm historiam scribimus. aliter enim audita, aliter visa narrantur. quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obrectator ausculta: non damno, non reprehendo Septuaginta, sed confidèter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego, in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos: diuersarum vrbium magistros confule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est, si contra se postea ab Apostolis usurpata testimonia probauerunt, & emendatiora sunt exemplaria Latina, quàm Græca, & Græca, quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidios. Nunc te precor, Desideri carissime, vt me, quia tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues, quo possim eodem spiritu, quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

1. Cor. 12

HIERONYMI IN IOSVE.

PRÆFATIO CV.

ARGVMENTVM.

Cy m Iosue, Iudicum, Ruth, & Hester libros in manibus ex Hebræo transferendos haberet, primum docet, quo modo hi, distinctis singulis inter se nominibus, legedi sint: deinde, obrectatoribus respondens, se hoc in sigillationem lxx. minimè fecisse contendit, sed vt, in multa diuersarum editionum varietate, variorum que exemplarium diffensione, quid verum, & genuinum esset, ex Hebræorum fonte purè, & incorruptè hauriretur. Hoc autem opere confecto, se ad interim illam prophetarum interpretationem fediturum, pollicetur.



ANDEM, finito Pentateucho Moysi, velut grandi fenore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittamus, quem Hebræi Iosue Ben Nun, id est Iosue filius

HIERON. TOM. I:

Nun vocant: & ad Iudicum librum, quem Sophthim appellat; ad Ruth quoque; & Hester, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusque lectorem, vt siluam Hebræicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas diligens scriptor conseruet; ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur; sed pro virili portione; offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant: vt pro Græcorum *ἐξ αὐτῶν* quæ & sumptu, & labore maximo indigēt, editionem nostram habeant: & sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes; inueniant quod requirunt: maxime cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices; & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit, vel subtraxerit quod ei visum est; & utique non possit verum esse, quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpis, & sanctum opus venenata carpere lingua, vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet: memineritque illorum versuum: Os tuum abundauit malitia; & lingua tua concinnabat dolos: sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè, quod ero tui similis; arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis, vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare, dolere Iudæos quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & Ecclesiæ homines id despicere, immo lacerare, vnde aduersarij torqueantur? Quod si vetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet; & nihil extra recipiendum putant: cur ea, quæ sub asteriscis, & obelis vel addita sunt, vel amputata, legunt & negligunt? Quare Daniele, iuxta Theodorionis traditionem, Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur & Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter differetes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autè in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterum, post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est, & hos libros, quos Eustochio virgini Christi negare non potui, decreuimus; dum spiritus hōs regit artus, prophetarū explanationi incumbere, & omissum iam diu opus quasi quodā postliminio repetere, præsertim cum & admirabilis sanctusque vir Pammachius hoc idem litteris flagiter, & nos, ad patriam festinantes, mortiferos Sirenarum cantus furda debeamus aure transire.

Psal. 49

HIERONYMI IN LIBRVM

REGVM:

PRÆFATIO CVI.

ARGVMENTVM.

VIGINTI & duos sacrorū Bibliorum esse libros non secus quàm apud Hebræos, Syros, Chaldæos; & Samaritanos, totidem in alphabeto characteres, Hebræis, quibus nunc vniur ab Esdra inuentis, docet. Hos autem sigillatim omnes recenset, in legem, prophetas, & hagiographa eos diuidendo, duobus, vt viginti quattuor seniorum numerum expleant, additis, cæteros extra canonem esse prodit. Hunc verò litterarum esse, numerum, leuitarum sensu sacratum, tam ex quibusdam Psalmis, & Salomonis prouerbis, quàm ex Hieremiæ lamentationibus, orationeque clarè apparere monstrat: ita vt magno cum mysterio e numero, quo ex litteris ad scientiæ cognitionem prouidimur, eodè ex sacris

Y 3

Bibliis

Bibliis eruditur ad fidem: præsertim cum quinque apud Hebræos duplices litteræ, duplices etiam, quæ sunt in Samuele, Melachim, Paralipomenon, Esdra, & Hieremia, libros significare videantur. Postremò obtricatoribus circa versionem suam respondens, & lectoribus ad studium librorum Regum animatis, virginum, ad quas scribit, orationibus se commendat.



VIGINTI & duas litteras esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. Nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyfi totidem litteris scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumque est, Esdræ scribam, legisque doctorem, post captam Hierosolymam, & in aedificationem templi sub Zorobabel, alias litteras reperisse, quibus nunc utimur; cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio sub leuitarum ac sacerdotum censu mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus usque hodie antiquis expressum litteris inuenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus & centesimus decimus & centesimus vndecimus, & centesimus decimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quamquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri textuntur alphabeto. Et Hieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine Proverbia ab eo loco, in quo ait: Mulierem forte quis inueniet: eisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinque litteræ duplices apud Hebræos sunt, caph, meim, nun, phe, sade. aliter enim scribuntur per has principia, mediocritateque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisque libri duplices aestimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamin: Esdras, Hieremias cum Kinoth, id est, lamentationibus suis. Quo modo igitur vigintiduo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicè omne, quod loquimur, & eorum initius vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi litteris, & exordiis, in Dei doctrina tenerè adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocatur בְּרֵאשִׁית Beresich, quem nos genesim dicimus: secundus אֵלֶּה שְׁמוֹת Elle semoth, qui Exodus appellatur: Tertius וַיִּקְרָא vaiikra, id est Leuiticus: quartus וַיִּדְבַּר vaidabber, quem Numeros vocamus. Quintus אֵלֶּה הַדְּבָרִים Elle hadebarim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinque libri Moyfi: quos proprie תּוֹרָה thora, ist est legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue ben Nun dicitur. Deinde subtexunt שׁוֹפְטִים soptim, id est Iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos regnorum primum & secundum dicimus. Quartus Melachim, id est Regum, qui tertio & quarto Regnorum volumine continetur. Meliusque multo est Melachim, id est Regum, quam malachoth, id est regnorum dicere. non enim multarum gentium regna describit; sed vnius Israëlitiçi populi, qui tribus dodecim continetur. Quintus est Esaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus, liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur theze asar. Tertius ordo hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob: secundus à Dauid, quena

Numer. 3

Prover. 31

quinque incisionibus & vno psalmorum volumine comprehendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens: Proverbia, quæ illi parabolas, id est משלי, misle appellant. Quartus Ecclesiastes, id est קהלת coheleth. Quintus ebraicè canticorum, quæ titulo שיר השירים sir asirim appellant. Sextus est Daniel. Septimus est דִּבְרֵי הַיָּמִים dibre haiamin, id est verba dierum, quod significantius ἁποκαλυψῆς totius diuinæ historiae possumus appellare: qui liber apud nos Paralipomenon primus, atque secundus inscribitur. Octauus Esdras; qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos in duos libros diuisus est. Nonus Hester. Atque ita sunt pariter veteris legis libri vigintiduo: id est, Moyfi quinque, & prophetarum octo: hagiographorum nouem, quamquam nonnulli Ruth & Kinoth inter hagiographa scripserunt, & hos libros in suo putent numero supputandos; ac per hoc esse præter legis libros vigintiquattuor, quos sub numero vigintiquattuor seniorum, Apocalypsis Ioannis inducit, adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quattuor animalibus oculatis ante & retro, id est in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus scripturarum, quasi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus, quidquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgò Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias & Pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum reperi. Secundus Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cum ita se habeant; obsecro te, lector, ne laborem meum reprehensionem existimes antiquorum. in tabernaculo Dei offert vnusquisque quod potest. alij aurum, argentum, & lapides preciosos, alij byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hiacynthum. nobiscum bene agitur, si obulerimus pelles, & caprarum pilos. & tamen Apostolus contempribiliora nostra magis necessaria iudicat. vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & ciliciis, ardoremque solis & iniuriam imbrum ea, quæ viliora sunt, prohibent. Lege ergo primum Samuel & Melachim meum, meum, inquam, meum. quidquid enim crebrius vertendo, & emendando sollicitius & didicimus, & tenemus, nostrum est. & cum intellexeris, quod antea nesciebas, vel interpretem me existimato, si gratus es, vel paraphrasten, si ingratus. quamquam mihi omnino conscius non sum, mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè, si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, quæ nuper emendaui: & vbicumque discrepare inter se videris, interroga quælibet Hebræorum, cui magis accommodare de beas fidem: & si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes, cõ ictorè; vt in eodẽ loco mecum similiter diuinauerit. Sed & vos famulas Christi rogo, quæ Domini discubentis preciosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorè quaeritis in sepulchro, quibus iam ad patrẽ Christus ascendit, vt contra latrantes canes, qui aduersum me rabido ore desequuntur, & circumest ciuitatè, atque in eo se doctos arbitrantur, si alius detrahât, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego, sciens humilitatè meâ, illius sepe sententiæ recordabor: Dixi, custodiã vias meas, vt nõ delinquã in lingua mea. Posui ori meo custodiã, cū confisteret aduersum me peccator. Obmutui, & humiliatus sũ, & filii à bonis.

Apoc. 4

Exodi 35

1. Cor. 13
Exodi 36

Matth. 16
21.

Ioan. 10

Psalm. 31

PRÆFATIO, AD CHROMATIVM. CVII.

ARGUMENTVM.

NON frustra se à Chromatio episcopo rogari, illi interea respondens, ait, vt post lxx. interpretes, sacros ex Hebræo vertat libros: quippè cum non solum manca, sed vitata etiam sit lxx. editio, & qualibet regio, diuersis, quod etiam explicat, vtatur translationibus.



SI Septuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superflue me Chromati, episcoporum sanctissime, atque doctissime, impelleres, vt Hebræa volumina Latino sermone trāsferrem. quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. nunc verò cum, pro varietate regionum, diuersa ferantur exemplaria; & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata: nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit; aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibusq; Iudæis, cornicum, vt dicitur, oculos configere. Alexandria, & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem.

Constantinopolis vsq; Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palesinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt. Totusq; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non solum exemplaria composuit quattuor editionum, è regione singula verba describens; vt vnus dissentiens, statim, cæteris inter se consentientibus, arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit non tenere, quod semel susceperant, & post Septuaginta cellulas, quæ vulgò sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere; hocque in Ecclesiis legitur, quod Septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, quod his maius est, Apostolis auctoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio, Ex Ægypto vocauit filium meum: Et, Quoniam Nazareus vocabitur: Et, Videbunt in quem compunxerunt: Et illud Apostoli: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, Nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se: cæteraque his similia, in Hebræorum libris inueniri. Certè Apostoli & Euangelistæ, Septuaginta interpretes nouerant, & vnde eis hæc, quæ in Septuaginta interpretibus non habentur: Christus, Dominus noster, vtriusque testamenti conditor, in Euangelio secundum Ioanem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtiq; scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est: Septuaginta non habent, apocrypha nescit ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum est, vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, idem & accusatores, & defensores, cum

Math. 1
Ioan. 19
1. Cor. 1

Ioan. 7

in aliis probent, quod in me reprobant: quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur. Cæterum, memini editionem Septuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuisse me nostris, nec inimicum debere existimari eorum, quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quod nunc *דברי הימים* dicitur haiamim, id est, verba dierum interpretatus sum; iccirco feci, vt inextricabiles moras, & siluam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barbariem, apertius & peruersum cola digererem, mihi met ipsi & meis iuxta Iusmeniam canens, si aures surdæ sunt cæterorum.

AD DOMNIONEM, ET ROGATIANVM, IN LIBRVM
PARALIPOMENON.

PRÆFATIO. CVIII.

ARGUMENTVM.

QUANTO studio, & labore *παραλειπομένων* librum ex Hebræo sermone verterit, rationes explicat: quippe cum ob hoc & Iudææ prouinciæ circumiens, propriis collustrauerit oculis, & eruditum quendam Hebræum doctorem acciterit, necessarium autem fuisse opus ob vitiatam lxx. interpretum editionem ostendit.



VO modo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint; & tertium Virgilij librum, qui à Troa de per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad ostia Tiberis nauigauerint: ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit, & antiquarum vrbiū memorias locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. vnde & nobis curæ fuit, cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire; vt circumiremus prouinciã, quam vniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane carissimi, numquam me in diuinis voluminibus propriis viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam, de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum, quanto magis de iis, super quibus anceps eram? Denique, cum à me nuper litteris flagitassetis, vt vobis Paralipomenon Latino sermone transferrem; de Tiberiade quendam legis doctore, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi, & contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vsq; ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor. ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est; vt non tam Hebræa, quam Barbara quædam & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt, transfulerant, sed scriptorum culpæ adscribendum, dum de emendatis in emendata scriptant; & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt; vel è regione vnum nomen propter latitudinem suam in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines, vt plerique existimant; sed vrbes, & regiones, & saltus, & prouinciæ sonant, & oblique sub interpretatione & figura eorum quædam narrantur historiarum. De quibus in Regnorum libro dicitur: Nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iudæ? Quæ vtiq; in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud

Hebræos liber Paralipomenon vsus sit, & apud illos vocatus דברי הימים dibre haiamim, id est verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos diuisus est. quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, vt cum in tres partes fecerit, cum vnus a suo auctore sit æditus. Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina, non vocabula hominum, sed rerum, vt dixi, significantias sonant. Ad extremum, quod omnis eruditio scripturarum in hoc continetur, & historiarum, quæ vel prætermisæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, nisi librum beneuolis placitum, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæque, vt ait Plinius, malunt contemneri plerique, quam discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis; & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbi cumque ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis; ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur: vbi verò obelus, transuersa scilicet virga præposita est; illic signatur; quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti auctoritatem; licet in Hebræis voluminibus non legatur.

HIERON. AD DOMNIONEM ET ROGAT. IN ESDRAM

ET NEEMIAM.

PRÆFATIO CIX.

ARGUMENTVM.

ESDRAM & Neemiam cum toties per triennium interpretatus transtulerit, qui eorum libri in canone sint, explicat; & cur post lxx. interpretationem necessarium fuerit opus, rationes reddit.



VTRVM difficilius sit facere quod poscitis, an negare, necdum statui. nam neque, vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt antè sub fasce ruendum sit, quam leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne, quod scribimus, reprehendendum putant: & interdum contra se conscientia repugnant, publicè lacerant, quod occultè legunt: intantum vt clamare compellat, & dicere: Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quod semper scribitis, atque rescribitis, vt Esdræ librum & Hester vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græcæ, & Latina volumina; aut quidquid illud est, quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, vt ait quidam, niti, neque aliud fatigando, nisi odium querere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos, mi Domnion & Rogatiæ castissimi, vt priuata lectione cõtenti, libros non efferatis in publicum: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitæque eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent: his tribuatis exemplar, admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distinctè & per interualla transcribant. nihil enim proderit emendasse librum; nisi emendatio, librorum di-

ligentia cõseruetur. Nec quemquam moueat, quod vnus à nobis liber editus est: nec apocryphorum tertij & quarti libri somniis deleatur: quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæque sermones in vnum volumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de vigintiquattuor senibus sunt procul abiicienda. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat; nec potest vti que verum asseri quod diuersum est: mittite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur, velut illud: Quoniam Nazareus vocabitur: Et, Ex Ægypto vocaui filium meum: Et, Videbunt in quem compunxerunt, multa que alia, quæ latiori operi referuamus: & querite ab eo vbi scripta sint. Cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus, quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed, vt ad compendium veniam; certè, quod illaturus sum, æquissimum est: edidi aliquid, quod non habetur in Græco, aut aliter habetur, quam à me versum est? quid interpretem laniant? interrogent Hebræos; & ipsis auctoribus, translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem. Porro aliud est, si, clausis, quod dicitur, oculis, mihi volunt maledicere: & nõ imitantur Græcorum studium, ac beneuolentiam: qui post Septuaginta transfatores iam Christi Euangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas, legis veteris interpretes, Aquilam viderent, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in ἐπιτομῆς ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quod exultantem cernerent Græciam à se aliquid mutuari. Primum enim magnorum sumptuum est, & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit, quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum scripturæ sensum relinquens, vniuscuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem, qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam; & Latinus nobis vt cumque sermo non deest; & de aliis magis possumus iudicare, & ea, quæ ipsi intelligimus, in nostralingua promere. Itaque, licet hydra sibilet; victorque Sinon incendia iactet: numquam meum, iuuante Christo, siblebit eloquium: etiam præcisâ lingua balbutiet. Legant, qui volunt; qui nolunt, abiiciant. euentilent apices: litteras calumnientur. magis vestra caritate prouocabor ad studium, quam illorum detractione & odio deterrebor.

HIERONYMI AD CHROMATIUM, ET HELIODORVM,

IN TOBIAM.

PRÆFATIO CX.

ARGUMENTVM.

Quo modo, ab eis rogatus, Tobie librum, qui inter hagiographa numeratur, accito peritissimo quodam Chaldæo, ex Chaldæo sermone transtulerit, Chromatio, & Heliodoro episcopis rationem explicat.



MIRARI non desino exactiõnis vestræ instantiam. exigitis enim, vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum vti que Tobie, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum

pturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem, Latinis auribus ista transferre. sed, melius esse iudicans phariseorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. & quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico; vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui; & quidquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego, accito notario, sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero, me, quod iubere estis dignati, complexisse.

HIERON. IN IVDITH.

PRÆFATIO CXI.

ARGUMENTVM.

IVDITH librum, qui inter hagiographa, & historias, exceptus interim à Nicæna Synodo, numeratur, quo modo ex Hebræo sermone transtulerit, explicat.



APUD Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentione veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur.

Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctarum scripturarum legitur computasse; acquiri postulationi vestræ, immo exactioni, & sepositis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. hanc enim non solumi feminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator virtutem ei talem tribuit, vt inuisum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

HIERON. IN LIBRVM HESTER.

PRÆFATIO. CXII.

ARGUMENTVM.

Quo modo librum Hester, omnis lacinosi, flexuosi que (vt erat apud Latinos) circumlocutionibus, fideliter ad verbum ex Hebræo transtulerit, scribit.



LIBRVM Hester variis translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de archiuis Hebræorum releuans, verbum è verbo expressius transtuli. quem librum editio vulgata lacinosi hinc inde verborum sinibus trahit, addens ea, quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit, qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem, o Paula, & Eustochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Hester Hebraicum librum, per singula verba, nostram translationem aspicite; vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo; sed fideli testimonio

simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus nõ timemus: quia Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant: & secundum Apostolum, Qui eiusmodi sunt, serui Christi esse nõ possunt. Rursum in libro Hester alphabetum ex minio vsq; ad theta litteram fecimus diuersis in locis, volentes scilicet Septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. nos enim, iuxta morem Hebraicum, ordinem profequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

*Psalm. 18
Galat. 1*

HIERON. IN LIBRVM IOB.

PRÆFATIO CXIII.

ARGUMENTVM.

VERSIONES suas ex Hebræo sermone reprehendentibus, initio, sine que præfationis respondens, quoniam sit liber Iob, qua lingua, scribendi que genere compositus, quantumque ipse in eo post Latine inuulgari emendationem fideliter transferendo laborauerit, edidit.



COGOR per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, &

Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & medie temperatum genus translationis expresserint; & omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis asterisque distinxerit: quos vel additos, vel de Theodotione sumptos, translationi antiquæ inseruit, probans defuisse, quod additum est. Discant igitur obrectatores mei recipere in toto, quod in partibus suscepunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint; nõ eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipue in Iob: cui si ea, quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur. Et hoc dumtaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, antè eam translationem, quam sub asteriscis & obelis, nuper edidimus, septingenti ferme, aut octingenti versus desunt, vt decurtatus, & laceratus, corrosusque liber, fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso Hebraico Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur, & lubricus, & quod Græci rhetores vocant *εὐχρηματισμὸς*: dum qui aliud loquitur, aliud agit; vt si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memi ni me ob intelligentiam huius voluminis Lydæum quendam præceptorè, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque voluminis vsq; ad verba Iob apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in quibus ait: Pereat dies, in qua natus sum: & nox, in qua dictum est, conceptus est homo: vsq; ad eum locum, ubi antè finem voluminis scriptum est: Iccirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in faniilla, & cetera: hexametri versus sunt, dactylo spodeoque, ceteres, & propter

Iob 3. 4

& propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis & tinuulus fertur numeris lege solutus, quod metrici magis, quam simplex lector, intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum comma, quod remanet, prosa oratione contextitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel psalterium vel lamentationes Hieremias, vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendere: legat Philonem, Iosephum, Origenem, Casariensem Eusebium; & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei iccirco me in hoc volumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, sed ut ea, quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptorum vicio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent: ut qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter græmaticos, & rhetores, & philosophos detriti sumus. Quod si apud Græcos post septuaginta editionem iam Christi Evangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt; & tamen ἐξερλοῖς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omnia repetere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fidei aperire sermone, vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobare. Habeant, qui volunt, veteres libros vel in membranis purpureis, auro, argentoque descriptos, vel vncialibus, ut vulgò aiunt, litteris onera magis exarata, quam codices; dummodo mihi meisq; permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quam emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos in Latinum meo labore translata est, eligat vnusquisque, quod vult, & studiosum me magis, quam maleuolum, probet.

ALIA PRÆFATIO.

CXIIII.

ARGUMENTVM.

EDITIONEM LXX. interpretum in Iob, quo modo ipse quibusdam aut additis, aut sublati ex linguarum fonte correxerit, breuiter explicat.



I aut sicellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, ut in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mente pertractarem; nullus morderet, nemo reprehenderet. nunc autem, quia iuxta sententiam Saluatoris, volo operari cibum, qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisq; purgare: error mihi geminus instigatur: corrector vitiorum, falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. tanta est enim vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque vitia placeant, dum magis pulchros habere volunt codices, quam emendatos. Quapropter, & fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar pro stabello, calathis, sportellisq; munusculis monachorum, spiritualia hæc & mansura dona suscipite;

ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & verinibus scatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quo modo enim post probationem, atq; victoriam duplicia sunt ei vnuerſa reddita; ita ego in lingua nostra (ut audacter loquar) feci cum habere, quæ amiserat. Igitur & vos, & vnumquemq; lectorem solita præfatione commoneo: & in principiis librorum eadem semper annectens, rogo, ut vbicumque præcedentes virgulas videritis, sciatis ea, quæ subiecta sunt, in Hebræicis voluminibus non haberi. Porò vbi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. necnon & illa, quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, ut sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi, magis vtile quid ex otio meo ecclesiis Christi venturum ratus, quam ex aliorum negotio.

HIERON. IN PROVERBIA,
ECCLESIASTEN, ET CANTI-CVM CANTICORVM SALOMONIS,
AD CHROMATIUM,
& Heliodorum Episcopos.

PRÆFATIO CXV.

ARGUMENTVM.

CVM commentarios super quosdam prophetas à D. Hieronymo Chromatius, & Heliodorus episcopi, ministrato etiam sumptu, poposcissent, ipsèque cum studiis aliis, tum corporis ægitudine, quo minus id præstare posset, distineretur. tridui operam se in tribus Salomonis vertendis libris impedisse primum scribit: deinde quinam sint Salomonis nomine inscripti alij libri, Ecclesiasticus scilicet, & Sapientia, & quo modo ab Ecclesia legendi sunt, edidit.



VNGAT epistola quos iungit sacerdotium: immo charta non diuidat, quos Christi necit amor. Commentarios in Osee, Amos, & Zachariam, Malachiam quoque poscitis. scripsissem, si licuisset præ valitudine.

Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros & librarios sustentatis, ut vobis potissimum nostrum defudet ingenium. & ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium: quasi aut æquum sit, me vobis esurientibus, aliis laborare; aut in ratione dati & accepti, cuiquam præter vos obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reciderem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, מִסְלֵי, Misse, quod Hebræi parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat קהלת: Coheleth, quem Græcè Ecclesiasten, Latine Concionatorem possumus dicere: שִׁיר הַשִּׁירִים, Sirhasirim, quod in lingua nostra vertitur Canticum canticorum. Fertur & παλαιότερος, Iesu filij Sirach liber: & alius Ἰουδαϊστικὸς, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed Parabolas prænotatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum canticorum: ut similitudinem Salomonis non solum numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est: quin & ipse stylus Græcam eloquentiam redollet; & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobie, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis; non ad auctoritatem

auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. necq; enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus: & tamen, cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruaerint.

HIERONYMI AD PAVLAM,
ET EYSTOCHIVM, IN LI-
BRVM ECCLESIASTEN.

PRÆFATIO. CXVI.

ARGVMENTVM.

QVOMODO Ecclesiasten Blasilla Romæ legerit, eumque postea, vulgatæ se, quatenus fieri potuit, editioni accommodans, ex Hebræo transtulit, Paulæ & Eustochio, Blasilla olim promissum, dedicans opus, edidit.



MEMINI me antè hoc fermè quinquenniū, cum adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sanctæ Blasillæ legere, vt eam ad contemptum mundi huius prouocarè, & omne, quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo rogatum ab ea, vt in morem commentarioli obfcura quæque disicerem; vt absq; me posset intelligere, quæ legebat. itaq; in procinctu nostri operis subita morte subtracta est; & vbi nō me iuimus o Paula & Eustochium talem vitæ nostræ habere consortem; tantoque vulnere tunc percussus obmutui; & nunc in Bethlechem positus, angustiore videlicet ciuitate, & illius memoriæ, & vobis reddo, quod debeo; hoc breuiter admonens, quod nullius auctoritatem securus sum; sed de Hebræo transfrens, maximè Septuaginta interpretum consuetudini me coaptauit, in iis dumtaxat, quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoq; & Symmachi, & Theodotionis recordatus sum: vt nec nouitate nimia, lectoris studium detererem; nec rursus contra conscientiam meam, fonte veritatis omisso, opinioinum riuulos confectarer.

AD PAVLAM, ET EYSTOCHIVM,
IN TRANSLATIONEM ESAIÆ
EX HEBRAICA VERITATÈ.

PRÆFATIO. CXVII.

ARGVMENTVM.

POSTQVAM explicauit prophetas per cola, cōmataque non metro describi, seu propterea Esaiam per versus transtulisse: quod nani sit eius dicendi genus, & quantum in prophetia is emicuerit, narrat: & consuetatis obrectatoribus, vbi, & de quibus prophetauerit, explicat.



NEMO, cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de psalmis, & operibus Salomonis: sed, quod in Demosthene & in Tullio solet fieri, vt per cola scribantur, & commata; qui vtiq; prosa, & non versibus conscripserunt; nos quoque, vtilitatis legendium prouidentes, interpretationem nouam nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Esaiæ sciendum, quod in sermone suo disertus sit: quippe vir nobilis, & vrbane eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admixtum:

vnde accidit, vt præ cæteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adiiciendum, quod non tam propheta dicendus sit, quàm Euangelista. ita enim vniuersa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum profectus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conicio, noluisse tunc temporis Septuaginta ininterpretes; fidei suæ factamenta perspicuè ethnicis proderet: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent. quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro, quanti laboris sit prophetas intelligere; nec facillè quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antè; quæ legerit: nos quoque patere moribus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quo modo Græci post Septuaginta translatores Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant; sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant; ne videantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Esaias in Hierusalem, & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno nunc commixtum, nunc separatim texit oraculum. & cum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babylonis captiuitatem reditum populi significet in Iudæam; tamen omnis eius cura de vocatione gentium, & de aduentu Christi est. Quem quanto plus amatis o Paula & Eustochium; tanto magis ab eo petite, vt pro obrectatione præsentis, qua me indecenter amulianant, ipse mihi mercedem restituat in futuro, qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de salutate scripturarum ecclesiæ eius diutius insultarent.

HIERONY. IN HIEREMIAM.

PRÆFATIO. CXVIII.

ARGVMENTVM.

QVIS sermo, quisve sit Hieremiæ, quem emendauit, sensus, qualis ille propheta, & de quibus prophetauerit, & cur Baruch notarium eius omiserit, docet.



HIEREMIAS propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Esaiæ & Osèe, & quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est, quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquij à loco ei, in quo natus est; accidit. Fuit enim Anathoties, qui est vsq; hodie viculus, tribus ab Hierosolymis distans millibus: Sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus, virginitate sua euangelicum virum Christi ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer, & captiuitatem vrbis atque Iudææ non solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israël Assyrij in Medos transtulerant: iam terras earum coloniarum gentium possidebant. vnde in Iudæa tantum & in Beniamin prophetauit; & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino cōfusus est, ad pristinam fidem correximus.

Librum

Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes: quibus me necesse est per singula opuscula respondere: & hoc patior, quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scripturam, inuidorum insaniam prouocare.

HIERONYMI IN EZECHIELEM.

PRÆFATIO CXIX.

ARGUMENTVM.

QUANDO captus Ezechiel, quo tempore, quibus, & de quibus rebus prophetauerit; qualis ipse fuerit, & quòd vulgata eius editio non multum ab Hebræo discrepet, illum rursus vertendo explicat, & obrectatoribus suis, ut semper facit, respondet.



EZECHIEL propheta cum Ioachim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, ibique iis, qui cum eo capti fuerant, prophetauit, poenitentibus quòd ad Hieremiam vaticinium se vitro aduersariis tradidissent, & viderent adhuc urbem Hierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. & eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldaea, Hieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est, sed ex vitroque mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Hieremias, principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebræo. Unde satis miror, quid causæ extiterit, ut si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in aliis eadē, in aliis diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannaauerint, dicite eis, quòd nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor, ne illud eis eueniat, quòd Græcè significantius dicitur, ut vocentur *φαγολοιδόροι*, quòd est, manducantes fannas.

HIERON. IN DANIELEM.

PRÆFATIO CXX.

ARGUMENTVM.

CUR Danielem secundum Theodotionis, & non LXX. interpretum versionem Ecclesia legat: qua lingua conscriptus sit: & quousque eius liber apud Hebræos recipiatur, primum docet: Mox de Habacuk, Apostoli & Ezechielis raptu, Hebræi cuiusdam Doctoris refert sententiam: Postremo quo modo inter hagiographa Daniel penes Hebræos, non inter prophetas habeatur, & qui contra Porphyrium librum impugnantem rescripserint, docet.



DANIELEM prophetam, iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris ecclesiæ non legunt, videntes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio: siue enim, quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes eisdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorum, ab alio, nescio quo, non satis Chaldaeam linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit,

ignorans: hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatum sit. Sciendum quippe est, Danielem maxime & Esdras Hebræis quidem litteris, sed Chaldaeo sermone conscriptos, & vnam Hieremiam pericopen, Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius pistrinum recluissem; & multo sudore, multoque tempore vix cepissem anhelantia fridentiaque verba resonare; & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, inpegi nouissime in Danielem: & tanto tædio affectus sum, ut desperatione subita, omnem laborem veterem voluerim contempnere. Verum, adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, labor omnia improbus vincit: & qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, ceppi rursus esse discipulus Chaldaicus: & ut verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere, & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, ut difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas, quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru ante posito, easque iugulante subiecimus; ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis derunçasse. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cum Susannæ derideret historiam; & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam; illud opponere, quòd Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has, *ἀπὸ τῆς ὀρνίθου, ἢ ἀπὸ τῆς πρηνῆς πρῆσαι*, de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare; ut verbi gratia, dicamus, de arbore ilice dixisse eum, illico pereas: & à lentisco, in lentem te comminuat angelus: vel non lente pereas, aut lentus, id est, flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse orti tribus pueris cauillabatur, ut in camino æstuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent. Aut, quòd miraculum diuinæque aspirationis indicium, vel draconem interfectum ossa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, quàm prophetales essent spiritu perpetrata? Cum verò ad Habacuk veniret, & de Iudæa in Chaldaeam raptum discophorum lectitaret; quærebat exemplum, vbi legisset in toto veteri testamento, quemquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse. Cui cum quidam è nostris, satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium; & diceret eum de Chaldaea in Iudæam fuisse translatum; risit hominem; & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum: denique & Apostolum nostrum, videlicet ut eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse: Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, sed inter eos, qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur, in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est, in quinque, & octo, & in undecim libros: de quo

de quo non est huius temporis differere, quæ autem ex hoc propheta, immo contra hunc librum Porphyrius obiciat, testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius; qui multis versum millibus eius versanæ respondententes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos, ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces; vt quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile Ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudicis oblatantium non faris moueor, qui in vtramque partem aut amore labuntur, aut odio.

HIERON. AD PAVLAM, ET
EUSTOCHIVM, IN DVODE-
CIM PROPHETAS.
PRÆFATIO CXXI.
ARGVMENTVM.

Quo modo iuxta Hebræorum ordinem XII. minores propheta; quos vertit, dispositi à se sint; quales in dicendo, & quo tempore quidam ex eis fuerint; explicat.

NON est idem ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos: vnde, secundum id, quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Iohel planus in principiis, in fine obscurior: & vsque ad Malachiam habent singuli proprietates suas, quem Esdram scribam, legit; doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos ô Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librum esse duodecim prophetarum, & Osee synchronon Esaiæ; Malachiam verò Aggei & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præferunt in titulo, sub illis eos regibus prophetaffe, sub quibus & ij, qui antè eos habent titulos, prophetauerunt.

HIERONYMI IN IOHELEM.
PRÆFATIO CXXII.
ARGVMENTVM.

Iohel quis, & quo tempore fuerit, & de quibus prophetauerit, Osee illum comparans, scribit; & quo modo auditus sacris in litteris intelligatur, exponit.

SANCTVS Iohel apud Hebræos post Osee ponitur. & sicut ibi sub nomine Ephraim ad decem tribus conferitur vaticinium, quæ vel Samaria, vel Israël sæpe memorantur: sic in hunc prophetam omne, quod dicitur, ad tribum Iuda & ad Hierusalem pertinere credendum est, & nullam omnino Israëlitis, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoque, quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quæ in Osee legimus, in diebus Ozia, Ioathan, & Achaz, & Ezechia regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israël. Porro factum esse sermonem Domini, ad meritum eius refertur, cui fit, non ad conditionem eius, qui fieri dicitur, vt alibi legimus: Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis non est iste, qui ad aures sonat, sed qui corde percipitur, iuxta illud, quod Dominus loquitur in Euangelio: qui habet aures audiendi, audiat. Quod autem dicitur Hebraicè haazenu *וַיִּשְׁמַע*

Psal. 117

Lucæ 8

Græcè *ἠκούσθη*, & Latine sonat, auribus percipite; proprie non aures, sed corde percipitur. Qui senes sunt, & cælestes, audiunt spiritualiter: qui autem habitant in terra, appellanturque terreni, auribus percipiunt. Vbicumque autem hæc duo verba iuncta ponuntur, nõ ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere, intelligendum est. In Genesi Lamech loquitur ad vxores suas, Ada & Sella: Audite verba mea vxores Lamech: auribus percipite sermones meos: quia virum occidi in vulnus meum, & iuuenem in luore meo. Et Esaias: Audite cæli, & auribus percipe terra.

Genes. 4

Esaias 1

HIERON. IN QVATTVOR EVAN-
GELIA AD DAMASVM.
PRÆFATIO CXXIII.
ARGVMENTVM.

Quo modo, post tot inuulgatas veterum editiones, notum ad eius preces è Græco verterit testamentum, qualinqua Euangelistæ scripserint: quis sit eorum ordo, & qui in eis Luciani, & Hesychij labores, Damaso narrat: & de canonibus ab Eusebio post Ammonium editis, quos similiter vertit, & Euangelio prapofuit, latè explicat.



NOVVM opus me facere cogis ex veteri, vt post exemplaria scripturarum, toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam; & quia inter se variat, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumè assumperit, & à salua, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lætitat; non statim erumpat in vocem, me fallarium, me oblitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod & tu; qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio cõprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus: tot enim sunt exemplaria penè, quot codices. Sin autem veritas est querenda de pluribus: cur non, ad Græcam originè reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus malè reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri disputo instrumento, quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu ad nos vsque peruenit. Nõ quero, quid Aquila, quid Symmachus sapiant; quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quam Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento, quod Græcum esse non dubium est, excepto Apostolo Marthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Christi Hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit, vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices, quos à Luciano, & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus vtrique nec in toto veteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura antè translata doceat

doceat falsa esse, quæ addita sunt. Igitur hæc præfens præfatiuncula pollicetur quattuor tantum Euangelistas, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes; codicum Græcorum emendata collatione, sed & veterum, quæ ne multum à lectionis Latinæ consuetudine discrepant, ita calamo temperauimus, ut iis tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoque, quos Eusebius, Cæsariensis episcopus, Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse quæ in Euangelis vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum, quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt: vel, dum eundem sensum alius aliter expressit, ille, qui vnum è quattuor primum legerat, ad eius exemplum cæteros quoque existimauerit emendandos. Vnde accidit, ut apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi, rursus in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in cæteris reliquorum, quæ aliis propria sunt, inueniantur. Cum itaque canones legeris, qui subiecti sunt, confusionis errore sublato; & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quattuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo propria quicquid, quæ non habentur in aliis ediderunt. Singulis verò Euangelis, ab vno incipiens vsque ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore præscriptus, sub se habet alium ex minio discolorum numerum, qui ad decem vsque procedens indicat, prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (verbi gratia) illud siue illud capitulum scire volueris, cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis inuento, illum, quem quærebas, numerum, eiusdem Euangelistæ, qui & ipse ex inscriptione signatur, inuenies; atque è vicino cæterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis; & cum scieris, recures ad volumina singulorum, & sine mora, reperitis numeris, quos ante signaueras, reperies & loca, in quibus vel eadem, vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuoluat, quod, sicubi in subnotatione canonum distinctorum in canone quolibet tres Euangelistæ bis, ter, vel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus è contratio, discrepantes, quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi stant, contra prædictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in vno quolibet eorum, aut etiam duobus, idem in canone numerus, bis, ter, & quater, aut eo amplius reperitur in ordine collocatus, & dispares inueniantur in cæteris: dubium non erit, quin id, quod illius illorumque canonis numeris bis terque reperitum ab his in volumine semel dictum esse ostendit, alter alterive eorum totius vno atque eodem sensu loquantur, quoties prætulerint in nume-

rorum annotatione distantiam. & hoc in omnium nouem canonum collatione seruabitur. ceterum in decimo (quoniam propria singulorum tantummodo continentur) non potest contra id comparatio esse, quod solum est. Opro, ut in Christo valeas, & memineris mei, Papa beatissime.

HIERON. DAMASVS, ROMANVS EPISCOPVS.

EPISTOLA CXXIII.

ARGUMENTVM.

Div reticentem Hieronymum, Lactantij ad se missos libros parum interea probans, quinque ex Genesi motis questionibus, ad respondendum excitat Damasus; asserens, se tali confabulatione nil iucundius, suauiusque in hac vita putare.



DORMIENTEM te longo iam tempore, legentem potius, quam scribentem, quæstionibus ad te missis excitare disposui: non quo & legere non debeas: hoc enim veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit oratio: sed quo lectionis sit fructus iste, si scribas. Itaque quoniam, Etherio tabellario ad me remisso, nullas iam te epistolas habere dixisti, exceptis iis, quas aliquando in eremo dictaueras, quasque tota aueritate legi, atque descripsi; & vltro pollicitus es te fortius noctium operis aliqua, si vellem, posse dictare; libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses. Neque verò vllam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de scripturis fermocinemur inter nos, id est, ut ego interrogem, tu respondeas. qua vita nihil puto in hac luce iucundius: quo animæ pabulo omnia mella superantur. Quam dulcia, inquit propheta, gutturi meo eloquia tua super mel ori meo. Nam, cum iccirco, ut ait præcipuus orator, homines à bestiis differamus, quod loqui possumus: qua laude dignus est, qui in eare cæteros superat, in qua homines bestias antecellunt? Accingere igitur, & mihi, quæ subiecta sunt, ediffere, seruans vtrouique moderamen, ut nec proposita solutionem desiderent, nec epistola breuitatem. Fateor quippe tibi: eos quos mihi iam pridem Lactantij dederas, libros, ideo non libenter lego; quia & plurimæ epistolæ in eis vsque ad mille spatia versuum tenduntur, & rardè de nostro dogmate disputant: quo fit, ut & legenti fastidium generet longitudo; & si qua breuia sunt, scholasticis magis sint apta, quam nobis, de metris, & regionum situ, & philosophis disputantia. Quid sibi vult, quod in Genesi scriptum est: Omnis, qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. Si omnia Deus fecit bona valde, quare Noè de mundis & immundis animalibus præcepit, cum immundum nihil bonum esse possit? Et in nouo testamento post visionem, quæ Petro fuerat ostensa dicenti: Absit Domine à me, quoniam commune & immundum numquam introiuit in os meum: vox de cælo respondit: Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filij Israël essent de Egypto reuersuri, & postea Moyse scribit: Quinta autem progenie filij Israël exierunt de terra Egypti: quod vtiq; nisi exponatur, videtur esse contrarium.

Cur

PGM. 118

Genes 4

Genes 12

Actus 10

Genes 13

Exod 12

Cur Abraham fidei suæ signum in circumcissione suscepit? Cur Isaac, vir iustus, & Deo carus, non illi, cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore, benedixit?

HIERONYMVS DAMASO.

EPISTOLA CXXV.

ARGVMENTVM.

OMISSIS duabus quæstionibus primis, veluti à quibusdam sacris scriptoribus ante se plene explicatis, ad tres posteriores, per capita distinctas, ordinatè responderet.



POSTquam epistolam tuæ sanctitatis accepi, contestim accito notario, ut exciperet imperavi: quo ad officium præparato, quod eram voce prompturus, ante mihi cogitatione pingebam. Interim tamen & ego linguam, & ille articulum mouebamus, cum subito Hebræus interuenit, deferens non pauca volumina, quæ de synagoga quasi lecturus acceperat. Et illico, habes, inquit, quod postulaueras: meque dubium, & quid facerem nescientem, ita festinus exterruit, ut omnibus prætermisissis, ad scribendum transuolarem: quod quidem usque ad præsens facio. Verum quia, Ethernio diacono ad me misso, ut tu putas, epistolam, ut ego sentio, commentarium te expectare dixisti: breuem responsionem ad ea desiderans, quæ singula magnorum voluminum prolixitate indigent, *καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἁγίων*, duabus tantum quæstionibus prætermisissis non quo non potuerim & ad illas aliquid respondere; sed quod ab eloquentissimis viris; Tertulliano nostro scilicet, & Nouatiano, Latino sermone sint editæ; & si noua uoluerimus afferre, sit latius disputandum. Certè expecto, quid placeat, utrum ne epistolari breuitate sententias tibi uelis digerere, an singulorum libros confici. Nam & Origenes in quarto Pauli ad Romanos *ἐπισημασάντων τὸ μυστήριον* de circumcissione magnificè disputauit: & de mundis atque immundis animalibus in Levitico plura disseruit: ut si ipse inuenire nihil possem, de eius tamen fontibus mutuarer: & ut uerius loquar, Didymi de spiritu sancto librum in manibus habeo, quæ translatum tibi cupio dedicare: ne me existimes tantummodo dormitare, qui lectionem sine stylo somnum putas. Anelatis itaque problematibus, quæ epistolæ tuæ subieceras, quid mihi uideretur, annexi, ueniam postulans & festinationis pariter & morarum; festinationem, quia ad unam lucubratiunculam dicta re uoluerim multorum opus dierum; tarditatis, quia alio opere detentus, non statim ad interrogata rescripsi.

PRIMA QUÆSTIO.

Genes. 4

QUID sibi uult, quod in Genesi scriptum est: Omnis, qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. Antequam de quæstione aliquid dicamus, rectum uidetur, ut editiones interpretum singulorum cum ipso Hebraico cõferentes sermone digeramus; quo facilius scripturæ sensus possit intelligi. *וַיִּמְצָא אֱלֹהִים אֶת קַיִן וַיִּשְׁפֹּט אֹתוֹ וַיֹּאמֶר לוֹ יוֹנָתָן בֶּן יוֹנָתָן אֶת קַיִן וַיִּשְׁפֹּט אֹתוֹ וַיֹּאמֶר לוֹ יוֹנָתָן בֶּן יוֹנָתָן אֶת קַיִן וַיִּשְׁפֹּט אֹתוֹ* Vaionier lo adonai lachen col horeg Cain subathaim iukam. Aquila: Et dixit ei Dominus: Propterea omnis, qui occiderit Cain, septemplexiter uiciscetur. Symmachus: Et dixit ei Dominus: Non sic; sed omnis qui occiderit Cain, hebdomas siue septimus uindicabitur. Sepruaginta & Theodotion: Et dixit ei Dominus: Non sic; sed omnis, qui occi-

derit Cain, septem vindictas exoluet. Postquam Cain occiderat fratrem, interrogatus à Domino: Vbi est Abel, frater tuus? contumeliose respondit; Nescio: numquid custos fratris mei sum? Quamobrem maledictione damnatus, ut gemens & tremens uiueret super terram, noluit ueniam deprecari, sed peccatis peccata congemmans, tantum putauit nefas, cui à Domino non posset ignosci. Denique respondit Domino: Maior est causa mea, quam ut dimittar: id est plus peccaui, quam ut merear absolui. Ecce eiciet me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar: & ero gemens & tremens super terram: & erit omnis, qui inuenierit me, occidet me. Eicior, inquit, à conspectu tuo; & conscientia sceleris tremebundus, lucem ipsam ferre non sustinens, abscondar ut latitem: eritque omnis, qui inuenierit me, occidet me: dum ex tremore corporis & furiantis mentis agitato, eum esse intelligit, qui mereatur interfici. Verum Deus nolens eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnæ, quia se ipse damnarat, ait: Non sic: id est, non ut existimas morieris, & mortem pro remedio accipies: uerum uiues usque ad septimam generationem, & conscientia tuæ igne torqueberis: ita ut, quicumque te occiderit, secundum duplicem intelligentiam, aut in septima generatione, aut septimo te liberet cruciatus: non quod ipse, qui occiderit Cain, septem uicibus subiiciendus sit: sed quod septem vindictas, quæ in Cain tanto tempore cucurrerunt, soluat interfector, occidens eum, qui uita fuerat derelictus ad pœnam. Ut autem, quod dicimus, manifestius fiat; quotidianæ consuetudinis ponamus exemplum. Loquitur inter uerbera seruus ad Dominum: quia incendi domum tuam, & uniuersam substantiam tuam dissipauit, interfice me. Dominusque responderet: Non ut vis, morieris, & finies morte supplicia: uerum longo tempore custodieris ad uitam: & tam infeliciter in hac luce uerfaberis; ut quicumque te occiderit, beneficium præstet occiso, dum te de tam multis liberet cruciatibus. Et secundum Septuaginta quidem editionem: hic sensus nobis uidetur. De eo autem, quod Aquila posuit, septemplexiter; & Symmachus; hebdomas, siue septimus uiciscetur: maiorum nostrorum ista sententia est, quod putent in septima generatione à Lamech interfectum Cain. Adam quippe genuit Cain. Cain genuit Enoch. Enoch genuit Irad. Irad genuit Mahiuæl. Mahiuæl genuit Mathusalem: Mathusalem genuit Lamech, qui septimus ab Adam, non spontè, ut in quodam Hebræo volumine scribitur, interfecit Cain: ut ipse postea confitetur, quia uirum occidi in uulnere meo, & iuuenem in liuore meo: quoniam septies uindicabitur de Cain: de Lamech autem septuagies septies. Hic quidem de Cain, quod in septima generatione à Lamech interfectus sit, & iuxta aliam editionem pœnam sui sceleris dederit; quod tot generationibus gemens & tremens uiueret super terram; nihil obicuri arbitror remansisse. Nunc illud, quod non interrogaueras, dum aliud agimus, irrepsit quæ sint septuaginta septem vindictæ, quæ in Lamech exolueudæ sunt. Aiunt ab Adam usque ad Christum generationes septuaginta septem. Lege Lucam Euangelistam, & inuenies ita esse, ut dicimus. Sicut ergo septima generatione Cain peccatum est dissolutum: non enim uindicabit Deus bis in id ipsum: & qui semel recepit mala in uita sua, non eisdem cruciatus patietur in morte, quos est passus in uita: ita & Lamech peccatū, id est, totius mundi

Genes. 4

Genes. 4

Lucæ 3

Nabum. 1

Lucæ 26

mundi

mundi atque sanguinis, qui effusus est, Christi soluetur aduentu, qui tulit mundi peccata, qui lauit amictum suum in sanguine vixæ, & torcular calcavit solus; qui de Edom ad cælum rubicundus ascendens, clamantibus angelis miraculum præbuit: Eleuate portas principes vestras, & introibit rex gloriæ, &c. Referebat mihi quidam Hebræus, in apocryphorum libris septuaginta septem animas ex Lamech progenie reperiri, quæ diluuii deleræ sint; & in hoc numero de Lamech factam esse vindictam, quod genus ipsius vsque ad cataclysmum perseverauerit. Alij de septem vindictis Cain varia suspicantur. Primum eius asserunt fuisse peccatum, quod non recte diuiserit. Secundum, quod inuiderit fratri suo. Tertium quod dolose egerit, dicens: Transeamus in campum. Quartum, quod interfecerit. Quintum, quod procaciter negauerit, dicens: Nescio, numquid custos fratris mei sum? Sextum, quod se ipsum damnauerit dicens: Maior culpa mea est, quam vt dimittar. Septimum, quia nec damnatus egerit penitentiam, secundum Niniuitas, & Ezechiam regem Iuda; qui imminente morte lacrymis distulerunt, vt qui damnati fuerant, non perirent, sed agentes penitentiam, impetrarent misericordiam Dei. Nam tradunt illum à clementissimo Deo ideo vsque ad septem generationes fuisse dilatum, vt saltem malis ipsis & longæuitate mœroris compulsus, penitentiam ageret, vt mereretur absolui. Nonnulli septenarium numerum plenum & perfectum interpretantur, de multis scripturarum locis testimonia contrahentes; & hunc esse sensum, quem supra perstrinximus: quod qui interficeret Cain, ab ingenti eum afflictione, & omnia supplicia transeunte liberaret poena. Sunt autem, qui & de Euangelio interrogationem Petri replicent: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Dicit ei Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies, sed putant mortem atque peccatum in septima progenie sabbatizasse, quando Enoch raptus est, & non inueniebatur, quia transfuit illum Deus. De septuaginta autem & septem, illam expositionem sequuntur; in aduentu Christi, mortis atque peccati aculeum esse contractum. Ponam & aliam opinionem, ne quid videar prætergressus. Quidam septimum annum remissionis & quinquagesimum iobitæi, & quadringentesimum nonagesimum, quod volunt intelligi septuagies septies, multis modis interpretantur, asserentes ob hanc causam quinquagesimi & quingentesimi numeri sacriati, in Euangelio positum debitorè, & quinquagesimū psalmū penitentiæ, qui septè conficitur septimanis, & in principium ogdoadis erumpit. Verum ne longius sermo procedat, hucusque super hoc locutum me esse sufficiat: quia & ex his, quæ resperimus, ingentem tibi disputationis siluam poteris ipse conficere, sciens Origenem duodecimum & tertiumdecimum in Genesim librum de hac tantum quæstione dictasse.

SECUNDA QUÆSTIO.

CVR Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filij Israël essent de Ægypto reuerfuri, & postea Moyses scribit: Quinta autem progenie ascenderunt filij Israël de terra Ægypti. Quod utique nisi exponatur, videtur esse contrariū. Hoc verò problema cum legissem, cœpi mecum tacitus æstare, & è vestigio Genesim, Exodumque percurrens, reperi loca, in quibus scripta sunt, quæ

videntur facere quæstionem. Ac primum existimabam spiritualibus spiritalia comparans, indissolubilia esse, sicut & multa sunt alia. Nam & Mathusalem quattuordecim annos post diluuium vixisse scribitur, nec tamen ingressus est arcam cum Noë. Et cum ipse Deus locutus sit ad Abraham: Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & in seruitutem redigent eos, & affligent, & humiliabunt eos annis quadringentis: postea Moyses scribit in Exodo: Et factum est post quadringentos & triginta annos, exiit omnis potentia Domini de terra Ægypti. Agar quoque Imaelem, quasi lactentem & tenerum portat in humeris, cum decem & octo fermè, & amplius reperitur annorum; & ridiculum sit tam grandem iuuenem matris sedisse ceruicibus. Roboam verò filius Salomonis quadragesimo primo ætatis suæ anno regni sumpsit exordium, & regnavit in Hierusalem annis decem & septem: cum utique pater eius duodecimo anno regnare incipiens, annis quadraginta regnauerit, & vndecimo anno filium generare nequiverit. Dum hæc & multa istiusmodi mecum sollicitus voluerem, aperuit mihi ostium, qui habet clauem David, & introduxit me in cubiculum suum, posuitque me in foramine petræ: vt post spiritum seuientem, post terræ motum, post incendium ignorantie quo vrebar, vox ad me auræ lenioris accederet, diceremque: Inueni quem quæsiuit anima mea: tenebo eum, & non dimittam. Etenim cum videatur scriptura inter se esse contraria, vtumque verum est, cum diuersum sit. Egressi sunt quarta generatione filij Israël de terra Ægypti. Replica genealogiam Leui. Leui genuit Caath. Caath genuit Amram. Amram genuit Aaron. Aaron genuit Eleazar. Eleazar genuit Fincees. Caath cum patre suo Leui ingressus est Ægyptum: Rursum Eleazar cum patre Aaron egressus est de Ægypto. A Caath vsque ad Eleazar computantur generationes quattuor: licet quidam velint ab Amram incipere, & vsque ad Fincees, vt nos in Eleazar fecimus, peruenire. Si verò volueris disparem numerum ostendere, quo modo secundum Exodum quinta generatione egressi sunt filij Israël de terra Ægypti, tribus tibi Iudæ ordo numeretur. Iudas genuit Phares: Phares genuit Esrom. Esrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naafon. Naafon genuit Salmon. Phares cum patre suo Iuda ingressus est Ægyptum. Naafon princeps tribus Iuda in deserto describitur: cuius filius Salmon terram repromissionis intravit. Computa à Phares vsque ad Naafon, & inuenies generationes quinque; tamen nonnulli, vt in tribu Leui ostendimus, in Esrom initium faciunt, & ad Salmon vsque perueniant. Puto problema dissolutum: quod si displicet, ad compendium veniam, & dicam in Hebræo non esse diuersum. Aquila namque, qui non contentiosus, vt quidam putant, sed studiosus verbum interpretatur ad verbum, in eo loco, vbi Septuaginta posuerunt, Quinta autem generatione ascenderunt filij Israël de terra Ægypti, ita transfuit: *ὅτι ἐποπλισάμενοι ἀπέβησαν δι' υἱοῦ ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς ἀιγύπτου*. Id est, & armati ascenderunt filij Israël de terra Ægypti. Licet pro eo quod nos armati diximus, secundum Græci sermonis ambiguitatem, instructi, siue muniti propter suppellectilem qua Ægyptios spoliauerant, possit intelligi. Existimanti curiositatem esse finitam, maior quærendi ardor exoritur: & ad similitudinem Hieremiæ dissoluo vndiq; & ferre non possum, quare Septuaginta, quinta generatione, & Aquila transfulerit armatos.

Genes. 15
Exodi 12

1. Cor. 2
Genes. 3
Genes. 11
Exodi 12
Gen. 16. 21
3. Reg. 14
2. Par. 12
3. Reg. 3
3. Reg. 11
Apoc. 3
Cant. 1
Exodi 33
Cant. 3
1. Par. 6
Genes. 46
Num. 10
17
Iosue 14
Gen. 11. 16
Matth. 1
Num. 7
Hierem. 16

armatos. Volumen Hebræum replico, quod Paulus *φάβριον* iuxta quosdam vocat, & ipsos characteres sollicitus attendens, scriptum reperio, *מחרז משרים* *מחרז משרים* Vahamisim alii bene Israel mee- rez Mizraim. In reliqua parte interpretationes non discordant: omnis pugna de verbo est *מחרז* hamisim, quod his litteris scribitur *ה* heth, *מ* mem, *ש* sin, *י* iod, *ו* mem: utrum nam quinque, an munitos sonet. Et quidem quinque hoc sermone dici, negare non possumus: verum quinque plurali numero, non quinta, ut illi interpretati sunt, singulari: sed nec generatio inuenitur adiuncta, quæ lingua Hebræa *דור* dicitur: ut si esset, quinta generatio, sermone legeretur illorum *דור דור* *דור דור* hamisi. Nunc autem hamisim, id est, quinque, immo quinti tantum scriptum est, ut sit quasi sensus: Quinta autem ascenderunt filij Israel de terra Ægypti: quod quia minus videbatur intelligi, adiuncta generatio est. Aquilam verò, ut in cæteris, & in hoc maxime loco proprie transfulisse, omnis Iudæa conclamat, & synagogarum consonant vniuersa subsellia, quod videlicet idem sermo, & eisdem litteris scriptus, diuersas apud eos & voces, & intelligentias habeat. Ex quibus exempli causa vnum ponimus, ut quod dicimus, perspicuum fiat: Pastores & amatores eisdem litteris scribuntur, *ר* res, *י* ain, *י* iod, *ו* mem: sed pastores roim *רומי*; amatores leguntur *רומי* reim. Vnde euenit, ut vbi Hierusalem in prophetis, cum amatoribus suis fornicationis scelere arguitur, ibi in nostris codicibus, pro amatoribus, pastorum nomen sit immutatum. Scio hæc molesta esse lectori: sed de Hebraicis libris disputantem, non decet Aristotelis argumenta conquirere: nec ex flumine Tulliano eloquentiæ ducendus est riuius: nec aures Quintiliani hosculis & scholari declamatione mulcendæ, pedestris, & quotidianæ similis, & nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondeat. Sint alij disertis: laudentur, ut volunt; & inflatis buccis spumantia verba trutinent: mihi sufficit sic loqui, ut intelligat, ut de scripturis loquens, & disputans, scripturarum imiter simplicitatem.

TERTIA QVÆSTIO.

CV R Isaac, vir iustus, & Deo carus, non illi, cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore benedixit? Differo paulisper typum, & ea, quæ à maioribus nostris super hoc loco sunt interpretata, prætereo: non quod opinioni eorum non acquiescam: sed quod tu hoc tantum quaeras, quare vir iustus aliquid ignorauerit, & contra suam fecerit voluntatem. Ad quod distincta responsio est: nullum hominem, excepto eo, qui ob nostram salutem carnem est dignatus induere, plenam habuisse scientiam, & certissimam veritatem. Denique Paulus ex parte cognoscit, & ex parte prophetat: & nunc per speculum videt in ænigmate, & secundum quod oportet orare, nescire nos dicit: Quia cum venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est destruetur. Samuel propheta connumeratus Moysi in sacerdotio Dei, ad regendum regem missus, cum maximum filiorum Iesse vidisset Heliab, ait: Ecce coram Domino Christus eius. Et dixit Dominus ad Samuel: noli respicere faciem eius, neque staturam illius: quoniam reprobaui eum: quia non quo modo videt Deus, videt homo. Homo enim videt in facie, Deus autem inspicit cor; & per singulos, filios septem ignorans, usque ad Dauid nescisse describitur. Hælisæus quoque,

qui duplici glorificatus est spiritu, cuius ossa vitam exanimato cadaveri reddiderunt, cum Sunamitis ad eum venisset in montem; & ad pedes eius flebiliter corruisset, Giezi prohibente ne faceret, ait: Dimittite eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus abscondit à me, & non nunciauit mihi. Plura sunt quam ut exemplis debeamus docere, sanctos viros & Deo caros, ea tantummodo scisse, quæ eis à Domino reuelata sunt; ignorasse verò, quæ eis reuelata non fuerint; & ad singulas visiones Zachariam, atque Daniælem interrogare angelum, & suppliciter deprecari, ut exponat sibi, quæ sint illa, quæ viderant. Vnde non mirum est, & Isaac in suam maxime utilitatem nescisse quid faceret: cum magis eo tempore erraret, quo filium sanguinariæ deditum voluptati, & eum, qui postea fratrem, si posset, occideret, prætermisso illo, qui innocenter habitaret domi, vellet efferre, & suam magis voluntatem facere, quam Dei. Ego puto diuine dispensationis fuisse, ut oculis cæcarentur: & cum ipse diceret: Vox quidem, vox Iacob est, manus autem, manus Esau: ramen non intelligeret minorem esse filium, qui ad benedictionem fratris, præceptor adfiterat. Quoniam autem polliciti sumus, & de eo in figura quid significaret adiungere, Hippolyti martyris verba ponamus: à quo & Victorinus noster non plurimum discrepat, non quod omnia plenius executus sit: sed quod possit occasionem præbere lectori ad intelligentiam latiore.

Isaac portat imaginem Dei patris, Rebecca Spiritus sancti, Esau populi prioris & diaboli, Iacob Ecclesiæ, siue Christi. Senuisse Isaac, consummationem orbis ostendit: oculis caligasse, fidem perisse de mundo, & religionis lumen ante eum neglectum esse significat. Quod filius maior vocatur, acceptio est legis Iudæorum. Quod esca eius atque capturam diligit pater: homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinam iustus quisque venatur. Sermo Dei, benedictionis est repromissio, & spes regni futuri, in quo cum Christo sancti sunt regnaturi; & verum sabbatum celebraturi. Rebecca plena Spiritu sancto, sciens quod audisset antequam pareret, quia maior seruiet minori, magis autem forma Spiritus sancti, quæ futura nouerat in Christo, in Iacob ante meditatatur: loquitur ad filium minore: Vade ad gregem, & accipe mihi inde duos hædos, præfigurans carnem Saluatoris aduentum, in quo eos vel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxij: siquidem in omnibus scripturis hædi pro peccatoribus accipiuntur. Quod autem duos iubetur afferre, duorum populorum significatur assumptio, quod teneros & bonos, dociles & innocentis animæ significat. Stola, vel vestimentum Esau, fides Hebræorum & scripturæ sunt, quibus gentiliū indutus est populus. Pelles, quæ eius brachijs circumdatæ sunt, peccata vtriusque sunt plebis; quæ Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. Quod Isaac querit ab Iacob, cur tam cito venerit: admiratur celerem credentium fidem. Quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens Deo: salus est peccatorum. Post eum sequitur benedictio, & eius odore perfuitur, virtutem resurrectionis & regni aperta voce pronuncians: quod etiam adonem fratres sui, & seruanti ei credentes ex Israel. Quia igitur iniquitas est inimica iustitiæ, Esau in discordiam concitatur, & necem fraudulenter excogitat, dicens in corde suo: Appropinquant dies passionis patris mei, ut interficiam Iacob fratrem meum. Diabolus fratricidæ Iudæos in Cain ante præmeditans, in Esau manifestissime cõfiterur: tempus quoque interfectionis ostendens. Appropin-

Gen. 28.

quant, inquit, dies passionis patris mei, vt interficiam Iacob, fratrem meum. Quapropter Rebecca, id est, patientia, nunciauit viro fratris infidias, qui vocato Iacob, praecepit ei, vt in Mesopotamiam pergeret, & inde acciperet vxorem de genere Laban Syri, fratris matris suae. Quo modo itaque fratris dolos fugiens, Mesopotamiam tendit Iacob, ita & Christus Iudaeorum incredulitate compulsus, proficiscitur in Galilaeam, inde sibi ex gentibus sponfam sumpturus Ecclesiam. Haec supradictus vir. Nos autem dicimus non venisse Dominum, nisi ad oues perditas domus Israel, nec voluisse accipere panem filiorum, & dare canibus, & benedictionem primam Iudaeorum populo detulisse, quibus sunt credita eloquia Dei, & repromissio, & legislatio, & confectio testamenti; verum, quia illi credere noluerunt, ad Iacob minorem populum benedictionem esse translata: neque tamen maiorem filium penitus fuisse despectum, quia cum subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.

Math. 13.
Marc. 7.
Rom. 3.

Rom. 11.

HIERONYMVS EVAGRIO.

EPISTOLA CXXVI.

ARGVMENTVM.

HOMINEM, non Spiritum sanctum, aut Angelum fuisse Melchisedec, & ex Hebraeorum sententia eundem cum Sem Noe filio: & quoddam in typum diuinae Eucharistiae, veluti sacerdos Dei altissimi, pane, vinoque, cum quibus lasso victorique occurrit Abrahæ, non animalium extis litauerit, ex Apostolo, & veteribus multis sacris scriptoribus primum explicat: mox quod Salem, cuius rex fuit, non Hierusalem sit, sed opidum iuxta Scythopolim, relata interea rei historia, Euagrio respondens narrat.



M I S I S T I volumen ἀνοήτων, καὶ ἀδύνατων, & nescio vtrum tu de titulo nomen subtraxeris; an ille, qui scripsit, vt periculum fugeret disputandi, auctorem noluerit confiteri, quod cum legissem, intellexi famosissimam quaestionem super pontifice Melchisedec illuc plurimis argumentis esse perductam, vt docere conatus sit, eum, qui benedixit tanto patriarchae, diuinitus naturae fuisse, nec de hominibus aestimandum. Et ad extremum ausus est dicere, Spiritum sanctum occurrisse Abrahæ, & ipsum esse, qui sub hominis figura visus sit. Quo modo autem Spiritus sanctus panem vinumque protulerit, & decimas praedae, quas Abrahæ victis quattuor regibus reportarat, acceperit, omnino tægere noluit: petisquæ, vt quid mihi vel de scriptore, vel de quaestione videatur, respondeat. Fateor, volui dissimulare sententiã, nec me periculoso & φιλεχθρήμονι miscere tractatui; in quo quodcumque dixissem, reprehensores habiturus forem, sed rursus, cum epistolam legerem, & inuenissem in extrema pagella, miris me obtestationibus adiuratum, ne spernerem precatorem, reuolui veterum libros, vt viderem quid singuli dicerent, & tibi, quasi de multorum consilio, responderem: statimque in fronte Genesios, in prima Homiliarum Origenis, reperi scriptum de Melchisedec: in qua multiplex sermone disputans, illuc deuolutus est, vt eum angelum diceret, isdemque penè argumentis, quibus scriptor tuus de Spiritu sancto, ille de superinis virtutibus est locutus. Transiui ad Didymum, sectatorem eius, & vidi hominem pedibus in magistri isse sententiam. Verti me ad Hippolytum, Hi-

Gen. 14.

renarum, Eusebium Caesariensem, & Emisenum, Apollinarium quoque nostrum, & Eustathium, qui primus Antiochenæ ecclesiae episcopus, contra Arii clarissima tuba bellicum cecinit, & deprehendi, horum omnium opiniones diuersis argumentationibus ac diuerticulis ad vnum compitum peruenisse, vt dicerent Melchisedec hominem fuisse Chanaanum, regem vrbs Hierosolymae, quae primum Salem, postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit: nec mirum esse, si sacerdos Dei altissimi describatur absque circumcisione, & legalibus caeremonijs, & genere Aaron: cum Abel quoque, & Enoch, & Noë placuerint Deo, & victimas obtulerint: & in Iob volumine legerimus, quod ipse & oblator munus fuerit, & sacerdos, & quotidie pro filijs suis hostias immolarit: & aiunt ipsum quoque Iob non fuisse de genere Leui; sed de stirpe Esau, licet aliud Hebraei autement. Quo modo autem Noë inebriatus in domo sua, & nudatus atque derisus à Mediano filio, typum Saluatoris praebuit, & Cham populi Iudaeorum: Samson quoque amator meretricis & pauperis Dalila, multo plures hostium mortuus quam viuus occidit: vt Christi exprimeret passionem omnesque penè sancti & patriarchae, & prophetae in aliqua re figura expresserunt Saluatoris: sic & Melchisedec, eo quod Chanaanus fuerit, & non de genere Iudaeorum, in typum praecessisse sacerdotis filij Dei, de quo dicitur in centesimo nono psalmo: Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. Ordinem autem eius multis modis interpretantur: quod solus & rex fuerit, & sacerdos, & ante circumcisionem sanctus sacerdotio; vt non gentes ex Iudaeis, sed Iudaei à gentibus sacerdotium acceperint; neque vnctus oleo sacerdotali, vt Moysi praecipit constituitur, sed oleo exultationis, & fidei puritate; neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium sanguinem dextra susceperit, sed pane & vino simplici puroque sacrificio, Christi dedicauerit sacramentum, & multa alia quae epistolae breuitas non recipit. Praeterea plenus esse tractatum in epistola ad Hebraeos, quam omnes Graeci recipiunt, & nonnulli Latinorum, quod iste Melchisedec, id est, rex iustus, rex fuerit Salem, id est, rex pacis, sine patre, sine matre: & quo modo hoc intelligendum sit, vno statim verbo explicari ἀνεπαύτως, non quod absque patre & matre fuerit, cum Christus quoque secundum vtramque naturam & patrem habuerit & matrem, sed quod subito introducat in Genesi occurrisse Abraham à caede hostium reuertenti, & nec ante, nec postea eius nomen feratur adscriptum. Affirmat autem Apostolus, quod Aaron sacerdotium, id est, populi Iudaeorum, & principium habuerit, & finem; Melchisedec autem, id est, Christi, & Ecclesiae, & in praeteritum & in futurum aeternum sit, nullumque habuerit auctorem: & quod translatio sacerdotio, legis quoque mutatio fiat: vt nequaquam de Agar ancilla & monte Sina, sed de Sara libera, & arce Sion egrediatur verbum Domini, & lex Dei de Hierusalem: & difficultatem rei procemio exaggerat, dicens: Super quo multus nobis sermo est, & ininterpretabilis: nõ quia Apostolus non potuerit id interpretari: sed quia illius temporis non fuerit. Hebraeis enim, id est, Iudaeis persuadebat, non iam fidelibus, quibus passim proderet sacramentum. Verumtamen si vas electionis stupet ad mysterium, & de quo disputat ineffabile conficitur: quanto magis nos vermiculi, & culices, solam debemus scientiam inficitiae confiteri, & amplissimam domum paruo quasi foramine ostendere; vt dicamus

Iob. 1.

Gen. 9.

Iud. 14.

Leuit. 4.

Heb. 7.

Gen. 14.

Heb. 7.

Gal. 4.

Mich. 4.

Hebr. 1.

dicamus duò sacerdotia inter se ab Apostolo comparata, prioris populi, & posterioris. Et hoc ait tota disputatione, vt ante Leui & Aaron, sacerdos fuerit Melchisedec ex gentibus: cuius tantum prædicat meritum, vt futuris sacerdotibus Iudæorum, in lumbis benedixerit Abraham: totumq; quod sequitur in laudes Melchisedec, ad Christi typum referri, cuius profectus Ecclesiæ sacramenta sunt. Hæc legi in Græcorum voluminibus, & quasi latissimos terrarum situs in breui tabella volui demonstrare, non extendens spatia sensuum, atque tractatum, sed quibusdam punctis atque compendijs infinita significans, vt in parua epistola, multorum simul discereres voluntates. Verum quia amanter interrogas, & vniuersa, quæ didici, fidei auribus instillanda sunt: ponam & Hebræorum opinionem, & ne quid desit curiositati, ipsa Hebraica verba subnectam.

Gen. 14. ומלכיצדק מלך שלם הוציא להם לחם ויין והוא כהן לאל עליון ויברכהו ויאמר ברוך אברהם לאל עליון קונה שמים וארץ. וברוך אל עליון אשר מן צדו ברוך ה' לו מעשר מכל

Gen. 14. melech Salem hozi Lehem vaiaim vehu cohen leel elion vaiebarchehu vaioamar, baruch Abram leel elion kone samaim vaarez: vbaruch el elion escher migen zadecho beiaidecho, vaiiten lo maeser michol. Et Melchisedec rex Salem protulit panem & vinum: erat autem sacerdos Dei excelsi: benedixitque illi, & ait: Benedictus Abram Deo excelsio, creauit caelum & terram: & benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manu tua, & dedit ei decimas ex omnibus. Traduntque hunc esse Sem primum filium Noe, & eo tempore, quo ortus est Abraham, habuisse ætatis annos trecentos nonaginta: qui ita supputantur. Sem post diluuium anno secundo, cum centum esset annorum, genuit Arphaxad: post cuius ortum vixit annos quingentos, hoc est simul sexcentos. Arphaxad annos natus triginta & quinque, genuit Salem: qui & ipse tricenarius, procreauit Heber, quem triginta quattuor annorum legimus genuisse Phaleg. Rursum Phaleg expletis annis triginta genuit Rehu: qui & ipse post trigessimum & secundum natiuitatis suæ annum, edidit Serug: de quo, cum ad triginta peruenisset annos, ortus est Nachor, qui viginti nouem annorum genuit Thare: quem legimus quod septuagenarius genuerit Abraham & Nachor & Aran. Supputa per singulas ætates annorum numerum, & inuenies ab ortu Sem vsque ad generationem Abraham trecentos nonaginta annos. Mortuus est autem Abraham centesimo septuagesimo quinto ætatis suæ anno. Ratione deducta, inuenitur Sem, abnepoti suo decimi gradus, Abraham superuixisse annos trigintaquinque. Simulque & hoc tradunt, quod vsque ad sacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex stirpe Noe, cuius series & ordo describitur, fuerint sacerdotes, & Deo victimas immolarint: & hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo vendiderit Iacob. Nec esse mirum, si Melchisedec victori Abraham obuia processerit; & in refectionem tam ipsius, quam pugnatorum eius, panes vinumque protulerit; & benedixerit ei; cum abnepoti suo hoc iure debuerit; & decimas prædæ atque victoriæ acceperit ab eo; siue quod habetur ambiguum, ipse dederit ei substantiæ suæ decimas, & auitam largitatem ostenderit in nepotē, vtrumq; enim intelligi potest, & iuxta Hebraicum, & iuxta Septuaginta interpretes, quod & ipse acceperit decimas spoliatorum, & Abraham dederit decimas substantiæ suæ; quamquam Apostolus in epistola sua ad Hebræos apertissime definiat, non Abraham suscepisse à Melchisedec decimas diuitiarum eius, sed de

spolijs hostium, partem accepisse pontificem. Salem autem non, vt Iosephus, & nostri omnes arbitrantur, esse Hierusalem nomen, ex Græco Hebraicoque compositum; quod absurdum esse, peregrinæ linguæ mixtura demonstrat; sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchisedec, ex magnitudine ruinarum, veteris operis ostendens magnificentiam: de quo in posteriore quoque parte Genesis scriptum est: Venit Iacob in Socoth, id est, in tabernacula, & fecit sibi ibi domos, atque tentoria, & transiit in Salem, ciuitatem regionis Sichem, quæ est in terra Chanaan. Considerandum quoque est, quod Abraham à cæde hostium reuertenti, quos persecutus est vsque Dan, quæ hodie Pameas appellatur, non de via Hierusalem, sed de oppido Metropoleos Sichem, in itinere fuerit: de quo in euangelio quoque legimus: Erat autem Ioannes baptizans in Ennon, iuxta Salim, quia aquæ erant multæ ibi. Nec refert, vtrum Salem, an Salim nominetur; cum vocalibus in medio litteris peritro vtantur Hebræi; & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum, eadem verba diuersis sonis atque accentibus proferantur. Hæc ab eruditissimis gentis illius didicimus: qui intantum non recipiunt, Spiritum sanctum, vel angelum fuisse Melchisedec, vt etiam certissimum hominis nomen adscribant. Et reuera stultum est, id quod in typo dicitur, eo quod Christi sacerdotium finem nõ habeat; & ipse rex & sacerdos nobis vtrumque donauerit, vt simus genus regale, & sacerdotale, & quasi angularis lapis parietem vtrumque coniuxerit, & de duobus gregibus bonus pastor vnum effecerit gregem; sic quosdam referre ad *עֵשָׂא*, vt historiæ auferant veritatem, & dicant non fuisse regem, sed in imagine hominis angelū demonstratum: cum intantum nitantur Hebræi. Melchisedec regem Salem filium Noe Sem ostendere, vt ante hoc scriptum sic referant. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ei: haud dubium, quin Abraham: postquam reuersus est à cæde Chodor Laomor, & regum, qui cum eo erant in valle Saue, hæc est vallis regis, de qua statim sequitur: Et Melchisedec rex Salem protulit panem, & vinum, & reliqua. Si ergo hæc ciuitas regis est, & vallis regis, siue, vt Septuaginta transtulerunt, campus; quem hodie Aulonem Palæstini vocant: manifestum est, hominem fuisse, qui in terrena & valle, & vrbe regnauerit. Habes, quæ audierim; & quæ legerim de Melchisedec. Meum fuit, recitare testes: tuum sit, de fide testium iudicare, quod si omnes repuleris: tuum certè spiritualem illum interpretem non recipies; qui imperitus sermone & scientia, tanto supercilio & auctoritate Melchisedec Spiritum sanctum pronunciauit, vt illud verissimū comprobaret, eruditio timorem creat. Ego, post longam ægrotationem, vix in quadragesimæ diebus hæc fabricare potui, cum alteri me operi præpararem: paucos dies, qui supererant, in Matthæi expositione consumpsi: tantaque auuiditate studia ommissa repetui; vt quod exercitationi linguæ profuit, nocuerit corporis valetudini.

HIERONYMVS FABIOLÆ.

EPISTOLA CXXVII.

ARGVMENTVM.

QUADRAGINTA duas mansiones, per quas, mutatis semper castris; vt in Exodo, ac Numeris legitur, Hebræorum

populus ex Ægypto ad repromissionis terram peruenit, spiritualiter pro itinere, quo ex hoc mundo ad cælorum regnum peruenitur, illis sigillatim tam re quam nomine ad propositum explicatis, enarrat, memorie Fabiolæ, insignis Romanæ femina, reddens opus, quod viuenti illi promiserat.



N Septuagesimo septimo psalmo, quem iuxta euangelistâ Matthæum, ex persona Domini dictum credimus, decem plagarum in Ægypto, & egressionis Israel in solitudinem narratur historia. Cumq; nulli dubium sit, facta esse quæ scripta sunt, quasi aliud littera sonet, aliud clauum spiritus teneat: aperiam, inquit, in parabola os meum, loquar propositiones ab initio. Quanta audiuius, & vidimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Vnde & Apostolus iisdem verbis, quia & eodem spiritu, Hæc autem, ait, omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad commotionem nostrâ, in quos fines sæculorum deuenerunt. Et Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari: & omnes eandem escam spirituale manducauerunt: & omnes eundem potum spirituale biberunt: bibebant autem de spiritali cõsequente eos petra: petra autem erat Christus. Si ergo pars historie itineris ex Ægypto spiritualiter accipitur: & cetera, quæ ab Apostolo pro angustia temporis prætermissa sunt, eiusdem esse intelligentie conuincuntur. Nam idem propheta, qui in alio loco dixerat: Habitauit cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea: absentiam terræ sanctæ non sustinens, lacrymabiliter ingemiscit, & dicit: Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam; donec transeam in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei, in voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Et in alio psalmo: Reucla oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Paulus quoque, lex spiritualis est. & ipse Dominus: Si crederetis Moyse, & mihi crederetis: de me enim ille scripsit. Et euangelium secundum Lucam: Tunc incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in cunctis scripturis, quæ de ipso dicta erant. Igitur Iudæi paruuli, & qui solidum cibum glutire nequeunt, sed adhuc lacte nutriuntur infantia, legant Pharaonem carneum, & mare rubrum, per quod ad Indiam navigatur, & manna coriandro simile: & omnia, quæ scripta sunt, audiant corporaliter, lepram domorum, & lepram pellis, & flaminis, taurum homicidam, & iumentum adulterij reum, & Hebræi, propter uxorem ac liberos seruire cupientis, aurem subphara perforatam. Nos autem derelinquentes Capharnaum, agrum quondam pulcherrimum, & cum Iesu egredientes in desertum, pascamur panibus eius, si insipientes sumus, & iumentorum similes hordeaceis, sin rationale animal, triticeis, & ex grano frumenti commolitis: quod in terram cadens multos fructus mortuum attulit. Nouem plagis percussa est Ægyptus, fractus Phara, vt dimitteret populum Dei. Ad extremum primogenita perdidit, vt primogenita Israelis Domino sacrentur. Qui prius tenere cupiebant, instanter expellunt. Exterminator transit, & terram Gessen pastoralem & pluuijs irrigatam, non audet attingere: erant enim postes eorum a gni cruore signati, & opere loquebantur: Signatû est super nos lumen vultus tui Domine. Vnde & appellatur ipsa sollempnitas phasæ, quam nos transitum appellare possumus, eo quod de peioribus ad melio-

ra pergentes, tenebrosam Ægyptum relinquimus. Sed iam tempus est, vt promissa complentes, mansionum Israel ordinem prosequamur. Scriptum est in vltima parte voluminis Numerorum, quod apud Hebræos appellatur vaiedabber וַיַּעֲדָבְבֵר, Hæc sunt castra filiorum Israel, qui egressi sunt de terra Ægypti per turmas suas in manu Moyse & Aaron, quas Græci ἀσπίς vocant, nos propter linguæ proprietatem significantius mansiones, siue quia de exercitu dicitur, castra transfulimus. Fit autem catalogus mansionum à prima vsque ad vltimam: & numerantur simul quadraginta duæ: de quibus Matthæus loquitur: Ab Abraham vsque ad Dauid generationes quattuordecim, & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis quattuordecim generationes: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quattuordecim, id est, simul generationes quadraginta duæ. Per has currit verus Hebræus: qui de terra transire festinat ad cælum; & Ægypto sæculi derelicta, terrâ repromissionis ingreditur. Nec mirum, si in illo numero sacramento perueniamus ad regna cælorum: sub quo Dominus atque saluator à primo patriarcha peruenit ad virginem, quasi ad Iordanem: quæ pleno gurgite fluens, Spiritus sancti gratijs redundabat. Quod autem in manu Moyse & Aaron egressus scribitur: intellige legem, & sacerdotium, opera & cultum Dei: quorum alterum altero indiget. Nihil enim prodest exercere virtutes, nisi noueris creatorem: nec Dei veneratio proficit ad salutem, nisi præcepta conditoris impleueris. His duabus manibus, quasi duobus Seraphim, in confessionem sanctæ trinitatis erumpimus, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth.

MANSIO PRIMA.

MOVERUNT itaq; castra de Rameses מִרְסֵסִים Num. 11. mensis primo, quintadecima die mensis primi, altera die post pascha egressi sunt filij Israel in manu excelsa in cõspectu omnium Ægyptiorum, & Ægyptij sepeliebant, quos percusserat Dominus ex eis omne primogëitum in terra Ægypti: & in dijs eorum fecit Dominus iudicia. Ramesis à quibusdam interpretatur commotio turbulenta, aut amaritudo, commotioque tinea: nos autem verius existimamus exprimi, tonitruum gaudij. Ad hanc urbem, quæ in extremis Ægypti finibus erat, populus congregatus est, qui in desertum exire cupiebat, eo quod tumultum sæculi dereliquens, mouebatur à vitijs pristinis, & ab excedente se prius tinea peccatorum, vt omnem amaritudinem vertens in dulcedinem, Dei vocem in Sina monte desuper tonantis audiret. Quod autem verba diuina & eloquia scripturarum, in istius sæculi & mundi rota, tonitruum appellentur, psalmista declarat, dicens: Vox tonitruus tui in rota. Et Dei patris vocem in baptismo Saluatoris audientes, tonitruum putauerunt. Cumq; commoti fuerimus ad euangelicam tubam, & excitati tonitruo gaudij, eximus in mensis primo, quando hyems præterijt & abijt sibi, quando veris exordium est, quando terra parturit, quando cuncta resouantur: & eximus quintadecima die mensis primi, in crastinum paschæ, pleno mensis lumine, post eum agni immaculati; & calciatis pedes habentes de apostolo; & accinctos pudicitia lumbos, & baculos in manibus præparatos. Quamuis enim in Ægypto decima quarta die mensis pascha facientes, comederimus agnum: tamen tunc nobis lux plena completur, quando in manu excelsa Ramesem dimittimus, quæ excelsa dicitur, vel quod Ægyptum percusse-

e. Cor. 10

Psal. 119.

Psal. 41.

Psal. 116.

Rom. 7.
Ioan. 5.

Luc. 24.

e. Cor. 3.

Matth. 14.
Marc. 6.
Ioan. 12.

Psal. 4.

Matth. 1.

Esa. 6.

Num. 11.

Psal. 76.
Marc. 1.
Luc. 3.

Cant. 1.

Erod. 14.

Eph. 6.

percuſſerit, vel quòd protexerit Iſrael videntibus Ægyptijs, qui admirantur nos exire de ſæculo, & torquentur inuidia: & poſtea nos tenere cupientes, in perſecutionibus ſuffocantur: quando & Ægyptij ſepeliunt primogenitos ſuos; & patres mortui terrenis operibus opprimunt mortuos filios. Mihi videtur, Ægyptiorũ primogenita dogmata eſſe philoſophorum, quibus deceptos homines atque irretitos tenebant. Quæ cum Iſrael viuus effugerit, circumdantur mortuis ſuis; ne exeuntium imitentur exemplum.

Num. 33.

MANSIO II.

Exod. 11.

ET profiſcentes filij Iſrael de Rameſe, caſtrametati ſunt in מרר Marah. Secunda maſio. In hac coquunt panes azymos, & primum tendunt tabernacula: vnde & ex re locus nomen accepit. Socoth quippe interpretatur in lingua noſtra, tabernacula, ſiue tentoria. Et ob hoc ſeptimo menſe, quinta decima die menſis ſolemnitas tabernaculorum eſt. Cum ergo exierimus ex Ægypto, primum tabernacula figimus, ſcientes nobis ad vteriora pergendum. Tunc non comedimus de fermento Ægypti, de fermento malitiæ, & nequitie; ſed veſcimur azymis ſinceritatis, & veritatis, Domini præceptum opere conſummantes: Cauete à fermento phariſæorum.

Leuit. 23.

1. Cor. 5.

Matth. 16.

MANSIO III.

Exod. 13.

ET profecti de Socoth, caſtrametati ſunt in אֶתְמֹתַי Etham, quæ eſt in extremo ſolitudinis. Tertia maſio offertur poſt tabernacula; in qua primum videtur Dominus nocte in columna ignis, & per diem in columna nubis; vt præcedat populum, & dux itineris fiat. Etham nobis ſonat fortitudo, atq; perfectio, de qua & Dauid canit: Tu diruisti fluuios Etham, id eſt, fortes. Grandis eſt fortitudo, Ægyptum dimittere, & in extrema ſolitudine commorari. Ex quo intelligimus, locum Socoth adhuc iuxta Ægypti fuiſſe regiones, in eo enim, quod dicitur, Quæ eſt in extremis ſinibus ſolitudinis, oſtenditur inter conſinia eſſe eremi & Ægypti. Præparemus nobis fortitudinem: aſſumamus perfectum robur: vt inter errorum tenebras & conſuſionem noctis, ſcientiæ Chriſti lumen appareat. Dies quoq; noſter nubem habeat protegetem: vt his ducibus ad ſanctam terram peruenire valeamus.

Pſal. 73.

Eſa. 4.

MANSIO IIII.

Exod. 14.

PROFECTIQUE de Etham, reuerſi ſunt ad פִּי הַחַירוֹת Phi hahiroth, quod eſt contra Beel ſephon, & caſtrametati ſunt è regione Magdal. Quarta maſio eſt phi hahiroth, quæ interpretatur os nobilium, ſcribiturq; per litteram מ heth. Quidam male, hiroth villas putant; errorq; manifeſtus, quod pro ſupradicta elemento, y ain litteram legant. Beel ſephon in linguam noſtram vertitur Dominus Aquilonis, aut aſcenſus ſpectulæ, aut habens arcana. Porrò Magdal, magnitudo, vel turris. Aſſumpta igitur fortitudine, nobilitamur in Domino, & Beel ſephon idoli arcana contemnimus, illuſq; que

magnificentiam & turritam ſuperbiam declinamus, non enim eſt ab auctro, vnde Dominus venit, & à meridie, in qua ſpſus recumbit in floribus, ſed poſſeſſor Aquilonis venti frigidiffimi, ex quo exardeſcunt mala ſuper terram: qui cum ſit frigidiffimus, nomine dexter vocatur, falſum ſibi aſſumens vocabulum virtutis ac dextræ, cum totus ſit in ſiniſtra.

Abac. 9.
Cant. 7.
Hier. 4.

MANSIO V.

ET profecti de Phi hahiroth, tranſierunt per medium mare in deſerto: & ambulauerunt viam trium dierum in ſolitudine Etham, caſtrametati ſunt in מַרַיִם Marah. Quinta maſio eſt in Marah, quæ interpretatur amaritudo. Non poterat ad rubri maris gurgites peruenire, & Pharaonẽ cum ſuo exercitu videre pereuntem; niſi poſtquã habuerunt in ore nobilitates, id eſt, in Domini confeſſione virtutes, quando crediderunt Deo, & Moyſi, famulo eius; & audierunt ab eo: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis: & victores, Maria præcinnente, in tympanis & choris reſonare cœperunt carmina triumphantium: Cantemus Domino: glorioſe enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorẽ proiecit in mare. Poſt prædicationem euangelij, poſt tabernacula tranſmigrantium, poſt aſſumptam fortitudinem, poſt confeſſionis nobilitatem, Ægyptij & Pharaonũ rurſus occurrunt. Vnde diſcimus, cauendas ſemper inſidias, & inuocandam miſericordiam Dei, vt inſequentem Pharaonem poſſimus effugere, & nobis in ſpiritali baptiſmo ſuffocetur. Egreſſis de mari rubro, occurrit eremus Sur, quæ & ſolitudo Etham dicitur, in qua tribus diebus ingredientes nõ habuerunt aquam: & peruenierunt ad Marah; quæ ex amaritudine nomen accepit. Habebat fons aquã, & dulcedinem non habebat. Murmurat populus videns aquas, & potare non ſultinens. Marah intellige aquas occidentis litteræ: quibus ſi immittatur confeſſio crucis, & paſſionis Dominicæ ſacramenta iungantur; omne, quod impotabile & triſte videbatur ac rigidum, vertitur in dulcedinem. Vnde & ſcriptũ eſt: Conſtituit Deus populo legem, & iudicia, & tentauit eum. Vbi enim magnitudo gratiæ, ibi magnitudo diſcriminis. Nec terrearis, ſi poſt victoriam venias ad amaritudinem: quia verum paſcha facientes, azyma cũ amaritudinibus comedũt; & tentatio probationẽ, probatio ſpem parit, ſpes parit ſalutẽ. Apud medicos quoq; quædam antidotus, noxios humores temperans, ex amaritudine nuncupatur, quæ dulcis oſtenditur, reſtituens ſanitatẽ: ſicut econtrariò voluptas atque luxuria amaritudine terminantur, dicente ſcriptura: Quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas, nouiſſime verò amariſſime felle inuenies.

Exodi. 15.
Num. 33.

Exod. 14.

Exod. 15.

Exod. 18.
Rom. 5.

Pro. 5.

MANSIO VI.

ET profecti de Marah, venerunt in אֵילִים elim, vbi erant duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta palmæ; ibiq; caſtrametati ſunt. Sexta maſio in arietes, forteſq; vertitur. Quam pulcher ordo virtutum. Poſt victoriam tentatio, poſt tentationem reſectio. De amaritudine venimus ad arietes & robustos principes gregis, quos apud Ezechielem Dominus iudicaturum eſſe ſe dicit: quòd alij eorum cõculcauerint aquas, & compreſſerint ones, alij lenes & placabiles fuerint. De his & viceſimus octauus pſalmus loquitur: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietũ. Sexte maſionis tenemus hoſpitiũ. Nunquã prius occurrerũt fontes puriſſimi, niſi vbi magiſtrorũ doctrina prorupit. Nec dubium, quin de duodecim apoſtoliſ fermo ſit: de quorũ fontibus deriuata aqua, totius mundi ſiccitatem rigant

Exod. 15.

Ezech. 34.

Iuxta has aquas septuaginta creuerunt palmæ, quos & ipsos secūdi ordinis intelligimus præceptores, **Luc. 6. 10.** & septuaginta discipulos minoris gradus: quos & binos ante se Dominus præmittebat. De quibus & **2. Cor. 12.** Paulus refert, quod apparuerit Dominus primū vndecim, deinde apostolis omnibus; alios volens intelligi primos, & alios secundos Christi discipulos. Bibamus de huiusmodi fontibus & dulces fructus victoriæ deuorantes, ad mansiones reliquas præparemur.

MANSIO VII.

Num. 33. **P**ROFECTI **Q**VE de Elim, castrametati sunt ad mare rubrum, quod Hebraicè dicitur שִׁמְשִׁימָה iam suph. Septima mansio. Et quæritur, quomodo post transitionem maris rubri, & fontis marach, & Elim, rursus ad mare rubrum venerint: nisi forte in itinere pergentibus sinus quidam maris occurrerit, iuxta quæ castrametati sunt, aliud est enim, transire mare: aliud, in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur, etiam post euangelicam doctrinam, & cibos dulcissimos triumphorum, apparere nobis interdum mare, & præterita discrimina poni ante oculos, quamquam multæ differentia sit, transire mare, & mare procul aspiciere. Verbum iam suph apud Hebræos ex mari & rubro compositum est, suph autem & rubrum, & scyrpus vocatur, vnde possumus suspicari, quod venerint ad paludem quādam, & lacum, qui & carecto, & iuncis plenus fuerit. Quod autem omnes congregationes aquarum scriptura sancta mare vocet, nulla dubitatio est. Hæc mansio in Exodo non habetur, sed scriptum est pro ea, quod de mari rubro venerint ad desertū Sin, quæ est inter Elim, & Sinai, quinta decima die mensis secundi egressionis eorum ex Ægypto, id est, tricesima prima postquam egressi sunt de Rameses.

MANSIO VIII.

Exod. 16. **Num. 33.** **E**T profecti de mari rubro, castrametati sunt in solitudine ro Sin. Octaua mansio, licet iuxta ordinem Exodi septima sit. Sed sciendū, quod omnis vsque ad montem Sinai eremus Sin vocetur, & ex tota prouincia, etiam locus nomen vnus mansionis acceperit: sicut Moab tam vrbis quàm prouinciæ nomen est. In hac solitudine quinque mansiones sunt, iam suph, de qua supra diximus, & eremus Sin, & Daphca, & Alus, & Raphidim, de quibus loquemur in consequentibus. Sin autem interpretatur rubus, vel odium, quorum vtrumque facit ad mysticos intellectus, quod postquam venerimus ad eum locum, de quo sit nobis Dominus locuturus, grande odium mereamur inimici. Tunc videbimus ardere rubum, & non comburi; inflammari Ecclesiam persecutionibus, & eam, loquente in illa Domino, non perire. Et nota, quod in octaua mansionem, in qua torcularia nostra sunt, vnde & octauus psalmus hoc titulo prænotatur, desertum capimus rubi: quia plures filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum.

MANSIO IX.

Math. 7. **E**T profecti de deserto Sin castrametati sunt in אֶלֶשֶׁת Daphca. Nona mansio. Hoc nomen apud Hebræos *αλμα*, id est, pulsatio dicitur: iuxta quod & Dominus ait: Pulsate, & aperietur vobis. In libro autem Hebraicorum nominum, adhæsiōnem, retentionemque transulimus: quod lectorem turbare non debet. Nec putet nos dissonantia scribere. Ibi enim, iuxta hoc quod vulgò habetur, edidimus, si medium verbum scribatur per *β* beth litteram: hic autem in Hebraico volumine scriptum

reperi per *δ* phe: quod elementum magis pulsationem, quàm glutinum sonat: sensusque est manifestus, post responsā Domini, post octauum numerum resurrectionis, Christi incipimus sacramenta pulsare. Prudentem studiosumque lectorem rogatum velim, vt sciat me vertere nomina iuxta Hebraicam veritatem, alioquin in Græcis & Latinis codicibus, præter pauca, omnia corrupta reperimus: & miror, quosdam eruditos & ecclesiasticos viros ea voluisse transferre, quæ in Hebraico non habentur; & de malè interpretatis, fictas explanationes querere, vt in præsentī pro Daphca legant Raphca, litteram ponentes pro littera, eo quod *ר* res & *ד* daleth paruo apice distinguantur, & interpretantur curationem, atq; exinde tropologiam similem prosequuntur.

MANSIO X.

Num. 11. **P**ROFECTI de Daphca, castrametati sunt in אלשעֶת Alus. Decima mansio in Exodo non habetur, crediturque in Sin eremo contineri, eodem narrante libro. Profecta est omnis multitudo filiorum Israel de eremo Sin per mansiones suas iuxta os Domini, & venerunt Raphidim. Ex quo perspicuum est, plures mansiones eiusdem regionis vocabulo demonstrari. Interpretaturque Alus fermentum: quod tollit mulier, miscuit farinæ fatis tribus, donec fermentaretur totum. In hac solitudine murmurat populus propter farinam, & conuersus respicit procul in nube gloriam Dei, accipitque vespere coturnicem, & mane alterius diei manna. Et nota, in mansionem decima fermentum poni, & post esum carniū manna tribui, impleri que scripturam: Panem angelorum manducauit homo.

MANSIO XI.

Num. 11. **P**ROFECTI de Alus, castrametati sunt in רַפְדִּים Raphidim: & non erat ibi aqua populo. Vndecima mansio est, quam violenter interpretatam in libro Hebraicorū nominum reperi, vidit os sufficiens eis, aut certè visio oris fortium: meliusque transfertur, dissolutio fortium, vel sanitas fortium, siue, iuxta proprietatem linguæ Syræ, remissio manuum. Hæc & in Exodo legitur post professionem de eremo Sin. Queritur in ea populus ob ardorem sitis: fons de petra Horeb erumpit & profluit: & quia tentauerunt Deum, locus Raphidim, tentationis quoque, id est, מַסָּה masa fortitus est nomen. Moyses ascendit in montē: Iesus contra Amalec militat: ad crucis signum, superatur inimicus: remissis orantis manibus, hostis victor insequitur. Sedet Moyses super lapidem dictum à Zacharia, qui septem habebat oculos: & in Samuelis volumine appellatur aben haaser, id est, lapis auditorij: & vtramque manum eius Aaron & Hur, id est, montanus lucidusque sustentat. Deuictio aduersario, superuenit Iethro; adducit Sephoram, & vtrumque filium; dat consilium Septuaginta seniorum; & in typum Ecclesiæ de gentibus congregatæ, legis imminutio euanglio suggerente completur. Pulchrè autem dissolutio ac sanitas fortium Raphidim dicitur, vel propter dissipatum Amalec, vel propter sanatum Israel. Sin autem remissionem manuum iuxta Syros Raphidim sonat, dicemus propter offensam populi, quia contra Dominum murmuraret, istud loco nomen impositum. Hæc tangimus potius, quàm exponimus: breuiter indicasse contenti, quod post fermentum Alus, & massam Ecclesiæ, soleant multiplicia dæmonum aduersum nos tentamenta confurgere.

MANSIO XII.

Math. 11. **E**T profecti de Raphidim, castra posuerunt in solitudine סִינַי Sinai. Duodecima mansio est. Sciam

Statim tibi veniat in mentem apostolorum numerus. Vna de pluribus, sed maior omnibus, non separatur in ordine, sed præcellit in merito. Ad hunc locum quadragesimo septimo die perueniunt, scriptura dicente: Mense tertio egressions filiorum Israël de Ægypto, in die hac trāsierunt in solitudine Sinai, profectique de Raphidim venerunt in desertum Sinai: & castrametati sunt in cremo, seditque ibi Israël e regione montis, & Moyses ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte dicēs: & reliqua. Et rursum, Vade, inquit, ad populum, & sanctifica eos hodie & cras: & lauent vestimenta sua, sintque parati in diem tertium: quia tertia die descendet Dominus, videntē vniverso populo super montē Sinai. Quod & factum est. Laueruntque vestimenta sua: & ab vxorum coitu separatis, die tertio descendit Dominus in motem: quo fumante, & fulgore, tonitruo, caligine, voce, tuba, mortalium corda terrentibus, Moyses loquebatur, & Dominus respondebat ei. Suppetemus numerum, & inueniemus quinquagesimo die egressions Israël ex Ægypto in vertice motis Sinai legem datam. Vnde & pentecostes celebratur solemnitas, & postea euangelij sacramentum in Spiritu sancti descensione completur: vt sicut priori populo quinquagesimo die, & vero iobileo, & vero anno remissionis, & veris quinquaginta & quingētis denarijs, qui debitoribus dimittantur, lex data est; in apostolos quoque, & qui cum eis erant, in centesimo vicefimo Mosaicæ ætatis numero constitutis, descenderit Spiritus sanctus, & diuisis linguis credentium, totus euangelica prædicatione mundus expletus sit. Longum est si replicare velim, quid in lege præceptū est; quo modo fabricatum tabernaculum; quæ varietas hostiarum, quæ vasorum diuersitas; quæ indumenta pontificis, quæ sacerdotum & leuitarum cærimoniar; quid egerint, quo modo populus numeratus sit. Hoc tantum dicam, quod media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & Numerorum præcepta non modica, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum in hac mansione descriptæ sint: multorumque voluminum disputatio huic loco sufficere vix possit. Interpretatur autem Sinai, rubi, non vnus, vt supra in solitudine Sin, sed plures: vt ibi principium sit, hic perfectio; ibi solitarius numerus, hic multiplex, aliud est enim vnā, aliud omnes gratias possidere.

MANSIO XIII.

ET profecti de solitudine Sinai castrametati sunt in sepulcris concupiscentiæ. Decimatercia mansio, cuius nomen cum interpretatione editum apud Hebræos appellatur קִבְרוֹת קִבְרוֹת קִבְרוֹת kibaroth ataaue. Est autem sensus ille de euangelio, quod Iesus baptizatus statim à spiritu ductus est in desertum, & tentatus à diabolo. Itaque & Israel post familiarem cum Domino sermonem, postquam iuxta montem Sinai commoratus est anno vno & diebus quattuor, mira dispositione castrorum egressus est in solitudinem Pharan: quæ interpretatur onager, aut feritas, ibique succumbit malæ bestiæ, fastidiens cælestem panem, & Ægyptiorum carnes desiderans, quando multos subitum verauit incendium; & intercedente Moysē, humum vorax flamma consumpsit. Tunc accipiunt coturnices, & vsque ad nauisam ac vomitum deuorant. Eliguntur Septuaginta presbyteri; vadunt ad ostium tabernaculi, duo remanent, Heldad & Medad, non imperij negligentes, sed humilitate submissi, dum se honore arbitrantur indignos. Vnde & absentes prophetant: Iuratoque populo, dum adhuc escæ essent in ore

eorum, ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel præpediuit; ne ad malum velociter currerent: vnde & appellatus est locus, Sepulcra concupiscentiæ: siue vt in Septuaginta legimus, Memoria desiderij. Ex quibus omnibus nos omnes docemur, qui sapientiam dimisimus sæcularem, & Ægyptias ollas contempnimus, non debere murmurare contra cælestem scripturarum panem, nec hic virulentias Ægyptiorum, quæ sunt poetarum carmina, sed simplicem manna cibum quærere, alioqui, si rursus eas voluerimus appetere, vorabimus vsque ad nauisam: & statim Domini igne torquebimur: desiderumque nostrum vertetur in tumulos, vt simus sepulcra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autē plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcicia.

MANSIO XIII.

ET profecti de sepulcris concupiscentiæ, castrametati sunt in Hazeroth קִבְרוֹת. Decima quarta mansio est in solitudine Pharan, quæ in atria vertitur. In hac Aaron & Maria, propter Æthiopissam contra Moysen murmurant: & in typum zeli, aduersus Ecclesiam de gentibus congregatam, populus Iudæorum lepræ sordē perfunditur: nec redit ad tabernaculum, & pristinam recipit sanitatem, donec statutum plenitudinis gentium tempus impleatur. Et hic prudens lector attēde, quod post consummatam in duodecimo numero virtutem, quia superbiuit Israël, & in sepulcris concupiscentiæ carnes Ægyptias desiderauit; rursus iacit aliud fundamentū, & atria, id est, vestibulum virtutum ingreditur, ostēdens nobis, & eos, qui stant, posse cadere, & qui ceciderūt, posse resurgere. Positus est enim Iesus in ruina, & resurrectionem multorum, & ipse loquitur per prophetam: Num, qui cadit, non resurgit?

MANSIO XV.

ET profecti de Hazeroth, castrametati sunt in Rithma קִבְרוֹת, pro quo supra in hoc eodem libro legimus, Postquam profectus est populus de Hazeroth, castrametati sunt in solitudine Pharan. Hæc est autem decimaquinta mansio. Et notandum, quod reliquæ mansiones decem & octo, quarū nunc breuiter catalogus describitur, à Rithma vsque ad Esio gaber, id est, vsque ad tricesimā secundam mansionem, sub Phara solitudinis nomine contineantur, in quibus vnuerfa, quæ scripta sunt, diuersis temporibus gesta sentimus: quæ quia nō sunt per mansiones singulas distributa, à nobis quoque in cōmune dicuntur, vt postea veniamus ad reliqua. Rithma trāsferitur, sonitus, aut iuniperus, quam plerique ἀρνυδων apud Græcos aliud genus arboris significare contendunt. Iuniperum autem & primus graduum psalmus, iuxta veritatem Hebraicam, sonat, vbi scriptum est: Quid datur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguā dolosam? Et propheta responderet: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum: pro quo apud nos legitur, desolatorijs. Ferunt autem, lignum hoc ignem multo tempore conseruare, ita vt, si prunæ ex eius cinere fuerint operatæ, vsque ad annum perueniant. Ex quo discimus, post sepulcra concupiscentiæ, & vestibula transire nos ad lignum; quod multo tempore calorem tenet, vt simus feruentis spiritu, & claro sonitu. atque exaltata voce euangelium Domini prædicemus. Ab hac itaque mansione vsque ad tricesimam secundam istiusmodi continentur historia. Duodecim exploratores mittuntur ad terram sanctam: botrus refertur in ligno; & Christi breuiter passio demonstratur. Murmurat populus Iudæorum,

gigantum impetum reformidans. Pugnat contra
 Num. 14. Amalec & Chananzum nolente Deo, & victus intel-
 ligit, quæ debet in terra sancta exercere sacrificia.
 Num. 16. Dathan, & Abiron, & filij Core confurgunt contra
 Moysen, & Aaron, & terræ voragine glutuntur. In-
 ter in mortuos & viuentes pontifex medijs thuribulo
 armatus ingreditur, & currens ira Dei, sacerdotis vo-
 ce prohibetur. Virga Aaron & florem profert & folia,
 Num. 17. & in æternam memoriam, virens siccitas conser-
 uatur. Necdum templum & aditu, necdum sacer-
 dotes & leuita obtulere sacrificia, & partes eorum
 mysticus sermo describit. Vitula ruffa in holocausto
 Num. 19. concrematur, & cinis eius, piacularis aspersio est.
 Quorum omnium figuræ proprios libros flagitant,
 & melius reor tacere, quam pauca dicere.

MANSIO XVI.

Num. 33. **E**T profecti de Richma castrametati sunt in
 Remon phares. Decimasexta mansio
 est, quæ interpretatur Græco sermone *ποικί-
 λωσις*, Latine mali punici diuisio, quod alij ma-
 lum granatum vocant. Cuius arboris fructus in scri-
 ptura dupliciter accipitur, aut in Ecclesiæ gremio,
 quæ omnem turbam credentium suo cortice tegit,
 aut in varietate & consonantia virtutum, iuxta illud,
 quod scriptum est: Multitudinis autem credentium
 cor erat vnum, & anima vna: sicque diuisi sunt sin-
 guli gradus, vt omnes eadem compage teneantur.

MANSIO XVII.

Num. 33. **E**T profecti de Remon phares, castrametati
 sunt in Libna. Decimaseptima mansio
 est, quam in laterem possumus vertere: licet
 quidam sebbona transferentes, male candorem in-
 terpretati sint. Legimus Ægyptios lateres in Exodo,
 Exod. 4. quos populus faciens ingemuit. Legimus in Mala-
 chia lateres, pro quibus Idumæa destructis, politos
 Ezech. 4. lapides reponere nititur. Et laterem in Ezechiele, in
 quo obfesse Hierusalem pictura describitur. Ex qui-
 bus discimus, in itinere istius vitæ, & de alio in aliud
 transitu, nunc nos crescere, nunc decrescere, & post
 ordinem ecclesiasticum sepe ad laterum opera trans-
 migrare.

MANSIO XVIII.

Num. 33. **E**T profecti de Libna, castrametati sunt in
 Resfa. Decimoctaua mansio in frenos
 vertitur. Si enim post profectum, rursus ad
 luti opera descendimus, infrenandi sumus, & cursus
 vagi atque præcipites, scripturarum retinaculis diri-
 gendi. Hoc verbum, quantum memoria suggerit,
 nusquam alibi in scripturis sanctis apud Hebræos in-
 uenisse me noui, absque libro apocrypho, qui à Græ-
 cis *μυροφωρεσις* appellatur: ibi in ædificatione tur-
 ris, pro stadio ponitur, in quo exercentur pugiles &
 athlete, & cursorum velocitas comprobatur. Dicit
 & psalmista: In freno & chamo maxillas eorum cõ-
 stringe, qui nõ approximant ad te. Et apostolus: Nec-
 scitis, quod, qui in stadio currunt, omnes quidem cur-
 runt, sed vnus accipit palmam: sic currite, vt com-
 prehendatis.

MANSIO XIX.

Num. 33. **E**T profecti de Resfa, castrametati in sunt Caal-
 tha. Decimanona mansio interpretatur
 Ecclesiam. Vagi currentium gressus, frenis ad
 Ecclesiã retrahuntur: & fores, quas ante reliquerant,
 rursus intrare festinant.

MANSIO XX.

ET profecti de Caaltha, castrametati sunt in
 monte Sapher. Vigesima mansio inter-
 pretatur pulchritudo, & in monte decoris est
 constituta, de qua & quartidécimi psalmi principiũ

sonat: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo,
 aut quis requiescet in monte sancto tuo? Vide, quid
 profunt frenata. A vitijs nos retrahunt, introducunt ad
 virtutum choros, & in Christo monte pulcherrimo
 habitare faciunt. Ille, iuxta Danielem, lapis excisus
 de monte sine manibus, creuit in montem magnum,
 & impleuit omnem terram. Ille, iuxta Ezechielem,
 vulnerauit principem Tyri. Ad istum in Esaia &
 Michea populi conflunt, dicentes: Venite ascen-
 damus in montem Domini, & ad domum Dei Ia-
 cob, & docebit nos vias suas: & ambulabimus in
 femitis eius.

MANSIO XXI.

PROFECTI de mote Sapher, castrametati sunt
 in Harada. Viceprimam mansio verti-
 tur in miraculum. Quam pulcher ordo profe-
 ctuum, quam egregia textura credentium. Post opus
 lateris infrenatur: Post frenos in Ecclesiam intro-
 ducimur: post habitationem Ecclesiæ, ad Christum
 montem ascendimus, in quo positi stupemus, atque
 miramur, vt noster in laudibus eius sermo superetur,
 inuenientes in eo, quæ nec oculus vidit, nec auris au-
 diuit, nec in cor hominis ascenderunt.

MANSIO XXII.

ET profecti de Harada, castrametati sunt in Ma-
 keloth. Vicefimalecunda mansio in cœ-
 tus vertitur, in hac enim consistit multitudo
 credentium Ecclesia, primitiuorum virtutum omnium
 consonantia. Tunc verè possumus dicere: Ecce quam
 bonum & quam iucundũ, habitare fratres in vnum.
 Et, Dominus habitare facit vnus moris in domo.

MANSIO XXIII.

ET profecti de Makeloth, castrametati sunt in
 Thaat. Vicefimatercia mansio potest &
 subter intelligi, sed melius pauorem interpre-
 tabimur. Venisti ad Ecclesiam: ascendisti ad mon-
 tem pulcherrimum: stupore & miraculo, Christi
 magnitudinem confiteris: vides ibi multos virtutis
 tuæ socios: Noli altum sapere, sed time. Dominus
 enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.
 Et qui se exultat, videat ne cadat. Potentes potenter
 tormenta patientur. Timor virtutum custos est: se-
 curitas ad lapsum facilis. Vnde & quodam psalmo,
 postquam propheta dixerat: Dominus regit me, &
 nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit:
 iungit timorem, qui custos est beatitudinis, & infert:
 Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
 Et est sensus: dum tormenta formido, seruaui gra-
 tiam, quam acceperam.

MANSIO XXIII.

PROFECTI de Thaat, castrametati sunt in
 Thare. Vicefimaquarta mansio, quam nõ
 nulli vertunt in malitiam vel pasturam, nec er-
 rant si per y ain litteram scriberetur: nunc verò,
 cum aspiratio duplex in extrema sit syllaba, erroris
 causa manifesta est. Hoc eodem vocabulo & iisdem
 litteris scriptum inuenio, patrẽ Abraham, qui in su-
 pradicto apocrypho geneleos volumine, abactis cor-
 uis qui hominum frumenta vastabant, abactoris vel
 depulsoris sortitus est nomen. Itaque & nos imite-
 mur Thare, & volucres cæli, quæ iuxta viam satum
 triticum deuorare festinant, solliciti prohibeamus.
 Nam & Abraham patriarcha in typo Israël, & ho-
 stium, diuisa membra sacrificij à volucris non fi-
 nit deuorari, & contemptorem oculum effodiunt
 corui de conuallibus, verusque Moyses ducit Ætio-
 psitam, & Elias à coruis pascitur. Si habueris pau-
 orem, sollicitus eris: si sollicitus fueris, leo in caulis
 ouium tuarum introire non poterit: quod vel ad
 præposi-

Psalm. 31.
1. Cor. 9.

Dan. 2.

Eze 26 27
Esaia 2.
Mich. 4.

Num. 33.

1. Cor. 13.

Act. 4.

Num. 33.

Exod. 4.

Ezech. 4.

Num. 33.

Rom. 11.
Iacob. 4.
1. Cor. 10.
Sap. 6.

Psalm. 33.

Math. 15.

Gen. 15.

Num. 12.
1. Reg. 17.
1. Pet. 5.

præposi-

præpositos ecclesiarum; vel ad custodiam refer animæ tuæ, ad quam Leo diabolus per diuersa vitiorum foramina ingredi nititur.

MANSIO XXV.

ET profecti de Thare, castrametati sunt in Methca מֵתְכָא. Vicefima quinta mansio vertitur in dulcedinem. Ascendisti in excelsum, admiratus es virtutum choros, timuisti ruinam; abegisti insidiatores: dulcis te protinus fructus laboris insequitur: & in morem litterarum, radicū amaritudinem, pomorum suauitas compensabit, & dices: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Sponsumque tibi audies concinentem: Mel distillant labia tua, soror mea sponsa. Quid enim suauis disciplina: quid eruditione melius? quid dulcius Domino? Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Vnde & Sampson, qui abegerat à fructibus suis aues, & vulpes, quæ exterminant vineas, colligauerat, leonemque interfecerat rugientem, fauim inuenit in ore mortui.

Psal. 118.

Cant. 4.

Psal. 33. Iud. 15. Iud. 14.

MANSIO XXVI.

PROFECTI de Methca, castrametati sunt in Asmona אֲסֹמְנָא. Vicefima sexta mansio in lingua nostra festinationem sonat, ut iuxta illud quod in psalmo scribitur: Venient legati ex Ægypto. Pro legatis in Hebræo, festinantes, legimus: ut postquam dulces fructus laboris messuerimus, non simus quiete contenti & otio, sed rursum ad vltiora properantes, obliuiscamur præteritorum, & in futura nos extendamus.

Psal. 67.

MANSIO XXVII.

ET profecti de Asmona, castrametati sunt in Moseroth מוֹסְרוֹת. Vicefima septima mansio vincula, siue disciplinam sonat, ut festino gradu pergamus ad magistros, & eorum teramus limina, & præcepta virtutum ac mysteria scripturarum, vincula putemus æterna: iuxta illud; quod in Esaiâ dicitur: Et Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt vincti manicis. Et Paulus vincetus Iesu Christi: Duplicia sunt in scripturis vincula, quæ quamdiu rupit Sampson, vicit inimicos. Et de meretrice legimus, Vinculum in manibus eius. Et ex persona Domini dicitur: Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum. Et alibi: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Christi autem vincula voluntaria sunt, & vertuntur in amplexus. Quique his fuerit colligatus, dicit: Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius complectetur me.

Eccl. 45. Eph. 3. 4.

Col. 4. Iud. 15. 1.

Pro 7. Psal. 22.

Psal. 72. 3.

Cant. 1.

MANSIO XXVIII.

ET profecti de Moseroth, castrametati sunt in Bene iaacan בְּנֵי יַעֲקֹב. Vicefima octaua mansio transfertur in filios necessitatis seu stridoris. Si ab vno incipias numero, & paulatim addens ad septimum vsque peruenias, vicefimus octauus efficitur numerus. Qui sint isti filij necessitatis psalmus ipse nos doceat: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quæ est tanta necessitas, quæ nolentibus imponatur? Cum diuinis scripturis fueris eruditus; & leges earum ac testimonia vincula scieris veritatis, contendens cum aduersarijs, ligabis eos; & vinctos duces in captiuitatem; & de hostibus quondam atque captiuus, liberos Dei facies: ut repente dicas cum Sion: Ego sterelis & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti vbi erant? Miraris Esaiâ, eiusdem psalmi sacramenta cognosce: Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia: vox Domini con-

Num. 33.

Psal. 22.

Eccl. 49.

Psal. 118.

fringentis cedros: ut postquam aduersarios fregerit, & concusserit desertos prius gentium populos, præparentur cerui in montibus; & sit dilectus sicut filius vnicornium: in temploque eius omnes dicent gloria. Porro, quod vertimus filios stridoris, ad illum sensum refer, quod timore supplicij, & eius loci, vbi est fletus & stridor dentium, deserens diaboli vincula, Christo Domino credentium turba colla submittat.

Luc. 13.

MANSIO XXIX.

ET profecti de Bene iaacan, castrametati sunt in montem Gadgad גַּדְגַּד. Vicefima nona mansio interpretatur nuncius, siue expeditio; & accinctio: vel certè (quod nos verius arbitramur) κατάκοπή, id est concisio. Haud aliter possumus magistri discipulorum atque credentium eos facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum interfecerimus. Crudeles simus in occisione eorum: non parcat manus nostra, armum aut extremum auriculæ de ore leonis extrahere. Maledictus, qui facit opus Domini negligenter, & qui prohibet gladium suum à sanguine. Vnde & Dauid, In matutino, inquit, interficiebam omnes peccatores terræ. De nuncio autem & accinctioe hæc breuiter possumus dicere, quod filijs necessitatis grandes ad virtutem stimulos suggeramus, cum eis nunciauerimus præmia futurorum, & accinctos inire bella docuerimus. Horum trium quidquid magister fecerit, in monte consistit.

Num. 33.

Hier. 48.

Psal. 106.

MANSIO XXX.

ET profecti de monte Gadgad, castrametati sunt, in Iarbatha יַרְבָּתָּה. Tricesima mansio bonitas interpretatur, ut, cum peruenerimus ad perfectum virum, in sacerdotalem gradum, & in ætatem plenitudinis Christi, in qua & Ezechiel erat iuxta fluuium Cobar, possumus cum Dauid in tricesimo psalmo canere: In te Domine speraui, non confundar in æternum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis.

Num. 33.

Eph. 4.

Ezech. 1.

Ioan. 10.

MANSIO XXXI.

ET profecti de Iarbatha, castrametati sunt in Ebrona עֲבְרוֹנָה. Tricesima prima mansio interpretatur κατάκοπή, id est transitus siue transitio. Ad hæc venit verus Hebræus, id est παράκλητος siue transitor, qui dicere potest: Transiens videbo visionem hanc magnam: de qua & Psalmista canit: Et non dixerunt qui præteribant, benedicto Domini super vos. Præterit enim figura huius mundi, & propterea sancti cupiunt ad meliora transire: nec præteriti statu contenti, ingemiscunt quotidie: Hæc recordatus sum: & estudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Multum est, si de omnibus scripturis super verbo transitionis velim exempla congerere.

Num. 33.

Exod. 5. Psal. 128.

1. Cor. 7.

Psal. 41.

MANSIO XXXII.

ET profecti de Ebrona, castrametati sunt in Aсион גַּבֵּר. Tricesima secunda mansio transfertur in ligna viri, siue dolationes hominis, quod significantius Græcè dicitur ξυλακισμοφόρος, scribiturque per y ain litteram, non ut Græci & Latini errant, per y gimel. Vnde in solitudine multitudo lignorum, nisi quod seduli & diligentis magistri disciplina monstratur, cadentis ligna informia, & dolantis facientisque vasa diuersa, quæ in domo magna necessaria sunt: Possunt lignationes viri, saltuum, & omnium arborum genera, ac per hoc credentium multitudinem figurare, dicente Dauid: Inuenimus eam in capis siluæ. Hucusque solitudo Pharan decem & octo continet mansiones; quæ descriptæ in catalogo, in superiori vitinere non ponuntur.

1. Tim. 2.

Psal. 134.

MANSIO XXXIII.

Num. 33.

ET profecti de Afiogaber, castramentati sunt sunt in deserto Zin ꝑꝑ. Hæc est Cades. Quæritur, cur octaua mansio nunc tricesimatertia esse dicatur. Sed sciendum, quod prior per o Samech litteram scribitur, interpretaturq; rubus, siue odium: hæc autem per y fadè, & vertitur in mandatum. Illudq; quod iungitur Cades, non vt pleriq; existimant, sancta dicitur, sed mutata, siue translata. Legimus in Genesi iuxta Hebraicam veritatem, vbi Iudas meretricem putans Thamar, dona transmisit: & sequenter muacrum interrogat: vbi est cadesa: hoc est, scortum, cuius habitus à cæteris feminis immutatus est. In multis quoq; locis hoc idem reperimus. Sin autem sancta interpretatur, κατ' ἀντίφρασιν est intelligendum: quo modo parca dicitur ab eo, quod minime parcat; & bellum, quod nequaquam bellum sit; & lucus, quod minime luceat. In hac mansione moritur Maria, & sepelitur: & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offendunt Dominum: & prohibentur transire Iordanem, missisq; nuncijs ad Edom transitus petitur; nec impetratur. Quis timeret post tantos profectus murmur populi, & offensam magistrorum, & viæ transitus denegatos? Videtur mihi in Maria, Prophetia mortua; in Moyle & Aaron, legi & sacerdotio Iudæorum finis impositus; quod nec ipsi ad terram repromissionis transire valeant, nec credentem populum de solitudine huius mundi educere. Et nota, quod post mortem prophetiæ, & aquas contradictionis, Idumæam carnem atque terrenam transire non possunt; cum multis precibus & conatu viam non impetrent, sed egrediatur Edom aduersus eos cum populo multo, & in manu forti. Interpretatio quoq; nominis, morti, & offensæ, & negato transitui conuenit. Vbi enim mandatum, ibi & peccatum: vbi peccatum, ibi offensæ: vbi offensæ, ibi mors. Hæc est mansio, de qua Psalmista canit: Commouebit Dominus desertum Cades.

Gen. 38.

Num. 20.

Rom. 7.

Psalm. 28.

Num. 33.

Num. 20.

Num. 27.

Num. 20.

Ios. viii.

Num. 21.

23. & 24.

MANSIO XXXIII.
ET profecti de Cades, castramentati sunt in monte Or אר, in extremo terræ Edom. Ascenditq; Aaron sacerdos in montem Or iuxta præceptum Domini, & mortuus est ibi anno quadragesimo egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, mense quinto, prima die mensis. Eratq; Aaron centum vigintitrium annorum, quando mortuus est in monte Or. Et audiuit Chananeus rex Arad, qui habitabat ad austru in terra Chanaan, quod venissent filij Israël. Tricesima quarta mansio est, quam pleriq; interpretantur lumen: nec errarent, si per aleph litteram scriberetur. Alij pellem: & ipsi verum dicerent, si esset y ain positum. Nonnulli foramè: quod posset accipi, si ꝑ herh haberet elementum. Cum autem legatur per n he: magis mons intelligitur: & legi potest: Ascendit Aaron sacerdos in montis montem, id est, in verticem eius. Ex quo animaduertimus, non in monte simpliciter, sed in monte montis pontificem mortuum; vt dignus locus meritis illius monstraretur. Moritur autem eo anno, quo nouus populus repromissionis terram intraturus erat, in extremis finibus terræ Idumæorum. Et quamquam in monte sacerdotium Eleazaro filio dereliquerit, lexq; eos, qui eam impleuerint, perducat ad summum: tamen ipsa sublimitas non est trans flucta Iordanis, sed in extremis terrenorum operu finibus: & plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus nõ plangitur. In lege descensus ad inferos, in euangelio ad paradysum transmigratio. Audiuit quoq; Cha-

nanæus, quod venisset Israel: & in loco exploratorum, vbi quondam offendisse populum nouerant, inuunt prælium, & captiuum ducunt Israel. Rursumq; in eodem loco pugnatur: ex voto victor vincitur, victi superant: appellaturq; nomen loci ארמה horma, id est, anathema. Eadem dicere mihi non est pigram, legentibus necessarium, quod semper humanus status in huius sæculi via fluctet; & alius in valle, alius in campis, alius moriatur in monte, nec in monte simpliciter, sed in montis monte, id est, in excelsio vertice. Cumq; nos Dei auxilio destitutos hostis inuaserit, duxeritq; captiuos, non desperemus salutem, sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri, vt vincamus, vbi victi fuimus; & eodem loco triumphemus, vbi fuimus ante captiui.

Num. 21.

Num. 33.

Num. 21.

Rom. 10.

1. Cor. 13.

Exod. 7.

1. Reg. 28.

Psalm. 123.

Psalm. 22.

Psalm. 30.

2. Cor. 4.

MANSIO XXXV. & XXXVI.
ET profecti de monte Or, castramentati sunt in Selmona ארמנה. Profecti quoque de Selmona, uenerunt in Phunon פון. Hæc duæ mansiones, tricesima quinta, & tricesima sexta, in ordine historiarum non inueniuntur: sed scriptum est pro eis: Egressi sunt de monte Or, per viam maris rubri, & circumierunt terram Edom. Ex quo ostenditur, in finibus atq; circumitu terræ Edom eas positas. Nec secundum morem legitur: Et profecti de monte Or, castramentati sunt in Selmona, siue in Phunon, sed post ambitum terræ Idumæorum venit ad extremum, & ait: Profecti filij Israel, castramentati sunt in Oboth. Nec dixit, profecti sunt de illo & illo loco, quia duas mansiones silentio prætermiserat: quas cum in supputatione tacuerit, reddit in summa. Prima mansio Selmona interpretatur imaguncula: Secunda Phunon, diminutiue os, ab ore non ab osse intellige. In his Aaron mortuo, murmurant contra Deum & Moysen, manna fastidiunt, à serpentibus vulnerantur: & in typum Saluatoris, qui verum antiquumq; serpentem in patibulo crucis triumphauit, diaboli venena superantur. Vnde & imaguncula, verè expressæq; imaginis filij Dei, Passionem eius intuens, conseruatur; & quod corde credit, ore pronunciat, legens illud Apostoli: Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. Simulq; nota quod vtraque mansio ἀποκατοπισμαὶς appellatur: quia ex parte videmus, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum videmus in ænigmatè.

MANSIO XXXVII.

PROFECTI de Phunon castramentati sunt in Oboth אבות. Tricesima septima mansio vertitur in magos siue phytones, vel secundum verba Helui, lagenas grandes, quæ cum musto plenæ fuerint, absq; spiramine illico dirumpuntur. Pugnaverunt magi contra Moysen & Aaron: & à muliere, quæ erat in Endor, & habebat iuxta Septuaginta interpretes spiritum phytoneum, iuxta Hebræos magum, regi Israelis illuditur. Multæ sunt præstigiæ, & innumerabiles laquei, quibus animæ capiuntur humana: sed nos dicamus, in Domino confidentes: Laqueus contritus est: & nos liberati sumus: Et si ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: Cadent à latere nostro mille, & decem millia à dextris nostris: nõ timebimus ab incurfu & dæmonio meridiano, sed obturabimus aures nostras, ne audiamus voces incantantium, & Sirenarum carmina negligamus. Post imaginem Dei, quæ in cordis ratione monstratur, & confessionem fidei, quæ ore profertur, confurgunt serpentes, & artes maleficæ ad bella nos prouocant. Sed nos, qui habemus pretiosissimum thesaurum in vasis fictilibus, quæ frangi possunt, ita vt quædam vix testa reman-

man-

manferit, in qua hauriri possit aqua pusillum, omni custodia circumdemus cor nostrum.

MANSIO XXXVII.

ET profecti de Oboth castrametati sunt in Ieabarim **עֹבוֹת** in finibus Moab. Tricesima octava mansio acruos lapidum transeuntium sonat. Sunt sancti lapides, qui voluntur super terram, leues, politi, & rotunditate sua rotarum curfibus similes. Sunt & alij, quos propheta iubet tolli de via, ne ambulantium in eos offendant pedes. Qui sunt isti ambulantes? vtrique viatores, & pratercuntes, qui per istud saeculum ad alias mansiones transire festinant. Quod autem dicitur in finibus Moab, & supra scriptum est, in solitudine, quae respicit Moab contra solis ortum: ostendit iuxta litteram, quod hucusque in finibus terrae Idumaeorum fuerint, & nunc veniant ad terminos Moab, de alia prouincia ad aliam transeuntes. Non enim semper vni virtuti dada est opera, sed sicut scriptum est, Ibunt de virtute in virtutem, de alia transeundum est ad aliam: quia haerent sibi, & inter se irae nexae sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat, & tamen, transire de alia ad aliam, eorum est proprie, qui solis iustitiae ortum considerant.

MANSIO XXXIX.

ET profecti de Ieabarim, siue, vt in secundo loco apud Hebraeos habes, **יְבֵרֵם** castrametati sunt in Dibon gad **דִּבּוֹן גַּד**. Tricesimanona mansio interpretatur, fortiter intellecta tentatio. Pro hac in ordine historiae aliter scriptum reperi. Postquam enim castrametati sunt in Ieabarim in finibus Moab contra ortum solis, legitur: Inde profecti sunt, & diuerterunt ad torrentem Zared. Et de hoc loco proficiscentes, castrametati sunt trans Arnon, quae est in solitudine finium Amorrhaei, eo quod Arnon in terminis sit Moabitarum & Amorrhaeorum: & post hoc venerunt ad puteum, vbi cecinit Israel carmen haec: Ascende putee, quem foderunt principes, & aperuerunt duces populorum in datore legum, & in baculo eius; & de solitudine in Marthana, & de Marthana ad torrentem Dei; & de torrente Dei ad excelsa, & de excelsis ad vallem, quae est in regione Moab in vertice Phasga, qui prospicit contra desertum. Haec loca in finibus Amorrhaeorum quidam interpretantes, putant non mansiones esse, sed transitus, nec praedudicare debere catalogo mansionum extra ordinariam expositionem. Alij autem spiritualibus spiritualia comparantes, nolunt regiones significari, sed per locorum nomina virtutum profectus esse; quod post magos & congregationem lapidum frequenter veniamus ad torrentem Zared; quod interpretatur aliena descensio, & in descensione positi, transeamus ad Arnon, quod maledictione sonat, quae est posita in finibus Amorrhaeorum, qui vel amari hostes sunt, vel multa loquuntur inflati. Sin autem transferimus terminos Moab, qui de incestu generatus est, & recessit a vero patre: statim nobis occurrit puteus, quem nemo de plebe fodit, nullus ignobilis, sed principes, & duces, qui iura dant populis; & canentes carnem in aqua putei, & in Dei muneribus gratulantes, prophetae quoque transiunt, ad quae peruenturi loca, quod scilicet de deserto veniant in Marthana, quod interpretatur donum, & de Marthana, ad Nahaliel, quod dicitur ad torrentes Dei, & de Nahaliel ad Bamoth, quae interpretatur excelsa, siue adueniens mors, quando conformes efficitur mortis Christi; & de Bamoth occurrit nobis vallis humilitatis, quae tamen posita est in vertice montis Phasga, qui interpretatur dolatus, quod nihil habeat informe & rude, sed artificis sit politus manu, qui mons respiciat solitudinem, quae

Hebraice dicitur Iesimon **יְשִׁימון**. Quando enim fuerimus in virtutum culmine constituti, tunc totius mundi ruinas, & omnium peccatorum respicimus vastitatem. Pene obliui sumus, currente oratione, dictare, quare Dibon gad interpretetur fortiter intellecta tentatio. Post Dibon gad geritur bellum contra Seon regem Amorrhaeorum, & Og regem Basan: & discimus, quod cum venerimus ad summum, & de fonte principum regumque biberimus, ascendentes ad montem Phasga, non debeamus eleuari in superbiam, si propositam nobis contrariam solitudinem nouerimus. Ante contritionem enim cleuatur cor viri, & ante gloriam humiliatur.

MANSIO XL.

ET profecti de Dibon gad, castrametati sunt in Almon diblathaiema **אֱלְמוֹן דִּבְלַתְהַיְמָא**. Quadragesima mansio vertitur in contemptum plagarum, siue opprobriorum. Et per hanc discimus, omnia dulcia & illecebras voluptatum in saeculo contemnendas, nec inebriari nos debere vino, in quo est luxuria. Mel non offertur in sacrificijs Dei: & cera, quae dulcia continet, non lucet in tabernaculo, sed oleum purissimum, quod de oliuae profertur amaritudine. Mel enim distillat a labijs mulieris meretricis: de quo puto iuxta mysticos intellectus gustasse Ionathan; & forte deprehensum, vix populi precibus liberatum. Quod autem opprobria contemnenda sint, & si falso obijciantur, beatitudinem pariant; Saluator plenissime docet.

MANSIO XLI.

PROFECTI de Almon diblathaiema, castrametati sunt in montibus Abarim **אֲבָרִים** contra faciem Nabo. Quadragesima prima mansio vertitur in montes transeuntium: & est contra faciem montis Nabo, vbi moritur & sepelitur Moyses, terra repromissionis ante conspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex: & non inuenitur eius memoria. Porro gratia euangelij abique villo sine tenditur. In omnem terram exiit sonus eius, & in fines orbis terrae verba ipsius. Simulque considera, quod habitatio transeuntium in muntibus sita sit, & adhuc profectu indigeat, post montes enim plurimos ad campestria Moab & Iordanis fluenta descendimus, qui interpretatur descensio. Nihil enim, vt crebro diximus, tam periculosum est, quam gloriae cupiditas, & iactantia, & animus conscientia virtutum tumens.

MANSIO XLII.

ET profecti de montibus Abarim, castrametati sunt in campestribus Moab **מִדְבָּר** super Iordanem iuxta Hiericho, ibique fixerunt tentoria. Ab domo solitudinis vsque Abel sitim **אֵבֶל שִׁטִּים** in planitie Moab. In quadragesima secunda, quae & extrema mansio est, cursum, quae sint gesta, narremus. Residens in ea populus a diuino Balaam, quem mercede conduxerat Balach filius Sefhor, Dei iussione benedicitur: & maledictio mutatur in laudes: audit vocem Domini ex prophano ore resonantem: Orietur stella ex Iacob: & consurget homo de Israel: & percutiet principes Moab, & vastabit cunctos filios Seth: & erit Edom haereditas eius. Fornicatur cum filiabus Madian: & Phinees filius Eleazar zelatus est zelum Domini, Zambri, & scortum Madianitidem pugione transigit: vnde & accepit premium in aeternam memoriam, armum victimae. Numeratur rursus populus, numeratur & leuitae, vt interfectis pessimis, nouus populus Dei censeatur. Interpellant quinque filiae Salphaad, & ex iudicio Domini, hereditate accipiunt: vt inter fratres suos nec femineus a posses-

Num. 33.

Zach. 9.

Hier. 50.

Psal. 83.

Num. 33.

Num. 21.

1. Cor. 11.

Num. 21.

Pro. 19.

Eph. 5.
Leuit. 24.
Exod. 25.

Pro. 5.

1. Reg. 14.

Deut. 34.

Psal. 118.

Num. 33.
Num. 21.

Num. 22.

Num. 24.

Num. 25.

Num. 26.

Num. 27.

Num. 28. 29. possessione Dei sexus excludatur. Iesus Moyſi in monte ſuccedit, & diſcit à lege, quæ ſpiritualiter offerre debeat in eccleſia, primum quid per ſingulos dies, deinde quid ſabbato, quid in kalendis, quid in paſcha, quid in pentecoſte, quid in neomenia menſis ſeptimi, quid in ieiunio eiufdem menſis die decimo, quid in Scenopegia, quando figuratur tabernacula, decimaquinta die ſupradicti menſis. Vxorum & filiarum vota abſque auctoritate patrum & virorum caſſa memorantur: bellum contra Madianitas, & mors diuini Balaam, & prædæ diuiſio, & oblatio ex ea in tabernaculo Dei. Primi Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſe, vltra Iordanem in eremo poſſeſſionem accipiunt, plurima enim habebant iumenta, & necdum ad id venerant, vt poſſent habitare cum templo. Docetur populus, vt in terra ſancta idola deſtruat, & nullus de priori habitatore ſeruetur. Deſcribitur olim cupita prouincia, duarum femis tribuum hæreditas ſeparatur. Numerantur tribuū principes, qui terrâ ſanctâ debeant introire. Quadraginta duas vrbes cum ſuburbanis ſuis vſque ad mille paſſus per circuitum leuitæ accipiunt, tot numero, quot & iſtæ ſunt manſiones. Et adduntur fugitiuorum ſex alię ciuitates, tres intra Iordanem, & tres trans Iordanem, vt ſint ſimul quadraginta octo. Qui fugitiuorū ſuſcipi, qui interfici debeant, qui vſque ad mortem pontificis maximi reſeruari. Succedit Deuteronomium ſecunda lex, mediatorum euangelij, ibique breuiter diſcimus, quæ inter Pharam, & Tophel, & Laban, & Hazeroth, & loca aurea, abiecto Iuda infeliciffimo, vndecim dierum via de Horeb, per viam montis Seir, vſque ad Cades barne Moyſes populo ſit locutus, & extremū canat canticum, in quo apertiffimè ſynagoga projicitur, & Eccleſia Domino copulatur. Impinguarus eſt, & increſſatus, ac dilatatus, & recalcitrauit dilectus, & oblitus eſt Dei Saluatoris ſui. Et iterum: Generatio peſſima: filij inerediti, ipſi ad æmulationem me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus. Irritauerunt me in ſculptilibus ſuis: & ego zelare hos faciam nationes, & contra gentem ſtultam irritabo eos. Benedicuntur filij Iſrael. Et rurfus in Symeone Iudas miſerandus excluditur. Aſcendit Moyſes ad montem Nabo, in vertice Phaſga, qui eſt contra Hiericho: & oſtendit ei Dominus omnem terram Galaad vſq; ad Dan & Neptalim & Ephraim & Manaſſen, & vniuerſam terram Iuda, vſque ad mare magnum contra auiſtrum, & regionem campeſtrem Hierichontis, ciuitatis palmarū, vſque Segor. Quis poteſt tanta noſſe myſteria? Qui in extremis legis & huius vitæ ſinibus conſtitutus intelligit ſemper ſibi eſſe pugandum, & tunc plenam victoriam dari, ſi fuerit in campeſtribus, ſi in Abel haſtitim fuerit antiqua peccata, & ſpinas, quæ ſuffocauerunt ſementē verbi Dei, & de quibus propheta dicit: Verſatus ſum in miſeria, dum mihi conſigitur ſpina: & tunc præparatus, deſiciente manna, ſub duce Ieſu Iordanem tranſeat: & circumciſus cultro euangelij, primum comedat de cæleſti pane: & occurrat ei princeps exercituum Dei, vt verum paſcha nequaquam in Agypto, ſed in ſinibus terræ ſanctæ comedat? O profundum diuitiarum ſapientię & ſcientię Dei, quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ illius. Quis ſapiens & intelligit hæc? intelligens, & cognosceat ea? Quia rectæ viæ Domini: & iuſti ambulabunt in eis. Præuaricatores autem corruent in illis.

Marc. 4.
Luc. 8.
Pſal. 37.
Ier. 5.

Rom. 11.

HIERONYMVS AD FABIOLAM DE VESTITV SACERDOTVM.

EPISTOLA CXXVIII.

ARGVMENTVM.

EXPLICATIS initio in ſpiritualē ſenſum, quæ de victimarum partibus ſancita, enarratiq; eodem modo legibus, quæ ſummis ſacerdotibus veteri in lege præſcriptæ erant, ſingulas veſtium ſpecies, quibus tam maiores, quàm minores eius temporis Pontifices vterentur, myſticè ad animarum profectum, doctè, eleganterq; exponit.



VSOVE hodie in lectione veteris testamenti super faciem Moyſi velamen poſitum eſt. Loquitur gloriſicato vultu, & populus loquentis gloriam ſeu non ſuſtinet.

Cum autem conuerſi fuerimus ad Dominum, auferitur velamen, occidens littera moritur, viuificans ſpiritus ſuſcitur. Dominus enim ſpiritus eſt, & lex ſpiritualis, Vnde & David orabat in pſalmo: Reucla oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Nunquid de bubus cura eſt Deo? Vtiq; non. Multo magis de iecore bouis, arietis, & hircorum & armo dextro, pectusculo, & ventre, quo ſtercora digerantur: quorum duo in eſum accipiunt ſacerdotes: tertium Phinees meretur in præmium. De victimis ſalutaribus, ad epeſ, quo pectus obuoluitur, & pinula iecoris offeruntur ſuper altare: ipſum verò pectus & brachium dextrum datur Aaron & filijs eius legitimum ſempiternum à filijs Iſrael. Senſus in corde eſt, habitaculum cordis in pectore. Quæritur vbi ſit animę principale. Plato, in cerebro, Chriſtus monſtrat in corde: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et de corde procedunt cogitationes malæ. Et quid cogitatis nequam in cordibus veſtris? Voluptas, & concupiſcentia, iuxta eos, qui de phyſicis diſputant, conſiſit in iecore. Huius pinnulam in diuerſa volitantem, & per oculorum feneftras erumpentem foras, offerunt ſacerdotes Deo: vt poſtquam opere dixerint Deo, holocaustum tuum pingue fiat; & concupiſcentiam, libidinis ſeminarium, igni ſpiritus concremauerint; mereantur accipere præmium, pectus, & brachium. In pectore mundas cogitationes, legis notitiam, dogmatum veritatem. In brachio bona opera, & pugnam cõtra diabolum, & armatam manum: vt quod mente conceperint, exemplo probent. Ieſus enim cœpit facere, & docere. Ipſum quoq; pectusculum appellatur *עֵוֶל דֵּפְמָא*, id eſt, additamentum, ſiue præcipuum & egregium: *מִנְיָן תֵּנֻפְהָ* quippe hoc magis ſonat. Ex quo intelligimus iuxta illud Malachiæ: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius: præcipuum debere eſſe in ſacerdotibus legis doctrinæq; notitiam; & additamento gratiæ ſpiritualis, talem virum inſtitui, qui poſſit contradicentibus reſiſtere: & nihil in ſe ſiniftri habere operis, quod ducat ad tartarum; ſed dextrum brachium & ſeparatum, vt opera ſacerdotis, comparatione virtutum eius, à cunctis hominibus ſeparata ſint. Hæc de victimis, & ijs, quæ offeruntur in altari, & quæ ſacerdotibus dantur à Domino. Cæterum & alia tria, exceptis primitijs hoſtiarum, & de priuato, & de macello publico, vbi non religio, ſed victus neceſſitas eſt, ſacerdotibus membra tribuuntur, brachium, maxilla, & venter. De brachio iam diximus. Maxilla eloquentem, eruditumq; ſignificat; vt quod pectore concipimus, ore promamus. Venter, receptaculum ciborum, in ſcorto Madianitide ſacerdotali pugione confixus, vniuerſos hominum labores, momentanea

2. Cor. 1.
Exod. 34.

Pſal. 118

1. Cor. 9.
Exod. 29.

Num. 15.

Leuit. 7.

Math. 5.

Leuit. 1.
Pſal. 19.

Leuit. 9.

Ad. 1.
Leuit. 1.

Malac. 2.

Tit. 1.

Num. 23.

blandimenta gula, stercoreis sine condemnat, & ostēdit mētibus consecratis Deo; totum, quod curamus, quod voramus, in secessum proiici. Vnde Apostolus, Escæ, inquit, ventri, & venter escis: Deus autem & hunc, & illas destruet. Et econtrario de luxuriosis: Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum. Vituli puluerem, quem adorauerat Israēl, in contemptum superstitionis in porum accepit populus; vt discat contemnere, quod in secessum proiici viderat. Præcipitur sacerdotibus, ne ministraturi in templo, vinum & siceram bibāt; ne ebrietas & crapula & curis huius vitæ prægraentur corda eorum; nec partē habeāt in terra, nisi solum Deum, vt nulla debilitate insignes sint: ne trūcis auribus, læso oculo, fimis naribus, claudo pede, cutis colore mutato: quæ omnia referuntur an animæ vitia. Voluntas enim in homine, non natura, damnatur. Si quis è sacerdotibus femine fluxerit, ad sacerdotalem mensam prohibetur accedere: & econtrario vidua, cuius cū Sara defecerunt muliebra, propter continentiam & castitatem recipitur in domum patris, & de templi ærario alitur. Quod si filios habuerit, redditur sobolibus suæ, vt iuxta Apostolum, ijs ministreretur, quæ verè viduæ sunt, & vt quæ de sacerdotalibus sustentatur cibis, nullius alterius amore teneatur. Vicinus & mercenarius excluduntur à conuiuio sacerdotum; feruis ciborum reliquiæ conceduntur. Iam tunc rejiciebantur Phygelus, & Hermogenes, & recipiebatur Onesimus. Primitiæ ciborum, & omnium frugum, atque pomorum offeruntur antistiti: vt habens victum, atque vestitum, absque vilo impedimento securus & liber seruiat Domino. Primogenita mundorum animalium accipiunt sacerdotes, im mundorum pretia. Hominum quoq; primi partus redimuntur: & quia conditio vna nascendi est, pretium æqualiter offertur, sic moderatū, & leue, vt nec diues intumescat, nec tenuis prægrauetur. Edicti, & ianitores accipiunt decimas; & rursum decimas decimarum offerunt sacerdotibus, tanto illis minores, quanto ipsi maiores populo. Quadraginta octo ciuitates ad habitandum leuitis & sacerdotibus separantur: sex vrbes fugitiuorum trans Iordanem & intra Iordanem eliguntur: & finis exilij, mors pontificis est. Vniuersa, quæ festinus sermo perstrinxit, & quorum pulsauit nec aperui sacramenta, ad cunctos pertinent sacerdotes. Pontifex autem quantis polleat priuilegijs, dicam breuiter. Caput, inquit, suum non discooperiet. Habet cidarim, & nomen Dei portat in fronte: diademate ornatus est regio: ad perfectā Christi venit ætatem: semper eius gloria protegens est: & vestimenta sua nō scindet, quia candida sunt, quia impolluta, quia agnum sequentia, & de attonsa ouis confecta velleribus. Thamar, amissa pudicitia, scidit tunicam. Caiphæ, perditō sacerdotio, rupit publicè vestimenta. Super omnem animam, quæ mortua est, non ingreditur. Vbi cumque peccatum est, & in peccato mors, illuc pontifex non accedit. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quamuis ille sit diues, quamuis potens, & multitudinem offerat victimarū, si mortuus est, non tangitur à pontifice, nō videtur. Quod si reuiuiscit, & ad vocem Saluatoris egreditur de sepulcro, & fascijs peccatorū solutus incedit, intrabit ad eū pontifex, & ibi faciet mansionem, & cum resurgente prandebit. Super patre suo & matre sua nō inquinabit. Multa nos facere cogit affectus, & dū propinquitatē respicimus corporū, & corporis & animæ offendimus creatorem. Qui amat patrē, aut matrem super Christum, non est eo dignus. Discipulus, ad sepulturam patris

Luc. 8.

1. Cor. 6
Philip. 3

Ezod. 32.

Leuit. 10
Luc. 11.Num. 18.
Leuit. 21.

Leuit. 22.

1. Tim. 5.

Leuit. 22.

Num. 5. 18

Num. 18.

Num. 18.

Num. 35.

Leuit. 21.
Ezod. 28.Gen. 38.
Math. 26.
Leuit. 21.

Ezech. 18.

Ioan. 11.
12.

Leuit. 21.

Math. 10.

1. Petr. 2.

Gen. 39.
Marc. 14.Leuit. 27.
Math. 23.

Tit. 2.

Gal. 3.

Luc. 20.

Leuit. 25.

Psal. 109.
Zach. 3.

Math. 5.

Leuit. 24.

animam,

animam, quæ non habet maculam, neque rugam, quæ cum Christo renata innouatur de die in diem, de qua Apostolus loquitur: Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Nolo discipulam coniugem pontificis quidquam habere de veteri homine. Si conturreximus cum Christo, ea quæ sursum sunt, sapiamus, præteritorum obliui, futurorum auidi. Infelix Simon, quia post baptismum de antiquo matrimonio cogitabat, nec ad virginalem venerat puritatem, Petri cõsortio indignus fuit. Compulisti me, Fabiola, litteris tuis, vt de Aaron tibi sacerdotio scriberem, & vestimentis: ego plus obtuli, vt de cibis, & primitiis sacerdotum, & de obseruatione pontificis præfatiunculam struerem. Egressa de Sodomis, & ad montana festinans, non vis habitare in parua vrbe Segor. transcendens profelytos, præteris Israelitas: dimittens leuiticum gradum, & præpete penna tranfvolans sacerdotes, ad pontificem venis. sed dum vestes eius, & rationale pectoris diligenter inquiris, nostra tibi displicere consortia. Et tu quidem optato frueris otio; & iuxta Babylonem Berthehemitica forsitan rura suspiras. Nos in Ephrata, tandem pace reddita, vagientem de præsepi audimus infantem; & querimonias eius, ac voculas, ad tuas aures cupimus peruenire. Legimus in Exodo, tabernaculum, mensam, candelabrum, altare, columnas, tentoria, coccum, byssum, hiacynthum, purpuram, ex auro, argento, ære, vasa diuersa, tabernaculum diuisum in tria, duodecim panes per singulas hebdomadas mensæ impositos, in candelabro septem lucernas, altare hostiis holocaustisque expositum, crateras, scyphos, thuribula, phyalas, mortariola, paxillos, pelles rubras, pilos caprarum & ligna imputribilia. Tanta & talia offeruntur in tabernaculo Dei, vt nullus desperet salutem. Alius aurum sensuum, alius argentum eloquii, alius vocem æris exhibeat. Totus mundus in tabernaculi describitur sacramento. Primum & secundum vestibulum omnibus patet. Aqua enim & terra cunctis mortalibus data sunt. In sanctis verò sanctorum, quasi ad æthera & in cœlum, paucorum introitus & volatus est. Duodecim panes, duodecim mensium significant circulum. Septem lucernæ, septem errantia astra demonstrant. Et ne longum faciam, (nequæ enim propositum mihi nunc est de tabernaculo scribere) veniam ad sacerdotalia vestimenta: & antequam mysticam scruter intelligentiam, more Iudaico, quæ scripta sunt, simpliciter exponam: vt postquam vestitum videris sacerdotem, & oculis tuis omnis eius patuerit ornatus, tunc singulorum causas pariter exquiramus. Dicamus primum communes sacerdotum vestes, atque pontificum. Lineis feminalibus, quæ vsque ad genua, & poplites veniunt, verenda cœlantur: & superior pars sub vmbilico vehementer adstringitur: vt si quando expediti maestant victimas, tauros & arietes trahunt, portantque onera, & in officio ministrandi sunt, etiam si lapsi fuerint, & femora reuelauerint, non pateat quod opertum est. Inde & gradus altaris prohibentur fieri, ne inferior populus ascendentiæ verenda conspiciat: vocaturque lingua Hebræa hoc genus vestimentum *מִיכְנֶסֶת* michneset, Græcè *περικνησθῆς*, à nostris feminalia, vel brachæ vsque ad genua pertingentes. Refert Iosephus (nam ætate eius adhuc templum stabat, & necdum Vespasianus & Titus Hierosolymam subuerterant: & erat ipse de genere sacerdotali: multo que plus intelligitur, quod oculis videtur, quàm quod aure percipitur) hæc feminalia de bysso retorta ob fortitudinem solere cœtexi, & postquam incisa fuerint, acu cõsui: non enim

posse in tela huiuscemodi fieri. Secunda ex lino tunica est *αὐδὴ ἵμης*, id est, talaris, duplici sindone, quam & ipsam Iosephus byssinam vocat, appellaturque *כִּתְרוֹן* chetonet, id est *χίτων*, quod Hebræo sermone in lineam vertitur. Hæc adhæret corpori, & tam arcta est, & strictis manicis, vt nulla omnino in veste sit ruga, & vsque ad crura descendat. Volo pro legentis facilitate abuti sermone vulgato. Solent militantes habere lineas, quas camisas vocant, sic aptas membris, & adstrictas corporibus, vt expediti sint vel ad cursum, vel ad prælia, dirigere iacula, tenere clypeum, ensẽ librare, & quocumque necessitas traxerit. Ergo & sacerdotes, parati in ministeriũ Dei, vtuntur hac tunica, vt habentes pulchritudinem vestimentorum, nudorum celeritate discurrant.

Tertium genus est vestimenti, quod illi appellant *מִצְנֵפֶת* abnet, nos cingulum, vel balthœum, vel zonam possumus dicere, Babylonij nouo vocabulo *חֲמִינִין* hemeianin vocant. diuersa vocabula ponimus, ne quis erret in nomine. Hoc cingulum in similitudinem pellis colubri, qua exiit senectutem, sic in rotundum textum est, vt marsupium longius putes. Textum est autem subtegmine cocci, purpuræ, hiacynthi, & stamine byssino, ob decorem, & fortitudinem, atque ita polymita arte distinctum, vt diuersos flores ac gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. Lineam tunicam, de qua supra diximus, inter vmbilicum & pectus hoc stringunt balthœo; qui quattuor digitorum habens latitudinem, & ex vna parte ad crura dependens, cum ad sacrificia cursu, & expeditione opus est, in læuum humerum retorquetur. Quartum genus est vestimenti, rotundum pileolum, quale pictum in Vlyssæo conspicimus, quasi sphaera media sit diuisa, & pars vna ponatur in capite: hoc Græci & nostri *τιάραν*, nonnulli galerum vocant, Hebræi *מִצְנֵפֶת* miznepheth: non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comam caput tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio vitta cõstrictum est, vt non facile labatur ex capite. est autem byssinum, & sic fabre opertum linteolo, vt nulla acus vestigia extrinsecus appareant. His quattuor vestimentis, id est feminalibus, tunica linea, cingulo, quod purpura, cocco, bysso, hiacyntho que contextitur, & pileo, de quo nunc diximus, tam sacerdotes, quàm pontifices vtuntur. Reliqua quattuor proprie pontificum sunt, quorum primum est meil, *מֵיָל*, id est tunica talaris, tota hiacynthina, ex lateribus eiusdem coloris astutas habens manicas, & in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgò capitulum vocant, oris firmissimis ex se textis, ne facile rumpatur. In extre- Exod. 28.
ma parte, id est ad pedes, septuaginta duo sunt tintinnabula, & totidem mala punica, iisdem contexta coloribus, vt supra cingulum. Inter duo tintinnabula vnum malum est: inter duo mala vnum tintinnabulum, vt alterutrum sibi media sint: causaque redditur. iccirco tintinnabula vesti apposta sunt, vt cum ingreditur pontifex in Sancta sanctorum, totus vocalis incedat, statim moriturus, si hoc non fecerit. Sextum est vestimentum, quod Hebraica lingua dicitur ephod, *אֶפְדֹּד*, Septuaginta *ἐπιπράμινα*, id est, superhumeralẽ appellant. Aquila *ἐπιπράμινα*, nos ephod suo ponimus nomine. Etybicumque in exodo, siue in Leuitico superhumeralẽ legitur, sciamus apud Hebræos ephod appellari, hoc autem esse pontificis vestimentum, & in quadam epistola scripsisse me meminisse; & omnis scriptura testatur sacrum quiddam esse, & solis conueniens pontificibus. Nec statim illud occurrat, quod Samuel, qui leuita fuit, scribitur

2. Cor. 17.

Col. 3.

Gen. 19.

Exod. 15.
26. 27.

Exod. 28

Exod. 40.

Exod. 11.
19.

scribitur in Regnorum primo libro, habuisse etates adhuc paruulæ *בָּרַ עֶפְרוֹד* ephod bad, id est, superhumeralē lineum: cum Dauid quoque ante arcam Domini idem portasse referatur, aliud est enim ex quatuor supradictis coloribus, id est, hiacyntho, bysso, cocco, purpura, & ex auro habere contextū: aliud, in similitudinem sacerdotum simplex, & lineum. Auri lamina, id est, bractea, mira tenuitate tenduntur; ex quibus secta fila torquētur, cum sub tegmine trium colorum, hiacynthi, cocci, purpuræ, & cum stamine byssino, & efficitur palliolum miræ pulchritudinis, perstringens fulgore oculos in modum caracallarum, sed absque oculis. Contra pectus nihil contextum est, & locus futuro rationali derelictus. In utroque humero habet singulos lapides, clausos, & adstrictos auro, qui Hebraicè dicuntur *סֹמ*; *סֹמ*, ab Aquila, & Symmacho, & Theodotione onychini, à Septuaginta smaragdi transferuntur: Iosephus sardonias vocat, cum Hebræo Aquilæque consentiens: ut vel colorem lapidum, vel patriam demonstraret. Et in singulis lapidibus sena patriarcharum nomina sunt, quibus Israëliticus populus diuiditur. In dextro humero maiores filij Iacob, in læuo minores scripti sunt: ut pontifex, ingrediens Sancta sanctorum, nomina populi, pro quo rogaturus est Dominum, portet in humeris. Septimum vestimentum est mensura paruum, sed cunctis supradictis sacratius. Intende, quæso, animum, ut quæ dicuntur intelligas. Hebraicè vocatur *חֹשֶׁן יָוֵן*, Græcè autem *λογιον*, nos rationale possumus appellare, ut ex ipso statim nomine scias mysticum esse, quod dicitur. Pannus est breuis ex auro, & quatuor textus coloribus, hoc est, iisdem, quibus & superhumeralē, habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facile rumpatur. Intexti sunt enim ei duodecim lapides miræ magnitudinis atque pretij, per quatuor ordines, ita ut in singulis versiculis terni lapides collocentur. In primo ordine sardius, topazius, smaragdus ponitur. Symmachus dissentit in smaragdo; ceratium pro eo transferens. in secundo carbunculus, saphyrus, iaspis. in tertio lyncurius, achates, amethystus. In quarto chrysolitus, onychinus, beryllus. Satisque miror, cur hiacynthus, pretiosissimus lapis, horum numero non ponatur: nisi forte ipse est alio nomine lyncurius. Scrutans eos, qui de lapidum atque gemmarum scribere naturæ, lyncurium inuenire non potuit. In singulis lapidibus secundum ætates duodecim tribuum sculpta sunt nomina. Hos lapides in diademate principis Tyri, & in Apocalypsi Ioannis legimus, de quibus extruitur cælestis Hierusalem: & sub horum nominibus, & specie, virtutum vel ordo, vel diuersitas indicatur. Per quatuor rationalis angulos, quatuor annuli sunt aurei, habentes contra se in superhumerali alios quatuor: ut eum appositum fuerit *λογιον*, in loco, quem in ephod diximus derelictum, anulus veniat contra anulum, & mutuo sibi vittis copulenter hiacynthinis. Porro, ne magnitudo & pondus lapidum contexta stamina rumpere, auro ligati sunt, atque conclusi: nec suffecit hoc ad firmitatem, nisi & catenæ ex auro fierent, quæ ob pulchritudinem fistulis aureis tegeantur, habentque & in rationali supra duos maiores anulos, qui vncinis superhumeralis aureis necerentur, & deorsum alios duos: nam post tergum in superhumerali contra pectus & stomachum, ex utroque latere erant anuli aurei, qui catenis cum rationali inferioribus anulis iungebantur: atque ita fiebat, ut adstringeretur a rationale superhumerali, & superhumeralē rationali, ut vna textura contra videtibus puta-

retur. Octaua est lamina aurea, id est, fistula Zahab *זָהָב*, in qua scriptum est nomen Dei Hebraicè quattuor litteris, iod, *י*, he, *ה*; *ו*, vau, *ו*, he, quod apud illos ineffabile nuncupatur. Hæc super pileolum lineum & commune omnium sacerdotum, in pontifice plus additur, ut in fronte vitta hiacynthina constringatur, totamque pontificis pulchritudinem, Dei vocabulum coronet, & protegat. Didicimus, quæ vel communia cum sacerdotibus, vel quæ specialia pontificis vestimenta sint: & si tanta difficultas fuit in vasis fictilibus, quanta maiestas erit in thesauro, qui intrinsecus latet? Dicamus igitur prius, quod ab Hebræis accepimus: & iuxta morem nostrum, spiritualis postea intelligentiæ vela pandamus. Quattuor colores ad quattuor elementa referuntur, ex quibus vniuersa subsistunt: Byssus terræ depuratur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur. Hiacynthus aeri, propter coloris similitudinem. Coccus igni & ætheri; qui Hebraicè *נֶפֶשׁ* senu appellatur: quod Aquila *דֵּי אֶשׁוּר*, Symmachus *דֵּי אֶשׁוּר* interpretatus est. Pro cocco, iuxta Latinum eloquium; apud Hebræos *תֵּלֵינִי*, id est, vermiculus scribitur: & iustum esse commemorant, ut pontifex creatoris non solum pro Israel, sed & pro vniuerso mundo roget: siquidem ex terra, & aqua, & aere, & igne mundus iste consistit: & hæc elementa sint omnium. Vnde primum vestimentum lineum, terram significat: secundum hiacynthinum, aerem in colore demonstrans: quia de terrenis paulatim ad excelsa suffollitur: & ipsa vestis hiacynthina à capite usque ad talos veniens, indicat aerem de cælis usque ad terram suffum: Mala autem punica & tintinabula in inferioribus posita, fulgura tonitruaq; demonstrant, siue terram, & aquam, & omnium elementorum inter se consonantiam, & sic sibi vniuersa perplexa, ut in singulis omnia reperiantur. Quod autem supradicti colores auro intexti sunt, id significari volunt, quod vitalis calor, & diuini sensus prouidentia, vniuersa penetret. Superhumeralē & duos lapides, vel smaragdinos, vel onychinos, qui desuper sunt, & vtrumque humerum tegunt, duo hemisphæria interpretantur; quorum aliud super terram, aliud sub terra sit, siue solem, & lunam, quæ desuper rutilant. Zonam illam, qua sacerdotis pectus artatur, & linea tunica, id est, terra constingitur, interpretantur oceanum. Rationale in medio positum, terram edisserunt: quæ instar puncti, licet omnia in se habeat, tamen à cunctis vallatur elementis. Duodecim lapides vel zodiacum interpretantur circulum, vel duodecim menses: & singulis versiculis, singula assignant tempora, & his ternos deputant menses. Nec alicui gentilis videatur expositio. Non enim; si cælestia & Dei dispositio nem, idolorum nominibus infamarunt; iccirco Dei est neganda prouidentia, quæ cetera lege currit, & fertur, & regit omnia. Nam & in Iob, Arcturum, *יֶסֶד*, & Orionem, & *מַזְלוֹת* mazoloth, hoc est, zodiacum circulum, & cætera astrorum nomina legimus: non quod eadem apud Hebræos vocabula sint; sed quod nos non possumus, quæ dicuntur, nisi consuetis vocibus intelligere. Pulchrè autem hoc ipsum, quod in medio est, appellatur rationale. Ratione enim cuncta sunt plena; & terrena hærent cælestibus; immo ratio terrenorum & temporum, calor, & frigiditas, & duplex inter utraq; temperies, de cali cursu & ratione descendit. Vnde & rationale, cum ephod fortius stringitur. Porro, quod dicitur in ipso rationali *דְּלֹוֹת* esse, & *דְּלֹוֹת* id est, manifestatio, atq; doctrina, vel veritas, hoc ipsum significat, quod nunquam in Dei ratione mendacium sit; sed & ipsa veritas multis signis

Exod. 28.

Ezech.
Apoc.

Iob. 9.

signis & argumentis monstretur hominibus, & vsq; ad mortales veniat. Vnde factum est, vt rationem solis, & lunæ, & anni, & mensium, & temporum, & horarum, tempestatum quoq; serenitatis, atque ventorum, & rerum omnium nosceremus, accipientes inquit à Deo sapientiam, & ipso habitatore, atque doctore, domicilij sui nobis & fabricæ scientiam demonstrante. Super omnia ciddaris & vitæ hiacynthina cælum monstrat: & auri lamina, quæ in fronte pontificis est, inscriptumque nomen Dei, vniuersa, quæ subter sunt, Dei arbitrio gubernari. Id ipsum ego puto sub alijs nominibus & in Cherubim & quattuor animalibus figuratum, quæ ita sibi permixta sunt, & hærent, vt in vno inueniantur & cætera; & quod instanter, & ante se vadant, & non reuertantur. Labuntur enim tempora, & præterita iniquentia, ad futura festinant. Quod autem semper in motu sunt, illud significant, quod & philosophi inspicantur, currere mundum suo ordine, & incessabiliter velut rotâ in suo axe torquenti, vnde & rota in rota, id est, tempus in tempore, & annus in semetipsum reuoluitur: & ipsæ rotæ eleuantur ad cælum, & super crystallum thronum ex sapphyro est, & super thronum similitudo sedentis: cuius inferiora ignea sunt, superiora electrina: vt demonstret, quæ inferiora sunt, igne & purgatione indigere; quæ sursum, in cõditionis suæ puritate persistere. Et quo modo hic in habitu sacerdotis, auri lamina est desuper: ita in Ezechiele electrum in pectore, & in vertice collocatur. Iustum ergo erat, sicut supra ex parte diximus, vt pontifex Dei, creaturarum omnium typum portans in vestibus suis, indicaret cuncta indigere misericordia Dei; & cum sacrificaret ei, expiaretur vniuersalis conditio, vt non pro liberis, ac parentibus, & propinquis, sed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur. Tetigimus expositionem Hebraicam, & infinitam sensuum siluam alteri tempori reseruantem, quædam futuræ domus strauimus fundamenta. De feminalibus lineis hoc solent dicere, ratio feminum & generationis ad carnem pertinens, terræ per ea deputatur. Vnde & ad Adam loquitur Deus: Terra es, & in terram ibis. Causa quoque huius rei, quo modo de paruulo femine & foedissimis iniurijs tanta vel hominum, vel diuersarum rerum pulchritudo nascatur, esse obuolutas, & humanis oculis non patere. Legimus in Leuitico iuxta præceptum Dei Moysen lauisse Aaron, & filios eius, iam tunc purgationem mundi & rerum omnium sanctitatem, baptismi sacramenta signabant. Non accipiunt vestes, nisi lotis prius sordibus: nec ornantur ad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur. Vinum enim nouum in nouis vtribus mittitur. Quod autem Moyses lauat, legis indicium est. Habent Moysen, & prophetas, ipsos audiant. Et ab Adam vsque ad Moysen, omnes peccauerunt. Præceptis Dei laudati sumus, & cum parati ad indumentum Christi tunicas pelliceas deposuerimus, tunc induemur veste lineæ, nihil in se mortis habente, sed tota candida: vt de baptismo confurgentes, cingamus lumbos in veritate, & tota pristinorum peccatorum turpitudine celetur. Vnde & David: Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Post feminalia & lineam tunicam induimur hiacynthino vestimento, & incipimus de terrenis ad alta conscendere. Hæc ipsa hiacynthina tunica à Septuaginta *ἡ ποδὸν ἔχει*, id est, subucula nominatur, & proprie pontificis est, significatque rationem sublimium non patere omnibus, sed maioribus, atque perfectis. Hanc habuerunt Moyses, & Aaron, & prophetæ, & omnes, quibus dicitur: In montem

excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Nec sufficit nobis priorum ablutio peccatorum, baptismi gratia, doctrina secretior, nisi habuerimus & opera. Vnde iugitur & ephod, id est, superhumeralis, quod rationali copulatur: vt non sit laxum, neq; dissolutum, sed hæreant sibi inuicem & auxilio sint. Ratio enim operibus, & opera ratione indigent, vt quod mente percipimus, opere perpetremus. Duoque lapides in superhumerali vel Christum significant, & Ecclesiam duodecim apostolorum, qui ad prædicationem missi sunt, nomina continentem; vel litteram, & spiritum, in quibus continentur legis vniuersa mylteria. In dextra spiritus, in læua littera est, per litteras ad verba descendimus, per verba venimus ad sensum. Quam pulcher ordo; & ex ipso habitu sacramenta demonstrans. In humeris opera sunt, in pectore ratio, vnde & pectusculum comedunt sacerdotes. Hoc autem rationale duplex est, apertum, & absconditum, simplex, & mysticum, duodecim in se lapides habens, & quattuor ordines; quæ quattuor puto esse virtutes, prudentiam, fortitudinem, iustitiam, & temperantiam, quæ sibi hærent inuicem: & dum mutuo miscentur, duodenarium efficiunt numerum; vel quattuor animalia, quæ in Apocalypsi describuntur plena oculis; & Domini luce radiantia mundum illuminant. In vno quattuor, & in quattuor singula, vnde & *δύναμις*, & *ἀλήθεια*, id est, manifestatio, vel doctrina, & veritas in pectore sacerdotis est. Cum enim indutus quis fuerit veste multiplici; consequens est, veritatem, quam corde retinet, sermone profere; & ob id in rationali veritas est, id est, scientia, vt nouerit quæ docenda sint; & manifestatio, atque doctrina, vt possit instruere alios, quod mente concepit. Vbi sunt, qui innocentiam sacerdoti dicunt posse sufficere? Vetus lex nouæ congruit: id ipsum Moyses, quod Apostolus. Ille sacerdotis scientiam ornat in vestibus: iste Timotheum, & Titum instruit disciplinis. Sed & ipse vestimentorum ordo præcipuus. Legamus Leuiticum. Non prius rationale, & sic superhumeralis, sed ante superhumeralis, & deinceps rationale. A mandatis tuis, inquit, intellexit: prius faciamus, & sic doceamus: ne doctrinæ auctoritas cassis operibus destruat. Hoc est, quod in propheta legimus: Seminate vobis in iustitia, & metite fructum vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ. Primum seminate in iustitia, & fructum vitæ æternæ metite: postea vobis scientiam vindicate. Nec statim absoluta perfectio est, si quis superhumeralis & rationale habeat, nisi hæc ipsa inter se forti compagine solidentur, & sibi inuicem connexa sint: vt & operatio rationi, & ratio operibus hæreat; & his præcedentibus, doctrina sequatur, & veritas. Quattuor elementa, de quibus supra diximus, & duos lapides, vel onychinos, vel smaragdinos, & gemmas duodecim, quæ ponuntur in rationali, si esset tempus, vt discuterem, singulorum naturas & causas tibi exponerem; & quid vnusquisque valeat, & quo modo virtutibus singulis comparentur, plenius quæ sita demonstrarem. Sufficiat, quod & sanctus papa Epiphanius egregium super hoc volumen edidit: quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequeris. Ego iam mensuram epistolæ excedere me intelligo, & excipientes ceras video esse completas. Vnde ad reliqua transeo, vt tandem finiatur oratio. Lamina aurea rutilat in fronte: nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi Dei scientia coronemur. Lineis induimur, ornatur hiacynthinis, sacro baltheo cingimur: dantur nobis opera, rationale in pectore ponitur: accipimus

verita.

veritatem, profert sermo doctrinam: imperfecta sunt vniuersa, nisi tam decore curui dignus quaratur auriga, & super creaturas creator insitens regat ipse, quæ condidit. Quod olim in lamina monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis. Auro legis, sanguis euangelij pretiosior est. Tunc signum iuxta Ezechielis vocem gementibus figebatur in fronte: nunc portantes crucem dicimus: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Bis in Exodo legimus præcipiente Domino, & Moysè iussa faciente, octo vestium genera pontificis. In Leuitico de septem tantum scriptum est: & refertur, quo modo Moysès fratrem suum Aaron illis induerit: de solis feminalibus nihil dicitur, hac vt arbitrator, causa, quod ad genitalia nostra & verenda lex non mittit manum, sed ipsi secretoria nostra, & confusione digna, tegere, & velare debemus, & conscientiam puritatis feminum Deo iudici reseruare. De cæteris virtutibus, verbi gratia, sapientia, fortitudine, iustitia, temperantia, humilitate, mansuetudine, liberalitate, possunt & alij iudicare: pudicitiam solam nouit conscientia, & humani oculi huius rei certi iudices esse nõ possunt: absque his, qui passim in morem brutorum animalium libidini expositi sunt. Vnde & Apostolus, De virginibus, inquit, præceptum Domini non habeo, quasi Moysès loquatur: feminalibus ego non vestio, nec impono alicui necessitatem: qui vult sacerdos esse, ipse se vestiat. O quantæ virgines, & quantorum sperata pudicitia in die iudicij dehonestabitur: quãtorum infamata pudicitia à Deo iudice coronabitur. Ipsi igitur assumamus feminalia: ipsi nostra verenda operamur: non quæramus alienos oculos, ita tegantur genitalia, vt nullorum oculis pateant, ne quando intramus Sancta sanctorum, si qua apparuerit turpitudine, morte moriamur. Iam sermo finitur, & ad superiora retrahor. Tanta debet esse sciẽtia & eruditio pontificis Dei, vt & gressus eius, & motus, & vniuersa vocalia sint. Veritate mente cõcipiat, & toto eam habitu resonet, & ornatu, vt quidquid agit, quidquid loquitur, sit doctrina populorũ, absque tintinnabulis enim, & diuersis coloribus, & gemis, floribusque virtutum, nec Sancta ingredi potest, nec nomen antistitis possidere. Hac ad vnam lucrubratiunculam, cum iam funis solueretur à litore, & nauæ crebrius inclamarent, propero sermone dictaui, quæ memoria tenere poteram, & quæ diuturna in rationali pectoris mei lectioe congeseram, satis intelligens magis me loquendi impetu, quàm iudicio scribentis fluere, & more torrentis turbidum proferre sermonem. Fertur in indice Septimij Tertulliani liber de Aaron vestibus, qui interim vsque ad hanc diem à me non est repertus, si à vobis propter celebritatem vbis fuerit inuentus, quæso, ne meam stillam illius flumini comparetis, non enim magnorum virorum ingenijs, sed meis sum viribus æstimandus.

HIERONYMVS DARDANO.

EPISTOLA CXXIX.

ARGUMENTVM.

Quod terra Hebreis promissa, spiritualiter pro caelesti accipienda sit patria, non pro Iudææ regione ambitu perquam angusta, nec plenè à Iudæis occupata, Dardano respondens, multis ostendit: & quia testimonio epistolæ Pauli ad Hebræos id etiam adstruit, receptam illam esse epistolam scribit: fines repromissæ terræ, Iudæorum scelera, & captiuitates enarrat: & quod ob cruci affixum Christum, captiuus, feruiturique obnoxius semper futurus Hebræorum populus sit, exponit.

HIERON. TOM. I.



V ERIS Dardane, Christianorum nobilissime, & nobilium Christianissime, quæ sit terra repromissionis, quam Iudæi redeuntes ex Ægypto possederunt, cum à maioribus eorum iam fuerit ante possessa, ac proinde

non sit promissa, sed reddita, his enim verbis veteris in calce epistolæ tuæ. Quod interrogans videris illud sentire, quod plurimis nostrorum placet, aliam repromissionis terram esse quaerendam, de qua & Dauid loquitur in psalmo: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et Dominus in Euangelio: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Vtque Dauid, quando hæc cantabat in spiritu, in terra repromissionis erat, & non solum in Iudææ finibus morabatur, sed & multarum in circuitu nationum victor extiterat, quæ à torrente Ægypti, qui est Rhinocoruræ, vsque ad Euphratem fluium tendebantur, dicens in alio loco, In Idumæam extendam calcamentum meum: mihi alienigenæ seruient. Quo modo ergo se credebat accipere, quod iam victoria possidebat? Et ne forsitan legentibus Iudæis ambiguum derelinquat, quæ sit illa terra, quam videre cupiebat, ipso sermone demonstrat, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Ergo terra Iudææ, quæ illius ditiois erat, non est terra viuentium, id est, Abraham, Isaac, & Iacob, de quibus Dominus in resurrectionis quaestione dicit: Non est Deus mortuorum, sed viuentium: verum terra & regio mortuorum, de quibus loquitur Ezechiel: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et: Non mortui laudabunt te Domine, sed nos, qui viuimus, benedicimus Domino, qui in resurrectione occursuri sumus Domino Saluatori, dicente Apostolo: Hoc enim dico vobis in sermone Domini, quoniam nos, qui viuimus, qui relinquimur in aduentu Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt: de quibus & Hieremias loquitur. Derelinquentes te super terram scribentur. Quodque Dauid promittit: Credo videre bona Domini: ad spiritalem nos perspicue trahit intelligentiam. Quæ enim bona rex alia requirebat, aut quo indigebat, qui tantæ potentia fuit, vt partis per illum opibus, Salomon filius eius, quo nullus in orbe terrarum ditior fuit, contentus esset? Sed in terra viuentium bona illa quærebat, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Dominus diligentibus se. Quod autem in Euangelio dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram: iuxta litteram sibi videtur esse contrarium. Non enim terræ possessio mansuetorum est, & initium, qui sæpe etiam à parentibus derelicta perdunt propter mansuetudinem, sed virorum fortium, & violentorum, qui sunt ad bella promptissimi. Denique & in psalmo quadragesimo quarto, qui sub nomine Salomonis ad Christi Ecclesiæque eius sacramentum refertur, scribitur: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prosperare, & regna: Propter mansuetudinem, & iustitiam, & veritatem, & deducet te mirabiliter dextera tua. Hic est, qui & in alio psalmo loquebatur: Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Et iterum: Assumens mansuetos Dominus. Et apertius in Euangelio: Discite à me, quia humilis sum, & mansuetus corde. In cuius typum & Moysès omnium hominum, qui erant super terram, mansuetissimus scribitur. Hæc est, vt diximus, terra viuentium, in qua sanctis viris atque mansuetis bona Domini præparantur: quam ante

Ezech. 9.

Psal. 4.

Exod. 28.

Leuit. 8.

1. Cor. 7.

Psal. 26.
Math. 5.Psal. 59.
107.

Psal. 26.

Math. 22.

Ezech. 18.
Psal. 113.

1. Thess. 4.

Hier. 17.
Psal. 26.3. Reg. 10.
2. Paral. 9.

1. Cor. 2.

Math. 5.

Psal. 37.
Psal. 146.
Math. 11.

Num. 12.

A 2 adu.

aduentū in carne Domini Saluatoris, nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob, nec prophetae, & alij iusti viri consequi potuerunt. Denique & Abraham, licet diuersis locis, cum Lazaro videtur apud inferos, & Iacob, vir iustus, dicit: Lugens, & gemens descendam ad infernum. Sanguis Christi clavis paradisi est, licentis ad latronem: Hodie mecum eris in paradiso. Ista est, vt diximus, terra viuentium, terra diuitiarum, & bonorum Dei, quam primus Adam perdidit, & secundus Adam intuenit: immo ab illo perditā iste restituit, dicente Apostolo: Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen: sub cuius persona lex intelligitur, in similitudinē prauaricationis Adam, qui est forma futuri. Volumus scire manifestius, quæ sit hæc terra: legamus Malachiam: Beatos vos dicent omnes, dicit Dominus: quoniam eritis vos in terra voluptaria, quæ significantius Græcè appellatur *Σελήνη*, quam vel sancti disiderant, vel quæ Deo placeat. Esaias quoque in hæc verba consentit, dicens: Et erit vir abscondens sermones suos, & apparebit in terra Sion, sicut fluuius gloriosus in terra ficti. Quæ est terra Sion, in qua apparebit fluuius gloriosus? illa videlicet, de qua idem Dauid in alio psalmo canit: Gloriosa de te dicta sunt ciuitas Dei. Et iterum: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Nunquid istas portas diligit Deus, quas videmus in cineres & fauillas esse conuersas? Non dico prudentibus, sed ne stultis quidem hoc persuaderi potest. Ego arbitror & illud, quod in sexagesimo quarto psalmo legimus: Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam: Fluuius Dei repletus est aquis: parasti cibum illorū, quoniam sic est præparatio eius: sulcos eius inebriat: multiplica genimina illius: in stillicidijs eius lætabitur germinans: huic sensui conuenire, illa enim terra quotidie visitatur à Deo, & inebriatur, cunctisque plena est diuitijs. De hac fluuius egreditur Dei, de quo scriptum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: qui & in descriptione templi Ezechielis mystico sermone narratur: in cuius ripis arbores sunt ex vtraque parte, per singulos menses nouis frugibus abundantes. De qua terra & in Prouerbijis vir scripsit sapientissimus: Qui operatur terram suam, implebitur panibus. Quod si de hac terra, quam cernimus, & quæ magis à peccatoribus possidetur, de qua scriptum est: Maledicta terra in operibus tuis: aliquis intelligendū putat: respondeat, quo modo hæc possit stare sententia: qui operatur terram suam, implebitur panibus, quāti enim operatur terrā, & exercent vomere: & tamen, multis impediētibz causis, egestate conficiuntur, & penuria? Sed considerandum est, scriptura quid dicat: Qui operatur terram suam, quæ proprie iuris sui est, de qua nunquā ei jci potest, secundum quem sensum & illud scriptum est: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Et hoc secundum litteram sentiri non potest, quanti enim alienis amicorumque redimuntur pecunijs? Huius terræ cultores, & agricolæ, apostoli sunt, de quibus dicitur: vos estis sal terræ. Et in alio loco: In patientia vestra possidebitis animas vestras: quorum vnus, vas electionis, confidentissimè loquebatur: Dei enim cooperatores sumus, Dei agricultura, Dei edificatio: & multa alia, quæ iccirco non replico, ne sensum legentis videar obrundere, & memoriæ illius diffidere. Illud quoque sollicita mente tractemus, & scripturarum nos doceat auctoritas, sanctos huius terræ, quam Iudæi terram repromissionis autumant, non habitatores esse, sed accolas, atque peregrinos. Ex iusti viri legimus persona: Aduena sum ego &

peregrinus, sicut omnes patres mei. Qui cum diu in terra huius tenebris versaretur, flebiliter ingemiscit, & dicit: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est, habitauim cum habitantibus Cedar, multum incola anima mea. Vbicumque autem habitator terræ legitur, & priora, & media, & extrema tractemus, & liquidò scripturarum poterit regula comprobari, semper habitatores terræ peccatores appellari: de quibus in Apocalypsi Ioannis illud exemplum est: Væ habitatoribus terræ. Abraham, ad quem primum facta est repromissio, dicente Domino: Tibi dabo terram hanc, & semini tuo: iuxta Stephani in Christo primi martyris concionem, ne vestigium quidem pedis huius terræ dicitur accepisse. Ita enim scriptum est: Tunc egressus de terra Chaldæorum habitauit in Carram: & inde, postquam mortuus est pater eius, migravit in terram, in qua vos nunc habitatis; & nō dedit ei possessionem, ne vestigium quidem pedis, quam repromisit dare ei in possessionem & semini eius post eum. Ac ne forsitan lectoris tacita cogitatio trahat eum ad illam intelligentiam, vt quod non est datum parenti, reddatur posteris: vas electionis loquitur ad Hebræos: Fide qui vocatur Abraham, obediuit egredi in locum, quem accepturus erat in possessione: & egressus est, nesciens quo iret. Fide peregrinatus est in terra promissionis, quasi in aliena, in tabernaculis habitans cum Isaac & Iacob, & coheredibus eiusdem promissionis: expectabat enim fundamentum habentem ciuitatem, cuius artifex & creator Deus est. Et iterum cum de Abel, & Enoch, Noc, Saraque dixisset, intulit: Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, non acceptis repromissionibus. sed procul eas videntes, & salutantes, & contentes, quia peregrini & aduenæ erant super terram. Qui enim hæc loquuntur, ostendunt quod quarant patriam: & si quidem illius recordabantur, de qua egressi erant, habebant tempus, vt reuertentur: nunc verò meliorem desiderant, id est, cælestem. Multisque in medio sanctis commemoratis, ad extremum intulit: Et hi omnes testimonium habentes in fide, non acceperunt repromissionē, Deo de nobis melius quid providente, ne sine nobis perfecti fierent. Accessimus enim ad motem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in cælis. Nec me fugit, quod perfidia Iudæorum hæc testimonia non suscipiat, quæ vtiq; veteris testamenti auctoritate firmata sunt. Illud nostris dicendum est: hanc epistolam, quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab ecclesijs Orientis, sed ab omnibus retro ecclesijs, & Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi, licet plerique eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrentur, & nihil interesse, cuius sit: cum ecclesiastici viri sit, & quotidie ecclesiarū lectione celebretur. Quod si eam Latinorum consuetudo nō recipit inter scripturas canonicas: nec Græcorum quidem ecclesiæ Apocalypsim Ioannis eadem libertate suscipiunt: & tamen, nos vtraque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque vtriusque abutuntur testimonijs, non vt interdum de apocryphis facere solent: quippe qui & gentilium litterarum raro vtantur exemplis, sed quasi canonicis & ecclesiasticis. Respondeant mihi qui hanc terram (quæ nunc nobis, Christi passione & resurrectione, terra repromissionis effecta est) possessam putant à populo Iudæorum, postquam reuerfus est ex Ægypto,

pro, quantum possederit, utique à Dan vsque Berfabee, quæ vix centum sexaginta millium in longum spatio tenditur. Neque enim David, & Salomon, potentissimos reges, exceptis ijs, quos post victoriam in amicitiam receperunt, plus tenuisse scriptura testatur. Et hoc dico, ut taceam quinquæ Palæstinæ ciuitates, Gazam, Afcalonē, Geth, Accaron, & Azorum, Idumeos quoque à meridiana plaga, vix septuagintaquinque millibus, ab Hierosolyma separatos, Arabas, & Agarenos, quos nunc Sarracenos vocant, in vicinia vrbis Hierusalem. Pudet dicere latitudinem terræ repromissionis, ne ethnicis occasionem blasphemandi dedisse videamur. Ab Ioppe vsque ad viculum nostrum Bethlehem, quadraginta sex millia sunt: cui succedit vastissima solitudo, plena ferocium barbarorum, de quibus dicitur: Contra faciem omnium fratrum tuorum habitabis: & quorum facit poeta eloquentissimus mentionem. Lateque vagantes Barcæ: ab Barce opido, quod in solitudine situm est: quos nunc corrupto sermone Afri Barcianos vocant. Hi sunt, qui pro locorum qualitatibus, diuersis nominibus appellantur, & à Mauritanæ per Ægyptum, Africam, Palæstinamque & Phœnicem, Cœlen Syriam & Osirihonem, Mesopotamiam, atque Perfidem tendunt ad Indiam. Hæc est, Iudææ, tuarum longitudo & latitudo terrarum: in his gloriaris: super his te per diuersas prouincias ignorantibus iactas: Ad populum phaleras: ego te intus & in cute noui. Quod si obiceris, terram repromissionis dici, quæ in Numerorum volumine continetur, à meridie maris Salinarum per Sina & Cadesbarne, vsque ad torrentem Ægypti: qui iuxta Rhinocoruram mari magno influit: & ab Occidente ipsum mare, quod Palæstinæ, Phœnici, Syriæcæ. Ciliciæque protenditur, ab Aquilone Taurum montem & Zephyrum vsque Hemath, quæ appellatur Epiphania Syriæ: ad orientem verò per Antiochiam, & lacum Cenereth, quæ nunc Tyberias appellatur: & Iordanem, qui mari influit Salinarum, quod nunc mortuum dicitur: trans Iordanem autem duarum & semis tribuum possessio, Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Et ego fatebor hæc tibi repromissa, non tradita: si obseruasses mandata Dei, & in præceptis illius ambulasses, si non pro omnipotente Deo coluisses Beelphegor, & Baal, Beelzebub & Chamos: quos quia prætulisti Deo, omnia, quæ tibi promissa fuerant, perdidisti. Et mihi in Euangelio promittuntur regna cælorum: quæ instrumentum vetus omnino non nominat. Sed si non fecero, quæ præcepta sunt; nequaquam erit culpa in promittente, sed in me, qui promissum accipere nõ merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis, frustra cupias, quod promissum est, lege librum Iosue, & Iudicum; & quantis possessionum angustijs sis coartatus, intelliges. Quid diuersarum vrbium alienigenas commemorare, quos populus Iudæorum non quiuit expellere de vrbibus, & sedibus suis: cum ipsa metropolis tua, prius Iebus, postea Salem, tertio Hierosolyma, & nunc Ælia, Iebusæos expellere non valuerit, sed manserit cum eis in scandalum exemplumque vicinorum: intantum ut ibi templum tuum conditum sit, vbi area Orne fuerit Iebusæi, & ipsum templum septuaginta millium latiorum, & octoginta millium vectorum, hoc est, centum quinquaginta millium, exceptis præpositis operum præ multitudine habitantium tecum incircumcisorum, ab ethnicis extructum sit. Nec hoc dico in fugillationem terræ Iudææ, ut hæreticus fycophanta mentitur; aut quo auferam historia veritatem,

quæ fundamentum est intelligentiæ spiritalis; sed ut decutiã supercilium Iudæorum, qui synagoga angustias, Ecclesiæ latitudini præferunt. Si enim occidentem tantum sequuntur litteram, & non spiritum viuificantem: ostendant terram repromissionis lacte & melle manantem. Sin autem per topologiam dictum putant, pro rerum omnium abundantia; & nos terram confessionis terramque viueticum, terræ veprii præferemus, dicente Domino ad Moysen de abiectione Israelis, & assumptione gentium: Dimitte me, ut deleam populum istum, & faciam te in gentem magnam. Et eodem patre ad filium: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et apertius per Esaiam: Parum tibi est, ut sis puer meus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces, vel reliquias Israel cõgregandas. Dedi te in lucem cunctis gentibus, ut sis saluator vniuersæ terræ. Ex quo perspicue demonstratur, omnia illius populi in vmbra, & typo, & imagine præcessisse, scripta autè esse pro nobis. In quos fines sæculi decurrerunt. Multa, Iudææ, scelera commisit: cunctis circa te seruisti nationibus, ob quod factum? Vtique propter idololatriam. Cumque seruissis crebro, miseris tui est Deus; & misit iudices, & saluatores, qui te de famularu Moabitarum, & Ammonitarum, Philistiim quoque, & diuersarum gentium liberarunt. Nouissime sub regibus offendisti Deum: & omnis tua prouincia, gente Babylonia vastante, deleta est. Per septuaginta annos templi solitudo permanfit. A Cyro rege Persarum est laxata captiuitas. Esdras quoque hoc & Neemias plenissime referunt. Extructum est templum sub Dario, rege Persarum, atque Medorum, à Zorobabele filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech, sacerdote magno. Quæ passi sitis à Medis, Ægyptijs, Macedonibusque, non enuero. Nec tibi adducam in memoriam. Antiochum Epiphanem, crudelissimum omnium tyrannorum: nec Cn. Pompeium, Gabinium, Scaurum, Varum, Cassium, Sociumque replicabo: qui tuis vrbibus, & præcipue Hierosolymæ insultauere. Ad extremum sub Vespasiano & Tito vrbis capta, templumque subuersum est. Deinde ciuitatis vsque ad Hadrianum principem per quinquaginta annos misere reliquæ. Post euerfionem templi paulo minus per quadringentos annos & vrbis & templi ruinae permanent: ob quod tantum facinus? certe non colis idola; sed etiã seruiens Persis, atque Romanis, & captiuitatis pressus iugo, ignoras alienos Deos. Quo modo clementissimus quondam Deus, qui nunquam tui oblitus est, nunc per tâta spatia temporum miseris tuis non adducitur, ut soluat captiuitatem, & ut verius dicam, expectatum tibi mittat antichristum? Ob quod, inquam facinus, & tam execrabile scelus auertit à te oculos suos? Ignoras? Memento vocis parentum tuorum: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et: Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Habes quod elegisti: vsque ad finem mundi seruiturus es Cæsari, donec gentium introeat plentitudo, & sic omnis Israel saluus fiat: ut qui quondam erat in capite, vertatur in caudam. Hæc tibi vir eloquentissime in duplicis præfecturæ honore transfacta, nunc in Christo honorator, tumultuaria & breui lucubratione dictaui, ne viderer omnino reticere, eodem enim tempore, immo eodem mihi die & litteræ tuæ redditæ sunt, & meæ expeditæ: ut aut tacendum fuerit, aut incompro eloquio respondendum: quorum alterum pudoris, alterum caritatis est.

1. Reg. 4.
Gen. 16.
Num. 34.
Iud. 1.
1. Reg. 24.
1. Reg. 5.

2. Cor. 3.
Exod. 13.
Exod. 18.
Psal. 2.
Eia. 42.
Rom. 19.
1. Cor. 10.
1. Esdr. 1. 2.
2. Esdr. 2. 2.
Math. 27.
Math. 18.
Ioan. 19.
Rom. 11.
Deut. 28.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CXXX.

ARGVMENTVM.

ROGATVS per literas à Marcella, nobili apud Romanos femina, quid sit Ephod bad, & quid Theraphim apud Hebræos, exponit.



PISTOLARE officium est, de re familiari, aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere, & quodam modo absentes inter se præsentem fieri, dum mutuo, quid aut velint, aut gestum sit, nunciant; licet interdum confabulationis tale conuiuium, doctrinæ quoque sale condiantur. Verum tu, dum tota in tractatibus occuparis, nihil mihi scribis, nisi quod me torqueat, & scripturas legere compellat. Denique heri, famosissima questione propoſita, postulasti, ut quid sentirem, statim rescriberem. Quasi verò phariseorum teneam cathedram; ut quotiescunq; de verbis Hebraicis iurgium est, ego arbiter, & litis sequester exposcar. Non sunt suaves epulæ, quæ non placentiam redolent, quas non condidit Apicius. in quibus nihil de magistrorum huius temporis iure suffumat. Sed quia vector & internuncijs sermonis nostri redire festinat, rem grandem celerius dicto, quàm debeo: licet de scripturis sanctis disputanti non tam necessaria sint verba, quàm sensus. Quod si eloquentiam quæris; Demosthenes legendus, Aut Tullius est: si sacramenta diuina; nostri cõdices, qui de Hebræo in Latinum non bene resonant, peruidendi. In fronte epistolæ tuæ posueras, quid sibi velit, quod in regnorum libro primo scriptum est: Et Samuel puer seruiebat ante conspectum Domini, cinctus ephod bad, & diploidem habebat puſillam, quam fecerat ei mater sua: & afferebat ei de diebus in dies, cū ascenderet cum viro suo sacrificare sacrificiũ dierũ. Itaq; quæris, quid sit ephod bad, quo futurus propheta pręcingitur; vtrũ ne zona, an ut quidã putat, thuribulũ, vel genus aliquod vestimẽti sit. Et si vestis, quo modo ea pręcingitur? Et post ipsum ephod, quare adiungitur ei bad? In sequentibus quoque legisse te scribis: Venit homo Dei ad Eli, & dicit ei: Hæc dicit Dominus: Manifeste ostendi me ad domum patris tui, ex omnibus tribubus Israel, cum essent in terra Aegypti seruientes in domo Pharaonis; & elegi domum patris tui ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotium: ut ascenderent ad altare meum, & incenderent incensum, & portarent ephod: totumq; libri ordinem profecuta, etiam de illo loco exẽplãr sumpſisti, in quo Doec Idumæus iussu regis interfecit sacerdotes. Et conuersus, inquit, scriptura, Doec Syrus mortificauit ipse sacerdotes Domini: & occidit in illa die trecentos quinque viros, siue, ut in Hebræo legitur, octoginta quinque, omnes qui portabant ephod: & Nob ciuitatem sacerdotum occidit in ore gladij, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad nutrientem, & vitulum & asinum & ouem in ore gladij. Et saluatus est vnus filius Achimelech filij Achitob, & nomẽ ei Abiathar, & fugit post Dauid. Non me teneo, quin problematis ordinem responsione præueniam. Vbi nunc legimus, & omnes portantes Ephod, in Hebræo habet, portantes Ephod bad. Hoc quare ita dixerim, in sequentibus dices. Illud quoque, quod sequitur, addidisti: Et factum est, cum fugeret Abiathar filius Achimelech ad Dauid, & ipse cum Dauid descen-

dit in Ceila habens ephod in manu sua: & renunciatum est Saul, quia venit Dauid in Ceila: vbi cum regis aduentus & ciuitatis timeretur obsidio, dixit Dauid ad Abiathar: Defer ephod Domini. Hæc sunt, quæ de Regnorum libro excerpta propones, ad volumen Iudicum transcendisti, in quo Micha de monte Ephraim scribitur mille cẽtum argenti scelos matri, quos illa vouerat reddidisse, atq; sculptile inde fecisse & conflatile. Et addis hæc post modicũ, vocari ephod & theraphim, cum vtiq;e, si zona sit, aut vestimenti genus, sculptile atque conflatile esse non possit. Agnosco errorem penẽ omnium Latinorum, putantium ephod, & theraphim, quæ postea nominantur, de hoc argento, quod Micha matri dederat, fuisse conflata; cum scriptura sic referat: Et accepit mater eius, haud dubium quin Michæ, argentum, & dedit illud conflatori, & fecit illud sculptile, atque conflatile, quod fuit in domo Michæ, & domus Michæ, domus eius Dei, & fecit ephod & theraphim, & impleuit manum vnus de filijs suis, & factus est ei in sacerdotem. Si autem putas, ea quæ superius appellata sunt sculptile, atque conflatile, ephod & theraphim deinceps nominari, disce esse non eadem, siquidem post matris idolum, quod didicitur sculptile, atque conflatile, fecit Micha ephod & theraphim, sicut ex consequentibus approbatur. Et responderunt quinque viri, qui abierant considerare terrã, & dixerũt ad fratres suos: Ecce noſtis quia est in domibus istis ephod, & theraphim, & sculptile, atque conflatile. Et post multa, quæ in medio prætermisisti: Et ascenderunt, inquit, quinque viri, & illuc irruerunt, & sumpserunt sculptile, atque conflatile, ephod, & theraphim. Et sexcenti viri qui cincti erant vasib; bellicis, ingressi sunt domũ Michæ, & sumpserũt sculptile atq; cõflatile, ephod & theraphim. Ex quo coarguũtur eorũ opiniones, qui ut dissolubile facerent quæſtionem, ephod argenteũ putauerunt. Illud breuiter attende, quod numquam nisi in sacerdotio nominetur. Nam & Samuel, qui illo cinctis refertur, leuites fuit: & sacerdotes Nob hoc dignitatis suæ insigne portabant. Et quod in Latinis codicibus non haberetur, quando Dauid fugiẽs à Saul venit ad Achimelech, & gladium postulauit, dicens: Vide, si est ad manũ tuã lancea, & gladius, quoniam gladium meum, & vasa mea non sustuli in manu mea: respondensq; sacerdos dixit: Ecce gladius Goliath alienigenæ, quẽ percussisti in valle Terēbinthi, & hic inuolutus est vestimẽto post ephod in sacrum, vtiq; ephod conditũ seruabatur. Hoc quoq; ipsum, quod nũc posuimus, vbi sculptile, & cõflatile legitur, licet idolũ sit; tamen, quia per errorem religio putabatur, ad venerationem eius, sicut ad Dei mysterium, ephod & theraphim insigne conficitur. Theraphim quid sit, si spatium dictandi fuerit, prosequemur. Nunc interim de Ephod, & cœpimus, explicandũ est. In Exodo, vbi Moysi præcipitur, ut sacerdotalia iubeat fieri vestimẽta, post cetera legitur: Et hæc stolas, quas facient, pectorale, & superhumeralẽ, & tunicas *σομφωτας*, & cidarim, & cinctorium. Vbi autem nos posuimus superhumeralẽ, in Græco *επιωμίδα* Septuaginta interpretes translulerunt, quod scilicet super humeros istiusmodi veniat vestimentum. Deinde iungitur: Et hi accipient aurum, & hiacynthum, & coccum, & purpuram, & byssum, & facient superhumeralẽ de bysso torta, opus textile varium. Quod plurimũ totus Exodi liber hac vestimẽti plenus est specie, nam & in fine eiusdem voluminis scribitur: Et fecit omnis sapiẽs in operibus stolas sanctorum, quæ sunt Aaron sacerdotis, sicut Dominus præcepit Moysi.

Et fecit

1. Reg. 2

Ibidem.

1. Reg. 22

1. Reg. 23

Iud. 17.

Iud. 17.

1. Reg. 4
1. Reg. 20
& 21.

Exod. 28.

Exod. 35.

Et fecerunt superhumeralia de auro, & hiacinto, & purpura, & cocco, & bisso retorta. Sed quia in Exodo hoc genus vestimenti præcipitur tantum vt fiat, & postea factum refertur, non tamen eo Aaron vestitur: in Leuitico quo modo sacerdotalibus vestimentis indutus fuerit, explicatur. Et applicuit Moyses Aaron, & filios eius, & lauit eos aqua, & vestiuit eum tunica, & cinxit eum zona, & vestiuit eum *ὑποδύτην*, quod nos subtunicalem, siue tunicam, qua subtus vestitus est, possumus interpretari. Et imposuit ei superhumeralia, inquit, & cinxit eum secundum facturam superhumeralis, & contrinxit eam in ipso. Vides itaq; hoc Aaron superhumerali cingi, quo modo Samuel ephod bad illo nescio quo cingebatur. Sed ne te longius traham, hanc habe sententiam. Vbicumque in Septuaginta interpretibus, hoc est in codicibus nostris, *ἑφὸδ*, id est superhumeralia legitur, in Hebræo scriptum est ephod. Quod quare alibi interpretari voluerint, & alibi ininterpretatū reliquerint, non est mei iudicij: cū hoc ipsum in pluribus fecerint: vt quæ alibi aliter atque aliter expresserant, nouissimè translationis varietate lassati, ipsa Hebræa verba posuerint. Aquila autem, id quod illi *ἱμάτιον* dixerunt, *ἑπὶ ἑφὸδ*, & *ἑπὶ ὑποδύτην* dixit: quod scilicet tunica est: & quod Hebræo sermone vocatur *ἑφὸδ* meil superiorem tunicam: *ὑποδύτην* verò, id est, *ἑπὶ ἑφὸδ*, quod Hebraicè dicitur ephod, superius pallium significat; quo tota sacerdotalis protegatur ambitio. Quæras forsitan, si ephod sacerdotale sit pallium, quare in quibusdam locis addatur bar. Audiens bar, risum tenere non possum. Nam cum apud Hebræos dicatur bad, ipsos quoque Septuaginta interpretes sic translulisse manifestum sit; vt pro bad bar scriberetur, error obtinuit. *ἑφὸδ* Bad autem Hebraica lingua linum dicitur: licet linum *קנה* pistha significantius exprimat. Denique vbi nos legimus, & facies femoralia lineum; vt operiant carnis turpitudines, à lumbis vsque ad crura eorum: in Hebræo pro lineo, bad ponitur. Qua specie vir quoque ille, qui Danieli monstratur, indutus est: Et extuli oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus est *ἑφὸδ* baddim, quo plurali numero vestes lineæ nuncupantur. Propterea autè Samuel & octaginta quinque viri sacerdotes, *ἑφὸδ* ephod lineum portasse referuntur: quoniam sacerdos magnus solus habebat licentiam ephod, non lineo vestiendi, verum, vt scriptura commemorat, auro, hiacyntho, purpura, cocco, byssoque contexto. Cæteri habebant ephod, non illa varietate distinctum, & duodecim lapidibus ornatum, qui in humero vtroque residebant, sed lincum, & simplex, & toto cādore purissimum. Verum quia supra promiseram, me si spatium dictandi fuisset, de *ἑφὸδ* theraphim quoque breuiter disserturum; nec quisquam interim interpellator aduenit: scito theraphim ab Aquila *μορφώματα* interpretari; quas nos figuras, siue figurationes possumus dicere. Nam in eo loco, quando Saul misit nuncios, vt acciperent Dauid, & responderunt vexari illum grauiter, misit rursum dicens: Afferre illum in lecto ad me, vt occidam illum: & venerunt nuncios, & ecce *ἑφὸδ* in lecto: pro cenotaphiis, in Hebræo theraphim, id est, *μορφώματα* posita sunt; & non decor caprarum, vt nostri codices habent, sed puluillus de caprarum pelle confusus, qui in tonsis pilis, caput inuoluti in lectulo hominis mentiretur. Vt autem vtriusque sermonis veritatem pariter explicem, in Osee comminatur Deus se à populo fornicante omnem gratiam ablaturum, dicens: quod diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, & principe, sine sacrificio, sine

altari, & siue sacerdotio, & manifestationibus. Pro sacerdotio, & manifestationibus in Hebræo est, sine ephod, & sine theraphim, sicut Theodotion & Symmachus translulerunt. Ex quo intelligimus, in Ephod, iuxta Septuaginta quoque, qui sensum magis, quàm verba interpretati sunt, sacerdotium interpretari; in theraphim verò, id est, figurationibus vel figuris, varia opera, quæ theraphim vocantur, intelligi. Nam & in Exodo, cæterisque locis, vbi describuntur vestes plumaria arte contextæ, opus Cherubim, id est, varium, atque depictum esse factum describitur, ita tamen, vt *ו* vau litteram Cherubim non habeant: quia vbicumque cum hac littera scribitur, animalia magis, quàm opera significat. Iuxta igitur hunc sensum & Micha cum veste sacerdotali, cætera quoque, quæ ad sacerdotalia pertinent ornamenta, per theraphim fecisse monstratur. Quàm vellem nunc tibi omnem habitum sacerdotalem exponere, & per singulas vestium species diuina ostendere sacramenta. Verum, quia in hoc ipso breuitatem epistolæ excessimus, & Iosephus, ac Philo, viri doctissimi Iudæorum, multiq; de nostris id latissimè persecuti sunt, quorum, vt aiunt, voce audies me: quæ de cætero velis, præfens percunctator præsentem: vt si quid forte nescimus, sine teste, sine iudice in fida aure moriatur. Nos, vt scis, Hebræorum lectione detenti, in Latina lingua rubiginem obduximus, intantum, vt loquentibus quoque nobis stridor quidam non Latinus interstrepit, vnde ignosce ariditati: & si imperitus sum, inquit, sermone Apostolorum, sed non scientia. Illi vtrumque non deerat, & vnum humiliter renuebat, nobis vtrumque deest: quia & quod pueri plausibile habueramus, amissimus; nec scientiam, quam volebamus, consecuti sumus, iuxta *ἄλοπι* canis fabulam, dum magna sectamur, etiam minora peridentes.

Leuit. 8

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Exod. 28

Iud. 17

1. Cor. 13

HIERONYMVS RVFFINO.

EPISTOLA CXXXI.

ARGVMENTVM.

HISTORIAM super iurgio duarum mulierum meretricum, Salomonis iudicio sapienter extricato, per allegoriam interpretatur pro Ecclesia ex gentibus congregata, & Synagoga Iudæorum.



VLTVM in vtramque partem crebro fama mentitur, & tam de bonis mala, quàm de malis bona, falso rumore concelebrat, vnde & ego gaudeo quidem super testimonio erga me sanctitatis tuæ, & amore sancti presbyteri Eusebij: nec dubito, quin me publice prædicetis; sed tacitum vestræ prudentiæ iudicium pertimesco, itaque obsecro, vt magis memineritis mei, & dignū vestra laude faciatis. Quod primum ad officium prouocasti, & mihi secundæ in rescribendo partes datæ sunt; non venit de incuria in amicos, sed de ignorantia, si enim scissem, præoccupassem sermonem tuum, Interpretatio iudicij Salomonis super iurgio duarum mulierum meretricū, quantum ad simplicem historiā pertinet, perspicua est; quod puer annorum duodecim contra ætatis suæ mensuram de intimo humanæ naturæ iudicari affectu, vnde & admiratus est, & pertimuit illum omnis Israel; quod scilicet eum manifesta non fugerent, qui tā prudenter abscondita deprehēdisset, quārum autem ad typicos pertinet intellectus, dicente Apostolo: Hæc omnia in figura contingebant illis: scripta

Exod. 28

Dan. 10

Exod. 28

Exod. 28

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

& 12.

1. Reg. 11

sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines
 1. Cor. 10
 secularum decurrerunt) quidam Græcorum autu-
 mant super synagoga & Ecclesia sentiendum, & ad
 illud tempus cuncta referenda, quando, post crucem
 & resurrectionem, tam in Israel, quam in gentium
 populo, verus Salomon, id est pacificus, regnare cœ-
 perit. Quod autem adulteræ, & meretrices, syna-
 goga & Ecclesia dicantur in scripturis, nulla dubita-
 tio est. & hoc prima fronte videtur esse blasphemum.
 ceterum, si recurramus ad prophetas, Osee
 Ofec. 1.
 scilicet, qui accepit uxorem fornicariam, & gene-
 rauerit filios fornicationis, & deinde adulteram; & ad
 Ezech. 16.
 Ezechielem, qui Hierusalem, quasi meretricem,
 arguit, quod secuta sit amatores suos, & diuariauerit
 omni transiit pedes, lupanarque in loco celebri
 extruxerit: animaduertemus, Christum iccirco
 venisse, vt meretrices donaret matrimonio, & de
 duobus gregibus vnū ouile faceret, medioque pariete
 destructo, in eandem caulas oves prius morbidas
 congregaret. Hæ sunt duæ virgæ, quæ iunguntur in
 Ezech. 37.
 Zach. 11.
 Ezechie, & de quibus per Zachariam Dominus
 refert: Et assumpsi mihi duas virgas: vnâ vocavi
 decorem, & alteram vocavi funiculum, & paui gre-
 gem. Mulier quoque illa meretrix in euangelio, quæ
 pedes Iesu lacrymis lauat, crine detergit, & cui pec-
 cata omnia dimittuntur, manifestè pingit Ecclesiam
 de gentibus congregatâ. Hæc iccirco in prima fron-
 te replicauit: ne cui videatur incongruum, si syna-
 goga & Ecclesia meretrices dicantur; quarum vnâ Sa-
 lomoni iudicio, filij possessione donata est. Prudens
 quarat auditor, quo modo meretrix sit Ecclesia, quæ
 non habet maculam, neque rugam? Non dicimus,
 Ecclesiam permansisse meretricem, sed fuisse. Nam
 & in Simonis leprosi domo Saluator scribitur inisse
 conuiuium; vtique non quia leprosus erat eo tem-
 pore, quo habebat hospitem Saluatorem, sed quia
 leprosus ante fuerat. Matthæus quoque in catalogo
 apostolorum publicanus dicitur: non quo perman-
 serit publicanus post apostolicam dignitatem: sed
 quia prius fuerit publicanus: vt vbi superabundauit
 peccatum, superabundaret & gratia. Simulque con-
 sidera, quid dicat Ecclesia contra synagogam calum-
 niatricem: Ego & mulier hæc habitabamus in domo
 vna. Post resurrectionem enim Domini Saluatoris,
 vna de vtroque populo Ecclesia congregata est: &
 quàm eleganter, Peperi, inquit, apud eam in cubi-
 culo. Ecclesia enim de gentibus, quæ non habebat
 prius legem, & prophetas, peperit in domo synago-
 gæ: nec egressa est de cubiculo, sed ingressa. Vnde
 dicit in Cantico canticorum: introduxit me rex in
 cubiculum suum: Et iterum: & quidè non spernam
 te. Assumès introducam te in domum matris meæ,
 & in cubiculum eius, quæ me genuit: Tertia autem
 die, postquam ego peperit, peperit & hæc. Si confi-
 deres Pilatum lauante manus, atque dicentem,
 Mundus ego sum à sanguine iusti huius: si centurio-
 nem ante patibulum consistentem, Verè hic erat fili-
 us Dei: si eos, qui ante passionem per Philippum
 Dominum videre desiderat: haud ambiges primam
 peperisse Ecclesiam, & postea natum populum Iu-
 daeorum, pro quo Dominus precabatur: Pater ignosce
 eis, quod enim faciunt, nesciunt. Vnaque die cre-
 didere tria millia, & alia die quinque millia. Et era-
 mus simul, (multitudinis enim credentium erat cor-
 vnum, & anima vna) nullusque alius in domo no-
 biscum, exceptis nobis duabus, non blasphemanti-
 um Iudæorum, non gentilium idolis seruientium.
 Mortuus est autè filius mulieris huius nocte. Dum
 enim legis sequitur obseruantiam, & gratiæ euange-

gelij iugum Mosaicæ doctrinæ copulat; tenebra-
 rum errore cooperta est, oppressitque eum mater sua
 dormiens, quæ non poterat dicere: Ego dormio, &
 cor meum vigilat. Media nocte consurgens, tulit fi-
 lium de latere Ecclesiæ dormientis, & in suum col-
 locauit sinum. Relege totam ad Galatas Apostoli
 Gal. 4.
 epistolam: & animaduertas, quo modo filios Eccle-
 siæ suos facere synagoga festinet, & dicat Apostolus,
 Filij mei, quos iterum parturio, donec Christus
 formetur in vobis. Viuum tulit, non vt possideret,
 sed vt occideret, non enim amore fecit hoc filij, sed
 æmulæ odio, & suum mortuum per legis carimo-
 nias in sinum Ecclesiæ supposuit. Longum est, si ve-
 lim singula percurrere, quo modo per apostolum
 Paulum, & ecclesiasticos viros intellexerit Ecclesia,
 non esse suum filium, qui tenebatur in lege, & in lu-
 ce cognouerit, quem in tenebris non videbat. Inde
 iurgium ortum est & præsentem rege, altera dicente:
 filius tuus mortuus est, meus autem viuit: altera re-
 spondente, mentiris, filius quippe meus viuit, & filius
 tuus mortuus est: atque in hunc modum contende-
 bant coram rege. Tunc rex Salomon (qui manifestè
 Saluator accipitur, secundum psalmum sepruagesimi-
 mum primum, qui titulo Salomonis inscribitur: vbi
 nulla dubitatio est, quin cuncta, quæ dicantur, non Sa-
 lomoni mortuo, sed Christi cõueniant maiestati) si-
 mulat ignorantiam, & humanos pro dispensatione
 carnis mentitur affectus, sicut in alio loco: Vbi po-
 suistis Lazarum? Et ad mulierem fluentem sangui-
 ne, Quis me tetigit? Gladium postulat, de quo di-
 xerat: Nolite putare, quod venerim pacem mittere
 super terram: non veni pacem mittere, sed gladium,
 veni enim diuidere hominem contra patrem suum,
 & filiam contra matrem suam, & nurum contra fo-
 crum suam: & inimici hominis domestici eius: &
 tentat naturam naturæ Dominus, vultque secūdum
 vtriusque voluntatem, viuente filium in legem
 gratiamque diuidere: non quod prober, sed quod
 ad arguendum calumniam synagogæ, hoc velle
 se dicat. Illa, quæ nolebat Ecclesiæ filium in gratia
 viuere, nec per baptismum liberari, libenter ha-
 bet diuidi puerum, non vt possideat, sed vt inter-
 ficiat. Ecclesia, quem scit suum esse, libenter con-
 cedit æmulæ, dum viuat saltem apud aduersariam;
 ne inter legem diuinitatis, & gratiam, Saluatoris
 mucrone feriat: Vnde dicit Apostolus: Ecce ego
 Paulus dico vobis, quod si legem obseruatis, Chris-
 tus vobis nihil prodest. Hæc sub allegoriæ nu-
 bilo dicta sunt. Ceterum optimè nouit prudentia
 tua, non easdem esse regulas in tropologiæ umbris,
 quæ in historiæ veritate. Quod si ubi pedem offen-
 dimus, & sapienti lectori friuolū videatur esse quod
 scripsimus: culpam in auctorem referat, nos enim &
 hæc ipsa, in lectulo decumbentes, longaque ægrota-
 tione confecti, vix notario celeriter scribenda dicta-
 uimus; non vt impleremus materiam, sed ne tibi, in
 principio amicitiarum aliquid imperanti, videremur
 negare. Ora nobis à Domino sospitatè; vt post duo-
 decim menses, quibus iugi languore confectus sum,
 possim aliquid dignum vestræ scribere voluntati: &
 ignosce, si scædens oratio, cursu non solito fluat, non
 enim eodem lepore dictamus, quo scribimus: quia
 in altero sæpe stylum vertimus, iterum quæ legi di-
 gna sint scripturi, in altero, quidquid in buccam ve-
 nerit, celeri sermone conuoluimus. Caninum li-
 benter vidi; qui narrare tibi poterit, quàm difficile
 & periculosum manus dexteræ, vsque in præsentem
 diem, quo ista dictaui, vulnus sustinuerim.

HIERONYMVS VITALI.

EPISTOLA CXXXII.

ARGVMENTVM.

AD secundam Vitalis respondens epistolam, docet pro vero credendum esse, Salomonem & Achaz, quod scriptura commemorat, vndecimo ætatis anno filios genuisse: cum similia quedam, & maiora etiam monstra, vnum interea ex proposito referens, fuisse credantur; & huiusmodi fuerit horum Regum vita, vt talia eis euenisse, credendum sit. Possè tamen alia ratione scripturæ id asseueranti responderi, vt neque id verum fuerit, nec ipsa mentiatur, ex alijs annis, qui sibi, dum regnarent, viuentibus Patribus non adscriberentur, deinde ostendit. Verùm ab huiusmodi quæstionibus anxie discutendis dehortatur, quodd fructus non in littera, sed in allegoria sit.



NON nauclerus, per quem mihi dicis tuæ sanctitatis litteras esse transmissas, vnam tantum & breuem epistolam beati Papæ Damasi amabilis reddidit, solita munuscula continentem, satilq; miror, quid causæ fuerit, vt cum in benedictionibus & tuis & illius perferedis fidelis extiterit, in reddenda epistola negligens comprobetur, neq; enim te falli arbitror discipulum veritatis: nisi forte Græco homini Latinus sermo inter chartulas oberrauit, itaque ad secundam rescribo epistolam, quam mihi sanctus filius meus Heraclius diaconus reddidit: in qua inter cætera deprecaris, vt exponam tibi causas, quare Salomon, & Achaz, vndecim annorû, filios genuisse dicantur. Si enim duodecimo anno Salomon super Israel accepit imperiû, & quadraginta annis regnavit in Hierusalem, filiusq; eius Roboam, cum quadagesimum & primum annum ageret ætatis, patri successit in regnum: perspicuum est, vndecim annorû fuisse Salomonem, siue decem, quia decem menses à conceptu vsque ad partum sibi mater vindicat. Rursum Achaz, filius Ioathan, cum viginti esset annorum, rex constitutus est super duas tribus, id est, Iudam, & Beniamin, regnavitq; annis sedecim: quo mortuo, Ezechias, cum vicesimum & quintum annum ageret ætatis, patri successit in regnû, ex quo intelligitur, Achaz quoque vndecimo, siue duodecimo anno Ezechiam filium procreasse. Et, siquidem in historijs aliter haberent Septuaginta interpretes, aliter Hebraica veritas: confugere poteramus ad solita præsidia, & arcem linguæ tenere vernaculæ: nunc verò, cum & ipsum authenticum, & cæteri interpretes pari auctoritate consentiant, non in scriptura, sed in sensu est difficultas. Quisenim crederet mortalium; vt vndecim annorum puer generaret filium? Multa & alia dicuntur in scripturis, quæ videntur incredibilia, & tamen vera sunt, neque enim valet natura contra naturæ Dominum: aut potest vas figulo dicere: quare me ita fecisti, aut ita: Licet, quod pro miraculo, signo, atq; portento sit, legem naturæ facere non possit. Num, quia nostra ætate duplex Lyddæ natus est homo, duorum capitû, quattuor manuû, vno ventre, & duobus pedibus, omnes homines ita nasci necesse est? Legamus veteres historias, & maximè Græcas, ac Latinas: & inueniemus, lustralibus hostijs, secundum errorem veterû, portentuosas soboles tam in hominibus, quàm in armentis, ac pecudibus expiatis. Audiui, Domino teste non mentior: quædam muliercula, cum expositum nutritet infantem; & instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretque cum ea paruulus, qui vsque ad decimum iam peruenerat annum: accidit, vt plus, quàm pudicitia pari-

tur, se mero ingurgitaret; accensaque libidine, obscenis moribus ad coitum duceret infantem, prima ebrietas, alterius noctis & cæterarum deinceps fecit consuetudinem, necdum duo menses fuerant euoluti, & ecce femina vterus intumuit. Quid plura? dispensatione Dei factum est, vt quæ contra naturam simplicitate paruuli in contemptum Dei abutebatur, à naturæ Domino proderetur, impleto sermone, quo dicitur: Nihil occultum, quod non reueletur. Simulque consideremus, quod occultè scripturæ & Salomonem & Achaz voluptatis & impietatis accuset, vterque enim, cum esset de stirpe Dauid, recessit à Domino: & alter intantum secutus est libidinem, vt septingentas habuerit uxores, & trecentas concubinas, & adolescentulas, & scorta passim, quorum non erat numerus; neglectoque Deo patrum suorum, extruxerit idola gentium plurimarum, & fuerit, non vt prius ידו ידו ידו, id est amabilis Domini, sed amator mulierum: alter miserit ad regem Assyriorum, auxilium postulans, & in tempore angustiarum suarum auxerit contemptum in Dominum; immolaueritq; dijs Damasci victimas percussoribus suis; & in omnibus vrbibus Iuda extruxerit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam prouocauerit dominum Deum patrum suorum; intantum, vt direptis vas domus Domini, atque confractis, clauserit ianuas templi Dei, & fecerit sibi altaria in vniuersis angulis Hierusalem, ambulaueritque in vitijs regum Israel, & statuas fuderit Baalim, & adoleuerit incensum in valle filiorum Ennon, & lustrauerit filios suos in igne, iuxta ritum gentiû, quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Israel. Ex quo perspicuum est, homines à parua ætate libidini deditos, immatura eorum sobole demonstrari, quod etiam eo tempore peccare cœperint, quo natura non patitur. Ad summam illud dici potest, quod in regno Dauid Salomon, cum duodecim esset annorum, solium patris obtinuerit; & postea, quia scriptura reliquit incertum, vixerit Dauid regnante iam filio aliquot annos, qui, sibi, & non Salomoni, imputentur; mortuo autem patre post, filius regnauerit annis quadraginta, quos sine parente regnauit: atque ita & initium regni Salomonis, & tempus, quo solus ipse regnauit, ab historia demonstratum: nec tamen omnes annos vitæ illius quinquaginta tantum & duorum annorum circulis contineri. Sin autem dubitas, quod regnantibus filijs patribusq; viuentibus, non filijs tempus regni eorum, sed parentibus imputetur: lege ipsum Regnorum volumen: & inuenies quod Ozias rex Iuda, postquam lepra percussus est, habitauit in domo separata; & filius eius Ioathan imperium rexerit, iudicaueritque populum terræ vsque ad diem mortis patris sui; & tamen post mortem illius, cum viginti quinque esset annorum, sedecim annis regnasse dicatur, quos solus ipse regnauerit. Quod de Salomone intelleximus, & Achaz similiter intelligendum est, qui Ioathæ filius, Ezechia pater fuerit. Audiui quendam Hæbreum huiuscemodi narrare fabulâ iuxta prophetiâ Esaiæ, quam inter decem visiones nuper interpretatus sum, quod mortuo Achaz, Philistæa lætata sit, & scriptura postea cõminetur, ac dicat: Ne læteris Philistæa omnis tua; quoniam com minuta est virga percussoris tui, de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrum, hoc est, de Achaz constituetur rex Ezechias. Ex quo intelligi voluit, non statim post mortem patris filium imperio subrogatû, sed vel seditionibus populi, vel quibusdam interregnis, aut certè premētibus malis, & hincinde confurgētibus bellis,

Math. 23.

3. Reg. 18.

4. Reg. 16.
2. Par. 28.

4. Reg. 19.

2. Par. 37.
& 28.1
Esa. 14.

regnum eius fuisse dilatum. In rebus obscuris diuer-
 sas ponimus opiniones, vt non tam scribere, quam
 loqui tibi coram videamur. Cæterum Apollolus in-
 terminabiles genealogias & Iudaicas fabulas prohibens,
 de istiusmodi mihi videtur interdiceret quæ-
 stionibus, quid enim prodest hæere in littera, & vel
 scriptoris errorem, vel annorum seriem calumniari,
 cum manifestissimè legatur: Littera occidit, spiritus
 autem viuificat: Relege omnes & veteris & noui te-
 stamenti libros: & tantam annorum reperies dissonan-
 tiam, & numerum inter Iudam, & Israel, id est,
 inter regnum vtrumque confusum, vt huiuscemodi
 hæere quæstionibus non tam studiosi, quam otiosi
 hominis esse videatur. Munuscula à te missa liben-
 ter suscepi, & impendio precor, vt in amore, quo nos
 appetere cœpisti, ad finem vsque perdures, non enim
 cœpisse, sed permansisse, virtutis est, nostra vicissim,
 per Desiderium missa, suscipe.

Tit. 2.

1. Cor. 3.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CXXXIII.

ARGUMENTVM.

RHÆTICVM, Augustudunensem Episcopum, taxat,
 quod in commentarijs super Cantico canticorū, Tharsis pro
 Tarso Ciliciae, Pauli Apostoli patria, & aurum Ophaz pro
 Petro Apostolorum principe interpretatus sit, & quia multa
 alia in eisdem sibi displicent, propterea eos commentarios
 Marcellæ denegat, & cur cæteris dederit, rationes reddit.



UPER, cum Rhæticij, Augu-
 studunensis episcopi, qui quon-
 dam à Constantino imperatore,
 sub Siluestro episcopo, ob cau-
 sam Montesium missus est Rom-
 am, cōmentarios in Canticū
 canticorū perlegissem, quod He-
 brei vocat *ספר השירים* *sephir*;
 vehementer miratus sum, virum eloquentem, præ-
 ter ineptias sensuum cæterorum, Tharsis urbem,
 putasse Tarsum, in qua Paulus apostolus natus sit,
 & aurum *אופאז* Ophaz, Petrum significare; quia Cephas
 in euangelio, idem Petrus sit appellatus. Habuerat
 vtiq̄ue & in Ezechiele id ipsum verbum, vbi de
 quattuor animalibus scribitur: Et species rotarum
 sicut species Tharsis. Et in Daniele de Domino:
 Et corpus eiusdem, vt Tharsis, quod Aquila chrysolitum,
 Symmachus hiacynthum interpretantur. Et in psalmo:
 In spiritu violento conteres naues Tharsis. Et inter
 lapides, qui in ornatu sacerdotis, tribuum nominibus
 sculpti sunt, eiusdem lapidis nomen inferitur; &
 omnis fere scriptura hoc vocabulo referta est. De
 Ophaz verò quid dicam, cū supradictus propheta
 in tertio anno Cyri, regis Persarum, post tres hebdomadas
 ieiunij atque tristitiæ dicat: Exuli oculos meos,
 & vidi, & ecce vir vnus vestitus babbim, & renes
 eius cincti auro Ophaz. Plura quippe apud Hebræos
 auri sunt genera. Vnde, ob distinctionem, nunc
 Ophaz positum est: ne quis *זאב* Zahab putaret,
 quod in Genesi nasci cum lapide carbūculo prædicatur.
 Quæris, si Tharsis lapis chrysolitus sit, aut hiacynthus,
 vt diuersi interpretes volunt, ad cuius coloris
 similitudinem Dei species scribatur; quare Ionas
 propheta, Tharsis ire velle dicatur; & Salomon &
 Iosaphat in regnotum libris naues habuerint, quæ
 de Tharsis solite sint exercere commercia. Ad quod
 facilis est responsio, *אופאז* esse vocabulum, quod
 & Indiæ regio ita appelletur, & ipsum mare, quia
 caruleum sit, & sæpe, solis radijs percussum, colorem
 supradictorum lapidum trahat, & à colore no-

Act. 12. Ioan. 1.

Ezech. 10.

Dan. 10.

Psal. 47. Exod. 28.

Dan. 10.

Gen. 2.

Ionas. 1. 3. Reg. 10. Paral. 9. 20.

men acceperit, licet Iosephus, pro *θ* littera mutata,
 Græcos putet Tarsum appellare pro Tharsis. Innumerabilia
 sunt, quæ in illius mihi commentarijs sordere visã sunt.
 Est quidem sermo compositus, & Gallicano cothurno
 fluens: sed quid ad interpretem, cuius professio est,
 non quo ipse disertus appareat, sed quo eum, qui
 lecturus est, sic faciat intelligere, quo modo ipse
 intellexit, qui scripsit? Rogo, non habuerat decem
 Origenis volumina: non interpretes cæteros: nõ certè
 aliquos necessarios Hebræorum, vt aut interrogaret,
 aut legeret, quid sibi vellet, quæ ignorabat: sed
 tam male videtur existimasse de cæteris, vt nemo
 possit de eius erroribus iudicare. Frustra ergo à
 me eiusdem viri commentarios postulas, cum mihi
 in illis displiceat multo plura, quam placeant.
 Quod si opposueris, cur cæteris dederim: audies,
 non omnes eidem vesci debere cibis. Iesus in deserto
 plures hordeaceis panibus pascit, frumtaeis pauciores.
 Corinthij, in quibus audiebatur fornicario, qualis
 nec inter gentes, lacte pascentur, quia necdum poterant
 solidum cibum capere. Ephesij autem, in quibus
 nullum crimen arguitur, ab ipso Domino cælesti
 vescuntur pane, & sacramentum, quod à sæculis
 absconditum fuerat, agnoscunt, neq̄ verò eorum,
 qui à me exemplaria acceperunt, vel auctoritate,
 vel ætate ducaris: cum & Daniel puer senes
 iudicet; & Amos, pastor caprarum, in sacerdotum
 principes inuehatur.

Matth. 14.

1. Cor. 4. 1. Cor. 13.

Eph. 6.

Dan. 11. Amos. 1. 6.

HIERONYMVS SOPHRONIO.

EPISTOLA CXXXIIII.

ARGUMENTVM.

SOPHRONIVM, ad cuius preces Psalms ex Hebræo
 vertit, docet de distinctione psalterij, & de Psalms
 auctoribus, titulisq̄ue, & quod ipse fideliter eos ad
 genuinum, post alios interpretes, verterit sensum: addens,
 quod si iuxta pollicitum à Sophronio deinde vertantur
 in Græcum, siue laus, siue vituperatio, communis erit.



CIO quosdam putare, Psalterium
 in quinq; libros esse diuisum, vt vbi-
 cumq̄ue apud Septuaginta interpretes
 scriptum est, *πενταβιβλος*, id est, fiat
 fiat, finis librorum sit: pro quo in
 Hebræo legitur *אמן* amen. Nos
 autem, Hebræorum auctoritatem secuti, & maxi-
 me apostolorum, qui semper in nouo testamen-
 to, psalms librum nominant, vnum asserimus
 psalms volumen. Psalms omnes eorum testa-
 mur auctorum, qui ponuntur in titulis, David
 cecit, Asaph & Idithum, filiorum Core, Eman
 Ezrahitæ, Moyse, & Salomonis, & reliquorū,
 quos Esdras primo volumine comprehendit. Si enim
 amen, pro quo Aquila translulit, *πενταβιβλος*,
 in fine tantummodo librorum poneretur, & non inter-
 dum aut in exordio, aut in calce sermonis,
 siue sententiæ: nunquam Saluator in eu-
 angelio loqueretur: Amen amen dico vobis:
 nec Pauli epistolæ in medio illud opere
 continerent. Moyse quoque & Hieremias, &
 cæteri in hunc modum multos haberent
 libros, qui in medijs voluminibus suis,
 amen, frequenter interferunt. Sed &
 numerus viginti duorum librorū
 Hebræorum, & mysterium eiusdem
 numeri commutabitur. Nam &
 titulus ipse Hebraicus, *sepher tehillim*
 ספר תהילים, quod interpretatur
 volumen hymnorum, apostolicæ
 auctoritati congruens, non plures
 libros, sed vnum volumen ostendit.
 Quia igitur nuper cum Hebræo
 disputans, quædã pro Domino Saluatore
 de psalms testimonia protulisti; volens
 te illudere,

Act. 1.

Esdr. 2.

Ioan. 6. 1. Cor. 14.

per

per sermones pene singulos, afferebat non ita haberi in Hebræo, vt tu de Septuaginta interpretibus opponerebas: studiosissimè postulas, vt post Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, nouam editionem, Latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari, & amorem tuum, quo laboris, vel translatione, vel iudicio meo esse contentum. Vnde impulsus à te, cui & quæ possum debeo, & quæ non possum, rursus me obtrectatorum latribus tradidi: maluique te vires potius meas, quam voluntatem in amicitia requirere. Certè confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil dumtaxat sententiæ de Hebraica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea à veteribus discreparit, interroga quemlibet Hebræorum, & liquidò peruidebis me ab æmulis frustra lacerari, qui malunt contemnere videri præclara, quam discere: peruerissimi homines. nam cum semper nouas expectant voluptates, & gulæ eorum vicina maria non sufficiant; cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt? nec hoc dico, quo prædecessores meos mordeam, aut quidquam his arbitrer detrahendum: quorum translationem, diligentissimè emendam, olim meæ linguæ hominibus dederim: sed quòd aliud sit, in ecclesijs Christo credentium psalmos legere; aliud, Iudæis, singula verba calumniantibus, respondere. Quod opusculum meum si in Græcum, vt polliceris, transtuleris, & imperitiæ meæ doctissimos quosque viros testes facere volueris; dicam tibi illud Horatianum: In siluam ne ligna feras, nisi quod hoc habebis solamen; si in labore communi intelligam mihi & laudem, & vituperationem tecum esse communem.

HIERON. SVNIAE, ET FRETÆ.

EPISTOLA CXXXV.

ARGVMENTVM.

QVIA Sunia, & Fretæ ex Getarum, ac Germaniæ oris scripserant ad D. Hieronymum loca multa ex Psalterio, in quibus græca, latinaque exemplaria inter se non consentiebant, obsecrantes vt ipse ex Hebræo, quænam horum locorum esset veritas, declararet: postquam docuit, quòd sicut in nouo testamento ad græcum, ita in veteri ad Hebræum fontem pro haurienda veritate recurritur, & quòd communis editio, quæ lxx. est, non ita incorrupta feratur apud vulgus, sicut & illa, quæ in ἑβραϊστί habetur, & ab ipso versa est in latinum, quæ omnino cum Hebræa congruit veritate; ad ipsa loca sigillatim discutienda descendit, explicat autem omnia non minus accuratè, quam doctè, singulis etiam omnibus syllabis, minutijque discussis.



ERE in vobis apostolicus & propheticus sermo completus est: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quis hoc crederet, vt barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem, & dormitantibus, immo contententibus Græcis, ipsa Germania Spiritus sancti eloquia scrutaretur? In veritate cognoui, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Dudum callosa tenendo capulum manus, & digiti tractandis sagittis aptiores, ad stylum calamumque mollescunt: & bellicosæ pectora vertuntur in mansuetudinè Christianam. Nunc & Esaiæ vatiniuum cernimus opere completum: Concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & non assumet gens contra gentem gladium, & non discent ultra pugnare. Rursumque in eodem: Pascetur lupus cum

HIERON. TOM. I.

agno, & pardus requiescet cum hædo; & vitulus, & leo, & taurus pascuntur simul; & puer paruulus ducet eos: & bos & vrsus in commune pascuntur; paruulique eorum erunt pariter; & leo & bos comedent paleas; non vt simplicitas in feritatem transeat, sed feritas discat simplicitatem. Queritis à me rem magni operis, & maioris inuidiæ; in qua scriben-tis non ingenium, sed eruditio comprobetur; vt dum ipse cupio de cæteris iudicare, iudicandum me omnibus præbeam: & in opere Psalterij iuxta distinctionem schedulæ vestræ, vbicumque inter Latinos Græcosque contentio est, quid magis Hebræis conueniat, significem. In quo breuiter illud admoneo, vt sciatis aliam esse editionem, quam Origenes, & Cæsariensis Eusebius, omnisque Græciæ tractatores κοινή, id est, communem appellant, atque vulgatam, & à plerisque nunc λεγόμενη dicitur; aliam Septuaginta interpretum, quæ & in ἑβραϊστί codicibus reperitur, & à nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, & Hierosolymæ atque in orientis ecclesijs decantatur, super qua te & sanctus filius meus Auitus sæpe quaesierat. Et quia he occasio fratris nostri Firmi presbyteri dedit, qui mihi epistolam vestram reddidit à vobis; scribens in commune respondeo, & me magno amicitiae libero fenore, quod quanto magis soluius, plus debemus. Sicut autem in nouo testamento, si quando apud Latinos quaestio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum: ita in veteri testamento, si quando inter Græcos Latinosque diuersitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, vt quidquid de fonte proficiscitur, hoc quaeramus in ritulis. κοινή autem ista, hoc est communis editio, ipsa est, quæ & Septuaginta. Sed hoc interest inter vtramque, quòd κοινή pro locis, & temporibus, & pro voluntate scriptorū veterum corrupta editio est. Ea autem, quæ habetur in ἑβραϊστί, & quam nos vertimus, ipsa est, quæ in eruditorum libris incorrupta, & immaculata, Septuaginta interpretum translatio referuatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita & ab Hebræorū auctoritate discordet. Prima de quinto psalmo quaestio fuit: Neque habitabit iuxta te malignus. Pro quo habetur in Græco, οὐ παροικήσει σοι πονηρὸς, siue πονηρὸς βουμένος, vt vulgata editio continet: & miramini, cur παροικήσαν, id est, incolatum Latinus interpres non verterit, sed pro hoc posuerit habitationem, quæ Græcè dicitur κατοικία: quod quidem in alio psalmo fecisse cōiunctur. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et in decimoquarto psalmo rursus pro incolatu habitationem posuit: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo. Et sciendum, quòd si voluerimus dicere: Domine, quis inolet tabernaculum tuum: vel illud de quinto: Neque inolet iuxta te malignus: perdet euphoniā: & dum interpretationis κακοζήλιαν sequimur, omnem decorem translationis amittimus: & hanc esse regulam boni interpretis, vt idioma alterius linguæ suæ linguæ exprimat proprietate: quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & in Demosthenis contra Æschynem oratione fecisse conuincit, & Plautum, Terentium, Cæciliūque, eruditissimos viros, in Græcis comædijs transferendis. Neque ex eo quis Latinam linguam angustissimam putet, quòd non possit verbum de verbo transferre; cum etiam Græci pleraque nostra per circumiectus transferant, & verba Hebraica non interpretationis fide, sed linguæ suæ proprietatibus citantur exprimere. De eodem

Aa j psalmo

Mat.
Ces.
ps.
m. 11.
nos. 14.

Psal. 13.

Psal. 10.

Psal. 2.

Psal. 119.

psalmo: dirige in conspectu meo viam tuam: pro quo habetur in græco, *καταστρέφον ἡν ἰνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου*: hoc est, dirige in conspectu tuo viam meam: quod nec Septuaginta habent, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio, sed sola *κοινή* editio. Denique & in Hebræo ita scriptum reperi: haiesar lephanai darchecha דַּרְכֵי רִפְנַי לְפָנַי, quod omnes voce simili transfulerunt: dirige in conspectu meo viam tuam: secundum illud, quod in oratione Dominica dicitur: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: non quod nobis orantibus sanctificetur, quod per se sanctum est: sed quod petamus, vt quod per naturam sui sanctum est, sanctificetur in nobis. Ergo & nunc propheta postulat, vt via Domini, quæ per se recta est, etiam sibi recta fiat, De sexto psalmo: Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei, & dicitis, vehementer, in Græco non haberi. Scio, sed hoc in editione vulgata: ceterum in Hebræo habet meod *קָמָה*, id est, vehementer: & omnes *σφόδρα* similiter transfulerunt. De septimo psalmo: Iudica me, Domine, secundum iustitiam meam. Pro quo habetur in Græco, *κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου*, id est, iuxta iustitiam tuam: sed in hoc male: in Hebræo autem zideki זִדְקָתִי habet, quod interpretatur iustitia mea: & nō zidekatheca זִדְקָתְךָ quod iustitiam tuam sonat. Sed & omnes interpretes iustitiam meam voce simili transfulerunt. Nec cuiquā videatur temerarium, quod iudicari se secundum iustitiam suam postulet: cum & sequens versiculus hoc ipsum significet: Et secundum innocentiam meam super me: Et decimi sexti psalmi hoc exordium sit: Exaudi Domine iustitiā meam. Et in decimosextimo quoque dicatur: Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum reddet mihi. In vigesimo quoque quinto psalmo scriptum sit: Proba me, Domine, & tenta me, vt renes meos, & cor meum. Et in quarto psalmo dicatur: Cum inuocare, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. Et in octogesimo quinto: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Iacob quoque loquitur in Genesi: Et exaudiet me cras iustitia mea.

De octauo psalmo: Quoniam videbo cælos tuos, & dicitis, quod, tuos, in Græco non habeatur. Verum est, sed in Hebræo legitur samecha שָׁמַיִם, quod interpretatur, cælos tuos, & de additione Theodotionis in Septuaginta interpretibus additum est sub asterisco, cuius rei breuiter vobis sensum aperiam. Vbi quid minus habetur in Græco ab Hebraica veritate, Origenes de translatione Theodotionis addidit, & signum posuit asteriscum, id est stellam, quæ quod prius absconditum videbatur, illuminet, & in medium proferat: vbi autem quod in Hebræo non est, in Græcis codicibus inuenitur, *ὀβελόν*, id est, iacentem, præposuit virgulam, quam nos Latine veru possumus dicere: quo ostenditur iugulandum esse, & confodiendum, quod in authenticis libris non inuenitur: quæ signa & in Græcorum Latinorumque poematibus inueniuntur. In decimosexto psalmo: Oculi tui videant æquitates: pro quo in Græco vos legisse dicitis, *ὁ ὀφθαλμὸς μου ἰδέτωσαν ἐκθύτητας*, id est, oculi mei videant æquitates, sed rectius oculi tui, quia & supra dixerat: De vultu tuo iudicium meum prodeat: vt oculi Domini in propheta recta operante, non praua, sed recta conspiciant. In ipso: Custodi me vt pupillam oculi, dicitis in Græco legi, *φύλαξόν με κύριε ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ*, id est, custodi me Domine, vt pupillam oculi: quod nec in Hebræo, nec illo habetur interprete. In eodem: Exurge Domine, præueni eum, & supplantam eum: pro quo in

Græco sit, *ἀνάστη κύριε, πρόφρασον αὐτοῦς, καὶ ὑποσέλισον αὐτοῦς*, id est: Exurge Domine, præueni eos, & supplantam eos. Sed melius, si legatur in numero singulari, siquidem de impio dictum est: de quo statim sequitur, præueni eum, & supplantam eum: eripe ab impio animam meam: nullique dubium, quin diabolus significet. Decimosextimo psalmo: Grando, & carbones ignis. Et queritis, cur Græci istum versiculum secundo non habeant interpositis duobus versibus. Sed sciendum, quia de Hebraico, & de Theodotionis editione, Septuaginta interpretibus sub asterisco additum sit. In eodem: Qui perficit pedes meos tamquam ceruorum. pro quo scribitis in Græco inueniri, *καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἰλάφου*, id est, qui perficit pedes meos tamquam cerui: singularem numerum pro plurali. Sed in Hebræo pluralis numerus positus est caialoth *תְּלָחִים* & omnes interpretes pluralem numerum transfulerunt. In eodem: Et edidisti mihi protectionem salutis tuæ: pro quo in Græco vos legisse dicitis, *καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας μου*, id est, & dedisti mihi protectionem salutis meæ. Sed in Hebræo jefacha *יְשׁוּעָה* salutis tuæ significat, non meæ, quod & omnes interpretes transfulerunt. In ipso: Supplantasti insurgentes in me, subtus me. Pro quo in Græco plus inuenisse vos dicitis, *συνεσπόμενος πάντας τοὺς ἐπιανίσταμένους ἐπ' ἐμὲ*, id est, supplantasti omnes insurgentes in me: sed, omnes, additum est. In eodem: Viuit Dominus & benedictus Deus meus. Et dicitis in Græco non haberi meus, *Ζῆ κύριος καὶ ἑυλογητὸς ὁ θεός*, id est, viuit Dominus, & benedictus Deus: quod non sub asterisco, sed ab ipsis Septuaginta de Hebraica veritate translatum est, & cuncti interpretes in hac parte consentiunt. In eodem: Liberator meus de gentibus iracundis. Pro quo in Græco vos inuenisse dicitis, *ὁ φύσης με ἐξ ἐχθρῶν μου θνητῶν*, id est, liberator meus ab inimicis meis fortibus, siue potentibus. Et quia semel veritati studemus, si quid vel transferentis festinatione, vel scribentium vitio deprauatum est, simpliciter confiteri, & emendare debemus. In Hebræo nihil aliud habetur nisi hoc: Liberator meus ab inimicis meis: Septuaginta autem, iracundis, addiderunt. Et pro gentibus tam in Hebræo, quam in cunctis interpretibus, inimici positi sunt: & miror, quo modo pro inimicis, gentes mutatae sunt. De decimos octauo: Exultauit vt gigas ad currendum viam suam: & dicitis, quod in Græco, suam, non habeatur, *ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δρῆμὸν ὁδόν*, id est, exultabit vt gigas currere viam: sed hoc nos sub veru additum reperimus, & in Hebræo non esse, manifestum est. De decimonono: Tribuat tibi secundum cor tuum: & dicitis in Græco vos in hoc versiculo additum nomē Domini, reperisse, *δώσει κύριος*, id est, tribuat tibi Dominus, quod superfluum est: quia ex superioribus, *ἀπό κοινῆ* subauditur, vnde cœpit & psalmus: Exaudiat te Dominus in die tribulationis. vt & hic sub eodem sensu dicatur: Tribuat tibi secundum cor tuum, id est, ipse Dominus, de quo supra dictum est. In eodem: Exaudi nos in die, qua inuocauerimus te: pro quo legisse vos dicitis, *ἐν ἡμέρᾳ*, id est, in quacumque: sed superius cum Hebraica veritate concordat: vbi scriptum est, beiom *בְּיוֹם*, id est, in die. De vicesimoprimo: Tu autem, Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me. dicitis inuenisse vos meum: quod & verum est, & ita corrigendum. Neque enim, si quid scriptorum est errore mutatum, stulta debemus contentione defendere. In eodem: Vniuersum semen Iacob magnificate eum: pro quo in Græco scriptum sit,

Ezech. 6.

Gen. 30.

Exod. 15

fit, *ἀπαν τὸ σπέρμα ἰακώβ δόξασατε αὐτὸν*, id est, glori-
 ficate eum. Sed sciendum, quod vbiicumque in Græ-
 co *δόξασατε*, id est glorificate, scriptum sit, Latinus
 interpres, magnificate, translulerit, secundum illud,
 quod in Exodo dicitur: Cantemus Domino: glo-
 riose enim magnificatus est: pro quo in Græco scri-
 bitur, *δεδόξαται*, id est, glorificatus est, sed in Latino
 si transferatur, fit indecora translatio: & nos emen-
 dantes psalterium olim, vbiicumque sensus idem est,
 veterum interpretum consuetudinem mutare no-
 luimus; ne, nimia nouitate, lectoris studium terre-
 remus. De vicesimosecundo: Calix meus inebrians
 quàm preclarus est. Pro quo in Græco legisse vos dici-
 tis, *ποτήριόν σου*, id est, calix tuus. Sed in *κοπή* hoc er-
 ror obtinuit. Cæterum & septuaginta, & Hebræi, &
 omnes interpretes, calix meus, habent, & Hebrai-
 ce dicitur *chofi ירי*, alioqui si calix tuus esset, dice-
 retur *chosecha ירי*. In vicesimoquarto: Confundatur
 omnes iniqua agentes: & dicitis, quod omnes, in
 Græco nõ habeatur: *εἰρηνηθήτωσαν οἱ ἀνομούντες*, id est,
 confundantur iniqua agentes: & bene: nam nec in
 Hebræo habetur, sed in Septuaginta sub veru ad-
 ditum est. In eodem: Innocentes & recti adhaeserunt
 mihi, quia sustinui te: & dicitis in Græco vos
 reperisse, *ὅτι ὑπέμεινά σε κύριε*, id est, quia sustinui
 te Domine: quod superfluum est. De vicesimosex-
 to. Et nunc exaltauit caput meum super inimicos
 meos: pro quo in Græco vos inuenisse dicitis, *καὶ
 ᾤνῃ δ' αὖ ὑψώσε κεφαλὴν μου*, id est, & nunc ecce exal-
 tauit caput meum: sed ecce, superfluum est. In
 eodem: Exquisiuit facies mea: pro quo in Græ-
 co positum sit, *ἔξελήπισέ σε τὸ πρόσωπόν μου*, id est,
 quasiuit te facies mea: sed melius superius est. De
 vicesimo septimo: Exaudi vocem deprecationis mee:
 pro quo vos inuenisse dicitis, *ἰσαύμισσον κύριε*, id est,
 exaudi Domine: sed & hoc additum est. Vicesimo-
 octauo: Et in templo eius omnes dicent gloriam:
 pro quo in Græco, *καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτῶ πάντες τῆς λέγει δό-
 ξαν*, id est, & in templo eius omnis quis dicit glo-
 riam. Quod si transferre voluerimus ad verbum,
 omnis quis; in *κακοῦλλίαν* interpretationis incurri-
 mus, & fit absurda translatio. In eodem: Dominus
 diluuium inhabitare facit: pro quo vos legisse dicitis,
κύριος τὸν κατακλιτισμὸν κατοικεῖ, id est, Dominus
 diluuium inhabitat: quorum prius pertinet ad gra-
 tiam credentium, secundum ad eius, in quo cre-
 dunt habitaculum. Sed quia *ιαfab ישי* verbum am-
 biguum est, & potest vtrumque sonare: nam *fessio*
 & habitatio dicitur, & in ipso psalmo de gratia bap-
 tismatis dicitur: Vox Domini super aquas multas,
 & vox Domini præparantis ceruos, & reuelauit con-
 densa, & in templo eius omnis dicit gloriam: de ipsi-
 sentiri voluimus, qui glorificant Dominum: & in-
 terpretati sumus, Dominus diluuium inhabitare
 facit. De tricesimo: Quoniam tu es protector meus.
 Rursum & in hoc loco additum est nomen Domini
ὑπερασπιστής μου κύριε, id est, quoniam tu es protector
 meus Domine. Et ne eadem inculcem, obseruare
 debetis, nomen Domini & Dei sapissimè additum;
 & id vos debere sequi, quod de Hebraico & de Sep-
 tuaginta interpretibus emendauius. In eodem:
 Ego autem dixi in excessu mentis meæ: pro quo in
 Latinis codicibus legebatur, in pauore meo: & nos
 iuxta Græcum translulimus, *ἐν τῇ ἐκστάσει μου*, id est,
 in excessu mentis meæ, aliter enim Latinus sermo
ἐκστασι exprimeret non potest, nisi mentis excessum.
 Aliter me in Hebraico legisse noueram, in stupore
 & admiratione mea. Tricesimo primo: Nec est in
 spiritu eius dolus: pro quo in Græco vos legisse dicitis

τις, οὐδ' ἐστὶν ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ δόλος, id est, neq; est in
 ore eius dolus; quod solus Symmachus posuit, alio-
 quin & Septuaginta interpretes, & Theodotion, &
 Quinta & Sexta editio, & Aquila, & ipsum Hebrai-
 cū, in spiritu eius habet, quod Hebraicè dicitur *תרי
 berucho*. Sin autè esset, in ore eius dolus, scriberetur
תרי בשפי. In eodem: Conuersus sum in arūna mea.
 In Græco, mea, non esse suggeritis. *ἐστράφη εἰς τα-
 λαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπρωλήναι μοι ἀκωνθαν*, id est, con-
 uersus sum in arumna, dum configitur mihi spina:
 quod ex Hebraico, & translatione Theodotionis,
 sub asterisco additum est: & in Hebraico legitur *le-
 faddi תשף*. Trigesimoquarto: Omnia ossa mea di-
 cent Domine: pro quo bis, Domine inuenisse vos
 dicitis, *πάντα τὰ ὀσά μου ἐρέσει κύριε, κύριε*, id est, om-
 nia ossa mea dicent, Domine, Domine. Sed sciend-
 um, quod multa sunt exemplaria apud Hebræos,
 quæ ne semel quidem Dominum habent. Trigesimo-
 sexto: Et viam eius volet, & in Græco, volet ni-
 mis, vos legisse dicitis, *θελήσει σφόδρα*, id est, & viam
 eius volet nimis; quod additum est, nec apud quem-
 quam habetur interpretum. Trigesimo octauo: Ver-
 gum tamen vanè conturbatur omnis homo viuens,
 & dicitis in Græco vos non inuenisse, conturbatur,
πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἀνθρώπος ζῶν, id
 est, verum tamen vniuersa vanitas, omnis homo vi-
 uens. Sed & hoc sub veru additum est in Septuagin-
 ta. Et hinc apud vos, & apud plerisque error exori-
 tur, quod scriptorum negligentia, virgulis & aste-
 rificis subtrahitis, distinctio vniuersa cõfunditur. Tri-
 cesimonono: Et legem tuam in medio cordis mei:
 pro quo in Græco comperisse vos dicitis, *καὶ τὸν νόμον
 σε, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου*, id est, & legem tuam in medio
 ventris mei; quod in Hebræo scriptum est, *יגד יהיה
 betoch meai*, sed propter euphoniā apud Latinos
 in corde translaturum est; & tamen non debemus sub-
 trahere, quod verum est. In eodem: Domine, in
 adiutorium meum respice. Pro quo in Græco repe-
 risse vos dicitis, *κύριε ἕως τὸ βοηθήσαι μοι σπείσον*, id est,
 Domine ad adiuuandum me festina. Sed apud Sep-
 tuaginta *πρόχες*, id est, respice, scriptum est. Qua-
 dragésimo: Et si ingrediebatur, vt videret: & dicitis
 quod, si in Græco non sit positum, *καὶ εἰσπορεύετο
 τῷ ἰδεῖν*, id est, & ingrediebatur, vt videret: cum ma-
 nifestissimè & in Hebræo & in cunctis interpretibus
 scriptum sit, & septuaginta translulerint. Quadra-
 gesimoprimo. Salutare vultus mei Deus meus. Pro
 quo inuenisse vos dicitis *σωτήριον τῷ προσώπῳ μου, καὶ
 ὁ θεός μου*, id est, salutare vultus mei, & Deus meus.
 Sed sciendum est, hoc in isto psalmo bis inueniri: &
 in primo positum esse, Salutare vultus mei, Deus
 meus: in secundo autem, id est, in fine ipsius psalmi,
 Salutare vultus mei, & Deus meus: ita dumtaxat, vt
 & coniunctio, de Hebræo & Theodotione sub aste-
 risco addita sit.

In eodem. Exprobauerunt mihi qui tribulant
 me, Pro quo inuenisse vos dicitis, *ἀνείδιζόν με δι ἐχ-
 θροί μου* id est exprobauerunt mihi inimici mei, cum
 & apud Septuaginta scriptum sit, *οἱ θλίβοντές με*: &
 apud Hebræos *יחנני* forerai, id est, hostes mei. In eo-
 dem. Spera in Deum, quoniam adhuc confitebor
 illi, & dicitis, adhuc, in Græco non inueniri: *ἐξομ-
 λογῆσομαι αὐτῷ*, id est, spera in Deum, quoniam
 confitebor illi: quod sub asterisco additum est: ita
 & in Hebræo scriptū reperimus *יחי הוד*, quod
 significat *ἵτι ἐστὶ*, Latineque dicitur adhuc. Hoc
 etiam ipsum & in quadagesimosecundo intelligen-
 dum est in vltimo versu. Quadagesimotertio. Et
 nõ egredietis in virtutibus nostris: Pro quo in Græco

vos reperisse dicitis, καὶ οὐκ ἐξέλκυσθ' ὁ θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεισιν ἡμῶν, id est, & non egredieris Deus in virtutibus nostris, sed Deus superfluum est. In ipso. Posuisti nos in similitudinem gentibus. Pro quo in Græco scriptum est, ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Sed si dictum fuisset in Latino, in similitudinem in gentibus, καθόρονον esset: & propterea, absq; damno icnsus, interpretationis elegantia conseruata est, alioquin in Hebræo ita scriptum reperi, thesimum mosel bagoim בנח להנניח id est, posuisti nos prouerbiu in gentibus. In eodem. Exurge adiuua nos. Pro quo more solito in Græco, Domine, additum est, ἀνάστα κύριε βοήθησον ἡμῖν, id est, exurge Domine, adiuua nos. Quadragesimoquarto. Sagittæ tuæ acutæ. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, τὰ βέλη σου ἠκούνημένα δυνάτε, id est, sagittæ tuæ acutæ potentissime, sed hoc malè, & de superiori tertio versiculo additum est, in quo legitur: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, id est, ἐπὶ τὸν μηρὸν σου δυνάτε. Quadragesimoseptimo. Quoniam ecce reges congregati sunt. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, ὅτι ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς αὐτῆς συνήχθησαν: id est, quoniam ecce reges eius congregati sunt, quod superfluum esse, ipse lectionis textus ostendit: & in veteribus Latinorum codicibus scriptum erat, reges terræ: quod nos susulimus; quia nec in Hebræo, nec in Septuaginta reperitur. In ipso. Sicut audiuius, sic vidimus. Pro quo in Græco reperisse vos dicitis, καθάπερ ἠκούσαμεν οὕτως ἡμεῖς ἴδομεν, id est, sicut audiuius, ita & vidimus: quod superfluum est: Legitur enim in Hebræo, chen rainu כחן רן; quod interpretatur εὐ τὸς ἴδομεν, hoc est, sic vidimus. In eodem. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Pro quo, quod nos de Hebraico & Septuaginta interpretibus vertimus, templi tui, id est, ναὸς σου. in Græco legisse vos dicitis, λαοὺ σου, id est, populi tui: quod superfluum est: in Hebraico enim scriptum est, ה'כהל hechalecha, id est, ναὸς σου, hoc est templi tui, & non ה'כהל amecha, quod populum tuum significat. Quadragesimo octauo. Homo cum in honore esset. Pro quo in Græco vos inuenisse dicitis, & homo cum in honore esset, καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ἂν. Sed sciendum, quod iste versiculus bis in hoc psalmo sit; & in priori additam habeat & conjunctionem, in sine non habeat. In eodem. Et dominabuntur eorum iusti. Pro iustis, δι' ἰδούς, id est, rectoris, in Græco vos legisse dicitis, sed hoc propter euphoniā ita in Latino versum est, aliquin & in eo loco, vbi scriptum legimus, ecce scriptum est in libro; ἔσθων, iustorum intelligimus librum: & non debemus sic verbum de verbo exprimere, vt dum syllabas sequimur, perdamus intelligentiam. In eodem. De manu inferi cum liberauerit me. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, ἐμ χειρὸς ἀδού ἔσαν λαμβάνη με, id est, de manu inferi cum acceperit me. Quod quidem & nos de septuaginta ita vertimus: & miror, quo modo in vestro codice deprauatum sit. Quadragesimonono. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, καθήμενος κατὰ τὸ ἀδελφού σου καταλάλις: & putatis non benè versum, quia diximus, aduersus fratrem tuum loquebaris, & debuisse nos dicere, aduersus fratrem tuum detrahebas: quod vitiosum esse, & in lingua nostra non stare, etiam stultis patet. Nec ignoramus, quod καταλάλις dicatur detractio; quam si voluerimus ponere, non possumus dicere, aduersus fratrem tuum detrahebas, sed de fratre tuo detrahebas. Quod si fecerimus, rursus contētiosus calumniator verborum inquirere, quare non dixerimus, κατὰ τὸ

ἀδελφῶ σου, hoc est, aduersus fratrem tuum. Hæc superflua sunt; & non debemus pudita nos verborum interpretatione torquere, cum damnium non sit in sensibus: quia vnaquæque lingua, vt ante diximus, suis proprietatibus loquitur. In ipso. Ne quando rapiat, & sit qui eripiat, & in Græco vos reperisse dicitis, καὶ οὐ μὴ ἢ ὁ ράμνος, id est, nec sit qui eripiat; quod & à nobis versum est, & in nostris codicibus sic habetur, & miror, quo modo vitium librarij dormitantis, ad culpam referatis interpretis: nisi fortè fuerit, ne quando rapiat, nec sit qui eripiat: & ille pro nec, & scripserit. In eodem. Sacrificium laudis honorificabit me. Pro quo in Græco scribitur, θυσία ἀνίσεως δόξασει με, id est, glorificabit me: de quo & supra diximus. Et in euangelio in eo loco, vbi in Græco legimus, καὶ νῦν δόξασον με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτοῦ τῆ δόξης, ἢ εἶχον παρὰ τῶ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοι: in Latino scribitur, Et nunc clarifica me tu pater apud te met ipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te. Nolumus igitur immutare, quod ab antiquis legebatur: quia idem sensus erat. In quinquagesimoquarto. Expectabam eum, qui saluum me fecit, & dicitis vos inuenisse in Græco, προσεδέχθην τὸν θεὸν τὸν σώζοντά με, id est, expectabam Deum saluantem me: quod additum est. In eodem. A pusillanimitate spiritus, & in Græco inuenisse vos dicitis, ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, quod propriè pusillanimitas dicitur. Sed sciendum, quod pro, ὀλιγοψυχία, Aquila, & Symmachus, & Theodotion, & Quinta editio interpretati sunt ἀπὸ πνεύματος, id est, à spiritu, & in Hebræo scriptum est חרף, meruah. Omnisque sensus ita apud eos legitur, festinabo, vt saluer à spiritu tempeffatis, & turbinis. In eodem. Quoniam si inimicus maledixisset mihi, in Græco ὠνείδισέ με, hoc est opprobraffet me, posum est. Sed inter maledicta & opprobria sensum non discrepare, perspicuum est. De quinquagesimo quinto. Quoniam multi bellantes aduersum me, ab altitudine diei timebo. Et dicitis in Græco vos inuenisse, ὅτι πῶλλον ὀπωλεμούμετες με, ἀπὸ ὕψους ἡμέρας ἐν φοβῇ θήσομαι, id est, non timebo: quod additum est. Et est ordo, quoniam multi dimicant aduersum me, iccirco ego ab altitudine diei timebo: hoc est, non bellantes aduersum me, sed tuum excelsum timebo lumen. In ipso. In ira populos confringes, pro quo in græco legitur, ἐν ἔργῳ λαοὺς καταβείς, id est, confringes: & apud Latinos pro eo, quod est, deiciēs, id est, καταβάλις, malè error obtinuit, καταβείς, id est, in ira populos confringes, nam & in Hebraico ה'רה, hored habetur, id est, καταβέσασον: quod nos possumus dicere, depone: & Symmachus interpretatus est, κατασείσαι. Quinquagesimo octauo. Quia Dominus susceptor meus. Pro quo in Græco positum est, ὅτι σὺ θεὸς ἀντιλήπτωρ μου εἶ, id est, quia tu Deus susceptor meus es. Sed sciendum, quod in Hebræo, nec es, est scriptum, nec tu, & apud Septuaginta solos inueniri. In ipso. Deus meus voluntas eius præueniet me. Pro quo in Græco scriptum est, ὁ θεός μου τὸ ἔλεος ἀντὶ προσφάσει με, id est, Deus meus misericordia eius præueniet me, quod & verus est. Sed in Hebræo scriptum est: Dei mei misericordia præueniet me. In eodem. Deus ostendet mihi inter inimicos meos. Pro quo in Græco positum est, ὁ θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου, id est, Deus meus ostendet mihi in inimicis meis, sed meus, additum est. In eodem. Ne occidas eos, ne quando obliuiscatur populi tui. Pro quo in Græco scriptum est, μήποτε ἐπιλάβωνται τὸ νόμον σου, id est, ne quando obliuiscantur legis tuæ. Sed in Septuaginta, & in Hebræo non habetur, populi tui, sed populi mei,

mei: & à nobis ita verſum eſt. In eodem. Et ſcient, quia Dominus dominabitur Iacob finium terræ. Pro quo in Græco ſcriptū eſt, ἡ γῶσονται ὅτι ὁ θεὸς δεσπόσει ἐν ἰακώβ, ἡ τῶν περάτων τῆς γῆς, id eſt, & noſcent quonia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ. Sed, & coniunctio addita eſt: & ordo eſt: Sciēt, & benedictus Dominus die quotidie. Pro quo dicitis in Græco legi, κύριος ὁ θεὸς εὐλογητός, εὐλογητός κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν, id eſt, dominus Deus benedictus, benedictus Dominus die quotidie. Sed melius, & verius eſt quod ſupra. In eodē. Viderūt ingreſſus tui Deus. Pro quo in Græco ſcriptum ſit: ἐθεωρήθησαν αἱ πόρται σε ὁ θεός, id eſt, viſi ſunt ingreſſus tui Deus: quod in Hebræo ita habet: פתח תיבת הויה ראו, rau helichotheca elohim, quod Aquila, & Symmachus, & Theodotion, & Quinta, ſextaque editio interpretati ſunt: Viderunt itinera tua Deus, & quod ſequitur, Itinera Dei mei regis, qui eſt in ſancto. Ergo à nobis ita legendum eſt: Viderunt ingreſſus tuos Deus: & ſcriptoris vitium relinquendū eſt, qui nominatiuū poſuit pro accuſatiuo: licet in ſeptuaginta & in ἐξαπλοῖτα repererim, ἐθαύρησαν τὸς πορείας σε: & pro eo quod eſt, ἐθαύρησαν, hoc eſt viderunt, in multis codicibus habetur ἐθεωρήθησαν: quod & obtinuit conſuetudo. In eodem. Ingreſſus Dei mei regis mei, qui eſt in ſancto: ſubauditur, viderunt ingreſſus Dei mei, & regis mei. Quod autē dicitis, mei, in rege non appoſitum, apertiſſimi mendacij eſt, ſecundō enim ponitur: & Dei mei, & regis mei, blandientis affectu: vt, qui omnium Deus & rex eſt, ſuus ſpecialiter Deus fiat, & rex meritō ſeruitur. Denique in Hebræo ſcriptum habes, יְהוָה אֱלִי מַלְכִי, quod Deum meum, & regem meum ſignificat. In eodem: Regna terræ cantate Deo, pfallite Domino. Et dicitis hoc in iſto verſiculo non eſſe ſcriptum, pfallite Domino; quoniam ſtatim ſequitur poſt diapſalma, pfallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem: cum iſte verſiculus magis habere debeat iuxta Hebraicam veritatem: Cantate Deo, pfallite Domino: & illud quod ſequitur in principio verſus alterius, pfallite Deo: non ſit in libris authenticis, ſed obelo pranotatum. Ergo & vos legite magis ea, quæ vera ſunt; ne, dum additum ſuſcipitis, quod à propheta ſcriptum eſt, relinquatis.

In ſexageſimo octauo. Laudabo nomen Dei cum cantico. Pro quo dicitis vos reperiffe in Græco, εὐνεώ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς, id eſt, laudabo nomen Dei mei cum cātico: ſed, mei, ſuperfluū eſt. In ſeptuageſimo. Deus ne elongeris à me, quod dicitis in Græco poſitum eſſe, ὁ θεός μου μὴ μακρυνῆς ἀπ' ἐμῆ, id eſt, Deus meus ne elongeris à me: meus, ſuperfluū eſt. In eodem. Deus docuiſti me ex iuuentute mea, & in hoc, quod apud Græcos vos inueniſſe dicitis, ὁ θεός μου αἰ ἐδ' ἰδ' αἰξάς με ἐκ νεότητός μου, id eſt, Deus meus. quæ docuiſti me ex iuuentute mea, ſuperfluū eſt, meus. In eodem. Donec annunciam brachium tuum, & dicitis in Græco vos reperiffe, mirabilia tua, ἡ μύθη τέ νῦν ἀπαγγελῶ τὰ θαυμάσια σε, id eſt, vſque nunc annunciam mirabilia tua: quod de ſuperiori verſiculo eſt, Et vſque nunc pronunciam mirabilia tua. Benè ergo hic habet, brachium. In ſeptuageſimoprime palmo. Et adorabunt eum omnes reges. Illud, quod in Græco vos inueniſſe dicitis, ἡ παροικηθήσονται αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, id eſt, & adorabunt eum omnes reges terræ, hoc quidem ſuperfluū eſt. In eodem palmo. Benedictus dominus Deus Deus Iacob, dicitis in Græco bis, Deus, non haberi, εὐλογητός κύριος ὁ θεός Ἰσραὴλ, id eſt, benedictus dominus Deus Iſrael; cum & in Hebraico ſit, & apud Septuaginta, & μαλι-

mei: & à nobis ita verſum eſt. In eodem. Et ſcient, quia Dominus dominabitur Iacob finium terræ. Pro quo in Græco ſcriptū eſt, ἡ γῶσονται ὅτι ὁ θεὸς δεσπόσει ἐν ἰακώβ, ἡ τῶν περάτων τῆς γῆς, id eſt, & noſcent quonia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ. Sed, & coniunctio addita eſt: & ordo eſt: Sciēt, & benedictus Dominus die quotidie. Pro quo dicitis in Græco legi, κύριος ὁ θεὸς εὐλογητός, εὐλογητός κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν, id eſt, dominus Deus benedictus, benedictus Dominus die quotidie. Sed melius, & verius eſt quod ſupra. In eodē. Viderūt ingreſſus tui Deus. Pro quo in Græco ſcriptum ſit: ἐθεωρήθησαν αἱ πόρται σε ὁ θεός, id eſt, viſi ſunt ingreſſus tui Deus: quod in Hebræo ita habet: פתח תיבת הויה ראו, rau helichotheca elohim, quod Aquila, & Symmachus, & Theodotion, & Quinta, ſextaque editio interpretati ſunt: Viderunt itinera tua Deus, & quod ſequitur, Itinera Dei mei regis, qui eſt in ſancto. Ergo à nobis ita legendum eſt: Viderunt ingreſſus tuos Deus: & ſcriptoris vitium relinquendū eſt, qui nominatiuū poſuit pro accuſatiuo: licet in ſeptuaginta & in ἐξαπλοῖτα repererim, ἐθαύρησαν τὸς πορείας σε: & pro eo quod eſt, ἐθαύρησαν, hoc eſt viderunt, in multis codicibus habetur ἐθεωρήθησαν: quod & obtinuit conſuetudo. In eodem. Ingreſſus Dei mei regis mei, qui eſt in ſancto: ſubauditur, viderunt ingreſſus Dei mei, & regis mei. Quod autē dicitis, mei, in rege non appoſitum, apertiſſimi mendacij eſt, ſecundō enim ponitur: & Dei mei, & regis mei, blandientis affectu: vt, qui omnium Deus & rex eſt, ſuus ſpecialiter Deus fiat, & rex meritō ſeruitur. Denique in Hebræo ſcriptum habes, יְהוָה אֱלִי מַלְכִי, quod Deum meum, & regem meum ſignificat. In eodem: Regna terræ cantate Deo, pfallite Domino. Et dicitis hoc in iſto verſiculo non eſſe ſcriptum, pfallite Domino; quoniam ſtatim ſequitur poſt diapſalma, pfallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem: cum iſte verſiculus magis habere debeat iuxta Hebraicam veritatem: Cantate Deo, pfallite Domino: & illud quod ſequitur in principio verſus alterius, pfallite Deo: non ſit in libris authenticis, ſed obelo pranotatum. Ergo & vos legite magis ea, quæ vera ſunt; ne, dum additum ſuſcipitis, quod à propheta ſcriptum eſt, relinquatis.

In ſexageſimo octauo. Laudabo nomen Dei cum cantico. Pro quo dicitis vos reperiffe in Græco, εὐνεώ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς, id eſt, laudabo nomen Dei mei cum cātico: ſed, mei, ſuperfluū eſt. In ſeptuageſimo. Deus ne elongeris à me, quod dicitis in Græco poſitum eſſe, ὁ θεός μου μὴ μακρυνῆς ἀπ' ἐμῆ, id eſt, Deus meus ne elongeris à me: meus, ſuperfluū eſt. In eodem. Deus docuiſti me ex iuuentute mea, & in hoc, quod apud Græcos vos inueniſſe dicitis, ὁ θεός μου αἰ ἐδ' ἰδ' αἰξάς με ἐκ νεότητός μου, id eſt, Deus meus. quæ docuiſti me ex iuuentute mea, ſuperfluū eſt, meus. In eodem. Donec annunciam brachium tuum, & dicitis in Græco vos reperiffe, mirabilia tua, ἡ μύθη τέ νῦν ἀπαγγελῶ τὰ θαυμάσια σε, id eſt, vſque nunc annunciam mirabilia tua: quod de ſuperiori verſiculo eſt, Et vſque nunc pronunciam mirabilia tua. Benè ergo hic habet, brachium. In ſeptuageſimoprime palmo. Et adorabunt eum omnes reges. Illud, quod in Græco vos inueniſſe dicitis, ἡ παροικηθήσονται αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, id eſt, & adorabunt eum omnes reges terræ, hoc quidem ſuperfluū eſt. In eodem palmo. Benedictus dominus Deus Deus Iacob, dicitis in Græco bis, Deus, non haberi, εὐλογητός κύριος ὁ θεός Ἰσραὴλ, id eſt, benedictus dominus Deus Iſrael; cum & in Hebraico ſit, & apud Septuaginta, & μαλι-

& manifestissime triplex domini Dei, Deique nuncupatio, mysterium sit trinitatis. In eodem. Et benedictum nomen maiestatis in æternum. Hoc ergo, quod in Græco vos inuenisse dicitis, *ἐξ ὑλολογημένων τῶ ὄνομα τῆς δόξης αὐτῶ ἐς τὸ αἰῶνα καὶ ἐς τὸν αἰῶνα τῶ αἰῶνος*, id est, & benedictum nomen gloriæ eius in æternū, & in sæculū sæculi, superflue sciatis à Græcis esse appositū, quod nec Hebræus habet, nec Septuaginta interpretes. De septuagesimo secundo, Prodiit quasi ex adipe, & vos dicitis in Græco reperisse, *ἐξελύσεται*, id est, prodiet; quod falsum est, nam & apud Septuaginta interpretes ita scriptū est, *ἐξελύσασατο ὡς ἐν σῆματος ἡ ἀδύνα αὐτῶν*. In eodem. Quo modo scit Deus: in Græco dicitis non esse Deum-cum & apud Septuaginta scriptum sit, *πῶς ἐγνω ὁ θεός*, & omnes interpretes similiter de Hebræo transfulerint. In eodem. Intelligam in nouissimis eorum, pro quo in Græco legisse vos dicitis, *ἐξ συνῶ*, id est, & intelligam: sed hic, & coniunctio superflua est. In eodem. Defecit caro mea, & cor meum, pro quo dicitis in Græco haberi, *ἐξέλιπεν ἡ καρδία μου, καὶ ἡ σάρξ μου*, id est, defecit cor meum & caro mea, sed hic peruersus ordo est. In eodem. Ut annunciem omnes prædicationes tuas. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, *τὸ ἐξαγγέλλω ἡμῶν πᾶσας τὰς ἀνέσεις σου*, id est, ut annunciem omnes laudes tuas. Et sciendum, quod scriptum in Hebræo habet, *מלכא מלכא* malachothecha, quod Aquila *ἀγγέλλεις σου*, id est, nuncios tuos, Septuaginta, *τὰ ἐξαγγέλλω ἡμῶν πᾶσας*, id est, prædicationes tuas, vel promissa interpretati sunt: licet & laus, & prædicatio vnum vtrumque significet. De septuagesimo tertio. Ut quid Deus repulisti in finem. Pro quo apud Græcos male legitur ordine commutato, ut quid repulisti Deus. In eodem. Quanta malignatus est inimicus in sancto. Miror, quis in codice vestro emendando peruerterit, ut pro sancto, sanctis posuerit, cum & in nostro codice, in sancto, inueniatur: licet Græci legant, *ἐν τῷ ἁγίῳ σου*, id est, in sancto tuo. In eodem. Incendamus omnes dies festos Dei à terra. Pro quo in Græco scriptum est, *θεῖτε ἐξ κατεπαύσωμεν πᾶσας τὰς ἑορτὰς τῶ θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς*, & nos translulimus, heus & quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. Et miror, quo modo è latere annotationem nostram nescio quis temerarius scribendam in corpore putauerit, quam nos pro eruditione legis scriptis hoc modo, textus non habet *κατεπαύσωμεν*, ut quidam putant, sed *κατακαύσωμεν*, id est, incendamus. Et quia retulit mihi sanctus presbyter Firmus, qui huius operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quaestionem, plenius de hoc disputanda viderur. In Hebræo scriptum est, *פָּרַח בָּא יַיְגַח בְּרַחֵב שַׁרְפּוּ חֹלְמוֹאֵדֵי הַבָּאֵרֵז*, quod Aquila, & Symmachus verterunt, *ἐν ἁγίῳ σου πᾶσας τὰς ἑορτὰς θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς*, id est, incendunt omnes sollempnitates Dei in terra. Quinta *κατέκαυσαν*, id est, combusserunt. Sexta, *κατακαύσωμεν*, id est, comburamus. Quod & Septuaginta iuxta hexaplorum veritatem translulisse perspicuum est. Theodotion quoque *ἐμπαύρωσωμεν* vertit, id est, succendamus. Ex quo perspicuum est, sic psallendum, ut nos interpretati sumus. Et tamen sciendum, quid Hebraica veritas habeat, hoc enim, quod Septuaginta interpretes transfulerunt, propter vetustatem in Ecclesia decantandum est; & illud ab eruditissimis sciendum propter notitiam scripturarum. Vnde, si quid pro studio ex latere additum est, non debet poni in corpore; ne priorem translationem pro scribentium voluntate conturbet. In eodem: Contribulasti capita draconū in aquis; tu confregisti capita draconis, sic

lectionis ordo sequitur, ut in priori versu, tu, nō habetur, sed in secundo, & aqua plurali numero scribatur, non singulari. Sed & Aquila verbū Hebraicum *שָׂרַפְתָּ הַמַּיִם*, id est, *ὑδάτων*, id est, aquarū, interpretatus est. Græco verò textus habet, *σύ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τῷ ὕδατος*: *σύ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων*, id est, tu tribulasti capita draconū in aqua, tu confregisti caput draconis. In eodem. Ne obliuiscaris vocis inimicorum tuorum. Pro quo in Græco, *μὴ ἐπιλάβῃ τῆς φωνῆς τῶν ἰμετῶν σου*, id est, ne obliuiscaris voces deprecantium te, scriptum dicitis. In Hebræo autem *תִּרְחַח* zorerecha legitur: quod Aquila, hostium tuorum, Symmachus, bellantium contra te, Septuaginta & Sexta editio, inimicorum tuorum, interpretati sunt, & est sensus pendens ex superioribus: Memor esto inferiorum tuorum, eorum, quæ ab insipiente sunt quotidie: Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, id est, voces, quibus te blasphemant, tibi que in populo tuo detrahunt. Vnde sequitur: Superbia eorum, qui te oderrunt, ascendit semper. Pro quo in Græco est *δυσαντιος*, id est, per omnia, siue omnino, id est, dum tu differs pœnas, illi proficiunt in blasphemias. In Septuagesimo quarto: Narrabimus mirabilia tua. Pro quo male apud Græcos legitur, *διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμασιά σου*, id est, narrabo omnia mirabilia tua. In septuagesimo quinto. Omnes viri diuitiarum manibus suis: & non, ut vos nescio à quo deprauatum, legitis, in manibus suis: cum in Græco, sit, *πάντες οἱ ἀνδρες τῷ πλούτῳ ταῖς χερσὶν αὐτῶν*, id est, omnes viri opulentia manibus suis. In eodem. Terribili, & ei, qui aufert spiritum principum, dicitis, quod ei, non sit scriptum in Græco, *τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρομένῳ πνεύματα ἐρχόντων*, id est, terribili, & auferenti spiritus principum. Verum est: sed, nisi apposuerimus ei, Latinus sermo non resonat, neque enim possumus dicere: terribili, & qui aufert spiritum principum. In septuagesimo sexto. Et medicarus sum nocte cum corde meo; & exercitabar; & scopebam spiritum meum. Pro quo in Hebræo legitur: Recordabar psalmodum tuorum in nocte cum corde meo: loquebar, scopebam spiritum meum. Pro exercitatione *ἀδολοχίαν*, id est, decantationē quandam, & meditationem, Septuaginta transfulerunt: & pro eo, quod nos diximus, scopebam, illi posuerunt *ἐσκαλλον*: quod Symmachus translulit, *ἀνερεύων*, id est, perserutabar, siue quærebam. Et quinta similiter. In Græco habetur, *ἐξ ἑτη αἰώνια ἐκινήσθην καὶ ἐμελέτησα, νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἡ δολοχίαν, καὶ ἐσκαλλε τὸ πνεῦμα μου*, id est, & annos æternos memineram & meditatatus sum, nocte cum corde meo argutabar, & rimabatur spiritus meus. Proprie autē *σκαλλισμός*, in agricultura dicitur, in sarricando, id est, sarculando: & quo modo ibi quærentur herbae, sarculo quæ secentur; sic & iste retractatum cogitationum suarum *μεταφορικῶς* à sarculo demonstrat. Et sciendum, quod *ἐσκαλλον* non semel sed frequenter significet. In eodem. A generatione in generationem, hoc, quod Græcum sequentes inuenisse vos dicitis, *συνεπέλασε τὸ ῥῆμα*, id est, consummauit verbum, recte non habetur in Latino: quia & in nullo habetur interpretum. In septuagesimo septimo. Et narrabunt filijs suis. Pro quo habetur in Græco, *ἐξ ἀπαγγέλουσιν αὐτὰ*, id est, & annuntiabunt ea. Sed sciendum, quod in Hebræo *יִסְפְּרוּ* visaperu scriptum est: quod Aquila, & Symmachus, narrabunt, transfulerunt. In eodem. Et occidit pingues eorum. Pro quo in Græco esse dicitis, *καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πάλαισιν αὐτῶν*, id est, & occidit in pluribus eorum: sic habe-

sic habetur in Hebræo, במשמנה בנחמיה: quod Aquila interpretatus est *εὐπάρους αὐτῶν*, Symmachus, *τοὺς εὐπορωτέρους*, Septuaginta, & Theodotio, & Quinta editio, *ἐν τοῖς κρίσιμιν αὐτῶν*: quod quidam non intelligentes, putauerunt scriptum, *ἐν τοῖς κολήρισιν*. In eodem. Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, in Græco haberi dicitis, *ἢ ἡγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ἢ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτὸν*, id est, & dilexerunt eum in ore ipsorum, & lingua sua mentiti sunt eum. Et in Hebræo scriptum est, *וְיַחַזְבֻּלוּ* *iechazbulu*, & omnes voce simili transferunt *ἐψεύσαντο αὐτῶν*, id est, mentiti sunt ei. Quis autem voluerit pro ei ponere, eum, & vitare exemplaria, non est mei iudicij. In eodem. Et propicius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos, dicitis quod in Græco, eos, non habetur: quod & verum est, *καὶ οὐ διαφθερεῖ*, id est, & non disperdet. Sed nos, ne sententia pendeat, Latinum sermonem sua proprietate compleuimus. Si quis autem putat, *διαφθερεῖ*, non perditionem, sed corruptionem sonare, recordetur illius tituli, in quo scribitur Græcè, *εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρις*, hoc est, in finē ne perdas: & non, vt pleriq; *κακόβουλος* interpretantur, ne corrumpas. In eodem. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisiuit dextera eius. Pro quo apud Septuaginta legitur, *ὄρος τοῦ τοῦ δεξιῶν αὐτοῦ*, id est, montem hunc, quem possedit: & non, vt vos ponitis, *ἡ ἐκτίστω*, id est, quæ acquisiuit. Melius ergo secundum Hebraicam proprietatem interpretatus est Symmachus, montem, quem acquisiuit dextera eius. In eodem: Et auerterunt se, & non seruaerunt pactum, quemadmodum patres eorum. Scio quod pactum non habetur in Hebræo: sed quoniam omnes voce simili transferunt, *ἠσυνθήσαν*, & apud Græcos pactum dicitur, *συνθήκη*, ex vno verbo significatur, non seruaerunt pactum: licet Septuaginta, *ἠθέτησαν*, posuerunt. In eodem. In terra, quam fundauit in sæcula. Pro quo scriptum inuenisse vos dicitis, *ἐν τῇ γῆ ἰθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα*, id est, in terra fundauit eam in sæcula. In Hebræo ita scriptum est, vt vertit Symmachus, *εἰς τὴν γῆν ἐν ἰθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα*, id est, & ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum, in terra quam fundauit in sæcula. Si autē non de terra dicitur, quod fundata sit, sed de alia re, quæ fundata videatur in terra: probent ex prioribus & sequentibus, quis sensus sit: vt nescio quid, quod dicitur, fundatum videatur in terra. Si autem sanctificium in terra fundatum putant, debuit scribi, in terra fundauit illud in sæcula. In eodem. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos, non habet textus *ἐν τῇ συνέσει*, vt scribitis numero singulari; quod intelligentiam sonat; sed *ἐν ταῖς συνέσει*, quod intelligentias sonat: sicut & in Hebræo habetur *בַּמַּחְשָׁבֹת* bathnoth, quod est in intellectibus. De septuagesimo octauo. Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, quod in Græco *εἰς ἀποφυλάξιον* dicitur: nec potest aliter verti, quàm à nobis translata est, significat autem, *ἀποφυλάξιον*, speculam, quam custodes fatorum & pomorum habere confueuerunt: vt de amplissima vrbe paruum tuguriolum vix remanserit. Hoc secundum Græcos, cæterum in Hebræo *בְּיַחַזְבֻּלוּ* lehiym scriptum habetur: quod Aquila vertit *λιθόριον*, id est, aceruum & cumulum lapidum, quibus vineæ & agri purgari solent. In septuagesimo nono. Et plantasti radices eius hinc, & dicitis, quod in Græco, hinc, non habetur, *καὶ κατέφυτυσας τὰς ῥίζας αὐτῆς*, & bene: nam & in nostris codicibus non habetur: & miror quis imperitorum vestros libros

falsauerit. De octogesimo secundo: Hereditate possideamus sanctuarium Dei. Et dicitis, quod in Græco sit scriptum, *κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς*, id est, possideamus nobis ipsis. quæ superflua quæstio est, quando enim dicitur, possideamus; intelligitur & nobis. De octogesimo tertio. Cor meum, & caro mea exultauit in Deum viuum. Pro quo in Græco scriptum dicitis, *καρδία μου καὶ σὰρξ μου ἠγαλλιάσαντο*, id est, cor meum, & caro mea exultauerunt: & in hoc nulla contentio est, si enim legimus, exultauit; intelligitur, cor meum exultauit; & caro mea exultauit, si autem, exultauerunt; duo pariter exultauerunt, id est, cor, & caro. Et quæso vos, vt huiusmodi ineptas & superfluas contentiones, vbi nulla est sensus mutatio, declinetis. In eodem. Beatus vir, cui est auxilium abs te. In Græco vos inuenisse dicitis, *μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστὶν ἀντίληψις αὐτοῦ παρὰ σου*. id est, cuius est auxilium eius abs te: quod quia nos in Latina interpretatione mutauimus, vt dicitis, reprehendimur, cui enim non pateat, quod si dicere voluerimus, cui est auxilium eius abs te, apertissimum vitium sit; & quando præcesserit, cui, sequi non debeat, eius? nisi forte vitij arguimur, quod vitauimus vitium. In eodem. In valle lacrymarum. Pro quo dicitis in Græco scriptū esse *εἰς τὴν κοιτὴν ἀπλανητῆρος*, id est, in valle plorationis. Sed siue plorati siue fletum, siue lacrymas, siue plandū dixerimus, vnus est sensus: & nos hoc sequimur, vt vbi nulla est de sensu mutatio, Latini sermonis elegantiam conseruemus. De octogesimo quarto. Benedixisti Domine terram tuam. pro eo quod est, benedixisti, in Græco scriptum dicitis *εὐλόγησας*. & quæritis, quo modo hoc verbum exprimi debeat in Latino. Si contentiose verba scrutamur, & syllabas, possumus dicere: bene placuit, Domine, terra tua. Et dum verba sequimur, sensus ordinem perdimus. Aut certè addendum est aliquid, vt eloquij ordo seruetur, & dicendum: Complacuit tibi, Domine, terra tua. Quod si fecerimus, rursus à nobis quæretur, quare addiderimus tibi; cum nec in Græco sit, nec in Hebræo. Eadem igitur interpretandi sequenda est regula, quam sæpe diximus: vt vbi non sit damnium in sensu linguæ, in quam transferimus, *υποψία*, & proprietates, & elegantia conseruetur. In eodem. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: & dicitis, quod in Græco, sibi, non habetur, *ἐλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν*, id est, misericordia & veritas concurrerunt: nec in Hebræo habetur: & apud Septuaginta obelo prænotatum est: quæ signa dum per scriptorum negligentiam à plerisque quasi superflua relinquuntur, magnus in legendo error oboritur. Si autem non fuerit additum, sibi: misericordia & veritas non sibi, sed alij occurrisse credentur, nec iustitia & pax sibi dedisse osculum, sed alteri. De octogesimo quinto. Et non proposuerunt te in conspectu suo, dicitis, quod in vestro codice, te non habetur: addite, te, & emendato errore librarij, vestrum quoque errorem emendabitis. In eodem: Et tu domine Deus miserator, & misericors. In Græco inuenisse vos dicitis, *καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μου*, id est, & tu domine Deus meus, quod superfluum est: Meus enim nec in Hebræo habetur, nec in septuaginta. De octogesimo octauo: Magnus, & horrendus. Pro quo in Græco inuenisse vos dicitis, *μέγας, καὶ φοβερός*: quod significat, terribilis, timendus, & fomidandus. Ego puto id ipsum significare horrendum, non vt vulgus existimat, despicendum, & squalidum: secundum illud Virgilij: *Mihi frigidus horror membra quatit*: Et, *Horror vbiq; animo,*

simul ipsa silentia terrent : Et Monstrum horrendam ingēs . & multa his similia . In eodem . Tunc locutus es in visione sanctis tuis . Pro quo in Græco vos inuenisse dicitis , *ἐπεὶ ἐβλάησας ἐν ὄρασει τοῖς υἱοῖς σου* , id est , tuac locutus es in visione filijs tuis , Sed sciendum est , quod in Hebræo *לַבַּחֲדָעָה* habafidecha habetur , quo homines , *τοῖς ἀδελφοῖς σου* , id est , sanctis tuis , transfulerunt . Et sola Sexta editio , prophetis tuis , interpretata est , sensum magis , quàm verba exprimiēs , & in *καὶ ἔτασαν* pro sanctis , filios , reperi . In eodem . Tu verò respulisti , & despexisti . Pro quo in Græco , *ὅτι δὲ ἀπεδοῦκαί τε καὶ ἐξουδένωσας* , inuenisse vos dicitis , Vnius litteræ mutatio quârum vobis fecit errorem ? non enim , respulisti , sed despexisti , & pro nihilo duxisti , interpretati sumus , nisi forte , *ἐξουδένωσας* , non putas transferendum , despexisti , sed secundum diserte si num usus temporis interpretem , nullificasti , seu annihilasti , vel annullasti , vel vilificasti , & si qua alia possint inueniri apud imperitos portentosa verborum . De octogesimo nono . A sæculo vique in sæculum tu es Deus , & dicitis , quod in Græco non sit , Deus , *ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ* , id est , à sæculo & vsque in sæculum tu es : quod apud eos desesse , manifestum est , nam & Hebraica veritas habet , & omnes alij interpretes , & Septuaginta similiter transfulerunt , *ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεός* , quod Hebraicè dicitur , *אני הוה מלכתא עד אולאמ אθα על* . In eodē . Quonia superuenit mansuetudo , & corripiemur . In Græco vos dicitis inuenisse , *ἐπι ἐπιλάει πρῶτος ἐξ ἡμῶν , καὶ παιδεύσει μέλα* , id est , quonia superuenit super nos mansuetudo , & instruemur . Sed hoc superfluum est . De nonagesimo . Dicit Domino , susceptor meus es tu . Et dicitis , quod in græco , es non habeatur . Ego vobis amplius dicam , quod apud Hebræos nec es habeatur , nec tu ; sed apud Septuaginta , & apud Latinos pro *ἐπιφῶνια* , & verborum consequentia possum sit . De nonagesimotercio . Beatus homo , quem tu erudiens Domine , dicitis in Græco nō esse , tu , *μακάριος ἀνθρώπος* , *ὃς ἀν παιδύει ἡ κρίσις* , id est , beatus homo , quem quidem erudietis Domine , & verum est : sed apud Latinos propter *ἐπιφῶνίαν* , id est , consonantiam , positum est , si enim dicamus , beatus homo , quem erudieris Domine , compositiois elegantiam non habebit , sed quando dicitur , Domine , & apostropha fit ad Dominum , nihil nocet sensui , si ponitur & tu . In eodem . Et in malitia eorum disperdet eos . In Græco dicitis non esse præpositionem , in , sed legi , malitia eorum disperdet . Sciendum autem , quod & in Hebræo , & in cunctis interpretibus positum sit , *κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἐφάνη αὐτοὺς κύριος ὁ θεός* , id est , in malitia eorum disperdet eos dominus Deus . Si autem voluerimus legere , malitia eorum disperdet , id quod in Septuaginta sequitur in fine versiculi , eos , & superfluum erit , & vitiosum . De nonagesimoseptimo . Recordatus est misericordix suæ . Pro quo in Græco inuenisse vos dicitis , *ἐμνήθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ τοῦ ἱακώβ* , id est , recordatus misericordix suæ Iacob , sed hic Iacob nomen superfluum est . De centesimo . Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum . Pro quo in Græco inuenisse vos dicitis , *ὁ θεὸς κληροῖ μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς , τὸ συναθροίσαι αὐτοὺς μετ' ἡμοῦ* , id est , oculi mei in fideles terræ , considerare ipsos mecum . Quis non talem fugiat interpretationē , vt verbum ad verbum exprimens , dicat , considerare ipsos cum me ? De centesimoprimo . Vigilauit , & factus sum sicut passer solitarius in tecto . Et dicitis inuenisse vos in Græco , *ἐπὶ δώματος* : quod antiqui codices Latinorum interpretati sunt , in ædificio . *δῶμα* in orientalibus

prouincijs ipsum dicitur , quod apud Latinos tectum : in Palæstina enim , & Ægypto , vel vbi scripti sunt diuini libri , vel interpretati sunt , non habent in tectis culmina , sed domata , quæ Romæ vel solaria , vel maniana vocant , id est , plana tecta , quæ transfueris trabibus sustentantur . Denique & in Actis apostolorum , Petrus quando ascendit in domum , in tectum ædificij ascendisse credendus est . Et quando præcipitur nobis , vt faciamus domati nostro coronam , hoc præcipitur , vt in tecto faciamus per circuitum qualdam eminentias , ne facilis in præceps lapsus sit . Et in euanglio , Quæ , inquit , auditis in aure , dicitis super domata : id est , super tecta . Et in Esaiâ . Quid vobis est , quod omnes ascendistis super tecta vana ? Et multa istiusmodi . In eodem . Factus sum sicut nycticorax in domicilio , quod similiter in Græco habetur *δῶμα* & quæritis , quid significet nycticorax apud Latinos . In Hebræo pro nycticorace verbum *chos on* scriptum est : quod Aquila , & Septuaginta , & Theodotion , & Quinta editio nycticoracem interpretati sunt : Symmachus verò *γυπαμ* : Sexta editio noctuam : quod & nos magis sequimur . Denique vbi apud nos & Græcos legitur , factus sum sicut nycticorax in domicilio : apud Hebræos dicitur , factus sum sicut noctua in ruinosis . Plerique bubonem contentiose significare putant . In eodem . A facie iræ indignationis tuæ . Pro quo in Græco inuenisse vos dicitis , *ἀπὸ προσώπου τῆς ἔργης σου καὶ τῆς θυμῆς σου* , id est , à facie iræ tuæ , & indignationis tuæ : cum manifestum sit , quod apud Hebræos & apud Septuaginta interpretes sic habeatur , *ἐκ προσώπου τῆς ἔργης καὶ θυμοῦ σου* . In eodem . Quonia placuerunt seruis tuis lapides eius : & terræ eius miscrebuntur . Pro terra , *αφάρ* in Hebræo possum est , quod omnes *τὸν χῆν* transfulerunt : & potest tam puluis , quàm humus , id est terra interpretari . In Græco sic legitur , *ἐπὶ εὐδοκῆσαν οἱ δούλοι σου τοὺς λίθους αὐτῆς , καὶ τὸν χῆν αὐτῆς οἰκτιρήσουσι* , id est , quoniam probauerunt serui tui lapides eius , & pulueris eius miscrebuntur . De centesimosecundo . Non in perpetuum irascetur . Pro quo in Græco inuenisse vos dicitis , *οὐκ εἰς τέλος ἔργισθήσεται* , id est , non in finem irascetur . sed verbum Hebraicum *nezah* *נצח* , & perpetuum , & finis , & victoria intelligitur , pro locorum qualitate . De centesimotercio . Qui facis Angelos tuos spiritus . Pro quo in Græco vos inuenisse dicitis , *ὁ ποιῶν ἀγγελούς αὐτοῦ πνεύματα* , id est , qui facit Angelos suos spiritus . A quibus breuiter quaerite , quo modo , cum ad Deum sermo sit , quasi ad alium loquens propheta repente mutetur : maximè cum sic incipiat : Domine Deus meus ; magnificatus es vehementer : confessionem , & decorem induisti : Et qui regis aquis superiora eius : id est , cœli : Qui ponis nubes ascensum tuum : qui ambulat super pennas ventorum : & statim sequatur : Qui facis Angelos tuos spiritus , & ministros tuos ignem vrentem . Qui fundasti terram super stabilitatem suam . Et post paululum : Ab increpatione tua fugient : & à voce tonitruu tui formidabunt : & in loco , quem fundasti eis . Qui emittis fontes in conuallibus : & illud , Vt educas panem de terra . Si ergo omnia hæc ad secundam personam sunt , id est ad Deum , quo modo in vno versiculo tertia persona subitò & extra ordinem inducitur ? In eodē . A voce tonitruu tui formidabunt . Dicitis , tui , non haberi in Latina . cū in Græco sit , *ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου διηλιάσουσιν* . habetur & in Hebræo , tonitruu tui : & miror , quo modo apud Latinos errore scriptorum subtractum sit . In eodē . Hoc mare magnum , & spatiosum manibus , & dicitis in

Act. 12
Deut. 11
Math. 18
Esa. 11

Græco

Græco manibus, non haberi : & ego noui: *αὐτὴ ἡ δό-
λασσα ἡ μεγάλη καὶ ἐν τῷ γέφυρος*, id est, hoc mare magnū
& spatiosum. sed ex Hebraica, & Theodotionis edi-
tione in Septuaginta sub asterisco additum est. De-
nique & in Hebræo ita scriptum est, zech haiom go-
dol vrehab iadaim, *זכר הים גדול ויהיה יאדאים*, quod Aquila
sic interpretatus est, *ἐν τῷ γέφυρος γέφυρον*, & omnes inter-
pretes, & hoc secundum Hebraicam dicitur pro-
prietatem *μεταφορικῶς*, quod quasi expanfas manus
habeat, & in se cuncta suscipiat. In eodem. Vt edu-
cas panem de terra. Pro quo inuenisse vos dicitis, vt
educat. sed non potest aliud ad ipsum, aliud ad alium
de se ipso dici: aut omnia quasi ad Deum loquebatur
propheta; aut omnia ad alium de eo referēbat. Cum
autem plerāq; ad ipsum dirigantur; & ea, quæ ambig-
ua sunt, ad ipsum personam redigenda sunt. In Græ-
co sic legitur, *τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς*, id est, ad e-
ducendum panem de terra. In eodem. Herodij do-
mus hux est eorū. Pro Herodio, quod in Hebræo di-
citur hasida *הסידא*, Symmachus *ιατῆρον*, id est, milium
interpretatus est. denique & nos ita vertimus in La-
tinum: Ibi aues nidificabunt. milui abies domus est:
quod scilicet semper in excelsis & arduis arboribus
nidos facere consueuerit. Vnde & Sexta editio man-
ifestius interpretata est, miluo cupressus ad nidifi-
candum. Pro abietibus autem & cupressis in He-
bræo ponitur berosim *ברושים*, quod magis abietes,
quàm cupressos significat. In eodem. Petra refu-
gium herinatijs. Pro quo in Hebræo positum est se-
phannim *ספנהם*: & omnes *χοιροζουλλίους* voce simili
transulerunt. Soli Septuaginta, lepores, interpretati
sunt, *τοις λαγωαῖς*, id est, petra refugium leporibus.
Sciendum est autem, animal esse non maius hericio,
habens similitudinem muris, & vrsi. vnde & in Pala-
stina *κτομούε*, dicitur: & magna est in istis regionibus
huius generis abundantia. semperq; in cauernis pet-
rarum & terræ foueis habitare consueuerunt. In
centesimo quarto. Edidit terra eorum ranas. Pro quo
in Græco, *ἐξείρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βλατράχας*, vos legisse di-
citis: quod potest ita interpretari: ebulliuit terra eo-
rum ranas. Sed & in hoc nulla est in sensu muta-
tio: & nos, antiquam interpretationem sequen-
tes, quod non nocebat, mutare nolimus. In eod-
em. Et contriuit lignum figium eorum. Pro quo
in Græco vos inuenisse dicitis, *συνέτριψε πᾶν ξύλον
ὄριον αὐτῶν*, id est, contriuit omne lignum finis eo-
rum. Sed & hoc additum est, & superfluum.
In eodem. Quoniam memor fuit verbi sancti sui,
quod habuit ad Abraham, puerum suum. Pro
quo in Græco vos legisse dicitis, *ὃν δέθετο*, id est,
quod disposuit. Ita enim & in Hebræo, & apud Se-
ptuaginta habetur interpretes, *ὅτι ἐμήσθη τὸ λόγος τῆ
ἀγίου αὐτῶ τὸ παρὸς ἀβραάμ τὸν δεῖλον αὐτῶ*. Ergo
quod in Græco dicitur, *ὃν δέθετο*, in hoc loco, & su-
perfluum est, & radendum. De centesimo quinto.
Confitemini Domino, quoniam bonus. Pro quo in
Græco vos legisse dicitis, *ὅτι χρησθς*, id est, quoniam
suavis. Sed sciendum est, quod *χρησθς* in vtile, & in
bonum, & suaue verti potest. Denique & in Hebrai-
co scriptum est chi tob, *כח טוב*, quod omnes voce si-
mili transulerunt *ὅτι χρησθς*, id est, quia bonus. Ex
quo perspicuum est, quod *χρησθς* bonus intelligatur.
In eodem. Non fuerunt memores multitudinis mi-
sericordiæ tuæ. Dicitis, quod in Græco inueneritis,
καὶ οὐκ ἐμήσθησαν, id est, & non fuerunt memores. &
coniunctio superflua est. In eodem. Et irritaue-
runt ascendentes in mare, mare rubrum. Pro
quo in Græco inuenisse vos dicitis, *παρεπίπνευσαν*
& putatis verbum ē verbo debere transferri, & ama-

ricauerunt. sed hæc interpretatio annullationi con-
similis est, siue anihilationi. Legite Ezechielem, &
inuenietis *παραιπνευσμόν* irritationem, & exacerba-
tionem semper expressum: vbi dicitur, *οἶκος παραι-
πνευσμόν*, id est, domus exasperans. In eodem. Et
vidit cum tribularentur, & audiuit orationem eo-
rum. In Græco vos legisse dicitis, *καὶ εἶδε κύριος*, id
est, & vidit Dominus. quidquid extra hoc in Græ-
co inuenisse vos dicitis, superfluum est. De cente-
simosexto. Et statuit procellam eius in auram: & si-
luerunt fluctus eius. Hoc ergo, quod profisto in Gre-
co inuenisse vos dicitis, *καὶ ἐπέταξε τὴν κατακλιδί, καὶ
ἔστη ἐν αὐραῖν*, id est, & constituit procellæ, & statuit in
auram, superfluum est. In eodem. Et deduxit eos
in portum voluntatis eorum. Pro quo dicitis vos in-
uenisse, *ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτῶν*, id est, in portum
voluntatis suæ: sed in Hebræo non habetur hephzi
הפזי, quod voluntatis suæ significat, sed hephziam
הפזיא, quod voluntatis eorum sonat. De centesimo
septimo. In Græco dicitis esse, *ἐξήγειρήθη ἡ δόξα μὲν*, id
est, exurge gloria mea, quod dicitis in Latino non ef-
fe, recte in isto psalmo non habetur: quia nec apud
Hebræos, nec apud vllum interpretum reperitur, sed
habetur in quinquagesimo sexto psalmo: Exurge glo-
ria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam dilu-
culo. De quo mihi videtur à quodam in istum lo-
cum esse translaturum. In eodem. Mihi alienigenæ
amici facti sunt. Pro quo in Græco inuenisse vos di-
citis, *ὁπτε ἀλλοθσν*, hoc est, subditi sunt. Sed hoc in quin-
quagesimo nono psalmo scriptum est, mihi alienige-
næ subditi sunt: in presenti autem ita apud omnes in-
ueniemus translatores, *ἐμοὶ ἀλλόθσλοι ἐφιλιώθησαν*, id
est, amici facti sunt, quod Hebræicè dicitur, *עֲתֹרָא
יִגְדִּילָא*. De centesimo nono. Virgam virtutis tuæ
emittet Dominus ex Sion. dicitis vos in Græcis
codicibus non legisse, virtutis tuæ, *ραβδὸν δυνάμεως
ἐξαπυσελεῖ σοι κύριος*, id est, virgam virtutis emit-
tet tibi Dominus ex Sion: quod manifeste & in He-
bræo, & in Septuaginta interpretibus habetur. In
eodem. Dominare in medio inimicorum tuo-
rum. dicitis in Græco legi, *καὶ κατακυριεύει*, id est,
& dominare: sed hoc nec in Hebræo habetur, nec
apud Septuaginta, & superfluum est. De cente-
simodecimo. Confitebor tibi Domine in toto corde.
Sed & hoc superfluum est, quod in Græco vos
inuenisse dicitis, *ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου*, id est, in toto
corde meo. De centesimo tertio decimo. Deus
autem noster in cælo. Pro quo in Græco legisse
vos dicitis, *ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῆ*, id est, in cæ-
lo & in terra. sed & hoc superfluum est. De cente-
simoquequartodecimo. Et in diebus meis in uocabo
te: Dicitis, quod in Græco non sit, *τε*: & bene:
de vestris quoque codicibus radendum est. In
ipso. Placebo Domino in regione viuorum. Pro
quo in Græco legisse vos dicitis, *ἐυαρισθσω ἐνώπιον
κυρίου*, id est, placebo in conspectu Domini. sed hoc
superfluum est. In centesimo decimo septimo.
In nomine Domini, quia vltus sum in eos. Dicitis,
quia, in Græcis codicibus non inueniri, *καὶ ἐν τῷ ὀνό-
ματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτοῖς*, id est, in nomine Domi-
ni vltus sum eos. sed in Latinis sub asterisco legen-
dum est. De centesimo decimo octauo. Et medi-
tabar in mandatis tuis, quæ dilexi. In Græco vos le-
gisse dicitis, vehementer, additum, *ὡς ἠγάπησα σφό-
δρα*, id est, quas dilexi vehementer. sed hoc super-
fluum est. In eodem. Et leuavi manus meas ad
mandata, quæ dilexi. in Græco vos legisse dicitis,
παρὸς τὰς ἐντολάς σου, id est, ad mandata tua. sed & hoc
superfluum est. In eodem. Cogitavi vias meas.

Ezech.
B h In

In Græco vos legisse dicitis, *διελογισάμην τὰς ὁδοὺς σου*, id est, cogitavi vias tuas. sed hoc superfluum est: & rectius, vias meas, legitur. In eodem. Et conuerti pedes meos in testimonia tua. In Græco legisse vos dicitis, *καὶ ἐπίστρεψα*, id est, & auerti. sed & hoc superfluum est. In eodem. Ego autem in toto corde scrutabor mandata tua. In Græco, *ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου*, id est, in toto corde meo, vos legisse dicitis. sed hic, meo superfluum est. In eodem. Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, *ἐν ταῖς χερσὶ σου*, id est, anima mea in manibus tuis semper. Sed sciendum est, & apud Hebræos, & apud Septuaginta, & apud omnes alios interpretes scriptum esse, in manibus meis, & non in manibus tuis: quod Hebraicè dicitur bechafai *בְּכַפַּי*: & omnes apud Græcos ecclesiastici interpretes istum locum sic edisserunt: & est breuiter hic sensus: Quotidie periclitor, & quasi in manibus meis sanguinem meum porto, & tamen legem tuam non obliuiscor. In eodem. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Pro quo in Græco legisse vos dicitis: quia non custodiui legem tuam: sed hoc superfluum est: quia & in Hebræo legitur: Riuus aquarum fluebant de oculis meis, quia non custodierunt legem tuam. In eodem. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum. Pro pronunciabit in Græco *φθίγγεται* vos legisse dixistis, quod verbum, siue dicas, pronunciabit, siue effabitur, siue loquetur, id ipsum significat. Denique & nos de Hebræo ita vertimus: Loquetur lingua mea sermonem tuum. De centesimodecimonono. Domine libera animam meam à labijs iniquis, à lingua dolosa. In Græco legisse vos dicitis, & à lingua dolosa. & ergo superfluum est. De centesimo vigesimo sexto. Beatus vir, qui implebit desiderium suum ex ipsis. & in Græco dicitis, vir, non haberi, *μακάριος ὃς πληρώσει*, id est, beatus qui implebit: quod manifestè in Hebræo & in Septuaginta interpretibus continetur. De centesimo vigesimo nono. Propter legem tuam sustinui te Domine. Dicitis in Græco vos legisse, *ἔνεκαν τὸ ἄνματός σου*, id est, propter nomen tuum. Et nos confitemur plura exemplaria sic reperiri: sed quia veritati studemus, id, quod in Hebræo sit, simpliciter debemus dicere. Pro nomine enim, siue lege, apud eos legitur *תורה* thora, quod Aquila interpretatus est *φῶσος*, hoc est thimorem: Symmachus, & Theodotion *νόμος*, id est legem, putantes, *תורה* thora, propter litterarum *iod* & *vau*, similitudinem, & formam, quæ tantum magnitudine distinguuntur. Quinta editio, terrorem, interpretata est: Sexta, verbum. De centesimo tricesimo primo. Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob. Pro eo quod nos interpretati sumus, votum vouit, in Græco, *ἵκετο*, legisse vos dicitis, & putatis interpretari debuisse, orauit Deum: sed hoc male: nam *εὐχῆ*, pro locorum qualitate, & orationem, & votum significat, secundum illud: Redde Domino vota tua, id est *τὰς εὐχὰς σου*. De centesimo tricesimo quinto. Qui fecit luminaria magna. Dicitis, quia in Græco inueneritis, *τῶ ὡλήσαντι φῶτα μεγάλα μόνα*, id est, qui fecit luminaria magna solus. Sed hoc de superiori versiculo est, vbi legitur: Qui fecit mirabilia magna solus. ibi ergo legendum est, & hic, quasi superfluum, non scribendum. De centesimo tricesimo septimo. Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In Græco reperisse vos dicitis, *ἐπὶ πάντας*: id est, super omnes: sed in Septuaginta legitur, *ὅτι ἐμεγάλυνες ἐπὶ πάν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου*, sicut & nos in Latinum vertimus.

cæterum apud Hebræos ita esse cognoscite: Quoniam magnificasti super omne nomen verbum tuum. Iuxta editionem autem Latinā hic sensus est: Quoniam magnificasti super omne nomen, hoc est, quod in cælo & in terra dici potest sanctum, filium tuum. In centesimo tricesimo octauo. Pro eo quod est, quia non est sermo in lingua mea, vos in Græco inuenisse dicitis, *ὅτι ἐκ ἔστὶ δόλος ἐν γλώσσῃ μου*, id est, quia non est dolus in lingua mea: quod solum Sexta editio interpretata est. Cæterum & apud Septuaginta, & apud omnes interpretes, & ipsum Hebraicum, vel *λαλιῶν*, vel *λόγῳ*, id est eloquium, & verbum, scriptum habet: denique Hebraicè dicitur *מילא* *מילא*. In centesimo tricesimonono. Funes extenderunt in laqueum. Pro quo in Græco inuenisse vos dicitis, *καὶ ἐκέντησαν παρὰ τὰ πόδια μου*, id est, & funibus extenderunt laqueum pedibus meis. sed id hoc loco superfluum est. In eodem, pro eo quod est, Habitabunt recti cum vultu tuo: in Græco vos inuenisse dicitis, *καὶ κατοικήσουσιν*, id est, & habitabunt recti cum vultu tuo. sed hic coniunctio, & superflua est. In centesimo quadragésimo. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Pro quo in Græco legisse vos dicitis, *δυσκορπίσθη τὰ ὀστέα αὐτῶν παρὰ τὸν ἀδν*, id est: Dissipata sunt ossa eorum secus infernum. sed hoc superfluum est. In centesimo quadragésimo sexto. Nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Pro ei, Domino, legisse vos dicitis: quod non habetur in Græco, *οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τῶ ἀνδρός εὐδοκίᾳ*, id est, neque in tibijs viri beneplacitum est. De eo autem, quod & vos in fine schedulæ queritis, & sanctus filius meus Auitus frequenter efflagitat, quomodo Græca interpretanda sint verba; breuiter annotaui. Neomenia, mensis exordium est, quod nos, secundum Latinæ linguæ proprietatem, kalendas possumus dicere. Verum, quia apud Hebræos mensis secundum lunæ cursum supputatur, & apud Græcos *μήνη* luna dicitur, *νεομηνία* quasi luna noua appellatur. *ἔρημος* autem desertum, vel solitudinem significat. *θρόνος* vel *sedem*, vel *solium*. *νυκτιόραξ*, vt diximus, noctuam. *coenomya*, non, vt Latini interpretati sunt, musca canina dicitur, per y Græcam litteram; sed iuxta Hebraicam intelligentiam, per ce diphthongon debet scribi: vt sit *κοινομύια*, id est omne genus muscarum, sed Aquila, *σαμμύιαν*, id est omnimodam muscam interpretatus est. *λαζάνθηριον*, pro quo Latinus asciam vertit, nos genus ferramenti interpretati sumus, quo lapides dolantur. Denique ex Hebræo vertentes ita diximus: Et nunc sculpturas eius pariter bipenni, & dolatorii deraserunt. *λαζάνθηριον* ergo dolatorium dici potest.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CXXXVI.

ARGVMENTVM.

DECEM nomina, quibus Deus apud Hebræos præcipuè designatur, breuiter, ac eruditè Marcellæ explicat.



NONAGESIMUM psalmum legens, in eo loco, quo scribitur: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur: dixeram apud Hebræos pro Deo cæli esse positum, *saddai ת*: quod Aquila interpretatur, *אַלμιμον*: quod nos, robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda, accipere possumus, vnumque esse de decem nominibus, quibus apud Hebræos

Hebræos Deus vocatur. Illico studiosissime postulasti, vt tibi vniuersa nomina cum sua interpretatione digererem. Faciam, quod petisti. Primum nomē Dei est El 𐤀𐤋, quod Septuaginta 𐤅𐤁𐤏, id est Deum, Aquila, 𐤀𐤓𐤌𐤁𐤏𐤂𐤀𐤓 eius exprimens, 𐤀𐤓𐤇𐤏𐤏𐤏, id est fortem interpretatur. Deinde Eloim 𐤀𐤋𐤀𐤌, & Eloē 𐤀𐤋𐤀, quod & ipsum Deus dicitur. Quartū sabaoth 𐤑𐤁𐤀𐤓, quod Septuaginta, virtutum, Aquila, exercituum, transtulerunt. Quintum Helion 𐤀𐤋𐤀𐤏, quod nos excellentum dicimus. Sextum Eser eheie 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏, quod in Exodo legitur: Qui est, misit me. Septimum, Adonai 𐤀𐤃𐤏𐤏, quem nos Dominum generaliter appellamus. Octauum, ia 𐤀, quod in Deo tantum ponitur: & in alleluia extrema quoque syllaba sonat. Nonum, 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏𐤀𐤏, quod ἀνευφώνητον, id est ineffabile putauerunt, quod his litteris scribitur, iod, he n, van, he n, quod quidam non intelligentes propter elementorum similitudinem; cum in Græcis libris repererint, pipi legere cōsueuerunt. Decimum, quod superius dictum est saddai 𐤑𐤁𐤀, & in Ezechiele interpretatum ponitur. Scire autem debemus quod 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏 communis numeri sit, quod & vnus Deus sic vocetur, & plures: ad quam similitudinem cælum quoque appellatur & cæli, id est, samaim 𐤑𐤁𐤀𐤏. vnde & sæpe interpretes variant, cuius exemplum nos in lingua nostra habere possumus, Athenas, Thebas, Salonas.

Exodi 3

lerunt: quod in Hebraico legitur, Amen amen 𐤀𐤓𐤀𐤏 𐤀𐤓𐤀𐤏, quo scilicet ea verè dicta quæ sunt supra, confirmantur. Vnde & Paulus asserit, non posse aliquem respondere amen, id est, confirmare, quæ prædicata sunt, nisi intellexerit prædicationem. Maran atha magis Syrum est, quàm Hebraicū, tamen ex confinio vtrarumque linguarum aliquid & Hebræum sonet, & interpretetur, Dominus noster venit: vt sic sensus: Si quis non amat Dominum Iesum Christum, anathema sit: & illo completo, deinceps inferatur: Dominus noster venit: quod superfluum sit, aduersum eum odiis pertinacibus velle contendere, quem venisse iam constat. Vellem tibi aliquid & de diapsalmate scribere, quod apud Hebræos scribitur Sila 𐤑𐤀𐤋, & de Ephod, & de eo, quod in cuiusdā psalmi titulo habetur, Pro cieletli 𐤀𐤓𐤀𐤏, & cæteris istiusmodi: nisi & modum epistolici characteris excederem; & tibi auiditatem magis dilatare deberem facere quæstiones. Tritum quippe est prouerbiū, Vtroneas putere merces. vnde & nos de industria dicenda reticemus; vt atidius velis audire, quæ tacita sunt.

1. Cor. 16

1. Cor. vi.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CXXXVII.

ARGVMENTVM.

QVID significet apud Hebræos Alleluia, Amen, & quo verbo vsus est Paulus, Maran atha, nomina apud Latinos etiam recepta, eandem Marcellam, à qua præiens rogatus de his fuerat, per epistolam docet, differens in aliud tempus, quid etiam significet Sela, Ephod, & Eielech.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CXXXVIII.

ARGVMENTVM.

QVID sit Diapsalma, seu, vt est apud Hebræos, Sela, in psalmis sepe, & in Habacuk semel adscriptum, post aliorum sententias, ex Origene, rogatus ab eadem, Marcellæ exponit.

NUPER cum pariter essemus, non per epistolam, vt antè consueueras, sed præsens ipsa quaesisti, quid ea verba, quæ ex Hebræo in Latinum non habemus expressa apud suos sonarent, curque sine interpretatione sint posita: vt est illud Alleluia, Amen, Maran atha, Ephod, & cætera, quæ in scripturis resperfa memorasti. Ad quod nos, quia distandi angustia coartamur, breuiter respondemus, siue Septuaginta interpretes, siue Apostolos id curasse, vt, quoniam prima ecclesia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium scandalū innouarent, sed ita vt à paruio imbiberant tradere; postea verò quàm in vniuersas gentes euangelij dilatatus est sermo, non potuissent semel suscepta mutari: licet & illud in libris suis, quos 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏 vocant, Origenes asserat propter verba nactulum linguæ vniuersiuiusque idioma, non posse ita apud alios sonare, vt apud suos dicta sunt, & multo melius esse non interpretata ponere, quàm vni eorum interpretatione tenuare. Igitur Alleluia exprimitur, laudate Dominum. Ia quippe apud Hebræos vnus de decem Dei nominibus est. Et in illo psalmo vbi legimus, Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: apud Hebræos legitur, halleluia chi tob samra 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏. Amen 𐤀𐤓𐤀𐤏 verò Aquila 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏 exprimit, quod nos fideliter possumus dicere, ductum aduerbium ex nomine fidei. Amen Septuaginta 𐤀𐤓𐤀𐤏 id est, fiat: vnde & in fine librorum (in quinq; siquidem volumina psalterium apud Hebræos diuisum est) fiat fiat transtu-

Psalm. 146



VE acceperis, reddenda sunt cum fenore, sortisque dilatio vsuram parurit. De diapsalmate nostram sententiam flagitaras: epistolæ breuitatem causati sumus; & rem libri, non posse explicari litteris præteximus. verum quid prodest 𐤀𐤓𐤀𐤏𐤀𐤏, cū meo maior tibi cupiditas. silentio conciterur? itaque ne te diutius traham, habeto pauca pro pluribus. Quidā diapsalma commutationem metri dixerunt esse: alij pausationem spiritus: nonnulli alterius sensus exordium: sunt, qui rythmi distinctionem: & quia psalmi tunc temporis iuncta voce ad organum canebantur, cuiusdam musicæ varietatis existiment silentiū. Nobis nihil horum videtur: cum Aquila, qui verborum Hebræorum diligentissimus explicator est, sela, hoc est diapsalma, quod ex samech 𐤑, lamed 𐤋, he 𐤅, scribitur, semper transtulerit: & inueniamus in psalmodum quoque sine diapsalma positum, vt est illud in tertio: Dentes peccatorum contriuiti: Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua 𐤑𐤀𐤋 sela, id est semper: Et in vigesimo tertio: Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ, semper: E contra in psalmis multorum versuum penitus non inueniatur, in tricesimo videlicet sexto & septuagesimo septimo, & in centesimo decimo octavo: rursus nonus Psalmus distinguatur cantico diapsalmatis: cum vti que, sicut quibusdam videtur, diapsalma indicium silentij esse non possit. Ex quo animaduertimus, hoc verbum superiora pariter inferioraque connectere, aut certe docere sempiterna esse, quæ dicta sunt: vt est illud in tertio: Multi dicunt animæ meæ; non est salus ipsi in Deo suo, semper. Et rursus: Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo; semper. Et in quarto: Vt quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium? semper; Et alibi: Quæ dicitis in cordibus vestris, B b z & in

Hab 3

& in cubilibus vestris compungimini, semper. Et in Habacuck: Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan, semper. Et infra: Iurameta tribubus, quæ locutus es semper. Scire autem debemus, apud Hebræos in fine librorum vnum æ tribus solere iuncti, vt aut amen hæc scribant, aut sela נלה, aut salom סלם, quod exprimit pacem. vnde & Salomon pacificus dicitur. Igitur, vt solemus nos, completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere, explicat, aut feliciter aut aliquid istiusmodi: ita & Hebræi, vt, quæ scripta sunt, roborentur, facere solent; vt dicant amen, aut in sempiternum: aut scribenda commemorant, vt ponant sela, aut transacta feliciter protestantur, pacem in vitio subnotantes. Hæc nos de intimo Hebræorum fonte libauimus, non opinionum riuolos persequentes, neque errorum, quibus totus mundus repletus est, varietate perterriti, sed cupientes & scire, & docere quæ vera sunt. Quod si tibi non videtur onerosum, quid Origenes de diapalsmate sentit: verbum interpretatur ad verbum: vt, quia nouita musta contemnis, saltem veteris vini auctoritate ducaris. Sæpe querens causas, cur in quibusdam psalmis interponatur diapalsma, obseruaui diligentissime in Hebræo, & cum Græco contuli: inueni quæ vbi lingua Hebræa, sela habet, Græca verò semper, aut aliquid istiusmodi, ibi Septuaginta, & Theodotion, & Symmachus transtulerunt diapalsma. Neque verò nocet, exemplis affirmare, quod dicimus. In septuagesimo quarto psalmo, cuius principium est: Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum: post illud, Ego confirmaui columnas eius, apud Septuaginta, & Theodotionem, & Symmachum est diapalsma: pro quo apud Aquilam, ponderaui columnas eius, semper. In quinta autem editione ego sum, qui parauimus columnas eius, semper. In sexta verò: ego firmaui columnas eius iugiter. Porro in Hebræo habet post amudeha נחמ, quod est columnas eius, sela. Et rursum in septuagesimo quinto, cuius principium est: Notus in Iudæa Deus: inuenimus apud Septuaginta & Theodotionem, post scutum, & frameam, & bellum, diapalsma. Apud Symmachum, post clypeum, & gladium, & bellum, similiter diapalsma. Pro quo apud Aquilam, post clypeum, & gladium, & bellum, semper. Apud quintam editionem, post scutum, & romphazam, & bellum, semper. In sexta verò post scutum, & gladium, & bellum in finem. Eratq; rursum in Hebræo post vnilhama נלהמה, quod est & bellum, sela. Et in eodem psalmo post illum locum, Vt saluos faciat mites terræ, diapalsma: apud Symmachum similiter diapalsma: & apud Aquilam, semper: necnon & apud quintam: in sexta verò, in finem. Et in Hebræo erat post aneue עזב עזב, quod est mites terræ, sela. Atque ita, cum talem vniuersiusque editionis opinionem reperissemus, hæc annotauimus. Vtrum autem cuiusdam musicæ cantilenæ, aut rythmi immutationem, qui interpretati sunt diapalsma, senserint, aliudve intellexerint, tuo iudicio derelinquo. Hucusque Origenes: cuius nos maluimus in hac disputatione dumtaxat peritiam sequi, quam stultam habere scientiam nescientium.

AD CYPRIANVM EXPLANATIO
PSALMI OCTOGESIMINONI.

EPISTOLA CXXXIX.

ARGUMENTVM.

PSALMVM octogesimumnonum, cuius initium est,

Domine refugium factus es nobis, Cypriano presbytero ad fidem Hebræicæ veritatis, post LXX. & vulgatam editionem, piè eloquenterque exponit.



PRIVS te, Cypriane, presbyterorum studiosissime, & de illorum numero, super quibus audivit Moyses, elige presbyteros, quos tu ipse scis dignos esse, tantum epistolis noueram, & beati viri vocabulum consecutum, qui legem Dei die ac nocte meditatur: nunc autem, quia exterioris quoque hominis nobis inuicem facta est cognitio: & post salutationem dulcissime complexus, quibus sibi amicitia copulatur, vt probes verum esse quod audieras, statim a me postulas, vt difficillimum psalmum qui apud Græcos & Latinos octogesimumnonus inscribitur, tibi edisseram, non composita verborum oratione, plausuque populari, qui solet imperitorum aures decipere, atque palpere, sed oratione simplici & ecclesiastici eloquij veritate; vt scilicet interpretatio nostra non alio interprete indigeat; quod plerisque nimium disertis accedere solet, vt maior sit intelligentiæ difficultas in eorum explanationibus, quam in iis, quæ explanare conatur: aggrediar opus difficillimum; & sanctarum precum tuarum fultus auxilio, illius versiculi recordabor: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Ac primum sciendum, quod psalmi istius iuxta Hebræicum titulus sit, Oratio Moysi viri Dei: iuxta Septuaginta, Oratio Moysi hominis Dei. Inter hominem autem & virum quid interfit, sancta scriptura nos doceat. Loquitur quinquagenarius ad Eliam: Homo Dei, rex vocat te. Cui ille respondit: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, & comedat te, & quinquaginta viros tuos. Ad Timotheum quoque Apostolus scribit: Tu autem homo Dei hæc fuge. Porro de viro Dei idem Apostolus instruit. Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput verò Christi Deus. Ille vir est, qui caput velare non debet, cum sit imago, & gloria Dei: & quotidie Paulus loquitur: Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam, sicut à Domini spiritu. Et in alio loco: Donec perueniamus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Siue igitur viri, siue hominis appellatio sancto viro competit, & ei, qui vidit Deum facie ad faciem, & salua facta est anima eius: cuius ore, creaturam mundi, eorum dumtaxat, quæ visibilia sunt, conditionem hominis, & omnis retro historię didicimus veritatem: qui non solum nobis quinque reliquit libros, Genesis, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium, sed vndecim quoque psalmos, ab octogesimonono, cuius principium est: Domine refugium factus es nobis: vsque ad nonagesimumnonum, qui inscribitur, Psalmus in confessione. Quod autem in plerisque codicibus nonagesimus octauus habet titulum, psalmus Dauid: in Hebræo non habetur, hanc habente scriptura sancta consuetudine, vt omnes psalmi, qui, cuius sint, titulum non habent, iis deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur. Quattuor autem psalmi sunt, qui habent orationis titulum, sextus decimus, qui inscribitur, oratio Dauid, & incipit: Exaudi Domine iustitiam meam. Et octogesimus quintus: Inclina Domine. Et octogesimus nonus, qui nunc in manibus est: Domine refugium factus es nobis. Et ceterus primus, qui titulum habet, Oratio pauperis, cui anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam, Dauid,

Dauid, & pauper, qui cum diues esset, pro nobis pau-
 per factus est, refertur ad Christum, qui sedit super
 pullum asinae: iuxta Zachariam, Pauper, atque man-
 fuerus. Moyses autem, per quem Dominus legem
 dedit, cuius ore audiuius loquentem Deum: Faci-
 amus hominem ad imaginem & similitudinem
 nostram: statimque infertur: Et fecit Deus homi-
 nem ad imaginem suam: ad imaginem Dei fecit il-
 lum: masculum & feminam creauit illos: ab initio
 conditionis hominis vsque ad mortem & resurre-
 ctionem omnia explicat, qualis creatus sit, quanto
 viuat tempore, quid agat in saeculo, quem fructum
 vitae habeat, propter quid laboret, quo ire contenda-
 dat. Et quoniam ipse, qui haec scribit, homo est; sub
 persona sua de omni generis humani conditione tes-
 titur. Sunt autem, qui hunc psalmum, siue orationem
 ad Israeliticum populum referant, quo modo in
 solitudine offenderit Deum, atque conciderit, &
 non meruerit terram promissionis intrare, proque
 patribus ingressi sint filij, & rursum placatum
 expectent Deum, quod in Christi coplatur aduentu.
 Oratio, iuxta grammaticos, omnis sermo loquen-
 tium est: cuius etymologiam sic explicant: Oratio
 est oris ratio. in scripturis autem sanctis, difficile ora-
 tionem iuxta hunc sensum legimus, sed eam quae
 ad preces, & obsecrationes pertinet. Aiunt Hebraei,
 vno psalmorum volumine quinque libros contineri,
 a primo vsque ad quadragesimum, & a quadrage-
 simo primo vsque ad septuagesimum primum, & a
 septuagesimo secundo vsque ad octogesimo octa-
 uum, & ab octogesimo nono, qui quarti libri initium
 est, & quem nunc differimus, vsque ad centesimum
 quintum. In quorum omnium fine duplex amen po-
 situm est, quod Septuaginta trastrulerunt, fiat fiat: &
 a centesimo sexto vsque ad finem, instar duodecim
 prophetarum: qui & ipsi cum propriis libros ediderint,
 vnius voluminis nomine continentur. Illud autem,
 quod pene praeterij, asserens inter vndecim Moysi
 psalmos etiam nonagesimum octauum esse, in quo
 positum est: Exaltate Dominum Deum nostrum,
 & adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum
 est: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel
 in eis, qui inuocant nomen illius: videtur nostrae sen-
 tentiae contraire; quo modo Moysi sit, qui Samue-
 lem nominet, quem multa post tempora fuisse cog-
 noscimus. Cuius quaestio facilis solutio est: pro-
 phetarum nomen esse Samuelis, qui tanti meriti
 fuit, vt cum Moysse poneretur in Hieremia: Si stete-
 rint Moyses & Samuel: iuxta illud exempli. Quando
 homo Dei loquitur in Samaria: Altare, altare,
 haec dicit Dominus: ecce filius nascetur domui Da-
 uid, Iosias nomen eius. Sciamus quoque, errare eos, qui
 omnes psalmos Dauid arbitratur, & non eorum,
 quorum nominibus inscripti sunt. vnde & hunc
 psalmum volunt sub nomine Moysi a Dauid esse
 compositum, quod scilicet legislator communem
 humani generis offensam & calamitatem, & deinde
 expectationem salutis, sacro ore describat. Domi-
 ne habitaculum factus es nobis, in generatione &
 generatione. Septuaginta, Domine refugium factus
 es nobis, in generatione & generatione. Pro habi-
 tatione, & refugio in Hebraico maon hyn ponitur,
 quod magis habitationem, quam refugium sonat.
 Narraturus autem tristitia, & genus deploratum
 humanum, a laudibus Dei incipit, vt quidquid pos-
 tea homini accidit aduersorum, non creatoris duri-
 tia, sed eius, qui creatus est, culpa accidisse videatur.
 Qui sustinet tempestatem, vel petrae, vel tecti
 quaerit refugium. Quem hostis persequitur, ad

muros urbium confugit. Fessus viator ta sole, quam
 puluere, vmbrae quaerit solatium. Si saeuissima bestia
 hominis sanguinem sirit, cupit, & nititur, vt cumque
 poterit praesens vitare discrimen. Ita & homo a
 principio conditionis suae Deo vitatur adiutore: & cu
 illius sit gratiae, quod creatus est, illiusque misericor-
 diae, quod subsistit, & viuit, nihil boni operis agere
 potest absque eo: qui ita concessit liberum arbitrium,
 vt suam per singula opera gratiam non negaret: ne
 libertas arbitrij redundaret ad iniuriam conditoris,
 & ad eius contumacia, qui ideo liber conditus est, vt
 absque Deo nihil se esse nouerit. Quod autem dixit in
 generatione & generatione, omnia significat tempora,
 & ante legem, & in lege, & in Euangelij gratia. vnde &
 Apostolus dicit: Gratia salui facti estis per fidem: &
 hoc non ex vobis, sed ex dono Dei. Er omnes episto-
 lae eius in salutationis principio non prius pacem habent,
 & sic gratiam, sed ante gratiam, & sic pacem:
 vt, donatis nobis peccatis nostris, pacem Domini
 consequamur. Antequam montes nascerentur,
 & parturiretur terra, & orbis; a saeculo vsque in
 saeculum tu es Deus. Septuaginta: Antequam montes
 firmarentur; & fingeretur terra, & orbis; a saeculo &
 vsque in saeculum tu es Deus. Hunc locum quidam
 praua distinctione subuertunt, maxime ij, qui vol-
 unt ante fuisse animas, quam homo in sexti diei nu-
 mero conderetur. ita enim legunt, atque distinguunt:
 Domine, refugium factus es nobis, a generatione in
 generationem, prius quam montes firmarentur, &
 fingeretur terra & orbis: vt scilicet consequatur, a
 saeculo & vsque in saeculum tu es Deus. Ita enim
 differunt. Si Dominus, antequam montes firma-
 rentur, & fingeretur terra orbisque terrarum, refu-
 gium fuit hominum: ergo fuerunt animae in cele-
 stibus, antequam hominum corpora formarentur.
 Nos autem, vt proposuimus, lectionem ita debemus
 distinguere. Antequam montes firmarentur, & fin-
 geretur terra, & orbis terrarum; a saeculo & vsque
 in saeculum tu es Deus: vt non refugium nostrum
 fuerit ante conditionem mundi, qui necdum era-
 mus; sed quod Deus ab aeterno vsque in aeternum sit
 semper Deus. Pro eo enim, quod Latinus inter-
 pres posuit, a saeculo vsque in saeculum, & Hebraice
 dicitur, ומעולם ועד עולם, rectius interpretabimur, a sem-
 piterno vsque in sempiternum. Simile quid & in Pro-
 uerbis ex persona sapientiae, qui Christus est, legi-
 tur. Dominus creauit me in initio viarum suarum
 in opera sua: ante saecula fundauit me in principio:
 antequam terram faceret & abyssos, priusquam pro-
 duceret fontes aquarum, priusquam montes firma-
 rentur ante omnes colles generauit me. Nullum au-
 tem debet verbum creationis mouere, cum in He-
 braeo non sit creatio, quae dicitur ברא ברא, sed pos-
 sessio: ita enim scriptum est, ויהי קנני ראשית דרכי, adonai
 kanani resith darcho, quod in lingua nostra expri-
 mitur: Dominus possedit me, initium viarum sua-
 rum. Inter possessionem autem, & creationem multa
 diuersitas est. Possessio significat, quod semper fi-
 lius in patre, & pater in filio fuerit. Creatio autem
 eius, qui prius non erat, conditionis exordium. Po-
 test iuxta legis tropologiam, hoc, quod dicitur: An-
 tequam montes firmarentur: & fingeretur terra &
 orbis terrarum; significare, quod antequam animae
 nostrae sublimia dogmata firmarentur, & terra
 corporis nostri fingeretur, siue stabiliretur a Deo,
 & orbis terrarum, qui Hebraice dicitur תבל
 תבל, Graece significantius dicitur οὐρανὸν
 quam nos habitatum transferre possumus, fir-
 maretur, siue stabiliretur, Deus nobis semper
 refugium

Iosa. 14

refugium fuerit. Habitata est aurem anima, non deserta, quæ hospitem meretur habere Deum, dicens te Saluatore: Ego & pater venimus, & mansionem apud eum facimus. Illud autem quod & Hebraicum habet, & omnes alij interpretes: Antequam montes nascerentur, & parturiretur terra: manifeste ad tropologiam nos trahit. Neque enim montes & terra natiuitatem parturitionemque recipiunt, sed conditionem. Ex quo liquidè demonstratur, sanctos quoque, excellentiæque virtutes, Dei semper misericordia procreari. Conuertes hominem usque ad contritionem, & dices, reuertimini filij Adami.

Genes. 1

Septuaginta: Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti: conuertimini filij hominum. Iuxta Hebraicum, quod dicitur, hoc est: O Deus, qui hominem condidisti, & ab initio eius es refugium & habitatio, conuertes eum usque ad contritionem: fecisti eum atque palmasti, ut contereretur in mortem, & vas tuum extremo vitæ suæ tempore frangeretur: cui cum immineret illa conditio, ut ortus in creat, & quamuis longo vixerit tempore, tamen sine dissoluatur extremo: quotidie ei loqueris per prophetas: Reuertimini filij Adami, qui vestra culpa offenditis Deum, & de immortalibus facti estis mortales. Precipientis enim noluitis audire imperium: De omni ligno, quod est in paraíso, comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali non comedes. In quocumque enim die gustaueris de eo, morte morieris. Porro illud, quod Septuaginta transtulerunt: Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti, conuertimini filij hominum: hunc habet sensum: Obsecro, ut hominem, quem ad tuam imaginem & similitudinem condidisti, & tantum eum honorare dignatus es, ut de seruo filium nuncupares, ne eum humiliter peccato perpetuo, ne super illum vigeat antiqua sententia: Terra es tu, & in terram ibis. Tu enim nobis promissisti poenitentiam, dicens: Nolo mortem peccatoris: tantum te conuerta, ut & viuat. Tu dixisti, omnium sanctorum tuorum eloquio: Conuertimini (siue reuertimini) filij hominum ad clementissimum patrem, qui occurrit venientibus, & signum, quod suo vitio perdiderunt, offert, & stolam incorruptionis largitur antiquam. Quia mille anni in oculis tuis, ut dies hesternæ, quæ præterit, vel transit, & ut vigilia nocturna siue in nocte: Qui per prophetas semper nos ad poenitentiam prouocat, dicens: Reuertimini filij hominum, petimus (ut autè iam dixi) ne facias hominem in humilitate sempiterna retineri. Nec enim putamus longam esse, quod promittis, salutem nobis post tempora multa tribuendam. Eternitati comparata, breuis est omnium temporum longitudo: in conspectu enim tuo mille anni quasi vna dies reputantur. Statimque se ipse reprehendit. Male dixi vnam diem, & vnius diei spatio mille annorum apud te longitudinem computari: cum magis debuim dicere, vnius vigiliæ spatio, instar habere mille annorum. Nox in quattuor vigilias diuiditur: quæ singulæ trium horarum spatio suppurantur. Vnde & Dominus quarta vigilia ad nauigantes venit Apostolos. Sicut igitur vna noctis vigilia cito pertransit, maximum vigiliarum labore defessis: sic & mille annorum spatia apud te, qui semper es, & futurus es, & fuisti, pro breuissimo tempore computantur. Quodque inserit: Sicut dies hesternæ, quæ præterit: iuxta illud Apostoli sentiamus, quod scribit ad Hebræos: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sempiternum. Ego arbitror ex hoc loco, & ex epistola, quæ nomine Petri Apostoli inscribitur, mille annos pro vna die so-

Genes. 1

Ezech. 13

Lucæ 15

March. 14

March. 6.

Hebr. 13

litos appellari: ut scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex millibus annorum tantum credatur subsistere, & postea venire septenarium numerum, & octoparium, in quo verus exercetur sabbatismus, & circumcisiõnis puritas redditur. vnde & oculo beatitudinibus bonorum operum præmia promittuntur.

Math. 5

1. Pet. 1

Scribit autem Petrus hoc modo. Vnum hoc vos nõ prætereat dilectissimi, quia vna dies apud Deum quasi mille anni, & mille anni quasi vnus dies. Non moratur Dominus in promisso, ut quidam existimant. Percutiente te eos, somnii erunt mane, quasi herba trifolies mane floruit & abiit, ad vespera cõteretur, & sicabitur. Septuaginta: Quæ pro nihilo habetur, eorũ anni erũt. Mane sicut herba trãseat, mane floreat & trãseat, vespere decidat, induret, & areseat. Iuxta Hebraicũ hic sensus est. Multũ cõuersioni nocte cõuulit, & saluti, quod omnis vita mortalium, quasi somnii, ita veloci morte cõtracta est: quæ in similitudine floriũ, atque feni, eodẽ pene tempore siccat, atque deperit. Percutiente te, inquit, eos, id est, homines: & illo sermone completo: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem præparasti, cuius erunt? Omnis humana conditio sermo comparabitur. Sicut enim mane virens herba, & suis floribus vernans, delectat oculos contemplantiũ, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem, & in fenem, quod conterendum est, vertitur: ita omnis species hominum vernat in paruulis, floret in iuuenibus, viget in perfectæ ætatis viris; & repente, dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extensa contrahitur, & extremo fine, quod hic dicitur vespere, id est, senectute, vix moueri potest, ita ut non cognoscatur, quis prior fuerit, sed pene in alium commutetur. Quid loquimur de infantis temporibus, usque ad extremam & decrepitam senectutem, cum hoc & languor faciat, & inedia mœror, ut vultus prius pulcherrimus seminarum ad tantam transeat fœditatem, ut amor in odia commutetur? Super hac conditione mortalium & Esaias loquitur: Omnis caro fenem, & omnis gloria eius quasi flos feni. Fenem aruit, & flos decidit. Iuxta Septuaginta quoque similiter explicandum est. Omne, quod in sæculo longum videtur, apud te Deus breue est. dies enim, & anni, quibus humana vita contracta est, si comparentur æternitati, reputabuntur pro nihilo. sicut enim herba mane creuit, floruit, & siccat, ad vespere ramque indurescit, & deperit: ita erit omnis hominum pulchritudo. Consumpti enim sumus in furore tuo, & in indignatione tuã conturbati sumus. Septuaginta. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Pro eo, quod nos diximus, turbati sumus, Symmachus, & Aquila transtulerunt, accelerauimus. Breuitatem autem vitæ significat humanæ. Quodque intulit: In ira tua, & in furore tuo: sententiæ Dei ostendit perseuerantiam, cui omnes homines subiaccemus, illi videlicet: Terra es, & in terram ibis. Pulchre autem non, ut in Septuaginta habetur, turbati sumus, sed iuxta Hebraicum, accelerauimus, dicitur: ut quamuis ætas hominum longa videatur, tamen comparatione æternitatis breuis sit: quod & illustri poeta testatur, dicens: Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Et iterum: Rhebe diu, res si qua diu mortalibus vlla est, Viximus. Posuisti iniquitates nostras coram te, negligentias nostras in luce vultus tui. Septuaginta. Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo, sæculum nostrũ in illuminatione vultus tui. Vbi nos, iuxta Hebraicũ & Symmachũ, posuimus, negligentias nostras pro quo Septuaginta, sæculũ nostrum, transtulerunt.

Lucæ 16

Ezech. 40

Genes. 1

in Hebraicò

in Hebraico scriptum est halumenu *חלמנו*: quod Quinta editio interpretatur adolescentiam. Aquila *παρορσως*, & nos in linguam nostram vertere possumus errores, siue ignorantias. Vnde dixit in alio loco: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Et iterum: Delicta quis intelligit? Et: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Aliena enim nobis sunt vitia: quæ sæpe voluntate, interdum ignorantia, & errore committimus: & tamen, cum non sit voluntas in crimine, error in culpa est. Miror autem, cur Septuaginta voluerint, pro halumenu, id est adolescentia, negligētis, & erroribus, siue ignorationibus, sæculū dicere: nisi forte, quod in sæculo, & in vitæ huius tēpore vitia cōmittantur. Quodq; intulit In illuminatione, siue in luce vultus tui: hunc habet sensum: Nihil te nostrorum latuit peccatorum: secreta quoq; nostra tuus oculus inspexit: iuxta illud, quod scriptum est: Tenebræ non obscurabuntur a te. Et: Scrutans corda & renes Deus. Et iterum: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde. Omnes enim dies nostri transierunt in furore tuo: consumpsimus annos nostros, quasi sermonem loquens. Septuaginta. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditati sunt. Breuitatem humanæ vitæ, quæ sententiæ Dei hucusq; subiecta est, & quam in priori versiculo somnio comparauit, dicens: Percutiente te eos, somniū erunt: nunc sermōi loquentium comparat: vt quo modo sermo, qui in ore veratur, dum profertur, intercipitur, & esse desistit, sic & omnis vita nostra pertransit, atq; desistat, & hoc in ira & in furore Dei, cui merito subiaccemus, viuentē in nobis, vt supra diximus, sententiā Dei. Quæ sit autem ira, & furor Dei, crebrius diximus: non quod Deus vlciscatur iratus, sed quod patientibus pœnas iratus esse videatur. quod enim in nos ex perturbatione descendit, in illo ex iudicio, & ex veritate est. Pro sermone loquentis, Septuaginta, meditationem aranæ, transfulerunt. quo modo enim loquentis sermo præteruolat: ita & opus aranæ in cassum textitur. De quo super persona hæreticorum scriptum est in Esaia: Telam aranæ texunt, quæ parua & lenia potest capere animalia, vt muscas, culices, & cætera huiusmodi, à fortioribus autem rum pitur, instar leuium in Ecclesia, simpliciumq; que eorum decipiuntur erroribus, cum viros in fidei veritate robustos non valeant obtinere. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem multum, octoginta anni, & quod amplius est, labor & dolor. Septuaginta. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis: si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. Pro eo quod nos posuimus, in ipsis, & in Hebræo habetur bahem *בַּחֵם*. Symmachus significantius transfulit *δολοκλήρος* quod magis ad sensum quam ad verbum transferre possumus, vniuersi. Quidquid igitur viuimus, & in quo delectabilis est vita mortalium, septuaginta annorum spatio comprehenditur. sin autem multum, & vt interpretatus est Symmachus, contra opinionem, octoginta sunt anni: quidquid si præ fuerit, morbis & infirmitate transigitur, quæ est focia senectutis, caligantibus oculis, dolentibus vel cadentibus, prius durissimis, dentibus: quod pleniū diuinus sermo in Ecclesiaste describit. Venient dies malitiæ, & in quibus dicemus, non est nobis voluntas: quando obscurabitur sol, & luna, & stelle, & conuertentur nubes post pluuiam, in die qua mo-

uebuntur custodes domus, & subuertentur viri virtutis: cessabuntq; molentes, quia pauca factæ sunt: & obscurabuntur, quæ vident in foraminibus: & claudentur ianuæ in foro: in infirmitate vocis molentis, & exurget ad vocem auis, & humiliantur omnes filia cantici? & quidem ab alto aspicient: & pauor in via: & florebit amygdalus, & in crassabitur locusta: & scindetur capparitis: quoniam abibit homo in domum æternitatis suæ, & gyrabunt in foro qui plangunt, quoadulq; pulsatur funiculus argenti, & conteratur ornamentum auri, & constringatur hydria ad fontem, & impediatur rota in lacu, & conuertatur puluis in terram sicut fuit, & spiritus reuertatur ad Dominum, qui dedit eum. Vanitas vanitatum, dicit Ecclesiastes, & vniuersa vanitas. Quæ omnia humanæ vitæ, & maxime senectutis miseras cōprehendunt: & quem sensum habeant, in suo loco disseruimus. Sunt qui istum locum allegoricè interpretantes, ad sabbati circumcisionisq; mysterium referunt, quod primum requisicamus in lege, & postea veræ circumcisionis in Euangelio sacramenta nos teneant, admonentes & illud: Da partē septem, & da partē octo, & septuaginta milliū, & octoginta milliū hominū multitudines, à quibus tēplum sub Salomone constructū est. Sed quid hoc ad præsentē locū, cui sufficit simplex & pura explanatio, quæ nō doctrinæ gloriā in multiplicatione sermonū, sed legentis debet intelligentiā quærere? Quoniam transiuimus cito, & aduolauimus. Septuaginta: Quoniam superuenit mansuetudo super nos, & corripimur. Pro quo in Græco scriptū est *παύειν ἡμᾶς*: quod verbum ambiguum est, & tam correptionem, quam eruditionem, doctrinamq; significat. Quem enim dicit Dominus, corripit, siue erudit, ac flagellat omnem filium, quem recipit. Quem locum ita Symmachus trāstulit: Succidimur enim repente, & auolans. Quinta editio hoc modo: Quoniam transiuimus celeriter, & dissoluimur. Et est sensus. Post septuaginta annos, & vt multum, octoginta, quibus hominum vita transigitur, cum anima fuerit à corpore segregata, vento similes auolamus: siue quia supra herbe virenti, & florum pulchritudini, & ad vesperam siccitati hominem comparat, nunc pro ariditate vesperæ, succisionem florum ponit. Et cum pertrāsierit, inquit, omne quod viuimus, subita morte dissoluimur. Quod autem Septuaginta dixere, Quoniam superuenit mansuetudo, & corripimur, hunc habet sensum. Post septuaginta annos, & octoginta, cum venerit Domini mansuetudo, & dies nobis mortis ingruerit, non iudicabimur iuxta meritum, sed iuxta clementiam: & quæ putatur correptio esse, eruditio est, & doctrina. Satisq; miramur, quid voluerint verbum Hebraicū gas his *שבעים*, Septuaginta, Theotion & Sexta editio transferre mansuetudinē, cum Aquila, Symmachus, & Quinta editio festinationem, & repente celeriterq; transfulerint. Quis nouit fortitudinem iræ tuæ, & secundum timorem tuum indignationem tuam? Septuaginta: Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Inter Hebraicum & Septuaginta diuersa distinctio est. Septuaginta enim dinumerationem timori & furori Domini copulant. Porrò Hebraicum sequenti appetat versiculo, vt sequatur: Vt numerentur dies nostri, sic ostende, & veniemus corde sapienti. Quod breuiter ita nobis disserendum videtur. Quis potest nosse, quam diu ira tuā, ex qua timor nascitur humano generi, perseveret, nisi te docete, qui Deus es: Itaq; obsecro, vt tempus vitæ nostræ indices nobis, quo possimus,

Psalm. 24
Psalm. 16

Psalm. 137
1. Reg. 16

Isaia 59

Eccles. 12

Eccles. 1

Eccles. 11

1. Reg. 5

corde sapienti, tuo nos iudicio pręparare. Quod autem dixit: Quis nouit fortitudinem, siue potestatem irę tuę; & secundum timorem tuum indignationę tuam: ostendit esse difficile, ire, timoręq; & indignationis Dei secretum rationemq; cognoscere. Vnde & propheta lacrymabiliter deprecatur: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. Non enim corripit, vt interficiat, atq; disperdat, sed vt corrigat, & emendet. Quamobrem & in Osee, populo Iudęorum, cui multum iratus est, dicit se nequaquam irasci, nec visitare nurus eorum, cum adulterauerint. Et per Ezechielem loquitur ad Hierusalem: Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit a te. Et in verbis dierum sonat, quando pergit Israhel aduersum hostes in pręliũ corde pacifico. Vt numerentur dies nostri, sic ostende, & veniemus corde sapienti. Septuaginta: Dexteram tuam ita notam fac, & erudis corde in sapientia. Quod Aquila, Symmachus, & Quinta editio sic verterunt: Dies nostros sic ostende, vt veniamus corde sapienti. Errorq; perpicuus est, cur, pro diebus, Septuaginta dexteram dixerint. *ἡ ἡμιάνη* quippe verbum compositum est, significans dies nostros: quod in singulari numero si scribatur, extrema littera, quę appellatur nun, exprimit dexteram: sicut est illud in nomine Benjamin, qui interpretatur, filius dexterę. Sin autem ἡ habeat, diem vel dies sonat. Est autem sensus: Numerum annorum dierumq; nostrorum, quibus in hoc sæculo nos viuere decreuisti, ostende nobis, vt pręparemus nos aduentui tuo; & contempro errore mortalium, ad te pergere festinemus, cupiamusq; pręsentiam tuam; & ad te festinemus corde sapienti. Nihil enim ita decipit humanum genus, quã, dum ignorant spatia vitę suę, longiorem sibi sæculi huius possessionem reprobant. Vnde & illud egregię dictum est: Nullum tam senem esse, & sic decrepitę ætatis, vt non se adhuc vno plus anno viuere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet & illud, quod dicitur: Memento mortis tuę, & non peccabis. Qui enim se recordatur quotidie esse moriturum, contemnit pręsentia, & ad futura festinat. Hoc est quod Dauid in alio precatur loco dicens: Ne auferas me in dimidio dierum meorum, priusquam abeam, & non subsistã: quod ita exponitur. Ne eo tempore facias me mori, quando adhuc putabam me vidurum, vt possim peccata corrigere pœnitentia. si enim hoc feceris, inuentus in delictis meis esse desistam. non quod spem resurrectionis neget: sed quod coram eo se neget posse subsistere, apud quem omnes, qui in vitis perseuerant, pro nihilo reputantur. Vbi nos interpretati sumus, eruditos corde in sapientia, alij transtulerunt, compeditos, verbi ambiguitate decepti. si enim dicas, *πρωτὸς ἡμῶν* et, compeditos; sin autem *πρωτὸς αἰώνων*, eruditos significat. Reuertere Domine vsquequo, & exorabilis esto super seruos tuos. Septuaginta similiter. Quia agimus pœnitentiã, & scientes vitę nostrę breuitatē, ad te corde sapienti cupimus peruenire: & tu Domine reuertere ad nos. Peccatis enim nostris longē recesseras: & dimiseras nos, vt ambularem secunduũ voluntatem, & cogitationes nostras, quod aurē infert, vsquequo, illam habet intelligentiã, quam in duodecimo psalmo legimus: Vsquequo, Domine obliuisceris me in finem? Qui enim in angustia cõstitutus est, serum ei videtur Dei auxilium: & propterea impensius deprecatur, vt cito adiutorē Deũ sentiat, & nequaquam iratũ iudicē, sed placatũ. Imple nos matutina misericordia tua: & laudabimus, & lætabimur in cõctis diebus nostris. Se

ptuaginta: Repleti sumus mane misericordia tua, & exultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris. In cunctis pene locis hæc habet Septuaginta consuetudinem, vt quod apud Hebręos in futurum ponitur, hoc illi quali iam factum & præteritum referant. Hic ergo, non vt illi voluerunt, dicunt se impletos esse matutina misericordia Dei, atq; lætatos: alioqui, si hoc factum erat, quo modo postea deprecantur, & dicunt: Respice in seruos tuos, & in opera tua: sed totum, quod postulant, ideo deprecantur, vt mereantur matutinam misericordiam eius: quam cum fuerint assecuti, laudent Deum atq; lætentur in cunctis diebus vitę suę. Videtur autem mihi resurrectionis spem & æternę vitę præmia deprecari, dicens: Imple nos matutina misericordia tua. Quod quidem & vicesimiprimi psalmi titulus sonat, qui proprię ad mysterium Domini, & ad resurrectionem eius pertinens, inscribitur, Pro assumptione matutina. Lætifica nos pro diebus quibus nos afflixisti, & annis, quibus vidimus mala. Septuaginta: Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala. Et Lazarus, qui receperat mala in vita sua, in sinu Abraham æterno quiescit gaudio. Mala autem non ea appellat, quę contraria bonis sunt, sed pro afflictione ponit, & angustias: quibus malis & Sara affixit Agar, ancillam suam: & de quibus in Euangelio scribitur: Sufficit diei malitia sua. Quanto igitur magis in hoc sæculo, persecutionibus, paupertate, inimicorum potentia, vel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionem in futuro maiora præmia consequemur. Pulchrę autem non dixit, sustinuius mala, sed vidimus. Quis enim est homo, qui viuat, & non videat mortem? Quę non tam ad dissolutionem corporis referenda est, quã ad multitudinem peccatorum: iuxta quod dicitur: Anima, quę peccauerit, ipsa morietur. Appareat apud seruos tuos opus tuum, & gloria tua super filios eorum. Septuaginta: Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Ergo in seruis suis ipse Dominus operatur opus suum. Nec propria, qui postulat, salute contentus est, sed quærit gloriam filiorũ, id est seruorum Dei. Filios autem non tam illos, qui de eorum stirpe generati sunt, quã discipulos debemus accipere: de quibus & Paulus loquebatur: Filioli mei, quos iterum parturio. Vnde & Ioannes Apostolus, secundum merita filiorum suorum, profectusq; operum singulorum scribit ad paruulos, scribit ad iuuenes, scribit ad patres. Et sic decor Domini Dei nostri super nos: & opus manuum nostrarum fac stabile super nos: & opus manuum nostrarum confirma. Septuaginta: Et sit splendor Domini Dei nostri super nos: & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige. Vbi sunt, qui, liberi arbitrij sibi potestate plaudentes, in eo putant se Dei gratiam consecutos, si habeant potestatem faciendi, vel non faciendi bona, siue mala? Ecce hic beatus Moyses post resurrectionem, quam postulauerat, dicens: Imple nos matutina misericordia tua: & laudabimus, & lætabimur in cunctis diebus nostris: nequaquam se surrexisse contentus est, & æternę vitę præmia consecutum, sed postulat vt decor Domini Dei sui sit super eos, qui resurrexerint, & splendeat in animabus cordibusq; sanctorum; & opera manuum eorum ipse dirigat, faciatq; esse perpetuã, ipseq; confirmet quidquid in sanctis videtur boni. Sicut enim humilitas deprecantis meretur præmia; ita superbia contemnentis Dei auxilio deseretur.

DIVI HIERONYMI AD PRINCIPIAM VIRGINEM EXPLA-

NATIO PSALMI QVA-

DRAGESIMIQUARTI.

EPISTOLA CXL.

ARGUMENTVM.

QVADRAGESIMVM quartum Psalmum, cuius initium est, Eructavit cor meum verbum bonum, in quo spon-



cio me, Principia in Christo filia, a plerisque reprehendi, quod interdum scribam ad mulieres, & fragiliorem sexum maribus praeferam. & iccirco debeo primum obrectatoribus meis respondere, & sic venire ad disputatiunculam, quam rogasti.

Ind. 1
Hier. 36

4. Reg. 11.

Marth. 17

Marci 16

Joan. 20

Cant. 7

Genes. 18

Genes. 15

Exodi 15

Genes. 35

Nom. 27

1. Reg. 1. 2

1. Reg. 14

1. Reg. 20

3. Reg. 10

Marth. 12

Luce 1. 2

Marci 15

Marth. 14

Joan. 4

Si Barach ire ad praelium voluisset, Debbora de victis hostibus non triumphasset. Hieremias carcere clauditur: & quia periturus Israel virum non receperat prophetantem, Olda eis mulier suscitatur. Sacerdotes & pharisaei crucifigunt filium Dei: & Maria Magdalene plorat ad crucem, vnguenta parat, quaerit in tumulo, hortulanum interrogat, Dominum recognoscit, pergit ad Apostolos, repertum nunciat. illi dubitant, ista confidit. Verè *σωπύριος*, verè turris candoris, & Libani, quae prospicit faciem Damasci, sanguineam videlicet Saluatoris, ad facci poenitentiam prouocantem. Defecerant Sarae muliebria, & ideo Abraham ei subiicitur, & dicitur ad eum: Omnia quae dicit tibi Sara, audi vocem eius. Illi defecerant muliebria: tu numquam habuisti muliebria. Sexus deuoratur ad virgine, Christum portat in corpore. Iam possidet, quod futura est. Rebecca pergit ad interrogandum Deum, & sua responsione condigna audit oracula. Duæ gentes in utero tuo, & duo populi de ventre tuo diuidentur. Illa duos generat dissidentes: tu vnum quotidie concipis, parturis, generas, vnioue fecundum, maiestate multiplicem, trinitate concordem. Maria, soror Moyse, victorias Domini canit, & Rachel Bethleem nostram atque Ephratam stirpe nominis sui signat in posteros. Filiae Salphaad hæreditatem inter fratres merentur accipere. Ruth, & Hester, & Iudith tantæ gloriæ sunt, vt sacris voluminibus nomina indiderint. Anna prophetissa generat filium leuitam, prophetam, iudicem, sacro crine venerabilem, & offert eum in tabernaculum Dei. Thecuites mulier regem David interrogatione concludit, ænigmate docet, exemplo Dei mitigat. Legimus & aliam sapientem feminam, quæ cum obsideretur ciuitas, & propter vnum perduellem dux exercitus Iob muros arietè quateret, locuta est ad populum in sapientia sua. & tantæ multitudinis periculum muliebri auctoritate sedauit. Quid loquar de regina Saba, quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & testimonio Domini condemnatura est omnes viros Hierusalem? Elizabeth vtero propheta & voce, Anna filia Phauelis in templo, templum efficitur Dei; & quotidiano ieiunio, caelestem inuenit panem. Sequuntur mulieres Saluatoris, & ministrant ei de substantia sua. Ille, qui de quinque panibus quinque millia hominum, exceptis mulieribus & paruulis aluit, escas san-

ctarum mulierum non recusat accipere. Cum Samaritana loquitur ad puteum, & saturatus conuersione creditis, cibos, qui coempti fuerant, negligit. Apollo, virum Apostolicum, & in lege doctissimum, Aquila & Priscilla erudiunt, & instruunt eum de via Domini. Si doceri a femina non fuit turpe Apostolo: mihi quare turpe sit, post viros docere & feminas? Hæc & istiusmodi, *σπουδαία* filia, perstrinxi breuiter; vt nec te poeniteret sexus tui, nec viros nomen suum erigeret; in quorum condemnationem, feminarum in scripturis sanctis vita laudatur. Gaudeo, & veluti quodam tripudio effertur animus meus, cum in Babylone inuenitur Daniel, Ananias, Azarias, Misael. Quam multi sunt senes & iudices Israel: quos rex Babylonius frigit in sartagine sua. Quam multæ Sufannæ, quod interpretatur liliolum, quæ candore pudicitie sponso ferta componunt, & coronam spineam mutant in gloriam triumphantis. Habes ibi in studio scripturarum, & in sanctimonia mentis & corporis Marcellam, & Asellam: quarum altera te per prava virentia, & varios diuinorum voluminum flores ducat ad eum, qui dicit in Cantico: Ego flos campi, & liliolum conuallium: altera ipsa flos Domini tecum mereatur audire; Vt liliolum in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum. Et quia de floribus & liliis loqui coepimus, semperque virginitas floribus comparatur: opportunum mihi videtur, vt ad florem Christi scribens, de multis floribus dispute m. Quadragesimum quartum psalmum legens, in titulo reperi. In finem pro iis, qui commutabuntur filiorum Core, intelligentie canticum pro dilecto: in Hebraico scriptum est, *למנצח על שנים לרנן קרה משה ל שיר וירית* lamanazeah al fosannim libne Corah maschil sir iedidot: quod nos in Latino vertimus, victori pro liliis filiorum Chore, eruditionis canticum amantissimi. Symmachus more suo manifestius, triumphum pro floribus interpretatus est. Igitur fosannim *שנים*, vel pro iis, qui commutandi sunt, vel in lilia transfertur, & flores: *מסחיל* maschil quoque & eruditionem, & doctissimum sonat: *שיר שר* canticum: *וירית* iedidia Salomonis est nomen, qui alio sensu pacificus appellatur. Quattuor autem psalmi, licet in posteriori titulorum parte dissentiant, hoc principio prænotantur, quadragesimus quartus, quinquagesimus nonus, sexagesimus octauus, septuagesimus nonus, è quibus duo medij inscribuntur David, primus & nouissimus filiorum Core, & Asaph. de cunctis dicere, non est huius temporis: quem coepimus, explicemus. Rectè qui in sæculorum fine mutandi sunt, de quibus Apostolus loquitur: Omnes dormiemus; sed non omnes immutabimur: referuntur ad finem. Et hoc ipsum mysterium lectorem præparat ad intelligentiam spiritalem. vbi enim simplex & apertus est sensus, quid necesse est audientem intelligentie præmoneri, & dici ad eum, qui habet aures audiendi audiat? Canticum quoque canitur carissimo; atque dilecto, quia propter illum veniet sanctis promissa mutatio. Quæ quidem & in hac vita intelligi potest, quando exiimur veteri homine, & induimur nouo, qui renouatur in cognitione secundum imaginem creatoris; & gloriam Domini contemplantis, in eandem imaginem transformamur, quasi à gloria in gloriam: nec est tempus vllum, quo non mutetur Sanctus, præteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens; cum interior noster homo renouetur de die in diem, & immutabilis Deus, qui loquitur per prophetam; Ego Deus, & non mutor, propter nos mutauerit faciem suam, formamque

Act. 18

Hiere. 23

Cant. 8

1. Cor. 15

Marth. 13

Marci 4
Ephes. 4
Colos. 3

Philip. 3
1. Cor. 4
Malac. 3

Ierui acceperit, & de Iudaea transiigrans ad Philistinum, qui interpretantur poculo corruentes, (innotati enim fuerant aureo calice Babylonis) primum sensus sit propter thuliam crucis, deinde susceptus propter gloriam triumphorum. Carissimus autem istis est, de quo Esaias canit: Cantabo canticum dilectio vineæ, & Euangelium: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Cui non vnus propheta, sed omnis chorus filiorum Core nunc laudes canit. Qui sint autem filij Core, id est caluarie in quadragelimo primo psalmo competentius disputatur. Et vt sciamus textum Canticuli titulo conuenire, mutationem de alio ad aliud dicit, vt filia, cui præcipitur, vt antiqui parentis obliuiscatur, regis se amplexibus pareat. Victorê autem eum esse, qui dicit: Confidite, ego vici mundum: & ad quem ista adolescentis oratio est: A te victoria, & sapientia, & gloria, & ego tuus seruus: profecto nouit, qui Domino vincente superauit, & est particeps triumphorum eius, & qui immarcescibilem gloriæ coronam de candore bonorum operum & de varietate virtutum texiit Saluatori. Eructauit cor meum verbum bonum. Pro quo interpretatus est Symmachus, Commotum est cor meum verbo bono: indicans, ad alterius sermonem cor dicentis esse motum, & Spiritu sancto futura Christi sacramenta pandente, etiam hunc in eloquinum prorupisse; vt quemadmodum cæteri de aduentu eius locuti sunt, & iste loqueretur. Ructus autem proprie dicitur digestio cibi, & concoctarum escarum in ventum efflatio. quo modo enim iuxta qualitatem ciborum de stomacho ructus erumpit, & boni vel mali odoris flatus indicium est: ita interioris hominis cogitationes verba proferunt; & ex abundantia cordis os loquitur. Iustus comedens replet animam suam: cumq; sacris doctrinis fuerit satiatus, de boni cordis thesauro profert ea, quæ bona sunt, & cum Apostolo loquitur: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Quidam ex persona patris dictum intelligi volunt; quod ex imis vitalibus & cordis arcanis verbum suum, quod in se erat, semper protulerit, iuxta alterius psalmi vaticinium: Ex vtero autem luciferum genui te: vt quo modo vterus non significat vterum, (neque enim Deus diuiditur in membra, sed eandem substantiam patris filiiq; demonstrat) sic cor & verbum, quod profertur ex corde, patrem ostendat, & filium. Et quod sequitur: Dico ego opera mea regi: illi aptant intelligentiæ. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: quod dicente patre operatus sit filius. Omnia enim, quæcumq; pater facit, eadem & filium facere, similiter & patrem manentem in eo operari cuncta potest filium. Dico ego opera mea regi. Propheticus chorus, Christi & Ecclesiæ sacramenta dicturus, ne carmine videatur indignus, & ob conscientiam peccatorum dicatur ei: Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? opera sua regi, quem laudaturus est, confitetur; vt vel, si bona sunt, ipse suscipiat, vel, si mala sunt, mundet: facitq; quod iussus est, Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. Et, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Idioma autem non solum Hebraicæ, sed & Latinæ linguæ est, pro syntagmatibus & scriptis opuscula dicere. Ergo & iste, qui laudes cantaturus es Domino, carmen suum & opusculum consecrat ei: & pro musis gentilium, ipsum inuocat in principio, quem laudaturus est. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. Pro quo nos interpretati sumus, Lingua mea stylus scribæ velocis. Extrema

pars prologi est; & cum præcedentibus iunge, quod sequitur: Eructauit cor meum in laudes Dei. Sermone bonum, & opuscula mea, quibus eum predicaturus sum, ipsi potissimum consecraui. Debeo ergo & linguam meam, quasi stylum, & calamum, preparare; vt per illam in corde & auribus audientium scribat Spiritus sanctus. meum enim est, quasi organum præbere linguam: illius, quasi per organum sonare, quæ sua sunt. Stylus scribit in cera: calamus vel in charta, vel in membranis, aut in quacumq; materia, quæ apta est ad scribendum. Mea autem lingua in similitudinem scribæ velocis, quem notarium possumus intelligere, quodam signorum compendio breuiatum euangelij strictumq; sermonem exarauit in tabulis cordis carnalibus. Si enim lex per manum mediatoris digito Dei scripta est; & quod destructum est, glorificatum est: quanto magis euangelium, quod mansurum est, per meam linguam scribetur à Spiritu sancto, vt illius laudes, ad quem in Esaiâ dicitur: Velociter spolia detrahe, cito prædare, velox in corde credentium sermo describat. Speciosus forma præ filiis hominum. In Hebraico: Decore pulchrior es filiis hominum. Finito proœmio, hinc narrationis exordium est: & sit apotropha ad ipsum amantissimum, & dilectum, & regem, cui dicentis opera consecrata sunt: Quæritur autem, quo modo pulchrior sit cunctis filiis hominum: de quo legimus in Esaiâ: Vidimus eum, & non habebat speciem, neq; decorem; sed erat species eius inhonorata, & deficiens à filiis hominum. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem, quia auertit faciem suam. Nec statim scriptura dissonare videtur: quia ibi ignobilitas corporis propter flagella, & sputa, & alapas, & clauos, & iniurias patibuli commemoratur; hic pulchritudo virtutum in sacro & venerando corpore: non quo diuinitas Christi, hominibus comparata, non formosior sit: hæc enim non habet comparationem: sed absq; passionibus crucis vniuersis, pulchrior est virgo de virgine: qui non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Nisi enim habuisset & in vultu quiddam oculisq; sidereum, numquam eum statim secuti fuissent Apostoli; nec, qui ad comprehendendum eum venerant, corruissent. Deniq; & in præsentis testimonio, in quo ait: Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: reddi causas, quare ista perpessus sit: Quia auertit faciem suam: id est, paululum diuinitate subtracta, corpus iniuriæ dereliquit. Quidam hunc versiculû superioribus copulant; vt, Speciosus forma præ filiis hominum, non ad Christum, sed ad calamum referatur. Effusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. In editione vulgata pro, benedixit, vnxit, legimus. Sed sciendum, quod error scriptorum, Septuaginta translatoribus non debeat imputari; qui hoc loco cum Hebraica veritate concordant. Legentes illud: Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines: & in alio loco: Admirabantur super verbis gratiæ eius, quæ egrediebantur de ore illius; & quod in potestate habebat sermonem: intelligere possumus, quo sensu dictum sit: Effusa est gratia in labiis tuis. Noë inuenit gratiam coram Domino in diebus suis, & Moyses, & reliqui prophetarum. Sed omnis gratiæ multitudo in labiis Saluatoris effusa est: quæ in breui tempore totum impleuit orbem. Et ipse, tamquam sponsus, processit de thalamo suo. A summitate caelo egressio eius: & occursum illius vsq; ad summum eius. Nam & sancta Maria, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corpora-

Hier.

Hier.

Ioan. 15

Math. 12

1. Cor. 13

Psalm. 109

Psalm. 33
Ioan. 14

Psalm. 49

Esaiâ 43
Prouer. 18

Galat. 3

Esaiâ 4

Esaiâ 55

Ioan. 1

Ioan. 18

Lucæ 1

Math. 7

Marci 6-7

Psalm. 11

Lucæ 1

corporaliter, plenā gratia salatur. Et Apostolus sciens, prædicationem suam non in eloquentia sæculari, sed in virtute Dei omnes mundi superasse doctriñas, ait: Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis; vt sit fides nostra non in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Sequē ipsum reprehendens, quia dixerat: Amplius autem omnibus laboraui: statim intulit: Non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est. Et rursum: Quia gratia eius, qui in me est, non fuit vacua. Propriè autem in Saluatore verbum effusionis adiungitur, vt significet gratiæ largitatem, secundum illud: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et, Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris. Et nota, quòd omnium, quæ dicuntur, intelligentiam ad personam eius referat, qui assumptus ex Maria est: quòd propter gratiæ laborum in æternum benedictus esse dicatur; tale quid & Apostolo prædicante: Humiliauit se, factus obediens vsq̃e ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltauit, & dedit illi nomen super omne nomen. Sicut enim ibi forma serui, passionis iniuria est; & exaltatio nominisq̃ue donatio ad patrem redit: ita hic effusio gratiæ & benedictionis in sempiternum, ad eum referenda est, qui potest humiliari, & crescere. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua, & pulchritudine tua. In Hebræo: Accingere gladio tuo super femur tuum fortissime. Gloria tua, & decore tuo. Istum arbitror te locum optimè intelligere, & accinctā Christi gladio militare. Vt autem scias, semper virginitatem gladium habere pudicitæ, per quem truncat opera carnis, & superat voluptates: gentilis quoq̃; error Deas virgines fluxit armatas, Accinxit & Petrus lumbos suos, & ardentem lucernam habuit in manibus suis. Quòd autem femur significet opera nuptiarum, his breuiter exemplis doceberis. Abraham mittens ad vxorem quærendam filio suo Isaac, dicit maiori domus suæ: Pone manum tuam super femore meo: & adiurabo te per Dominum Deum cæli. Non dubium, quin per eum, qui de eius femine erat nasciturus. Iacob, postquam luctatus est cū homine, qui ei apparuerat ad torrentem Iacob, Mesopotamia derelicta, & terram repromissionis ingrediens, non ante Israël sortitus est nomen, quàm neruus femoris eius emarcuit, & ad filium loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neq̃ue dux de femoribus eius. Et rursum ipse moriturus, Ioseph adiurat in femore suo, ne eum in Ægypto sepeliat. In Iudicium quoq̃ue libro legimus: Gedeoni erant filij Septuaginta, qui egressi sunt de femoribus eius. In Cantico dicitur canticorum: Ecce lectulus Salomonis, sexaginta potentes in circuitu eius de poteribus Israël, omnes tenentes gladios, docti ad bellum: vis & gladius eius super femur eius. Gloria ergo & decore suo, siue specie & pulchritudine diuinitatis sue, & operis mortificatiæ, & natus ex virgine, futuris virginibus virginitatis princeps fuit. Et intende prospere, præcede, & regna, Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. In Hebræo: Decore tuo prospere ascende, propter veritatem & mansuetudinem iustitiæ: & deducet te mirabiliter dextera tua. Secundò scriptum est apud Hebræos, decore tuo; ne quis id ipsum vitio librariorum repetitum putet. Et est figura, quæ apud rhetores repetitio nominatur. More ergo Panegyrici, quo laudatores loquuntur ad eos, quos præconiis efferunt, armatum cohorta-

tur ad prælium: vt semel arrepta bellā non deserat, & super hostium strages victor incedens, præparet sibi regnum in iis, quos de diaboli eripiens potestare, suo copulauit imperio, & dicat: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius. Nulliq̃ue dubium, veritatem, & modestiam, & iustitiam, Christum appellari, qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Et, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et, Qui factus est nobis à Deo iustitia, & redemptio, & sanctitas. Hæc autem vniuersa dicuntur in corpore, vt exigantur in membris. Victoria Domini, seruatorum triumphus est. Magistri eruditio, discipulorum profectus. Et quod sequitur: Deducet te mirabiliter dextera tua: aut de signis quæ in euangelio perpetravit, aut τρωανδῶς de cæde, quæ exercuit in hostibus, sentiendum est. Cor sapientis in dextera, & cor stulti in sinistra eius: Christus totus in dextris est, antichristus in sinistris. Hebraica interpretatio distat in verbis, non distat in sensu. Sagittæ tuæ acutæ potentissime, populi sub te cadēt, in corda inimicorum regis. In Hebraico, absq̃ue potentissime, reliqua similiter. Et hic versiculus tibi potissimum apertus est, quæ iaculo Domini vulnerata, cum sponsa in Cantico canis: Vulnerata caritate ego sum. Nec mirum, si sponsus tuus habeat plures sagittas: de quibus in centesimo decimonono psalmo dicitur: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis: cum patris ipse sit iaculum, & loquitur in Esaiā: Posuit me quasi sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. His sagittis & Cleophas in itinere cum altero vulneratus aiebat: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et in alio loco legimus: Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. His sagittis totus orbis vulneratus, & captus est. Paulus sagitta fuit Domini: qui postquam ab Hierosolymis vsq̃; ad Illyricum missus arcu Domini, huc illucque volitauit, ad Hispanias ire festinat: vt velox sagitta sub pedibus Domini sui, Orientem Occidentemq̃ue prosternat. Et quia plures sunt potentissimi regis inimici, qui vulnerati fuerant ignitis sagittis diaboli, & quasi ceruus; spiculis percussus in iecore, sagittæ Domini mittuntur ignitæ cum carbonibus desolatoriis; vt quidquid vitij in corde inimicorum regis fuerit; excoquant, & saluare igne ignem eiiciant perditorem. Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui. Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. In Hebraico: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, sceptrum æquitatis, sceptrum regni tui. Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Duas personas, eius, qui vnctus est, Dei; & qui vnxit, intellige. Vnde & Aquila eloim dñhs verbū Hebraicū, non nominatiuo casu, sed vocatiuo interpretatur, dicens Dñs: & nos propter intelligentiam, Deo posuimus; quod Latina lingua non recipit: ne quis peruersè putet Deum dilecti, & amantissimi, & regis, bis patrem nominari, quamquam enim pater in filio, & filius in patre; & alterutrum sibi & habitator, & thronus sint: tamen in hoc loco ad regem, qui Deus est, sermo dirigitur: & dicitur ei, quòd imperium eius (hoc enim intelligo thronum, iuxta illud, quod scriptum est: De fructu ventris tui ponam super thronum tuum) finem non habeat: quod quidem & Mariæ nunciauit angelus: Dabit ei Dominus Deus thronum Dauid patris sui, & regnabit super domum Iacob in sæcula, & regni

1. Cor. 2
1. Thess. 1
1. Cor. 15
Iohel. 2
Roman. 5
Philip. 2
Genes. 24
Genes. 31
Genes. 49
Iud. 8. 6
Cant. 3

Psalm. 32
Ioh. 1. 4
Matth. 11
1. Cor. 1
Eccl. 10
Cant. 2
Esai. 49
Luc. 24
Psalm. 118
Roma. 15
Psalm. 119
Psalm. 156
Luc. 8

1. Cor. 15

Psal. 44
Esaie 11

Psal. 133

Ioan. 20

Hebr. 3

Act. 70
Luc. 1

Esaie 61

& regni eius non erit finis. Nec putemus hoc illi esse contrarium, quod Apostolus scribens ad Corinthios, ait filium Deo traditurum regnum, & subiiciendum ei, qui sibi subiecit omnia: ut sit Deus omnia in omnibus. Non enim dixit, tradet patri, ut videretur separare filium; sed tradet Deo, hoc est, habitanti in assumptione corporis Deo: ut sit Deus omnia in omnibus; & Christus, qui ante per paucas virtutes erat in singulis, per omnes in omnibus comoretur. Sceptrum autem & virgam insigne esse regnantis, ipse propheta significat, dicens: Sceptrum aquitatis, sceptrum regni tui. Quidam de Esaia testimonium proferentes: Exiit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit: hominem, qui est assumptus, intelligunt, cui & deferatur imperium, & qui propter dilectam iustitiam & exosam iniquitatem regnare dicatur, & vinctus esse oleo exultationis prae participibus suis, quasi praemium caritatis, & odij iniquitatis in vinctioe sumpturus. Docemur autem in vtraque parte & amoris & odij esse nobis femina; cum ipse, qui primitias massae nostrorum corporum leuauit ad caelos, & iustitiam dilexerit, & oderit iniquitatem. Vnde Dauid: Nonne odientes te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos. Quod sequitur: Vinxit te Deus, Deus tuus: Primum nomen Dei, vocatio casu intelligendum est, sequens nominatio: quod satis miror, cur Aquila non, ut coeperat, in primo versiculo, vocatio casu interpretatus sit, sed nominatio, bis nominans Deum, qui supradictum vinxerit Deum. In hoc loco Fotinus opprimitur, sed Arius caput leuat, de Evangelio proferens testimonium. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Sed cum dilectum audiatur eum, accinctum gladio super femur, & regnare propter veritatem, & mansuetudinem, vngi ob dilectam iustitiam, & exosam iniquitatem, & vinctum esse prae consortibus suis, de quibus scriptum est: Participes Christi facti sumus: si tamen principium substantiae vsque ad finem firmum retineamus: miror, cur solum Deum Dei ad calumnia vocet, quasi vniuersa, quae dicta sunt diuinitati verbi, & non humilitati hominis conueniant. Audiatur Actus Apostolorum: Iesum Nazarenum, quem vinxit Deus spiritu sancto. Audiatur Euangelium: Spiritus sanctus venit super te, virtus altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ipsum Dominum sentiat intonantem: Spiritus Domini super me, et quod vinxerit me. Participes autem Apostolos credentesque significat: quibus vinctiois suae vocabulum tribuit, ut ab vincto vocentur vincti, id est, à Christo Christiani. Myrrha, & gutta, & castia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo. In Hebraico: Myrrha, & stacte, & castia in cunctis vestimentis tuis de domibus eburneis, quibus laetificauerunt te filiae regum in honore tuo. Praefatio ipsa te docuit, iccirco me hunc psalmum explanare voluisse, quia ad virginem scribens, pro liliis & floribus titulum referi. itaque consequenter & istos versiculos ad te referi, cui volumen hoc scribitur: Mortificasti membra tua super terram, & quotidie Christo offers myrrham. Christi bonus odor es, & propterea stacten, id est, stillam vel guttam exhibes Domino. Narrat & ij, qui aromatum nouere virtutes, stacten florem esse myrrhae. Quod autem sequitur, Castia: est ipsa, quae ab aliis σύρη, id est, fistula nuncupatur, vocabulis in laudes Dei, & omnes puritatis, & rheumata voluptatum suo calore exco-

quens. Vbi in nostris codicibus scriptum est, gutta, vel stacte, in Hebraico ahaloth מִיָּחָלֹת legitur. vnde & Nicodemus centum libras myrrhae, & aloes ad sepeliendum Dominum praeparauit. Et sponsus loquitur ad sponsam: Myrrha & aloes cum omnibus vnguentis primis. Et illa respondet: Manus meae stillauerunt myrrham: digiti mei myrrha pleni. Proice & tu mortis opera, Christo in baptismate coeulptur: huic mundo mortua esto: & nihil aliud nisi de caelestibus cogitans, loquere ad sponsum tuum: Manus meae stillauerunt myrrham, digiti mei myrrha pleni. Legimus & vnguentum sacerdotale, cuius & Dauid meminit, Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. In quo cum caeteris aromatis miscetur & stacte. Offerunt & Magi myrrham. Et in praesenti loco: initium vestimentorum Christi, est suscipere mortem illius, & in sua carne monstrare. Haec indumenta para sponso tuo: his à te vestibus comptus incedat. Cumque ei huiusmodi texeris vestimenta, efficiet ipsa templum Dei, & laetificabis eum de domibus eburneis, siue, ut melius in Hebraico scribitur, de templo dentium: & laudes Domino canes: totaque saeculo mortua, angelorum imitaberis choros. Ebur enim & dentes, insigne esse mortis & vocis ipsa nominum natura testatur. Et consequenter adiunctum est: Ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo. Rex regum, & dominus Dominantium sponsus tuus est. Reges isti, qui sub tanto rege sunt reguli, patres tui sunt, qui te Evangelica genuere doctrina. Horum tu, filia, honorificas in omnibus vestimentis, & odoribus bonis, & templo eburneo cum, cui supra dictum est, Effusa est gratia in labiis tuis. Et: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Et: Sagittae tuae acutae. Et: Thronus tuus Deus in saeculum saeculi. Pro eo quod nos transtulimus, domibus eburneis: quia in Graeco scriptum est, ἀπὸ ἐβέρων ἐλεφαντίνων quidam Latinorum, ob verbi ambiguitatem, à grauius, interpretati sunt, cum βαρὺς verbum sit ἑσπεροχάρως Palaestinae: & vsque hodie domus ex omni parte conclusae, & in modum aedificatae turrium ac mœnium publicorum, βαρὺς appellantur. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Quodque sequitur: Circundata varietate: excepta editione vulgata, nullus interpretum transtulit. In Hebraico: Stetit coniunx in dextera tua in diademate aureo. Vbi nos coniugem vertimus, ibi apud Hebraeos legitur segol הַיָּו. Pro quo Aquila σύγκοιτην, id est, concubinam: Symmachus & Quinta editio, πολλαίην, id est, pellicem: Septuaginta, Theodotus, & Sexta, reginam, interpretati sunt. Deinde, vbi ego posui, in diademate aureo, Symmachus transtulit, in auro primo: Aquila, Quinta & Sexta editio, in tinctura, vel in auro ophir. Quae filiae regum sunt, & in sponsi parantur amplexus: per myrrham, & guttam, & castiam, & domos eburneas delectant eum, cuius thronus in saeculum saeculi est. Quae autem iam super petram Christum stabili radice fundata est catholica ecclesia: vna columba perfecta & proxima, stat à dextris, & nihil in se sinistram habet: stat in vestibus deauratis, de sermonibus scripturarum ad sensum transiens, & cunctis plena virtutibus, siue, ut nos transtulimus, in diademate aureo. est enim regina, regnatque cum rege: cuius filias possumus intelligere, & in commone credentium animas, & proprie virginum choros. Ophir genus auri est, vel à loco Indiae, vel à colore nomine indito. Septem quippe apud Hebraeos auri vocabula sunt. Vxorem quoque, & concubinam intelli-

Ioan. 19
Cant. 4

Lenit 3
Psal. 131

Matth. 1

Apoc. 13

Matth. 16
Cant. 6

intelligamus de cantico Salomonis, quæ sine sponso suo vel marito dormire non potest. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. In Hebraico: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui: & concupiscet rex decorem tuum: quia ipse est Dominus tuus, & adora eum. Hucusque per prophetæ linguam, quam calamo scribenti velociter comparat, loquitur Spiritus sanctus, ipsum regem, & bellatorem, & Deum, sponsumque compellans. Hinc persona patris inducitur loquentis ad sponsam filij sui, & cohortantis eam, ut veteris gentilitatis & idolatriæ errore contempto, primum iis, quæ dicantur, attendat, & propter quod de alienigena filia nominetur: deinde videat vel ipsa, quæ dicuntur, vel vniuersam conditionem, ex visibilibus intelligens inuisibilia, & ex creaturis sentiens creatorem: & diligenter inclinet aurem suam, ut quæ dicuntur, memoriter teneat. Cumque audierit, viderit, & inclinauerit aurem suam, totamque se doctrinæ tradiderit, & eorum intelligentiæ, quæ dicuntur, obliuiscatur primum populum suum; & cum Abraham de Chaldæa egrediens, relinquat terram natiuitatis & cognationis suæ. Nemo dubitat, patrem nostrum, antequam adoptaremur à Deo, fuisse diabolum; vnde Saluator ait: Vos ex patre diabolo estis. Cum ergo ait, antiqui patris fueris oblita, & talem re exhibueris, depositis pristinis sordibus, ut super fratrualem dealbata conscendas, & quam possit diligere filius meus, tunc concupiscet rex decorem tuum. Et ne putés vnum esse de turba, à quo amanda es; ipse est rex tuus & Dominus tuus. Quia verò interdum qui reges & Domini sunt, sunt quidem potestate reges & Domini, tamen eiusdem naturæ cuius sunt illi, in quos dominantur, & regnant: indico tibi, quod & Deus tuus sit, & debeas adorare eum. Septuaginta interpretes non dixerunt, & adorabis eum, sed adorabunt eum: ut sit sensus: Ille, qui te amaturus est, qui tuam pulchritudinem dilecturus, Deus est, & adorandus ab omnibus. Quod de Ecclesia ex gentibus congregata exposuimus, vnusquisque ad se ipsum referat animamque credentis, quod, prioribus vitiis derelictis, adoptetur in filiam; inclinet aurem suam, obliuiscatur veteris conuersationis; & cum Apostolo dimittat mortuum patrem; & talem se præbeat, qui ametur à rege. Ipse est enim Dominus eius, cui flectere debeat genu, & deposita superbia, iugum humilitatis assumere. Interrogemus Iudæos, quæ sit ista filia, ad quæ loquitur Deus: non dubito quin synagogam respondeant. Et quo modo dicitur synagogæ & Israëlito populo: Dimitte populum tuum, & domum patris tui? Numquid derelinquet gentem Hebræam, & Abraham antiquum patrem? Si dixerint, de vocatione significari Abraham, qua Chaldæos reliquerit: quis est iste rex, qui amaturus es decorem Abraham? Certè alius est, qui loquitur: Audi filia: & alius, de quo loquitur: Concupiscet rex decorem tuum. Qui alius, non solum rex, sed & Dominus & Deus est, qui adorandus est. Filia Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. In Hebræo est: O filia fortissimi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur diuites populi. Verbum Hebraicum *for* *ty*, quod in Ezechiele iuxta Septuaginta legitur, interpretari potest & Tyrus, & tribulatio, & fortissima, siue fortissima, & silex, id est, lapis durissimus. vnde in præsentem loco error ortus est. Aquila enim, & Se-

ptuaginta, & Theodorion, & Quinta editio, Tyrum interpretati sunt: Sexta verbum Hebraicum posuit *for ty*: Symmachus *ηπειρισνη*, id est, fortissimam. nos id ipsum ad Deum retulimus: ut illa, cui supra dixerat; Audi filia, & vide; filia fortissimi nuncupetur; aut certè ipsa fortissima sit, quia imitata est fortem patrem, cuius vultum in diuersis muneribus deprecabuntur diuites plebis. Diuites in cunctis operibus bonis, & scientia: siue qui diuites putantur in hoc sæculo; sapientes huius mundi; & philosophorum disciplinis eruditi. Vel, quod melius est, qui antea diuites fuerant, habentes eloquia Dei, & testamenta, & prophetas, id est; de populo Israël. Ut enim ante Saluatoris aduentum ij, qui de Tyro erant, hoc est de populo gentium; & proselyti esse cupiebant, deprecabuntur diuitem populum Israël, & per eos introducebantur in templum: sic post aduentum Domini, quicumque ex Israël credere voluerint, diuites quondam familiaritate & protectione Dei veniente ad filiam Tyri; & offerentes varia dona virtutum, & confessionis in Christum, deprecabuntur eam, ut salutem, quam perdididerunt in Iudæa, inueniant in gentibus. Omnis gloria eius filix regis abintus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. In Hebræo: Omnis gloria filix regis intrinsecus, fasciis aureis vestita est. Pro eo quod in Septuaginta scriptum est, *εσωθεν*: & nos vel ab intus, vel intrinsecus interpretati sumus. in quibusdam exemplaribus inuenitur *εξ εσωθεν*, quod cogitationes sonat. ex quo ostenditur, omnem gloriam Ecclesiæ, cui supra dictum est; Audi filia, & vide, & o filia Tyri, & nunc appellatur filia regis esse intrinsecus; & in cogitationibus, id est; in interiori homine, & in circumscriptione non manufacta, sed spiritu, habente conscientix fiducia apud Deum, & tota pulchritudine posita magis in sensuum nomine, quam in flore verborum. Quo modo autem in flamine, ex quo dependent fimbriæ, subtemen intexitur, & tota vestimenti virtus in flamine est: ita in variis sensibus scripturarum, in quibus vestis Ecclesiæ omnis intexitur, miscetur aliqua, de natura, de moribus: & hoc ipsum significat vestis Aaron, auro, purpura, cocco, bysso, hyacintoque contexta, quam fecerunt mulieres, quibus Deus ad texendum dedit sapientiam. Et ut intelligere possimus omnem ornatum filix regis intrinsecus, ipsa loquitur in Cantico: Introduxit me rex in cubiculum suum, in quo, clauso ostio labiurum, Deum patrem iubemur orare. Non quoque psalmo; titulus inscribitur, pro absconditis filij. Variam habuit & Ioseph tunicam, quam ei tenuit mater Ecclesiæ. De his fimbriis Saluatoris *αμφοροσθα* vnã tetigit, & sanata est. Quod autem in Hebraico scribitur, fasciis aureis vestita est, id ipsum significat, quod supra. Omnis gloria filix regis intrinsecus, fasciis sensuum diuinorum, interiora membra obuoluuntur Ecclesiæ, & tota vteri regitur ambitio. Harum fasciarum non potest obliuisci sponsa, secundum Hieremiã, quæ mammas ligant, & pectus, in quo cogitationes sunt, protegunt. Adducentur regi virgines posteam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in latitia, & exultatione, adducentur in templum regis. Iuxta Septuaginta prior versiculus adhuc de filix canitur ornatu: sequens ad ipsum sponsum regemque dirigitur. Porro iuxta Hebraicum, rotum ad sponsam dicitur vsque ad eum locum, vbi scriptum est: Pones eos principes in vniuersa terra. Et legitur: In scutulatis ducentur ad regem, virgines sequentur eam; amicæ eius ducentur illuc, ducentur in latitia & exulta-

Roman. 3

Gen. 12

Ioan. 8

Math. 8

Rodi 18
39Cant. 1
Math. 6

Genes. 37

Math. 9

Hier. 8

Ezech. 27

exultatione, ingredientur thalamum regis. Multam esse distantiam animarum in Christo credentium, demonstrat Canticum canticorum, in quo scriptum est: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentulæ, quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, proxima mea, de qua dicitur: Viderunt eam filix, & beatificavit eam reginæ, & concubinæ, & laudant eam. Quæ ergo perfecta est, & sancta corpore, & spiritu, & columba & proxima mere tur vocari. Hæc est filia, de qua supra dictum est: Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Quæ autè supergressa sunt sex dies mundi, & futura regna suspirant, reginæ appellantur. Si qua verò circumcissionem quidè habet octauæ diei, sed adhuc non venit ad nuptias, hæc concubina vocatur. Diuersa autem multitudo credentium, quæ necdum potest sponi copulari amplexibus, nec de eo liberos parere, adolescentula dicitur. Ego puto de istis virginibus, quæ sequuntur Ecclesiam, & in primo ponuntur gradu, & te esse, & omnes, qui in virginitate corporis & animæ perseverant, proximas autem & amicas, viduas esse, & in matrimonio continent: quæ omnes cum læticia, & exultatione ducuntur ad templum, & in thalamum regis, in templum quasi sacerdotes Dei, in thalamum quasi sponsæ regis, & sponsi. Hoc templum & Ioannes vidit in Apocalypsi, & propheta desiderat. Vnam, inquit, petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Et iterum: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et in alio loco: Quia transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei; in voce exultationis & confessionis, sonitus festa celebrantium. Scutulata autem, quibus sponso suo regina componitur, ipsa sunt, quæ in Septuaginta legimus, circumamicta varietate. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. In Hebraico: Pro patribus tuis erunt tibi filij: pones eos principes in vniuersa terra. Et ex patris persona nequaquã de filia, sed rursus ad filiam sermo intelligi potest, & ex Spiritu sancti, & ex filiorum Core. Si ergo ad filiam sponfam sermo dirigitur; sponfa autem de nationibus congregata est, cui supra dicitur: obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: debemus sponsæ patres nosse, vt consequenter nouerimus & filios. Pro patribus tuis, de quibus in Hieremia locuta est: Quam falsa possederunt patres nostri idola: & non est in eis, qui pluat, Pro Platone; & pro cæteris diuersorum dogmatum, & errorum magistris, nati sunt tibi filij, quos constituisti principes tuos, & fecisti in populis præceptores. Vel certè aliter: O Ecclesia, filij tui, quos genuisti tibi, vertentur in patres tuos, cum de discipulis eos feceris magistros, & in sacerdotali gradu omnium testimonio collocaueris. Sin autem patres Ecclesie intelligimus Abraham, Isaac, & Iacob, & reliquos patriarchas: filios, qui ei in patrum honore sunt nati, Apostolos intelligamus, qui missi sunt à Domino prædicare vsq; ad extremitates terræ, & baptizare credentes in nomine trinitatis. Sed queritur, quo modo Ecclesia de gentibus patres habere possit, Abraham Isaac, & Iacob; cum ei supra dictum sit: Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Legamus Euangelium: Nolite dicere, patrem habemus Abraham: Potens est Deus de lapidibus istis, hoc est, de duro corde gentium, suscitare filios Abraham. Et in alio loco: Si filij essetis Abraham, opera Abraham faceretis. Et in Genesi ad ipsum Abraham loquitur Deus: in femine tuo, inquit,

benedicentur omnes gentes. Sicut enim ille in præputio ex fide iustificatus est: ita & nos iustificabimur in eadem fide, si habuerimus fidem & opera patris nostri Abraham. Potest hoc ipsum ad Salvatorem dici vel à patre, vel à propheta choro, & Spiritu sancto. Pro patribus tuis, stirpe videlicet Iudæorum, qui te reliquerunt, & negauerunt, nati sunt tibi filij Apostoli, & de nationibus credentes, quos constituisti principes in vniuersa terra. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi. In Hebraico recordabor nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea confitebuntur tibi populi in sæculum & in æternum. Quod nos interpretati sumus, confitebuntur tibi; Symmachus translulit, laudabunt te. Regina, quæ steterat à dextris regis in vestitu deaurato, & iussa fuerat obliuisci populi & domus patris sui: & iterum illi dictum erat: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram: intelligens quanta decoranda sit gloria, & quibus præmiis subleuanda, conuertit ad sponsum voces suas; & pollicetur recordaturam se semper nominis sponsi, in omni generatione & generatione. Quod promissit, videmus expletum. Ipsa Christiana nobis omnibus Christianorum nomen imposuit, nomen nouum, in quo benedicuntur omnes familie gentium. Recordatur autem non in vna generatione, sed in omnibus, vel cunctas significans nationes, vel duas generationes, Iudæorum, atque gentilium. Et quia hoc parum est, si in duabus generationibus nominis Domini recordetur: propterea populi, qui in ecclesia fuerint, confitebuntur & laudabunt Dominum in æternum & in sæculum sæculi, Quando & tu, ô filia Principia, sanctorum mixta choro, inter virgines duceris ad regem, & ex domibus eburneis delectabis sponsum in honore tuo; tunc recordare & mei, qui huius psalmi tibi, Domino reuelante, intelligentiam tribui, & dico: Memor ero nominis tui: vt quæ partem intellexisti carminis, si vita comes fuerit, & totum Canticum canticorum intelligas.

HIERON. AD MARCELLAM, PSALMI CXXVI. EXPOSITIO.

C X L I.

ARGUMENTVM.

DE Psalmo centesimo vigesimo sexto, doloris panis quid, & Excussorum filij qui sint, Marcellæ, nobili apud Romanos femina, prout illa desiderabat, exponit.



DEATVS Pamphylus martyr, cuius vitam Eusebius, Casariensis episcopus, tribus ferme voluminibus explicauit, cum Demetrium Phalereum & Pistratum in sacra bibliotheca studio vellet æquare; imagineque ingeniorum, quæ vera sunt & æterna monumenta, toto orbe perquireret; tunc vel maxime Origenis libros impensus persecutus, Casariensis Ecclesie dedicauit: quam ex parte corruptam, Acacius dehinc, & Euzonius; eiusdem Ecclesie sacerdotes, in membranis instaurare conati sunt. Hic cum multa repererit, & inuentorum nobis indicem dereliquerit, centesimi vigesimifexti psalmi commentarium, & pheliter tractatum, ex eo quod non inscripsit, confessus est, non repertum: non quod talis tantusque vir (Adamantium dicimus) aliquid præterierit; sed quod negligentia posterorum ad nostram vsque memoriam non

Cant. 6

Apoc. 21
Psalm. 26Psalm. 15
Psalm. 41Hier. 14
16

Ioan. 8

Gen. 22, 2

non durarit. Hoc ideo dixi, vt, quia de eodem psalmo mihi proposuisti, qui esset panis doloris, in eo quod dicitur: Vanum vobis est ante lucem surgere; surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris: ostenderem me de Origenis commentarijs quid senserit non habere. Vnde ad Hebræum recurrens, inueni pro pane doloris scriptum, lehem haazabim לחם חרובים, quod Aquila interpretatus est, ἄρτον διασπονήματων, id est, panem elaborationum: Symmachus ἄρτον κακοπαθίμων, quod exponitur, panem ærumnosum. Quinta editio, & Theodotion, qui in cæteris cum Septuaginta translatoribus facit, panem idolorum: Sexta, ἁλάνης, id est erroris. Nec mirandum est de Aquila, si διασπονήματα pro idolis ponat, cum opera manuum hominis sint, & prophetice populus arguatur ad templum diluculo frustra confurgere, & post quietem ad sanctuarium festinare, cum idola Dei honore venerentur: secundum quod Ezechiel scripsit in ipso templo, sacrificare idolis sacerdotes. Vt autem plenus adducaris, pro dolore in Hebræo idola posita, hoc ipsum verbum, hoc est, azabim חרובים, etiam in centesimo decimotertio psalmo scriptum est, Septuaginta quoque idola transfulerunt. Nam & in eo loco, vbi legimus: Idola gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum: in Hebræo habetur, azabim חרובים, quod Aquila interpretatur elaborationes eorum. Vnde cum ita veritas se habeat, non frustra quidam doloris panem, aut hæreticorum intelligunt sacramenta, aut vitæ istius miserabilis & ærumnosa interpretantur laborem, apud quam in sudore faciei comeditimus panem nostrum: & inter spinas, & tribulos, breuis vitæ alimenta nascuntur. Illud quoque de eodem psalmo interrogare dignata es, qui sint filij excussorum. Miror te in Hilarij commentarijs non legisse, excussorum filios, credentium populos interpretari: quod scilicet apostolos illo nomine putauerit appellari, quibus in euangelijs sit præceptum, in quamcumque ciuitatem introierint, & non fuerint recepti, excutere puluerem pedum suorum in testimonium non credentium: licet tu argute præcaueris, non posse apostolos sub nomine excussorum intelligi; cum sit aliud excutentium, aliud excussorum: quia excutientes sunt, qui excutiant, excussi verò, qui ab alijs excutiantur, & incongruum esse, excussos Apostolos accipi, qui magis excutientes debuerint appellari. Quid igitur faciam? Tantum virum, & temporibus suis disertissimum, reprehendere non audeo: qui & confessionis suæ merito, & vitæ industria, & eloquentiæ claritate, vbiicumque Romanum nomen est, prædicatur: nisi quod non eis culpæ adscribendum est, qui Hebræi sermonis ignarus fuit, Græcarum quoque litterarum quâdam aurulam ceperat, sed Heliodori presbyteri, quo ille familiariter vsus est, ea, quæ intelligere non poterat, quo modo ab Origene essent dicta, quærebat. Qui quia in hoc psalmo commentarium Origenis inuenire non potuit, opinionem magis insinuare suam, quàm incitiâ voluit confiteri. quam ille sumptam claro sermone differuit, & alienum errorem disertius excutus est. Restat igitur, vt rursum ad fontem sermonis recurramus Hebræi, & videamus quo modo scriptum sit. Vbi nos habemus, sicut filij excussorum, ibi legitur, chen bene hanehiurim כֶּן בְּנֵי הַנְּחֻרִים, quod Aquila interpretatus est, sicut filij pubertatis: Symmachus, & Theodotion, sicut filij iuuentutis: Sexta, ἡνωμένων, id est: quod nos dicere possumus, excuti sensus. Ex quo manifestum est, adolescentiæ populos intelligi Christianos, secundum illud exem-

plum, quod Deus suos sanctos in modum arcus & sagittarum dicatur extendere: vt in propheta Zacharia: Quoniam extendi te mihi Iuda vt arcum. Et Saluator de semetipso: Posuit me sicut sagittam electâ, & in pharetra sua abscondit me. Denique in sequenti versu, exceptis Septuaginta, qui aliter transfulerunt, & in Hebræo, & in cunctis editionibus ita reperi: Beatus vir, qui repleuit pharetram suam ex ipsis: vt, quia metaphoram semel sumperat ex sagittis, & in pharetra quoque translatio seruaretur. Excussos autem & consuetudo sermonis humani vegetos, & robustos, & expeditos vocat: & ipsi Septuaginta interpretes in Eisdre libro, pro iuuenibus transfulerunt: in quo ita scribitur: Et factum est ex die illa, medij excussorum faciebant opus, & medij eorum habebant hastas, & scuta, & arcus, & thoraces, & principes post omnem domum Iuda, ædificantium in muro. Ex quo animaduertimus, & in præsentī loco pro adulescentibus, atque puberibus, excussos positos, non, vt ille opinatus est, pro apostolis, qui excussi à pedu excussione dicantur. Legi & cuiusdam librum, & elegantem in eo sensum reperi, excussos Iudæos dici à templo, & lege & gratia Domini, pro eo quod est reprobos, & eorum esse filios apostolos, qui ex ipso rum semine procreentur, & in similitudinem sagittarum manu Domini contineantur. In sequenti quoque psalmo Heliodorus magis, quàm noster Hilarius errauit: qui de eo loco, in quo scriptum est; Labores fructuum tuorum manducabis, varia opinatus, asseruit magis stare sententiâ, si scribatur: fructus laborum aliquem manducare, & non labores fructuum: vnde spirituale intelligentiam debere perquiri: & ex hac occasione longam ingrediens disputationem, tanta operositate, quod volebat intelligi, vsus est persuadendi, quanta semper falsitas indiget, vt vera videatur: cum in hoc loco non Septuaginta interpretes, sed Latini de Græci verbi ambiguitate decepti, καρωδῆς fructus magis quàm manus, interpretati sint, cum καρωδῆς manus quoque dicantur: quod Hebræo ponitur caphecha חָפְזָה: & Symmachus Quinta quoque editio transfulerunt, manuum tuarum, vt ambiguitatem prioris sermonis effugerent. Cum hæc furtiuus, vt aiunt, operis ad lucubrationunculam velox notarij manus me dictante signaret, & plura dicere cogitarem; iam ferme quarta hora noctis excesserat; & repente stimulus quibusdam dolentis stomachi suscitatus, in orationem prorupi; vt saltem reliquo horarum spatio, subrepente somno, frustraretur infirmitas.

Psal. 134

Ezech. 8

Gen. 3

Math. 10 Marc. 6

Zach. 9 Ezech. 43

Nem. 4

Psal. 127

Ezech. 6

4. Reg. 16 2. Par. 66

HIERONYMVS DAMASO.
EPISTOLA CXLII.
ARGVMENTVM.

ESAYE visionem de Seraphim, & Tisagio, cæterisque, quæ sexto eius capite continentur, post explicatam Ozias regis historiam, Damaso, summo Pontifici, doctè, ac piè, vt ad doctum, piùmque virum scribens, interpretatur.



Factum est anno, quo mortuus est Ozias rex: vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum, &c. Antequam de visione dicamus, pertractandum videtur, quis sit Ozias, quot annis regnauerit, qui ei in cæteris gentibus sint coæui. Et de persona quidem, sicut in Regnorum & præteritorum libris legimus, fuit vir iustus, & fecit rectum in conspectu Domini, ædificans templum aquæ ductu fabricans, offerens vasa, & pro hoc

hoc merito aduersarios superans; quodque maximum pietatis indicium est, habes multos in suo imperio prophetas. Hic quamdiu vixit Zacharias sacerdos, cognomento Intelligens, placuit Deo, & cum omni veneratione delubrum eius ingressus est. Postquam vero Zacharias obiit, volens per se offerre donaria, sacerdotalem ordinem non tam pie quam audacter inuasit, & reclamantibus leuitis, & sacerdotibus ceteris: Nonne tu es Ozias rex, & non sacerdos? audire noluit, statimque lepra perfulsus in fronte est, iuxta prophetæ vocem, dicentis: Imple Domine facies eorum ignominia. Quam corporis partem sacerdos auri lamina protegebat, quam in Ezechiele Dominus iubet thau litteræ impressione signari: de qua Dauid exultauit, dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. In qua allophilus procrax fundæ lapidis ictu interiit. Regnauit autem Ozias annis quinquagintaduobus, quo tempore apud Latinos Amulius, Apud Athenienses Agamestor vndecimus imperabat. Post cuius mortem Esaias propheta hanc visionem, quam explanare nunc nitimur, vidit, id est, eo anno, quo Romulus, Romani imperij conditor, natus est: sicut manifestum esse poterit iis, qui voluerint legere temporum librum, quem nos in Latinam linguam ex Græco sermone transtulimus. Sequitur: Et factum est in anno, quo mortuus est Ozias rex: vidi Dominum sedentem super thonum excelsum, & eleuatum. Præmissa historia, spiritalis sequitur intellectus, cuius causa historia ipsa replicata est. Viuente leproso rege, & quantum in se est, sacerdotium dissipante, Esaias visionem videre non potuit. Quamdiu ille regnum tenuit in Iudæa, propheta oculos non leuauit ad cælum: non ei sunt reserata cælestia: non apparuit Dominus fabaoth; nec in mysterio fidei, ter sancti nomen auditum est. quando vero ille mortuus est, vniuersa, quæ subsequens sermo monstrabit, aperto sese lumine prodiderunt. Tale quiddam & in Exodo scriptum est. dum Pharaon vixit, populus Israel ex luti & lateris palearumque opere pressus, non suspirauit ad Dominum. dum ille regnauit, nemo quæsiuit Deum patrum Abraham, Isaac, & Jacob. quando vero ille mortuus est, suspirauerunt filij Israel, vt scriptura dicit: Et ascendit clamor eorum ad Dominum: cum vitique, iuxta historiam, tunc magis gaudere debuerint, & ante suspirare dum viueret. Ezechiele quoque prophetante, Phaltias filius Banaïæ occubuit, & post pessimi ducis interitum, Cecidi inquit, super faciem meam, & clamaui voce magna, & dixi: Heu mihi, heu mihi Adonai, Domine, consummationem tu facis reliquiarum Israel: Si ergo intelligas in Ozia, & Pharaone, & Phaltia, & ceteris istiusmodi contrarias fortitudines, videbis, quo modo illis viuentibus nullus nostrum videatur, ac suspiret, & in poenitentia corruat. Non regnet, ait Apostolus, peccatum in mortali vestro corpore. Regnante peccato, Ægyptijs extruimus ciuitates, in cinere versamur, & sordibus pro frumento paleas, pro solida petra luti opera sectamur. Sequitur: Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum. Vidit & Daniel sedentem Dominum, sed non super thronum excelsum, & eleuatum. Pollicetur & alibi vox diuina, dicens: Veniam, & sedebo, & iudicabo populum in valle Iosaphat: quod interpretatur, Domini iudicium. Qui peccator est, & mei similis, videt Dominum sedentem in valle Iosaphat, non in colle, non in monte, sed in valle, & in valle iudicij. Qui vero iustus, & Esaiæ similis est, videt illum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum. Vt autem & aliud inferam, quando cum mente pertracto regnare in thronis, dominationibus, angelis, ceterisque virtutibus, video excelsum thronum eius. Quando autem considero, quo modo genus dispenset humanum, & pro nostra salute sæpe descendere dicatur ad terras; video humilem & proximum terræ thronum eius. Sequitur: Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum: & plena erat domus maiestate eius: & Seraphim stabant in circumitu eius. Quidam ante me tam Græci, quam Latini, hunc locum exponentes, Dominum super thronum sedentem, Deum patrem, & duo Seraphim, quæ ex vtraque parte stantia prædicantur, Dominum nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum, interpretati sunt. Quorum ego auctoritati, quamuis sint eruditissimi, non assentior. multo siquidem melius est verâ rusticè, quam falsâ disertè proferre; maxime cum Ioannes euangelista in hac eadem visione, non Deum patrem, sed Christum scribat esse conspectum. nam cum de incredulitate diceret Iudæorum, statim causas incredulitatis exposuit, dicens: Et ideo non poterant credere in eum, quia dixit Esaias: Aure audietis, & non intelligetis: & Esai. 6 cernentes aspicietis, & non videbitis. Hæc autem dixit, quando vidit gloriam vnigeniti, & testificatus est de eo. In præsentem ergo volumine Esaiæ ab eo, qui sedet in throno, iubetur vt dicat: Aure audietis, & non intelligeris. Qui autem hæc iubet, vt euangelista intelligit, Christus est. vnde nunc colligitur non posse Seraphim Christum intelligi; cum Christus sit ipse, qui sedeat. Et licet in Actis Apostolorum aduersus Iudæos inter se dissidentes Paulus dicat: Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, & non intelligeris: & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur ad me, & sanem illos: mihi tamen personæ diuersitas non facit quæstionem, cum sciam & Christum & spiritum sanctum vnus esse substantiæ, nec alia spiritus verba esse, quam filij: nec aliud filium iussisse, quam spiritum. Sequitur: Et plena erat domus maiestate eius. Domus Dei, quæ sursum est, gloria plena conspicitur: hæc verò, quæ deorsum est, nescio an plena sit gloria: nisi forte secundum sensum psalmistæ dicentis: Domini est terra, & plenitudo eius: Nos quoque dicamus eos esse in terra plenos gloria, qui possint dicere: nos omnes ex plenitudine eius accepimus. Istam domum sapientes mulieres ædificant, & insipientes dissipant manibus. De ista & Esaias loquitur: & erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in summis montibus, & eleuabitur super colles. Hæc est domus, de qua & alibi supradictus Paulus sacra voce testatur: & Moyses quidem fidelis in tota domo eius, quasi famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant. Christus autem vt filius super domum eius, cuius domus sumus nos: si tamen principium substantiæ eius vsque ad finem firmum teneamus. De hac & ad Timotheum loquitur: Hæc autem scribo, vt scias quemadmodum oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est ecclesia. Sequitur: Et Seraphim stabant in circumitu eius, sex alæ vni, & sex alæ alteri: & duabus quidem velabant faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum, & di-

Psal. 18

Exod. 8.1
Ezech. 9
Psal. 4

1. Reg. 17

Esai. 6

Exod. 1

Ezech. 11

Rom. 6

Dan. 7

Iohel 3

Iohn. 11

Esai. 6

Act. 11

Psal. 11

Ioan. 1

Prou. 14

Esai. 2

Hebr. 3

1. Tim. 3

& dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth, plena est vniuersa terra gloria eius. Volumus scire, quæ sint Seraphim stantia in circuitu Dei; quæ sex alæ vnius, & simul iunctæ duodecim; quo modo duabus velét faciem, & duabus pedes; & duabus volent, cum superius in circumitu Dei stare dicantur: aut quo modo stent in circumitu, cum duo sint, & alibi volét: quid sit illud, quod alter ad alterum clamitent, & ter sancti nomen ingeminent: vel quo modo superius domus plena gloria, & nunc terra esse dicatur. Quæ cum non minimum puluerem moueant, & prima statim in fonte difficultatem interpretationis obiciant; in commune Dominum deprececur; vt mihi quoq; de altari carbo mittatur; vt omni peccatorum sordē deterſa, primum possim Dei sacramenta conspiciere, dehinc enarrare quæ videro. Seraphim, sicut in interpretatione nominum Hebræorum inuenimus, ardor, aut incendium, aut principium oris eorum, interpretantur. Quærimus, quid sit hoc incendium? Saluator ait: Ignem veni mittere in terram, & quàm volo vt ardeat. Duobus discipulis, quibus in itinere Dominus scripturas aperuerat, à Moysè & omnibus prophetis incipiens, postquam referati sunt oculi eorum, cognoscentes eum, dixerunt ad alterutrum: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et in Deuteronomio, Deus ipse ignis scribitur esse consumens: & in Ezechiele quoq; à renibus vsque ad pedes videtur esse igneus: & eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Et multa alia, quæ si de omnibus scripturis voluero replicare, perlongum est. Ergo quærimus, vbi sit hoc incendium salutare? nulli dubium, quin in sacris voluminibus, ex quorum lectione vniuersa hominum vitia purgantur. De eo verò, quod sequitur, Principium oris eorum, quo modo possit ad scripturas referri: vereor ne, si dicere cœperimus, non tam interpretari, quàm vim scripturis inferre videamur. Initium oris & communis eloquij, & hoc omne, quod loquimur, Hebræam esse linguam, qua vetus testamentum scriptum est, vniuersa antiquitas tradidit. Postquam verò in fabricatione turris per offensam Dei, linguarum diuersitas attributa est; tunc sermonis varietas in omnes dispersa est nationes. Igitur & incendium, & initium oris, in duobus animaduertitur testamentis: quæ circa Deum stare, non mirum est; cum per ea Dominus ipse discatur. Sex alæ vni, & sex alæ alteri: Victorinus noster duodecim apostolos interpretatus est. Nos possumus & duodecim lapides altaris, quos ferrum non tetigit, & duodecim gemmas, ex quibus sacerdotis diadema constructum est, accipere, quos & Ezechiel memorat, & Apocalypsis non tacet: quorum quid verum sit, Deus vident; quid verisimile, in sequentibus exponemus. Sequitur: Et duabus quidem velabant faciem; & duabus velabant pedes, & duabus volabant. Velabant faciem non suam, sed Dei, quis enim eius potest scire principium, qui antequam istum conderet mundum, interitum fuerit in æternitate, quando thronos, dominationes, potestates, angelos, totumq; ministerium cælestē condiderit? Sequitur: Et duabus velabant pedes non suos, sed Dei. Extrema quippe eius scire quis potest? quid post cōsummationem sæculi sit futurum, quid postquam genus hominum fuerit iudicatum, quæ sequatur vita? an rursum alia sit futura terra, & post transitionē, alia rursum elementa, vel alius mundus solq; condendus sit? Priora annunciate mihi, & nouissima, quæ futura sunt, & dicam: quia dii estis, ait

Esaïas, significans neminem posse, quid ante mundum fuerit, & quid post mundum futurum sit, enarrare. Et duabus volabant. Media tantum cognoscimus, quæ ex scripturarū nobis lectione panduntur: quando mundus factus sit, quando plasmatus homo, quando diluuium, quando lex data sit, vt ex vno homine vniuersa terrarum spatia completa sint; & in extremo tempore, Dei filius pro nostra salute sumpserit carnē. Cætera verò, quæ diximus, ista duo Seraphim in facie pedibusq; texerunt. Et clamabant alter ad alterum. Pulchre positum est, alter ad alterum: quid quid enim in veteri legimus testamento, hoc idem in euangelio reperimus: & quod in euangelio fuerit lectitatum, hoc ex veteris testamenti auctoritate deducitur: nihilq; in eis dissonum, nihil diuersum est. Et dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth. In ambobus testamentis trinitas prædicatur. Quod autem sabaoth & Saluator noster esse dicatur, accipe exemplum in vicesimo tertio psalmo: Virtutes, quæ Domino ministrabant, ad cælestes alias fortitudines proclamabant, vt pandant ianuam Domino reuertenti: Tollite portas principes vestras: siue, vt Aquila interpretatur, Attollite portæ capita vestra, & introibit rex gloriæ. Rursum illa, quem indutum carne conspiciunt, nouo mysterio stupefacte interrogant: Quis est iste rex gloriæ? accipiuntq; responsum: Dominus virtutū ipse est rex gloriæ. Quod in Hebræo scribitur, Dominus sabaoth. Sciendumq; quia vbicumque Septuaginta interpretes, Dominū virtutum, & Dominum omnipotentem, expresserunt, in Hebræo sit positū, Dominus sabaoth: ἰσχυρὸς quod interpretatur Aquila, Dominus militiarum. Dominus quoque ipse hic quattuor litterarum est, quod propriè in Deo ponitur, iod, he, n, iod, he, n, id est, duabus ia, quæ duplicata ineffabile illud & gloriosum Dei nomen efficiunt. Plena est vniuersa terra gloria eius. Hoc adhuc à Seraphim dicitur de aduentu Domini Saluatoris, quo modo in omnem terram prædicatio illius porrigatur, & apostolorum sonus mundi limites penetret. Sequitur: Et eleuatum est superliminare à voce, qua clamabant. Legimus in veteri testamento, quod semper Dominus Moysi & Aaron ad ostium tabernaculi sit locutus, quasi ante euangelium, necdum eos in sancta sanctorum introduxerit: sicut Dei Ecclesia postea introducta est; dicens: Introduxit me rex in cubiculum suum. Quando ergo Dominus noster descendit ad terras, superliminare illud, id est, quasi quoddam obstaculum intrare cupientibus, sublatum est; & vniuersus hic mundus fumo impletus est, id est, gloria Dei. Vbi autem in Latino, eleuatū, legimus, in Græco, sublatū, ponitur. sed quia verbi ambiguitas vtroq; modo interpretari potest; nostri, eleuatū, interpretati sunt pro ablato. Et domus impleta est fumo. Deus, vt supra diximus, ignis est, hic cū in Sinā monte descendisset ad Moysen, ad aduentū eius videbantur lapides discurrentes, & plenus omnis mons fumo. vnde in psalmis dicitur: Qui tangit montes, & fumigat. Ex igne ergo, quoniā totam substantiā capere nō possumus, leuior quædā in vniuersum mundū, & vt ita dicam, rarior fumi natura dispergitur, quā nos capientes, dicamus: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Et: Nunc videmus per speculum in ænigmate. Et Seraphim stabant in circumitu eius, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Quidam Græcorum in scripturis apertè eruditus, Seraphim virtutes quasdam in cœlis esse exposuit, quæ ante tribunal Dei assistentes laudent eū, & in diuersa ministeria mittantur, maximeq; ad eos, qui purgatione indigent, & ob pristina peccata,

104.12
104.24
Deut. 4
Ezech. 8
Psalm. 11

Esa. 41
Psalm. 25
Psalm. 18
Leuit. 1. 4
Num. 10
Cant. 2
Exod. 20
Psalm. 103
1. Cor. 13

cata, aliqua ex parte supplicii purgari merentur. Quod autem sublatum est, inquit, superliminare, & domus impleta est fumo, signum est templi Iudaici destruendi, & incendenda: vniuersa Hierusalem, quam videmus nunc destructam. Nonnulli verò in superioribus consentientes, in extrema parte dissentiunt. Nam superliminare sublatum illo tempore prædicant, quando velum templi scissum est, & vniuersa domus Israel erroris nube confusa: quando Iosephus refert sacerdotes ex adytis templi virtutum cælestium audisse vocem, transeamus ex his sedibus. Est vir quidam, à quo ego plura didicisse me gaudeo, & qui Hebræum sermonem ita elimarit, vt inter scribas eorum Chaldæus existimetur. is longe alia via ingressus est: ait enim, nullum prophetarum, extra Esaiam, vidisse Seraphim circa Deum stantia, & ne ipsa quidem Seraphim alibi lectitari: dehinc consummationis & captiuitatis Hierusalem, quæ sub Nabuchodonosor facta est, signum esse præmissum: ab Ozia quippe, sub quo orsus est propheta, vsque ad Sederchiam, qui extremus regnavit, & qui cæcus in Babyloné ductus est, fuisse reges vndecim, & duodecimum Godoliam, quem constituerat rex Babylonis super terram, quæ interfecit Ismael filius Nathanael inter medias epulas reliquiarum, patriæ paricida: & has esse duodecim alas, è quibus quatuor faciem suam velét, sicut in nonnullis exemplaribus inuenitur, quattuor volent, quattuor pedes contegant: ex his quippe duodecim regibus tantum quatuor iustos fuisse, Oziam, Ioathan, Ezechiam, & Iosiam, qui sublimis per singulas captiuitates audeant glorificare Deum, Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth: reliquos verò propter peccata sua velare faciem, & alios, qui in captiuitatem ducti sunt, pedum velare vestigia. Superliminare verò sublatum, & domum impletam fumo, sicut supra diximus, euerfionem Hierusalem & incendium templi exposuit. Et quia semel eius cæpi referre sententiam, etiã ea, quæ necdum à me sunt tacta, contingamus. Forcipem, de qua altaris carbo comprehensus est, & labia purgata, propriam Esaiæ afferuit passionem, qua sub Manasse interfectus est rege: & tunc verè purgatis labijs dixit ad Dominum: Ecce ego, mitte me; & dixi: O miser ego, quoniam compunctus sum. Donec Ozias viuat, non intelligis o Esaiam te esse miserum, non compungeris, non moueris: sed quando ille mortuus est, tunc animaduertis, non munda habere te labia, tunc indignum cognoscis te esse visionem Dei. Vtinam autem & ego compungar, & post compunctionem, Dei visione dignus efficiar: cum sim homo, & non munda labia habeam, & in medio quoque populi immunda labia habentis habitem. Esaias, vt iustus, tantum in sermone peccauerat: ideo sola labia habebat immunda, non conscientiam. ego verò, quia & oculis video, ad concupiscendum, & manu scandalizor & pede, & omnium membrorum parte delinquo, habeo omnia immunda: & quia semel spiritu baptizatus, rursus tunicam pollui, secundi baptismatis purgatione, id est, ignis indigeo. Non sunt, vt quidam putant, in scripturis verba simplicia: plurimum in his absconditum est. aliud littera, aliud mysticus sermo significat. Ecce Dominus in euangelio cingitur linteo, peluem ad lauandum discipulorum pedes preparat, serui fungitur ministerio. Esto, doceat humilitatem, vt nobis inuicem ministremus: non abnuo, non recuso: quid est, quod Petro recusanti dicit: Nisi lauero pedes tuos, non habebis partem mecum? Et ille respondit: Domine, non solum pedes, sed & manus, & caput. Ascensurus ergo

Dominus ad cælum, (quia apostoli, vt homines terræ insistentes, adhuc habebant peccatorum sordibus pedes pollutos) vult eos à delictis penitus liberare, vt eis possit prophetalis sermo congruere: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem: & imitari valeant Ecclesiæ verba dicentis: Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos: vt etiam si quis post resurrectionem postea his adhæserit puluis, in impiam eum excutiam ciuitatem, in testimonium laboris: quod eo vsque pro omnium salute contenderint, facti Iudæis vt Iudæi, gentibus vt gentiles, vt etiam propria vestigia aliqua ex parte polluerint. Igitur, vt ad propositum reuertamur, sicut apostoli purgatione indigebant pedum: sic Esaias, qui tantum in sermone peccauerat, labia habebat immunda: & quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec iuxta Eliæ exemplum libera voce impium designarat, labia habebat immunda. In medio quoque populi immunda labia habentis habitem. Esaias, qui compunctus est, & se miserum cõtestatur, purgatione dignus efficitur. Populus verò non solum non agens poenitentiam, sed ne sciens quidem quia labia habebat immunda, purgationis remedium non meretur. Prouidendum igitur sub hoc exemplo, non solum vt ipsi simus iusti, sed ne cum peccatoribus moremur, quia hoc in peccati ac miseræ parte ducit propheta. Sequitur: Et regem Dominum sabaoth ego vidi. Aiunt Iudæi, Esaiam à maioribus suis iccirco interemptum, quia cum Moyse postiora Dei viderit, hic Dominum sabaoth oculis carnalibus vidisse se scribat: super hoc Deo dicente: Nemo faciem meam videbit, & viuat. Quos si interrogemus, quo modo se Deus in lege alijs prophetis in visione & somno dicat ostendi, Moyse verò facie ad faciem colloqui, & quo modo iter illa sententia: Nemo faciem meam videbit, & viuat: cum facie ad faciem se ad Moysem locutum esse fateatur: respondebunt vtique, iuxta possibilitatem humanam Deum visum, non vt est, sed vt voluit se videri. quibus & nos dicimus, eodem modo ab Esaiam esse visum, restante summa, vt Moyse Deum aut viderit, aut non viderit. si vidit, vidit ergo & Esaias: qui vidisse se dicens, impiè est interfectus à vobis, quia Deus videri potest. si non vidit, interficite & Moysem cū Esaiam, quia eiusdem mendacij reus est, dicens se vidisse eum, qui videri non potest. Quæcumque in expositione eius loci super Moysem habuerint intellectum, etiam nos ad Esaiam temperabimus visionem. Sequitur: Et missum est ad me vnum de Seraphim, & in manu sua habebat carbonem, quem forcipe sumpserat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit. Secundum omnes editiones, quas supra exposuimus, siue duo testamenta intelligere volueris, siue aliquas apparatus in cælestibus virtutes, siue in signum captiuitatis futuræ vmbra quandam veritatis futuræ præfigurata, nunc accipe Seraphim. Nos, quia primam sententiam sequimur, euangelicum testamētum missum asserimus ad prophetam, quod habens in se vtraque mandata, id est, & sua & veteris testamenti, ignitum sermonem Dei, duplici præceptorum acie cõprehendit, & tactis labijs, quidquid fuerat ignorantæ, (hoc siquidem nos labia interpretamur immunda) purgationis sue pepulit veritate. Hæc forcipem Iacob in scala cõspicit: hic est gladius bis acutus: hæc duo minuta, quæ mulier vidua mittit in dona Dei: hic stather duos denarios habes: qui in ore piscis repertus, pro Domino & Petro reditur: hæc duplici forcipe, quæ vniuersis retinetur virtute,

Math. 17
Luc. 23

4. Reg. 23
1. Par. vit
4. Reg. 25
Hier. 41

Esa. 6

Matth. 5. 18
Marc. 9

Ioan. 13

Esaie 12

Cant. 5
Matth. 10

1. Cor. 9

2. Par. 11

Exod. 31

Gen. 18
Apoc. 19
Marc. 14
Matth. 17

virtute, carbo comprehensus mittitur ad prophetam quem in centesimo decimono nono psalmo (cum propheta Deum rogaret dicens: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa: & post interrogationem Spiritus sancti: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam: dictum est: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs) scimus prophetæ esse concessum. Verè quippe desolatorius carbo, qui linguam puram facit à peccato, sermo diuinus est: de quo & in Esaia dicitur: Habes carbones ignis: sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium. Sequitur: Et audiui vocem Domini dicentis, quem mittam, & quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et ait: Vade, & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis. Interrogantis sunt verba Domini, non iubentis, quem debeat mittere, & quis iturus sit ad populum: cui facilis propheta respondet: Ecce ego, mitte me, & post pollicitationem iubetur, vt dicat: Vade, & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis: & cernentes aspicietis, & non videbitis: & cætera quæ ipsius prophetiæ sermo contexit. Audiui ego in hoc loco non paruam Hebræi mei disputationem; cuius pauca ponam, vt sensum hominis aduertat: Aiebat, de Moyse, & Esaia, quis melius fecerit, requiramus: vtrumne Moyses, qui cum à Deo mitteretur ad populum, ait: Precor Domine, non sum dignus: & rursum, prouide alium, quem mittas: An Esaia, qui, cum non fuisset electus, vltro se obtulit, dicens: Ecce ego, mitte me. Nec ignoro, dicebat, periculosum esse de sanctorum meritis disputare, & aliquid vel minus vel plus differere velle de eo, quem Dominus coronauit: sed quia ipse dixit: *Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: etiam nos, non vt de aliquo detrahamus, sed vt, scripturæ sensum sciens, ad eius nos dirigamus exempla, debemus inquirere quod potest facere quæstionē. Qui Moysi, inquit, assertor est, humilitatem eius prædicat, ac mansuetudinem; quod se indignum iudicans ministerio Dei, maior effectus sit. Esaia verò, quia vltro se obtulit, incipiens propheta, à maledictis cœpit: Aure audietis, & non intelligetis, &c. Ob quod inde multa mala perpeffus, & ab omni populo pro infano habitus, cum iterum ei vox diuina dixisset, Clama, sciens quid superiori facilitate se ipsum offerens pertulisset, non ait: Ecce ego, mitte me: sed interrogauit quid illud esset, quod clamare deberet, & dixit: Quid clamabo? Cui simile est illud in Hieremia: Accipe calicem vini meri huius de manu mea: & potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittam: & bibent, & voment, & insanient, & cadent à facie gladij, quem mittam in medio eorum. Quod cum audisset propheta, non renuit, non secundum exemplum Moysi dixit: Precor Domine, non sum dignus, prouide alium quem mittas: sed amator populi sui, & putans quia ex poru calicis inimicæ gentes interficerentur, & ruerent, calicem meri libenter accepit, non intelligens, in omnibus gentibus etiam Hierusalem comprehendit. Denique inter cæteras nationes, Et accipi, ait, calicem de manu Domini, & potionauit omnes gentes, ad quas misit me Dominus, & Hierusalem, & ciuitates Iuda, & reges eius, & principes eius, ad ponendas eas in desolationem, & in inuium, & sibilationē. Pro qua propheta licet in plerisque codicibus ordo sit peruersus, quid in alio loco dicat, ausculta. Seduxisti me Domine, & seductus sum: tenuisti me, & potuisti: factus sum in derisum tota die, exiui in subannationem. Et econtrariò qui assertor est Esaia, (dicebat) illa proferet: prophetam, nõ tam sui meriti*

to, quàm misericordia Dei confisum, postquam à Seraphim audierat, ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit, otio noluisse torpere, sed vltro in ministerium Dei, quasi à peccatis liberum, zelo se obtulisse fidei: Moysen vero, quia secularibus eruditus fuerat disciplinis, & interfecto Ægyptio, conscientia eius aliqua ex parte sorduerat; vnde & vox ad eum de rubo facta sit, dicens: Ne accesseris huc: & solue calciamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est: & scierat sibi aduersus magos, & aduersus Pharaonem, pessimum regem, futurum esse certamen: se excusasse dicentem: Precor Domine, non sum dignus: pro quo in Hebræo legitur, non habeo labia circumcisa, Septuaginta interpretibus sensum potius, quàm verbum de verbo exprimentibus. Ex quo manifestè possit intelligi, Esaia rectè, post circumcisa labia, in Dei se obtulisse ministerium, & Moysen, adhuc in circumcisis labijs, tam grande ministerium recusasse. Aure audietis, & non intelligetis: & cernentes aspicietis, & non videbitis. Totus hic locus, sicut Saluator dicit in euangelio, ad id pertinet tempus; quo ipse est dignatus descendere ad terras, & signa ludæis non intelligentibus perpetravit. Et quoniam vsque ad finem capituli explanatio multiplex sequitur; & excipientis iam explicuimus ceras: luculque distasse sufficiat: quia & oratio, quæ non propria manus stylo expolitur, cum per se inculta est, cum multo molestior sit, si tædium sui prolixitate cõgeminet: vt oculorum dolore cruciati, auribus tantum studeamus, & lingua.

HIERON. AD DAMASVM PAPAM EPISTOLA CXLIII.

ARGVMENTVM.

Ῥητιογῶν, quæ erant eiusdem Esaia visionis capite sexto, à loco, vbi interpretationem dimiserat, de Seraphim præsertim, & calculo, eidem Damaso exponit.



Ἐπτuάγιντα: Et missum est ad me vnum de Seraphim. Aquila, & Theodotion, & volauit ad me vnum de Seraphim. Quotidie ad nos mittitur Seraphim, quotidie ingemiscerunt, atque dicentium: O miser ego, quoniam compunctus sum, ora purgantur: & cum à peccatis fuerint liberati, præparat se ministerio Dei. Quod autem ceteri interpretes promissum esse, volasse dixerunt: intellige velocem diuini sermonis aduentum super eos, qui digni societate illius iudicantur. In genere quoque diuersitas est. Septuaginta, Aquila, & Theodotion, Seraphim neutro genere transtulerunt, Symmachus masculino. Nec putandum sexum esse in virtutibus Dei, cum etiam ipse spiritus sanctus, secundum proprietates linguæ Hebrææ, femineo genere proferatur *רוח קדוש*, Græcè neutra *τὸ ἁγίου πνεῦμα*, Latine masculino, spiritus. Ex quo intelligendum est, quando de superioribus disputatur, & masculinum aliquid, seu femininum ponitur, non tam sexum significari, quàm idioma sonare linguæ. siquidem ipse Deus inuisibilis & incorruptibilis, omnibus penè linguis profertur genere masculino; cum in eum non cadat sexus. Illorum quoque, pius licet, attamen coarguedus error, qui in orationibus & oblationibus suis audent dicere: Qui sedet super Cherubim, & Seraphim. Nã & super Cherubim sedere Deū, scriptū est, vt ibi: Qui sedes super Cherubim, ostendere. Super Seraphim verò sedere Deū, nulla scriptura cõmémorat: & ne ipsa quidē Seraphim,

circa Deum stātia, excepto præfati loco, in scripturis sanctis omnibus inuenimus. Septuaginta: Et in manu habebat carbonem, quem forcipe acceperat de altari, & terigit os meum. Aquila, & Theodotio: Et in manu eius calculus in forcipe, quem acceperat de altari, & terigit os meum. Symmachus: Et in manu eius calculus in forcipibus, quem sumpserat de altari, & detulit ad os meum. Quantum ad historiā pertinet, videtur Deus sedere in templo Hierusalem & ante eum de altari. secundum Septuaginta, ad Esaiam carbo deferri, de altari verò incensi, siue holocaustorum. Quantum autem ad mysticos intellectus, ille ei ignis mittitur, quem Hieremias ferre non poterat: qui cum animā nostræ arcana penetrarit, ita nos dissoluit, ita à veteri homine in nouum excoquit, vt in illam vocem possimus erumpere: Viuo autem iam non ego, sed gratia Dei, quæ in me est. Forcipes quoq; secundum interpretes ceteros, licet in sacerdotali semper supellectile fuerint, diuersas gratias debemus accipere, quibus multifariē, & in multis modis olim Deus patribus nostris locutus est in prophetis. Quia in Hebræo pro carbone, calculus, legitur, ceteris quoq; super hoc consonantibus, videtur mihi sermo diuinus calculi appellatione signari. sicut enim calculus genus est lapidis durissimi, & rotundi, & omni puritate leuissimi: ita sermo Dei, qui neq; hæreticorum, neq; omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, calculus dicitur. De hoc calculo Sephora filium Circumcidit, & Iesus populum purgat à vitijs: & in Apocalypsi Dominus pollicetur vincentibus, vt accipiant calculum, & scribatur super eum nomen nouum. Videntur autem mihi & Septuaginta in eo quod *ἀνθραξ* trāstulerunt, idem sensisse, quod ceteri. *ἀνθραξ* quippe, quem nos carbunculum interpretamur, genus est lapidis fulgidi, atque nitentis, quem etiam in duodecim lapidibus inuenimus. Siue igitur calculum, siue carbunculum lapidem accipimus: in calculo diuini sermonis veritas, & rigor, in carbunculo lucens doctrina & manifesta monstratur. Eloquia enim Domini, eloquia casta, argentum igne probatum terræ, purgatum septuplum. Et alibi: Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos. Quod autem ait, in manu habebat carbonem: manum intelligamus operationem: vt ibi, In manu linguæ, mors & vita: & Psalmo: Cadent in manu gladij. Aut certè verè manus apparuit, vt similitudinem humanæ formæ, dum manus cernitur porrigentis, propheta non timeat: iuxta quod & ipsum Deum, & angelos in humanas vidimus se mutasse formas, vt merus videntibus demeretur. Septuaginta: Et dixit, ecce terigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit. Aquila: Ecce tetigit hic labia tua, & recedet iniquitas tua, & peccatum tuum propitiabitur. Ceteri interpretes in Aquilæ verba consentiunt. Primum necesse est, vt labia nostra tangantur, deinde, cum tacta fuerint, fugetur iniquitas; & cum iniquitas fuerit effugata, propitiatur Dominus: quia apud ipsum est propitiatio: & secundum Apostolum, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Purgatis autem peccatis nostris, audiemus vocem Domini dicentis, Quem mittam? Et respondebimus: Ecce ego, mitte me. Septuaginta: Et audiui vocem Domini dicentis, quem mittam, & quis ibit ad populum istum? Aquila, Theodotio, & Symmachus: Et audiui vocem Domini dicentis, quem mittam? & quis ibit nobis? De comparatione Esaię & Moyfi, quo modo alius ministerium recusarit, alius vltro se offerens dura perpeffus sit, in alio loco disputabimus. Sed ne

videamur aliquid præterisse earum, quas Iudæi vocant *δευτεράσις* & in quibus vniuersam scientiam ponit: nunc breuiter illud attingimus, quare in Hebræo sit positū, & quis ibit nobis? Sicut enim in Genesi dicitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ita & hic puto dictum, & quis ibit nobis? Nobis autem quibus alijs existimandum est, nisi patri, & filio, & spiritui sancto, quibus vadit quicumque eorum obsequitur voluntati? Et in eo quidem, quod vnus loquentis persona proponitur, diuinitatis est vnitas. In eo verò, quod dicitur nobis, personarum diuersitas indicatur. Legimus in Canticis canticorum vocem sponsi dicentis ad sponsam: Surge veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quia ecce hyems transijt, pluuiā abijt sibi. Quando enim anima in cogitatione tranquillitatem sentit; quando supra petram fundata est: & fides eius alta radice fixa est; vniuersi tērationū fluctus sibi pertranseunt, & ei non pertranseunt, qui tentatur. Notandum autem, quo modo ad id, quod Dominus dixerat, quem mittam, & quis ibit nobis, propheta ex parte responderit: Ecce ego, mitte me: & de sequenti tacuerit, intelligens nullum hominem dignum esse, qui Deo pergeret, & omne iter suum eius faceret esse, qui mitteret. Quam humilitatem Dominus aduertens, quod se secundis putaret indignum, imperauit sequentia, dicens: Vade. Septuaginta: Et dixit: Ecce ego sum, mitte me. Aquila, & Theodotio: Ecce adsum, mitte me. Symmachus: Ecce mitte me. Deus, qui vocat ea, quæ non sunt, quasi sint, & qui dixit: Ego sum, qui sum: Et alibi: Qui est, misit me: quoscumque vocauerit, statim facit subsistere: quod satis claret exemplis in viuentē Matthæo euangelista, & in Lazaro quatuoriduo iam mortuo, qui statim vt sunt vocati à Domino, & ille sepulcrum auaritæ reliquit, & ille suæ mortis: quoniam omnia, quæ absque eo sunt, non sunt. vnde propheta, purgatus à vitijs, ausus est dicere: Ecce ego sum. licet in Latinis codicibus, propter interpretum varietatem, sum, nō sit appositum. Quidam obseruandum putant, ad quos prophetas mittentis, aut missi sermo dicitur, quod est Græcè apostolus: & hanc esse differentiam volunt, vt quicumque mittantur, & prophetæ sint pariter & apostoli; ad quos verò mittentis sermo non ponitur, tantum prophetæ sint. quod ego superfluum puto. Et quia semel ad tractatum istius vocabuli venimus, sciendum, Silam collegam Pauli, lingua Hebræa apostolum dici; qui cum eo nonnullas epistolas scribit. & vitiose Siluanus legitur pro Sila; cum Siluanum in apostolorum Actis non legamus.

Hier. 1

Gal. 2

Hebr. 1

Exod. 4

Iosue 2 Apoc. 2 Exod. 12

Psal. 11

Psal. 18 Prou. 12

Psal. 62

Psal. 129 1. Ioan. 2

Exod. 6

Gen. 1

Cant. 1

Rom. 4 Erod. 3 Ma. 10. 12 Ioan. 11

1. Theff. 3

Act. 15. 16 17. 18

DAMASVS HIERONYMO. EPISTOLA CXLIII.

ARGVMENTVM.

DAMASVS Papa obsecrat D. Hieronymum, vt quid significet in Euangelio, Osanna filio Dauid, sibi ex Hebraica veritate edisserat.



COMMENTARIA cum legerē Græco Latinoq; sermone in euangeliorum interpretatione, à nostris, id est, orthodoxis viris olim ac nuper scripta, de eo, quod legitur, osanna filio Dauid, non solum diuersa, sed etiam contraria sibi met proferunt. Dilectionis tuæ est, vt ardenti illo strenuitatis ingenio, abscis opinionibus, ambiguitatibusq; scrupulosis, quid se habeat apud Hebræos viuo sensu scribas, vt de hoc sicut

Mat. 21

sicut & de multis, tibi cura nostrae in Christo Iesu gratias referant.

HIERONYMVS DAMASO.

EPISTOLA CXLV.

ARGVMENTVM.

ALTE à Psalmis expositionem exordians D. Hieronymus, omisis opinionum riuulis, ex Hebraico fonte, non solum quid significet in Euangelio, osanna filio Dauid, verum id etiam, quod sequitur, Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis, Damaso enarrat: & cur Hebraeum hoc verbum, ita ut est apud Hebraeos, relictum apud omnes sit linguas, rationem reddit.



V L T I super hoc sermone diuersa finxerunt, è quibus noster Hilarius in commentarijs Matthæi ita posuit: Osanna Hebraico sermone significat, redemptio domus Dauid. Primum redemptio lingua Hebraea פְּדוּתָא pheduth interpretatur: deinde domus בית דָּוִד. Dauid verò in hoc loco non esse nomen insertum, omnibus pater. Alij opinati sunt, Osanna gloria dici. Porro gloria cabod כְּבוֹד appellatur. Nonnulli gratiam, cum gratia תְּרוּחָה thoda, siue hanna חַנּוּחָה nuncupetur. Restat ergo, ut omisis opinionum riuulis, ad ipsum fontem; vnde ab euangelistis sumptum est, recurramus: Nam quo modo illud neque in Græcis, neque in Latinis codicibus possumus inuenire, ut completeretur id, quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur: Et illud: Ex Aegypto vocaui filium meum: ita & nunc ex Hebraeis codicibus veritas exprimenda est: vnde in hanc vocem vulgus & maximè cõsona inter se paruulorum turba proruperit, dicente Matthæo: Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis. Marcus verò ita posuit: Clamabant dicentes, osanna: benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum, quod venit in nomine Domini; regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Ioannes quoque pari voce consentit: Et clamabāt, osanna: benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Solus Lucas verbum osanna non posuit, in reliqua interpretationis parte consentiens. Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis: Igitur, ut diximus, ipsa Hebræa verba ponenda sunt, & omnium interpretum opinio digerenda, quo facilius, quid super hoc sentiendum sit, ex retractatione cunctorum ipse sibi lector, quid sequatur, inueniat. In centesimo decimo septimo psalmo, vbi nos legimus: O Domine saluum me fac; o Domine bene prosperare: Benedictus, qui venit in nomine Domini: In Hebræo legitur: Anna adonai, osanna, anna adonai hazlianna: baruch haba basem adonai, אַנָּה אָדוֹנָי חַנּוּחָה אַנָּה אָדוֹנָי הַזֵּלִיָּאָנָה בָּרֻךְ הוּא בְּשֵׁם יְיָ אֱלֹהֵינוּ. Quod Aquila, Symmachus, Theodotion, & Quinta edito, ne quid in Latina mutare videamur, ita exprimunt: Ὁ κύριε σῶσον ἐμὲ, ὁ κύριε εὖ πρόσθρον ἐμὲ, ἀπογογγύσον ἐμὲ ἐν ἕξελαις, ἡ ἀνὰ δόξα καὶ τῆς οὐρανοῦ. Sola Sexta editio cum interpretibus Septuaginta ita congruit, ut vbi ceteri posuerunt ὁ κύριε, illi scripserint ὁ. Et quia osanna, quod nos corruptè, propter ignorantiam, dicimus, osanna, saluifica, siue saluum fac, exprimitur, omnium interpretatione signatum est. Nunc illud in cura est, quid, sine adiectione saluandi, solus anna sermo significet. Sciendumque, quòd in hoc loco ter dicatur anna; & primum quidem ac secundum eisdem litte-

ris scribitur; aleph, nun, he: tertium vero, heth, nun, he. Symmachus igitur, qui in centesimo decimo septimo psalmo cum omnium interpretatione confenserat, ut nobis manifestiorem tribueret intellectum, in centesimo decimo quarto psalmo, vbi dicitur: O domine libera animam meam, ita interpretatus est: obsecro, Domine, libera animam meam. Vbi autem Septuaginta ὁ κύριε, & ille, obsecro, transtulerunt; Aquila & ceteris editionibus ὁ κύριε interpretantibus, in Hebræo scribitur anna, verum ita ut in principio aleph habeat, non heth, ex quo animaduertimus, si ex aleph scribatur anna, significari obsecro; si autem ex heth, esse cõiunctionem, siue interiectionem: quæ apud Græcos ponitur οὐκ ἔστι λόγος ὧν. cuius interpretationem Latinus sermo non exprimit. Sed quoniam hæc minutæ & istiusmodi disputationis arcanum; propter barbariem linguæ pariter ac litterarum, legenti molestiam tribuunt; ad explanandi compendium venio, ut dicam de centesimo decimo septimo psalmo; qui manifestè de Christo prophetat, & in synagogis Iudæorum creberrimè legebatur, vnde & populis notior erat, hos versus esse assumptos; quòd ille, qui repromittebatur de genere Dauid, venerit saluaturus Israel, dicente Dauid: Lapidem quæ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. à Domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. O Domine saluum me fac: o Domine bene prosperare: benedictus, qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus dominus & illuxit nobis. Vnde & euangelistarum scriptura cõmemorat, pharisæos & scribas super hoc indignatione commotos, quòd viderent populum, psalmi prophetiam super Christo intelligere cõpletam, & clamantes pueros, osanna filio Dauid, dixisse ei: Audis, quid isti loquuntur? Et Iesum respondisse: Nunquã legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: centesimum decimum septimum psalmum, octauum psalmi assertionem firmantem. Et de eo quidem, quod facile exprimi poterat; Benedictus, qui venit in nomine Domini; omnium euangelistarum scriptura cõsentit. De verbo autem osanna, quia in Græcum non poterat transferre sermonem, sicut in alleluia, & in amè, & in ple-risque factum videmus, ipsum Hebræum posuerunt dicentes osanna. Lucas igitur, qui inter omnes euangelistas Græci sermonis eruditissimus fuit, quippe ut medicus, & qui euangelium Græci scripserit, quia se vidit proprietatem sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere, quàm id ponere, quod legenti faceret quæstionem: Ad summam, sicut nos in lingua Latina habemus interiectiones quasdam, ut insultando dicamus, vah, & in admirando, pagè, & in dolendo, heu; & quâdo silentium volumus imperare, strictis dentibus spiritum coartamus & cogimus, insonando scilicet sibilum: ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interiectionem, ut quando voluit Dominum deprecari, ponat verbum petentis affectu, & dicant: Anna Domine: quod Septuaginta dixerunt: o Domine ηὐση. Hosiach, ergo saluifica interpretatur. Anna interieccio deprecantis est. Si ex duobus his velis compositum verbum facere, dices, ηὐση καὶ ηὐση, hosanna, siue, ut nos loquimur, osanna, חַנּוּחָה אַנָּה, media vocali littera chisai sicuti facere solemus in versibus Virgilij, quando pro, Mene incepto desistere victam, scandimus Menti cepto. Aleph nanque littera prima verbi sequentis, extremam verbi prioris iod inueniens, excludit. Quapropter ut ad quæstionis originem reuertamur:

Math. 2
Olee 11

Math. 27

Marc. 11

Ioan. 12
Luc. 19

Psal. 117

Math. 23
Luc. 19
Ioan. 12

Vbi nos legimus in latino : O Domine saluum me fac, o Domine bene complacere: benedictus qui venit in nomine Domini: iuxta Hebraeorum sensum legere possumus, obsecro Domine saluum fac, obsecro Domine prosperare: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Saluum autem fac dicitur, vt subaudiamus populum tuum Israëli, siue generaliter mundum. Denique Matthæus, qui euangelium Hebræo sermone conscripsit, ita posuit *בְּרַכְיָהוּ בְּרַכְיָהוּ* osanna berama, id est, osanna in excelsis: quod Salvatore nascente, salus in cœlum vsq; id est, etiam ad excelsa peruenerit, pace facta non solum in terra, sed & in cœlo: vt iam dici aliquando cessaret, Inebriatus est gladius meus in calo. Hæc interim, iuxta mediocritatē sensus mei, breuiter strictimq; dictaui. cæterum sciat beatitudo tua, in istiusmodi disputationibus molestiam in legendo non debere subreperere: quia facile & nos potuimus aliquid e mentiri, quod ex vna voce solueret quæstionem, sicut & cæteros fecisse monstrauimus: sed magis concedet, ob veritatem laborare paulisper, & peregrino aures accommodare sermone, quàm de aliena lingua fictam falsamue referre sententiam.

Mat. h. 21

Esaie 34

Matth. 5

Marc. 5

Erod. 22

Rom. 9
Phil. 11
Rom. 1
Gal. 4
Eph. 2
Rom. 1
1. Cor. 1
Col. 1

Col. 2

Philip. 2

Ioan. 17

Rom. 8

Matth. 11

Luc. 11

HIERONYMVS DAMASO.

EPISTOLA CXLVI.

ARGVMENTVM.

ROGATVS à Damaso Papa, Euangelicam Parabolam, quæ est apud Lucam de filio prodigo, & filio frugi, pro gentili, & Hebræo populo, doctè, appositè que interpretatur.



BEATITVDINIS tuæ interrogatio disputatio fuit: & sic quæsisse, quærendo viam est dedisse quæsitis: Sapienter quippe interroganti sapientia reputabitur. Ais, quis est iste in euangelio pater, qui duobus filiis substantiã diuidit? qui duo filij? qui maior? quiue minor? quo modo minor acceptam substantiam cum meretricibus dissipat? fame facta, à principe regionis præponit porcis, siliquas comedit, ad patrem redit: accipit annulũ, & stolam, & immolatur ei vitulus saginatus. quis sit maior frater, & quo modo de agro veniens, susceptioni fratris inuideat: & cætera, quæ in euangelio plenius explicantur. Ad dis insuper: Scio multos in hac lectione diuersa dixisse, & fratrem maiorem, Iudæum, minorem existimasse gentilem populum. Sed quæro, quo modo Iudaico populo possit aptari: Ecce tot annis seruiui tibi, & numquam mandatum tuum præterij, & numquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer? Et illud: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Si autem, ais, de iusto & peccatore voluerimus esse parabolam; iusto non poterit conuenire, vt de salute alterius & maxime fratris contristetur. Si enim, inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum; & imitantur eum, qui sunt ex parte eius: numquid personæ iusti tam immanis inuidia poterit coaptari? vt foris steterit, & clementissimo patri rigidus obstiterit, solusque liuore cruciatus, lætitiæ domus interesse noluerit? Itaque, sicut in cæteris parabolis, quæ non sunt à Salvatore dissertæ, quam ob causam dictæ sint, solemus inquirere: ita & in hac facere debemus; quare Dominus in istiusmodi verba proruperit; & ob quam interrogationem, responsionis similitudo prolata sit. Scribæ & pharisæi iussitabant, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & vescitur cum eis. Superior quippe sermo præmiserat: Erant autem accedentes ad eum omnes publicani, & peccatores,

Sap. 2

Luc. 11

volentes audire eum. Itaque hinc omnis inuidia, cur, quos legis præcepta damnarent, eorum confabulationem, atque conuiuium Dominus non vitaret. Et hæc Lucas. cæterum Matthæus ita loquitur: Cum autem discumberet in domo, ecce multi peccatores & publicani venientes recumbebant cum Iesu, & cum discipulis eius. Quod videntes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum peccatoribus & publicanis manducat magister vester? Qui audiens dixit: Non necesse habent sani medicum, sed male habentes. Euntes autem discite, quid sit, Misericordiam volo, & non sacrificium: non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Marcus quoque in eadem verba consentit. Igitur, vt diximus, omnis ex lege quæstio nascebatur. Lex quippe iustitiæ tenax clementiam non habebat: sed quicumque adulter, homicida, fraudator, & vt breuiter dicam, mortali crimine tenebatur, nulla venia pœnitentiæ laxabatur à crimine, oculus pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima iubebantur exoluere. Omnes itaq; declinauerant, simul inutiles facti erant; non erat qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum. Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit & gratia: & misit Deus filium suum factum ex muliere, qui destructo medio pariete, fecit vtraque vnum; & austeritatem legis, euangelij gratia temperauit. Vnde & Paulus ad ecclesias scribens, Gratia vobis, inquit, & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo: gratia, quæ non ex merito retributa, sed ex donante concessa est. Pax verò, qua reconciliati Deo sumus, habentes propitiatores dominum nostrum Iesum Christum: qui donauit nobis delicta nostra, & deleuit chirographum mortis, quod erat contra nos, affigens illud cruci; & principatus & potestates fecit ostentui, triumphans eas in ligno. Quæ autem maior potest esse clementia, quam vt filius Dei, hominis filius nasceretur? decem mensium fastidia sustineret? partus expectaret aduentum, inuolueretur pannis, subiiceretur parentibus? per singulas adole-ret ætates? & post contumelias vocum, alapas, & flagella, crucis quoque pro nobis fieret maledictum, vt nos à maledicto legis absolueret, patri factus obediens vsque ad mortem? & id opere compleret, quod ante ex persona mediatoris fuerat deprecatus, dicens: Pater volo, vt quo modo ego & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sint? Ergo, quia ad hoc venerat, vt quod erat impossibile legis, quia nemo ea iustificabatur, ineffabili misericordia vinceret, publicanos & peccatores ad pœnitentiam prouocabat, conuiuium quoque eorum expetens, vt in conuiuio docerentur: sicut manifestum esse poterit ei, qui euangelia sollicita mente perlegerit; quo modo & cibus eius, & potus, & deambulatio, & vniuersa, quæ gessit in corpore, salutem hominum procurarint: Hæc videntes scribe, & pharisæi, aduersus legem eum facere dicebant. Ecce homo vorax, & vini potator, amicus publicanorum, & peccatorum. Nam ante reprehederant quare curaret in sabbathis. Dominus ergo, vt hanc eorum accusatorem clementi ratione superaret, tres parabolas proposuit: è quibus vna est, non agintanouem ouium in montibus relictarum, & vnus perditæ, quæ pastoris humeris est reuicta: alia drachmæ, quam mulier accenso lumine perquisiuit, & inuenta ea, vicinas ad lætitiã conuocauit, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Tertia verò duorum filiorum; de qua vt disputare pauca, iussisti. Et de oue quidem, ac drachma, licet ad vnum pertineant intellectum, non est istius temporis disputatio: hoc tantum

tantum dixisse sufficiat, ob id has parabolas esse propositas, ut quo modo ibi in inuentione pecoris & drachinæ lætitia est angelorum, & circa manentium vicinarum, sic in publicanorum peccatorumque penitentia, omnium debere esse lætitiā, quibus non est necessaria penitentia. Vnde vehementer admiror, Tertullianum in eo libro, quem de pudicitia aduersum penitentiam scripsit, & sententiam veterem noua opinione dissoluit, hoc voluisse sentire; quod publicani, & peccatores, qui cum Domino vescantur, ethnici fuerint, dicente scriptura: Non erit vestigial pendens ex filijs Israel. quasi verò & Mattheus non ex circumcissione fuerit publicanus: & ille, qui, cum pharisæo in templo orans, oculos ad cælum non audebat erigere, non ex Israel fuerit publicanus: aut non Lucas memoret: Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismō Ioannis. Aut cuiquam credibile possit videri, ethnicum templum ingressum, aut Dominum cum ethnicis habuisse conuiuium, cum id maxime caueret, ne legem soluere videretur; & primū veniret ad oues perditas domus Israel; Chananzæ quoque; deprecanti pro salute filiarū responderit: Non oportet tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Et alibi discipulis præceperit: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ex quibus omnibus edoceatur, in publicanis, non tam gentiliū, quā generaliter omnium peccatorum, id est, qui erant & de gentibus, & de Iudæis, accipi posse personas. Ille autem, quia, iuxta infānas & blasphemias feminas suas, id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipere penitentes, frustra argumentatus est publicanos Iudæos non fuisse, ut in persona eorum, gentiliū tantum populus possit intelligi. Itaque, ne longum faciam, ipsa euangelij verba proponam: & in modum commentarij, quid mihi videatur, ad singula quæque subnectam. Homo quidam habebat duos filios. Hominem Deū dici multis testimonijs approbatur, ut ibi: Duorum hominū testimoniū verum est. Ego de me testimoniū dico, & qui me misit pater. In alia parabola pastor, in alia pater familiās nuncupatur, in alia vineam locat, in alia inuitat ad nuptias: & diuersis similitudinibus rem significat eandem; ut Iudæorum reprobet superbiam; & in communi omnium peccatorum, siue gentiliū, siue Israelitarum penitentiam probet. Quod autem ait, duos filios: omnes penē scripturæ de duorum vocatione populorum plenæ sunt sacramentis. Et dixit illi adoleſcentior: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Substantia Dei est, omne quod viuimus, sapiamus, cogitamus, in verba prorumpimus. Hæc Deus æqualiter vniuersis & in commune largitus est, euangelista dicente: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum. Ille est dexter oculus, qui ad scandalis obseruandus est: hæc lucerna corporis: hoc talentum, quod non est in sudario colligandum, id est, delicatè orioſeq; tractandū, nec in terra defodiendū, terrenis scilicet cogitationibus obscurandū. Qui diuisit eis substantiā. Significatiū in Græco legitur, καὶ διέδωκεν αὐτοῖς τὸν θύον, id est, dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriæ libertatem, & ut viueret vnusquisque non ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, nō ex necessitate, sed ex voluntate, ut virtus haberet locum, ut ad cæteris animatibus distaremus, dū ad exemplum Dei, permissum est nobis facere quod velimus, vnde & in peccatores æquū iudicium, & in sanctos & iustos iustū præmiū retribueretur. Et non post multos dies, collectis omnibus, adoleſcentior si-

lius peregrè profectus est in regionem longinquam. Si Deus cælum tenet palmo, & terram pugillo; & Hieremias dicit: Deus appropinquans, & non Deus de longinquo: per Dauid quoque, quia nullus absq; eo locus sit, prædicatur: quo modo filius peregrè proficiscitur, & à patre discedit? Sciendum igitur, non locorum spatij, sed affectu aut esse nos cum Deo, aut ab eo discedere. Quo modo enim ad discipulos loquitur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi: ita ad eos, qui sui iactantiam præferunt, & esse cum Domino non merentur, dicit: Discedite à me; non noui vos, qui operamini iniquitatem. Recessit ergo iunior filius cum vniuersa substantia à patre, & peregrè profectus est: & Cain egressus à facie Domini, habitauit in terra Naid: quod interpretatur, fluctuatio. Quicumque à Deo recedit, statim sæculi fluctibus quatitur, & mouentur pedes eius. nam postquam moti sunt homines ab oriente, & à vero lumine recesserunt; tunc aduersus Deum impietatis suæ ædificauere turrim; tunc dogmatum superbias confuxerunt, volentes curioritate non licita in ipsius cæli alta penetrare: & vocatus est locus iste Babel, id est, confusio. Et ibi dissipauit substantiam suam, viuens luxuriose. Luxuria est inimica Deo, inimica virtutibus; perdit omnem substantiam patris; & ad præsens voluptate deliniens, futuram non sinit cogitare paupertatem. Cumq; consumpsisset omnia, facta est fames valida per regionem illam. Acceperat à patre facultates, ut inuisibilia eius per ea, quæ erant visibilia, cognosceret, & ex pulchritudine creaturarum consequenter intelligeret creatorem. Qui veritatem in iniustitia detinens, & pro Deo idola colens, naturæ bona vniuersa consumpsit; & consumptis omnibus, cœpit egere virtutibus, derelicto fonte virtutum. Facta est fames valida per regionē illam. Omnis locus, quem patre incolimus absente, famis, penuriæ, & egestatis est. Fames autem, *μετὰ ἐνταύρωτος ἰσχυρὸς*. Hæc est regio, de qua dicitur per prophetam. Qui habitatis in regione vmbrae mortis, lux fulgebit super vos. At cōtra est alia regio, quam possessuri sumus mundo corde atque puro viuentes, quam sanctus Dauid desiderat, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et ipse cœpit egere, & abiit, & coniunxit se vni de principibus regionis illius. Deserto nutricio, qui ad primam vocem bona ei fuerat cuncta largitus, iunxit se principi huius mundi, id est, diabolo, rectori tenebrarum harum. Quem nunc inimicum hominem, nunc iudicem iniquitatis, nunc draconē, nunc satan, nunc malleum, nunc perdicem, nunc belial, nunc rugientem leonem, nunc leuiathan, nunc thaninim, nunc behemoth, & multis alijs vocabulis scriptura cognominat. Quod autem ait, vni de principibus: plures esse intelligendum est, qui per istum volitent aerem, & diuersorum fraude vitiorum, genus hominum suæ subiiciant seruituti. Qui misit illum in agrum suum, ut pasceret porcos. Porcus animal immundum est, quod cœno & sordibus delectatur. Talis est dæmonum multitudo, quæ per idola manufacta, cruore pecudum & victimis pacitur; & nouissimè, sagineiore quadam hostia, ipsius hominis morte saturatur. Misit ergo eum in possessionem suam, id est, suum effecit esse famulum, ut pasceret porcos, immolans ei animam suam. Et cupiebat implere ventrem suum de filiis porcorum, & nemo illi dabat. Id quod in Ezechiele cum increpatione dicitur ad Hierusalem: Et factum est in te peruersum ultra mulieres, quæ ante fornicationem tuam, & post te sunt fornicatæ, in eo quod de-

Deut. 23
Math. 9

Luc. 8
Luc. 7

Math. 15

Math. 20

Ioan. 8. 10.

Ioan. 1
Matt. 5, 25

Hier. 23
Psal. 139

Math. 28

Math. 25
Gen. 4

Gen. 11

Rom. 1

Esaie 9

Psal. 26

Eph. 6
Math. 13
Luc. 18
Hier. 51
Zach. 7
Hie. 50. 17
1 Cor. 6
1 Pet. 5
Esaie 27
Gen. 1
Iob 40

Ezech. 26

disti mercedes, & mercedes tibi non sunt data: videmus in filio minore completum. Substantiam suam in regione principis perdidit: & post perditas facultates, missus ad porcos egestate contabuit. Dæmonum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio, & vniuersa vitia. Hæc blâda sunt, & lasciuia, & sensus voluptate demulcent, statimq; vt apparuerint, ad vsum sui prouocant. Quibus ideo luxuriosus adolescens non poterat saturari, quia semper voluptas tamen sui habet, & transacta non satiat. & satanas, cum aliquem sua arte deceperit, & propriū ei imposuerit iugum, vltra ad abundantiam vitiorum non procurat, sciens esse iam mortuum: sicuti multos idololâtras videmus panis miseria & egestate confectos. Hi sunt, in quibus propheticus sermo cõpletur: Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem didisti mercedes omnibus amatoribus tuis, & non accepisti mercedes. Possumus autem & aliter siliquas interpretari. Dæmonum cibus est carmina poetarum, sæcularis sapientia, rhetoricorum pompa verborum. Hæc sua omnes suauitate delectant: & dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoq; penetrant, & pectoris interiora deuinciunt: verum, vbi cum summo studio fuerint ac labore perlecta, nihil aliud, nisi inanem sonum, & sermionum strepitum, suis lectoribus tribuunt: nulla ibi saturitas veritatis, nulla resectio iustitiæ reperitur. studiosi earum in fame veri, & virtutum penuria perseverant. Huius sapientiæ typus & in Deuteronomio sub mulieris captiuae figura describitur: de qua diuina vox præcipit, vt si Israëlites eam habere voluerit vxorem caluitium ei faciat, vngues præfecet, & pilos auferat; & cum munda fuerit effecta, tunc transeat in victoris amplexus. Hæc si secundum litteram intelligimus, nonne ridicula sunt? Itaque & nos facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras libri veniunt sapientiæ sæcularis: si quid in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus: si quid verò superfluum, de idolis, de amore, de cura sæcularium rerum, hæc radimus, his caluitium inducimus, hæc, in vnguium morem, ferro acutissimo defecamus. Vnde & apostolus prohibet, ne in idolio quis recumbat, dicens: Videte autem, ne hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit qui infirmus est in tua scientia frater, propter quæ Christus mortuus est? Nonne tibi videtur sub alijs verbis dicere, ne legas philosophos, oratores, poetas, nec in eorum lectione requiescas? Nec nobis blandiamur, si in eis, quæ sunt scripta, non credimus, cum aliorum conscientia vulneretur, & putemur probare, quæ dum legimus, non reprobamus. Alioqui quale erit, vt existimemus apostolū eius, qui vescebatur in idolio, conscientiam comprobasse, & eum dixisse perfectum, quem sciret de idolothytis manducare? Absit, vt de ore Christiano sonet, Iuppiter omnipotens, & me Hercule, & me Castor, & cætera magis portentosa, quàm numina. At nunc etiam sacerdotes Dei, omnis euangelij & prophetis, videmus comœdias legere, amatoria Bucolicorum versus verba canere, tenere Virgilium, & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis. Cauendum igitur, si captiuam velimus habere vxorem, ne in idolio recubamus: aut si certe fuerimus eius amore decepti, mundemus eam, & omni sordium errore purgemus, ne scandalum patiat frater, pro quo Christus mortuus est, cum in ore Christiani carmina, in idolorum

laudem composita, audierit personare. In se autem conuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Mercenarios secundum alium intellectum eosanmaduertimus ex Iudæis, qui ob præsentia tantum bona, legis præcepta custodiunt. Hi iusti sunt, & misericordes, non ob ipsam iustitiam, & ob ipsum misericordiæ bonum, sed vt à Deo terrenæ felicitatis & longæ vitæ præmium consequantur. Qui autem ista desiderat, merito compellitur ad obsequium præceptorum, ne eorum præuaricatione, quæ iussa sunt, careat concupitis. Porro, vbi metus est, non est dilectio. Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem. Nam qui diligit, non ideo imperata custodit, quia aut timore poenarum, aut præmij auaritate compellitur, sed quia hoc ipsum, quod à Deo iubetur, est optimum. Sensus itaque iste est. Quanti ex Iudæis, ob præsentia tantum bona, à Dei obsequio non recedunt, & ego egestate conficior. Surgens ibo ad patrem meum. Pulchrè ait, surgens: patre quippe absente, non steterat. Peccatorum iacere, iustorum stare est. Ad Moysen dicitur: Tu verò hic sta mecum. Et in centesimotrice simo tertio psalmo: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini. Ad benedictionem Domini stantes propheta in domo Domini cohortatur. Et dicam illi: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Peccauerat in cælum, qui Hierusalem caelestem reliquerat matrem. Peccauerat coram patre, qui conditore deserto, fuerat ligna veneratus. Non erat dignus vocari filius Dei, qui seruus esse maluerat idolorum. Omnis enim, qui facit peccatum, de diabolo patre natus est. Fac me, sicut vnum de mercenarijs tuis. Fac me, inquit, sicut vnum ex Iudæis, qui te, ob præsentium tantum rerum promissa venerantur. Recipe filium poenitentem, qui mercenarijs tuis peccantibus sapissimum pepercisti. Et venit vsque ad patrem suum. Venimus ad patrem, quando recedimus à porcorum pastione, secundum illud: Statim vt conuersus ingemueris, saluus eris. Cumq; adhuc longe esset, vidit eum pater eius, & misericordia motus est. Antequam dignis operibus, & vera poenitentia ad patrem rediret antiquum, Deus, apud quem cuncta futura iam facta sunt, & qui est omnium præcius futurorum, ad eius præcurrit aduentum, & per verbum suum, quod carnem sumpsit ex virgine, reditum filij sui iunioris anticipat. Et præcurrens incubuit super collum ipsius. Ante venit ad terras, quàm ille domum confessionis intraret. Incubuit super collū ipsius, id est corpus sumpsit humanum. Et sicuti Ioannes super peccus Iesu recubuit, qui secretorum eius effectus est particeps: ita & iugum suum leue, id est mandatorum suorum facilia præcepta, ex gratia magis, quàm ex merito super iuniorem filium collocavit. Et osculatus est eum, iuxta illud, quod in Cantico canticorum Ecclesia de sponsi præcurrit aduentu: Osculetur me osculo oris sui. Nolo mihi dicens per Moysen, nolo per prophetas loquatur: ipse meum corpus assumat, ipse me osculetur in carne: vt & illud quoq; quod in Esaia scriptum est, huic sententiæ coaptemus: Si quaeris, quaere, & ad me habita in saltu. Et ibi quippe flens Ecclesia clamare iubetur ex Seir: quia Seir pilosus & hispidus interpretatur: vt & antiquum gentilium significet errorem: illa pari similitudine respondente: Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Dixit autem illi filius: Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dicit se non esse dignum filium nuncpari: & tamen ex natura voce, ex illa

Ezech. 16

Deut. 22

I. Cor. 8

I. Ioan. 4.

Deut. 1

I. Ioan. 3

Ezech. 18

Ioan. 11. 41
Matth. 11

Cant. 1

Esa 27

Cant. 1

ex illa substantia, quam illi pater fuerat aliquando largitus, in nomen trepidus veritatis erumpit. Pater, inquiens, peccavi in cœlum. Frustra igitur quidam argumentantur, nomen patris in sanctos tātummodo conuenire; cum etiam hic Deum patrem vocet, qui se filij nomine confitetur indignum: nisi fortē ideo patrem audeat vocare, quia plena mente cōuersus est. Dixit autem pater ad pueros suos: Celerius proferte stolam priorem, & induite eum; stolā, quam Adam peccando perdidit, stolam, quæ in alia parabola indumentū dicitur nuptiale, id est vestem spiritus sancti; quam qui non habuerit, non potest regis interesse conuiuio. Et date anulum in manu illius, signaculum similitudinis Christi, secundum illud: In quem credentes, signati estis spiritu repromissionis sancto. Et ad principem dicitur Tyri, qui similitudinem conditoris amiserat: Tu signaculum similitudinis, & corona decoris, in delicijs paradisi Dei natus es. Esaias quoq; de hoc signaculo loquitur: Tūc manifesti erunt, qui signantur. Hoc signaculum in manu datur, quando opera iustitiæ scriptura significat, vt ibi: Factum est verbum Domini in manu Aggæi prophete, dicentis ad Hierusalem. Ornauit te, inquit, ornamento, & imposui tibi armillas circa manus tuas. Rursum ad eum virum, qui indutus est podere, alius locus signaculi demonstratur: Pertrāsī per mediam Hierusalem, & da signaculum in frontibus virorum gementium & dolentium in omnibus iniquitatibus, quæ sunt in medio eorum. Quare: vt postea possint dicere: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et calciamentum in pedibus eius. Sponsi quippe perdidit dignitatem, & nudis pedibus pascha celebrare non poterat. Hæc sunt calciamenta, de quibus Dominus ait: Et calciasti te hyacintho. Et calciamenta in pedibus eius: necubi coluber insidians, plantam ingredientis inuaderet: & super scorpiones & serpentes securus ambularet, vt præpararetur ad euangelium pacis: iam non gradiēs secundum carnem, sed secundum spiritum; & dictum ei propheticum conueniret: Quam speciosi pedes euangelizantiū pacē, euangelizantiū bona. Et, Afferte vitulū saginatū, & occidite, & māduce mus, & epulemur, quoniā hic filius meus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuētus est. Vitulus saginatus, qui ad poenitētis immolatur salutē, ipse Saluator est, cuius quotidie carne pascimur, cruore potamur. Fidelis mecū lector intelligis, qua pinguetudine saturati, in ructū laudis eius erūpimus, dicentes: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regilicet quidam superstitiose magis, quā verē, nō considerantes textum psalmi, ex patris persona arbitrentur hoc intelligi. Quod autem ait, epulemur, quoniā hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est; ad eundem parabolæ superioris pertinet sensum, in qua dicitur: Sic dico vobis, quia gaudium erit corā angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente. Et cœperunt epulari. Hoc conuiuium quotidie celebratur: quotidie pater filium recipit: semper Christus credentibus immolatur. Erat autem filius illius senior in agro. Hucusq; de persona filij iunioris disputatum est: quem secundum præsentem parabolam, in publicanis & peccatoribus, qui à Domino ad poenitentiam prouocantur, debemus accipere; secundum mysticos autē intellectus, de futura quoq; vocatione gentium prophetari. Nunc ad seniorem filium sermo transgreditur, quem multi simpliciter ad omnium sanctorum personam, multi propriē ad Iudæos referunt. Et de sanctis quidem non difficilis interpretatio est, in eo

quod dicitur, nūquam mandatum tuum præteritui: licet illud videatur obfistere, quod reuerfioni fratris inuideat. In Iudæos autem cum liuor in fratris salute conueniat; hoc repugnat; quod numquam se dicat eius præterisse mandatum: de quibus quid nobis videatur, suis in locis conabimur explanare. Erat autē filius illius senior in agro, in terrenis operibus labore defudans, longe à gratia spiritus sancti, & à consilio patris extorris. Hic est, qui ait: Agrum emi, & necesse habeo exire & videre illum: rogo te, habe me excusatum. Hic, qui iuga bouum emit quinque, & legis onere depressus, terrenorum sensuum voluptate perfruitur: Hic, qui vxore ducta, ire ad nuptias non potest; & effectus caro, nequaquam vnū potest esse cum spiritu. In huius persona etiam illius parabolæ operarij congruunt, in qua, prima, tertia, sexta, nona hora, id est, vocationibus varijs mittitur ad vineam, & indignantur sibi vndecimæ horæ operarios coartari. Et cum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum. Illud, quod in quodam psalmo super scribitur pro nym mahalath: huic sensui conuenit. Siquidē mahalath chorus in vnū concinens, dicitur. Male autem quidam de Latinis, symphoniam putant esse genus organi, cum cōcors in Dei laudibus concentus, hoc vocabulo significetur. *συμφωνία* quippe consonantia exprimitur in Latino. Et vocauit vnū de pueris, & interrogauit quidnam essent hæc. Et nunc interrogat Israel, quare Deus in gentium assumptione læteretur; & amulatione cruciatus, paternam seire non potest voluntatem. Qui ait illi: quoniam frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatū, quoniam incolumem illum recepit. Causa lætitiæ, quod pari in Dei laudes toto orbe voce concinitur, salus est gentiū salus est peccatorū: lætantur angeli, omnis in gaudium creatura cōsentit, & de solo dicitur Israel: Iratus autem noluit intrare. Irascitur se absente fratrem esse susceptum: irascitur eum viuere, quem putabāt extinctum: & nunc foris stat Israel, & nunc discipulis euangelia in ecclesia audientibus, mater eius & fratres foris stant querentes eum. Egressus autem pater illius cœpit rogare eum. Quam benignus, & clemens pater, rogat filium, vt lætitiæ domus particeps fiat; rogat autem pater per apostolos, rogat per euangelij prædicatores. E quibus Paulus ait: Precamur pro Christo, reconciliamini Deo. Et alibi: Vobis oportebat primum annunciare verbum Dei: sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ; ecce conuertimur ad gentes. Ipse autem respondens, ait patri suo: Ecce tot annis seruo tibi. Pater supplex ad concordiam deprecatur: ille iustitiam, quæ in lege est, sequens, Dei iustitiæ non subiicitur. Porrò quæ maior iustitia Dei, quā ignoscere poenitentibus, filium suscipere redeuntē? Ecce tot annis seruo tibi, & numquam mādatum tuum præteritui: quasi hoc ipsū non sit præterire mādatum, salutem alterius inuidere, ante Deum se iactare iustitiæ, cum nemo coram eo mundus sit. Quis enim lætabitur castum se habere cor, ne si vnus quidem diei fuerit? Dauid confitetur: In iniquitatis conceptus sum, & in delictis boncepit me mater mea. Et in alio loco: Si iniquitatem attendis Domine, quis sustinebit? Et hic dicit numquam se præterisse mādatum, toties ob idololatriam captiuitatibus traditus. Ecce tot annis seruo tibi, & numquam mādatum tuum præteritui. Hoc est, quod Paulus Apostolus loquitur: Quid ergo dicemus? quia gentes, quæ non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam, iusticiam autem, quæ ex fide est. Israel verò, sectando legem

Luc. 14

Matth. 20

Psal. 87

Matth. 22

z. Cor. 5
Act. 13

Rom. 10

Prou. 20
Iob 20

Psal. 60
Psal. 129

Rom. 9

iustitia, ad legem iustitia non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. Potest ergo & ex eius peritona dici, qui iuxta eundem Apostolum in iustitia, quæ ex lege est, sine reprehensione versatus sit: licet mihi videatur magis se iactare Iudæus, quam vera dicere, ad exemplum illius pharisei, dicentis: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, sicut & hic publicanus. Oro te, nonne tibi videtur ea, quæ ille de publicano dixerat, dicere iste de fratre? Hic est qui comedit omnem substantiam suam, viuens cum meretricibus. Ad id autem, quod ait: Mandatum tuum numquam præterui: patris sermo non congruit. Nō enim confirmavit vera esse quæ dixerat filius, sed irascentem alia ratione compefcuit: Fili tu semper mecum es. Numquid ait, bene quidem dicis, & fecisti cuncta quæ iusseram? Sed mecum es, inquit, semper. Mecum es lege, qua stringeris: mecum es, dum mihi & in captiuitatibus erudiris: mecum es, nō quia præcepta mea compleueris, sed quōd te in longam regionem abire non passus sum: mecum es ad extremum, secundum illud quod locutus sum ad Dauid: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, uisitato in virga iniquitates eorum, & in flagellis iniustitias eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eis. Quo testimonio & id, in quo filius senior gloriatur, falsum esse conuincitur, dū in Dei iudicijs non ambulat, & eius mandata non facit. Et quo modo ista non faciens, cum patre semper fuisse dicitur? Dum peccans uisitatur in virga, & uisitato misericordia non negatur. Nec mirandum, patri eum ausum fuisse mentiri, qui fratri potuit inuidere; maxime cum in die iudicij quidam impudentius mentiantur, dicentes: Nonne in nomine tuo comedimus, & bibimus, & virtutes multas fecimus, dæmonia eiecimus? Quid uerō sit, Et omnia mea tua sunt, suo loco congruentius explicabitur. Et numquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer. Tantus, inquit, Israel sanguis effusus est, tot hominum cæsa sunt millia: & nullus eorum nostræ extitit salutis redemptor. Ipse Iosias, qui placuit in conspectu tuo, & nuper Machabæi, qui pro tua hereditate pugnabant, contra fas sanctitatis, hostium gladijs interempti sunt, & nullius cruor nobis reddidit libertatem. Ecce adhuc Romano imperio subiaceamus, non propheta, non sacerdos, non iustus quicquam immolatus est pro nobis. Et pro luxurioso filio, id est, pro gentibus, pro peccatoribus, totius creaturæ gloriosus sanguis effusus est. Cumq; merentibus minoribus non dederis, immeritis maioribus tribuisti. Numquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer. Erras Israel: dic potius, ut tecum epularer. Aut potest esse tibi aliqua iucunditas, nisi patre tecum celebrante conuiuium? Saltem exemplo docere præsentem. Reuerso filio iunioris, & pater lætatur, & pueri. Manducemus, ait, & epulemur, non manducate, & epulamini. At tu ea mente, qua inuides fratri, qua à patris recedis aspectu, & semper in agros es, nunc quoq; vis eo absente inire conuiuium. Numquam dedisti mihi hædum. Numquam pater deteriora dat munera: habes vitulum immolatum: ingredi, manduca cum fratre. Quid hædum quæris, cui agnus est missus? Et ne similes te nescire, quōd missus est, Ioannes tibi eum in eremo demonstrauit: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et pater quidem quasi clemens & pœnitentiam tribuens, te hortatur ad vitulum, non immolans hæ-

dum, quem stare scit ad sinistram. Tu uerò in fine sæculi ipse tibi es hædum immolaturus Antichristum, & cum amicis tuis, spiritibus immundis, eius carne saturandus, expleto uaticinio: Tu confregisti caput draconis magni: dedisti eum escam populis Æthiopiæ. Cum autem filius tuus hic, qui deuorauit omnem substantiam suam, viuens cum meretricibus, uenit, occidisti ei vitulum saginatum. Confiteatur & nunc Israel saginatum vitulum fuisse qui cæsus est: intelligunt uenisse Christum, sed torquentur inuidia; & nolunt, fratre non pereunte, saluari. Ipse autem dixit illi: Fili tu semper mecum es, & mea omnia tua sunt. Filium uocat, licet intrare nolentem. Quo modo autem Dei omnia Iudæorum sunt? Numquid angeli, throni, dominationes, ceteræque virtutes? Omnia ergo intelligamus, legem, prophetas, eloquia diuina. Hæc ei dedit, ut in lege eius meditaretur die ac nocte, secundum illum canonem quem sepe exposuimus scripturarum. Omnia non ad totum referenda esse, sed ad partem maximam, ut ibi: Omnes declinauerunt, simul inuites facti sunt. Et alibi, Omnes, qui uenerunt ante me, fures fuerunt & latrones. Et Paulus ad Corinthios, Omnibus, inquit, omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem. Et ad Philppenses: Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt, non ea, quæ sunt Iesu Christi. Quamquam nihil unquam illi negasse credendum sit, quem ad vituli hortatur esum. Epulari nos oportet, & gaudere, quoniam hic frater tuus mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus est. Confidamus igitur & nos uiuere posse per pœnitentiam, qui fueramus mortui per delicta. Et hic quidem ipse filius reuertitur: in superioribus uerò, in oue scilicet & in drachma, quod errauerat, assertur: & quod perierat, inuenitur: & simili tres parabole sine clauduntur, dum in ista ponitur, perierat, & inuentus est: ut intelligamus diuersis similitudinibus, de eadem peccatorum susceptione signatum. Et hæc quidem in ethnici persona dicta sint, & Iudæi. Videamus autem, quo modo super sancto generaliter & peccatore parabola ista possit intelligi. Et de ceteris quin iusto cōueniat, non ambigitur. Illud est, in quo legenti scrupulus commouetur, cur iustus salutis peccatoris inuideat, & intantum iracundia repleatur, ut nec fratris misericordia, nec patris precibus, nec totius domus iucunditate superetur. Ad quod breuiter respondebimus: Omnem mundi istius iustitiam, ad Dei comparisonem non esse iustitiam. Quo modo enim ex peccatis Hierusalem, Sodoma iustificatur, non quod ipsa sit iusta, sed quōd maioribus delictis fiant minor delicta; ita & hominum omnium uniuersa iustitia non est, Deo collata, iustitia. Denique Paulus, qui dixerat: Quorquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus: in alio loco confitetur, & clamat: O profundum diuinitatis sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et alibi: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Et: Nunc uidemus per speculum in ænigmate. Et ad Romanos: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ex quibus omnibus edocemur, Dei solius perfectam esse iustitiam, qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos, dat pluuiam ferotinum & matutinam, merentibus pariter & non merentibus, qui de vicis, angulis, & plateis inuitat ad nuptias; & ouem, quæ ad exemplum filij pœnitentis ipsa redire non poterat, vel nolebat, quærit, & inuenit, & inuentam suis humeris reportat. Multū enim errando laborauerat. Ut autem doceamur, in sanctos quoq; cadere posse inuidiam, & soli Deo purā clem-

Math. 13

Psal. 73

Luc. 18

Psal. 88

Math. 7
Luc. 134. Reg. 13
2. Mac. 7

Ioan. 1

Psal. 1

Psal. 13
Ioan. 18
1. Cor. 9

Philipp. 4

Math. 11

Philipp. 3
Rom. 11

1. Cor. 13

Rom. 7

Math. 5

Luc. 15

tiana

tiam derelinqui: filiorum Zebedæi consideremus
 exemplum: pro quibus cum mater, mota pietatis af-
 fectu, nimis grandia postulasset, reliqui decem disci-
 puli indignati sunt. Et Iesus aduocans eos dixit: Sci-
 tis quia principes gentium dominantur eorum, &
 qui maiores sunt, potestatem exercent in eis. non ita
 erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos ma-
 ior esse, sit vester minuter: & quicumque voluerit
 inter vos esse primus, sit vester seruus: quo modo fi-
 lius hominis non venit ministrari, sed ministrare, &
 dare animam suam redemptionem pro multis. Nul-
 li periculosum, nulli videatur esse blasphemum, quod
 & in apoltolos inuidiæ malû diximus potuisse sub-
 retere; cum etiam de angelis hoc dictum putemus.
 Sidera quippe non sunt munda in conspectu eius, &
 contra angelos suos peruersum quid intellexit. Et in
 psalmis dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo
 omnis viuens. Non ait, non iustificabitur omnis ho-
 mo, sed omnis viuens, id est, non euangelista, nõ apo-
 stolus, non propheta. Ad maiora concendo, non an-
 geli, non throni, non dominationes, non potestates,
 cæteræque virtutes. Solus Deus est, in quem peccata
 non cadit: cætera cum sint liberi arbitrij, iuxta
 quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei
 factus est, in vtramque partem possunt suam flectere
 voluntatem. Quod si hac sententia non adduceris,
 saltem illius auctoritate parabolæ commouere, in
 qua per totum diem operarij mittuntur ad vineam,
 & in prima hora vocantur Adam, Abel, Seth, in ter-
 tia Noë, in sexta Abraham, in nona Moyse, in vn-
 decima gentium populus, cui dicitur: Quid hic stas
 tota die otiosus? Et illi responderunt: nemo nos cõ-
 duxit. Quod autem extrema hora nostri sit Saluato-
 ris aduentus, testis est Ioannes Apostolus, dicens:
 Fratres, nouissima hora est. etenim sicut audistis,
 quia antichristus venit: nunc autem antichristi multi
 facti sunt, propter quod cognoscimus, quia nouis-
 sima hora est. Si hæc displicet interpretatio, sequor
 quocumque duxeris, ita tamen, vt eos, qui vocati
 sunt primi, iustos esse fatearis. quod cum obtinuerò,
 illud inferam: & quo modo iusti murmurauerunt
 aduersum patrem familias, dicentes: hi nouissimi ve-
 nerunt, & vna hora fecerunt: æquales illos nobis fe-
 cisti, qui portauimus pondus diei & æstus? Videntur
 quidem iuste dicere, non æqualem debere esse mer-
 cedem eius, qui à prima hora ad noctem vsque suda-
 uerit, & eius, qui vna hora sit in labore versatus. Sed
 ista iustitia habet in se liuorem, cum alterius inui-
 deat felicitati. Denique & Dominus oculum in eis
 arguit inuidentem, dicens: An oculus tuus nequam
 est, quia ego bonus sum? Vnde & ab Apostolo solus
 iustus, solus dicitur immortalis: nõ quod angeli sint
 iniusti, & mortales; sed quod ipse sit immortalis &
 iustus; cui collata vniuersa iustitia, iniquitas inue-
 nitur. Vt autem in hac eadem parabola, quam nunc
 proposuimus, iniustitiam intelligas conductorum,
 attende paulisper: Qui prima hora conductus est,
 plus meretur ab eo, qui hora tertia missus est ad vi-
 neam: rursus hora tertiæ operarij, sextæ horæ ope-
 rarij antecedit: & sextæ horæ, nonæ horæ vincit
 operarij. Quo modo igitur nouissimo omnes in-
 uident, & eandem inter se iustitiam non requirunt?
 tu, qui hora nona conductus es, cur inuides ei, qui
 vndecima hora est missus in vineam? Quodcumque
 responderis, quamuis diuersum asserueris laborem,
 vt & præmium maius in diuerso labore merearis, ei-
 dem apud sextum sententiæ subiacebis. Et tu, qui
 hora sexta conductus es, nouissimo inuides, cur te-
 cum denarium, id est, æqualem consequatur salu-

tem: licet salutis pro labore diuersa sit gloria: eadem
 de te potest tertius dicere, & de tertio rursus pri-
 mus. Verum ipsi inter se, ob non æqualem laborem,
 & vocationis spatia diuersa, æquale præmium liben-
 ter accipiunt; in nouissimo tantum operario, id est, in
 gentium salute discordant; & domino iniuriam fa-
 ciunt, & sub omnibus parabolis arguuntur inuidia.
 Non ambigo, quin inculta tibi nostræ paruitatis vi-
 deatur oratio: sed sæpe causatus sum, expoliri non
 posse sermonem, nisi quem propria manus limaue-
 rit. Itaque ignosce dolentibus oculis, id est, ignosce
 discanti, maximè cum in ecclesiasticis rebus non
 querantur verba, sed sensus, id est, panibus sit vita
 sustentanda, non filiquis.

HIERONYMVS AMANDO

EPISTOLA CXLVII.

ARGVMENTVM.

AMANDVS presbyter quæsierat à Hieronymo, quid
 significet in euangelio, Nolite solliciti esse de crastino, &c.
 Et rursus apud Paulum, Omne peccatum, quod fecerit ho-
 mo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum
 peccat. & tertio illud eiusdem. Oporteret eum regnare, donec
 ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, &c. Postremò,
 an vxor Sodomitam virum relinquere, alterumque eo di-
 missò accipere, & mulier, quæ id fecit, absque penitentia
 sumere Eucharistiam possit. nunc ad singula piè, & eruditè
 respondet vir sanctus.



REVIS epistola longas non valet ex-
 planare quæstiones, & in arcum multa
 concludens, stringere verbis, quod sensu-
 bus dilatatum est. Interrogas, quid si-
 gnificet illud in euangelio iuxta Ma-
 thæum: Nolite solliciti esse de crastino, sufficit enim
 diei malitia sua. Crastinum, in scripturis sanctis, fu-
 turum tempus significat: sicut & Jacob in Genesi lo-
 quitur: Exaudiet me cras iustitia mea. Et vbi altare
 extruitur à duabus tribubus Ruben & Gad: & di-
 midia tribu Manasse, & à cuncto Israele ad eas lega-
 tio mittitur, cum Phinees pontifici responderent: ac-
 circo se altare fecisse, ne cras filijs suis colèdi Deum
 possessio denegaretur. Et multa istiusmodi in veteri
 reperies instrumento. Qui ergo de futuris nos cogi-
 tare prohibuit, concessit de præsentibus, propter hu-
 manæ vitæ fragilitatem. Quod autem adjicit, Suffi-
 cit diei malitia sua: hoc modo intellige: sufficit nobis
 de præsentibus huius sæculi cogitare angustijs.
 Quid necesse est sensum ad incerta & futura exten-
 dere, quæ aut consequi non possumus, aut forsitan
 cito inuenta perdamus? *Karita* enim, quam Latinus
 vertit in malitiam, apud Græcos duo significat, &
 malitiam, & afflictionem, quam *καταστροφή* Græci di-
 cunt, & hic magis pro malitia transferri debuit affli-
 ctio. Quod si contentiosè quis ducitur, nolens *καταστροφή*
 afflictionem sonare & angustias, sed malitiam: illo
 sensu explanandum est, quo mundus in maligno,
 hoc est in malo positus sit, & in Dominica oratione,
 dicimus: Libera nos à malo: vt sufficiat nobis contra
 malitiam huius sæculi præsens habere cerramen. In
 secundo quæstio loco, de beati apostoli Pauli prima
 ad Corinthios epistola, in qua loquitur: Omne peccatum,
 quod fecerit homo, extra corpus est: qui autem
 fornicatur, in corpus suum peccat. Legamus
 ergo paulo superius, & sic ad hæc verba veniamus,
 ne de extremis partibus, & vt ita dicam, cauda capi-
 tuli, totam sententiam nosse cupiamus, Corpus, in-
 quit, non fornicationi, sed Domino, & Dominus
 corpori. Deus autem, qui Dominum suscitauit, &

Ioh. 1. 4
I. Gal. 142

Gen. 3

I. Mat. 10

I. Ios. 11

I. Tim. 2

I. Mat. 6

Gen. 30
Ios. 12I. Ios. 4
I. Mat. 6

I. Cor. 6

nos cum illo sustentabit per virtutem suam. Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt: Tollēs ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Abiit. An nescitis, quia qui coniungit se meretrici, vnū corpus est? Erant enim, inquit, duo in carne vnā. Qui autem coniungit se Domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationē. Omne peccatum, quodcumq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Et reliqua. Sanctus Apostolus contra luxuriam disputans, & in superioribus dicit: Ecce veni, & venter escis: Deus autem & hunc, & nias destruet: consequenter venit ad fornicationem. Etenim luxuria mater libidinis est: ventremq; distētum cibo, & vini potuibus irrigatum, voluptas genitalium sequitur: atque, vt alibi dictum est, pro mēbrorum ordiē, ordo vitiorum est. Omne itaque peccatum, verbi gratia, furtum, homicidium, rapina, perurium, & cetera his similia, post factum pœnitentiam habent, & licet inuiter lucrum, tamen mordet conscientia. Voluptas sola, ac libido, etiam in ipso tempore pœnitendi, præteritos stimulos patitur, & uitillationem carnis, & incentiuā peccati: vt per hæc, quæ corrigi cupimus cogitantes, rursum sit materia delinquendi. Aliter. Cetera peccata fornicationis sunt. Quidquid enim egerimus, in alios agimus: fornicatio non solum conscientiam fornicantis, sed & corpus maculat: ac secundum sententiam Domini, qua ait: Propter hoc reliquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vnā: etiam ipse cum meretrice vnus corpus efficitur, & peccat in corpus suum, dum templum Christi, facit corpus esse meretricis. Dicamus & aliter, ne vltam Græcorum sententiam præterire videamur. Aliud est, peccare per corpus; aliud, in corpore. Furtum, homicidium, & cetera absque fornicatione peccata, manu administramus extrinsecus: fornicatio sola intrinsecus in corpore nostro exercetur à nobis, non per corpus in alios. & per præpositio ministerium habet: in autem, in se passionem. Sunt qui ita edisserant, quod secundum scripturam vxor viri corpus sit, & quicumque fuerit fornicatus, peccet in corpus suum, hoc est in vxorem, dum eam sua fornicatione commaculat, & facit eam non peccantem, sua commixtione peccare. Tertia, id est, extrema propositio tua fuit de eadem Apostoli epistola; vbi de resurrectione disputans, venit ad eum locum, in quo scriptum est: Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Nouissimè autem inimica destructur mōris: omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius. Cum autem dixerit, quia omnia subiecta sunt ei: haud dubium, quin præter eum, qui subiecit ei omnia. Cum verò subiecta ei fuerint omnia, tunc & ipse filius subieciatur ei, qui sibi subiecit omnia: vt sit Deus omnia in omnibus. Et miror te hoc à me querere voluisse, cum sanctus Hilarius, Pictauiensis episcopus, vndecimum librum contra Arianos hac questione & solutione cōpleuerit. tamen pauca saltem dicamus. Omne in hoc scandalum est, quare filius patri subiectus esse dicatur. Quid est turpius, siue inferius, patri subieci, (quod sæpe pietatis est, vt in psalmo scribitur: Nonne Deo subiecta erit anima mea?) an crucifigi, & maledictum crucis fieri? Maledictus enim omnis, qui pendet in ligno. Qui ergo pro nobis maledictum factus est, vt nos de maledictione liberaret, miraris si pro nobis subiectus sit, vt nos patri faciat esse subiectos, dicens in euangelio: Nemo vadit ad patrem, nisi per me: & cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me: Christus in ijs, qui fideles sunt, subiectus est pa-

tri: quia omnes credentes, immo omne hominum genus, corporis ipsius membra reputantur. In ijs autem, qui increduli sunt, id est, Iudæis, & ethnicis, & hæreticis, in subiectus esse dicitur, quia pars membrorum eius non est subiecta fidei. In fine autem mundi cum omnia membra regnantem viderint Christum, id est, corpus suum, etiam ipsa subieciuntur Christo, id est, corpori suo, vt omne Christi corpus subieciatur Deo, & patri: vt sit Deus omnia in omnibus. Non ait, vt sit pater omnia in omnibus, sed vt sit Deus: quod proprium nomen est trinitatis, & tam ad patrem, quam ad filium & Spiritum sanctum referri potest, vt humanitas subieciatur diuinitati. Humanitatem hoc loco dicimus, non mansuetudinem, & clementiam, quam Græci φιλαυθροσύνη vocant, sed omne humanum genus. Porro, quod ait, vt sit Deus omnia in omnibus, hoc sensu accipiendum est: Dominus atque Saluator noster nunc omnia nō est in omnibus, sed pars in singulis. Verbi gratia, in Salomone sapientia, in Dauid bonitas. In Iob patientia, in Daniele cognitio futurorum, in Petro fides, in Phinees & Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in cæteris cetera. Cum autem rerum omnium finis aduenierit, tunc omnia in omnibus erit, vt singuli sanctorum omnes virtutes habeant, vt sit Christus totus in cunctis. Reperi iunctam epistolæ & commentariolo tuo breuem chartulam, in qua hæc indita ferebantur. Querendum ab eo, id est, à me, vtrum mulier, relicto viro adultero, & sodomita, & alio per vim accepto, possit absque pœnitentia communicare ecclesie, viuente adhuc eo, quæ prius reliquerat. Quod legens, illius versiculi recordatus sum: Ad excusandas excusationes in peccatis. Omnes enim homines vitij nostris fauemus, & quod propria facimus voluntate, ad naturæ referimus necessitatem. Quo modo si dicat adolescens, vim patior corporis: me ad libidinem ardor impellit: ipsa organa membrorum genitalium, & compositio corporis, femineos quærit amplexus. Et rursum homicida, in egestate, inquit, eram, indigebam cibo, tegmen corporis non habebam: ideo alienum sanguinem fudi, ne ipse fame & frigore morerer. Responde itaq; forori, quæ à nobis super suo statu quærit, non nostram, sed Apostoli sententiam. An ignoratis fratres, (scientibus enim legem loquor) quoniam lex dominatur homini, quanto tempore viuit? Mulier enim, quæ sub viro est, viuente viro adstricta est legi. Quod si mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri. Ergo, viuente viro, adultera erit, si duxerit alterum virum. Et in alio loco: Mulier alligata est, quanto tempore viuit vir eius. si autem dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino. Omnes igitur causationes Apostolus amputans, apertissimè definiuit, viuente viro adulteram esse mulierem, si alteri nupsierit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris persuasionem, patris auctoritatem, propinquorum cateruam, feruorum insidias atque contemptrum, damna rei familiaris. Quamdiu viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitij omnibus cooperatus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria auctoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in euangelio: Qui dimittit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœcham, & qui dimissam acceperit, adulter est. Animaduerte, quid dicat: Qui dimissam acceperit, adulter est: siue ipsa dimiserit virum, siue à viro dimissa sit, adulter est qui eam acceperit. Vnde & apostoli grauè coniungij

Cen. 2

Mar. 10

1. Cor. 6

Marc. 10

1. Cor. 13

Psal. 61
Deut. 21

Ioan. 14. 12

Psal. 143

Rom. 7

1. Cor. 7

Math. 1

farcinam

Math. 19 **f**arcinam intelligentes, Si ita est, inquit, non expedit homini vxorē accipere. Ad quos dominus, **Q**ui potest, inquit, capere, capiat. Statim que sub exēplo trium eunuchorum, virginittis infert beatitudinē, quæ nulla carnal lege retinetur. Neque satis animaduertere potui, quid sit, quod dicere voluit, alio viro per vim accepto. **Q**uid est, per vim accepto: Cōgregata videlicet multitudine, nolentem rapuit: & quare postea raptorē rapta non dimisit? Legat libros Deut. 22 **M**oyfi, & inueniet desponsatam viro, si in ciuitate fuerit oppressa, & nō clamauerit, puniri quasi adulteram: si autem in agro oppressa sit, innoxiam esse à scelere, & violentum legibus subiacere. Ergo & ista foror, que, vt dicit, vim passa est, vt alteri iungeretur, si vult corpus Christi accipere, & non adultera reputari, agat penitentiam, ita dumtaxat, vt secundo viro qui non appellatur vir, sed adulter, à tempore penitentia non copuletur. quod si ei durum videtur, & semel dilectū non potest derelinquere, nec præferre Dominum voluptati, audiat Apostolum conclamātem: Non potestis calicem Domini bibere, & calicē dæmoniorum: non potestis mensē Domini cōmunicare, & mensē dæmoniorum. Et in alio loco: **Q**uæ cōmunicatio luci, ac tenebris? qui consensus Christi, & Belial: Rem nouam loquor, immo non nouā, sed veterem: quæ veteris testamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum virum, & recōciliari voluerit priori, nō potest. scriptum est enim in Deuteronomio: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenit gratiam in cōspectu eius propter aliquam scēditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manus eius; & dimittet eam de domo sua: cumque egressa alterū maritū duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certē mortuus fuerit; non poterit prior maritus recipere eā in vxorem; quia polluta est, & abominabilis facta est corā Domino. Nec peccare facias terram tuam, quam dominus Deus tuus tradidit tibi possidendam. Vnde obsecro te, vt consolēris eam, immo prouoces ad salutem. Putridæ carnes ferro indigent, & cauterio: nec est medicinæ culpa, sed vulneris; cum, clementi crudelitate, non parcit medicus, vt parcat, sc̄uit, vt misereatur.

HIERONYMVS MARCELLÆ.

EPISTOLA CXLVIII.

ARGVMENTVM.

QVINQVE quæstiones, quas ei exoluendas Marcella, nobilis, & amicissima sœmina, proposuerat, D. Hieronymus nunc exponit.

1. Cor. 2



MAGNIS nos prouocas quæstionibus, & torpens otio ingenium dū interrogas, doces. Prima tua sc̄ificatio fuit, que sint illa, que nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus ijs, qui diligunt eū. Et quo modo rursus idem Apostolus inferat: Nobis autem reuelauit Deus per spiritū suū. Et si reuelatū est Apostolo, intelligere debeamus, quōd & ille alijs reuelauerit. Ad quæ breuis respōsio est, nō debere nos querere, quid sit illud, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Si enim ignoratur, quo modo sc̄iri potest: Quod pmittitur in futuro, nō cernitur in præsentī. Spes enim, quæ videtur, non est spes, sed iam certa possessio: quo modo si velit quispiam dicere, ostende mihi quōd inuisibile est: loquere, quod audiri non potest: expone, quod cogitatio non

Rom. 8

comprehendit humana. Ergo hoc sensu Apostolus dixisse credendus est, quōd carnalibus oculis, & aure carnali, & cogitatione mortali nō possunt spiritalia comprehendī. Et si enim noueram quondam Iesum secundum carnem, sed nūc iam non nouimus eum. Et in Ioannis epistola scribitur: Carissimi, nunc filij Dei sumus, & necdum manifestū est quod futuri sumus. scimus enim, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. Quodque reuelatum sibi & sanctis per spiritum esse testatur, non statim sequitur, vt ipse alijs reuelauerit. Alioquin audiuit & in paradiso verba ineffabilia, quæ alijs narrare nō poterat: aut, si narrauit, nequaquā ineffabilia sunt. Secunda quæstio fuit, in qua dicit legisse te per transitum in opusculis meis, quōd agni, qui stant à dextris, & hædi, qui stant à sinistris, Christiani sint, atque gentiles, & non potius boni, & mali. Non memini me hoc aliquādo dixisse: & si dixissem, non essem in errore pertinax. Quantum autem dictanti subitō occurrit, in secundo volumine cōtra Iouinianum super hoc capitulo disputasse me noui, & non solum super hoc, sed & de eo, quod in eadem quæstionem cadit, vbi pisces mali à bonis piscibus separabuntur. Quod ergo ibi plene dictum est, nunc omittendum videtur. Tertio interrogaueras, quod dicit Apostolus in aduentu Domini Saluatoris, rapi quosdam viuentes obuiam in nubibus, ita vt non præueniantur ab ijs qui in Christo dormierūt: visque nosse, vt rum sic occurrant in corporibus, vt non ante moriantur, cum & Dominus noster mortuus sit, & Enoch atque Elias secundum Apocalypsim Ioannis morturi esse dicantur: ne scilicet vllus sit, qui nō gustauerit mortem. Hoc ex ipsius loci contentia sc̄iri potest, quōd sancti, qui in aduentu Saluatoris fuerint deprehensi in corpore, in iisdem corporibus occurrant ei, ita ramen, vt in gloriam, & corruptiuū, & mortale, gloria, & incorruptione, & immortalitate mutetur, vt, qualia corpora mortuorum futura sint, in talem substantiam etiam viuorum corpora transformentur. Vnde dicit in alio loco Apostolus: Propter quod nolumus expoliari, sed superuestiri: vt absorbeat mortale hoc à vita, ne scilicet corpus ab anima deferatur, sed, anima habitante in corpore, fiat inclytum, quod ante in gloriam fuit. De Enoch autem, & Elia, quos venturos Apocalypsis refert, & esse morituros, non est istius temporis disputatio: cum omnis ille liber aut spiritaliter intelligendus sit, vt nos existimamus; aut, si carnalem interpretationem sequimur, Iudaicis fabulis acquiescendum sit, vt rursus ædificetur Hierusalem, & hostiæ offerantur in tēplo, & spiritali cultu immutato, carnales obtineāt cærimoniz. Quartum est, quod quæstisti, quo modo in Ioannis euangelio post resurrectionem dicatur ad Mariam Magdalenam: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meū. Et rursus in Mattheo scriptum sit, quōd ad vestigia Saluatoris mulieres corruerint: cum utique non sit id ipsam tangere post resurrectionem pedes eius, & non tãgere. Maria Magdalena ipsa est, à qua septem dæmonia expulerat; vt, vbi abundauerat peccatum, superabundaret gratia: quæ quia Dominum hortulanum putabat, & quasi cum homine loquebatur, & quærebat viuentem cum mortuis, recte audiuit: Noli me tangere. Et est sensus: Non mereris meis hærete vestigijs, nec adorare quasi Dominum, nec eius tenere pedes, quem non existimas surrexisse. tibi enim necdum ascendi ad patrem meum. Ceteræ verò mulieres quæ pedes tangunt, Dominum confitentur, & merentur eius hærete vestigijs, quem ad

2. Cor. 8

1. Ioh. 3

2. Cor. 12

Matth. 23

1. Cor. 10

2. Cor. 6

Matth. 23

1. Thest. 2

Deut. 24

Apoct. 14

Psal. 28

1. Cor. 13

2. Cor. 13

Apoct. 11

Ioh. 20

Matth. 28

Matth. 16

Rom. 7

Ioh. 12

Luc. 24

patre

Math. 27
Luc. 23

Hier. 23
Esa. 66

Esa. 40
Psalm. 138

patrem ascendisse confidunt. Quamquam, etiam si eadem mulier diuersis in euangelijs & tenuisse pedes, & non tenuisse referatur, facilis solutio fit: cum potuerit corrigi primum quasi incredula, & postea non repelli, quasi ea, quæ errorem confessione mutauerat. Quod & de latronibus intelligi potest, cum alius euangelista verumque blasphemasse, alius narret alterum esse confessum. Extrema scheda continebat, verum post resurrectione, quadraginta diebus Dominus cum discipulis conuersatus sit, & nunquam alibi fuerit, an latenter ad cælum ascenderit, atque descenderit, & nihilominus apostolis suam præsentiam non negarit. Si dominum Dei filium consideres, de quo sermo est, & illum esse, qui loquitur: Nonne cælum & terram ego repleo, dicit Dominus; Et de quo alius propheta testatur, Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum: Et rursum alibi: Qui tenet cælum palmo, & terram pugillo. De quo Dauid canit: Quo ibo à spiritu tuo: & à facie tua quo fugiam: si accendero in cælum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades: Et si habitauero in extremis maris: etenim ibi manus tua deducet me, & continebit me dextera tua: profecto non ambiges, etiam ante resurrectione sic in Dominico corpore habitasse Deum verbum, ut & in patre esset, & cæli circulum eluderet, atque in omnibus infusus esset, & circumfusus, id est, ut cuncta penetraret interior & contineret exterior. Stultum est igitur, illius potentiam vnus corpusculi paruitate finiri, quem non capit cælum: & tamen ibi manus erat, etiam in filio hominis totus erat. Diuina quippe natura, & Dei sermo in partes secari non potest, nec locis diuidi: sed, cum vbi que sit, totus vbi que est. Erat igitur vno eodemque tempore & cum apostolis quadraginta diebus, & cum angelis, & in patre, & in extremis maris finibus erat: in omnibus locis versabatur, cum Thoma in India, cum Petro Romæ, cum Paulo in Illyrico, cum Tito in Creta, cum Andrea in Achaia, cum singulis apostolis & apostolicis viris in singulis cunctisque regionibus. Quod autem dicitur, quosdam deserere, vel non deserere: non naturæ illius terminus ponitur, sed eorum merita describuntur, apud quos esse, vel non esse dedignatur.

HIERON. AD MARCELLAM
DE BLASPHEMIA IN SPIRITUM SANCTUM.

EPISTOLA CXLIX.

ARGUMENTVM.

QVOD sit blasphemia in spiritum sanctum, & quod irremissibile non sit peccatum, Christum post fidem negare, Nouatianos conuincendo, eidem Marcellæ exponit.



REVIS est quæstiuicula, quam misisti: & aperta responsio est. Si enim de eo, quod in euangelio scribitur: Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro: Nouatianus affirmat: non posse peccare in spiritum sanctum, nisi eum, qui Christianus sit, & postea negauerit: manifestum est Iudeos, qui eo tempore blasphemabant, peccato blasphemie non teneri: quippe qui impij coloni interfectis prophetis de nece Domini cogitabant: & intantum erant perdit, ut ad saluandos eos se Dei filius venisse respon-

Math. 24
Marc. 3

Math. 21
Math. 23

Ioan. 10

derit. Vnde de toto ipsius scripturæ ordine conuincendus est, non ijs irremissibilem esse dictam blasphemiam, qui tormentis compulsi, & varijs euiscerati cruciatibus, Dominum denegassent, sed ijs, qui cum in virtutibus videant opera Dei, calumniantur & clamitant, demonis esse virtutem, & omnia signa, quæ facta sunt, non ad diuinam magnificentiam, sed ad diabolum pertinere. Vnde & Saluator noster toto responsionis suæ hoc agit argumento, ut doceat, non posse satanam ciici à satana, & regnum eius inter se non esse diuisum. Cum enim diaboli studium sit, Dei lædere creaturam: quo modo eiusdem poterit esse voluntatis, sanare languentes, & se ipsum de obsessis fugare corporibus? Probet itaque Nouatianus aliquem de ijs, qui sacrificare compulsi sunt ante tribunal iudicis, respondisse omnia, quæ in euangelio scripta sunt, non à filio Dei, sed à beelzebub principe dæmoniorum fuisse perfecta: & tunc poterit approbare, irremissibilem in spiritum sanctum esse blasphemiam. Ut autem & acutius aliquid interrogetur, respondeat, quid sit, contra filium hominis dicere, & in spiritum sanctum blasphemare. Ego quippe assero iuxta sensum illius, eos, qui Christum in persecutione negauerint, contra filium hominis dixisse, & non in spiritum sanctum blasphemasse. Qui enim interrogatur, an Christianus sit, & Christianum se non esse responderit, utique negando Christum, hoc est filium hominis, spiritui sancto non facit iniuriam. Si autem, Christum negando, negauit & spiritum: edisserat hæreticus, quo modo non peccet in spiritum, qui filium hominis denegauerit. Aut, si spiritum sanctum hoc loco intelligendum patrem putat, patris nulla est à negatore mentio facta, cum negaret. Petrus Apostolus eo tempore, quo ancillæ interrogatione perterritus, Dominum negauit, in filio hominis, an in spiritum sanctum videtur commisisse peccatum? Si id, quod ait, Nescio hominem, ridicule voluerit interpretari, non Christum eum negasse, sed hominem: mendacem faciet Saluatorem, qui se, hoc est filium Dei, negandum esse prædixerat. Si autem negauit filium Dei, vnde & amare fleuit: & trinam negationem trina postea confessione deleuit: manifestum est, peccatum in spiritum sanctum ideo non posse dimitti, quod habeat blasphemiam: ut, cum videas in virtutibus Deum, Beelzebub calumniaris in factis. Doceat igitur, aliquem negatorem Beelzebub vocasse Christum, & vltro referam gradum, negatorem non posse veniam consequi post ruinam, quia aliud est tormentis cedere, & se Christianum negare: aliud Christum diabolum dicere, sicut tibi ipsa scriptura, atque contextus lecta attentius poterunt demonstrare. Fuerat quidem prolixius differendum: sed quoniam amicis, & qui ad nostrum hospitium conuenerunt, præsentiam nostram negare non possumus, & tibi non statim respondere, admodum visum est arrogantis, latam disputationem breui sermone comprehendimus, ut non tam epistolam, quam commentariolum dictaremus.

Math. 14
Marc. 3
Luc. 11

Math. 26

Ioan. 11

HIERONYMVS HEBIDIÆ.

EPISTOLA CL.

ARGUMENTVM.

HEBIDIA, à Paterio rhetore, & Delphidio poeta, oratoreque apud extremos Gallos nobilis exorta femina, misso in Bethlehem Apodemio, duodecim quaestiones D. Hieronymo explicandas proposuerat, is nunc eas non minus pie, quam doctè, post laudatam mulierem, sigillatim enucleat.

IGNOTA



INOTA vultu, fidei mihi ardore
notissima, de extremis Galliæ finibus
in Bethlemítico rure latitantem ad
respondendum prouocas, de sancta-
rum quasiunculis scripturarum, per
hominem Dei, filium meum, Apode-
mum commentariolum dirigens: quasi verò nõ ha-
beas in tua prouincia disertos viros, & in lege Dei
perfectos: nisi fortè experimentum magis nostri, quã
doctrinam flagitas; & vis scire, quid de ijs, quæ ab alijs
audisti, nos quoq; sentiamus. Maiores tui, Paterius,
atque Delphidius; quorũ alter, ante quã ego nas-
cerer, rhetoricam Romæ docuit; alter, me iam ado-
lescentulo, omnes Gallias prosa versuq; suo illustra-
uit ingenio, iam dormientes & taciti me iure repre-
hendunt, quoddã audeam ad stirpem generis sui qui-
piam mullitare: licet concedens eis eloquentiæ ma-
gnitudinem, & doctrinam sæcularium litterarũ, me-
rito subtraham scientiam legis Dei: quam nemo ac-
cipere potest, nisi ei data fuerit à patre luminum, qui
illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mũ-
dum; & itar mediũ credentium, qui in nomine eius
fuerint congregati. Vnde liberè profiteor; nec dictũ
superbè pertimesco, me scribere tibi nõ in doctis hu-
manæ sapientiæ verbis, quam Deus destructurus est,
sed in verbis fidei, spiritualibus spiritualia comparã-
tem: vt abyssus veteris testamenti inuocet abyssum
euangelicam, in voce cataractarum, id est, prophetarum
& apostolorum suorum, & veritas Domini per-
ueniat vsque ad nubes: quibus mandatũ est, ne su-
per incredulũ Israel imbrem pluerent, sed vt riga-
rent arua gentilium, & torrentem spinarum ac mare
mortuum dulcorarẽt. Ora igitur, vt verus Elifusus ster-
riles in me & mortuas aquas viuificet, & apostolorũ
sals, quibus dixerat: Vos estis sal terræ; meum holsu-
culum condiat: quia omne sacrificium, quod absq;
sals est, Domino non offertur. Nec fulgore sæcularis
eloquentiæ delecteris, quam vidit Iesus quasi fulgur
cadentem de cœlo: sed potius eum respice, qui non
habet decorem, nec speciem; homo in plagis positus
& sciens ferre infirmitatem, & quidquid ad proposi-
ta respondero. scias me non confidentia respondisse
sermonis, sed eius fide, qui pollicitus est, Aperi os
tuum, & ego implebo illud.

QVÆSTIO PRIMA.

INTERROGAS, quo modo perfectus esse quis
possit, & quo modo viuere debeat vidua, quæ sine
liberis derelicta est. Hoc idem in euangelio legis
doctor interrogat. Magister, quid faciens, vitã æter-
nam possidebo? Cui respondit Dominus: Mandata
nostri? Dicit ille: Quæ? Iesus autem dixit: Non homi-
cidium facies, non adulterium, nõ furtum, non fal-
sum dices testimonium: honora patrem & matrem,
& diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et illo di-
cente, Hæc omnia feci, Dominus intulit: Vnum tibi
deest: Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quæ
habes, & da pauperibus; & veni, sequere me. Itaq; &
ego tibi Domini nostri respondebo sermonibus. Si
vis esse perfecta, & tollere crucẽ tuam, & sequi Do-
minum Saluatorem, & imitari Ferrum dicentẽ: Ecce
nos dimisimus omnia, & secuti sumus te: vade, & vẽ-
de omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere
Saluatorem. Non dixit, da filijs, da fratribus, da pro-
pinquis; quos etiã si haberes, iure ijs Dominus præ-
ferretur; sed da pauperibus; immo da Christo, qui in
pauperibus pascitur: Qui cum diues esset, pro nobis
pauper factus est: qui loquitur in tricesimo nono psã-
mo: Ego autem mendicis sum, & pauper: & Domi-
nus sollicitus est pro me. Statimq; quadragesimi psã-

mi de eo exordiũ est: Beatus, qui intelligit super egen-
um, & pauperem. Intelligentia opus est, vt post in-
telligentiã beatitudinẽ sciatur quis sit egenus & pau-
per: non vtique ille, qui medicitate & iqualore coo-
pertus est, & tamẽ non recedit à vitijs, sed de quibus
Apostolus loquitur: Tantum vt pauperum memores
essimus. Ob quorum refrigeria laborant Paulus &
Barnabas in Ecclesijs gentium, vt collectæ fieret per
primam sabbathi: & hanc ipsam oblationem nõ per
alios, sed per se deferre festinat ijs, qui suas pro Chri-
sto amiserunt substantias, qui persecutiones passi sunt,
qui dixerunt patri suo & matri, vxoribus & liberis:
Non nouimus vos. Hi impleuerunt voluntatem pa-
tris, & audierunt dicentem Dominum Saluatorem:
Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui faciunt volũ-
tatem patris mei. Et hæc dicimus, nõ quod in paupe-
res Iudæos, siue gentiles, & omnino cuiuslibet gẽtis
sint pauperes, prohibeamus faciendam eleemosynã;
sed quod Christianos & credentes pauperes incre-
dulis præferamus; & inter ipsos Christianos sit multa
diuersitas, vt rum peccator, an sanctus sit. Vnde & A-
postolus passim in omnes misericordiam probãs, in-
fert: Maxime in domesticis fidei. Domesticis fidei
est, qui eadem tibi religione coniungitur, quẽ à con-
sortio fraternitatis peccata non separant. Quod si
de inimicis quoque nobis præcipitur, vt si esurierint,
demus eis cibum, si sitierint, demus eis potum; & hæc
faciẽtes congregemus carbones super caput eorum,
quãto magis de ijs, qui nõ sunt inimici, & qui Chri-
stiani sunt, atque sancti? Neque verò hoc, quod dicitur:
Hoc enim faciens, carbones ignis congregabis
super caput eius: in malam partem accipiendum est,
sed in bonam. Quando enim inimicis nostris præbe-
mus beneficia; malitiam eorũ nostra bonitate supe-
ramus, & mollimus duritiã, irarumq; animum ad
mollitiã & beneuolentiã flectimus, atque ita con-
gregamus carbones super capita eorum, de quibus
scriptum est: Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonibus
desolatorijs: vt quo modo de altari à seraphin carbo
sublatus, propheta labia purgauit; ita & inimicorum
nostrorum peccata purgentur; & vincamus in bono
malum; & benedicamus maledicentibus; & imita-
mur patrem nostrum, qui solem suum oriri facit su-
per bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.
Igitur & tu, quia paucos habes filios, plurimos fac tibi
amicos de iniquo mãmona, qui te recipiãt in æter-
na tabernacula. Pulchrè dixit, de iniquo: omnes
enim diuitiã de iniquitate descendunt; & nisi alter
perdiderit, alter nõ potest inuenire. Vnde & illa vul-
gata sententia mihi videtur esse verissima: Diues aut
iniquus, aut iniqui heres. Quod cum legis doctor au-
disset, & ferre non posset, quia habebat diuitias mul-
tas, conuersus Dominus ad discipulos, ait: Quãdã dif-
ficile, qui diuites sunt, intrare possunt in regna cœlo-
rum. Non dixit impossibile, sed difficile: licet exem-
plum posuerit impossibilitatis. Facilius est camelum
per foramen acus transire, quã diuitem intrare in
regnum Dei. Hoc autem non tam difficile est, quã
impossibile. numquam enim fieri potest, vt camelus
transcat per foramẽ acus. numquam igitur diues in-
trare poterit regna cœlorũ. Sed camelus tortuosus, &
curuus est, & graui sarcina prægrauatur. Et nos ergo,
quando prauas ingredimur semitas, & rectã Domini
viã dimittimus, & oneramus mundi diuitijs, siue
pondere delictorum, regnum Dei ingredi non valemus.
Quod si deponamus grauiissimã sarcinã, & as-
sumamus nobis pennas columbæ; volabimus & re-
quiescemus, & dicetur nobis: Si dormias inter me-
dios clerøs, pennæ colubæ de argentatæ, & posteriora
dorsũ

1. Cor. 1
Ios. 1
Marth. 18

1. Cor. 2
Psãl. 41

1. Reg. 2
Marth. 5

Leuit. 2
Luc. 10

Esa. 53

Psãl. 80

Marth. 19

Marth. 10

1. Cor. 8

Gal. 8
Rom. 28

Deut. 39
Marth. 12

Gal. 8
Rom. 28

Psãl. 119

Esa. 5
Rom. 12
Marth. 5

Luc. 16

Marth. 19
Marth. 10
Luc. 18

Psãl. 34. 57

dorsi eius in pallore auri. Dorsum nostrum, quod prius informe erat, & graui farcina premebatur, habeat nitorem auri, quod interpretatur, in sensu, & alas de-argentatas, quæ intelliguntur eloquia scripturarum: & regnum Dei intrare poterimus. Dicunt Apostoli se omnia, quæ sua fuerant, dimisisse; & mercedem pro hac virtute audacter exposcunt. Quibus respondit Dominus: Omnis, qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. O quanta beatitudo, pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro mortuis semper viuere, & habere Dominum debitorem. Si qua autem vidua habet liberos, & maxime si nobilis familiae est, egentes filios non dimittat, sed ex æqualitate eos amet, & ut meminerit primam animæ suæ, & ipsam putet esse de filiis, & partiat potius cum liberis, quam omnia filiis derelinquat: immo Christum liberorum suorum faciat coheredem. Respondere bis: difficile est, durum est, & contra naturam. Sed Dominum audies tibi respondentem: **Qui potest capere, capiat.** Et si vis esse perfecta, non tibi iugum necessitatis imponit, sed potestati tuæ liberum cõcedit arbitrium. Vis esse perfecta, & in primo stare fastigio dignitatis: fac, quod fecerunt apostoli, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere Saluatorem, & nudam solamque crucem nuda sequaris & sola. Non vis esse perfecta, sed secundum vis tenere gradum virtutis: dimitte omnia, quæcunque habes, da filiis, da propinquis, nemo te reprehendit, si inferiora sceleris, dum modo illa scias tibi iure prælatam, quæ elegerit prima. Dices: hoc apostolorum est, & virorum: mulierem autem nobilem non posse omnia vendere, quæ multis adiumentis huius vitæ indigeat. Audi igitur Apostolum cõmonentem. Non ut alijs refrigerium, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate, vestra abundantia illorum sustentet inopiam: ut & illorum abundantia, vestra inopie sit supplementum. Vnde, inquit, Dominus. **Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti.** Quid si Scythiæ frigora sint, & alpina niues, quæ non duabus & tribus tunicis, sed vix pecudum pellibus repelluntur? Quidquid ergo corpori nostro sufficere potest, & humane succurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc vna appellata est tunica: & quidquid in præsentibus alimentis necessarium est, hoc vnus diei victus appellatur. Vnde præceptum est: Non cogitatis de crastino, hoc est de futuro tempore. Et Apostolus: **Habentes, inquit, victum, & vestitum, his contenti simus.** Si plus habes, quam tibi ad victum vestitumque necessarium est, illud eroga, & in illo debitoricè esse te noueris. Ananias & Sapphira apostoli meruere sententiã, quia sua timide reseruarunt. Ergo ne, inquires, puniendus est, qui sua non dedit? Minime: deo puniti sunt, quia mentiri voluerunt spiritui sancto, & reseruantes necessaria victui suo, quasi perfecte seculo renunciantes, vanam gloriam sectabantur. Alioqui licet liberè vel dare, vel non dare, quamquã ei, qui cupiat esse perfectus, præfens paupertas futuris diuitijs compensanda sit. Quo modo autem vidua viuere debeat, breui sermone comprehendit Apostolus, dicens: **Vidua, quæ in delicijs est, viuens mortua est: & nos in duobus libellis, quos ad Furiam & Saluinam scripsimus, plenius dictum putamus.**

QVÆSTIO SECVNDA.

QUO modo accipiendum sit illud Saluatoris apud Matthæum: **Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in**

diem illum, quo bibam illud nouum vobiscum in regno patris mei. Ex hoc loco quidam mille annorum fabulam struunt: in quibus Christum regnaturum corporaliter esse contendunt, & bibiturum vinum, quod ex illo tempore vsque ad consummationem mundi non biberit. Nos autem audiamus panem, quem fregit Dominus, deditque discipulis suis, esse corpus Domini Saluatoris, ipso dicente ad eos: **Accipite, & comedite: hoc est corpus meum: & calicem illum esse, de quo iterum locutus est: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunderetur.** Ille est calix, de quo in propheta legimus: **Calicem salutaris accipiam.** Et alibi: **Calix tuus inebrians quã præclarus est.** Si ergo panis, qui de cœlo descendit, corpus est Domini, & vinum, quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum: Iudaicas fabulas repellamus, & ascēdamus cum Domino cœnaculum magnum, stratum, atque mundatum: & accipiamus ab eo sursum calicem noui testamenti: ibique cum eo pascha celebrantes, inebriemur ab eo vino sobrietatis. Non enim est regnum Dei cibus, & potus, sed iustitia, & gaudium, & pax in spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Iesus, ipse coniuua & conuiuium, ipse comedens & qui comeditur: illius bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus: & quotidie in sacrificijs eius de genimine vitis veræ, & vineæ Sorec, quæ interpretatur, electa, rubentia multa calcamus: & nouum ex his vinum bibimus in regno patris, nequaquam in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus: cantantes canticum nouum; quod nemo potest cantare, nisi in regno Ecclesiæ, quod regnum patris est. Hunc panem & Iacob patriarcha comedere cupiebat, dicens: **Si fuerit dominus Deus mecum, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad operiendum.** Quotquot enim in Christo baptizamur, Christum induimus, & panem comedimus angelorum, & audimus Dominum prædicantem: **Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui me misit, patris, ut impleam opus eius.** Faciamus igitur voluntatem eius, qui misit nos, patris: & impleamus opus eius: & Christus nobiscum bibit in regno Ecclesiæ sanguinem suum.

QVÆSTIO TERTIA.

QVÆ causa sit, ut de resurrectione Domini, & apparitione, euangelistæ diuersa narrauerint. In quibus primum quæris, cur Matthæus dixerit: **Vespere autem sabbathi illucescente in vna sabbathi Dominum surrexisse: & Marcus mane resurrectione eius factam esse cõmemoret, ita scribens: Cum autem surrexisset, vna sabbathi mane apparuit Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem demonia; & illa abiens nunciauit ijs, qui cum eo fuerat, lugentibus, & flentibus, illique audientes quod videret, & quod vidisset eum, non crederent ei.** Huius questionis duplex solutio est. Aut enim non recipimus Marci testimonium, quod in raris fertur euangelijs, omnibus Græciæ libris penè hoc capitulum in fine non habentibus: præsertim cum diuersa atque contraria euangelistis cæteris narrare videatur. Aut hoc respondendum, quod vterque verum dixerit: Matthæus, quando Dominus surrexerit vespere sabbathi: Marcus autem, quando eum viderit Maria Magdalene, id est, mane prima sabbathi. Ita enim distinguendum est: Cum autem surrexisset: & parumper spiritu coartato, inferendum, prima sabbathi mane apparuit Mariæ Magdalene ut qui vespere sabbathi, iuxta Matthæum, surrexerat ipse mane prima sabbathi, iuxta Marcum, apparuerit Mariæ

Matth. 10
Matth. 19

Matth. 19

s. Cor. 8

Luc. 3

Matth. 6
1. Tim. 6

Act. 3

1. Tim. 5

Matth. 16

Matth. 24
Matth. 14
Plat. 115
12

Rom. 14
Ioan. 6

Apost. 14
Gen. 28

Gal. 3

Ioan. 4

Matth. 18
Marc. 16

Mariæ

Joan. 20. Mariæ Magdalene. Quod quidem & Ioannes euangelista significat, mane eum alterius diei visum esse demonstrans.

QVÆSTIO QVARTA.

Math. 23. Joan. 20. 1. Cor. 16. **Q**VO modo, iuxta Matthæum, vespere sabbati Maria Magdalene vidit Dominum resurgentem: & Ioannes euangelista refert eam mane vna sabbati iuxta sepulchrum flere? Vna sabbati dies dominica intelligenda est: quia omnis hebdomada in sabbatum, & in primam, & secundam, & tertiam, & quartam, & quintam, & sextam sabbati diuiditur, quam ethnici idolorum, & elementorum nominibus appellat. Denique Apostolus collectam pecuniam, quæ indigentibus præparabatur, in vna sabbati præcepit congregandam. Nec putandū est, Matthæum & Ioannem diuersa sensisse, sed vnum atque idem tempus, mediæ noctis scilicet & gallorum cātus, diuersis appellasse nominibus. Matthæus enim scribit: Vespere sabbati, id est sero, non incipiente nocte, sed iam profunda & magna ex parte transacta, apparuisse Dominum Mariæ Magdalene, & apparuisse vespere sabbati illucescentis in vnam sabbati: se ipsum interpretans, quid dixisset, vespere sabbati, id est, appropinquante iam luce sequentis diei: Et Ioannem non absolute dixisse; Vna autem sabbati venit Maria Magdalene mane ad sepulcrū, sed addidisse, Cum adhuc essent tenebræ: Eiusdem igitur atque vnius temporis, id est, mediæ noctis, atque gallorum cantus, alterum finem, alterum dixisse principium. Mililique videtur, euangelistam Matthæum, qui euangelium Hebraico sermone conscripsit, non tam vespere dixisse, quam sero; & eum qui interpretatus est, verbi ambiguitate deceptum, non sero interpretatum esse, sed vespere. quanquam consuetudo humani sermonis teneat, sero non vespere significare, sed tardè. solemus enim dicere sero venisti, id est, tardè: & quæ facere ante debueras, fac saltem sero, id est, tardè. Sin autem illud obijcitur, quo modo eadem Maria, quæ prius viderat Dominum resurgentem, postea ad sepulchrum eius flere referatur: hoc dicendum est, quod & sola, & cum altera, siue cum aliis mulieribus, memor beneficiorū, quæ in se Dominum contulerat, ad sepulchrum eius frequenter cucurrerit, & nunc adorauerit, quem viderat, nunc fleuerit, quem quærebat absentem. Licet quidam duas Marias Magdalenas de eodem vico Magdalo fuisse contendant, & alteram esse, quæ in Matthæo eum viderit resurgentem, alteram, quæ in Ioanne eum quærebat absentem. Quatuor autem fuisse Marias, in euangelijs legimus, vnam matrem Domini Saluatoris; alteram materteram eius, quæ appellata est Maria Cleophe; tertiam Mariam, matrem Iacobi, & Iose; quartam Mariam Magdalena, licet alij matrem Iacobi, & Iose, materteram eius fuisse contendant. Nonnulli, vt se liberent quaestione, in Marco volunt vnam esse de Marijs, sed non additum cognomen Magdalene, & ex superfluo scriptorum inoleuisse vitio, quod primum euangelista non scripserit. Nobis autem simplex videtur & aperta responsio, sanctas feminas, Christi absentiam non ferentes, per rotam noctem, non semel, nec bis, sed crebro ad sepulchrum Domini cucurrisse, præsertim cum terræ motus, & saxa disrupta, & sol fugiens, & rerum natura turbata, & quod his maius est desiderium Saluatoris somnum ruperit feminarum.

QVÆSTIO QVINTA.

Math. 28. **Q**VO modo, iuxta Matthæum, Maria Magdalene vespere sabbati cum altera Maria aduoluta sit pedibus Saluatoris: cū, secundum

Joan. 20. Ioannem, audierit à Domino: Noli me tangere, necdum enim ascendi ad patrem meum. Quæ prius viderat Dominum resurgentem cum altera Maria, & eius pedibus fuerat aduoluta, postea reuerſa per noctem (domi enim ob desiderium eius manere non poterat) venit ad sepulchrum: cumque lapidem, quod monumentum fuerat clausum, vidisset ablatum, cucurrit ad Simonem Petrum, & ad alterum dicitur alium, quem Iesus amabat plurimum, & dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum. Error mulieris cum pietate sociatus est. pietas in eo erat, quod desiderabat eū, cuius nouerat maiestatem: error in eo, quod dicebat: Tulerunt Dominum de monumento, &c. Denique cum Petrus & Ioannes, introeuntes sepulchrum, vidissent linteamina separata, & sudariū, quo caput Domini fuerat inuolutum, seorsum positum, & resurrexisse crederent, cuius corpus non inuenerant in sepulcro: Maria stabat ad monumentum foris plorans: cumque se inclinasset, vidit duos angelos in albis sedentes in loco monumenti ad caput & pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu: vt, sub tanta custodiæ dignitate, non crederet ab hominibus potuisse furari, qui ministris angelis seruabatur. Dicunt ei angeli, quos cernebat: Mulier, quid ploras? secundum illud, quod Dominus loquebatur ad matrem: Quid mihi & tibi est mulier? non dum venit hora mea: vt ex eo, quod appellarunt mulierem, arguerent frustra plorantem, & diceret: Quid ploras? Infantum autem Maria Magdalene obstupescita torpuerat, & fidem, miraculis territa, quasi in caligine, possidebat, vt ne angelorū quidem præsentium sentiret aspectum; sed muliebriter responderet, & diceret: Ideo ploro, quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. O Maria, si Dominum credis, & Dominum tuum, quo modo arbitraris ab hominibus sublatum? Nescio, inquit, vbi posuerunt eum. Quo modo nescis, quem paulo ante adorasti? Cumque videret angelos, & quos cernebat, ignoraret; stupore perterrita huc atque illuc faciem circumferebat, nihil aliud nisi Dominum videre desiderans, conuersaque retro, vidit Iesum stantem: & nesciebat, quia Iesus erat: non quod, iuxta Manicheum, & alios hæreticos, formam Dominus vultumque mutasset, vt pro voluntate diuersus ac varius videretur: sed quod Maria, stupefacta miraculo, hortulanum putaret, quem tanto studio requirebat. Itaque & Dominus iisdem verbis, quibus & angeli, loquitur ad eam: Mulier, quid ploras? Addiditque de suo, quem quæris? At illa respondit: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Hic Dominum non de confessione veræ fidei Saluatorem vocat, sed humilitate & timore hortulano defert obsequiū. Et vide quantum ignorantia. Quem custodiebat cohors militum, cuius sepulcro angeli præsidebant, ab vno hortulano arbitratur ablatum: & ignorans imbecillitatem feminam, tantarum se virum reprimittit, & credit, vt corpus viri & perfectæ ætatis, quod (vt cætera tacet) centū libris myrrhæ circumlitum erat, existimaret ab vna & pauida muliere posse portari. Cūque Iesus appellasset eam, atque dixisset, Mariæ, quæ facie non agnoscebat, voce intelligeret: illa in errore persistens, nequaquam Dominum, sed Rabbi, id est, magistrum vocat. Et vide, quanta turbatio: quæ hortulanū putans, Dominum nūcupauerat; Dei filium resurgentem, magistrum vocat. Itaque ad eam, quæ quærebat viuentem cum mortuis, quæ errore femineo & imbecillitate muliebri huc illucque currebat, & corpus quærebat occisi; cuius pedes viuentis tenuerat;

tenuerat, loquitur Dominus, & dicit: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Et est sensus: Quem in mortuum quavis, uiuentem tangere non mereris. Si me necdum putas ascendisse ad patrem, sed hominum fraude sublatum; meo tactu indigna es. Hoc autem dicebat, non ut studium quærentis obauderet, sed ut dispensationem carnis assumptæ in diuinitatis gloriam sciret esse mutatam; & nequaquam corporaliter uellet esse cum Domino, quem spiritualiter credere deberet regnare cum patre. Vnde & apostoli maioris fidei sunt, qui absq; angelorum uisum, absq; ipsius Saluatoris aspectum, postquam corpus eius in monumento non repererant, crediderunt eum ab inferis surrexisse. Alij putant primum esse, quod a Ioanne narratum est; uenisse Mariam Magdalenam ad sepulcrum; & uidisse reuolutum lapidem à monumento; & postea regressam cum Apostolis, Petro, & Ioanne, solam ad monumentum remansisse, & iccirco adhuc incredulam, à Domino fuisse correptam: reuersamq; domum, rursum ad sepulcrum uenisse cum Maria; & ab angelo monitam, exiit de monumento adorasse Dominum, & tenuisse pedes eius, quado ab eo pariter audierunt, Auere. Et illa accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Quæ intantum profecerunt, ut mittantur ad apostolos, & audiant primum; Nolite timere: secundo, Ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me uidebunt.

QVÆSTIO SEXTA.

Matth. 28
Ioann. 20

QUO modo, custodiente militum turba, Petrus & Ioannes liberè ingressi sunt sepulcrum nullo prohibente custodem. Hac uidelicet causa, quia uespere sabbathi, quæ lucebat in prima sabbathi, uenit Maria Magdalene, & altera Maria uidere sepulcrum. Et ecce terræ motus factus est magnus: angelus quoq; Domini descendit de celo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: eratq; aspectus eius sicut fulgur, & uelut nix. Præ timore autem eius perterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Igitur qui fuerant tanto timore perterriti, ut putarentur mortui, aut dimisisse sepulcrum, & fugisse credendi sunt, aut ita corpore & animo obtorpuisse, ut non dicam viros, sed ne mulierculas quidem, sepulcrum intrare cupientes, auderent prohibere. magnus enim timor eos exterruerat, uidentes lapidem reuolutum, & terræ motum factum, non ex more solito, sed tam magnum, qui cuncta concuteret, & euerfionem terræ funditus minaretur, angelum quoq; descendisse de celo, tam claro uultu, ut non lampadem, & humana lumen arte succensum, sed fulgur imitaretur cœli, quo illustrantur omnia: unde & in tenebris uidere potuerunt: itaq; liberè introeuit. uiderat enim Maria Magdalene, quæ eis nunciauerat: lapidem reuolutum, & corpus Domini de monumento esse sublatum. Angelum autem non putemus iccirco uenisse, ut aperiret sepulcrum Domino resurgenti, & reuolueret lapidem, sed postquam Dominus resurrexit, hora, qua ipse uoluit, & quæ nulli mortalium cognita est, indicasse quod factum est, & sepulcrum uacuum reuolutione lapidis, & sui ostēdisse præsentia: quæ omnia uidebantur splendore faciei ipsius, & horrorem tenebrarum fulgoris claritate uincente.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Matth. 28
Marc. 16
Luc. 24

Ioan. 20

QUO modo Matthæus & Marcus scribant, apostolis mandatum per mulieres, ut irent in Galilæam Dominum reuisuri; cum Lucas & Ioannes, Hierosolymis ab illis uisum esse, perhibeant. Aliud est, uidecim se offerre discipulis, qui

propter metum Iudæorum absconditi erant; quado ad eos clausis ingressus est ianuis: & putatibus, quod uideretur in spiritu, manus & latus obtulit, clausis & lancea vulneratum: aliud, quando, secundum Lucam, præbuit se eis in multis argumentis per dies quadraginta, apprensus eis & loquens de regno Dei, & conuetscens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. In altero enim pro consolatione timentium uidebatur, & uidebatur breuiter, rursumq; ex oculis tollebatur: in altero autem tanta familiaritas erat, & perueuerantia, ut cum eis pariter uesceretur. Vnde & Paulus Apostolus refert eum quingentis simul apparuisse discipulis. Et in Ioanne legimus, quod piscantibus apostolis in litore steterit, & partem assis piscis fauunq; comederit: quæ ueræ resurrectionis indicia sunt. In Hierosolymam autem nihil horum fecisse narratur.

QVÆSTIO OCTAUA.

QUID significat, quod in euangelista Mattheo scriptum est: Iesus autem, clamans uoce magna, emisit spiritum: & uelum templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum: & terra mota est: & petra scissa sunt: & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt: & exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. De hoc loco in iisdem Matthei commentarijs differuimus. Primumq; dicendum, quod diuinæ sit potentia: ponere animam quado uoluerit, & rursum accipere eam. Denique centurio audiens eum dixisse ad patrem: in manus tuas commendo spiritum meum: & statim spiritum sponte dimisisse, commotus signi magnitudine, ait: Verè Dei filius erat iste. Velum quoque templi scissum est in duas partes, ut compleretur illud, quod refert Iosephus, præfides templi dixisse uirtutes: Transeamus ex his sedibus. In euangelio autem, quod Hebraicis litteris scriptum est, legimus non uelum templi scissum, sed superliminare templi miræ magnitudinis corruisse. Terra, inquit, mota est, pendentem Dominum suum ferre non sustinens: & petra scissa sunt, ut indicarent duritiam Iudæorum, qui præsentem Dei filium intelligere noluerunt: & monumenta aperta sunt, in signum futuræ resurrectionis: multaq; sanctorum corpora, exeuntes de sepulcris, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Sanctam ciuitatem, Hierosolymam debemus accipere, ad distinctionem omnium ciuitatum, quæ tunc idolis seruebant. in hac enim sola fuit templum, & uerus Dei cultus, & uera religio: & non omnibus apparuerunt, sed multis, qui resurgentem Dominum susceperunt. Deinde, iuxta anagogen, dicendum est, quod in clamante Iesu, & emittente spiritum, uelum templi scissum sit in duas partes à summo usque deorsum; & omnia legis sint reuelata mysteria; ut quæ prius recondita tenebantur, uniuersis gentibus prodederent. In duas autem partes, in uetus & nouum testamentum: & à summo usque deorsum, ab initio mundi, quando homo conditus est, & reliqua, quæ facta sunt in medio, sacra narrat historia, usque ad consummationem mundi. Et quærendum, quod uelum templi scissum sit, exterius, an interior? Mihi uideatur, in passione Domini illud uelum esse concissum, quod in tabernaculo & in templo foris positum fuerat, & appellabatur exterius: quia nunc ex parte uidemus, & ex parte cognoscimus. Cum autem uenerit, quod perfectum est; tunc & uelum interioris dirumpendum est; ut omnia, quæ nunc nobis abscondita sunt, domus Dei sacramenta uideamus.

Videamus,

Videamus, quid significant duo cherubim, quid oraculum, quid vas aureum, in quo manna reconditum fuit, nunc enim per speculum videmus in ænigmatē: & cum hystoriæ nobis velum scissum sit, vt ingrediamur atrium Dei, tamen secreta eius, & vniuersa mysteria, quæ in cælesti Hierusalem clausa retineantur, scire non possumus. Igitur in passione Domini terra commota est, iuxta illud, quod scriptum est in **Matth. 27** Aggao: Adhuc semel, & ego mouebo cælum, & terram: & veniet desideratus cunctis gentibus: vt ab Oriente & Occidente veniant, & recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et petra scissæ sunt, id est, dura corda gentilium, siue petra, vniuersa vaticinia prophetarum, qui & ipsi à petra Christo cum apostolis petra vocabulum acceperunt, vt quidquid in eis duro legis velamine claudabatur, scissum pateret gentibus. Monumenta quoque, de quibus scriptum est: Vos estis sepulcra extrinsecus dealbata, quæ intus plena sunt ossibus mortuorum: ideo sunt aperta, vt egredierentur de ijs, qui prius in infidelitate mortui erant, & cum resurgente Christo atque viuente viuerent, & ingrederentur cælestē Hierusalem, & haberent municipatum, nequaquam in terra, sed in cælo; morientesque cum terreno Adam, resurgerent cum Adam supercælesti. Porro, secundum litteram, nulli violentum esse videatur, mortuo Salvatore appellari Hierusalem sanctam ciuitatem: cum vsque ad destructionem eius semper apostoli templū ingressi sint, & ob scandalum eorum, qui de Iudæis crediderant, legis exercuerint cærimonias. Intantum autem Hierusalem amauit Dominus, vt fletet eam, & plageret, & pendēs in cruce loqueretur: Pater ignosce illis: quod enim faciunt, nesciunt. Itaque impetrauit, quod petierat: multaque statim de Iudæis millia crediderūt, & vsque ad quadragesimū secundum annū datum est ei tempus penitentia. Post quos perseuerantibus illis in malitia, egressi sunt duo vrsi de siluis gentium Romanarū, Vespasianus, & Titus, & blasphemantes pueros, ascendente verò Eliseo in domū Dei, (hoc enim interpretatur Bethel) voce consona illudentes interfecerunt, atque lacerauerunt: & ex eo tempore Hierusalem non appellatur ciuitas sancta, sed sanctitatem & pristinum nomen amittens, spiritualiter vocatur Sodoma, & Ægyptus: vt ædificetur pro ea ciuitas noua, quam fluminis impetus lætificat, & de cuius medio egreditur fons, qui totius orbis amaritudinem mitigauit: vt miserabilis Israel ruinas templi nudatis plangat lacertis; & in Christo turba credentium, noua quotidie videat Ecclesiæ tecta consurgere, & dicat Sion: Angustus mihi locus est: impleaturque illud, quod in Esaiâ scriptum est: Et erit sepulcrum eius inclutum.

QVÆSTIO NONA.

Quo modo Saluator, secundum Ioannem, insufflauit spiritum sanctum in sanctos apostolos, & secundum Lucam, post ascensionē semissurum repromittit? Huius quæstionis perfacilis solutio est, si docente apostolo Paulo, spiritus sancti diuersas gratias nouerimus. Scribit enim in prima ad Corinthios epistola: Diuisiones donorum sunt, idem verò spiritus; & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad id quod expedit, alij quidem datur per spiritum sermo sapientia, alij sermo scientia secundum eundem spiritum, alij gratia sanitarum in vno spiritu, alij fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia,

alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij autem interpretatio sermonum, hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ergo Dominus, qui post resurrectionem suam, iuxta Lucæ euangelium, dixerat: Ecce ego mittam promissionē patris mei in vos: vos autē sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Et, iuxta eundem, in apostolorum Actibus est locutus: Præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris: quam audistis, inquit, per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Rursum in fine euangelij secundum Ioannem, eo die, quo resurrexerat, id est, die dominica, clausis ianuis ad apostolos introitus narratur, & dixisse eis secundò: Pax vobis: & intulisse: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt, prima igitur die resurrectionis eius, acceperunt spiritus sancti gratiam, quæ peccata dimitterent, & baptizarent, & filios Dei facerent, & spiritum adoptionis credentibus largirentur, ipso Salvatore dicente: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt. Die autem pentecostes eis amplius repromissum est, vt baptizarentur spiritu sancto, & induerentur virtute ex alto, qua Christi euangelium cunctis gentibus prædicarent: iuxta illud, quod in sexagesimo septimo psalmo legimus: Dominus dabit verbum euangelizantium virtute multa, vt haberent operationem virtutum, & gratiam sanitarum; & prædicaturi multis gentibus, acciperent genera linguarum, vt iam tunc cognosceretur, qui apostolorum quibus deberent gentibus nunciare. Denique apostolus Paulus, qui de Hierusalem vsque ad Illyricum prædicauit, & inde per Romam ad Hispaniā ire festinat, gratias agit Deo, quod cunctis apostolis magis linguis loquatur, qui enim multis gentibus annunciaturus erat, multarum linguarum acceperat gratiam, quæ repromissio spiritus sancti die decima post ascensionem Saluatoris expleta est, Luca referente, qui scripsit: Cum complerentur dies pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis: & repleuit totam domum, vbi erant sedentes: & apparuerunt illis dispartitæ linguæ tamquam ignis: seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui alijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Tunc completum est illud, quod legitur in Iohel: Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem: Et prophetabunt filij vestri, & filia vestra; seniores vestri somnia somniabunt; & iuuenes vestri visiones videbunt. Verbum autem effusionis significat gratia largitatem, & id ipsum sonat, quod Dominus repromittit: Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Intantum enim spiritu sancto baptizati sunt, vt repletur tota domus, vbi erant sedentes; & ignis spiritus sancti stationem in eis inueniret optaram, linguasque diuideret, & secundum Esaiam, qui immunda labia habere se dicebat, purgaret labia eorum, vt euangelium Christi purius prædicarent, & in Esaiâ quidem superliminare templi dicitur fuisse commotum: & repleta est omnis domus fumo, id est, errore, & tenebris, verique ignorantia. In principio autem euangelij repletur spiritu sancto Ecclesia; vt gratia eius, atque feruore,

omnium credentium peccata purgentur, & igne spiritus sancti, quem Dominus misurum esse se dixerat, predicatura Christum lingua sanetur. Non ergo Ioannes Lucasq; discordant; vt quod ille primo resurrectionis die datum esse significat, hic quinquagesimo die venisse describat: sed profectus apostolicus est, vt qui primo remittendorum peccatorum gratiam acceperat, postea acciperent operationes virtutum, & cuncta donationum genera, quae ab Apostolo descripta commemorauimus; & quod magis necessarium erat, diuersitatem linguarum omnium gentium, vt annunciaturi Christum, nullo indigeret interprete. Vnde & in Lycaonia cum audissent Paulum & Barnabam loqui linguis suis, Deos in homines conuersos esse credebant. Et re vera instrumentum virtutis, spiritus sancti gratia est: quam possidentes, iudicum tribunalia, & regum purpuras non timebant. Promiserat enim Dominus prius quam pateretur, & dixerat: Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quo modo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Ego autem audacter & tota libertate pronuncio, ex eo tempore, quo apostoli Domino crediderunt, semper eos habuisse spiritum sanctum, nec potuisse signa facere absque spiritus sancti gratia, sed pro modulo, atque mensura. vnde Saluator clamabat in templo dicens: Qui sitit, veniat ad me, & bibat: & qui credit in me, sicut dicit in scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et in eodem loco infert: Nondum enim erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus: non quod non esset spiritus sanctus: dicente Domino saluatore: Si autem ego in spiritu sancto eiicio daemonia: sed quia erat in Domino, necdum totus in apostolis morabatur. Quamobrem terrentur ad passionem eius, & negant, & Christum se nescire iurant. postquam autem baptizantur in spiritu sancto, & infunditur in eos spiritus sancti gratia; tunc liberè loquuntur ad principes Iudaeorum: Obedire magis Deo oportet, quam hominibus: mortuos suscitant: inter flagella laetantur: fundunt sanguinem pro Christo, & supplicijs suis coronantur. Nondum ergo erat spiritus in apostolis, nec de ventre eorum fluebant gratiae spirituales: quia Dominus necdum fuerat glorificatus. Quae sit autem gloria, ipse in euangelio loquitur: Pater, glorifica me gloria, quam apud te habui, prius quam mundus esset. Gloria Saluatoris, patibulum triumphatis est. Crucifigitur vt homo, glorificatur vt Deus. Denique sol fugit, luna mutatur in sanguinem, terra motu insolito contremiscit, aperiuntur inferi, mortui ambulant, saxa rumpuntur. Haec est gloria, de qua loquebatur in psalmo: Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Ipsaq; de se respondit gloria, & dispensatio carnis assumptae: Exurgam diluculo: vt impleatur vigesimi primi psalmi titulus, pro assumptione matutina. Haec dicimus, non quod alium Deum, alium hominem esse credamus, & duas personas faciamus in vno filio Dei, sicut noua haeresis calumniatur: sed vnus atque idem filius Dei, & filius hominis est; & quidquid loquitur, aliud referimus ad diuinam eius gloriam, aliud ad nostram salutem. Pro quibus non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo, sed semet ipsum exinaniiuit, formam serui accipiens, factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Miror autem, Montanum, & insanas feminas eius, abortiuos prophetas, Domi-

no promittente, atque dicente: Vado, & alium paraclerum mittam vobis: & postea, Luca euangelista narrante, quod apostoli acceperunt quod promissum est: id multo post tempore in se dicere fuisse completum, apostolis enim promissum est: Ego mittam spem patris mei in vos: & vos sedete in ciuitate, quoad usq; induamini virtute ex alto: & resurgens, in apostolos insufflauit, & non in Montanum, Priscillam, & Maximillam: & illis, id est apostolis, ait: Quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Apostolis, inquam, precepit, ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissionem patris. Et postea, quod promissum est, exemplum legimus: Repleti sunt omnes spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Spiritus enim sanctus, vbi vult, spirat. Et quando dicit Dominus, alium paraclerum mittam vobis, & se ostendit esse paraclerum, qui appellatur consolator. vnde & Deus pater hoc censetur nomine, Deus miserationum & totius consolationis. Si autem & pater consolator, & filius consolator, & spiritus sanctus consolator est, & in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quod intelligitur Deus, baptizantur credentes. Quorum vnus diuinitatis & consolatoris est nomen, eorum & vna natura est. Hic spiritus sanctus non solum in apostolis, sed etiam in prophetis fuit: de quo Dauid orabat, dicens: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Et Daniel spiritum Dei habuisse narratur: & Dauid in spiritu loquitur, dixisse Dominum Domino suo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Nec sine spiritu sancto prophetauerunt prophetae: & verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: & quidquid patris & filij est, hoc idem & spiritus sancti est: & ipse spiritus sanctus cum mittitur, a patre & filio mittitur: in alio atque alio loco, spiritus Dei patris, & Christi spiritus appellatur. Vnde & in Actibus apostolorum, qui Ioannis baptisate fuerant baptizati, & credebant in Deum patrem & Christum, quia spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizantur, immo tunc verum accipiunt baptisina. absque enim spiritu sancto imperfectum est mysterium trinitatis. Et in eodem volumine, Petrus Ananiae & Sapphira dixisse narratur, quod mentientes spiritui sancto, non sint hominibus mentiti, sed Deo.

QVÆSTIO DECIMA.

Quid significet illud, quod Apostolus Paulus disputat, ad Romanos scribens: Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? absit: vsque ad eum locum, vbi ait: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti fuissetus, & sicut Gomorra similes fuissetus. Omnis quidem ad Romanos epistola interpretatione indiget, & tantis obscuritatibus inuoluta est, vt ad intelligendam eam spiritus sancti indigeamus auxilio, qui per Apostolum haec ipsa dictauit: sed precipue locus hic, in quo quidam, volentes Dei seruare iustitiam, ex precedentibus causis, dicunt electum in vtero Rebeccae Iacob, & abiectum Esau, sicut & Hieremias, & Baptista Ioannes eliguntur in vtero, & ipse Apostolus Paulus praedestinatur in euangelium antequam nascatur. Nobis autem nihil placet, nisi quod ecclesiasticum est, & publicè in ecclesia dicere non timeamus: ne, iuxta Pythagoram, & Platonem, & discipulos eorum, qui sub nomine Christiano introducunt dogma gentilium, dicamus animas lapsas de caelo esse, & pro diuersitate meritorum, in his, vel in illis corporibus poenas antiquorum luere peccatorum.

Ioan. 14
Act. 1.2
Act. 1.

Ioan. 20

Act. 2

Ioan. 3, 14

2 Cor. 1

Math. 11

Psal. 50

Psal. 109

Psal. 32

2 Cor. 3

Rom. 8

Act. 19

Act. 3

Rom. 9

Esa. 2

Malach. 1

Hier. 1

Luc. 1

eatorum. Multoq; melius est, simpliciter imperitiã confiteri, & inter cetera, quæ nescimus, etiam huius loci obscuritatẽ refugere, quã, dum volumus Dei probare iustitiam, Basilidis & Manichæi hæresim defendere, & Hiberas nenas Ægyptiacq; portenta fãdari. Dicamus igitur, vt possumus, & apostolicæ voluntatis sequentes vestigia, ne punctum quidem, vt dicitur, atque vnguem transuersum ab illius sententijs recedamus. Fleuerat supra, & dolori suo & conscientie testem inuocauerat spiritum sanctum, quod fratres sui & cognati secundum carnem, id est Israëlita, Dei filium non recepissent: quorum fuit adoptio, & gloria, & testamentum, & legislatio, & cultura & promissio: ex quibus etiam ipse Christus secundum carnem de Maria generatus est virgine: & tam continuo cordis dolore torquetur, vt ipse optet anathema esse à Christo, id est solus perire, ne omne Israeliticum genus pereat. Et quia hoc dixerat, statim venientem in regione præcudit quæstionem. Quid ergo dicis? Omnes, qui ex Israel sunt, perierunt? Et quomodo tu ipse, & ceteri apostoli, & infinita Iudaici populi multitudo, Christum Dei filium recepistis? Quam ita soluit. Israel in scripturis sanctis dupliciter appellatur, & in duos diuiditur filios: in vnu, qui iuxta carnem est; & in alterum, qui iuxta repromissionem, & spiritum. Abraham duos habuit filios, Ismael, & Isaac, Ismael, qui secundum carnem natus, hereditatem patris non accepit, Isaac, qui de repromissione generatus ex Sara semen Dei appellatur. scriptum est enim: In Isaac vocabitur tibi semen, id est, nõ qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui sunt filij repromissionis isti æstimantur in semine. Et hoc non solum in Ismael, & Isaac accidisse conuincimus, sed etiam in duobus Rebecca filijs Esau, & Jacob: quorum alter abiectus, alter electus est. Et hoc totum dicit, vt in duobus prioribus fratribus, Ismael, & Esau, populum Iudæorum abiectum esse significet: in posterioribus autem, hoc est in Isaac, & Jacob, electum populum gentium, vel eos, qui ex Iudæis in Christum credituri erant. Et quoniam hoc volens approbare, proposuerat testimonium nascetium geminorum Esau & Jacob, de quibus scriptum est: Maior seruiet minori: Et in Malachia legimus: Jacob dilexi, Esau autem odio habui: venientem è latere quæstionem more suo proponit & differit; & hac soluta, reuertitur ad id, de quo cœperat disputare. Si Esau & Jacob necdum nati erant, nec aliquid egerant boni aut mali, vt vel promererentur Deum, vel offenderent, & electio eorum atque abiectio non merita singulorum, sed voluntatem eligentis & abiicientis ostendit: quid ergo dicemus: iniquus est Deus? secundum illud exemplum, quo loquitur ad Moysen: Miserebor, cui misertus fuero: & misericordiam præstabo, cui miserebor. Si hoc, inquit, recipimus, vt faciat Deus quodcumq; voluerit, & absque merito, & operibus vel eligat aliquem, vel condemnet: ergo non est volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei, maxime cum eadem scriptura, hoc est idem Deus, loquatur ad Pharaonem: In hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Si hoc ita est, & pro voluntate sua miseretur Israeli, & indurat Pharaonem: ergo frustra queritur, atque causatur, nos vel bona non fecisse, vel fecisse mala: cum in potestate ipsius sit, & voluntate, absque bonis & malis operibus vel eligere aliquem, vel abiicere, præsertim cum voluntati illius humana fragilitas resistere nequeat. Quam validam quæstionem, scripturarum ratione contextam, & pene insolubilem, breui Apostoli sermone dissoluit, dicens: O homo, tu quis es,

qui respondeas Deo? Et est sensus. Ex eo, quod respondes Deo, & calumniã facis, & de scripturis tanta perquisis, vt loquaris contra Deum, & iustitiam voluntatis eius incusas, ostendis te liberi esse arbitrij, & facere quod vis, vel tacere, vel loqui. Si enim in similitudinem vasis fictilis te à Deo creatum putas, & illius non posse resistere voluntati: hoc considera, quia vas fictile non dicit figulo, quare me sic fecisti? figulus enim habet potestatem, de eodem luto, aut eadem massa aliud vas in honorem facere, aliud in cõtumeliam. Deus autem æquali cunctos forte generauit, & dedit arbitrij libertatem, vt faciat vnuquisque quod vult, siue bonum, siue malum: intantum autem dedit omnibus potestatem, vt vox impia disputet cõtra creatorem suum, & causas voluntatis illius perferretur. Sin autem Deus, volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta ad interitum, vt ostenderet cõuitas gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: quos & vocauit, non solum nos ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo nõ plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam: & erit in loco, vbi dictum est eis, nõ plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui: & cetera, quæ sequuntur. Si inquit, patientia Dei indurauit Pharaonem, & multo tempore pœnas distulit Israelis, vt iustus condemnaret, quos tanto tempore sustinuerat: non Dei accusanda est patientia, & infinita clementia, sed eorum duritia, qui bonitate Dei in perditionem suam abusi sunt, alioquin vnus est solis calor, & secundum essentias subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit, liquatur enim cera, & induratur lutum: & ramen caloris non est diuersa natura. Sic & bonitas & clementia Dei, vasa iræ, quæ apta sunt in interitum, id est populum Israel, indurat, vasa autem misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quæ vocauit, hoc est nos, qui non solum ex Iudæis sumus, sed etiam ex gentibus, non saluat irrationabiliter, & absque iudicij veritate, sed causis præcedentibus: quia alij non susceperunt filium Dei, alij autem recipere sua sponte voluerunt. Hæc autem vasa misericordiæ, non solum populus gentium est, sed etiam ij, qui ex Iudæis credere voluerunt, & vnus credentium effectus est populus. Ex quo ostenditur, non gentes eligi, sed hominum voluntates, atque ita factum est, vt impleretur illud, quod dictum est in Osee: Vocabo non plebem meam, plebem meam, hoc est populum gentium: & quibus prius dicebatur, nõ plebs mea vos, nunc vocantur filij Dei viui. Quod ne solum de gētibus dicere videretur, etiam eos, qui ex Israelitica multitudine crediderunt, vasa misericordiæ, & electionis appellat. Clamat enim Esaias pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquæ saluæ fient: hoc est: etiam si multitudo non crediderit, tamen pauci credent. Verbum enim consummatum, atque breuiatum in sua Deus æquitate librauit, vt humilitate & incarnatione Christi eos saluos faceret, qui in eum credere voluissent. Hoc ipsum & in alio loco dixit Esaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti fuisset, & sicut Gomorra similes essemus. Cumq; testimonia proposuisset, quibus duplex vocatio prædicitur, & gentium & populi Iudæorum: transit ad cohærentem disputationem; & iccirco dicit gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehendisse iustitiam, quia non superbierint, sed in Christum crediderint, Israelis autem magnam partem ideo corruisse, quia offenderit in lapidem offensionis & petram scadal, & ignorauerit iustitiam Dei; & quæ-

Rom. 9

Rom. 9

Osee 1

Gen. 25

Malachi

Erod. 33

Erod. 9

Osee 1

Rom. 9

Esa. 10

Esa. 1

rens suam statueret iustitiam, iustitia Dei, quæ Christus est, subici noluert. Legi in cuiusdam commentarijs sic respondisse Apostolum, vt magis implicuerit, quam soluerit questionem. ait enim ad id, quod proposuerat: Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Et non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei: & cuius vult miseretur, & quem vult indurat Deus: & voluntati eius quis potest resistere? sic Apostolum respondisse: O homo, qui terra, & cinis es, audes facere questionem Deo? & vas fragile, atque testaceum rebellas contra figulum tuum? Numquid figmentum potest dicere ei, qui se finxit: quare me sic fecisti? aut non habet potestatem figulus, luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Aeterno igitur silentio conticesce: & scito fragilitatem tuam; & Deo ne moucas questionem; qui fecit, quod voluit; vt in alios clemens, in alios seuerus existeret.

QVÆSTIO XI.

2. Cor. 2

QUID sit, quod Apostolum scribit ad Corinthios in secunda epistola: Alijs odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam: & ad hæc quis tam idoneus? Totum loci huius capitulum proponamus, vt ex precedentibus & sequentibus possint intelligi media, quæ ex utroque contexta sunt. Cum venissem, ait, Troadem, præter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino; non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenirem Titum, fratrem meum: sed vale faciens eis, profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratia, qui semper nos triumphat in Christo Iesu, & odore notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs, qui salui sunt, & in ijs, qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus, sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate: sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Narrat Corinthijs, quæ fecerit, quæ passus sit, & quo modo in cunctis Deo agat gratias, vt sub exemplo sui illos prouocet ad certandum. Veni, inquit, Troadem, quæ prius Troia appellabatur, vt euangelium Christi in Asia prædicarè. Cumque mihi ostium apertum esset in Domino, hoc est, plurimi credidissent, siue per signa, atque virtutes, quæ in me operabatur Deus; & ipse esset nascentis fidei, & in Domino succrescentis, non habui requiem spiritui meo, hoc est, speratam consolationem inuenire non potui; eo quod Titum, fratrem meum, non inuenirem, siue quem ibi reperiendum putabam, siue quem ibi audieram degere, vel qui venturum esse illic se dixerat. Quæ autem fuit tanta consolatio, & quæ requies spiritui in præsentia Titi, quem quia non inuenit, vale faciens eis, profectus est in Macedoniâ? Aliquoties diximus, apostolum Paulum virum fuisse doctissimum, & eruditum ad pedes Gamalielis, qui in apostolorum Actibus concionatur, & dicit: Et nunc quid habetis cum hominibus istis? Si enim à Deo est stabit, si ex hominibus, destruetur. Cumque haberet scientiam sanctarum scripturarum, & sermonis, diuersarumque linguarum gratiam possideret; vnde ipse gloriatur in Domino, & dicit: Gratias ago Deo, quod omnium vestrum linguis magis loquor: diuinorum sensum maiestatem digno non poterat Græci eloquij explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem, sicut & beatus Petrus Marcum: cuius euangelium, Petro narante, & illo scribente, compositum est. Denique & duæ epistolæ, quæ feruntur Petri, stylo inter se & caractere discrepant, structuraque verborum. Ex quo intelligimus, pro necessitate

rerum diuersis eum usum interpretibus. Ergo & Paulus Apostolus contristatur, quia prædicationis suæ in præsentiarum fistulam, organumque, per quod Christo caneret, non inuenerat: perrexitque in Macedoniam: apparuerat enim ei vir Macedo dicens: Transiens adiuua nos: vt ibi inueniret Titum, & visitaret fratres, vel persecutionibus probaretur. hoc est enim quod dicit: Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odore notitiæ suæ ipargit in omni loco. Triumphat nos, pro eo quod est, triumphat de nobis, siue triumphum suum agit per nos: qui in alio loco dixerat: Spectaculum facti sumus 1. Cor. 4 mundo, & Angelis, & hominibus. Denique narrat in consequentibus. Nam cum venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. foris pugnae, intus timores. sed Deus, qui consolatur humiles, consolatus est nos in aduentu Titi, non solum autem in aduentu eius, sed etiam in solatio. Ergo propterea vale faciens Troianis, siue Troadensibus, profectus est Macedoniam, vt inueniret ibi Titum, & haberet interpretationis euangelijque solatium: quem intelligimus non ibi repertum, sed post tribulationes & persecutiones Apostoli superuenisse. Prius ergo, quam venisset Titus, multa perpeffus, agit gratias Deo in Christo Iesu, quem gentibus predicabat, quod dignum se elegerit, in quo ageret triumphum filij sui. Triumphus Dei est, passio martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit, tanta persecrancia stare martyres, atque torqueri, & in suis cruciatibus gloriari: odor notitiæ Dei disseminatur in gentes, & subit tacita cogitatio, quod nisi verum esset euangelium, numquam sanguine defenderetur. Neque enim delicata, & diuitiis studens ac securo confessio est, sed in carceribus, in plagis, in persecutionibus, in fame, in nuditate, & siti. Hic triumphus est Dei, apostolorumque victoria. Sed poterat audiens respondere: Quo modo ergo non omnes crediderunt? Prius ergo, quam interrogaretur, soluit *ἀνθυρωποπαῖν*, & iuxta morem suum, quidquid aliud obicere potest, antequam obiciatur edisserit. & est sensus. Nominis Christi in omni loco bonus odor sumus Deo: & prædicationis nostræ longè lateque spirat fragrantia. sed quia homines suo arbitrio derelicti sunt: neque enim bonum necessitate faciunt, sed voluntate; vt credentes coronam accipiant, increduli supplicij mancipentur: ideo odor noster, qui per se bonus est, virtute eorum, vel vitio, qui suscipiunt, siue non suscipiunt, in vitam transit, aut mortem: vt qui crediderint, salui fiant, qui verò non crediderint, pereant. Nec hoc mirandum de apostolo: cum etiam de Domino legerimus: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur: solisque radios tam munda loca excipiant, quam imunda, & sic in floribus, quo modo in stercore luceant: nec tamen solis radij polluuntur. sic & Christi bonus odor, qui numquam mutari potest, nec suam naturam amittere, credentibus vita est, incredulis mors; mors autem non ista communis, qua cum bestijs morimur, & iumentis, sed illa, de qua scriptum est: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Ergo & vita arbitrandam non hæc, qua spiramus, & incedimus, & huc illucque discurremus; sed illa, de qua David loquitur: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Deus enim viuorum est, & non mortuorum: & vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos cum illo apparebi-

1. Cor. 4

Luc. 2

Act. 11
Act. 5

1. Cor. 13

Exech. 18

Psal. 16
Math. 22

Col. 1

MAUS

mus in gloria. Nec vobis, inquit, o Corinthij parum esse videatur, si nobis prædicantibus veritatem, alij credant, alij non credant, alij vera morte moriantur, alij viuant ea vita, quæ dicit: Ego sum vita. Nisi enim nos locuti essemus, nec incredulos mors, nec credentes vita sequeretur: quia difficile dignus præco virtutum Christi inueniri potest, qui in annunciandis illis non suam, sed eius quærat gloriam, quem prædicat. In eo autem, quod se negat esse sicut multos, qui venditent verbum Dei, ostendit esse quàm plurimos qui quæstum putant esse pietatem, & turpis lucri gratia omnia faciunt, qui deum orant domos viduarum, se autem ex sinceritate quasi missum à Deo, & præfente eo, qui se miserit, omnia in Christo & pro Christo loqui, vt causa prædicationis Dei, triumpus Christi, eiusque sit gloria. Et notandum, quod mysterium trinitatis in huius capituli sine monstratur. ex Deo enim in spiritu sancto, coram Deo patre, in Christo loquimur. Ad comprobandum autem, quod de Troade perrexerit Macedoniam, de apostolorum Actibus ponam testimonium. Cum autem pertransissent Myriam, descenderunt Troadem, & visio pernoctem Paulo ostensa est. Vir Marcedo quidam erat stans, & deprecans eum, ac dicens: Transiens in Macedoniam adiua nos. Quod cum vidisset, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos Deus euangelizare eis.

Joan. 4

1. Tim 6 Luc. 10

Act. 16

QVÆSTIO DVODECIMA.

1. Theff. 5

AA. 11 1. Cor. 12

Phil. 10

1. Theff. 5 Rom. 12

Phil. 4

QUID sit, quod in epistola scribit ad Theffalonicenses prima: Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vestret, & anima, & corpus, sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Famosa quæstio, sed breui sermone tractanda. Supra dixerat: Spiritum nolite extinguere: quod si fuerit intellectum, statim sciemus, quis iste sit spiritus, qui cum anima & corpore in die aduentus Domini conseruatus est. Quis enim possit credere, quod instar flammæ, quæ extincta desinit esse quod fuerat, extingatur spiritus sanctus, & sustineat abolitionem sui, qui fuit quondam in Israel, quando per Esaiam, & Hieremiam, & singulos prophetas dicere poterat: Hæc dicit Dominus: & nunc in Ecclesia per Agabum loquitur: Hæc dicit spiritus sanctus. Diuisiones donorum sunt, idem verò spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad id, quod expedit. Alij per spiritum datur sermo sapientia, alij sermo scientia secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij gratia sanctorum in vno spiritu, alij prophetia, alij discretio spirituum. omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. De hoc spiritu, ne à se auferretur, rogabat David, dicens: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Qui quando auferatur, non in substantia sui, sed ei, à quo auferatur, extinguitur. Ego puto vnum atque idem significare, Spiritum nolite extinguere; & quod in alio loco scribit, Spiritu feruentes. In quo enim feruor spiritus multiplicata iniquitate, & caritatis frigore non tepescit, in hoc spiritus nequaquam extinguitur. Deus igitur pacis sanctificet vos per omnia, vel in omnibus, siue plenos, atque perfectos: hoc enim magis sonat ελοπελας. Deus autem appellatur pacis, quia per Christum ei reconciliati sumus, qui est pax nostra; qui fecit vtraque: vnus: qui & in alio loco pax Dei

dicitur, superans omnem sensum, quæ custodit corda cogitationesque sanctorum. Qui autem sanctificatur, siue perfectus in omnibus est, in hoc & spiritus, & anima, & corpus in die Domini conseruatur, corpus, si singulorum membrorum vtatur officijs, verbi gratia, si operetur manus, pes ambulet, oculus videat, audiat auris, dentes cibos molant, stomachus coquat, alius digerat, aut si nulla membrorum parte truncatum est. Et hoc quisquam potest credere, Apostolum pro credentibus deprecari, vt in die iudicij integrum omnium corpus Christus inueniat: cum omnium corpora aut morte dissoluta sint; aut si, vt quidam volunt, reperta fuerint adhuc spirantia, habeant debilitates suas, & maximè martyrum, & eorum, qui pro Christi nomine vel oculos effoscos, vel amputatas nares, vel abscessas manus habeant: Ergo integrum corpus est, de quo diximus in alia quæstione tenens caput, ex quo omne corpus connexum, atque compactum, accipit augmentum in administratione corporis Christi. Hoc corpus Ecclesia est. Et quicumque huius corporis tenuerit caput, & cætera membra seruaauerit, habebit integrum corpus, quantum accipere potest humana natura. Iuxta hunc modum & animæ integritas conseruanda est: quæ dicere potest: Benedic anima mea Dominum, qui sanat omnes infirmitates tuas: & de qua scriptum est: Misit verbum suum, & sanauit eos. Spiritus quoque in nobis integer conseruatur, quando non erramus in spiritualibus, sed viuimus in spiritu, acquiescimus spiritui, & opera carnis mortificamus spiritu, afferimusque omnes fructus eius, caritatem, gaudium, pacem: & cætera. Aliter. Præcipitur nobis, Salomone dicente: Tu autem describe ea tripliciter in consilio, & scientia: vt respondeas verba veritatis ijs, qui proponunt tibi. Triplex in corde nostro descriptio & regula scripturarum est: prima, vt intelligamus eas iuxta historiam: secunda, iuxta tropologiam: tertia, iuxta intelligentiam spirituales. In historia, eorum, quæ scripta sunt, ordo seruat. In tropologia, de littera ad maiora confurgimus; & quidquid in priori populo carnaliter factum est, iuxta moralem interpretamur locum, & ad animæ nostræ emolumenta conuertimus. In spirituali *theopneia* ad sublimiora transitus; terrena dimittimus, de futurorum beatitudine & celestibus disputamus: vt præsentis vitæ meditatio, vmbra futuræ beatitudinis sit. Quos Christus tales inuenierit, vt & corpore, & anima, & spiritu integri conseruentur, & perfectam habeant triplicis in se scientia veritatem, hos sua pace sanctificabit, & faciet esse perfectos. Multi simpliciter hunc locum de resurrectione intelligunt, vt & spiritus, & anima, & corpus in aduentu Domini integra conseruentur. Alij ex hoc loco triplicem in homine volunt affirmare substantiam; spiritus, quo sentimus; animæ, qua viuimus; corporis, quo incedimus. Sunt, qui ex anima tantum & corpore subsistere hominem differentes, spiritum in eo tertium, non substantiam, velint intelligi, sed efficientiam, per quam & mens in nobis, & sensus, & cogitatio, & animus appellantur: & vni; non sunt tot substantiæ, quot nomina. Cumque illud eis oppositum fuerit: Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino: scripturam non recipiunt, dicentes eam in Hebraico non haberi. Nos autem in præfenti loco, vt supra diximus, spiritum, qui cum anima & corpore integer conseruatur, non substantiam spiritus sancti, quæ non potest interire, sed gratias eius donationesque accipimus: quæ nostra vel virtute, vel vitio & accenduntur, & extinguntur in nobis.

Eph. 4

Phil. 108 Phil. 106

Rom. 22

Das. 3

HIERONYMVS ALGASIE.

EPISTOLA CLI.

ARGVMENTVM.

ALGASIA nobilis, & ex ultimis Galliarum finibus orta femina, vnâ cum Hedibia Apodemium ad D. Hieronymum in Bethlehẽm vsque misit: vt per sanctissimum, & eruditissimum virum aliquot vtrique, quæ difficiles videbantur, ex nouo testamento soluerentur quæstiones. Vndecim ergo Algasia, hoc est vnaminus, quàm fecerat Hedibia, sibi explicandas proponit. D. ergo Hieronymus, laudato prius femina studio, suiq; ingenij excusata tenuitate, ad quæstiones, quas per capita distinctas inuenies, descendit, singulasque illi non minus piè, quàm doctè interpretando soluit.



LIVS meus Apodemius, qui interpretationem nominis sui, longa ad nos veniens nauigatione signauit, & de Oceani litore atque ultimis Galliarum finibus, Roma præterita, quæsiuit Bethlehẽ, vt inueniret in ea cœlestem panem, & saturatus eructaret in Domino, ac diceret: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: detulit mihi in parua scheda maximas quæstiones, quas à te datas, mihiq; tradendas diceret. Ad quarum lectionem intellexi studium reginæ Saba in te esse completum; quæ de finibus terræ venit audire sapientiam Salomonis. Non quidem ego Salomon, qui & ante te, & post te cunctis hominibus præfertur sapientia: sed tu regina appellanda es Saba; in cuius mortali corpore non regnat peccatum; & quæ ad Dominum tota mente conuersa, audies ab eo: Conuertere, conuertere Sunamitis. Etenim Saba in lingua nostra conuersionem sonat. Simulq; animaduerti, quòd quæstionulæ tuæ, de euangelio tantum & de Apostolo propositæ, indicant te veterem scripturam aut non satis legere, aut non satis intelligere: quæ tantis obscuritatibus & futurorû typis obuoluta est, vt omnis interpretatione egeat, & porta orientalis, de qua verum lumen exoritur, & per quam pontifex ingreditur, & egreditur, semper clausa sit, & soli Christo pateat, qui habet clauè Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit: vt illo referante, introeas cubiculum eius, & dicas: Introduxit me rex in cubiculum suum. Præterea fati miratus sum, cur, purissimo fonte vicino relicto, nostri ram procul riuiuli fluenta quæsieris, & omissis aquis Siloè, quæ vadunt cum silentio, desideres aquas Sihor, quæ turbidis sæculi huius vitijs fordiantur. Habes istic sanctum virum Aletium presbyterum, qui viua, vt aiunt, voce, & prudenti disertoq; sermone possit soluere quæ requiris: nisi fortè peregrinas merces desideras, & pro varietate gustus nostrorum quoque condimentorum te allimenta delectant. alij dulcia placent: nonnullos subamara delectant: horum stomachum acida renouant, illorum salsa sustentant. vidi ego nauseam, & capitis vertiginem antidoto, quæ appellatur *anapa*, sæpe sanari, & iuxta Hippocratem, contrariorum contraria esse remedia. Itaque nostram amaritudinem illius nectare melle curato, & mitte in Mara lignum crucis: senilemque pituitam iuuenili austeritate compesce, vt possis lacta cantare: Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo.

QUESTIO PRIMA.

CVR Ioanes discipulos suos mittit ad Dominum, vt interrogent eum: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? cū prius ipse de eodem dixerit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: De hac quæstione in commentarijs Matthæi

plenius diximus. vnde apparet, quæ hæc interrogas, ipsa te volumina non habere. Tamen stringendum est breuiter, ne omnino tacuisse videamur. Ioannes mittebat discipulos suos in vinculis constitutus; vt sibi quærens, illis disceret, & capite truncadus, illum doceret esse sectandum, quem interrogatione sua magistrum omnium fatebatur. neque enim poterat ignorare, quem ignorantibus ante monstrauerat, & de quo dixerat: Qui habet sponfam, sponsus est. Et: Cuius non sum dignus calciameta portare. Et: illum oportet crescere, me autem minui. Deumq; patrem intonantem audierat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quod autè dicit, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? hunc quoque sensum habere potest: Scio, quòd ipse sis, qui tollere venisti peccata mundi: sed quia ad inferos descensus sum, etiam hoc interrogo, vtrum & illuc ipse descendas, an impium sit, hoc de filio Dei credere, aliumq; missurus sis. Hoc autem scire desidero, vt qui te in terris hominibus nunciaui, etiam inferis nunciam, si fortè venturus es. Tu enim es, qui venisti dimittere captiuitatè, & soluere eos, qui in vinculis tenebantur: cuius suscitationem Dominus intelligens operibus magis, quàm sermone responderet. & Ioanni præcipit nunciari, videre cæcos, ambulare claudos, leprosos mundari, surdos audire, mortuos surgere, & quod his maius est, pauperes euangelizari, pauperes autem vel humilitate, vel diuitijs, vt nulla inter pauperem diuitemq; distantia sit salutis, sed omnes vocentur æqualiter. Quodq; inferi, Beatus, qui nõ fuerit scandalizatus in me: non Ioannem, sed discipulos eius percutit, qui prius accesserant ad eum, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ad Ioannem: Magister, cui tu præbuiisti testimonium iuxta Iordanem, ecce discipuli eius baptizant, & plures veniunt ad eum. Quo dicto, liuorem significant de signorû magnitudine, ex inuidiâ mordacitate venientem; cur baptizatus à Ioanne, ipse audeat baptizare, & multo amplior ad eum turba concurrat, quàm prius venerat ad Ioannem. Et ne forsitan plebs nesciens, hoc dicto Ioannem fugillari arbitretur, in illius laudes perorat, & cœpit de Ioanne ad turbas dicere circumstantes: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitaram? Sed quid existis in solitudinem videre? hominem mollibus vestitum? & reliqua. Cuius dicti hic sensus est: Numquid adhuc existis in eremum, vt videretis hominem, inстар arundinis ventorum statu, in partes varias inclinari; vt quæ ante laudauerat, de eo nunc dubitet, & de quo prius dixerat: Ecce agnus Dei; nunc interroget, vtrum ipse an alius sit, qui vel venerit, vel venturus sit? Et quia omnis prædicatio falsa, sectatur lucra, & gloriam quærit humanam, vt per gloriam nascantur compendia: asserit eum, camelorum vestitum pilis, nulli posse adulationi succumbere: & qui locustis vescitur, ac melle siluestri, neq; opes, neque alias terrenas delicias quærere, rigidamq; & austeram vitâ aulas vitare palatij: quas quærunt, qui purpura, & bysso, & serico, & mollibus vestiuntur. Dicitque eum non solum prophetam, qui solet ventura prædicere, sed plus esse quàm prophetam: quia, quem illi venturum esse dixerant, hic venisse monstrauit, dicens: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi: præsertim eum ad fastigium prophetales, Baptista: accesserit priuilegium: vt qui dixerat, Ego à te debeo baptizari, ipse eum baptizauerit, non præsumptione maioris, sed obedientia discipuli, ac timore serui. Cumque inter natos mulierum nullum asserat Ioanne suæ esse maiorem; se qui de virgine

Ioan. 1
Matth. 1
Ioan. 13.

Matth. 11

Matth. 9
Ioan. 3

Matth. 11

Matth. 9

Ioan. 1
Matth. 13

Matth. 11

gino

Gal. 4

3. Reg. 10
Matth. 12

Cant. 6

Eze. 41, 44
Apoc. 3Cant. 1
Eze. 8Eze. 17
Psalm. 118Matth. 11
Luc. 7
Ioan. 1

gine procreatus est, maiorem esse commemorat, siue omnem angelum in caelis, qui minimus est, in terris cunctos homines anteire. nos enim in angelos proficimus, & non angeli in nos, sicut quidam stertetes sopore grauissimo somniant. Nec sufficit hoc in Ioannis laudibus, nisi ipse predicans baptismum poenitentiae, prius dixisse referatur: Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum caelorum. Vnde a diebus praedicationis eius; regnum caelorum vim patitur: vt qui homo natus est, angelus esse desideret; & terrenum animal, caeleste quærat habitaculum. Lex enim & prophetae vsque ad Ioannem prophetae uerunt: non quod Ioannes prophetarum sit finis & legis, sed ille, qui Ioannis testimonio praedicatus est. Ioannes autem secundum mysterium, quod in Malachia scriptum est: Ipse est Elias, qui venturus est: nõ quod eadem anima, vt haeretici suspicantur, & in Elia & in Ioanne fuerit; sed quod eandem habuerit sancti spiritus gratiam, zona cinctus, vt Elias; uiuens in eremo, vt Elias; persecutionem passus ab Herodiade, vt ille sustinuit ab Iezabel: vt quo modo Elias secundi praecursor aduentus est, ita Ioannes venturum in carne Dominum Saluatorem, non solum in eremo, sed etiam in matris utero salutarit, & exultatione corporis nunciari.

QVÆSTIO SECUNDA.

QUID significet, quod in Marthæo scriptum est: Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Ad cuius expositionem loci, totum, quod Marthæus de Esaia propheta assumit, testimonium ponendum est: & ipsius uerba Esaia; iuxta Septuaginta interpretes, ipsumq; Hebraicum: cui Theodotion, Aquila, Symmachusq; consentiunt. Sic ergo de quattuor euangelistis, solus Marthæus posuit: Iesus autem sciens, secessit inde: & secuti sunt eum multi: & curauit eos omnes, & precepit eis, ne manifestum eum facerent, vt impletur, quod dictum est per Esaia prophetam, dicentem: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neq; clamabit, neque audiet quisquam in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad uictoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Pro quo in Esaia iuxta Septuaginta interpretes sic scriptum est: Iacob puer meus, suscipiam eum. Israel electus meus, suscepit eum anima mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque dimittet, nec audiet foris uox eius. Arundinem contractam non conteret, & linum fumigans non extinguet, sed in ueritate proferet iudicium. Splendebit, & non quassabitur, donec ponat super terram iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Nos autem ex Hebræo ita uertimus: Ecce puer meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur foris uox eius. Calamum quassatum nõ conteret, & linum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulae expectabunt. Ex quo apparet, Marthæum euangelistam non ueteris interpretationis auctoritate constructum, dimisisse Hebraicam ueritatem, sed quasi Hebræum ex Hebrais, & in lege Domini doctissimum, ea gentibus protulisse, quæ in Hebræo legerat. Si enim sic acci-

piendum est, vt Septuaginta interpretes ediderunt: Iacob puer meus, suscipiam eum: Israel electus meus, suscepit eum anima mea: quo modo in Iesu intelligimus esse completum, quod de Iacob & de Israel scriptum est? quod beatus Marthæus non solum in hoc testimonio, sed etiam in alio loco fecisse legimus: Ex Aegypto uocaui filium meum, pro quo Septuaginta trãstulerunt: Ex Aegypto uocaui filios eius: quod utique, nisi sequamur Hebraicam ueritatẽ, ad Dominum Saluatorem non pertinere, manifestum est. sequitur enim: Ipsi autẽ immolabant Baalim. Quod autem de assumpto testimonio in Euangelio minus est: Splendebit & non quassabitur, donec ponat super terram iudiciũ: uideretur mihi accidisse primi scriptoris errore, qui legens superiorem sententiam in uerbo iudiciũ esse finitam, putauit inferioris sententiaẽ uultimum uerbum esse iudiciũ; & pauca uerba, quæ in medio, hoc est, inter iudiciũ & iudiciũ fuerant, prætermisit. Rursumq; quod apud Hebræos legitur: Et in lege eius sperabit insula: Marthæus sensum potius, quàm uerba, interpretans, pro lege, & insulis, nomen posuit, & gentes. Et hoc non solum in præfenti loco, sed ubicumque de uereri instrumento Euangelistæ & Apostoli testimonia protulerunt, diligentius obseruandum est, nõ eos uerba secutos esse sed sensum; & ubi Septuaginta ab Hebraico discrepant, Hebræum sensum suis expressisse sermonibus. Puer igitur Dei omnipotentis, iuxta dispensationem carnis assumptæ, qua ad nos mittitur, Saluator est appellatus. Ad quem & in alio loco dicit pater: Magnũ tibi est uocari puerum meum, vt cõgreges tribus Iacob. Hic est uinea Sorec, quæ interpretatur, electa. Hic est filius amantissimus, in quo sibi complacuit anima Dei, non quod Deus animã habeat: sed quod in anima omnis Dei monstretur affectus. Et non mirum, si in Deo anima nominetur, cum uniuersa humani corporis membra, secundum leges tropologicæ, & diuersas intelligẽcias habere dicatur. Posuit quoq; spiritum suum super eum, spiritum sapientiaẽ, & intelligentiaẽ, spiritum cõsiliũ, & fortitudinis, spiritum scientiaẽ, & pietatis, & timoris Domini: qui in specie columbae descendit super eum: de quo & Ioannes Baptista a Deo patre audisse se narrat: Super quem uideris spiritum sanctum descendentem, & manentem super eum, ipse est. Et iudicium gentibus nunciabit: de quo & in psalmis legitur: Deus iudicium tuũ regi da, & iustitiam tuam filio regis: Qui & ipse loquitur in euangelio: Non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Non contendet: sicut agnus ductus est ad uictimam: non contendet in subuersione audientium. Neque clamabit, iuxta illud quod Paulus Apostolus scribit: Omnis clamor, & ira, & amaritudo auferatur a uobis. Non clamabit, quia Israel nõ fecit iudicium, sed clamorem: Neque audiet quisquam in plateis, siue foris uocem eius. Omnis enim gloria filiaẽ regis abintus; & arcta & angusta uia est, quæ ducit ad uitam. Vnde in plateis uox illius non auditur, in quibus confidenter agit sapientia, latam spatiosamq; uiam non ingrediens, sed arguens, atque condemnans. Vnde & ihs, qui foris erant, nõ sua uoce, sed per parabolas loquebatur: Arundinem, inquit, quassatam non confringet: siue, vt Septuaginta trãstulerunt, calamum fractum non conteret. Calamus fractus, qui fuit antea uocalis, & in laudes Domini concinebat, appellandus est Israel, qui quoniam impegit in angulare lapidẽ, & cecidit super eum, fractusq; in illo est: propterea dicitur de eo: Increpa Domine bestias calami, & in Iesu uolumine torrens appellatur canna, id est, calami:

Math. 3
Math. 11
Luc. 12

Malch. 4

1 Reg. 19

Luc. 1

Math. 12

Esa. 42

Math. 12

Esa. 42

Math. 9
Osee 12

Esa. 49. 8

Esa. 12

Ioan. 2

Psal. 72
Ioan. 5
Esa. 53

Eph. 4
Psal. 44

Math. 7

Psal. 67

qui aquas habet turbidas, quas elegit Israel, purissima contemnens fluentia Iordanis: reuersusq; mente in Aegyptum, & desiderans coenofam ac palustrem regionem, peponesq; & cepe, & allia, & cucumeres, ollasq; Aegyptiarum carniū, rectissime per Esaiam appellatur calamus fractus: cui qui inniti uoluerit, pertundetur manus eius. Qui enim post aduētum Domini Saluatoris euangelicæ interpretationis spiritum derelinquens, in Iudaicæ litteræ morte requiescit, istius cuncta opera vulnerantur. Linum quoq; fumigans non extinguet: populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore, fumi amarissimi, & qui noxiis oculis est, tenebrosæque caliginis inuoluebatur erroribus. quem non solum non restinxit, & redexit in cinerem, sed e contrariō de parua scintilla, & pene moriente, maxima suscitauit incendia, ita ut totus orbis arderet igne Domini Saluatoris, quem venit mittere super terram, & in omnibus ardere desiderat. Secundum tropologiam quid nobis videretur de hoc loco, in commentariolis Matthæi breuiter annotauimus. Iste autem, qui arundinem quassatam non confregit, & lnum fumigans non extinxit, iudicium quoque perduxit ad victoriam, cuius iudicia vera sunt, iustificata in semet ipsis: ut iustificetur in sermonibus suis, & vincat cum iudicatur, & tam diu lumen prædicationis eius in mundo resplendeat, nulliusq; conteratur & vincatur infidijs, donec ponat in terra iudicium, & impleatur illud quod scriptum est: Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Et in nomine eius gentes sperabunt: sicut in lege eius sperabunt infidelæ. Quo modo enim infidelæ turbine flatuq; ventorum, & crebris tempestatibus feriuntur quidem, sed non subuertuntur, in exemplum euangelicæ domus, quæ supra petram robusta mole fundata est: ita & Ecclesiæ, quæ sperant in lege & in nomine Domini Saluatoris, loquuntur per Esaiam: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ non oppugnatur.

QVÆSTIO TERTIA.

QUÆM sensum habeat, quod in euangelista Matthæo scriptum est: Si quis vult venire post me, abneget semet ipsum. Quæ est sui abnegatio: aut quo modo, qui sequitur Saluatorem, se ipsum abneget? de quo in tertio commentariorum euangelii Matthæi libro ita breuiter locutus sum: Qui deponit veterem hominem cum operibus suis, negat se ipsum, dicens: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, tollitq; crucem suam, & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur Dominum crucifixum. Quibus nunc addere possumus: postquam ostendit discipulis quod oportet eum ire Hierusalem, & multa pati à sacerdotibus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, assumens eum Petrus cæpit increpare & dicere: Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus, dicit Petro: Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis, quæ Dei sunt, sed quæ hominū. Humano quippe timore perterritus, passionem Domini formidabat. Et quo modo, audiens multa pati & occidi, timebat: sic audiens, Et tertia die resurget, gaudere debuerat, & tristitiam passionis resurrectionis gloria mitigare. Vnde, illo pro timore correpto, loquebatur ad omnes discipulos, sine conuocauit turbam cum discipulis suis, ut Marcus posuit, aut iuxta Lucam, dicebat ad cunctos: Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Cuius exhortationis hic sensus est: Non est delicata in Deum & secura confessio. Qui

in me credit, debet suum sanguinem fundere. qui enim perdidit animam suam in præsentem, lucrificat eam in futuro. Quotidie credens in Christum, tollit crucem suam, & negat se ipsum. Qui impudicus fuit, uersus ad castitatem, temperantia luxuriam negat. Qui formidolosus, & timidus, assumpto robore fortitudinis, priorem se esse nescit. Iniquus si sequatur iustitiam, negat iniquitatem. Stultus si Christum confiteatur, Dei uirtutem, & Dei sapientiam, negat stultitiam. Quod scientes, non solum persecutionis tempore, & necessitate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone nequimus nosmet ipsos quod ante fuimus, & confiteamur eos, qui in Christo renati sumus. iccirco enim Dominus crucifixus est, ut nos, qui credimus in eum, & peccato mortui sumus, crucifigamur cum ipso, dicamusque quod Apostolus Paulus docuit: Cum Christo crucifixus sum. Et: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui cum Christo crucifixus est, spoliatur principatus, & potestates, & triumphet eas in ligno. Vnde & in euangelio secundum Matthæum, in typum eorum, qui in Domino credituri erant, & se cum illo crucifixuri, Simon Cyrenæus portat crucem eius, quam iuxta alios euangelistas, prior ipse portauit.

QVÆSTIO QVARTA.

QUID uult significare, quod in eodem Matthæo scriptum est: Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Et: Orate, ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbatho. Quod ex superioribus pendere manifestum est. Cum enim euangelium Christi cunctis gentibus fuerit prædicatum, & uenerit consummatio, uiderintq; abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto. Tunc præcipitur ijs, qui in Iudæa sunt, ut fugiant ad montes; & qui in tecto, ne descendant tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, ne reuertantur auferre tunicam suam, de quibus in commentarijs eiuſdem Matthæi plenius diximus. Statimque coniungitur: Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. In quibus diebus: quando abominatio desolationis steterit in loco sancto, quod quidem, iuxta litteram, de aduentu antichristi prædicari, nulli dubium est; quando persecutionis magnitudo compellit fugere, & graues utri paruiq; lactentes fugam retardant. Licet quidam Titi & Vespasiani aduersus Iudæos, & præcipue Hierusalem obsidionem pugnamque significari uelint. Hyemem quoque, & sabbathum, sic interpretantur, ne eo tempore fugere compellantur; quando duritia frigoris in agris & in desertis locis, fugientes latere non patitur; & obseruatio sabbathi aut præuaricatores facit, si fugiant, aut hostium gladijs subiacerent, si sabbathi otium & præcepta seruauerint. Nos autem audientes Dominum Saluatorem, ut qui in Iudæa sunt ad montana confugiant, ipsi quoque oculos leuamus ad montes: de quibus scriptum est: Leuauimus oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Et in alio loco: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et: Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Et: Non potest abscondi ciuitas super montem posita: & discalcemus nos pelle litteræ, nudisq; pedibus cum Moyse ascendentes montem Sina, dicamus: Transiens uidebo uisionem hanc magnam: ut possimus intelligere prægnantes animas, quæ de semine doctrinarum & sermonis Dei, initia fidei cœceperunt, & dicunt cum Esaiâ: A timore tuo Domine concepimus,

Matth. 18

1. Cor. 8

Gal. 7

Col. 2
Matth. 17
Marc. 13
Luc. 23
Ioan. 19

Matth. 24

Marc. 13

Dan. 9

Psal. 110

Psal. 86

Psal. 124

Matth. 13

Exod. 3

Esa. 26

pimus,

Num. 11

Luc. 12

Esa. 42
Psal. 118
Psal. 50Matth. 6
Esa. 11. 27Matth. 7
Luc. 6

Esa. 17

Matth. 16

Gal. 2
Gal. 3, 6

Matth. 16

Luc. 9

primus, & parturimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecisti super terram, sicut enim semina paulatim formantur in vteris, & tandem non reputatur homo, donec elementa confusa, suas imagines membraque suscipiant: ita sensus ratione conceptus nisi in opera proruperit, adhuc in ventre retinetur, & cito abortio perit, cum viderit abominationem desolationis stantem in Ecclesia, & satanam transfigurari in angelum lucis. De istiusmodi fetibus Paulus loquitur, dicens: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Has ego reor iuxta mysticos intellectus esse mulieres, de quibus idem Apostolus scribit: Mulier seducta in transgressione facta est: Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & caritate, & sanctitate cum pudicitia. Quæ si de sermone diuino aliquando generarit, necesse est, quæ generata sunt, crescere, & primum accipere lac infantia, donec perueniant ad solidum cibum, & ad maturam ætatem plenitudinis Christi. Omnis enim, qui lacte alitur, imperitus est in ratione iustitiæ: paruulus enim est. Hæc igitur animæ, quæ necdum pepererunt, siue quæ necdum potuerunt, quæ generata sunt, alere, cum viderint sermonem hæreticum stantem in Ecclesia, cito scandalizantur, & pereunt, & in tempestate atque persecutionibus permanere non possunt, præsertim si otium habuerint bonorum operum, & non ambulauerint in via, quæ Christus est. De hac abominatione hæreticæ peruersæque doctrinæ dicebat Apostolus, quod homo iniquitatis & aduersarij eleuet se contra omne, quod dicitur Deus, & religio, ita ut audeat stare in templo Dei, & ostendere se, quod ipse sit tamquam Deus; cuius aduentus secundum operationem satanæ, & ea, quæ concepta sunt, facit perire abortio, & quæ sunt nata, ad pueritiam & ad perfectam ætatem peruenire non posse. Quamobrem orandus est Dominus, ne in exordio fidei & crescentis ætatis oriatur hyems, de qua scriptum est: Hyems transijt, imber abijt tibi, ne otio torpeamus, sed, imminente naufragio, suscitemus dormientem Dominum, atque dicamus: Præceptor salua nos, perimus.

QVÆSTIO QVINTA.

QUID tibi velit, quod scriptum est in euangelio secundum Lucam: Et non receperunt eum: quoniam facies eius erat obfirmata vadens in Hierusalem. Festinās Dominus pergere Hierusalem, ut compleretur dies assumptionis eius, & pascha celebraret: de quo dixerat: Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar, & bibere calicem, de quo ait: Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? omnemque doctrinam suam patibulo roboraret: iuxta illud, quod scriptum est: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: obfirmavit faciem suam, ut iret Hierusalem. Obfirmatione enim & fortitudine opus est ad passionem sponte properanti. Vnde & Ezechieli, cui dixerat Deus: Fili hominis in medio scorpionum tu habitas, & ne timeas eos: obfirma, inquit, faciem tuam: Et dedi faciem tuam æneam, & frontem tuam ferream: ut si foris surrexisset contra eum malleus vniuersæ terræ, quasi incus durissima resisteret, malleumque contereret, de quo scriptum est: quo modo contractus est, & contritus est malleus vniuersæ terræ? Et misit nuncios, id est, angelos ante faciem suam. Iustum enim erat, ut Dei filio angeli ministrarent. Siue angelos apostolos vocat: quia & Ioannes, præcursor Domini, angelus appellatus est. Cumque ingressi essent vicum Samaritæ, ut præpararent ei, non susceperunt illum: quia facies eius erat vadens in Hierusalem.

Hospitali inter se Samaritani atque Iudæi discordant odio: & cum omnes oderint gentes, proprio contra se furore bacchantur, dum vtrique de legis possessione contendunt, & intantum se mutuo persequuntur, ut postquam Iudæi de Babylonia sunt reuersi, ædificationem templi Samaritani semper impederint. Cumque vellent & ipsi cum eis ædificare templum, responderunt Iudæi: Non licet nobis & vobis ædificare domum Domini. Denique pro summa iniuria pharisæi exprobrabant Domino: Nonne dæmonium habes, & Samaritanus es? Et in parabola de Hierusalem descendens Hiericho, Samaritanus ponitur pro signo atque miraculo, quod malus bene fecerit: & ad puteum Samaritanæ scriptum est: Non enim contumetur Samaritani Iudæis. Videntes ergo Samaritæ Dominum Hierusalem pergere, id est, ad hostes suos, quod audierant à discipulis eius, qui ad parandum hospitium venerant, Iudæum esse cognoscunt; & quasi Iudæum, atque alienum, & cum, qui ad inimicos pergeret, suscipere noluerunt. Quamquam & alia nobis subiiciatur intelligentia; quod voluntatis Domini fuerit, non suscipi à Samaritis, quia festinabat ire Hierusalem, ibique pati, & sanguinem fundere; ne occupatus susceperit Samaritica & doctrina gentis illius, passionis differret diem, ad quam venerat sustinendam. Vnde dicit & in alio loco: Non veni nisi ad oues perditas domus Israel. Et apostolis præcepit: Ciuitates Samaritanorum non intrabitis: volens tollere omnem occasionem persecutionis Iudaicæ: ne postea dicerent, crucifixum eum quia se inimicis nostris & hostibus iunxerat. Facies igitur eius erat pergens Hierusalem. Et iccirco, iuxta aliam intelligentiam, non receperunt eum Samaritæ: quia festinabat ingredi Hierusalem. Vt autem eum non reciperent, fuit Dominicæ voluntatis. Denique apostoli, in lege versati, in qua tantum iustitiā nouerant, oculum pro oculo, dentem pro dente, vicissim nituntur iniuriarum, & imitari Eliam, ad cuius vocem duos pentecontarchos militum ignis absumpsit: dicuntque ad Dominum: Vis, dicimus, ut ignis descendat de cælo, & consumat eos? Pulchrè. Vis, inquit, dicimus: nam & Elias dixerat: Si homo Dei sum, ignis descendat de cælo super vos. Ergo, ut apostolorum sermo efficientiam habeat, voluntatis est Domini, nisi enim ille iusserit, frustra dicunt apostoli, ut ignis descendat super eos: & quodā modo verbis aliis hoc loquuntur. Si ad serui Eliæ iniuriæ ignis descendit de cælo, & non Samaritas, sed Iudæos consumpsit incendium: quanto magis, ad contemptum filij Dei, in impios Samaritas debet flamma scuire? E regione Dominus, qui non ad iudicandum venerat, sed ad saluandum, non in potestate, sed in humilitate, non in patris gloria, sed in hominis vilitate, increpat eos, quod non meminerint doctrinæ suæ, & bonitatis euangelicæ, in qua dixerat: Qui te percussit in maxillam, præbe ei & alteram. Et: Diligite inimicos vestros.

QVÆSTIO SEXTA.

ALTERAM de euangelio Lucæ quæstiunculam proposuisti: quis sit villicus iniquitatis, qui Domini voce laudatus est. Cuius cum vellem scire rationem, & de quo fonte processerit, reuolui volumen euangelicum, & inter cætera reperi, quod appropinquantibus Saluatori publicanis, & peccatoribus, ut audirent eum, murmurabant pharisæi, & scribæ, dicentes: Quare iste peccatores suscipit, & comedit cum eis? Qui locutus est eis parabolam centum ouium, & vnius perditæ, quæ inuenta pastoris humeris reportata est. Et cur esset

Matth. 14

1. Cor. 11 Gal. 4 1. Tim. 2

1. Cor. 11 Ephes. 4

Ioan. 14

1. Thess. 2

Cant. 2

Matth. 3

Luc. 9

Luc. 22

Ioan. 28

Ioan. 12

Ezech. 2

Ezech. 3-4

Rhet. 10 Luc. 9 Malach. 3

Matth. 11

Esdr. 4

Ioan. 8 Ioan. 4

Mat. 15-19

Leuit. 24 Deut. 19 4 Reg. 1

4. Reg. 1

Ioan. 12

Matth. 3 Luc. 6

Luc. 16

Luc. 15

esset proposita, statim intulit: Dico vobis, sic erit gaudium in celo super vno peccatore penitentiam agente, magis quam super nonagintanovem iustis, qui non habent opus penitentiam. Aliam quoque parabolam decem drachmarum, vniuersumque perditam, & repertam, cum proposuisset, simili eam sine compleuit: Sic dico vobis: gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Tertiam quoque parabolam proposuit, hominis habentis duos filios, & diuidens inter eos substantiam: cuiusque minor facultatibus perditis egere cepisset, & comedere siliquas, porcorum cibum, reuertens ad patrem, susceptus ab eo est. Frater quoque iniuicis senior, patris voce correptus est, quod latari debuisset, & gaudere, quia frater eius mortuus fuerat, & reuixit: perditus erat, & inuentus est. Has tres parabolas contra phariseos & scribas locutus est, qui volebant recipere penitentiam peccatorum, & publicanorum salutem. Dicebat autem, inquit, & ad discipulos suos: haud dubium, quin parabola ad clementiam discipulos hortaretur, qua parabola ad clementiam discipulos hortaretur, & alius diceret verbis: Dimittite, & dimittetur vobis: vt in oratione Dominica libera fronte poscatis, Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quae est ergo parabola ad clementiam discipulos cohortantis? Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, siue dispensatorem: hoc enim *διοικητης* significat: villicus autem proprie villae gubernator est: vnde & a villa villicum nomen accepit: *διοικητος* autem tam pecunia, quam frugum, & omnium, quae Dominus possidet, dispensator est: vnde & *διοικητης* Xenophontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem villae, sed dispensationem vniuersae domus, Tullio interpretante, significat. Ille igitur dispensator accusatus est ad dominum suum, quod dissiparet substantiam eius. quo vocato, dixit: Quid hoc audio de te: redde rationem dispensationis tuae: neque enim ultra, mea poteris dispensare. Qui dixit intra semetipsum: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me dispensationem? fodere non valeo, mendicare erubescio. scio quid faciam, vt quando sublata mihi fuerit dispensatio, suscipiant me in domos suas. Vocauit itaque singulos debitores domini sui, & dixit primo: Quantum debes domino meo? Qui dixit ei: Centum batos olei. At illi: Tolle cautionem tuam, & sedens cito, scribe quinquaginta. Deinde ad alium locutus est: Tu autem quantum debes? At ille respondit: Centum coros tritici. Dixitque ei: Tolle cautionem tuam, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum, siue dispensatorem in iniquitatis, quod prudenter fecerit: quia filij saeculi huius prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Et ego dico vobis, facite vobis amicos de iniquo mammona, vt quando defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Qui fidelis est in paruo, & in multo fidelis est: qui in minimo iniquus est, & in multo iniquus erit. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? & si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum habebit odio, & alterum diliget: aut vnum audiet, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire, & mammonae. Audiebant autem haec omnia pharisei, qui erant auari, & subsannabant illum. Totum parabolae huius textum posui, vt non nobis intelligentiam aliunde queramus, & in parabola certas nitamur inuenire personas, sed interpretemur ea quasi parabolam, hoc est similitudinem, quae ab eo vocatur, quod alteri *παραβάλλεται*

hoc est, assimilatur, & quasi vmbra praegium veritatis est. Si ergo dispensator iniquae mammonae, domini voce laudatur, quod de re iniqua sibi iustitiam praeparat, & passus dispensanda dominus, laudat dispensatoris prudentiam, quod aduersus dominum quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit: quanto magis Christus, qui nullum damnium sustinere potest, & pronus est ad clementiam, laudabit discipulos suos, si in eos, qui credituri sibi sunt, misericordes fuerint: Denique post parabolam intulit: Et ego vobis dico, facite vobis amicos de iniquo mammona. Mammona autem, non Hebraeorum, sed Syrorum lingua, diuitiae nuncupantur, quod de iniquitate collectae sunt. Si ergo iniquitas bene dispensata vertitur in iustitiam: quanto magis sermo diuinus, in quo nulla est iniquitas, qui & apostolis creditus est, si bene fuerit dispensatus, dispensatores suos leuabit in caelum: Quamobrem sequitur: Qui fidelis est in minimo, hoc est, in carnalibus; & in multo fidelis erit, hoc est, in spiritualibus. qui autem in paruo iniquus est, vt non det fratribus ad vtendum, quod a Deo pro omnibus est creatum; ille & in spirituali pecunia diuidenda iniquus erit, vt non pro necessitate, sed pro personis doctrinam Domini diuidat. Si autem, inquit, carnales diuitias, quae labuntur, non bene dispensatis: veras aeternasque diuitias doctrinae Dei quis credet vobis? Et si in iis, quae aliena sunt, (alienum autem est a nobis omne, quod saeculi est) infideles fuistis, ea quae vestra sunt, & proprie deputata homini, quis vobis credere poterit? Vnde corripit auaritiam, & dicit eum, qui amat pecuniam, Deum amare non posse: igitur & Apostolis, si velint amare Deum, pecunias esse contemnendas. Vnde scriba & pharisei, qui erant auari, aduersum se dictam intelligentes parabolam, subsannabant eum, carnalia, vt certa & presentia, spiritualibus, ac futuris, & quasi incertis praepoentes. Theophilus, Antiochenaec ecclesiae septimus post Petrum Apostolum episcopus, qui quattuor euangelistarum in vnum opus dicta compingens, ingenij sui nobis monumenta reliquit, haec super hac parabola in suis commentariis est locutus. Diues, qui habebat villicum, siue dispensatorem, Deus omnipotens est: quo nihil est ditius. Huius dispensator est Paulus, qui ad pedes Gamalielis sacras litteras didicit, & legem Dei suscepit ad dispensandam. Qui cum cepisset credentes in Christo persequi, ligare, occidere, & omnem Domini sui dissipare substantiam, correptus a Domino est: Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Dixitque in corde suo: Quid faciam? quia, qui magister fui, & villicus, cogor esse discipulus, & operarius. fodere non valeo. omnia enim mandata legis, quae terrae incubabant, cerno destructa, & legem atque prophetas vsque ad Ioannem Baptistam esse finitos. mendicare erubescio, vt qui doctor fueram Iudaeorum, cogor a gentibus, & a discipulo Anania, salutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur, quod mihi vile esse intelligo, vt postquam proiectus fuero de villicatione mea, recipiant me Christiani in domos suas. Cepitque eos, qui prius versabantur in lege, & sic in Christum crediderant, ne arbitrarentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, prophetas praeterisse, & quae antea pro lucro fuerant, reputari in stercorea. Vocauit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum qui debebat centum batos olei, eos videlicet, qui fuerant ex gentibus congregati, & magna indigebant misericordia Dei; & de centenario numero, qui plenus est atque perfectus, fecit eos scribere quinquagenarium, qui proprie penitentia est,

Luc 16

Math. 6

AR. 22
AR. 7. 8
AR. 9

Philip. 3

Luc. 16

iuxta

iuxta iubileum, & illam in euangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarij dimittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudaeorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & coegit, vt de centum, octoginta faceret, id est, crederet in Domini resurrectione, quae octauae diei numero continetur, & de octo completur decadibus; v. de sabbatho legis transfret ad primam sabbathi. Ob hanc causam à Domino praedicatur, quod bene fecerit, & pro salute sua in euangelij clementia de legis austeritate mutatus sit. Quod si quaesieris, quare vocetur villicus iniquitatis in lege, quae Dei est: iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, sed non bene diuidebat, credens in patrem, sed filium persequens; habens Deum omnipotentem, sed spiritum sanctum negans. Prudetior itaque fuit Paulus apostolus in transgressionem legis filijs quondam lucis, qui in legis obseruatione versati, Christum, qui Dei patris verum lumen est, perdidit. Ambrosius, Mediolanensis episcopus, quid de hoc loco senserit, in commentarijs eius legere poteris. Origenis, & Didymi in hanc parabolam explanationem inuenire non potui, & vtrum abolita sit temporum vetustate, an ipsi non scripserint, incertum habeo. Mihi iuxta priorem interpretationem hoc videtur, quod de iniquo mammona debeamus nobis amicos facere, sed non quoslibet pauperes, sed eos, qui nos possunt recipere in domos suas, & in aeterna tabernacula; vt cum eis parua praebuerimus, recipiamus ab illis magna; & dantes aliena, nostra suscipiamus; & seminemus in benedictione, vt metamus benedictionem. Qui enim parce seminauerit, parce & metet.

QVÆSTIO SEPTIMA.

QVO sensu accipiendum sit, quod in epistola legimus ad Romanos: Vix enim pro iusto quis moritur. nam pro bono forsitan quis audeat mori. Duæ hæreses ex occasione huius testimonij, quod nõ intelligunt, diuerso quidem errore, sed pari impietate blasphemant. Marcion enim, qui iustum Deum & creatorem legis facit & prophetarum, bonum autem euangeliorum & apostolorum, cuius vult esse filium Christi, duos introducit Deos, alterum iustum, & alterum bonum: & pro iusto asserit, vel nullos, vel paucos oppetisse mortem; pro bono autem, id est Christo, innumerabiles martyres extitisse. Porro Arius iustum ad Christum refert: de quo dictum est: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et ipse de se in euangelio: Non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Et: Ego sicut audio, sic iudico. Bonum autem ad Deum patrem, de quo ipse filius confitetur: Quid me dicis bonum? Nemo est bonus, nisi vnus Deus pater. Cumque hucusque blasphemiae suae deuos calles potuerit inuenire, in consequentibus impingit, & corrui. Quo modo enim pro patre quis audeat mori, & pro filio vix moritur, cum propter nomen Christi tantus martyrum sanguis effusus sit?

Qui igitur simpliciter hunc exponit locum, hoc potest dicere, quod in veteri lege, in qua iustitia est, vix pauci inuenti sunt, qui suum fuderint sanguinem. In nouo autem instrumento, in quo bonitas est, atque clementia, innumerabiles extiterunt martyres. Sed ex eo, quod posuit, Forsitan quis etiam audeat mori, & pendulo gradu sententiam temperauit, inueniri posse nonnullos, qui audeant mori pro euangelio, ostendit non sic accipiendum, sed ex superioribus & inferioribus sensum loci huius debere tractari. Di-

cens enim Paulus se gloriari in tribulationibus: quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit, quæ ex eo certam habeat promissionem: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, secundum illud, quod Deus dixerat per prophetam: Effundam de spiritu meo super omnem carnem: miratur bonitatem Christi, quod pro impijs, & infirmis, & peccatoribus mori voluerit, & mori opportuno tempore: de quo ipse dicit: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et rursum: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quando omnes peccauerunt, simul inutiles facti sunt, non fuit qui faceret bonum, non fuit vsque ad vnum. Incredibilis ergo bonitas, & clementia inaudita, mori pro impijs. vix enim pro iusto aliquem & bono suum sanguinem fundere, metu mortis cuncta terrente. nam inueniri interdum potest, vt aliqui pro re iusta & bona audeat mori. Caritas autem Dei, quam habuit in nobis, hinc maxime comprobatur, quod, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, & sublata est de terra vita eius; & pro iniquitatis populi ductus est ad mortem, & portauit peccata nostra, & tradita est in mortem anima illius, & cum iniquis deputatus est: vt nos impios, & infirmos, & peccatores, pios, & robustos, & iustos faceret.

Nonnulli ita interpretantur: Si ille pro nobis impijs mortuus est, & peccatoribus: quanto magis nos absque dubitatione pro iusto & bono Christo debemus occumbere? Iustum autem, & bonum non putemus esse diuersum, nec aliquam proprie significare personam, sed absolute iustam rem & bonam, pro qua, difficulter, sed interdum aliquis inueniri potest, qui suum sanguinem fundat.

QVÆSTIO OCTAVA.

QUID sibi velit, quod ad Romanos scribit Apostolus: Occasione accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omne concupiscentiam. Ponamus totum testimonium: & singula Christi auxilio differentes, quid nobis videatur, simpliciter indicemus, non praeiudicantes tuo sensui, quid velis intelligere, sed nostram sententiam breuiter explicantes. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces. occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omne concupiscentiam. sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam aliquando sine lege: sed, vbi venit mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Peccatum enim, occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi mors est? Absit. Sed vt peccatum appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim, quia lex spiritalis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. quod enim operor, ignoro: non enim, quod volo, hoc ago: sed, quod odi, illud facio. si autem, quod nolo, hoc facio: consentio legi, quia bona est. nunc autem iam non ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum. scio enim, quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. velle enim, adiacet mihi: perficere autem bonum,

1. Cor. 9

Rom. 7

Psal. 77
Ioh. 5

Math. 13

Rom. 7

Iohel. 2.

Esa. 49

1. Cor. 6
Psal. 13Esa. 55
Luc. 22

Rom. 7

non

non inuenio. nō enim, quod volo, facio bonum: sed, quod nolo malum, hoc ago. si autē, quod nolo, hoc facio: iam non ego opetor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum; quia mihi malum adiacet. condelector enim legi Dei secundum interiorem hominē. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Deo per Iesum Christum dominum nostrum. Quo modo medicina non est causa mortis, si ostendat venena mortifera; licet his mali homines abutantur ad mortem, & vel se interficiant, vel invidentur inimicis: sic lex data est, vt peccatorum venena monstret, & hominem, male libertate sua abutentem, qui prius ferebatur imprudens, & per precipitia labebatur, freno legis retineat, & compositis doceat incedere gressibus, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litterae, id est, viuamus sub praecepto, qui prius in modum brutorum animalium dicebamus: Manducemus, & bibamus: cras enim moriemur. Quod si, subintrante lege, quae docet quid facere, & prohibet quid nō facere debeamus, vitio nostro & incontinentia feramur contra scita legalia: videtur lex causa esse peccati, quae, dum prohibet concupiscentiam, quodam modo eam inflammare cognoscitur. Saecularis apud Graecos sententia est: Quidquid licet, minus desideratur. Ergo e contra, quidquid non licet, fomentum accipit desiderij. Vnde & Tullius de patriciarum supplicij apud Athenienses Solonem scripsisse negat, ne non tam prohibere, quam commone rederetur. Igitur lex apud contemptores & legum praecepta calcantes videtur esse occasio delictorum; dum prohibendo quod non vult fieri, ligat eos vinculis mandatorum, qui prius absque lege peccantes, non tenebantur criminibus. Haec diximus, legem, quae per Moysen data est, intelligentes. Verum quia in consequenti bus scriptum est: Lex Dei, & lex carnis, atque membrorum quae pugnat aduersus legem mentis nostrae, & captiuos nos ducit in lege peccati, simulque quatuor leges contra se dimicantes in vno loco scriptas esse cognosco: non abs re arbitror, si requiram quot genera legis in scripturis sanctis esse memorentur. Dicitur lex, quae per Moysen data est, secundum illud quod scriptum est ad Galatas: Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Et rursum in eadem epistola: Lex propter prauaricationes posita est, donec veniret semen, cui repromissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. Et iterum: Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Postquam autem venit fides, nequaquam ultra sub pedagogo sumus. omnes enim filij Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. Historia quoque, quae praecepta non continet, sed quid factum sit, refert, ab Apostolo lex appellatur. Dicit mihi, inquit, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quia Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterum de libera. sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Sed & psalmi lex appellantur: vt completeretur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Esaiæ quoque prophetiam legem Apostolus vocat: In lege scriptum est: quoniam in alijs linguis, & alijs labijs loquar populo huic: & nec sic me exaudient, dicit

Dominus: quod iuxta Hebraicum & Aquilam in Esaiæ scriptum reperi. Appellatur etiam lex, mystica scripturarum intelligentia: Scimus quia lex spiritalis est. Et extra haec omnia, naturalem legem scriptam in cordibus nostris, idem Apostolus docet. Cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt, isti, legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; qui indicant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium perhibente illis conscientia. Ista lex, quae in corde scribitur, omnes continet nationes; & nullus hominum est, qui hanc legem nesciat. vnde omnis mundus sub peccato, & vniuersi homines prauaricatores legis sunt: & iccirco iustum iudicium Dei est, scribentis in corde humani generis: Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. Quis enim ignoret, homicidium, adulterium, furtum, & omnem concupiscentiam esse malum, ex eo quod sibi ea nolit fieri? si enim mala esse nesciret, nequaquam doleret sibi esse illata. Per hanc naturalem legem & Cain cognouit peccatum suum, dicens: Maior est causa mea, quam vt dimittat. Et Adam & Eua cognouerunt peccatum suum, & propterea absconditi sunt sub ligno vitae. Pharaon quoque, antequam lex daretur per Moysen, stimulus lege naturae, sua crimina confitetur, & dicit: Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Hanc legem nescit pueritia, ignorat infantia, & peccans absque mandato, non tenetur lege peccati. maledicit patri, & matri, & parentes verberat: & quia necdum accepit legem sapientiae, mortuum est in eo peccatum. cum autem mandatum venerit, hoc est tempus intelligentiae appetentis bona, & vitantis mala; tunc incipit peccatum reuiuiscere, & ille mori, reusque esse peccati. Atque ita fit, vt tempus intelligentiae, quo Dei mandata cognoscimus, vt perueniamus ad vitam, operetur in nobis mortem; si agamus negligentius, & occasio sapientiae seducat nos, atque supplantet, & ducat ad mortem: nō quod intelligentia peccatum sit: (lex enim intelligentiae, sancta, & iusta, & bona est) sed per intelligentiam peccatorum atque virtutum mihi peccatum nascitur, quod priusquam intelligerem, peccatum esse non noueram. Atque ita factum est, vt quod mihi pro bono datum est, meo vitio mutetur in malum, & vt hyperbolicē dicam, nouoque verbo vt ad explicandum sensum meum, peccatum, quod priusquam haberem intelligentiam, absque peccato erat, per prauaricationem mandati incipiat mihi esse peccantius peccatum. Prius quaramus, quae sit ista concupiscentia, de qua lex dicit: Non concupisces. Alij putant illud esse mandatum, quod in Decalogo scriptum est: Non concupisces rem proximi tui. Nos autem per concupiscentiam omnes perturbationes animae significatas putamus, quibus maremus & gaudemus, timemus & concupiscimus. Et hoc Apostolus, vas electionis, cuius corpus templum erat spiritus sancti, & qui dicebat: An experimentū quaeritis eius, qui in me loquitur Christus? Et in alio loco: Christus nos redemit: Et iterum: Viuo autem iam non ego, viui verō in me Christus: nō de se loquitur, sed de eo, qui vult post peccata agere poenitentiam: & sub persona sua, fragilitatē describit conditionis humanae; quae duorum hominū, interioris, & exterioris, pugnantium inter se, bella perperit. Interior homo consentit & scriptae, & naturali legi, quod bona sit, & sancta, & iusta, & spiritalis. Exterior, ego, inquit, carnalis sum venundatus sub peccato. quod enim operor, nescio, & non, quod volo, hoc ago, sed quod odi. Si autem exterior facit, quod non vult, & operatur quod odit, ostendit bonum esse mandatum,

Rom. 7
Rom. 8Gen. 4
Gen. 3

Exod. 9

Rom. 7

Exod. 18

Ad. 9

1. Cor. 11

Gal. 3. 2

Rom. 7.

Gal. 9
Deut. 27

Gal. 3

Gal. 4

Iohan. 15
Psal. 68
1. Cor. 14
Esa. 21

datum, & non se operari quod est malum, sed habitas in sua carne peccatum, hoc est, vitia corporis & desideria voluptatis, quae propter posteros & sobolem insita est humanis corporibus; & si fines fuerint egressa, vertitur in peccatum. Se vnusquisque consideret; & accusator sui, tractet incentiua vitiatorum, quo modo & in sermone, & in cogitatione. & in calore corporis saepe loquatur, & cogitet, & patiatur, quod non vult: nolo dicere, faciat, ne sanctos viros videat accusare; de quibus scriptum est: Erat ille homo verus, & immaculatus, iussus Dei cultor; recedens ab omni opere malo. Et de Zacharia, & Helisabet: Erant iusti ambo in conspectu Dei, ambulantes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini absque querela. Et praecipuum est apostolis: Estote perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est. Numquam autem hoc apostolis imperaret, nisi sciret hominem posse esse perfectum. Nisi forte hoc dicamus, quod recedens ab omni malo emendationem significet, & de erroribus pueritiae, & de vitijs lasciuientis aetatis transitum ad correctionem atque virtutes: iustitia quoque; quae in Zacharia & Helisabet praedicatur, foris esse; concupiscentiam vero, quae nunc habitare in membris nostris dicitur, versari intrinsecus. Sed & apostolis non pueris praecipitur, verum iam aetatis robuste, vt assumant perfectionem, quam & nos confitemur in aetate esse perfecti. Nec haec dicentes adulamur vitijs, sed auctoritatem sequimur scripturarum, quod nullus homo sit absque peccato, sed conclusit Deus omnes sub peccato, vt omnium miseretur; absque eo solo, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vnde & per Salomonem dicitur, quod serpentis vestigia non inueniantur in petra. Et ipse de se Dominus, Ecce, inquit, venit princeps mundi huius, & nihil in me inuenit, id est, sui operis, suique vestigij. Ob haec causam iubetur nobis, ne exprobre-mus homini reuertenti a peccatis suis, & ne abominemur Aegyptium: quia & ipsi quondam in Aegypto fuimus; & de luto ac lateribus Pharaoni ciuitates extruximus; & quia captiui ducti sumus in Babylo-nem lege peccati, quod in membris nostris morabatur. Cuique videretur extrema desperatio, im-mo aperta confessio, omnem hominem diaboli laqueis ir-retiri, conuersus in se Apostolus, im-mo homo, sub cuius persona Apostolus loquitur, agit gratias Saluatori, quod redemptus sit sanguine eius, & sordes in baptismo deposuerit, & nouum Christi assumpserit vestimentum; qui mortuo veteri homine, natus sit homo nouus, qui dicat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias ago Deo per Iesum Christum dominum nostrum, qui me de corpore mortis liberauit. Quod si cui non videtur, sub persona sua hoc Apostolus de alijs dicere: exponat, quo modo Daniel, quem iustum fuisse nouimus, quasi de se dicat, cum pro alijs deprecatur: Peccauius, inique fecimus, iniuste gessimus, impietate egimus, & recessimus ac declinauimus a mandatis & iudicijs tuis, & non audiuius seruos tuos prophetas, qui locuti sunt in nomine tuo ad reges nostros, & principes, & patres, & ad omnem populum terrae: Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio. Illud quoque, quod in tricesimo primo psalmo dicitur: Peccatum cognitum tibi feci, & iniquitatem meam non abscondi: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno: non Dauid, & iustus viro, & vt simpliciter loquar prophetae, cuius verba narrantur, sed peccatori congruit. Cumque iustus sub persona

penitentis talia profudisset, a Deo meretur audire: Intelligere te facia, & docebo te in via hac, qua ambulabis: confirmabo super te oculos meos. In tricesimo quoque septimo psalmo, cuius titulus est: In commemorationem: vt doceat nos semper peccatorum nostrorum memores esse debere, & agere penitentiam, tale quid legimus: Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quonia iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum, quasi onus graue grauatae sunt super me. Corruptae sunt & putruerunt cicatrices meae, a facie insipientiae meae. Afflictus sum & curuatus sum, vsque ad finem. Totus hic apostoli locus, & in superioribus, & in consequentibus, im-mo omnis epistola eius ad Romanos, nimis obscuritatibus inuoluta est: & si voluero cuncta disserere, nequaquam mihi vnus liber, sed magna & multa erunt scribenda volumina.

QUESTIO NONA.

Quare apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistola: Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, ac propinquis iuxta carnem, qui sunt Israhelites, quorum adoptio, & gloria, & testamenta, & legislatio, & cultus, & repromissiones, quorum patres, & ex quibus est Christus iuxta carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, amen. Reuera valida quaestio, quo modo Apostolus, qui supra dixerat: Quis nos se-parabit a caritate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et rursum: Confido autem, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque praesentia, neque futura, neque fortitudo, neque excelsa, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quam habemus in Christo Iesu domino nostro: nunc sub iureiurando confirmet, & dicat: Veritatem dico in Christo Iesu: non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto; quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim anathema esse a Christo pro fratribus meis, & propinquis iuxta carnem, & reliqua. Si enim in Deum tanta est caritatis, vt nec metu mortis, nec spe vitae, nec persecutione, nec fame, nec nuditate, nec periculo, nec gladio possit separari a caritate eius, & si angeli quoque, potestates, & vel praesentia, vel futura, & omnes caelorum fortitudines, & excelsa pariter ac profunda, & vniuersa simul creatura ei ingruat, quod nequaquam potest fieri, tamen non separetur a caritate Dei, quam habet in Christum Iesum: quae est ista tanta mutatio, im-mo inaudita prudentia, vt pro caritate Christi nolit habere Christum? Et, ne ei forsitan non credamus, iurat, & confirmat in Christo, & conscientiae suae testem inuocat spiritum sanctum, se habere tristitiam, non leuem, ac fortuitam, sed magnam, & incredibilem, & habere dolorem in corde, non qui ad horam pigrat, & transeat, sed qui iugiter in corde permaneat. Quo tendit ista tristitia? ad quid proficit incessabilis dolor? Optat anathema esse a Christo, & perire, vt alij salui fiant. Sed, si consideremus Moysi vocem, rogantis Deum pro populo Iudaeorum, atque dicentis: Si dimittis eis peccatum suum, dimitte: si autem non vis, dele me de libro tuo, quem scripsisti: perspiciemus eundem & Moysi & Pauli erga creditum sibi gregem affectum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis: mercenarius autem, cum viderit lupum venientem, fugit, quia non sunt eius oves. Et hoc ipsum est dicere, Optabam anathema esse a Christo: &, Dele me de libro, quem scripsisti. Qui enim delentur de libro

Hbr
Luc
Matth
Rom. 11
Gal. 3
Esa. 43
1. Pet. 2
Irou. 30
Ioan. 14
Deu. 3
Rom. 7
Dan. 9

Rom. 9
Rom. 8
Rom. 9
Exod. 32
Ioan. 10

libro viuientium, & cum iustis non scribuntur, anathema sunt a Domino. Simulq; cerne Apostolum, quantæ caritatis in Christum sit, vt pro illo cupiat mori, & solus perire, dummodo omne in illum credat hominum genus: perire autem non in perpetuū, sed impræsentiarum. Qui enim perdidit animam suam pro Christo, saluam eam facit. Vnde & de quadragesimo tertio psalmo assumit exemplum: Quoniam propter te mortificamur tota die, reputati sumus vt oues occisionis. Vult ergo Apostolus perire in carne, vt alij saluentur in spiritu: suum sanguinem fundere, vt multorum anima: conseruentur. Quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis veteris instrumenti testimonijs probari potest. Et ne leuem putemus esse tristitiam, & modicam causam doloris, iūgit, & dicit: Pro fratribus meis & propinquis iuxta carnem. Quando propinquos appellat & fratres iuxta carnem, in spiritu a se ostēdit alienos. Quorum est, inquit, adoptio, quæ significatiuè Græce dicitur *υιοθεσία*, de quibus quondam Dominus loquebatur: Filius primogenitus meus Israel: Et, Filios genui & exaltaui: Nunc dicit, Filij alieni mentiti sunt mihi: Et quorum gloria, vt de cunctis gentibus eligerentur in peculiarem populum Dei: Et quorū testamenta, vnum in littera, alterum in spiritu. vt qui prius in carne seruierant caeremonijs legis abolitæ, postea seruierint in spiritu mandatis euangelij sempiterni: Et legillatio ad vtrumq; respondet, & noui & veteris instrumenti: Et cultus, id est vera religio, & repromissiones, vt quidquid repromissum est patribus, completeretur in filiis: Et quod omnibus maius est, ex quibus Christus de Maria genitus virgine. Et vt sciremus quis iste sit Christus, causas doloris sui vno sermone comprehendit, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, amen. Et iste tantus ac talis ab eis non recipitur, de quorum stirpe generatus est. & nihilominus laudat iudicij veritatem, ne sententia Dei in propinquos & fratres suos displicere videatur, & vel austerius esse, vel nimia. In quibus igitur tanta fuerunt bona, dolet cur nunc tanta mala sint.

QUESTIO DECIMA.

QUID velit intelligi, quod idem Apostolus scribit ad Colossenses: Nemo vos superet volens in humilitate mentis & religione angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum & coniunctum crescit in augmentū Dei, & reliqua.

Illud, quod crebro diximus: Et si imperitus sermone, non tamen scientia: nequaquam Paulum de humilitate, sed de conscientia veritate dixisse, etiam nunc approbamus. Profundus enim & reconditos sensus lingua non explicat. & cum ipse sentiat quid loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone. Quem cum in vernacula lingua habeat disertissimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis, viri in lege doctissimi, se ipsum interpretari cupiens inuoluitur, si autem in Græca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tarso Ciliciæ a parua ætate imbiberat: quid de Latinis dicendum est, qui verbum de verbo exprimere conantes, obscuriores faciunt eius sententias, & veluti herbis crescentibus frugum strangulant vbertatē? Conabimur itaq; *καταπαύσειν* *μὲν* sensus eius euoluere, & tricas implicati eloquij suo ordini reddere, atque iuncturæ, vt simplici stamine verborum fila decurrant, puroq; sub tegmine, apostolici sermonis textura succrescat. Nemo vos superet, id est, nemo aduersum

vos brauium accipiat: hoc enim Græce dicitur, *καταβραβύωντω*, quando quis in certamine positus iniquitate agonothete, vel iniurijs magistrorum, *βραβύων*, & palmam sibi debitam perdit. Multaq; sunt verba, quibus iuxta morem vrbis & prouinciæ iuxta familiaris Apostolus vtitur: è quibus, exempli gratia, pauca ponenda sunt. Mihi autem parum est iudicari ab humana die. hoc est *ἀπὸ ἀνθρώπων ἡμέρας*.

Et, Humanum dico, hoc est *ἀνθρώπων λόγῳ*. Et dicitur *καταβραβύωντω ὑμᾶς*, hoc est, non grauauit vos: & quod nunc dicitur, *μηδὲ ἐς ὑμᾶς κατὰ βραβύωντω*, id est, nullus brauium accipiat aduersum vos. Quibus, & alijs multis verbis vtique hodie vtuntur Cilices. Nec hoc miremur in Apostolo, si vtatur eius lingue consuetudine, in qua natus est, & nutritus, cum Virgilius, alter Homerus apud nos, & patriæ iuxta lequens consuetudinem, sceleratum frigus appellet. Nemo ergo vos superet, ac deuincat, volens humilitatem litteræ sequi, & angelorum religionem, atque culturam: vt non seruiatis spirituali intelligentiæ, sed exemplarijs futurorum, quæ nec ipse vidit, qui vos superare desiderat, siue videt, (vtrumq; enim habetur in Græco) præsertim cum tumens ambulet, & incedat inflatus, mentisq; superbiam gestu corporis præferat: hoc enim significat, *ἐμβραβύωντω*. Frustra autem inflatur & tumet sensu carnis suæ carnaliter cuncta intelligens, & non tenens caput omnium scripturarum illud de quo scriptū est: Caput viri Christus est.

Caput autem ac principium totius corporis, eorumque qui credunt, & omnis intelligentiæ spiritualis. Ex quo capite corpus Ecclesiæ per suas compages, a quo iuncturas, vitalem doctrinæ caelestis accipit succum: vt omnia paulatim membra vegetētur & per occultos venarum meatus, fundatur defæcatus sanguis ciborum, & ministretur, atque succrescat, immò teneatur temperantia corporis, vt de fonte capitis rigati arus, crescant in perfectionem Dei. & impleatur Saluatoris oratio: Pater volo, vt sicut ego, & tu vnum sumus, sic & isti in nobis vnum sint; vt postquam nos Christus tradiderit patri, sit Deus omnia in omnibus. Tale quid & in verbis, & in sensibus, & in genere locutionis obscurissimè scribit ad Ephesios: Veritatem autem loquentes in caritate, crescemus in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vnus cuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate. Super quo & in commentarijs eiusdem epistolæ plenius diximus.

Loquitur autem vniuersa epistolæ plenius diximus. Loquitur autem vniuersa contra eos, qui credentes ex Iudæis in Dominum Saluatorem, Iudaicas caerimonias obseruare cupiebāt. Super qua re & in Actis apostolorum non parua quæstio concitata est. Vnde & supra Paulus ait, de ijs, qui magistros legis esse se iactant: Nemo vos iudicet in cibo, & potu, quasi alia munda sint, alia immunda; aut in parte dici festi, vt alios dies festos putent, alios non festos; nobis enim, qui in Christum credimus resurgentem, iugis & æterna festiuitas est: aut in parte nec mensis, hoc est kalendarum, & mensis noui; quando decrescens luna finitur, & noctis vmbris tegitur: Christianorum enim lumen æternum est, & semper solis iustitiæ radijs illustratur: aut in parte sabbathorum, vt non faciant seruire opus, & onera non portent: quia nos sumus Christi libertate donati, & onera peccatorum portare desuimus. Hæc, inquit, omnia vmbra sunt futurorum, & imagines venturæ felicitatis: vt in quibus Iudæi hæstant iuxta litteræ, & tenentur in terra,

nos iuxta spiritum tranſeamus ad Chriſtum : qui, ad diſtinctionem vmbrarum, nunc corpus appellatur. quo modo enim in corpore veritas eſt, & in corporis vmbra mendacium : ſic in ſpirituſuali intelligentia mundus omniscibus & potus, & tota feſtiuitas, & perpetuæ kalendæ, & æterna requies expectanda eſt. Quærimus, quid dicere voluerit, In humilitate & religione angelorum, aut quem ſenſum habeat. Ex quo Dominus locutus eſt ac diſcipulos : Surgite eamus hinc : & relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et locus, in quo Dominus crucifixus eſt, ſpirituſualiter Ægyptus vocatur, & Sodoma : omnis Iudaicæ obſeruationum cultura deſtructa eſt : & quaſcumque offerunt victimas, non Deo offerunt, ſed angelis refugis, & ſpiritibus immundis. Nec mirum ſi hoc poſt paſſionem Domini faciant : cum per Amos quoque prophetam dicatur ad eos : Numquit hoſtias & victimas obtuliſtis mihi quadraginta annis in deſerto domus Iſraël : & aſumpſiſtis tabernaculum moloch, & ſidus Dei veſtri rempha, figuras quas feciſtis, vt adoretis eas ? Quod plenius in concione Iudaica Stephanus martyr exponens, & reuolvens hiftoriam veterem, ſic locutus eſt : Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtias idolo, & lætabantur in operibus manuum ſuarum. Conuerſus autem Deus, tradidit eos, vt colerent militiam cæli : ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarum. Militia autem cæli, non tantum ſol appellatur, & luna, & aſtra rutilantia, ſed & omnis angelica multitudo, eorumque exercitus, qui Hebraicè appellantur מַלְאָכִים fabaoth, id eſt virtutum, ſiue exercituum. Vnde & in Euangelio iuxta Lucam legimus : Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium : Gloria in altiffimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Facit enim Deus angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Et vt ſciamus ſemper eos, qui colebant idola, licet in templo hoſtias viderentur offerre, non Deo eas obruliſſe, ſed angelis, per Ezechielè plenius diſcimus : Dedi eis iuſtificationes non bonas, & præcepta non bona. Non enim ſanguinem hircorum, aut taurorum quærit Deus, ſed ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus : cor contritum & humiliatū Deus non deſpicit. Et propterea qui vitulum fecerant in horeb, & coluerant ſidus Dei rempha, de quo in propheta Amos plenius diſſeruiſmus, adorauerunt figuras, quas ipſi fecerunt : & tradidit eos Deus, vt ſeruiunt militiæ cæli : quæ nunc ab Apoſtolo dicitur religio angelorum. Pro humilitate in Græco ταπεινοφροσύνη legitur, id eſt humilitas mentis ſiue ſenſus, verè enim humilis ſenſus, & miſeranda ſuperſtitio, Deum credere hircorum atque tauro rum ſanguine delectari, & nidore thymiamatis, quæ ſæpe homines declinamus. Quod autem ſequitur : Si mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis mundi : quid adhuc tamquam viuentes in mundo decernitis ? ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis, quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſequendum præcepta & doctrinas hominum, quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ, in ſuperſtitione & humilitate, & ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis : hunc nobis habere ſenſum videtur. Curramus per ſingula, & obſcuritatem ſenſuum atque verborum, Chriſto referante, pandamus. Si baptizati eſtis in Chriſto, & cum Chriſto in baptiſmate conſepulti, mortui autem ab elementis mundi, pro eo quod eſt, elementis : cur mecum non dicitis : Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti,

per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo ? nec audiftis Dominum dicentem ad patrem : De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo : & mundus odit eos, quoniam non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo : ſed econtrario quaſi viucentes in mundo decernitis, ne tetigeritis corpus hominis mortui, nec veſtimentum, nec ſcabellum in quo fedit mulier menſtruata : neque guſtaueritis carnem ſuillam, & leporum & ſepianū, & loliginum, murenæ, & anguillæ, & vniuerſorum piſcium, qui ſquamas & pennulas non habent : quæ omnia in corruptionem & interitum ſunt ipſo vſu, & ſtercore digeruntur ? Eſca enim ventri, & venter eſcis : & omne quod intrat per os, non coinquinat hominem, ſed ea quæ de nobis exeunt. Secundum præcepta, inquit, & doctrinas hominum : ſecundum illud quod Eſaias loquitur : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas hominum & præcepta. Vnde & Dominus corripit phariſæos, dicens : Irritum feciſtis mandatum Dei, vt traditiones veſtras ſtatuereſtis. Deus enim dixit : Honora patrè & matrem : & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, quicumque dixerit, patri vel matri : munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit : & non honorificauit patrem ſuum aut matrem : & reliqua. Quibus inferre : Et irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditiones veſtras. Quanta traditiones phariſæorum ſunt, quas hodie vocant *deutepoiſis*, & quam aniles fabulæ, euoluere nequeo. neque enim libri patitur magnitudo : & pleraque tam turpia ſunt, vt erubeſcam dicere. dicam tamen vnum in ignominiam gentis inimicæ. Præpoſitos habent ſynagogis ſapentiſſimos quoſque, ſœdo operi delegatos, vt ſanguinem virginis ſiue menſtruatæ mundum vel immundum, ſi oculis diſcernere non potuerint, guſtu prælibent. Præterea quia iuſſum eſt, vt diebus ſabbathorum ſedeat vnus quiſque in domo ſua, & non egrediarur, neque ambulet de loco, in quo habitat : ſi quando eos iuxta litteram ceperimus artare, vt non iaceant, non ambulent, non ſtent, ſed tantum ſedeant, ſi velint præcepta ſeruare ; ſolent reſpondere, & dicere, Rab akiba, & Symeon, & Hille, magiſtri noſtri tradiderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in ſabbatho, & cætera iſtiusmodi, doctrinas hominum præferentes doctrinæ Dei : non quod dicamus ſedendum ſemper eſſe in ſabbatho, & de loco, in quo quis fuerit occupatus, non recedendum, ſed quod id, quod impoſſibile legis eſt, in quo infirmatur per carnem, ſpirituſuali obſeruatione complendum ſit.

Sequitur : Quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ. Hoc loco, quidem, conitunctio ſuperflua eſt : quod in plerisque locis propter imperitiam artis grammaticæ Apoſtolum feciſſe reperiſmus. neque enim ſequitur, ſed, vel alia coniunctio, quæ ſolet ei præpoſitioni, vbi quidem poſitum fuerit, reſpondere. Videntur igitur obſeruationes Iudaicæ apud imperitos, & vilem plebeculam, imaginem habere rationis, humanaque ſapientiæ : vnde & doctores eorum σοφοί, hoc eſt ſapientes, vocantur. & ſi quando certis diebus traditiones ſuas exponunt, diſcipulis ſuis ſolent dicere, οἱ σοφοὶ δευτεροῶν, id eſt, ſapientes docent traditiones. Pro ſuperſtitione in Græco ἰδωλαθρηνοῦσία poſitum eſt, hoc eſt falſa religio, & pro humilitate ταπεινοφροσύνη, quæ magis virtutè ſolet ſonare, quàm vitii. Sed hic ταπεινοφροσύνη, ſic eſt intelligendū, quod humiliſentiatatò; terrena ἀκριδία autè σαλματος; cuius nomē Latinus ſermo nō explicat, Ec apud

apud nos dicitur, ad non parcendum corpori. Non parcunt Iudaei corporibus suis in assumptione ciborum, contemnent interdum quae habent, & quarerentes quae non habent. ex qua necessitate debilitates interdum & morbos contrahunt. Nec honorant semet ipsos, cum omnia munda sine mundis, nihilque possit esse pollutum, quod cum gratiarum actione percipitur; & iccirco à Domino sit creatum, ut saturitate & adimpleriōe carnis humanos artus vegetet, atque sustentet. Elementa autem mundi, à quibus immo quibus mortui sumus, lex Moysi, & omne vestus instrumentum intelligendum est, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus. quo modo enim elementa appellantur litterae, per quas syllabas ac verba coniungimus, & ad texendam orationem longa meditatione procedimus; ars quoque musica habet elementa sua; & geometria ab elementis incipit linearum; & dialectica atque medicina habent *ἰσχυρὰ ὀργὰς* suas: sic elementis veteris testamenti, ut ad euangelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia. vnde confitemur decimus octauus psalmus, & omnes alij, qui litteris praenotantur, per ethica nos ducunt ad theologica, & ab elementis occidentis litterae, quae destruitur, transire faciunt ad spiritum viuificantem. Qui ergo mundo & elementis eius mortui sumus, non debemus ea obseruare quae mundi sunt: quia in altero initium, in altero perfectio est.

QVÆSTIO VNDECIMA. *

2. Thess. 2.

1. Thess. 5.

1. Thess. 4.

QUID sit, quod idem Apostolus ad Thessalonicenses scribit: Nisi discessio venerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati: & reliqua. In prima ad Thessalonicenses epistola scripserat: De temporibus autem, & momentis, fratres non necesse habetis, ut scribam vobis: ipsi enim diligenter scitis: quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas: tunc repentinus illis instabit interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Supra enim ad eos scripserat: Hoc vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini, non praueuiemus eos qui dormierunt: quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de caelo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aëra; & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis: Quod audientes Macedones, non intellexerunt, quos secum viuentes Apostolus vocet, & qui dicantur residui, qui cum illo rapiantur in nubibus obuiam Domino: sed arbitrati sunt, dum adhuc essent in corpore, & antequam gustarent mortem, Christum in sua maiestate venturum. Quod Apostolus audiens, rogat eos, & adiurat per aduentum Domini nostri Iesu Christi, ut non cito moueantur, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tamquam ab eo scriptam, quasi inster dies Domini. Duos autem esse aduentus Domini Saluatoris, & omnia prophetarum docent volumina, & euangeliorum fides; quod primum in humilitate venerit, & postea sit venturus in gloria, ipso Domino protestante, quae ante consummationem mundi ventura sint, & quo modo venturus antichristus, quando loquitur ad Apostolos: Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto; (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes;

Matth. 24

Dan. 9

Matth. 24.

& qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua; & qui in agro; non reuertantur tollere tunicam suam. Et iterum: Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, aut illic: nolite credere. surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce praedixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. sicut enim fulgur exit ab oriente, & parit visque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Ac deinde: Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, & tunc plangent omnes tribus terrae: & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quattuor ventis, à summo caelorum vsque ad terminos eorum. Rursumque de antichristo loquitur ad Iudaeos: Ego veni in nomine patris mei, & non credidistis mihi, Si alius veniet in nomine suo, illum suscipietis. Igitur Thessalonicensium animos vel occasio non intellectae epistolae, vel ficta reuelatio, quae per somnium deceperat dormientes, vel aliquorum coniectura, Esaiæ & Danielis, Euangeliorumque verba de antichristo praenunciata, in illud tempus interpretantium mouerat, atque turbauerat, ut in maiestate sua tunc Christum sperarent esse venturum. Cui errori medetur Apostolus, & exponit quae ante aduentum Christi debeant praetolari: ut cum illa facta viderint, tunc sciant antichristum, id est; hominem peccati, & filium perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, esse venturum. Nisi, inquit, venerit discessio primum, quod Graece dicitur *ἀποστασία*, ut omnes gentes, quae Romano imperio subiaccant, recedant ab eis, & reuelatus fuerit, id est, ostensus: quem omnia prophetarum verba praenunciant, homo peccati, in quo fons omnium peccatorum est: & filius perditionis, id est, diaboli: ipse est enim vniuersorum perditio, qui aduersatur Christo, & ideo vocatur antichristus: & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, ut cunctarum gentium Deus, siue probatam omnem & veram religionem suo calcet pede: & in templo Dei, vel Hierosolymis, ut quidam putant, vel in ecclesia, ut verius arbitramur, sederit, ostendens se, tamquam ipse sit Christus & filius Dei: Nisi, inquit, fuerit Romanum imperium ante desolatum, & antichristus praecesserit, Christus non veniet: qui ideo ita venturus est, ut antichristum destruat. Meministis, ait, quod haec ipsa, quae nunc scribo per epistolam, cum apud vos essem, praesentis sermone narrabam, & dicebam vobis, Christum non esse venturum, nisi praecessisset antichristus. Et nunc quid detineat, scitis. Ut reueletur in suo tempore, hoc est, quae causa sit, ut antichristus in praesentiarum non veniat, optimè nostis. Nec vult aperte dicere, Romanum imperium destruentum; quod ipsi, qui imperant, aeternum putant. Vnde, secundum Apocalypsim Ioannis, in fronte purpuratae meretricis scriptum est nomen blasphemiae, id est, Romae aeternae. Si enim aperte audacterque dixisset: non veniet antichristus; nisi prius Romanum deleatur imperium: iusta causa persecutionis in orientem tunc Ecclesiam confurgere videbatur. Quodque sequitur: Iam enim mysterium operatur iniquitatis; tantum, ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus: hunc habet sensum: Multi

Multis malis atque peccatis, quibus Nero impurissimus Cæsarum mundum premit, antichristi parturitur aduentus: & quod ille operaturus est postea, in isto ex parte completur, tantum ut Romanum imperium, quod nunc vniuersas gentes tenet, recedat, & de medio fiat: & tunc antichristus veniet, fons iniquitatis: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, diuina videlicet potestate, & suæ maiestatis imperio; cuius iussisse, fecisse est; non in exercitus multitudinem, non in robore militum, non in angelorum auxilio, sed statim ut ille aduenerit, interficitur antichristus. & quo modo tenebræ solis fugantur aduentu: sic illustratio aduentus sui cum Dominus destruet, atque delebit. Cuius opera, satanæ sunt opera. Et sicut in Christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter: ita & in antichristo omnes erunt fortitudines, & signa, & prodigia, sed vniuersa mendacia. Quo modo enim signis Dei, quæ operabatur per Moysen, Magi suis resistere mendacius, & virga Moysi deuorauit virgas eorum: ita mendacium antichristi, Christi veritas deuorabit. Sed uentur autem eius mendacio, qui perditioni sunt præparati. Et quia tacita quæstio poterat commoueri: cur enim concessit Deus omnem eum habere virtutem, signa, atque prodigia, per quæ seducantur, si fieri potest, etiam electi Dei: solutione præuenit quæstionem, & quod opponi poterat, antequam opponatur, absoluit. Faciet, inquit, hæc omnia non sua virtute, sed concessione Dei, propter Iudæos: ut qui noluerunt caritatem recipere veritatis, hoc est spiritum Dei per Christum: Quia caritas Dei diffusa est in corda credentium: Et ipse dicit: Ego sum veritas: De quo in psalmis scriptum est: Veritas de terra orta est: Qui ergo caritatem & veritatem non receperunt, ut Saluatore suscepto salui fierent, mittet illis Deus non operatorem, sed ipsam operationem, id est, fontem erroris, ut credant mendacio: Quia mendax est ipse, & pater eius. Et si quidem antichristus de virgine natus esset, & primus venisset in mundum, poterant Iudæi habere excusationem, & dicere, quod putauerint veritatem, & iccirco mendacium pro veritate susceperint. Nunc autem ideo iudicandi sunt, immo procul dubio condemnandi, quia, Christi veritate contempta, postea mendacium, id est, antichristum suscepturi sunt.

DIVI HIERONYMI IN HOMILIAS CANTICI CANTICORVM

ORIGENIS, AD DAMASVM

PRÆFATIO.

ARGVMENTVM.

ORIGENES homilias aliquot in expositionem cantici canticorum ediderat, hoc est vsque ad finem ferè secundæ capitis: verum quia doctæ, & eruditione plenæ erant, & quod maius est, Anagogicum sensum variè, & appositè explicabant, D. Hieronymus ex Græco eas in Latinum sermonem ad Damasum Papam vertit. Apposuit autè initio præfatiunculam (ut moris est interpretum) quæ laudes Origenis contineret: cuius verba, veluti ansam hæresi suæ commodam, arripiens Rufinus, orthodoxi, sanctissimi, ac celeberrimi viri testimonio, vniuerso orbi legendum, imitandumque Origenem obrudere conatus est. Quæ prima, ac ferè sola inter eos dissidij causa fuit, dum Rufinus Hieronymum veluti Origenistam ubique extollit, Hieronymus se Origenistam, hoc est hæreticum non esse contendit.



RIGENES, cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico canticorum ipse se vicit. nam, decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti vsque versuum millia pene

HIERON. TOM. I.

pervenit, primum Septuaginta interpretes, deinde Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, & ad extremum Quintam editionem, quam in Actæo littore inuenisse se scribit, ita magnificè aperteque disferuit, ut inde mihi videatur in eo completum esse, quod dicitur: Introduxit me rex in cubiculū suum. Itaque, illo opere prætermisso, quia ingentis est otij, laboris, & sumptuum, tantas res, tamque dignum opus in Latinum transferre sermonem, hos duos tractatus, quos in morè quotidiani eloquij paruulis adhuc lætentibus composuit, fideliter magis quam ornate interpretatus sum, gustum tibi sensuum eius, non cibum offerens. Tu animaduertas, quanti sint illa æstimaanda, quæ magna sunt, cum sic possint placere, quæ parua sunt.

Cantic.

ORIGENIS HOMILIÆ DVÆ IN CANTICA CANTICORVM, INTERPRETE DIVO HIERONYMO.



VO modo didicimus per Moysen, quædam esse non solum sancta, sed & Sancta sanctorum, & alia non tantum sabbatha, sed, & sabbatha sabbathorum sic nunc docemur, scribente Salomone, esse quædam non solum Cantica,

sed & Cantica canticorum. Beatus quidem is, qui ingreditur Sancta: sed beator, qui ingreditur Sancta sanctorum. Beatus, qui sabbatha sabbathizat: sed beator, qui sabbathizat sabbathorum sabbatha. Beatus similiter & is, qui intelligit Catica, & canit ea: nemo quippe, nisi in solemnitatibus, canit: sed multo beator ille, qui canit Cantica canticorum. Et sicut is, qui ingreditur in Sancta sanctorum, & qui sabbathum celebrat, quod à Domino populo constitutum est, multa adhuc necessaria habet, ut agar sabbatha sabbathorum: eodè modo difficile reperitur, qui omnia, quæ in scripturis continentur, Cantica peragratis, valeat ascendere ad Cantica canticorum. Egredi te oportet ex Ægypto, & egressum de terra Ægypti pertransire mare rubrum, ut possis primum Canticum canere, dicens: Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est. Licet autem primum dixeris Canticum, adhuc longè es à Cantico canticorum. Perambula terræ deserti spiritualiter, donec venias ad puteum, quem foderunt reges, ut ibi secundum Canticum canas. Post hæc veni ad viciniam sanctæ terræ, ut super Iordanis ripam constitutus, cantes Canticum Moysi, dicens: Attende cælum, & loquar, & audiat terra verba oris mei. Rursum habes necessarium, ut milites, & terram sanctam hæreditate possideas, & apis tibi propheta, & apis te iudicet: Debora quippe apis interpretatur: ut possis & illud carmen, quod in libro Iudicum continetur, edicere. Ad Regnorum deinceps volumem ascendens, veni ad canticum, quando David fugit de manibus omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & dixit: Dominus firmamentum meum, & fortitudo mea, & refugium meum, & liberator meus. Perueniendum tibi est ad Esaiam, ut cum illo dicas: Cantabo canticum dilecto vineæ meæ. Et cum vniuersa transferis, ad altiora conscende, ut possis animæ decora cum sponso & hoc canere Canticum canticorum. Sed quot ex personis constet, incertus sum. Orantibus autem vobis, & reuelante Domino, quattuor mihi in his videor inuenisse personas, virum, & spon-

Exodi 26
Hebr. 9

Exodi 15

Num. 28
Deut. 32

Iud. 5

Psalm. 77

Esai. 3

E e z sam.

Col. 1

Exodi 7

Roman. 5
Ioan. 14
Psalm. 84

fam, cum sponsa adolescentulas, cum sponso sodalium greges. Alia dicuntur à sponsa, alia à sponso, nonnulla à iuuenulis: quædam à sodalibus sponsi. Congruum quippe est, vt in nuptiis, adolescentularum sit multitudo cum sponsa, iuuenum turba cum sponso. Hæc omnia noli foris querere, noli extra eos, qui prædicatione euangelij saluati sunt. Chritum sponsum intellige, Ecclesiam sponsam sine macula, & ruga: de qua scriptum est: Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid eorum: sed vt sit sancta & immaculata. Eos vero, qui cum sint fideles, non sunt tamen istiusmodi, quales sermo noster præfatus est, sed iuxta modum quendam adepti videntur salutem, animaduerte credentium animas, & adolescentulas esse cum sponsa. Angelos vero, & eos, qui peruenerunt in virum perfectum, intellige viros esse cum sponso. Inde igitur mihi videntur quattuor ordines, vnum, & vnam, duos choros inter se continentem, sponsam canere cum iuuenulis, sponsum canere cum sociis. Et cum hoc intellexeris, audi Canticum canticorum: & festina intelligere illud, & cum sponsa dicere ea, quæ sponsa dicit; vt audias, quæ audiuit & sponsa. Si autem non poteris dicere cum sponsa, quæ dixit, vt audias ea, quæ dicta sunt sponsæ, festina vel cum sponsi sodalibus fieri. Porro, si & illis inferior es; esto cum adolescentulis, quæ in sponsæ deliciis commorantur. Hæc quippe in hoc libro fabula pariter & epithalamio sunt personæ; ex quo & gentiles sibi epithalamium vindicarunt, & istius generis carmen assumptum est. Epithalamium siquidem Canticum canticorum. Primum sponsa orat, & statim in mediis precibus auditur: videt præsentem sponsum: videt adolescentulas suo comitatu copulatas: deinde respondet ei sponsum: & post sponsi eloquia, dum ille pro eius salute, respondet sodales, donec sponsus sit in recubitu, & à passione confurgat, se quædam sponsæ ornamenta facturos. Verum iam ipsa verba ponenda sunt; in quibus prius vox sponsæ deprecantis auditur. Osculetur me ab osculis oris sui. Quorum iste est sensus: Quousque mihi sponsus meus mittit oscula per Moysen, mittit oscula per prophetas? Iam ipsius cupio ora contingere: ipse veniat, ipse descendat. Orat igitur sponsi patrem, & dicit ad eum: Osculetur me ab osculis oris sui. Et quia talis est vt compleatur super eam propheticum illud, in quo dicitur: Adhuc te loquente dicam, ecce adsum: sponsam sponsi pater exaudit, mittit illum suum. Videns illa eum, cuius deprecabatur aduentum, orare desistit, & ad eum comminus loquitur: Quoniam bona vbera tua super vinum: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Sponsus igitur Christus, missus à patre, venit vnctus ad sponsam, & dicitur ad eum: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis: Si me tetigerit sponsus; & ego boni odoris ero; & ego liniar vnguentis, & ad me vsque eius vnguenta peruenient, vt possim cum Apostolo dicere: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Nos autem, cum hæc audimus, adhuc peccatis, vitiisque foetemus, de quibus propheta pœnitens loquitur: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Peccatum odoris est putridi: virtus spirat vnguenta: quorum typos reperies in Exodo. Inuenies quoque ibi tacten, onycha, galbanen, & reliqua. Hæc quidem ad incensum. Deinde ad opus vnguentarij varia sumuntur vnguenta: in quibus est nardus, & fæctæ. Et

Deus, qui fecit cælum & terram, loquitur ad Moysen, dicens: Ego impleui eos spiritu sapientiæ, & intellectu; vt faciant opera artis vnguentariæ. Et vnguentarios Deus docet. Hæc si non spiritualiter intelligantur, nonne fabulæ sunt? nisi aliquid habeant secreti, nonne indigna sunt Deo? Necessè est igitur eum, qui audire scripturas spiritualiter nouit, aut qui certè non nouit, & desiderat nosse, omni labore contendere, vt non iuxta carnem & sanguinem conuerteretur, quo possit dignus fieri spiritualium secretorum; & vt aliquid audentius dicam, spirituali cupidine vel amore accendatur. siquidem est & spiritualis amor. & quo modo est quidam carnalis cibus, & alius spiritualis, & alia carnis potio, alia spiritus: sic est quidam amor carnalis à fatana veniens, alius amor spiritus, à Deo exordium habens. Et nemo potest duobus amoribus possideri. Si carnis amator es, amorem spiritus non capis. Si omnia corporalia despexisti: non dico carnem, aut sanguinem, sed & argentum, & possessiones, sed ipsam terram, ipsumque cælum: hæc quippe pertransibunt: si ista omnia contempsisti, & ad nullum horum anima tua obligata est, neque quoquam vitiorum amore retineris; potes amorem capere spiritualem. Ista locuti sumus, quia euenit occasio, vt de amore spirituali aliqua diceremus. Expedi autem nobis Salomonis custodire præceptum, & magis illius, qui per Salomonem loquebatur de sapientia, ita dicens: Ama illam; & seruabit te: circumdabit illam, & exaltabit te: honora illam, vt te amplectatur. Est quidem spiritualis amplexus: atque vtinam contingat, vt meam sponsam altior sponsi amplexus includat; vt ego quoque possim dicere, quod in eodem libro scriptum est: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Osculetur me ergo ab osculis oris sui. Moris est scripturarum, imperatiuum modum pro optatiuo ponere, vt ibi: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: pro vtinam sanctificetur: & nunc in præsentem: Osculetur me ab osculis oris sui: pro eo quod est, vtinam osculetur. Deinde concupiscit sponsum: venit delibutus vnguentis. Nec aliter ad sponsam poterat venire: nec decebat aliter patrem ad nuptias filium destinare. Variis eum vnxit vnguentis, fecit illi Christum: venit diuersis odoribus spirans, & audit, quia bona vbera tua super vinum. Congruè sermo diuinus vnam, eandemque rem, pro locorum qualitate, diuersis vocabulis nuncupat. Quando hostia offertur in lege, & vult intellectum ostendere, peccusculum separatiouis affatur. quando vero recubuit aliquis cum Iesu, & sensuum eius cõmunionem perfruitur non peccusculum, vt supra, sed peccus alloquitur. Porro, cum sponsa loquitur ad sponsum, quia nuptiale carnem inducitur, non peccusculum, vt in sacrificio, non peccus, vt in Ioanne discipulo, sed vbera nominat dicens: Quia bona vbera tua super vinum. Communica vt sponsa cum sensibus sponsi: & scies quia inebriant atque lætificant istiusmodi cogitatus. Quo modo autem calix Domini inebrians perquam optimus est: sic vbera sponsi omni meliora sunt vino, quia bona vbera tua super vinum. In mediis precibus ad sponsum verba conuertit: Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Non vno, sed omnibus sponsus venit vnctus vnguentis. Si autem & ad meam animam, factam sponsam suam, sponsus venire dignabitur: quam oportet esse formosam, vt illum de cælo ad se trahat; vt descendere faciat ad terras, vt veniat ad amatam: quali pulchritudine decoranda est, quali debet amore feruere

Ephes. 5

Cant. 1

Esaie 52

Psalm. 44

1. Cor. 2

Psalm. 37

Exodi 30

Ecclesi. 11

16

Prover. 4

Cant. 2

Math. 6

Psalm. 44

Act. 16

Leuit. 7

Ioa. 11

Psalm. 31

Cant. 4 & feruere, vt ea loquatur ad illam, quæ ad perfectam locutus est sponfam? Quia ceruix tua, quia oculi tui, quia genæ tuæ, quia manus tuæ, quia venter tuus, quia humeri tui, quia pedes tui? De quibus, si concesserit Dominus, disputabimus; quo modo sponfa membra varientur; & singularum partium laus diuersa dicatur: vt post disputationem, etiam ad nostram dici animam similiter laboremus. Bona igitur vbera tua super vinum, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Si videris sponsum, tunc intelliges verum esse, quod dicitur, Quoniam bona vbera tua super vinum, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Multi habuerunt aromata. Regina austri derulit aromata Salomoni: & plures alij aromata possederunt: sed habuerit quis quantalibet, non possunt Christi odoribus comparari: de quibus nunc sponfa ait: Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Ego arbitror, quia & Moyses habuit aromata, & Aaron, & singuli prophetarum. verum, si videro Christum, & suauitatem vnguentorum eius odoremque percepero; statim sententiam profero, dicens: Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Oleum effusum nomen tuum. Propheticum sacramentum est. Tantummodo nomen Iesu venit in mundum, & vnguentum prædicatur effusum. In Euangelio quoque mulier accipiens alabastrum vnguenti nardifici præciosi, caput Iesu pedesque perfudit. Obserua diligenter, quæ de duabus super caput effuderit Saluatoris. siquidem peccatrix super pedes, & ea, quæ dicitur non fuisse peccatrix, super caput eius fuisse monstratur. Obserua, inquam, & inuenies in euangelica lectione non fabulas & narrationes ab euangelistis, sed mysteria esse conscripta. Impleta est utique odore vnguenti domus: si quid peccatrix habuit, ad pedes referendū est: & si quid ea, quæ non peccatrix, ad caput. Nec mirum, domū fuisse odore cōpletam; cū hoc odore mundus cōpletus sit. Scribitur in eodē loco de Simone leproso, & domo eius. Ego puto leprosum, mūdi istius esse principē, & hunc leprosum; Simonem nuncupari, cuius domus, ad aduentum Christi, suauī odore cōpleta sit, agente pœnitentiā peccatrice, & sancta caput Iesu vnguenti odoribus perfundente. Vnguentum effusum nomē tuū. Quo modo vnguentum, quod effusione sua odore longè lateq; dispergit; sic Christi nomen effusum est. In vniuersa terra Christus nominatur; in omni mundo prædicatur Dominus. Vnguentū enim effusum nomen eius. Nunc Moysi nomen auditur, quod prius Iudææ tantum clauderetur angustiis. Neque enim Græcorum quispiam meminit eius: neq; in vlla gentium litterarum historia de illo; seu cæteris scriptis aliquid inuenimus. Statim vt Iesus radiauit in mundo, eduxit secum legem, & prophetas; & verè cōpletum est; Vnguentum effusum nomē tuum: propterea iuuenulæ dilexerunt te. Quia per Spiritum sanctum caritas Dei diffusa est in corda nostra, congruè nomen effusionis infertur, Vnguentū effusum nomen tuum. Hæc dicens sponfa adolescētulas cōspicit. Quando illa sponsi patrē rogabat, & ad ipsum sponsum cōminus loquebatur, nec dum adolescētulæ aderant. In medijs verò præcibus ingreditur iuuenularū chorus, & sponfa laudatur eloquijs: Propterea iuuenulæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Adolescētulæq; respondent: Post te in odore vnguentorum tuorum curremus. Quam pulchræ sponfi pedesque, necdum fiducia habent sponfæ. Sponfa non post tergum sequitur, sed ingreditur iuncta lateri: apprehēdit dexteram sponsi, & manus eius sponsi

dextera continetur. famulæ verò ingrediuntur post eam. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubina; & iuuenulæ, quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, vna est ei, quæ concepit illam. Post te ergo in odore vnguentorum tuorum curremus. Cum omni honestate deambulantibus dictum est: Post te in odore vnguentorum tuorum curremus, secundū illud: Cursus consummaui. Et illud: Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus autem recipit brauiū. Brauium Christus est: & hæc quidem adolescētulæ, quas propter amoris exordium foris stare et gnoscimus, iuxta illud exemplum: Amicus autem sponsi stans, & audiens eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi: Tale quiddam & adolescētulæ sustinent: introcunte sponso, forinsecus remanent: sponfa verò speciosa, perfecta, sine macula, sine ruga, in sponsi cubiculum, in regium penetrare ingressa, reuertitur ad iuuenulas; & nunciat eis, quæ sola conspexerit, dicitque: Introduxit me rex in cubiculum suum. Nō ait, introduxit nos plures in cubiculum suum. Plures foris remanent: in cubiculum sola ingreditur sponfa, vt videat thesauros absconditos, & tenebrosos, renuncietque iuuenulis: Introduxit me rex in cubiculum suum. Rursus adolescētulæ, id est, sponfarum incipientium turba quamplurima: ingressa sponfa cubiculum sponsi: & vidente diuitias viri sui, dum illius præstolantur aduentum, lætæ concinunt: Exultabimus, & lætābimur in te. Pro sponfæ perfectione lætantur. Non est æmulatio in virtutibus. Amor iste mundus, amor iste sine vitio est. Exultabimus & lætābimur in te: diligemus vbera tua. Illa, quæ maior est, iam tuorum vberum lacte perficitur; & loquitur exultans: Bona vbera tua super vinum. Istæ verò exultationem & lætitiā differunt: adolescētulæ quippè sunt, differunt caritatem, & dicunt: Exultabimus; & lætābimur in te: diligemus vbera tua super vinum. Diligemus, inquit, non diligimus. Deinde loquuntur ad sponfam: Æquitas dilexit te. Laudant sponfam, nomen illi æquitas à proprijs virtutibus imponentes. Æquitas dilexit te. Rursus ad adolescētulas sponfa respondet: Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalem vt tabernacula cedat, vt pelles Salomonis. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata, quoniam despexit me sol. Speciosa quidem est: & possumus inuenire; quō modo speciosa sit sponfa: quærimus autem, quo modo nigra, & sine candore sit pulchra. Pœnitentiā egit à peccatis, speciem ei largita est conuersio, & ideo speciosa cantatur. quia verò necdum omni peccatorum sorde purgata, necdum lota est in salutem; nigra dicitur, sed in atro colore non permanet: fit itaque candida, quando ad maiora cōsurgit, & cum ab humilibus incipit ad alta conscendere, diciturque de ea: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Et quo manifestius hoc mysterium describatur, non ait, vt in plerisque codicibus legitur: Innixa super fratruelcem suum, id est, *ἐπιτρεψήσασθαι τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς*, sed *ἐπιτρεψήσασθαι*, id est, super pectus eius recumbens. Significanterque de anima sponfæ & sermone dicitur, super pectus illius recumbens, quia principale ibi cordis est nostri. Vnde à carnalibus recedentes, spiritualia sentire debemus; & intelligere; multò melius esse sic amare, quàm amare desistere. Ascendit igitur recumbens super pectus fratruelis sui; & quæ nunc in exordio cantici nigra ponitur, in epithalamij sine de ea cantatur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Intelleximus, quo modo &

Cant. 6
2. Tim. 4
1. Cor. 9
Joan. 3
Cant. 4
Math. 26
Marc. 14
Iean. 12
Marc. 14
Luc. 7
Roman. 5

Cant. 6
2. Tim. 4
1. Cor. 9
Joan. 3
Cant. 4
Cant. 8
Cant. 8

nigra & formosa sit sponsa. Si autem & tu non egeris penitentiam; caue, ne anima tua nigra dicatur, & turpis; & duplici turpitate turperis, nigra propter peccata praeterita, turpis propter hoc, quia in eisdem vitis perseveras. Si vero penitentiam egeris, nigra erit anima tua propter antiqua delicta, propter penitentiam vero habebit aliquid, ut ita dicam, *Aethiopici decoris*. Et quia semel *Aethiopem* nominavi, volo testem scripturam super hunc aduocare sermonem. *Aaron & Maria* murmurant, quia *Moyſes Aethiopiſſam* habet uxorem. Et nunc *Moyſes Aethiopiſſam* duxit uxorem. siquidem lex eius ad hanc nostram *Aethiopiſſam* transmigravit. Murmuret *Aaron sacerdotum Iudaorum*: murmuret & *Maria synagoga eorum*. *Moyſes* de murmuratione non curat: amat *Aethiopiſſam* suam, de qua & alibi dicitur per prophetam: Ab extremis fluminum afferent hostias. Et rursus: *Aethiopia* praeueniet manus eius Deo. Pulchre, praeueniet. quo modo enim in euangelio mulier illa, quae sanguine fluebat, archisynagogi filiam curatione praeuenit: sic *Aethiopia* *Israël* aegrotante sanata est. Illorum delicto, salus gentibus facta est ad emulandum eos. Nigra sum, & speciosa filiae Hierusalem. Et tu ecclesiastica anima ad filias Hierusalem conuerte sermonem, & dic: Me plus amat sponsus, me magis diligit, quam vos, quae multae filiae Hierusalem. vos foris statis, & sponsam cubiculum videtis intrantem. Nemo dubitet nigram vocatam esse formosam. Qui nos sumus, ut cognoscamus Deum, ut cantica praedicemus cantici, ut ab *Aethiopiae* finibus, ut ab extremo terrae veniremus sapientiam veri audire *Salomonis*? Et quando *Saluatoris* vox intonantis auditur: Regina austri veniet in iudicium, & condemnabit homines generationis huius: quia venit à finibus terrae audire sapientiam *Salomonis*: & ecce plus quam *Salomon* hic: audi mystica quae dicantur. Regina austri venit à finibus terrae, Ecclesia: & condemnat homines generati onis huius, id est, Iudaeos, carni & sanguini deditos. Venit à finibus terrae audire sapientiam *Salomonis*: non illius, qui in testamento veteri praedicatur: sed huius, qui in euangelio *Salomone* maior est. Nigra sum & speciosa filiae Hierusalem: nigra velut tabernacula cedar: Speciosa ut pelles *Salomonis*. Ipsa quae omnia nomina cum sponsae decore conveniunt. Aiunt Hebraei cedar interpretari tenebras. Nigra sum ergo ut tabernacula cedar, ut *Aethiopes*: speciosa, ut pelles *Salomonis*, quas eo tempore in tabernaculi ornamento coposuit, quando templum summo studio & labore fabricatus est. Diues quippe *Salomon*: & in omni sapientia illius, nemo praecessit illum. Nigra sum & speciosa filiae Hierusalem, ut tabernacula cedar, ut pelles *Salomonis*. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Satisfecit de nigrore suo: & per penitentiam ad meliora conuersa, annunciat se filiabus *Israël* nigram quidem esse, sed pulchram, secundum quod superius exposuimus, & dicit: Ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Ne, inquit, admiremini coloris esse me retrii: sol despicit me: pleno quippe radio in me luminis sui fulgor illuxit, ut eius sim calore fuscata. neque enim, ut decuerat, ut solis dignitas expetebat, illius in me lumen excepi. Delicto eorum salus gentibus facta est, & rursus incredulitate gentium, scientia *Israël*. Habes vtrumque: apud *Apostolum*: Filij matris meae pugnaverunt aduersum me. Considerandum quo modo sponsa dicat: Filij matris meae pugnarunt aduersum me. Et quando aduersus eam fratrum pugna

surrexit? Vide *Paulum ecclesiae* persecutorem: & intelliges, quo modo filius matris eius pugnavit: aduersus eam. Persecutores ecclesiae egerunt penitentiam: & aduersarij eius rursus ad tororis signa conuersi, praedicauerunt fidem, quam ante destruebant. Hoc prophético spiritu sponsa nunc cantans, ait: Dimicauerunt in me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Ego ecclesia, ego sponsa, ego sine macula, plurimarum cultos sum posita vinearum à filiis matris meae, qui contra me aliquando pugnaverunt. Qua sollicitudine curaque districta, dum plures custodios vineas, vineam meam non custodiui: Intellige mihi hoc de *Paulo*, & alio quocumque sanctorum, qui pro omnium sit salute sollicitus: & videbis quo modo vineam suam non custodiens, aliorum vinea custodiat: quo modo etiam ut alios lucrificet, ipse in quibuslibet dona sustineat. Etenim cum fuerit liber ex omnibus, se ipsum seruum fecit, ut omnes lucrificeret: Factus sum, inquit, infirmus infirmis, *Iudaeis Iudaeis*, iis qui sub lege erant, quasi sub lege, & caetera: dicatque, Vineam meam non custodiui. Deinde conspicit sponsum, qui conspectus abscessit. Et frequenter hoc in toto carmine facit: quod nisi quis ipse patiatur, non potest intelligere. Saepè, Deus testis est, sponsum mihi aduocare conspexi, & mecum esse quamplurimum: quo subito recedente, inuenire non potui quod querebam. Rursus igitur desidero eius aduentum, & nonnumquam iterum venit: & cum apparuerit, meisque manibus fuerit comprehensus, rursus elabitur: & cum fuerit elapsus, rursus à me inquiritur: & hoc crebro facit, donec illum verè teneam, & ascendam innixa super fraterculum in eum. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Non quaro alia tempora, quando vespere, quando diluculo, quando in solis pascis occubitu: illud tempus inquiri, quando in flore die, quando plena luce in maiestatis tuae splendore veraris. Annuncia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Diligenter observa ubi meridiem legeris. Apud *Ioseph* meridiem fratres prandii celebrant. Angeli meridiem *Abraham* suscipiuntur hospitio: & caetera istiusmodi. Quare, & inuenies scripturam diuinam, non frustra, seu fortuito vnumquemque vsurpare sermonem. Quis putas est dignus nobis, ut ad meridiem usque perueniat, & videat, ubi pascat, ubi cubet sponsus? Annuncia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Nisi enim tu mihi annunciaueris, incipio errabunda iactari: & dum te quæro in aliorum greges incurro: & quia aliorum erubescio facie, meam absque mora mox congregare incipio. Sum quippe sponsa formosa, & aliis nudam faciem meam non ostendo; nisi tibi soli, quae iam pridem despiculata sum, Annuncia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie: ne quando si sicut cooperta super greges sodalium tuorum. Ut ista non patiar, ut non siam cooperta, ut ora non contegam, & ad alios usque perueniens, incipiam forsitan & eos amare quos nescio: iccirco annuncia mihi, ubi te quæram, & inueniam in meridie: ne forte siam quasi cooperta super greges sodalium tuorum. Post haec verba sponsus ei comminatur, & dicit: Aut cognosce temet ipsam, quoniam iam regis es sponsa, & formosa: & à me facta formosa. siquidem ego mihi exhibui gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam: aut scito, quia, si te non cognoueris, & tuam scieris dignitatem, patieris haec, quae sequuntur. Quænam ista sunt? Si non cognoueris temet ipsam, & pulchra in mulieribus, egredere tu in vestigijs gregum; &

Cant. 1

1. Cor. 9

G. 43. 11

Ephes. 3

pascis

Matth. 23. **p**asce, non greges ouium, non agnorum, Sed hædos tuos. Statuet quippe oues à dextris, & à sinistris hædos. Si non cognoueris temet ipsam, ô pulchra in mulieribus, egredere tu in vestigiis gregum; & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum. In vestigiis, inquit, pastorum nouissima fies: non inter oues, sed inter hædos tuos, cum quibus habitans, non poteris mecum, id est, cum bono pastore esse. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea. Si vis intelligere ô sponsa, quo modo scire te debeas: cognosce cui te comparauerim: & tunc videbis talem te esse, quæ turpari non debeas, cum tuam speciem cognoueris. Quid est igitur, Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit te? Scio equitem sponsum, propheta dicente: Et equitatio eius salus. Assimilata es ergo equitatu meo, in curribus Pharaonis. Quantum differt equitatus meus qui sum Dominus, & demergo in fluctibus Pharaonem, & cristatos eius, & ascensores eius, & equos & currus eius; quantum inquam differt equitatus meus ab equis Pharaonis: tanto melior es omnibus filiabus, tu sponsa, tu ecclesiastica anima, omnibus animabus, quæ non sunt ecclesiasticæ. Igitur si ecclesiastica anima es, omnibus animabus es melior: si non es melior, non es ecclesiastica. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit te proxima mea. Deinde pulchritudinẽ sponsæ spirituali amore describit. Genæ tuæ, ut turturis. Faciem illius laudat, & genarum rubore succenditur. Pulchritudo quippe mulierum in genis dicitur esse quamplurima. Ita & nos pulchritudinem animæ intelligamus in genis. Labia verò eius & linguã, intelligentiam prædicemus. Collum tuum ut monile. Ut ornamentum, quod solet virginum collo pendere, & nuncupatur *ὀφθαλμος*, ita sine hoc decore & tuum ipsum collum est ornamentum. Post hæc fit sponsus in recubitu, requieuit ut leo, ut catulus leonis obdormiuit, ut deinceps possit audire: Quis suscitabit eum? Quo interim dormiente, apparent sponsæ sponsi sodales angeli, & his eam sermonibus consolantur. Nos tibi aurea ornamenta facere non possumus: non enim tam diuites sumus, ut sponsus tuus, qui aureum tibi monile largiatur. nos similitudinem auri faciemus, non habemus aurum. & in hoc quoque lætandum est, si similitudines auri, si stigmata faciamus argenti. Similitudines auri faciemus tibi, cum stigmatibus argenti, verum non omni tempore, sed donec sponsus tuus surgat à cubitu. cum enim ille surrexerit, ipse tibi aurum, ipse faciet argentum, ipse tuam mentem sensumque decorabit, & eris verè diues in sponsi domo sponsa formosa: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Abac. 3

Exodi 14

Genes. 49

cantari; & discere motum animæ tuæ, & naturalis amoris incendium ad meliora transferre, secundum illud: Ama illam; & seruabit te: circunda illam, & exaltabit te. Viri, diligite vxores vestras, ait Apostolus: sed non stetit in eo, quod dixerat. Viri diligite vxores vestras: verum sciens esse dilectionem viro- rum in propriis quoque vxoribus inhonestam, sciens esse placentem Deo, docuit quo modo viri vxores suas amare deberent, inferens: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus Ecclesiam. Et hæc quidem in præmio eorum, quæ postea differenda sunt, diximus. Quia amici sponsi, dum rex in recubitu suo est, (requiescens enim dormiuit ut leo, & ut catulus leonis) sponsæ promiserant, donec ille confurgeret, similitudines auri & argenti esse facturos, non habentes aurum; ut sponsus, & quodam modo alius verbis sponsi passio prædicata est, non irrationabiliter ad hæc sponsa respondet; & ipsa dispensationem quandam passionis intelligens, ad id, quod audierat; Similitudines auri faciemus tibi cum stigmatibus argenti, donec rex in recubitu suo est, ait: Nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus guttæ fratruelis meus mihi, in medio vberum meorum demorabitur. Quo modo igitur aptabimus ei id, quod præcessit, Donec rex in recubitu suo est: id quod sequitur, Nardus mea dedit odorem suum? Loquitur euangelium, quia venit mulier habens alabastrum vnguenti nardipistici preciosi: non illa peccatrix, sed sancta, de qua nunc mihi sermo est. Scio quippe Lucam de peccatrice, Matthæum verò, & Ioannem, & Marcum non de peccatrice dixisse: Venit ergo non peccatrix illa, sed sancta, cuius nomen quoque Ioannes inferuit: Maria quippe erat habens alabastrum vnguenti nardipistici preciosi, & effudit super caput Iesu. Deinde super hoc indignantibus non omnibus discipulis, sed Iuda solo dicente, potuit venundari hoc trecetis denariis & dari pauperibus, respondit magister, atque Saluator: Semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper. Præueniens quippe hæc in diem sepulturæ meæ fecit. Ideo, vbi cumque prædicatum fuerit Euangelium istud, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius. In figura ergo istius, quod nunc loquitur, Nardus mea dedit odorem suum, illa super caput Domini fudit vnguentum; & tu quoque assume nardum, ut postquam caput Iesu suauiter perfuderis, possis audacter effari: Nardus mea dedit odorem suum: & à Iesu reciprocum audire sermonem; quia, vbi cumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. Tu quoque facito, in vniuersis gentibus prædicato. Quando autem hoc facies? Si factus fueris, ut Apostolus, & dixeris: Christi bonus odor sumus in omni loco, in iis qui saluantur, & in iis qui pereunt: bona opera tua nardus sunt. Si verò peccaueris, peccata tetro odore redolebunt. Dicit quippe poenitens: Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Non de nardo propositum est nunc Spiritui sancto dicere: neque de hoc, quod oculis intuemur, Euangelista scribit vnguento, sed de nardo spirituali, de nardo, quæ dedit odorem suum. Fasciculus stactes, id est, guttæ siue stillæ fratruelis meus mihi. Guttam vnguenti cassiam galbani, in Exodo legitur præcepto Domini in thymiamã, & in sacerdotale chrisma consecutã. Si ergo videris Saluatorem meum ad terrena, aut humilia descendente, videbis, quo modo virtute magna & maiestate diuina ad nos modica quædam stilla defluxerit. De hac stilla & propheta cecinit dicens: Ee 4 Eterit,

Prouerb. 4

Ephes. 5

Genes. 49

Cant. 1

Matth. 26

Luc. 7

Ioan. 12

Matth. 26

Matth. 14

Cant. 1

1. Cor. 3

Psalm. 37

Exodi 30

SECUNDA HOMILIA EX ORIGINE TRADUCTA AB EO LOCO, IN

quo scriptum est: Nardus mea dedit odorem suum: vsq; ad eum locum, in quo ait: quia vox tua suauis, & forma tua decora: & cæter.



OMNES animæ motiones, vniuersitas conditor Deus creauit ad bonum: sed pro vsu nostro fit sæpe, ut res, quæ bonæ sunt per naturam, dum male his abutimur, nos ad peccata deducant. Vnus de animæ motibus amor est: quos benè vtimur ad amandum, si sapientiam amemus, & veritatem. quando verò amor noster in peiora corruerit, amamus carnem, & sanguinem. Tu igitur ut spiritualis, audi spiritualiter amatoria verba

Et erit, de stilla populi huius congregandus congregabitur Iacob. Et sicuti secundum animam sentum, lapis erat præcisus è monte sine manibus, nostri in carne Saluatoris aduentus: neque enim totus mons fuit, qui descendit ad terras: nec poterat humana fragilitas totius montis magnitudinem capere: sed lapis ex monte, lapis offensionis: & petra scandali descendit in mundum: sic secundum alium intellectum stilla nuncupatur. Oportebat quippe, ut quia omnes gentes in stillam stillam reputatæ sunt, is, qui pro omnium salute factus est omnia, etiam stilla fieret ad eas liberandas. Quid enim pro nostra salute non factus est? Nos inanes, & ille exinanitus se semet ipsum, formam serui accipiens. Nos populus stultus, & non sapiens & ille factus est stultitia prædicationis, ut fatuū Dei, sapiētius fieret hominibus. Nos infirmi: infirmū Dei fortius hominibus factus est. Quia igitur vniuersæ gentes, ut stilla stilla, & ut momentum statheræ reputatæ sunt: iccirco factus est stilla, ut per eum à vestimentis nostris odor stillæ procederet, iuxta illud: Myrrha, & stylla, & casia à vestimentis tuis, à domibus elephātinis, ex quibus lætistauerunt te filiæ regum in honore tuo, quæ in quadragesimo quarto psalmo dicuntur ad sponfam: Fasciculus stillæ fratruelis meus mihi. Consideremus, quid sibi fratruelis nomine velit Ecclesia, quæ hoc loquitur de fratruelle, Nos sumus ex gentibus congregati. Saluator noster, sororis eius est filius, id est, synagogæ. Duæ quippe sorores sunt, Ecclesia, & synagogæ. Saluator ergo, ut diximus, filius synagogæ sororis, vir Ecclesiæ, sponsus Ecclesiæ, fratruelis est sponsæ suæ. Fasciculus stillæ fratruelis meus mihi: in medio vberum meorum commorabitur. Quis ita beatus, ut habeat hospitem in principali corde, in medio vberū, in pectore suo, sermonem Dei? Tale est quippe, quod canitur: In medio vberum meorum commemorabitur. Si non fuerint fractæ mammæ tuæ, in medio earum habitabit sermo diuinus. Decebat in carmine nuptiali mammæ potius appellari, quæ pectus. Et perspicuum est, cur ad expositionem eius quæ dicit: In medio vberum meorum commorabitur: sit assumptum, Si non fuerint fractæ mammæ tuæ, in medio vberum tuorum commorabitur sermo diuinus. Vnde, dixi, Si non fuerint fractæ mammæ tuæ? De Ezechiele. in eo quippe loco, ubi Hierusalem Dominica corripitur voce, inter cætera dicitur ad eam: In Ægypto fractæ sunt mammæ tuæ. Castarum vbera non franguntur, sed meretricum vbera laxis pelibus irrugantur. Pudicarum erecta sunt vbera, & virginali robore tumentia. Suscipiunt sermonem sponsi, & dicunt: In medio vberum meorum commorabitur. Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Initium est sermonis in germine, & initium Cypri, id est, floritionis in verbo: vnde ait: Botrus Cypri, id est, floritionis, fratruelis meus mihi. Non omnibus est Botrus Cypri, sed iis, qui eius flore digni sunt. aliis vna varia est: huic foli, quæ nigra est, & formosā, in floribus decore se præbet. Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Non simpliciter ait, Botrus Cypri fratruelis meus: sed cum additamento, Mihi: ut doceret non omnibus eum esse botrum Cypri. Videamus autem, in quibus regionibus Botrus iste sit sponsus. In vineis engaddi, quod interpretatur oculus tentationis, Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Tentationis oculus in præsentem est. Siquidem in tentatione moramur in hoc mundo, & tentatio est vita humana su-

per terram. Dum in hac luce versamur, in vineis sumus engaddi. Si autem meruerimus postea transplantari, a nostro agricola transferemur. Nec dubites, quin possis de engaddi vineis ad loca meliora transferri. Agricola noster ad transferendam vineam crebra meditatione iam calluit. Vineam enim ex Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Operuit montes vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei. Et hæc quidem, quæ exposuimus, locuta sit sponsa de sponso, significans amorem suū, & sponsi venientis hospitium, quo modo in medio vberum, & sui cordis arcano sponsus veniens commoretur. Rursus sponsi ad eam sermo dirigitur, & dicit: Ecce speciosa proxima mea, ecce speciosa, oculi tui columbæ. Illa sic dicit ad sponsum: Ecce speciosus fratruelis meus: non adiungit, & proximus meus. Hic autem quando loquitur ad eam, Ecce speciosa, adiungit, Et proxima mea. Quare autem illa non dicit: Ecce speciosus, proximus mihi: sed tantum, Ecce speciosus? Quare ille non solum, Speciosa es, dicit, sed, Speciosa es proxima mea? Sponsa si longè fuerit à sponso, non est speciosa; tunc pulchra fit, quando Dei verbo coniungitur. Et merito nunc docetur à sponso, ut proxima sit, & à suo latere non recedat. Ecce speciosa, proxima mea, ecce speciosa. Incipis quidè esse speciosa, ex eo quod proxima mihi es: postquā autè esse cæperis speciosa, etiā sine additamento proxima absolute es speciosa. Ecce speciosa proxima mea, ecce speciosa. Videamus & aliā laudē sponsæ: ut & nos æmulemur sponsæ fieri. Oculi tui columbæ. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam nuchatus est eam in corde suo, & oculos non habet columbæ. Si quis verò oculos columbæ non habet, domum fratris sui ingreditur infelix, non seruans illud quod in Proverbiis est præceptum: In domum fratris tui ne tres infelix. Pro eo quod Septuaginta, infelix, interpretati sunt, Aquila, Hebræam exprimens veritatem, ad pondus posuit. Qui autem habet oculos columbæ, videt recta, & misericordiam promeretur. videns quippe recta, misericordiam consequetur. porro quis videt recta, nisi qui casto conspectu, & puris intuetur oculis? Noli igitur mihi de his tantum carnis oculis intelligere, quæ dicta sunt; licet & de his intellexisse non inutile sit: sed ingrediens ad interiora cordis tui, & alios oculos mente perquirens, qui & à Dei mandato illuminantur (mandatum quippe Dei illuminans oculos) illud enitere, labora, contende, ut sanctè intelligas vniuersa, quæ dicta sunt; & similis spiritui, qui in specie descendit columbæ, audias, quia oculi tui columbæ sunt. Si intelligis legē spiritualiter, oculi tui colūbæ sunt. Si intelligis euangelium, ut se vult intelligi euangelium, & prædicari: vides Iesum opam languorem & infirmitatem non solum eo tempore, quo carnaliter facta sunt, fuisse medicatum, sed hodieq; medicantem, & non tantum tunc ad homines descendisse, sed hodieq; descendere, & esse præsentem. Ecce enim, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi: oculi tui columbæ sunt. Ecce speciosa, proxima mea, ecce speciosa, oculi tui columbæ. Has de se sponsa audiens laudes, sponso vicem in laudibus tribuit: non quod ei, quod non habet, suo præconio largiatur: sed intelligens decorem eius, atque conspiciens, ait: Ecce speciosus es fratruelis meus. & quidem pulcher. Lectus noster vmbrosus. Quæro lectum, in quo sponsus cum sponsa requiescat: & ni fallor, corpus humanum est. Siquidem ille in euangelio paraly-

Job 7

Mare 3
ricus

ricus, qui iacebat in lecto, & abire in domum suam, sublato grabato, voce iussus est Saluatoris, antequam sanaretur, super debile membrorum suorum corpus iacebat, quod postea Dei virtute solidatum est. Sic ego intelligo: Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Neque enim ad hoc filius Dei de caelestibus ad terrena descenderat, ut de lectulis imperaret, & consurgente ab ægrotatione sua, sine lectulo non pateretur abscedere: Tolle, inquit, grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et tu igitur, à Saluatore sanatus, tolle grabatum tuum; & vade in domum tuam: ut cum ad te velut ad sponsam venerit sponsus, & in eo tecum fuerit reclinator, dicas: Ecce speciosus fratruelis meus, & quidem pulcher. Acclinatio nostra umbrosa. Ecce speciosus fratruelis meus: ipse & speciosus est, & umbrosus.

Palm. 120 Per diem quippe sol non vret te, neque luna per noctem. Trabes domorum nostrarum cedri. Multitudinis verba sunt, videntur autem mihi viri hæc dicere, qui cum sponso sunt, de quibus superius sermo præfatus est, Domos cedrinæ trabibus intextas, & cypressis contignatas. siquidem pro stæbe ascendit cypressus: & pro coniza, ascendit myrtus. Requiritens igitur, cuius naturæ ista sunt ligna, & cedrum impuribilem, & cypressum odoris optimi deprehendens, labora & tu ita contignare domum tuam, ut de te quoque possit dici: Trabes domuum nostrarum cedri, & contignationes nostræ cypressi. Post hæc sponsus loquitur: Ego flos campi, & lilium conuallium. Propter me, qui in valle erā, descendit in vallē, & in vallē veniens sit lilium. Pro ligno vitæ, quod plantatum est in paradiso Dei, totius campi, id est, totius mundi & vniuersæ terræ flos factus est. Quid enim sic potest esse flos mundi, ut vocabulum Christi? Vnguentum effusum nomen eius. Aliter id ipsum dicitur: Ego flos campi, & lilium conuallium. Et hæc quidem de semetipso. Deinde sponsam laudans, ait: Ut lilium in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiorum. Sicut lilium non potest spinis comparari, inter quas semper exoritur: eodem modo proxima mea super omnes filias lilium est in medio spinarum. Ista audiens sponsa, vicem reddit sponso; & sentiens illius etiam suauitatem, in vocē laudantis erumpit. vnguentorum quippe odor licet suauiter spiret, & sensum odore demulceat, non tamen eiusmodi est, ut suauē sit ad edendum. Est autem aliud, quod optimi saporis sit, & odoris, id est, ut fauces dulcore delectet, & spiritum mulceat odoratum. Tale est malum, & istiusmodi est naturæ, ut in se vtraque possideat. Idcirco volens non solum bene olentes sermones sponsi, sed & dulcorem eius sponsa laudare, ait: Ut malum in lignis siluæ, ita fratruelis meus in medio filiorum. Omnia ligna, omnes arbores, ad compationem sermonis Dei, siluæ inferaces existimantur. Ad Christum saltus est omne, quod dixeris, & infructuosa sunt omnia, quæ enim possunt dici ad eum comparata fructifera? etiam ligna, quæ videntur fructibus incuruari, ad collationem aduentus eius infructuosa monstrata sunt. ideo ut malum in lignis siluæ, ita fratruelis meus in medio filiorum. In umbra eius concupiui, & sedi. Quam pulchrè non ait, in umbra illius concupisco, sed, In umbra eius concupiui: & non, sed eo, sed, Sedi, siquidem in principio non possumus cum eo proprium conferre sermonem: verum in principio, ut ita dicam, quadam maiestatis illius umbra perfuimur. vnde & in prophetis legitur: Spiritus faciei nostræ Christus Dominus, cui diximus; In umbra eius viuemus in gentibus. Et ab umbra ad um-

bram aliam transmigramus: Seditibus enim in regione umbræ mortis, lux orta est eis, & transiamus ab umbra mortis ad umbram vitæ. Semper istiusmodi sunt profectus, ut in exordio desideret quippiam saltem in virtutum umbra consistere. Ego puuto ideo & natiuitatem Iesu ab umbra coepisse, & non in umbra, sed in veritate finitam. Spiritus, inquit, sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Natiuitas Christi ab umbra sumpsit exordium. Nō solum autem in Maria ab umbra eius natiuitas coepit, sed & in te, si dignatus fuerit, nascitur sermo Dei. Fac igitur, ut possis capere umbram eius: & cum umbra fueris dignus effectus, veniat ad te, ut ita dicam, corpus eius, ex quo umbra nascitur. Nam qui in modico fidelis est, & in maioribus erit fidelis. In umbra eius concupiui, & sedi. Vides, quia non semper in umbra steterit, sed inde ad meliora transierit, dicens: Et fructus eius dulcis in gutture meo. Ego, inquit, desideravi in umbra eius requiescere: sed postquam me sua protexit umbra, etiam fructu illius saturata dico: Et fructus eius dulcis in gutture meo. Introducite me in domum vini. Foris stetit sponsus, & ab sponsa susceptus est: In medio quippe verum illius requieuit. Proxima iuenculæ non sunt istiusmodi, ut sponsum hospitem habere mereantur. Multitudinem foris in parabolis loquitur. Quam vereor, ne multæ adolescentulæ fortè nos simus. Introducite me in domum vini. Cur tam diu foris maneo? Ecce sto ante ostium, & pulso. Si quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & cenabo cum eo, & ipse mecum. Introducite me. Et nunc eadem dicit sermo diuinus: Ecce Christus loquitur, introducite me. Vobis quoque catechumenis loquitur, introducite me. Introducite me, non simpliciter in domum, sed in domum vini. Impleatur vino lætitiæ, vino Spiritus sancti anima vestra. Et sic introducite in domum vestram sponsum, verbum, sapientiam, veritatem. Potest autem & ad eos dici, qui nondum perfecti sunt: introducite me in domum viui. Ordinate in me caritatem. Eleganter locutus est, ordinate. Plurimorum quippe inordinata est caritas; quando, quod in primo loco debent diligere, diligunt in secundo; quod in secundo, diligunt in primo; & quod oportet amare quarto, amant in tertio, & rursus tertium in quarto: & est in plerisque caritatis ordo peruersus: sanctorum verò caritas ordinata est. Volo ad intelligendum hoc, quod dictum est, Ordinate in me caritatem, aliqua exempla replicare. Te vult diuinus sermo diligere patrem, filium, filiam: vult te sermo diuinus diligere Christum: nec dicit tibi, ne diligas liberos, ne parentibus caritate iungaris. Sed quid dicit tibi? Ne inordinatam habeas caritatem, ne primum patrem, aut matrem, deinde me diligas: ne filij, & filiarum plus, quam mei caritate tenearis. Qui amat patrem, aut matrem super me, non est me dignus: qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Recolle conscientiam tuam de patris, matris, fratris affectu, & considera, qualem circa sermonem Dei & Iesum habeas caritatem: statim deprehendes, magis te filium & filiam diligere, quam verbum; magis te parentes amare, quam Christum, Quis putas ita proficit ex nobis, ut præcipuam & primam inter omnia sermonis Dei habeat caritatem, qui in secundo loco liberos ponat? Iuxta hunc modum, ama uxorem tuam. Nullus quippe aliquando suam carnem odio habuit, sed amat ut carnem. Eterunt, inquit, duo in carne vna: & non in vno spiritu. Ama & Deum, sed ama illum non ut carnem & sanguinem, sed ut spiritum.

Esaies

Lucæ 1

Lucæ 15

Cant. 2

Matth. 4

Apoc. 3

Matth. 10

Ezech. 2
Genes. 2

Thren. 4

qui enim adheret Deo, vnus spiritus est. Igitur ordinata est caritas in perfectis. Vt autem post Deum etiam inter nos ordo ponatur: Primum mandatum est, vt diligamus parentes: secundum, vt filios: tertium, vt domesticos nostros. Si autem filius malus est, & domesticus bonus: domesticus in caritate filij collocetur. & ita fiet, vt sanctorum ordinata sit caritas. Magister quoque & Dominus noster, in Euangelio praecepta de caritate constituens, ad vniuersumque dilectionem proprium aliquod apposuit, & dedit intelligentiam ordinis iis, qui possunt audire scripturam, dicentem: Ordinate in me caritate: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Rursum, inquit: Diligite inimicos vestros: & non apposuit, ex toto corde. Non est inordinatus sermo diuinus, nec impossibilia praecipit, nec dicit: diligite inimicos vestros vt voimet ipsos: sed tantum, Diligite inimicos vestros: sufficit eis, si eos diligimus, & odio non habemus. Proximum verò, vt te ipsum. Porro Deum ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mente, & ex tota virtute. Si haec intellexeris, & intellecta compleueris, fecisti, quod sponsi sermone praecipitur: Introduce me in domum vini, ordinate in me caritatem. Quis putas est nobis caritatis est ordinata? Confirmate me in vnguentis. Vnus de interpretibus posuit *in vnguentis*. Haec est autem sponsa, quae loquitur: Stipate me in malis. In quibus malis? Vt malum in lignis siluae, ira fratruelis meus in medio filiorum. Idcirco in malis eius stipate me, quia vulnerata caritate ego. Quam pulchrum est, quam decorum ad caritate vulnus accipere. Alius iaculum carni amoris exceptit, alius terreno cupidine vulneratus est: tu nuda membra tua, & praebere te iaculo electo, iaculo formoso: siquidem Deus sagittarius est. Audi scripturam de hoc eodem iaculo loquentem: immo, vt tu amplius admireris, audi ipsum iaculum, quid loquatur. Posuit me vt sagittam electam, & in Pharetra sua seruauit me, & dixit mihi: Magnum est tibi hoc, vocari puerum meum. Intellege sagittam, quid dicat, & quo modo à Deo sit electa. Quam beatum est hoc iaculo vulnerari. Hac sagitta vulnerati fuerant illi, qui inter se inuicem conferebant: Cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis scripturas. Si quis sermone nostro, si quis scripturae diuinae magisterio vulneratur, & potest dicere, quia vulnerata caritate ego, hunc & illud forsitan sequitur, quid forsitan, dico? manifestam promotionem sententiam: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Habet & in sinistra, & in dextera sermo Dei sapientiam: quae cum pro intellectu varietate sit multiplex, in subiacenti vna est. Ipse Salomon de laua, & dextera sapientiae docuit, dicens: Longitudo enim & anni vitae in dextera eius: in sinistra autem ipsius diuitiae, & gloria. Igitur laua eius sub capite meo, vt me faciat requiescere, & brachium sponsi fiat cervicalia meum, & reclinetur animae principale super sermonem Dei. Laua eius sub capite meo. Non expedit tibi habere cervicalia, quae lamentatio sequatur. In Ezechiele scriptum est: Vae iis qui consuunt cervicalia sub omni cubitu manus. Noli consuere cervicalia: noli capiti aliunde requiem quaerere: habe sponsi lauam sub capite tuo, & dic. Laua eius sub capite meo: quam cum habueris, omnia tibi, quae sunt in laua, tribuuntur. Dicis quippe, In sinistra eius diuitiae,

& gloria: & dextera eius amplexabitur me. Totum te sponsi dextera complectatur. Longitudo quippe & anni vitae in dextera eius: & ob id longae vitae, & multorum dierum eris super terram bonam, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Adiuravi vos, filiae Hierusalem, in virtutibus & in viribus agri. Quid adiurat sponsa filias Hierusalem? Si leuaueritis, & suscitaueritis caritatem. Quamdiu caritas dormit in vobis, o filiae Hierusalem, o adolescentulae, quae in me non dormit, quia vulnerata sum caritate? in vobis autem, quae plures estis, & adolescentulae, & filiae Hierusalem, dormit caritas sponsi. Adiuravi ergo vos, filiae Hierusalem, Si leuaueritis, & non solum leuaueritis, sed & suscitaueritis, quae in vobis est, caritatem. Creator vniuersi fratris, cum vos conderet, inseruit in cordibus vestris semina caritatis. Nunc autem, sicut alibi dicitur: Iustitia dormiuit in ea: sic dilectio dormitat in vobis: iuxta quod & alibi dicitur, Sponsus requieuit, vt leo, & vt catulus leonis. Adhuc in infidelibus, & in iis, qui corde sunt dubio, dormitat sermo diuinus, vigilat in sanctis. Dormitat in iis, qui tempestatibus fluctuant: suscitatur verò eorum vocibus, qui cupiunt vigilante sponso saluari. Statim fit, eo vigilante, tranquillitas: statim vndarum moles conquiescunt: spiritibus contrariis increpatur: fluctuum rabies silet. Illo dormiente, tempestas, mors, & desperatio est. Adiuero ergo vos, filiae Hierusalem, in virtutibus, & in viribus agri. Cuius agri? Nempe illius agri pleni, quem benedixit Dominus. Si leuaueritis & suscitaueritis caritatem: quoad usque velut vox fratruelis mei. Ecce hic venit saliens super montes. Haec adhuc loquitur Ecclesia exhortans adolescentulas, vt ad sponsi praepararetur aduentum: si tamen venire voluerit, & suum illis praebere colloquium. Adhuc igitur loquente ea, venit sponsus, quem digito monstrat, & dicit: Ecce hic venit saliens super montes: intellige sponsam animam beatam, atque perfectam, quae citius videat, citius sermonis contempletur aduentum, quae sibi sapientiam, sibi venisse sentiat caritatem, & dicat non videntibus: Ecce hic venit. Orate, vt & ego possim dicere: Ecce hic venit. Si enim potuero Dei differere sermonem, quodam modo & ego dicam: Ecce hic venit. Quo? Non utique vbi vallis, non vbi humilia loca. Quo venit? Saliens super montes, transiliens super colles. Si fueris mons, salit in te sermo Dei. Si non valueris esse mons, sed fueris collis secundus à monte, transiliet super te. Quam verò pulchra & conuenientia rebus vocabula. Salit super montes, quia maiores sunt, transiliet super colles, quia minores sunt. Non transiliet super montes, non salit super colles. Ecce hic venit saliens super montes, transiliens super colles.

Similis est fratruelis meus capreae, aut hinnulo ceruorum, in montibus Bethel. Haec duo animalia in scripturis frequentius nominantur, & quo amplius admireris, saepius iuncta ponuntur. Et haec sunt, ait, quae manducabis, post paululum inferes, capream, & ceruum. In praesenti quoque libro pariter nominantur ceruus, & caprea. quodam modo enim cognata sibi sunt, & vicina ista animalia. caprea, id est dorcas, acutissime videt. ceruus interfectus serpentum est. Quis putas est dignus è nobis, qui, iuxta dignitatem loci atque mysterij, plenam possit explicare rationem? Oremus Dominum, vt nobis largiatur sensum ad aperiendas scripturas, & possimus dicere: Quo modo aperuit nobis Iesus scripturas? Quid igitur dicitur: quia dorcas, hoc est caprea,

Exodi 16

Esaie 1

Genes. 49

Matth. 4

Genes. 27

Esaie 49

Deut. 14

Lucas 24

Deut. 6

Math. 22

Lucas 6

Esaie 49

Lucas 24

Prouerb. 3

Ezech. 13

caprea, secundum eorum physiologiam, qui de naturis omnium animalium disputant, ex insita sibi vi nomen acceperit? ab eo enim, quod acutius videtur, id est, *καπρά το δέξας δέρας*, dorcas appellata est. Cervus vero serpentum inimicus, ac debellator est, ita ut spirituum narium eos extrahat de cavernis, & superata pernicie veneni, eorum pabulo deleatur. Forsitan Saluator meus caprea fit iuxta *δραπένας*, cervus iuxta opera. Quenam ista sunt opera? Interfici ipse serpentes, & contrarias fortitudines iugulat. Ideo dicam ei: Tu contriivisti capita draconum super aquas: tu contriivisti caput draconis. Similis est fratruelis meus caprea, vel hinnulo ceruorum, super montes domus Dei. Bethel quippe interpretatur, domus Dei. Non omnes montes domus Dei sunt, sed ij, qui montes Ecclesiae sunt. Inveniuntur quippe & alij montes recti & confurgentes aduersus scientiam Dei, montes Aegyptiorum, & Allophylorum. Vis scire, quia similis est fratruelis meus caprea, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel? Esto mons ecclesiasticus, mons domus Dei: & veniet ad te sponsus similis caprea vel hinnulo ceruorum super montes Bethel. Cernit sponsum appropinquasse vicinius, qui ante super montes versabatur, & colles: assimilatur eum transilientem, atque salientem: & post haec ad se & ad alias adolescentulas aduenisse cognoscens, ait, Ecce hic retro post parietem nostrum. Si aedificaueris parietem, & feceris aedificationem Dei: veniet post parietem tuum prospiciens per fenestras. Vna fenestra, vnus est sensus: per hunc prospicit sponsum. alia fenestra, alius est sensus, & per hunc sponsum sollicitudine contuetur, per quos enim sensus non prospicit sermo Dei? Quid sit autem, prospicere per fenestras, & quo modo per eas sponsum aspiciat, sequens docebit exemplum. Vbi non prospicit sponsum, ibi mors inuenitur ascendens: vt legitur in Hieremia, Ecce mors ascendit per fenestras vestras. Quando videris mulierem ad concupiscendum eam, iam mors ascendit per fenestras tuas: Eminens per retia. Intellige quia in medio laqueorum ambulat, & subutus machinas transeas imminentes. Omnia retibus plena sunt, diabolus laqueis cuncta compleuit. Si autem venerit tibi sermo Dei, & coeperis eminere de retibus, dices: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Benedicti vos a Domino, qui fecit caelum & terram. Eminent igitur sponsum per retia tibi viam faciens. Iesus descendit ad terras, subiecit se retibus mundi. Videns magnum hominum gregem retibus impeditum, nec eum ab alio, nisi a se, posse conserui, venit ad retia, assumens corpus humanum, quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur, ea tibi dirupit: & loqueris: Ecce hic retro post parietem nostrum prospiciens per fenestras, eminens per retia: cum vero eminuerit, dicit tibi: Responderet fratruelis meus, & dicit: Surge veni proxima mea: viam tibi feci, conserui retia: sic veni ad me proxima mea: surge veni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Cur ait, surge? cur, propera? Ego pro te sustinui rabiem tempestatum: ego fluctus, qui tibi debebantur, excepi. Tristis est facta anima mea propter te vsque ad mortem. Surrexi a mortuis, fractis mortis ianuis, & inferni vinculis dissolutis: ideo dico tibi: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quia ecce hyems transiit, pluuia abiit tibi, flores visi sunt in terra:

Ego a mortuis surgens, tempestate compressa, tranquillitatem reddidi. Et quia secundum dispensationem carnis ex virgine cum voluntate patris creui, & sapientia & aetate profeci: flores visi sunt in terra, tempus sectionis adest. Sectio remissio peccatorum est. Omnem enim ramum, ait, in me manentem, & afferentem fructum, pater meus mundat, vt fructus maiores afferat. Habeo fructus, & priora, quae in te infructuosa sunt, auferentur. Tempus quippe sectionis adest, vox turturis audita est in terra nostra. Non sine causa in sacrificio assumitur par turturum, aut duo pulli columbarum: nam idem valent: numquam dictum est separatim, par tantummodo columbarum, sed par turturum, & duos pullos columbarum. Columba, Spiritus sanctus est. Spiritus autem sanctus, quando de magnis & occultioribus sacramentis, & quae multi capere non possunt, loquitur, in turturis appellatione signatur, id est, in eius auis, quae semper in montium iugis, & in arborum verticibus combratur: in vallibus autem, & iis, quae ad homines vsque perueniunt, columba assumitur. Denique Saluator, quia hominem est dignatus assumere, & venit ad terras, multiq; tunc circa Iordanem peccatores erant, iccirco spiritus sanctus non in turturum vertitur, sed columba fit: quae inter nos, propter hominum multitudinem, auis mansuetior conuertatur. Turtur autem videtur, verbi gratia, Moysen, & vnumquemlibet intelligere prophetarum, recedentium in montes & deserta, & ibi accipientium sermones Dei. Vox ergo turturis audita est in terra nostra. Ficus produxit grossos suos. A sic cognoscite parabolam. Cum ramus eius tener factus fuerit, & folia miserit, scitote quia iuxta est aestas. Vult nobis Dei eloquium nunciare, post hyemem, post procellas, animarum appropinquasse messem, & ait: Ficus produxit grossos suos: vites florescunt, dederunt odore. Si iam erupuit in florem, tempus adueniet, & erit vax. Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Haec quae superius exposuimus, sponsum non audientibus adolescentulis, sed sola sponsa audiente loquitur. Voluimus autem & ipsius iam audire sermonem loquentis ad sponsam: Surge, veni proxima mea, columba mea, & veni, columba mea sub tegmine petrae. Et Moyses sub tegmine petrae ponitur, vt videat posteriora Dei in tegmine aeternitatis. Primum veni ad id, quod ante murum est, & postea poteris introire vbi murus est petrae. Ostende mihi faciem tuam. Vsque ad presentem diem familia dicuntur ad sponsam. Necdum enim habebat fiduciam, vt reuelata facie, gloriam Domini contempleretur. Quia vero iam ornata est, atque composita, dicitur ei: Ostende mihi faciem tuam. Nondum enim erat vox eius ita suavis, vt mereretur ei dici: Audire me fac vocem tuam. Quando ergo didicit loqui? Tace enim, ait, & audi Israel: & scies quid loquatur Dominus. Et suavis facta est vox eius sponso, secundum illud propheticum: Suavis fiet ei postulatio mea. Tunc ad eam sponsum effatur: Et audire me fac vocem tuam: quia vox tua suavis est. Si aperueris os tuum verbo Dei, dicit tibi sponsum: Vox tua suavis est, & aspectus tuus speciosus. Quapropter confurgentes, deprecemur Dominum: vt digni efficiamur sponsoi sermone, sapientia Christi Iesu, cui est gloria & imperium in saecula saeculorum, Amen.

Psalm. 73

Ioan. 15

Leuit. 1. 2. 14

Matth. 24

Hier. 9

Matth. 5

Psalm. 123.

113.

Exodi. 33

Matth. 16

HIERONYMVS MINERIO ET
ALEXANDRO, EXPONENS
ILLVD APOSTOLI, NON OMNES

QVIDEM DORMIEMVS, SED
omnes immutabimur.

EPISTOLA CLII.

ARGVMENTVM.

MINERIVS & Alexander monachi Aegypti, per Sy-
finnium (vt alij multi de alijs fecerant) quaestionem moue-
rant: D. Hieronymo, quid significarent verba illa Apostoli
ad Corinthios, Omnes quidem dormiemus; non omnes
autem immutabimur, &c. Vir sanctus longa de mundi fi-
ne, de iudicio, & corporum resurrectione tractatione ex
proposito quaestionis addita, nunc eam peregre illis ex-
plicat.



N ipso iam profectiois articulo sancti
fratris nostri Syfinnij, qui vestra mihi scri-
pta detulerat, hæc, qualiacumque sunt,
dicere compellor: nec possum fuit dicere,
celare prudentiam: sed obsecro, ne hoc dictum re-
feratis ad gloriam, quin potius ad plenam necessitudi-
nem, dum ita vobis, quasi mihi, loquor. Multas
sanctorum fratrum ac sororum de vestra provincia
ad me detulit quaestiones, ad quas vsque ad diem Epi-
phaniorum, largissimo spatio me responsum
putabam. cumque fortassis noctium lucubratiunculis
ad pleraque dictarem, & expletis alijs, me ad ve-
stram, quasi ad difficillimam, reseruarem; subito su-
peruenit, asserens se illico profecturum. cumque
rogare, vt differret iter; liberè mihi cepit famem
obscendere monasteriorum, Aegypti necessitates, Nili
non plenas aquas, multorum inedia: vt prope of-
fensa esset in Dominum, illum vltra velle retinere.
Itaque subtegmen, & stamina, liciaque & telas, quæ
mihi ad vestram tunicam paraueram, vobis in conse-
cta transmissi; vt, quidquid mihi deest, vestro textatur
eloquio. Prudentes estis, & eruditi, & de canina, vt
ait Appius, facundia ad Christi discretitudinē tran-
smigastis. Nec magno mihi apud vos labore opus
est, quod I. philosophum quendam in suadeo rusti-
cum esse perpepsum narrant fabulæ. Vix dum dimi-
dium, inquit, dixeram, iam intellexerat. Itaque & ego
tempore coartatus, singulorum vobis, qui in sacram
scripturam commentarios reliquerunt, sententias
protuli; & ad verbum pleraque interpretatus sum;
vt & me liberem quaestione; & vobis veterum tra-
ctatorum mitatur auctoritas, qui, in legendis sin-
gulis, ac probandis, non meæ voluntati, sed vestro
acquiescatis arbitrio. Queritis, quo sensu dictum
sit, & quo modo in prima ad Corinthios epistola
Pauli Apostoli sit legendum: Omnes quidem dor-
miamus, non autem omnes immutabimur. An iux-
ta quadam exemplaria, non omnes dormiamus,
omnes autem immutabimur. vtrumque enim in Græ-
cis codicibus inuenitur. Super quo Theodorus He-
racleotes, quæ vrbs olim Perinthus vocabatur, in cō-
mentariolis Apostoli sic locutus est: Omnes quidem
non dormiamus, omnes autem immutabimur. Enoch
enim & Elias, mortis necessitate superata, ita vt erāt
in corporibus, de terrena conuersatione ad cælestia
regna translati sunt. Vnde & sancti, qui die consum-
mationis atque iudicij in corporibus reperiendi sunt,
cum alijs sanctis, qui ex mortuis resurrecturi sunt, ra-
pientur in nubibus obuiam Christo in aëra, & non
gustabunt mortem, eruntque semper cum Domino
gratissima mortis necessitate calcata. Vnde ait Apo-
stolus: Omnes quidem non dormiamus, omnes au-

tem immutabimur. Qui enim ex mortuis resurrexe-
rint, & in nubibus viuentes rapti fuerint, transibunt
ad incorruptionem, & à mortalitate in immortalita-
tem mutabuntur, non in tempore, non saltim in breui
spatio, sed in atomo & in puncto temporis, atque mo-
mento, quo palpebra oculi moueri potest, in nouissi-
ma tuba. tanta enim fiet celeritate resurrectio mor-
tuorum, vt viui, quos in corporibus suis consumma-
tionis tēpus inuenerit, mortuos de inferis resurgen-
tes præuenire non valeant. quod manifestè Paulus
edisserens, ait: Canet enim tuba, & mortui resur-
gent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim
incorruptibile istud induere incorruptionem, &
mortale hoc induere immortalitatem, vt possit in
vtramque partem, vel in pœnis, vel in caelorum re-
gno manere perpetuò. Diodorus Tarsensis episco-
pus, præterito hoc capitulo, in consequentibus bre-
uiter annotauit, in eo quod scriptum est: Et mortui
resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si, in-
quit, incorrupti, resurgent mortui, haud dubiū quin
& ipsi ad meliora mutati: quid necesse fuit dicere,
Et nos immutabimur? An hoc voluit intelligi, quod
incorruptio communis sit omnium, immutatio au-
tem propriè iustorum? dum non solū incorruptio-
nem & immortalitatem, sed & gloriam consequun-
tur. Apollinarius, licet alijs verbis, eadē quæ Theo-
dorus, asseruit: quosdam non esse morituros, sed de
præsenti vita rapiendos in futuram; vt, mutatis glo-
rificatisque corporibus, sint cum Christo. Quod
nunc de Enoch & Elia credimus. Didymus non pe-
dibus, sed verbis in Origenis transiens sententiam,
cōtraria via graditur. Ecce mysterium vobis loquor:
Omnes quidem dormiamus, non omnes autem im-
mutabimur. Quod ita differret: Si non indigeret
resurrectio interprete, nec obscuritatem haberet in
sensibus: numquam Paulus post multa quæ de resur-
rectione locutus est, intulisset: Ecce mysterium vo-
bis dico: Omnes quidem dormiamus, id est, morie-
mur: non omnes autem, sed soli sancti immutabi-
mur. Scio quod in nonnullis codicibus scriptum sit:
Non quidem omnes dormiamus, omnes autem im-
mutabimur. Sed considerandum, an ei, quod præ-
missum est, Omnes immutabimur, possit conueni-
re quod sequimur: Mortui resurgent incorrupti, &
nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur,
& hoc commune cum cæteris est; superfluum fuit
dicere, Et nos immutabimur. Quamobrem ita le-
gendum est: Omnes quidem dormiamus, non om-
nes autem immutabimur. Si enim in Adam omnes
moriuntur, & in morte dormitio est: omnes ergo
dormiamus, siue motiemur. Dormit autem iuxta
idioma scripturarū, qui mortuus est spe resurrectionis
futuræ. Omnisque qui dormit, vti que expergis-
citur: si tamen non subita vis mortis eum oppres-
sit, & mors somno fuerit copulata. Cumque omnes
ita dormierint lege naturæ, soli sancti & corpore &
anima in melius mutabuntur: ita vt incorruptio om-
nium resurgentium sit, gloria autem atque mutatio
propriè sanctorum. Quodque sequitur iuxta Græcos
ἐν ἀτόμῳ, ἐν ἰππῇ, siue ἐν ἰσοῦ ὀφθαλμῶν, vtrumque
legitur: & nostri interpretati sunt, in momento, &
in ictu, siue, in motu oculi, idem Didymus ita expla-
nauit: iuncta simul omnium resurrectione, rapien-
tur obuiam Christo, sed hi quos mors dissoluerit, quæ
præsens sermo significat. Quando enim dicit, in pun-
cto temporis, & in motu oculi atque momento futu-
ram omnium resurrectionem, cunctam primæ & se-
cundæ resurrectionis excludit fabulam: vt alij primi,
alij nouissimi resurrecturi esse credantur. Atomus
autem

1. Cor. 15

1. Cor. 15

Genes 5

4 Reg 2

1. The 4

autem punctum temporis est, quod secari & diuidi non potest. vnde & Epicurus ex suis atomis mundū fruit, & vniuersa conformat. Idusq; oculi, siue motus, qui Græcè dicitur *φοση*, tanta velocitate transcurrit, vt pene sensum vidētis effugiat. Verū quia in plerisque codicibus pro *φοση*, id est, istu vel motu, *ψωση* legitur: hoc sentire debemus, quod, quo modo leuis pluma vel stipula, aut tenue siccum que folium vento flatuq; raptatur, & de terra ad sublimē transfertur, sic ad istum oculi & ad nutum Dei omnium mortuorum corpora mouebuntur parata ad aduentum iudicis. Quodque iungit, & dicit: In nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: duplicem habet intelligentiam, vt clangor tubæ, aut vocis indicet magnitudinem, iuxta illud quod scriptum est: Sicut tuba exalta vocem tuam: aut apertam quod resurrectionem, iuxta illud quod in Euangelio legimus: Tu autem quando facis elemosynam, noli tuba canere ante te: hoc est, abscondite fac misericordiam & in secreto, ne videaris de alterius miseria gloriarī. Querimus autem, cur ad nouissimam tubam mortuos scripserit resurrecturos. Quando enim nouissima dicitur, vtique aliæ præcesserunt. In Apocalypsi Ioannis septem describuntur angeli cum tubis: & vnoquoque elangente, primo videlicet, secundo, & tertio, quarto, & quinto, & sexto, quid per singulos actum sit, indicatur. Nouissimo autem, id est, septimo, claro tubæ strepitu personante, mortui suscitantur, corpora, quæ prius habuerant corruptibilia, incorrupta recipientes. vnde, post nouissimam tubam, exponit Apostolus quid sequatur: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, nos autem immutabimur. Quando dicit, nos, alium se, & eos, qui secum sunt, præter mortuos esse significat. Ad quod intelligendū, sunt qui dicant mortuos, qui resurgāt incorrupti, esse corpora mortuorū; eos autem, qui dicantur esse mutandi, animas debere accipi, quando in maiorem gloriam fuerint commutata, & peruenerint in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Alij verò asserūt, mortuos debere intelligi peccatores, qui resurgent incorrupti, vt possint æterna sustinere supplicia: eos autem, qui commutantur, esse sanctos, qui de virtute in virtutē, & de gloria transferuntur in gloriam. Vnde & ad incorruptionem mortuorum intulit: Oportet enim corruptiuum hoc induere incorruptionem. Ad id autem, quod dixerat, Nos immutabimur, illud adiunxit, Et mortale hoc induet immortalitatem. aliud est enim immortalitas, aliud incorruptio: sicut aliud mortale, & aliud corruptiuum. quidquid autē mortale est, & corruptiuum est: sed non, quod corruptiuum, statim & mortale. corruptiuum quippe sunt corpora, quæ carent anima, & tamen non sunt mortalia: quia numquam habuere vitam, quæ propriè animantium est. vnde signanter Apostolus corruptioni incorruptionem, & mortalitati immortalitatem, resurrectionis futuram tempore copulauit.

Acacijs Cæsareæ, quæ prius Turris Stratonis vocabatur, post Eusebium Pamphili episcopus in quarto *συλλεγμένων ἐπισημάτων* libro proponens sibi hanc eandem quaestionem, latius disputauit, & vtrumque suscipiens, quod inter se videtur esse contrarium, post principium, quod omisimus, sic locutus est: Dicamus primum de eo, quod magis in plurimis codicibus inuenitur. Ecce mysterium dico vobis: omnes quidem dormiemus, non omnes autem im-

mutabimur. Mysterium dixit, vt attentiores faceret auditores, de resurrectione plenius disserteretur. Dormitio autē mortē istam, quæ cōmunis est omnium, significat: vnde rectissime posuit, quod omnes dormiamus, id est, moriamur, sicut supra dixit: Quo modo in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Cum ergo omnes morituri sint, audite sacramenta, quæ dico: omnes quidem moriemur, sed non omnes immutabimur. Canet enim tuba, haud dubiū quin angelus septimus, & mortui resurgent incorrupti. Si autem incorrupti erunt mortui, quo modo non immutabuntur, cum incorruptio ipsa mutatio sit? Sed hic commutatio, qua Paulus mutandus & sancti sunt, glorificatio intelligitur. Incorruptio autem iccirco communis est omnium, quia in eo miserabiliores erunt peccatores, vt ad tormenta perpetui sint, & non mortali & corruptibili corpore dissoluantur. Legimus in eadē epistola, Apostolo differente, sacramenta diuersitatem resurrectionis, non in natura corporum, sed in varietate gloriæ; dum alij resurgunt ad pœnas perpetuas, alij ad gloriam sempiternam. alia enim caro volatiliū, alia piscium, alia iumentorum, & corpora cælestia, & corpora terrestria. Sic, inquit, erit & resurrectio mortuorum. Cui sententiæ magis acquiescit Ecclesia; vt omnes communi morte moriamur, & non omnes mutemur in gloriam; iuxta illud quod Daniel scribit: Multi dormientes in terræ puluere, resurgent, alij in gloriam æternam, alij in confusione & opprobrium sempiternum. qui enim resurgent in opprobrium & confusione sempiternam, non resurgent in æternam gloriam; in quam Paulus, & qui cum eo sunt, mutabuntur. Quæ cum ita se habeant, & sic intellecta sint à nobis, eorum tantum commutationem suscipere, qui resurgent in gloriā; peccatorum autem & infidelium, qui mortui appellantur, & resurgent incorrupti, nequaquam commutationem, sed pœnas perpetuas esse dicendas. Transseamus ad secundam lectionem, quæ ita fertur in plerisque codicibus. Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Ex qua nonnulli asserunt, multos viuos in corporibus reperiendos; & si non dormiant omnes, non omnes esse morituros; si autem non moriantur omnes, non omnes resurrecturos. Resurgere enim propriè dicitur, qui prius moriendo cecidit. Vnde & Paulum voluit scribere in prima ad Thessalonicenses epistola: Nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt: quoniam ipse Dominus in iussu & voce archangeli & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui in Christo resurgent primi: deinde nos, qui viuimus, qui residui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëta: & sic semper cum Domino erimus. Et ex his dictis probare conantur, Apostolum Paulum, & qui cum eo scribebant epistolam, putasse se non esse morituros, sed reperiendos die consummationis in corpore. Quod si verum est, errauit Paulus, & humana æstimatione deceptus est: vt arbitraretur se inueniendum in corpore: quod falsum esse, rerum exitus approbavit. Hoc intellexerat & ipsi Thessalonicenses, sacramenta sermonis mystici nescientes: & coniecturis variis fluctuabant; dicebantque: Si Paulus in ueniedus in corpore est, proximus est dies iudicij. Vnde corrigit eos, secundam epistolam scribens: Rogamus vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi: & nostri congregationem in ipsum: vt non cito moueamini mente, nec terreamini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam.

1. Math. 6

11. Gaie 58

Apoel. 8.9

Ephel. 4

1. Cor. 15

Dan. 12

1. The. 4

2. The. 2

epistolam, tamquā per nos missam, quasi instet dies Domini: ne quis vos seducat vilo modo: quoniam nisi discessio venerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Non meministis, quod, cū apud vos essem adhuc, hæc dicebam vobis: Quibus dictis hoc agit, vt eos reuocet ab errore: ne putent diem appropinquare iudicij; & id quod scripserat; Nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non præueniemus eos, qui dormierunt; aliter intelligat, quam intelligi voluit ipse qui scripsit. Neque enim fieri potest, vt qui ad Timotheum scripserat: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat: putaret se in carne perpetuum, & numquā esse mortuum, & de vita terrena statim ad regna cęlestia trāsiturum: præsertim cum ad Romanos scribens eadē dixerit: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ad Corinthios: Habitantes in corpore, peregrinamur à Domino. Magis autem volebam exire de corpore, & esse cum Domino. Qui hæc dicebam, nouerat vtique se esse moriturum. Melius est igitur spiritaliter sentire quod scriptum est, & dormitionem in præsentī loco, non mortem accipere, per quam anima à corpore separatur; sed peccatum post fidem & offensam Dei, dormitionemque post baptismum: de qua & ad Corinthios loquebatur: & ideo inter vos multi infirmi sunt, & dormiunt plurimi. Et in alio loco: Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt: qui cum mortui sint, non sunt perpetua morte perituri: quia non in mortali crimine continentur, sed leui modico peccato. Quod & alius sanctus vitare cupiens, loquebatur: Ne forte obdormiam in morte. Est enim somnus peccati, qui ducit ad mortē: & est alia delicti dormitio, quæ in morte non stringitur: Qui ergo vixerit ea vita, quæ dicit: ego sum vita, (etenim vita nostra abscondita est cum Christo in Deo) & numquam ab ea fuerit separatus, nec ad mortem vsq; peccauerit: iste de viuentibus & semper viuentibus esse dicitur, de quibus & Saluator in euangelio Ioannis mystico sermone testatur. Qui credit in me, nō morietur. Et omnis, qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Vnde & Apostolus, Domini sui calcans vestigia, ea docuit discipulos, quæ didicit à magistro. Omnes itaq; non dormimus, qui enim omni custodia seruat cor suum, & ad Christi præcepta vigilat, mandatiq; eius memor est, dicentis; Vigilate, quia nescitis qua hora fur veniat. Et in alio loco; Ne dederis somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, vt saluus fias; quasi ca prea de vinculis, & quasi auis de laqueis, iste nō dormiet. Cum igitur quidam nō dormiant, qui semper in Christo viuunt, & vigilat, sequitur, vt nequaquam omnes dormiant, & econtrariō omnes obmutetur, non immutatione gloriæ, quæ propriè deberet sanctis, sed ea immutatione, qua corruptiuium hoc, incorruptiuium efficitur; vt vel pœnas, vel præmia recipiat sempiterna. Quod & si dormierit aliquis in Christo, & negligentia somno obdormierit, debet audire quod scriptum est: Numquid qui dormit, nō resurget? Qui verō nō dormit, sed vigilat, & semper viuit in Christo, de vita ad vitam transiet: siue rapietur in nubibus, vt semper cum Domino sit. De istiusmodi dormientibus Lazarus erat, de quo Dominus ait: Lazarus amicus noster dormit. Et de hoc dormiente dicebat ad Martham: Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Qui enim tota

mente in Christo confidit, etiam si vt homo lapsus, mortuus fuerit in peccato, fide sua viuit in perpetuum, alioqui mors ista communis, & credentibus & non credentibus debetur æqualiter, & omnes pariter resurrexerunt sunt, alij in confusionem æternam, alij ex eo, quod credunt, in sempiternam vitam. Et sic stare potest, vt qui credit in Christo, non moriatur; & etiā si mortuus fuerit, viuat in perpetuum, quod iuxta corporalem mortem, excepto Enoch & Elia, nulli contigisse perspicuum est. Qui autem fidei magnitudine semper viuit in Christo, non dormient, neq; morientur, sed imitatores erunt vitæ Apostolicæ, qui absq; vlla culpa vixerunt in lege iustitiæ, & ad fidem Domini transeuntes, credentesq; in eum qui vita vocatur & resurrectio, nūquam dormire, numquam mortui sunt. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Sicut igitur anima, quæ peccat, viuite corpore mortua est, & eadem die, qua peccauerit, dormit in morte: dicente Ecclesiaste: Qui peccauerit, mortuus est ex tunc: sic anima, quæ Christi præcepta seruauerit, etiam si corpus mortuum fuerit, viuet in æternum. Hoc autem sciendum, quod magis conueniat veritati ita legere: Omnes quidem dormimus, non omnes autē immutabimur: maximè quia sequitur: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes sunt immutandi, iuxta alteram lectionem: quo modo postea dicitur, quasi præcipuum, atq; priuatum, & propriè Apostolorum, Et nos immutabimur? Quando autem dicit Nos, sanctos quosq; significat. Queritis, quo modo intelligendum sit illud, quod in prima ad Thessalonicenses epistola scribitur: Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini non præueniemus eos, qui dormierunt: quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos, qui viuimus, qui residui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra: & sic semper cum Domino erimus. Super quo quamuis superior Acacij disputatio plenius ventilarit: tamen dicendum est, quid videtur aliis, Theodoro videlicet, Apollinario, & Diodoro, qui vnam sequuntur sententiam: quorum Diodorus hæc scripsit. Residuos atq; viuentes Paulus Apostolus vocat: non quō velit intelligi & se & alios resurrectionis tempore in corpore reperiendo: sed nō dixit, pro eo quod est, iustos: de quorum & ego sum numero. ipsi enim rapiuntur obuiam Christo, & non peccatores. Viuentes autem, non iuxta tropologiam, sanctos accipimus, qui peccato nō mortui sunt, sed omnes, quos in corpore adueniens Christus inuenit. Quodq; sequitur: Non præueniemus eos, qui dormierunt: nequaquam ad peccatores referre debemus. Neque enim peccatores cum iustis rapiuntur obuiam Christo, sed ij, quos mors dissoluerit. Verūm quid ista perquiro, & Apostolicis dictis calumniam facio, cū ipse manifestissimè scribat: Qui residui sumus in aduentu Domini? Qui sint autem residui, verbis discimus Saluatoris: Sicut in diebus Noë ducebant vxores, & nubebant: & repente venit diluuium, & tulit omnes: sic erit aduentus filij hominis. Quibus sermonibus approbatur, in fine mūdi multos viuos, & adhuc in corporibus reperiedos. Sequitur: In iussu & in voce archangeli, & mortui resurgent primi. Et hoc rursum Saluator loquitur in Euangelio: Media autem nocte sponsus venit, qui vtique viuentes in corpore deprehendit: quando duo erunt in lectulo vno, vnus assumetur, & alius relinquetur: & due mo-

Genes. 4. Reg. 2

Ezech. 18

Ecc. 9

1. Thess. 4

Matth. 17

Matth. 17

lentes, vna assumetur, & alia relinquetur. Quibus dictis ostenditur, medio noctis securis omnibus; consummationem mundi esse venturam. Origenes in tertio volumine *ἐπιμιματικῶν*, epistolæ Pauli ad Thessalonicenses primæ post multa, quæ vario prudenti quæ sermone differuit, hæc intulit: de quibus nulli quibium est & Acacium pleraque libasse. Quid est ergo quod scribunt Thessalonicibus in verbo Dei Paulus, & Syluanus, & Timotheus: Nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non præueniemus eos qui dormierunt? Qui sunt isti viuentes qui loquuntur talia? Vtique Paulus non ab hominibus, nec per homines Apostolus, & carissimis eius filius in fide Timotheus, & Syluanus, qui illis erat & affectione & virtutibus copulatus; & hoc non solum illi, sed quicumque Pauli & scientia & conuersione similis est, dicere potest: Nos, qui viuimus, quorum corpus mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuunt propter iustitiam, & quorum mortificata sunt membra super terram, ita vt nequaquam concupiscat caro contra spiritum. Si enim adhuc desiderat caro, viuunt: & quia viuunt desiderat: & non sunt mortificata membra illius super terram. Quod si mortificata sunt, nequaquam contra spiritum concupiscunt: quæ mortificatione sui, huiusmodi desiderium perdiderunt. Sicut igitur, qui vita carere præfenti, & ad meliora trãlati sunt, magis viuunt, deposito mortis corpore, & vitiorum omnium incentiuus: sic, qui mortificationem Iesu in corpore suo circumferunt, nequaquam viuunt iuxta carnem, sed iuxta spiritum: viuunt in eo, qui vita est, & viuunt in eis Christus: de quo scriptum est: Viuus est sermo Dei & efficax; qui est Dei virtus, Dei quæ sapientia. Viuunt enim in quibus viuunt virtus Dei, omni humana fragilitate deposita; & in quibus viuunt sapientia, quæ abscondita est in Deo; & in quibus viuunt & operatur iustitia. Christus enim factus est nobis non solum iustitia ex Deo, sed & sapientia, & omne quod virtus est. Et si quidem in præfenti loco se à dormientibus & in Christo mortuis, qui hanc scribunt epistolam, separarent, videbatur superflua annotatio; & ex vno loco assumptum testimonium non valeret: nunc verò eodem sensu, quia & eodem spiritu; in prima ad Corinthios loquitur: Omnes non dormiemus, omnes autem immutabimur in momento, in motu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Hoc quod in præfenti loco scriptum est: In tuba Dei descendet de cælo: compara illi, quod ad Corinthios scribitur: In nouissima tuba: canet enim tuba, & cætera: Illi autem, quod ad Thessalonicenses legitur, Et mortui in Christo resurgent primi: hoc quod ad Corinthios scriptum est, Et mortui resurgent incorrupti. Porro quod sequitur: Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus: illi responderet, Et nos immutabimur: quorum vtrumque sic intelligi potest: Nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, & nos qui immutabimur, & non sumus ex iis qui appellantur mortui, sed viuimus. iccirco præsentiam Domini non in morte, sed in vita præstolamur, quia de Israëlítico genere sumus, & electæ sunt de nobis reliquæ, de quibus Dominus olim loquebatur: Dere liqui mihi septem millia virorum, qui nõ curauæerunt genu Baal. In Ioannis quoque Euangelio, viuorum & non viuorum duplex ordo describitur. Omnis, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuunt: & omnis qui viuunt, & credit in me, non morietur in æternam. Si viuos ita intelligimus, vt iam à nobis

dictum est: dormientes & in Christo mortuos, illos esse credamus, qui cum velint in Christo viuere, tamen peccato mortui sunt. Sin autem reliquæ & electio secundum gratiam, appellantur viuentes; qui non ita credunt, nec de Israëlítica nobilitate generati sunt, dormientes & mortui appellabuntur in Christo. Sunt qui hunc locum ita edisserant: Viui appellantur, qui numquam peccato mortui sunt: qui autem peccauerunt, & in eo, quod peccauerunt, mortui sunt; & postea conuersi ad penitentiam, purgant antiqua delicta, mortui appellantur, quia peccauerunt; in Christo autem mortui, quia plena ad Deum mente conuersi sunt. Porro, qui viuunt, & habent testimonium fidei, & necdum receperunt promissionem Dei, qui & de aliis melius quiddam cogitauit, vt non abique iis qui iusti sunt conuertitur, in eo habent beatitudinem, quod fruuntur bono conscientia & viuunt, & relictæ sunt in aduentum Domini Saluatoris, sed quia clemens est Deus, & vult saluare etiam eos, qui dormierunt, & in Christo mortui sunt, non præuenient illos, neque soli rapiuntur in nubibus; sed iuxta exemplum euangelicæ parabolæ, vnum denarium vnamque mercedem, & vndecimæ horæ operarij, & primæ, qui in vineam missi sunt, salutis premium accipient. Nec hoc alicui videatur iniustum, vt dispar labor vnum præmium consequatur. Magna quippe diuersitas est eorum, qui post vulnera sunt sanati, & eorū, qui numquam viderunt mortis terrorem. De his puto dictū: Quis est homo qui viuat & non videat mortem? redimet de morte animam suam? Neque enim, vt quidam putant, quis, pro eo quod est, nullus, accipitur; sed quasi dixerit, quis putas, iuxta illud quod scriptum est: Quis sapiens, & intelliget hæc? Et in alio loco: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Et iterum: Quis cognouit sensum Domini? Residui ergo erunt de credentibus pauci, qui aduentum Domini videant, secundum id quod Deus verbum est, nequaquam in vilitate carnis, sed in gloria triumphantis. Et considerandum, quo modo primus dormientes appellauerit, deinde in Christo mortuos, quos viuentes præuenire non poterunt. Qui enim non cultodierit hoc, quod scriptum est: Ne dederis somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitionem, vt saluus fias: sicut caprea de vinculis, & sicut auis de laqueis, dormiet, & culpabili sopore torpescet: cumque dormierit, transibit in mortem. sicut enim mouetur, qui vigilat; sic, qui dormit, iacet immotus & mortis torpet similitudine. Quod autem dormitionem sequatur mors, & prima ad Corinthios epistola docere nos poterit, in qua ita scriptum est: Nunc autem Christus surrexit ex mortuis, primitia dormientium: quia per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorum. Et post paululū: Nō omnes dormiemus, sed omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Cum ergo hæc de dormitione dicantur, & morte, & illud legamus in Apostolo: Surge, qui dormis, & exurge de mortuis; & illuminabit te Christus: iuramus Domino; & votum faciamus Deo Iacob, vnusquisque dicens in corde suo: Si ascēdam super stratam meū, si dederō somnū oculis meis, & palpebris meis dormitionem, donec inueniam locū Domino; haud dubium, quin in anima sua tabernaculum Deo Iacob: vt Deus in illo æterna sede requiescat. Sequitur. Quia ipse Dominus in iussu, & reliqua. descendet enim missus à patre, non diuersitate virtutis, sed dispensatione iudicis: & descendet ad eos, qui dormiunt

Galat. 1

Hebr. 11

Math. 10

Psal. 88

Heb. 4

Osce 14

Psal. 14
Rom. 11

1. Cor. 1

1. Cor. 15

Prouerb. 6

1. Theff. 4

1. Cor. 15

1. Cor. 15

1. Reg. 19

Ioann. 11

Ephes. 5

Psal. 135

sim sunt, verbum Dei, & sapientia, & veritas, atque iustitia. Et quamquam mortui sint, ad quos dignatur descendere, non tamen sunt ad eo aliam. mortui enim vocantur in Christo. qui autem viuunt, hoc habent priuilegium, quod eliguntur e pluribus. Arramen utrumque agmen, & mortuorum in Christo, & viuentium, rapiuntur pariter in nubibus obuiam Christo, ut non eum expectent, donec ad terram descendat, sed presentia illius & contubernio in sublimibus perfruatur. Quantaque clementia Christi, ut pro salute nostra non solum caro factus sit, sed ad mortuos usque descenderit, & in ipsa morte habeat signa viuentium. Aqua enim & sanguis de latere eius egressi sunt. Descendit igitur sermo diuinus, voce archangeli precedente, & preparante sibi viam, in iis, qui eius possunt ferre presentiam.

Quod ut queamus intelligere, primi aduentus mysteria cognoscimus. Scriptum est de Ioanne, qui precurator eius fuit, quod in eremo dixerit: Ego vox clamantis in deserto: & reliqua. Quid clamauit vox in deserto? Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ob quod premium, quamve mercedem? Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei. Hoc autem ideo, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nunc autem nequaquam vox propheta in deserto erit, sed vox archangeli parantis vias, non in carnis humilitate venientis, sed ei, qui est apud patrem verbum Deus. & tunc quidem egrediebantur in desertum, ut audirent assumpti hominis precursores, & viderent arundinem vento agitariam, de qua factae sunt tibiae, & vocalis calamus, qui in ore puerorum dulci sonat modulamine, canentium in plateis, atque dicentium: Cantauimus vobis, & non iustitiam. Nunc autem in voce archangeli precedentis Dominum descendentem de caelis, & in clarissima tuba, vnusquisque credentium, vel ad premium, vel ad sacerdotalia ministeria prouocatur.

Legimus in Numerorum libro, sacratas Deo rubas, quae ante ostium perforant. Sin autem magna est vox angeli, & tubae archangeli: quanto maior erit tubae Dei, quae parat vias primum dormientium & mortuorum in Christo, deinde eorum, qui viuunt, & residui sunt, & sermonis Dei prestolantur aduentum? Forsitan simplicis tubae clangor dormientibus & mortuis in Christo necessarius est, vox autem archangeli & tubae Dei, iis, qui viuunt, & in presentiam Dei reseruantur. Videamus, quid possit intelligi, & id quod sequitur: Simul cum illis rapimur. Quo verbo ostendi puto subitum ad meliora transcesum, & ideo raptum se voluisse dicere, ut velocitas transeuntis sensum cogitantis excederet, quod & in alio loco eiusdem verbi proprietate signauit: Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptum istiusmodi usque ad tertium caelum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit, quia raptus est in paradysum, & audiuit verba ineffabilia, quae non licet homini loqui. Alij enim proficientes, & ut ita dicam, gradientes ad maiora crescebant, donec fierent iuxta id quod scriptum est, Magni valde nimis: & quosdam in caelum assumptos legimus. Paulus autem vas electionis in tertium caelum raptus ascendit, & iccirco audiuit verba ineffabilia. Quo modo autem ij, qui rapiuntur in nubibus, rapiantur obuiam Christo, diligentius contemplandum est. Scimus nubes prophetas, quibus praecipit Deus ne pluerent

super Israel imbrem, quando impleuerunt mensuram patrum suorum, & facta est lex & prophetae usque ad Ioannem Baptistam. Et quia Deus posuit in Ecclesia primum Apostolos, secundum prophetas: non solum prophetas, sed & Apostoli nubes intelligendi sunt. Si quis igitur rapitur ad Christum, ascendit super nubes legis & Euangelij, super prophetas & Apostolos, & assumptis aliis columbae, eorumque doctrina ad excelsa sublatus, occurrit, non deorsum, sed in aere & spiritali intelligentia scripturarum. Occurrens autem in spiritalibus, & terrena dimittens, siue ille sit dormiens, siue in Christo mortuus, siue viuens, & in illius presentiam reseruatus, semper cum illo erit, & pertrahetur verbo Dei, & sapientia, veritate, atque iustitia. Haec celeri sermone distulaui, quid eruditi viri de viroque sentirent loco, & quibus argumentis suas vellent probare sententias, vestrae prudentiae exponens. neque enim tanta est meae pusillitatis auctoritas, qui nihil sum, & inuidiorum tantum moribus pateo, quanta eorum, qui nos in Domino praecesserunt, nec iuxta Pythagorae discipulos, praedicata doctoris opinio, sed doctrinae ratio ponderanda est. Si quis autem contrariae factionis immurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmatibus non acquiesco: sciat me illud Apostoli libenter audire: Omnia probate, quod bonum est tenere. Et Saluatoris verba dicentis: Estote probati nummularij: ut, si quis nummus adulter est, & figuram Caesaris non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro praefert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur. Etenim, si dialecticam scire voluerit, aut philosophorum dogmata, & ut ad nostra redeam, scientiam scripturarum: nequaquam simplicis Ecclesiae viros interrogare debeo; quorum alia gratia est, & vnusquisque in suo sensu abundat, praesertim cum in domo magna patrisfamiliae vasorum diuersitas multa dicatur, sed eos, qui artem didicere ab artifice, & in lege Domini meditantur die ac nocte. Ego & in adolescentia, & in extrema aetate profiteor, & Origenem & Eusebium Caesariensem viros esse doctissimos, sed errasse in dogmatum veritate, quod e contrario de Theodoro, Acacio, Apollinario, possumus dicere: & tamen omnes in explanationibus scripturarum, sudoris sui nobis memoriam reliquerunt. In terra aurum quaeritur, & de flauiorum alueis splendens profertur glareae, Pactolusque ditior est caeno, quam fluente. Cur me lacerant amici mei, & aduersum silentem crassa suae grunniunt? quarum omne studium est, immo scientiae supercilium, aliena carpere, & sic veterum defendere perfidiam, ut perdant fidem suam. Meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere quae bona sunt, & a fide Ecclesiae catholicae non recedere. Volens ad alias quaestiuinculas respondere, & vel mea vel aliena dictare, extemplo a fratre Sysinnio admonitus sum, ut & ad vos & ad ceteros sanctos fratres, qui nos amare dignantur, litteras scriberem. Cohibebo igitur gradum, & si vita comes fuerit, futuro me operi referuabo; ut & vobis per partes paream, & fractum ac semile corpufculum onus possit ferre moderatum. Illud autem breuiter in fine commoneo. hoc, quod in Latinis codicibus legitur: Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur: in Graecis voluminibus non haberi, sed vel, Omnes dormiemus, non autem omnes immutabimur; vel, Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur: quorum quis sensus sit, supra diximus.

HIERONYMVS PAVLINO.

EPISTOLA CLIII.

ARGVMENTVM.

PAVLINVS, vir tam sacra, quam sæculi eruditione insignis, duas D. Hieronymo explicandas, missa eloquenti epistola, mouerat quaestiones. Vir sanctus, veluti maioribus studijs occupatus, secundam breuiter soluit: primam verò, quod in libris *περι ἀρχαίων* à se nuper ad detegendas Origenis hæreses versis enucleatur, omittit: & quo animo legerit Origenem, interea addit.



MOC ME prouocas ad scribendum, terres eloquentia, & in epistolari stylo prope Tullium repræsentas. Quod quereris, me paruas & incomptas literulas mittere: non venit de incuria, sed de timore tui; ne verbosius ad

te loquens, plura reprehendenda transmittam: & (vt sanctæ menti tuæ simpliciter fatear) vno ad occidentem nauigandi tempore, tantæ à me simul epistolæ flagitantur, vt, si cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam, vnde accidit, vt omissa compositione verborum, & scribentiũ sollicitudine, dictum quidquid in buccam venerit; & amicum te tantum meorum dictorum, non iudicem, considerem. Duas quaestiunculas tuæ litteræ præferebant: vnã, quare sit à Deo induratum cor Pharaonis, & Apostolus dixerit: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: & cætera, quæ liberum videntur tollere arbitrium: Alteram, quo modo sancti sint, qui de fidelibus, id est, baptizatis nascuntur, cum sine dono gratiæ postea acceptæ & custodite, salui esse non possint. Primæ in libris *περι ἀρχαίων*, quos nuper, Pammachio nostro iubente, interpretatus sum, Origenes fortissimè respondet: quo detentus opere, implere non potui quod promiseram tibi, & Daniele meo strum rursus comperendinaui. Et quidem quamuis mei amantissimi & egregij viri Pammachij, tamen vnus voluntatem in tempus aliud distulisset, nisi omnis pene fraternitas de vrbe eadem postulasset, asserens multos periclitari, & peruersis dogmatibus acquiescere. Vnde necessitate compulsus sum transferre libros, in quibus mali plus, quam boni est, & hanc seruare mensuram, vt nec adderem quid, nec demerem, Græcamque fidem Latinæ integritate seruarem. Quorum exemplaria à supradictio fratre poteris mutuari, licet tibi Græca sufficiant, & non debeas turbidos nostri ingenioli riuulos quarere, qui de ipsi fontibus bibis. Præterea, quia docto viro loquor, & tam diuinis scripturis, quam sæculi litteris erudito; illud dignationem tuam admonitam volo, ne me putes, in modum rustici Balatronis, cuncta Origenis reprobare, quæ scripsit: quod in me criminatur Calpurnius Lanarius, & discipuli eius, & quasi Dionysium philosophum arguant, subito mutasse sententiam, sed tantum praua dogmata repudiare. Scio enim æquali maledicto eos subiaccere, qui bona mala dicunt, & illos, qui mala bona iudicant, qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum, aut quæ est tanta pertinacia, sic laudare alicuius doctrinam, vt sequare blasphemiam? De secundo problemate tuo, Tertullianus in libris de monogamia disseruit, asserens sanctos dici fidelium filios, quod quasi candidati sint fidei, & nullis idololatriæ sordibus polluantur. Simulque considera, quod & vasa sacra in tabernaculo legimus, & cætera, quæ ad ritum cærimoniarum pertinent; cum vtique sancta esse non possint, nisi ea, quæ sentiuntur, & venerantur Deum. Idioma

HIERON. TOM. I.

igitur scripturarum est, vt interdum sanctos pro mundis & purificatis atque expiatis nominent. sicut & Bersabee sanctificata scribitur ab immunditia sua: & ipsum templum sanctuarium nominatur. Obsecro te, ne tacito mentis iudicio me aut vanitatis arguas, aut falsitatis, testis est enim mihi conscientia meæ Deus, quod ab ipso prociectu & interpretationis exordio, supradicta necessitas me retraxit: & scis ipse non bene fieri, quod occupato animo fiat. Pileolum textura breue, caritate latissimum, senili capiti confouendo, libenter accepi, & munere & muneri auctore lætatus.

2. Reg. 17.
Exod. 15.

HIERONYMVS DESIDERIO.

EPISTOLA CLIIII.

ARGVMENTVM.

DESIDERIVM & Serenillam sororem, à quibus litteras acceperat, ex nominum etymologia ducto initio, commendat; & quod ad sancta loca, suum implentes propositum, accedant, hortatur; & cur suorum operum interea nihil illis mittat, rationem reddit, conijcitur autem ex epistola Romanos hos fuisse, quippe cum asserat quod à Marcella, & Domnionem itidem Romanis, ac in Vrbe degentibus, suorum operum exemplaria petere possunt.



ECTO sermone dignationis tuæ, quem mihi non opinanti tua beneuolentia tribuit, gaudis quidè sum testimonio honesti & eloquentis viri, sed in memet reuersus, satis dolui indignum tantis laudibus atque præconio opprimi me potius, quam leuari, scis enim dogma nostrum humilitatis tenere vexillum, & per ima gradientes ad summa nos scandere, quotus igitur ego, vel quantus sum, vt erudite vocis merear testimonium: vt mihi ab eo palma eloquentiæ deferratur, qui scribendo disertissimè, deterruit ne scriberem? Veruntamen audendum est, vt caritas, quæ non querit quæ sua sunt, sed quæ proximi, reddat salutationis officia, quoniam locum implere non valet præceptoris. Gratulor tibi, & sanctæ atque venerabili sorori tuæ Serenillæ, quæ seronymos calcatis fluctibus sæculi, ad Christi tranquillam peruenit, quamquam hoc nominis vaticinio in te prædestinatum sit. Legimus enim, sanctum quoque Daniele appellatum desideriorum virum & amicum Dei, quia mysteria eius scire desiderauit. Itaque quod venerabilis Paula me est deprecata vt facerem, sponte facio: hortorque vos, & precor per Domini caritatem, vt nobis vestros tribuatis aspectus, & per occasionem sanctorum locorum tanto nos ditatis munere. Certè, si consortia nostra displicuerint, adorasse vbi steterunt pedes Domini, pars fidei est, & quasi recentia natiuitatis & crucis ac passionis vidisse vestigia. Opusculorum meorum quia plurima euoluerunt de nidulo suo, & temerario editionis honore vulgata sunt, nihil mihi, ne eadem forsità mitterem, quæ habeas, quod si exemplaria libuerit mutuari, vel à sancta Marcella, quæ manet in Auentino, vel à Lot temporis nostri, Domnionem, viro sanctissimo, accipere poteris. Ego autem, operiens presentiam tuam, aut totum tibi dabo cum affueris; aut, si hoc aliqua impediunt difficultates, quæcumque præceperis, libens mittam. Scripsi libum de illustribus viris, ab apostolis vsque ad nostram ætatem, imitatus Tranquillum, Græcumque Apollonium: & post catalogum plurimorum, me quoque in calce voluminis, quasi abortiuum, & minimè omnium Christianorum, posui; vbi mihi necesse fuit, vsque ad

5. Cor. 13.

Dan. 9.

Psal. 138.

Ff deci.

Exod. 4.7
10.14.
Rom. 9

11.5.

decimum quartum annum Theodosij principis, quæ scripserim, breuiter annotare: quem librum cum à supradictis sumpleris, quidquid de indice minus habueris, paulatim scribi faciam, si volueris.

HIERONYMVS AD PAVLAM
VRBICAM DE INTERPRETA-
TIONE ALPHABETI HEBRAICI
EPISTOLA CLV.
ARCVMETVM.

EXPOSITO quo modo in diuinis etiam scripturis physica, ethica, ac logica continentur, & quòd Psalmi aliquot per litteras Hebraicas à singulis versibus, quibus incipiunt, distinguuntur; quòdve inter eos præcipuus sit CXVII. octonis versibus ab vna inchoantibus littera; Hebraicum Alphabetum, singulis expositis litteris, anagogico sensu piè & eruditè interpretatur. Sacre deinde legis scientiam extollit, & postremo saluationes admiscet.



VDIVERTIVS cum centesimum decimum octauum psalmum tibi insinuare conarer, & dicerem omnem moralem locum in eo esse comprehensum, & quo modo philosophi solent disputationes suas in physica, ethica, & logica, & quòdve inter eos præcipuus sit CXVII. octonis versibus ab vna inchoantibus littera; Hebraicum Alphabetum, singulis expositis litteris, anagogico sensu piè & eruditè interpretatur. Sacre deinde legis scientiam extollit, & postremo saluationes admiscet.

VDIVERTIVS cum centesimum decimum octauum psalmum tibi insinuare conarer, & dicerem omnem moralem locum in eo esse comprehensum, & quo modo philosophi solent disputationes suas in physica, ethica, & logica, & quòdve inter eos præcipuus sit CXVII. octonis versibus ab vna inchoantibus littera; Hebraicum Alphabetum, singulis expositis litteris, anagogico sensu piè & eruditè interpretatur. Sacre deinde legis scientiam extollit, & postremo saluationes admiscet.

VDIVERTIVS cum centesimum decimum octauum psalmum tibi insinuare conarer, & dicerem omnem moralem locum in eo esse comprehensum, & quo modo philosophi solent disputationes suas in physica, ethica, & logica, & quòdve inter eos præcipuus sit CXVII. octonis versibus ab vna inchoantibus littera; Hebraicum Alphabetum, singulis expositis litteris, anagogico sensu piè & eruditè interpretatur. Sacre deinde legis scientiam extollit, & postremo saluationes admiscet.

VDIVERTIVS cum centesimum decimum octauum psalmum tibi insinuare conarer, & dicerem omnem moralem locum in eo esse comprehensum, & quo modo philosophi solent disputationes suas in physica, ethica, & logica, & quòdve inter eos præcipuus sit CXVII. octonis versibus ab vna inchoantibus littera; Hebraicum Alphabetum, singulis expositis litteris, anagogico sensu piè & eruditè interpretatur. Sacre deinde legis scientiam extollit, & postremo saluationes admiscet.

simile est primo & secundo. Prouerbia quoque Salomonis extremum claudit alphabetum, quod tetrametro iambico supputatur, ab eo loco, in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? Quo modo autem in his nostris litteris nõ potest quis ad legenda verba texendaque procedere, nisi prius ab elementis cõperit, ita & in scripturis diuinis nõ valemus ea, quæ maiora sunt, nosse, nisi ab ethica habuerimus exordium, secundum illud quod propheta dicit: A mandatis tuis intellexi: quod videlicet post opera cõperit habere scientiam secretorum. Verum iam complendum est quod petisti, vt sensum vniuersiuique elementi interpretatio annexa significet. Aleph, doctrina interpretatur: Beth, domus; Gimel, plenitudo: Daleth, tabularum: He, ista: Vau, & Zain, hæc: Heth, vita: Theth, bonum: Iod, principium: Caph, manus: Lamed, disciplinæ, siue cordis: Mem, ex ipsis: Num, sempiternum: Samech, adiutorium: Ain, fons, siue oculus: Phe, os, ab ore, non ab osse dictum intellige, ne litterarum ambiguitate fallaris: Zade, iustitia: Coph, vocatio: Res, capitis: Sin, dentium: Thau signa. Post interpretationem elementorum intelligentiæ ordo dicendus est. Aleph, Beth, Gimel, Daleth, prima connexio est, doctrina domus, plenitudo tabularum: quod videlicet doctrina Ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperitur plenitudine diuinorum. Secunda connexio est, He, Vau, Zain, Heth, ista, & hæc vita, quæ enim alia potest esse vita sine scientia scripturarum? per quam etiã ipse Christus agnoscitur, qui est vita credentium. Tertia connexio habet, Teth, Iod, bonum principium: quia, quamuis nunc sciamus vniuersa quæ scripta sunt, tamẽ ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nunc per speculum in ænigmate videmus, cum autẽ meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus; tunc librorum doctrina cessabit; & tunc videbimus faciem ad faciem bonum principium sicuti est. Quarta connexio est, Caph, Lamed, manus disciplinæ siue cordis. Manus intelliguntur in opere, cor & disciplina intelliguntur in sensu: quia nihil facere possumus, nisi prius, quæ faciendæ sunt, scierimus. Quinta connexio est, Mem, Nun, Samech, ex ipsis, sempiternum, adiutorium, hoc explanatione non indiget, sed omni luce manifestius est, ex scripturis æterna subsidia ministrari. Sexta connexio habet, Ain, Phe, Zade, fons, siue oculus oris iustitiæ: secundum illud, quod in quarto numero exposuimus. Septima connexio est, quæ & extrema, quò & in ipso quoque septenario numero sit mysticus intellectus, Coph, Res, Sin, Thau, vocatio capitis, dentium signa. Per dentes articulata vox promittitur, & in his signis ad caput omnium, qui est Christus, peruenitur, per quem venit ad regnum sempiternum. O te, quid hoc sacratius sacramento? Quid hac voluptate iucundius? qui cibi, quæ mella sunt dulciora, quàm Dei scire prudentiam, & in abdita eius intrare, & sensum creatoris inspicere, & sermones domini Dei tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant sibi ceteri, si velint, suas opes, gemma bibant, Serico niteant, plausu populi delectentur, & per varias voluptates, suas diuitias vincere nõ queant. Nostræ diuitiæ sint, in lege Domini meditari die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, panes trinitatis accipere, & sæculi fluxus Domino præeunte, calcare. Saluta Blasillam, & Eustochium, tirunculas nostras. Saluta Felicianam, verè carnis & spiritus virginitate felicem. Saluta reliquum castitatis chorum, & domesticam tuam ecclesiam, cui omnia etiam, quæ

Psal. 113

1. Cor. 13

Thr. 1.2
3.4

Psal. 113

tura

tuta sunt timeo, ne dormiente patre familias, inimicus homo zizania superseminet, quamuis enim dicere audeant: ego ciuitas firma, ciuitas quæ non opugnatur: nullus, hostili obsidende exercitu, securus est: nemo, vt beatus Cyprianus ait, satis tutus, periculo proximus. Exemplar epistolæ si accipere uoluerit φιλοπονοῦσθαι nostra Marcella, tribuito. Et memento mei, obsecrans vt Dominus noster Iesus Christus conterat fatanam sub pedibus nostris velociter. Amen.

DIVI HIERONYMI IN TRADITIONES SEV QVÆSTIONES HEBRAICAS LIBRORVM
Geneseos proœmium.

ARGVMENTVM.

Cum proposuisset D. Hieronymus in omnes sacræ scripturæ libros quæstiones, seu traditiones componere, hoc est vulgatæ editionis loca multa, quæ apud LXX. & alios interpretes variabant, ex Hebraica veritate ad genuinum sensum reducere: à Genesi (vt parerat) orditur. Loca autem eius multa vsque ad libri finem profequens, doctè exponit, & nominum etymologias eruditè adiungit. Præfatur autem initid multis contra obrectatores suos, maiorumq; hac in re exemplo se consolatur. Quod quædam omiserint LXX., & Pentateuchum tantum, secundum Iosephum, verterint, deinde asserit, addens, quod Origenes (cuius etiam doctrinam commendat) in homilijs ad vulgus, vulgata editione, in maiori autem disputatione, Hebraica veritate vtatur. Opus doctum est, & eruditum, & in tanta editionum varietate, hoc præsertim tempore, maxime necessarium. Vtinam in omnis sacræ scripturæ libros, sicut proposuerat, similes eius extaret labores: sic enim & tot interpretum petulantia retunderetur, & mutatio apud Hebræos in similibus interdum cum litteris, tum punctis factarum (ex quo interpretationum varietas nunc oritur) vestigium aliquod in cæteris libris testamento appareret.



VI in principijs librorum debebam secuturi operis argumeta proponere, cogor prius respondere maledictis Terentij quippiam sustinens, qui comœdiarum prologos in defensionem sui scenis dabat, virgebat enim cum Lus-

cius Lauinius, nostro Luscio similis, & quasi publici ararij furem, poetam cæminabatur. Hoc idè passus est ab emulis & Mantuanus vates, vt cum quosdam versus Homeri transfulisset ad verbum, compilerator veterum diceretur, quibus ille respondit, magnarum esse virum, Herculi clauam extorquere de manu. Sed & Tullius, qui in arce eloquentiæ Romanæ stetit, rex oratorum, & Latinæ linguæ illustrator, repetundarum accusatur à Græcis. Non mirum ergo, si contra me, paruum homunculum, immundi fues grunniant, & pedibus margaritas cõculcent, cum aduersus doctissimos viros, & qui gloria inuidiam superare debuerant, liuor exarserit. Verum hoc illis meritò accidit, quorum in theatris, curia, concione, pro rostris eloquentia pertonabat, semper enim in propatulo fortitudo æmulos habet, feriuntque summos fulgura montes. Me verò procul ab vrbibus, foro, litibus, turbis remotum, sic quoque, vt Quintilianus ait, latentem inuenit inuidia. Vnde lectorè obsecro, (si quis ramen hæc quoque caput amore leget) vt in libris Hebraicarum quæstionum, quos in omnem scripturam sanctam disposui scribere, non quærat eloquentiam, non oratorum leporem; sed magis inimicis pro nobis ipse respondeat, nouo operi veniam cõscedendâ. Vt enim nos humiles, atq; pauperculi, nec habemus diuitias, nec oblatas dignamur accipere: ita & illi nouerint, non posse se noticiam scripturarum, id

HIERON. TOM. I.

est, diuitias Christi, cum mundi pariter habere diuitiis. Studij ergo nostri erit, vel eorum, qui de libris Hebraicis varia suspicantur, errores scellere; vel ea, quæ in Latinis & Græcis codicibus scateri videntur, auctoritati suæ reddere, etymologias quoque rerum, nominum, atque regionum, quæ in nostro sermone non resonant, vernaculæ linguæ explanare ratione. Et quo facilius emendatio cognoscatur, ipsa primum, vt apud nos sunt, testimonia proponemus; & ex collatione eorum, quæ sequuntur, quid in illis aut minus, aut plus, aut aliter sit, indicabimus. Neque verò Septuaginta interpretum, vt inuidi latrant, errores arguimus: nec nostrum laborem, illorum reprehensionem putamus: cum illi Ptolemæo regi Alexandriæ, mystica quæque in scripturis sanctis prodere noluerint, & maximè ea quæ Christi aduentum pollicebantur; ne viderentur Iudæi & alterum Deum colere: quos ille Platonis sectator magni iccirco faciebat, quia vnum Deum colere dicerentur, Sed & euangelistæ, & Dominus quoque noster atq; Saluator, necnon & Paulus Apostolus, multa quasi de veteri testamento proferunt, quæ in nostris codicibus non habentur, super quibus in suis locis plenius differemus. Ex quo perspicuum est, illa magis vera esse exemplaria, quæ cum noui testamenti auctoritate concordant. Accedit ad hoc quoque, quod Iosephus, qui Septuaginta interpretum proponit historiam, quinq; tantum ab eis libros Moysei translatos refert: quos nos quoque confitemur plus quam cæteros cum Hebraicis consonare. Sed & hi, qui postea interpretes extiterunt, (Aquilam loquor, & Symmachum, & Theodotionem) longè aliter habent, quam nos legimus. Ad extremum (quod etiam obrectatores nostros placare potest) peregrinæ merces tantum volentibus nauigent: balsamum, piper, & poma palmarum rustici non emant. De Adamantio autem sileo: cuius nomen (si parua licet componere magnis) meo nomine inuidiosus est: qui cum in homilijs suis, quas ad vulgum loquitur, communem editionem sequatur; in tomis, id est, in disputatione maiori, Hebraica veritate stipatus, & suorum circumdatus agminibus, interdum linguæ peregrinæ quærit auxilia. Hoc vnum dico, quod velle cum inuidia nominis eius habere etiam scientiam scripturarum, floccipendens imagines umbrasque larvarum, quarum natura esse dicitur, terrere paruulos, & in angulis garrire tenebrosus.

DIVI HIERONYMI QVÆSTIONES, SIVE TRADITIONES
HEBRAICÆ IN GENESIM.



IN principio fecit Deus cælum & terram. Plerique existimant, sicut in altercatione quoque Iasonis & Papiæ scriptum est, & Tertullianus in libro contra Praxeam disputat, necnon Hilarius in expositione cuiusdam psalmi affirmat, in Hebræo haberi: In filio fecit Deus cælum & terram: quod falsum esse, ipsius rei veritas comprobatur. nam & Septuaginta interpretes, & Symmachus, & Theodotion, in principio translulerunt: & in Hebræo scriptum est, beresith בְּרֵשִׁית: quod Aquila interpretatur, In capitulo: & non beben בְּבֵן, quod interpretatur, In filio. Magis itaque secundum sensum, quam secundum verbi translationem, de Christo accipi potest: qui tã in ipsa fronte Geneseos, quæ caput librorum omnium est, quam etiam in principio Ioannis euangelistæ, cæli & terræ conditor

Ff 2

conditor approbatur. Vnde & in psalterio de se ipso ait: In capite libri scriptum est de me, id est, in principio Genesios. Et in euangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed & hoc sciendum, quod apud Hebræos liber hic Beresith vocatur, hanc habentes consuetudinem, vt voluminibus ex principijs eorum nomina imponant. Et spiritus Dei ferebatur super aquas. Pro eo quod in nostris codicibus scriptum est, Ferebatur, in Hebræo habet, meraheseth מְרַחֵשֶׁת, quod nos appellare possumus, incubabat, siue confouebat, in similitudinem volucris, oua calore animantis. Ex quo intelligimus, non de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur, sed de spiritu sancto, qui & ipse viuificator omnium à principio dicitur. Si autem viuificator, consequenter & conditor: quod si conditor, & Deus. Emitte enim, ait, spiritum tuum, & creabuntur. Et congregationes aquarum vocauit maria. Notandum, quod omnis congregatio aquarum, siue salte sint, siue dulces; iuxta idioma linguæ Hebraicæ, maria nuncupentur. Frustra igitur Porphyrius euangelistas ad faciendum ignorantibus miraculū, eo quod Dominus super mare ambulauerit, pro lacu Genesareth, mare appellasse calumniatur: cum omnis lacus & aquarum congregatio, maria nuncupentur. Et consummavit Deus in die sexta opera sua quæ fecit. Pro die sexta, in Hebræo diem septimā habet. Arabibus igitur Iudæos, qui de otio sabbathi gloriatur, quod iam tunc in principio sabbathum dissolutū sit, dum Deus operatur in sabbatho, complēs opera sua in eo, & benedicens ipsi diei, quia in illo vniuersa compleuerit. Et plantauit dominus Deus paradysum in heden, contra orientem. Pro paradiso, in Hebræo hortum habet: id est, gan גן. Porro eden עֵדֶן, deliciae interpretatur, pro quo Symmachus transfuit, paradysum florentem. Nec non quod sequitur, contra orientem, in Hebræo mikedem מִיְכַדֵּם scribitur, quod Aquila posuit ἀπὸ ἀρχῆς: & nos ab exordio possumus dicere. Symmachus verò, ἐν ἀρχῆς, & Theodotion ἐν ἀρχαῖς, quod & ipsum non orientem, principium significat, Ex quo manifestissimè comprobatur, quod priusquam cælum & terrā Deus faceret, paradysum ante considerat, sicut & legitur in Hebræo: Plantauerat autem Deus paradysum in eden, à principio. Nomen vni Phison. Hunc esse Indiæ fluium Hangen putant. Vbi est carbunculus & lapis prasinus. Pro carbunculo & lapide prasino, bdellion & onyx alij transfulerunt. Et sumpsit dominus Deus hominem & posuit eum in paradysum voluptatis. Pro voluptate in Hebræo habet heden הֶדֶן. Ipsi igitur Septuaginta heden interpretati sunt voluptatem. Symmachus verò, qui paradysum paulo ante florentem transfulerat, hic posuit ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἀλάσσης, quod & ipsum amœnitatem & delicias sonat. In quacumq; autem die comederis ex eo, morte morieris. Melius interpretatus est Symmachus dicens, mortalis eris. Et misit dominus Deus ecstasim super Adam. Pro ecstasi, id est, mentis excessu, in Hebræo habetur tardema תַּרְדֵּמָה, quod Aquila μεταφορᾶν, Symmachus κόρος, id est, grauem & profundum soporem interpretati sunt. Denique sequitur: & dormiuit. Id ipsum verbum & in Ionæ stertentis somno positum est. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro sumpta est. Non videtur in Græco & in Latino sonare, cur mulier appelletur, quia ex viro sumpta sit: sed etymologia in Hebræo sermone seruatur: vir quippe vocatur ishא, & mulier ista ishah. rectè igitur ab ishא est appellata mulier ishah ista. Vnde &

Symmachus pulchrè etymologiam etiam in Græco voluit custodire dicens: αὐτὴ κληθήσεται ἀνδρῆς, ἐν τῷ ἀνδρῶς ἀντιφάσις ἐλήθη αὐτῆ: quod nos Latine possumus dicere: hæc vocabitur virago, quia ex viro sumpta est. Porro Theodotion alia etymologia suspicatus est dicēs: Hæc vocabitur assumptio, quia ex viro sumpta est. Potest quippe ista ishah secundum varietatem accentus & assumptio intelligi. Serpens autem erat sapiensior cunctis bestiis super terram. Pro sapiente in Hebræo habetur arum: אַרְוּ: quod Aquila & Theodotiō πῶνός, interpretati sunt, hoc est nequā & versipellem, Magis itaque ex hoc verbo calliditas & versutia, quàm sapientia demonstratur. Et audierunt vocem Domini Dei ambulantis in paradiso ad vesperam.

In plerisque codicibus latinorum, pro eo quod hic posuimus ad vesperam, post meridiem habet: quia τὸ δειλινὸν Græcum sermonem ad verbum transferre non possumus: pro quo in in Hebræo scriptum est: laruah haiom אַרְוַה הַיּוֹם: quod Aquila interpretatus est, ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας: id est, in vento dici. Symmachus verò, διὰ πνεύματος ἡμέρας, id est, per spiritum dici. Porro Theodotion manifestius ἐν τῷ πνεύματι ἀπὸς κατὰ ψῆφον τῆς ἡμέρας, vt meridiano calore transacto, refrigerium auræ spirantis ostenderet. Super pectus tuum & ventrem tuum ambulabis. Ventrem Septuaginta interpretes addiderunt: cæterum in Hebræo pectus tantum habet: vt calliditatem & versutias cogitationum eius aperiret, quod omnes gressus eius nequitia essent, & fraudes: Sed & id, quod sequitur: Terram manducabis: Pro terra, aphar אֶפְרַיִם scriptum est: quod nos fauillam possumus dicere, & puluerem. Ipse seruabit caput tuum: & tu seruabis eius calcaneum. Melius habet in Hebræo: ipse conteret caput tuum; & tu conteres eius calcaneum: quia & nostri gressus præpediuntur à colubro: & Dominus cõteret satanam sub pedibus nostris velociter. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitus tuos. Pro tristitia & gemitu, in Hebræo, dolores, & conceptus, habet. Et ad virum conuersio tua. Pro conuersione, Aquila societate, Symmachus appetitum vel impetum transfulerunt. Maledicta terra in operibus tuis. Opera hic non ruris colendi, vt plerique putant, sed peccata significant: vt in Hebræo habetur, & Aquila non discordat, dicens: Maledicta humus propter te. Et Theodotion: Maledicta adama in transgressione tua. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, vitam, quia ipsa est mater omnium viuentium. Quare Eua vita sit appellata, demonstrat, eo quod sit mater omnium viuentium. Eua quippe transfertur in vitam. Et eiecit Adam & habitare fecit contra paradysum voluptatis. Et statuit cherubim & flammeam romphæam: quæ vertitur ad custodiendam viam ligni vitæ. Alius multo sensus in Hebræo est, quàm hic intelligitur: ait enim: Et eiecit Adam, haud dubium quin Dominus: & habitare fecit ante paradysum voluptatis cherubin, & flammeum gladium, qui verteretur; & custodiret viam ligni vitæ. Non quod ipsum Adam, quem eiecerat Deus, habitare fecerit cõtra paradysum voluptatis: sed quod, illo eiecto, ante fores paradisi cherubin, & flammeum gladium posuerit ad custodiendum paradisi vestibulum, ne quis posset intrare. Et concepit & peperit Cain, & dixit, acquisiui siue possedi hominem per Deum. Cain acquisitio siue possessio interpretatur, id est, κτήσις: vnde & etymologiam ipsius exprimens ait, canithi, קַיִן, id est, possedi hominem per Deum. Et respexit Deus super Abel & super munera eius, super Cain autem & super sacrificia

Gen. 1.

Rom. 16.

Gen. 4.

Phil. 19.
2 can. 2.

Psal. 103.

Gen. 2.

Rom. 1.

eius non respexit, & contristatus est Cain pexit. Vnde scire poterat Cain, quod fratris eius munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quam Theodotion posuit: Et inflammavit Dominus super Abel & super sacrificium eius, super Cain verò & super sacrificium eius non inflammavit? Ignem autem ad sacrificium deorandum solitum venire de celo, & in dedicatione templi sub Salomone legimus, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare. Et dixit Dominus ad Cain: quare cecidit vultus tuus? nōne si recte offeras, non recte autem diuidas, peccasti? Quiesce, ad te conuersio eius: & tu dominaberis eius. Necessitate compellimur in singulis diutius immorari. si quidem & nunc multo alius in Hebræo, quàm in Septuaginta translatoribus, sensus est. ait enim Dominus ad Cain: Quare irasceris? & quare concidit vultus tuus? nonne, si bene egeris, dimittetur tibi: & si non bene egeris, ante fores peccatum tuum sedebit: & ad te societas eius: sed tu magis dominare eius. Quod autem dicit, hoc est: Quare irasceris, & inuidia in fratrem liuore cruciatus, vultum dimittis in terram? nonne, si bene feceris, dimittetur tibi omne delictum tuum, siue, vt Theodotion ait, acceptabile erit, id est munus tuum suscipiam, vt suscepi fratris tui? quod si malè egeris: ilico peccatum ante vestibulum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis. Verum, quia liberi arbitrij es, moneo, vt non tibi peccatum, sed tu peccato domineris. Quod autem in Septuaginta interpretibus fecit errorem, illud est, quia peccati, id est harath, אשם in Hebræo generis masculini est, in Græco feminini. Et qui interpretati sunt, masculino illud, vt erat in Hebræo, genere transfulerunt. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum. Subauditur, ea, quæ locutus est Dominus. Superfluum ergo est, quod in Samaritanorum & nostro volumine reperitur: Transscamus in campum. Omnis, qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. Pro septem vindictis, Aquila seprempliciter interpretatus est: Symmachus, septimum: Theodotion, per hebdomadam. super quo capitulo exat epistola nostra ad episcopum Damasum. Et habitauit in terra Naid. Quod Septuaginta Naid transfulerunt, in Hebræo, נוד נד, dicitur: & interpretatur, σαλευόμενος, id est fluctuans, & instabilis, ac sedis incertæ. Non est igitur terra Naid, vt vulgus nostrorum putat: sed expletur sententia Dei, quod huc atque illuc vagus & profugus oberrauit. Et vocauit nomen eius Seth. Suscitauit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Seth proprie θέσις, id est positio dicitur. Quia igitur posuerat eum Deus pro Abel, propterea Seth, id est positio appellatur. Denique Aquila: Et vocauit, inquit, nomen eius Seth, dicens: quia posuit Dominus mihi semen alterum: Et vocauit nomen eius Enos: hic sperauit inuocare nomen Domini Dei. Quo modo Adam homo interpretatur: ita & Enos, iuxta Hebrææ linguæ varietatem, homo vel vir dicitur. & pulchrè: quia hoc vocabulum habuit, de eo scriptum est: Tunc initium fuit inuocandi nomen Domini: licet plerique Hebræorum aliud arbitrentur, quod tunc primum in nomine Domini, & in similitudine eius fabricata sint idola. Virum & mulierem fecit eos, & benedixit eos, & vocauit nomen eorum Adam, id est homo. Hominis autem nomen tam viro, quàm feminæ conuenit. Vixit autem Adam ducentos & triginta annos, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, & vocauit nomen eius Seth.

Sciendum, quod vsque ad diluuium, vbi in nostris

codicibus, ducentorum & quod excurrit annorum genuisse quis dicitur, in Hebræo habeat centum annos, & reliquos qui sequuntur. Fuerunt autem dies Adam, postquam genuit Seth, septingenti anni. Quia in ducentis errauerat, consequenter hic posuit septingentos, cum in Hebræo hic habeatur, octingentos & supra centum. Et vixit Mathusala annis centum sexagintaseptem, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, annos octingentos duos, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusala, quos vixit, anni nongenti sexagintanovem, & mortuus est. Famosa quæstio, & disputatione omnium ecclesiarum ventilata, quod, iuxta diligentem supputationem, quattuordecim annos post diluuium Mathusala vixisse referatur. Etenim, cum esset Mathusala annorum centum sexagintaseptem, genuit Lamech. rursus Lamech, cum esset annorum centum octoginta octo, genuit Noe, & fiunt vsque ad diem natiuitatis Noe anni vitæ Mathusala, trecenti quinquagintaquinque. Sexcentesimo autem anno vitæ Noe diluuium factum est, ac per hoc habita supputatione per partes, nongentesimo quinquagesimo quinto anno Mathusala, diluuium fuisse conuincitur. Cum autem supra nongentesimo sexagintanovem annis vixisse sit dictus, nulli dubium est quattuordecim eum annos vixisse post diluuium, & quo modo verum est, quod octo tantum animæ in arca saluæ factæ sunt? Restat ergo, vt quo modo in plerisque, ita & in hoc sit error in numero, siquidem & in Hebræis, & Samaritanorum libris ita scriptum reperi: Et vixit Mathusala, centum octogintaseptem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentos octoginta duos annos, & genuit filios, & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusala, anni nongenti sexaginta nouem, & mortuus est. Et vixit Lamech centum octogintaduobus annis, & genuit Noe. A die verò natiuitatis Mathusala, vsque ad diem natiuitatis Noe, sunt anni trecenti sexagintanovem: his adde sexcentos annos Noe; quia in sexcentesimo vitæ eius anno factum est diluuium: atque ita fit, vt nongentesimo sexagesimo nono anno vitæ suæ Mathusala mortuus sit, eo anno, quo cœpit esse diluuium. Et vocauit nomen eius Noe, dicens: Iste requiescere nos faciet ab operibus nostris. Noe נח requies interpretatur. Ab eo igitur, quod sub illo omnia retro opera quieuerunt per diluuium, appellatus est requies. Videntes autem filij Dei filias hominum, quia bonæ sunt. Verbū Hebraicum eloim אלהים communis est numeri: & Deus quippe, & dii similiter appellantur: propter quod Aquila plurali numero, filios deorum ausus est dicere, deos intelligens, sanctos, siue angelos. Deus enim stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Vnde & Symmachus, istiusmodi sensum sequens, ait: Videntes filij potentum filias hominum: & reliqua. Et dixit dominus Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia carnes sunt. In Hebræo scriptum est: Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt: hoc est: quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus; sed hic illis restituum; quod merentur. Ergo non seueritatem, vt in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Vnde & iratus Deus loquitur ad quosdam: Non visitabo filias eorum, cum fuerint fornicatæ, & sponsas eorum, cum adulterauerint. Et in alio loco: Visitabo in virga inquietates eorum, & in flagellis peccata eorum: verumtamen misericordiam

meam non auferam ab eis. Porro, ne videretur in eo esse crudelis, quod peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset, adiecit: Sed erunt dies eorum centum viginti anni. Hoc est, habebunt centum viginti annos ad agenda pœnitentiam. Non igitur humana vita, vt multi errant, in centum viginti annos contracta est, sed generationi illi centum viginti anni ad pœnitentiam dati sunt, siquidem inuicimus, quod post diluuium Abraham vixerit annos cœtum septuagintaquinque, & cœteri amplius ducentis & trecentis annis. Quia verò pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum: sed viginti annorum spatium amputatis, induxit diluuium anno centesimo agenda pœnitentiæ destinato. Gygantes autem erant super terram in diebus illis: & post hæc quo modo ingrediebantur filij Dei ad filias hominum, & generabant eis. Illi erant gygantes à sæculo homines nominati. In Hebræo ita habet: Cadentes erant in terra in diebus illis, id est, nihil: *אֲבָדוּ*. Et post hæc vt ingrediebantur filij deorum ad filias hominum, & generabant eis: hi erant fortes à principio viri nominati. Pro cadentibus, siue gygantibus, violentos interpretatus est Symmachus, Et angelis & sanctorum libris conuenit nomen cadentium. Noë, vir iustus, atque perfectus in generatione sua, Deo placuit. Signanter ait, In generatione sua, vt ostenderet non iuxta iustitiam consummatam, sed iuxta generationis suæ eum iustum fuisse iustitiam. Et hoc est, quod in Hebræo dicitur: Noe, vir iustus, perfectus erat in generationibus suis: cum Deo ambulabat Noe, hoc est illius vestigia sequebatur. Fac tibi arcam de lignis quadratis. Pro quadratis lignis, bituminatis legimus in Hebræo. Colligens facies arcam, & in cubito consummabis eam desuper. Pro eo quod est, colligens facies arcam, in Hebræo habet, meridianum facies arcæ: quod manifestius interpretatus est Symmachus, dicens: *Διαφανής*, hoc est, dilucidum facies arcæ, volens fenestram intelligi. Et quieuit aqua, & reuelati sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli. Pro reuelatis fontibus, clausos & obrutos, omnes interpretes trãstulerunt. Et pro eo quod sequitur: Cessauit aqua super terram, & reliqua: scriptum est: Et reuersæ sunt aquæ de terra, euntes & reuertentes. Nota fecidum Ecclesiasten, quod omnes aquæ atq; torrètes, per occultas venas ad matricem abyssum reuertantur. Post quadraginta dies aperuit Noë ostium arcæ quod fecit, & emisit coruum, & egressus non rediit ad eum, donec ficaretur aqua de terra. Pro ostio, fenestra scripta est in Hebræo. Et de coruo aliter dicitur: Emisit coruum, & egressus est, exiens, & non reuertens, donec ficarentur aquæ de terra. Et erant filij Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iaphet. Frequenter Septuaginta interpretes, non valentes her litteram, quæ duplicem aspirationem sonat in Græcum sermonem vertere, chi Græcam litteram addiderunt, vt nos docerent, istiusmodi vocabula aspirari debere: vnde & in præfenti loco, Cham, trãstulerunt, pro eo quod est Ham: à quo & Ægyptus vsq; hodie Ægyptiorum lingua, Ham dicitur. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. De Sem Hebræi, de Iaphet populus gentium nascitur. Quia igitur lata est multitudo credentium, à latitudine, quæ Iaphet dicitur, latitudo nomen accepit. Quod autem ait: Et habitet in tabernaculis Sem: de nobis prophetatur, qui in eruditione & scientia scripturarum, cuncto Israël, versamur. Et facti sunt omnes dies Noe nongenti quinquaginta anni. Ecce post diluuium, trecentis quinquaginta annis vixit Noe.

Ex quo perspicuum est, centum viginti annos generationi illi, vt supra diximus, ad pœnitentiam datos, & non vitæ mortalium constitutos. Filij Iapheth, Gomer & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras. Iapheth filio Noe nati sunt septem filij: qui possederunt terram in Asia ab Amano & Tauro, Syriæ Cœles, & Ciliciæ montibus, vsq; ad fluuium Thanain. In Europa verò vsque ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentes, è quibus postea immutata sunt plurima, cœtera permanēt vt fuerunt, sunt autem Gomer, Galaræ: Magog, Scythæ: Madai, Medi: Iauan, Iones, qui & Græci, vnde & mare Ionium: Thubal Iberi, qui & Hispani, à quibus Celtiberi, licet quidam Italos suspicentur: Mosoch, Cappadoces, vnde & vrbs hodie apud eos Mazaca dicitur. Porro Septuaginta interpretes, Caphthorim Cappadoces arbitratur: Thiras, Thraces, quorum non satis immutatum est vocabulum. Scio quendã, Gog, & Magog, tam de præfenti loco quam de Ezechielis, ad Gotthorum, nuper in terra nostra vagantium, historiam retulisse: quod vtrum verum sit, prælij ipsius sine môstrabitur, & certè Gotthos, omnes retro eruditi, magis Geras, quam Gog & Magog, appellare consueuerant. Hæ itaq; septem gentes, quas de Iaphet venire stirpe memorauimus, ad ælonis partem habitant. Filij Gomer, Aschanaz, & Riphath, & Thogarma. Aschanaz Græci Reginos vocant: Riphath, Paphlagones: Thogarma, Phrygas. Filij Iauan, Elifã, & Tharsis, Cethim & Dodanim. Ab his diuisæ sunt insulæ nationum in terris suis. Vir secundum linguam suam, & cognationem suam, & gentem suam. De Ionibus, id est, de Græcis nascuntur Elifci, qui vocantur Æolides: vnde & quinta lingua Græciæ Æolis appellatur: quam illi vocant *πρωσσιν διαλεκτον*. Tharsis Iosephus Cilicas arbitratur, & aspirationis litteram vitiose à posteris in *τ* dicens fuisse corrupta: vnde & metropolis eorum ciuitas Tarsus appellatur, Paulo apostolo gloriosa. Cetim sunt Citij, à quibus hodie quoque vrbs Cypri Citium nominatur. Dodanim, Rhodij: ita enim Septuaginta interpretes trãstulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Sinnij Capitonis, & Græcum Phlegontia, ceterosq; eruditissimos viros: & videbimus, pene omnes insulas, & totius orbis litora, terrasq; mari vicinas Græcis accolis occupatas: qui, vt supra diximus, ab Amano & Tauro montibus omnia maritima loca vsque ad oceanum possedere Britanicum. Filij Cham, Chus, & Mestaim, & Phut, & Chanaan. Chus vsq; hodie ab Hebræis Æthiopia nuncupatur: Mestaim, Ægyptus: Phut, Libyæ: à quo & Mauritanie fluuius vsq; in præfens Phut dicitur, omnisque circa eum regio Phutensis. multi scriptores, tam Græci, quam Latini huius rei testes sunt. Quare autem in vna tantum climatis parte, antiquum Libyæ nomen resederit, & reliqua terra vocata sit Africa, differere, non huius loci, nec temporis est. Porro Chanaan obtinuit terram, quam Iudæi deinceps possederunt, eiectis Chanaanæis. Filij Chus, Saba, Heuila, Sabatha, Rhegma, Sabathaca. Saba, à quo Sabri: de quibus Virgilius: Solisq; est thurea virga Sabæis. Et alibi: Centumque Sabæo Thure calent aræ. Heuila, Getuli, in parte remotioris Africae, eremo coherentes. Sabatha, à quo Sabatheni, qui nunc Astabari nominantur. Rhegma verò & Sabathaca paulatim antiqua vocabula perdidere, & quæ nunc pro veteribus habeant, ignorantur. Filij Rhegma, Saba, & Dadan. Hic saba per sin *u* litteram scribitur, supra verò per *s*amech *o*: à quo diximus appellatos Sabæos. Interpretatur verò nunc Saba Arabia. nam in septuagesimo prima

primo psalmo, ubi nos habemus, Reges Arabū & Saba munera offerēt: in Hebræo scriptū est, reges Saba: primū nomen sin, Secundū per famech. Dadangens est Æthiopiæ in occidentali plaga. Et Chus genuit Nemrod. Ille cœpit esse potens in terra. Et post paululum: Et fuit, inquit, caput regni ipsius Babel, & Arach, & Achad, & Challanne in terra Sennaar. Nemrod, filius Chus, arripuit insuetam primus in populo tyrannidem, regnavitque in Babilone, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguæ turrim ædificantium, Babel appellata est. בבל Babel enim interpretatur confusio. Regnavit autem & in Arach, hoc est in Edessa, & in Achad, quæ nunc dicitur Nisibis, & id Challanne, quæ postea verso nomine à Seleuco rege est dicta Seleucia, vel certè quæ nunc *κρησιφών* appellatur. De terra illa exijt Aflur, & ædificavit Niniuen, & Rohoboth civitatē. De hac terra Assyriorum pullulavit imperium, qui ex nomine Nini, Beli filij, Ninum condiderunt, urbem magnam, quam Hebræi appellant Niniuen, ad cuius vel ruinam, vel pœnitentiam, tota Ionæ pertinet prophetia. Quod autem ait: Niniuen & Rohoboth civitatem: non putemus duas esse vrbes: sed quia Rohoboth plateæ interpretantur, ita legendum est. Et ædificavit Niniuen, & plateas civitatis. Et Mesraim genuit Ludim, & Anamin, & Labaim, & Nephthuum, & Phretosim, & Chasloim, è quibus egressi sunt Philistij, & Caphthorim. Exceptis Labaim, à quo Libyes postea nominati sunt, qui prius Phuteci vocabantur, & Chasloim, qui deinceps Philistij appellati sunt, quos nos corruptè Palæstinos dicimus, cæteræ sex gentes ignotæ sunt nobis: quia bello Æthiopico subversæ, vsque ad obliuionem præteritorum nominum pervenere. Possederunt autem terram à Gaza vsque ad extremos fines Ægypti.

Et Chanaan genuit Sidon primogenitum suum & Cheththæum, & Hiebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum, & Euzum, & Aracæum, & Sinæum, & Aradium, & Samaræum, & Amathæum.

De Chanaan primus natus est Sidon, à quo vrbs in Phœnicie Sidon vocatur. Deinde Aracæus, qui Arcas condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm: à quo haud procul alia civitas fuit nomine Sim: quæ postea vario euentu subversa bellorum, nomen tantummodo loco pristinum servauit. Aradij sunt, qui Aradum insulam possederūt, angusto freto à Phœnicis litore separatam. Samaræi, quibus Edessa nobilis Syriæ Cœles civitas. Amath vsque ad nostrum tempus tam à Syris, quam ab Hebræis, ita vt apud veteres dicta fuerat, appellatur, hanc Macedones, qui post Alexandrum in oriente regnaverunt, Epiphaniam nuncupaverunt, nonnulli Antiochiam ita appellatam putant, alij, licet non verè, tamen opinionem suam quasi verisimili vocabulo consolantes, Emath primā ab Antiochia mansionem Edessam pergentibus appellari putāt, & eandem esse, quæ apud veteres dicta sit Emach. Et fuit terminus Chananæorum à Sidone, donec venias in Gerara. vsque ad Gazan pergentibus Sodomam, & Gomorram, & Adamam, & Seboim, vsque ad Lasan. Quia cæteræ civitates, Sidon videlicet, & Gerara, & Sodoma, & Gomorra, & Adama, & Seboim, notæ sunt omnibus: hoc tantum adnotandum videtur, quod Lasa ipsa sit quæ nunc Callirhoe dicitur, ubi aquæ calidæ prorumpentes in mare mortuum desfluunt.

Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. Hi ab Euphrate fluuio partem Asiæ vsque ad Indicum oceanum tenent. Est autem Elam, à quo

Elamitæ principes Perfidis. De Assur ante iam dictū est, quod Ninum urbē condiderit. Arphaxad, à quo Chaldæi: Lud, à quo Lidij: Aram, à quo Syri: quorum metropolis est Damascus.

Filij Aram, Huz, & Vl, & Gether, & Mes. Hux, Trachonitidis & Damasci conditor, inter Palæstinam & Celen Syriam tenuit principatum: à quo Septuaginta interpretes in libro Iob, ubi in Hebræo scribitur, terra Huz, regionem Ausitidem, quasi Husitidem transtulerunt.

Vl, à quo Armeni: Gether, à quo Acarnanij, seu Carij. Porro Mes, pro quo Septuaginta interpretes Mosoch dixerūt, nunc vocatur Mæones. Arphaxad genuit Sela, & Sela genuit Heber, Ex Heber nati sunt duo filij: nomen vni Phaleg; quia in diebus eius diuisa est terra, & nomen fratris eius Iectan. Heber, à quo Hebræi, vaticinio quodā filio suo Phaleg nomen imposuit: qui interpretatur, diuisio, ab eo quod in diebus eius, linguæ in Babylone diuisæ sunt. Iectan genuit Helmodad, & Saleph, & Afermoth, & Iare, & Adura, & Vzal, & Decla, Ebal, Abimael, Seba, Ophir, Heuila, & Iobab. Harum gentium posteriora nomina inuenire nō potui, sed vsque in præsens, quia procul à nobis sunt, vel ita vocantur, vt primū, vel quæ immutata sunt, ignorantur. Possederunt autem à Cophene fluuio omnem Indiæ regionem, quæ vocatur Ieria. Et mortuus est Aran ante patrem suum in terra, qua natus est in regione Chaldæorum. Pro eo quod legimus in regione Chaldæorum, in Hebræo habetur, אור כשדים vt Chasdim, id est, in igne Chaldæorum. Tradunt autem Hebræi ex hac occasione istiusmodi fabulam: quod Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idolatriæ igne profugerit: quod in sequētibus scribitur, egressum esse Tharan cum sobole sua de regione Chaldæorum: pro eo quod in Hebræo habetur, de incendio Chaldæorum. Et hoc esse, quod nunc dicitur: Mortuus est Aran ante conspectum Thare patris sui in terra natiuitatis suæ, In igne Chaldæorum: quod videlicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. Loquitur autem postea Dominus ad Abraham: Ego sum, qui eduxi te de igne Chaldæorum. Et sumpturunt Abram & Nachor sibi vxores: Nomen vxoris Abraham, Sarai, & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran. Pater autem Melchæ, ipse est pater Iesce. Aran filius Thare, frater Abraham, & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai, cognomento Iescan *Δαγνυμον*, è quibus Melcham accepit vxorem Nachor, & Sarai Abraham: necdum quippe inter patros, & fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibiti: quæ in primis hominibus, etiam inter fratres & sorores inite sunt. Erat autem Abram septuagintaquinque annorum, quando egressus est ex Charra. Indissolubilis nascitur quæstio. Si enim Thara pater Abraham, cum adhuc esset in regione Chaldæa, septuaginta annorum genuit Abraham; & postea in Charran ducentesimoquinto ætatis suæ anno mortuus est: quo modo nunc, post mortem Thare, Abraham exiens de Charra, septuagintaquinque annorum fuisse memoratur; cum à natiuitate Abraham vsq; ad mortem patris eius, centum trigintaquinque fuisse anni doceantur? Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldæorum; & quod Abraham Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei sit auxilio liberatus; & ex illo tempore ei dies vitæ, & tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est Dominum, spernens idola Chaldæorum.

Gen. 10.

Gen. 11.

Potest autem fieri, vt quia scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldea profectus venerit in Charran, quam mortem obiret; vel certe statim post persecutionem in Charran venerit, & ibi diutius sit moratus. Si quis ergo huic expositioni contrarius est, quæret aliam solutionem, & tunc ea rectè, quæ à nobis dicta sunt, improbabit. Et proficiscens Abram, abiit in desertum: & fames facta est super terram. Et in præsentem & in plurimis alijs locis, pro deserto, ad austrum scriptum est in Hebræo, hoc igitur notare debent. Et viderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam ad Pharaonem, & introduxerunt eam in domum Pharaonis: & Abram benefecit propter eam: & fuerunt ei oves, & armenta, & asini, & serui, & ancillæ, muli, & cameli. Licet corpus sanctarum mulierum non vis maculet, sed voluntas, & excusari possit Sarai, quod famis tempore, sola regi in peregrinis locis, marito coniuente, resistere nequiverit: tamen potest & aliter fœda necessitas excusari, quod iuxta librû Hester quæcumque mulierum placuisset regi apud veteres, sex mensibus vnguebatur oleo myrrino, & sex mensibus in pigmentis varijs erat, & curationibus seminarum, & tunc demum ingrediebatur ad regem. Atque ita potest fieri, vt Sarai, postquam placuerat regi, dum per annum eius ad regem præparatur introitus, & Abrahæ Pharaon multa donauerit, & Pharaon postea sit percussus à Domino, illa adhuc intacta ab eius concubitu permanente. Et ascendit Abram ex Ægypto ipse & vxor eius, & omnia, quæ illius erant, & Lot cum eo in desertum. Erat autem Abram diues valde, in pecore, & argento, & auto: & abiit vnde venit in desertum vsque Bethel. Pulchrè de Ægypto liberatus ascendisse dicitur. Sed occurrit huic sensui illud quod sequitur, quo modo potuerit exiens de Ægypto fuisse diues valde, quod soluitur ista Hebraica veritate: in qua scribitur: Abram grauis vehementer, hoc est, βαρὺς σφόδρα. Ægypti enim pondere grauabatur. Et licet videantur esse diuitiæ, pecoris, auri, & argenti; tamen, si Ægyptiæ sunt, viro sancto graues sunt. Denique non, vt in Septuaginta legitur, abiit vnde venerat in desertum vsque Bethel: sed sicut in Hebræo scriptum est, Abiit itinere suo per austrum vsque Bethel. iccirco enim de Ægypto profectus est, non vt desertum ingrederetur, quod cum Ægypto reliquerat: sed vt per austrum, qui acquisitioni contrarius est veniret ad domum Dei, vbi fuerat tabernaculum eius in medio Bethel, & Hai.

Et viri Sodomorum mali, & peccatores in conspectu Dei vehementer. Superflue hic in Septuaginta interpretibus additum est, in conspectu Dei: siquidem Sodomorum coloni apud homines mali, & peccatores erant. Ille autem dicitur in conspectu Dei peccator: qui potest apud homines iustus videri, quo modo de Zacharia & Helisabeth in præconio ponitur, quod fuerint iusti ambo in conspectu Dei. Et in psalmo dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo tu nunc es, ad aquilonem, & ad austrum, & ad orientem, & ad mare: quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam & semini tuo. Quattuor climata mundi posuit, orientem, & occidentem, septentrionem, & meridianum. Quod autem in omnibus scripturis legitur, hic semel dixisse sufficiat, mare semper pro occidentem poni, ab eo quod Palaestina regio ita sita sit, vt mare in occidentis plaga habeat. Et rex Bale, hæc est Segor. Omnes hic consenserunt apud vallem salinam, hoc est, mare salis. Bale lingua Hebræa, נַרְבַּל, id est, deuoratio dicitur: Tradunt igitur He-

bræi, hanc eandem in alio scripturarum loco Salifam nominari, dicitque rursus, μόρον τριετιζωσαν, id est, vitulam conternantem, quod scilicet tertio motu terræ absorpta est. Et ex eo tempore, quo Sodomæ, & Gomorra, Adama, & Seboim, dinino igne subuersæ sunt, illa paruula nuncupetur, siquidem Segor transfertur in paruam, quæ lingua Syra Zoara dicitur. Vallis autem Salinarum, sicut in hoc eodem libro scribitur, in qua fuerunt ante putei bituminis, post Dei iram & sculphuris pluuiam in mare mortuum versa est, quod à Græcis λίμνη ἀσφαλτῆτις: id est, stagnum bituminis, appellatur. Et considerunt gygantes in Astaroth Carnaim, & gentes fortes simul cum eis: & Omines in Saue ciuitate, antequam Sodomam peruenirent. Quattuor reges profecti de Babylone, interfecerunt gygantes, hoc est, ראפאים raphaim: robustos quoque Arabiæ, & Zuzim, in Ham, & Emim in ciuitate Saue, quæ vsque hodie sic vocatur. Zuzim autem & Emim, terribiles & horrendi interpretantur: pro quo Septuaginta, sensum magis quam verbum ex verbo transferentes, gentes fortissimas posuerunt. Porro ארם Beham, pro quo dixerunt, ארם ארֹתֵי, hoc est, cum eis, putauerunt scribi per ה he, ducti elementi similitudine: cum per ה heth scriptum sit: Beham enim cum per tres litteras scribitur: si mediam ה he habet, interpretatur, in eis: si autem ה heth, vt in præsentem, locum significat, id est, in Ham. Et reuertentes venerunt ad fontem iudicij, hæc est Cades. Per anticipationem dicitur, quod postea sic vocatum est. Significat autem locum apud petram, qui fons iudicij nominatur; quia ibi Deus populum iudicauit. Et percusserunt omnem regionem Amalekitarum, & Amorrhæorum sedentem in Hazazonthamar. Hoc oppidum est, quod nunc vocatur Engaddi, balsami & palmarum fertile. Porro Hazazonthamar in lingua nostra resonat, vrbs palmarum. Thamar quippe palma dicitur. Sciendum autem pro eo quod post paululum sequitur: Et direxerunt contra eos aciem ad bellum in valle Salinarum: In Hebræo haberi, in valle שִׁדְדִים Siddim: quod τὸν περὶ τὴν ἐδρῶν, Theodotion, τὸν ἀλσῶν amœna nemora significantes. Et tulerunt omnem equitatum Sodomorum & Gomorr. Pro equitatu: in Hebræo habet, רַחֲוֹס rachus, id est, substantiam. Et qui fugerat, nunciauit Abram transitori. Ipse verò sedebat ad quercum Mamre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Aunam, qui erant coniurati Abrahæ. Pro eo quod nos posuimus, transitori: in Hebræo scriptum est יַרְיָרִי: hoc enim transitor exprimitur. Quod autem ait, apud quercum Mamre Amorrhæi: melius in Hebræo legitur, apud quercum Mamre Amorrhæi fratris Eschol: & fratris non Aunam, vt Septuaginta transtulerunt, sed Aner: vt ostenderet Mamre, & Eschol, & Aner Amorrhæos atque germanos, socios fuisse Abrahæ. Et persecutus est eos vsque Dan. Ad Phœnices oppidum, quod nunc Paneas dicitur. Dan autem vnus e fontibus est Iordanis. Nam & alter vocatur Ior, quod interpretatur נַיִרָן, quod est riuus. Duobus ergo fontibus, qui haud procul à se distant, in vnum riuulum fœderatis, Iordanis deinceps appellatur. Et Melchisedec rex Salem protulit panem & vinum, & ipse sacerdos Dei excelsi, & benedixit ei. Quia semel opusculum nostrum, vel quæstionum Hebraicarum, vel traditionum congregatio est, propterea, quid Hebræi de hoc sentiant, inferamus. Aiunt hunc esse Sem filium Noe: & supputantes annos vitæ ipsius, ostendunt eum ad Isaac vsque vixisse, omnesque primogenitos Noë, donec sacerdotio fungeretur Aaron, fuisse pontifices. Porro Salem

Gen. 13.

Luc. 1.

Psal. 141.

Gen. 14.

rex Hierusalem dicitur, quæ prius Salem appellabatur. Melchisedec autem Apostolus ad Hebræos, sine patre & matre commemorans, ad Christum refert, & per Christum ad gentium ecclesiam: omnis enim capitis gloria refertur ad membra: eo quod præputium habens, Abraham benedixerit circumciso, & in Abraham Leui, & per Leui Aaron, de quo postea sacerdotium. Ex quo colligi vult sacerdotium ecclesiæ habentis præputium, benedixisse circumciso sacerdotio synagogæ. Quod autem ait: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: mysterium nostrum in verbo ordinis significatur, nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sanguine domini Iesu. Domine Deus quid dabis mihi? Et ego vado sine liberis & filius Masec vernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abram: Ecce mihi non dedisti semen: & filius vernaculæ meæ hæres meus erit. Vbi nos habemus, Et filius Masec vernaculæ meæ heres meus erit: in Hebræo scriptum est: וְבֶן מֵסֶעַק בְּתִי vben mesek bechi: quod Aquila transfulit, ὁ υἱὸς τοῦ ἀσσυρίου οὐνοῦ δούλου μου, id est, filius potū dantis domui meæ. Theodotion verò, ὁ υἱὸς τοῦ ἐσθῶν τοῦ δούλου μου, id est, & filius eius, qui super domū meam est. Quod autē dicit, hoc est: Ego sine liberis moriar: & filius procuratoris mei vel villici, qui vniuersa dispensat & distribuit cibaria familiæ meæ, vocaturque Damascus Eliezer, hic meus heres erit. Porro Eliezer interpretatur, Deus meus adiutor, ab hoc aiunt Damascum & conditam, & nuncupatam. Ego Deus, quod eduxite de regione Chaldæorum. Hoc est, quod paulo ante iam diximus in Hebræo haberi, qui eduxi te de נַר חַדְסִים vr chasdim, id est, de incendio Chaldæorum. Et posuit ea contra faciem inuicem, aues verò non diuisit, Descenderunt autem volucres super cadauera, & super diuisiones eorum, & se dit cum eis Abram. Non pertinet ad præsens opusculum huius expositio sacramenti. Hoc tantum dicimus: quia pro his, quæ posuimus, in Hebræo habent: Et descenderunt volucres super cadauera: & abigebat eas Abram. Illius enim merito sæpe de angustijs liberatus est Israel. Ad occasum autem solis ecclasiis cecidit super Abram. Pro ecclasi in Hebræo תְּרֵדָמָה thardema, id est, καταφορά legitur, quam supra vertimus in soporem. Generatione autem quarta reuertentur huc. Haud dubium, quin ij, qui de femine fuerint Abraham. Quæritur, quo modo in Exodo scriptum sit: Quinta autem generatione egressi sunt filij Israel de terra Egypti. Super quo capitulo paruum volumen edidimus. Ecce concludit me Dominus, vt non pariam: ingredi ad ancillam meam, vt habeam filios ex ea. Diligenter nota, quod procreatio filiorum, in Hebræo, ædificatio scripta est; legitur enim ibi: Ingredere ad ancillam meam; si quo modo ædificet ex ea. Et vide, ne fortè hoc sit, quod in Exodo dicitur: Benedixit Deus obstetricibus, & ædificauerunt sibi domos. Et inueit eam angelus Domini super fontem aquæ in deserto ad fontem in via Sur. Consequenter Egyptia in via Sur, quæ per eremum ducit ad Egyptum, ire festinabat. Et vocauit nomen eius Ismael: quia exaudiuit Deus humilitatem meam ישמעאל. Ismael interpretatur, exauditio Dei. Hic erit rusticus homo. Manus eius super omnes, & manus omnium super eum: & contra faciem omnium fratrum suorum habitabit. Pro rustico scriptum est in Hebræo מִן פְּרִי שָׂמֶרֶן, quod interpretatur onager. Significat autem semen eius habitaturum in eremo, id est, Sarracenos vagos incertisque sedibus: qui vniuersas gentes, qui-

bus desertum ex latere iungitur, incurfant, & impugnantur ab omnibus. Et locutus est ei Dominus dicens: Ecce testamentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium, & non vocabitur vltra nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham: quia patris multarū gentiū posui te. Notandū, quod vbiicumq; in Græco, testamentum, legimus, ibi in Hebræo sermone sit foedus, siue pactum: id est, בְּרִית berith. Dicunt autem Hebræi quod ex nomine suo, Deus, quod apud illos Tetragrammaton est, ה he litteram, Abraham & Saræ addiderit: dicebatur enim primum, אַבְרָם Abram: quod interpretatur, pater excelsus: & postea vocatus est אַבְרָהָם Abraham, quod transfertur pater multarum: nam quod sequitur, Gentium, non habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirandum, quare, cum apud Græcos & nos a littera videatur addita, nos ה he litteram Hebræam additam dixerimus: idioma enim linguæ illius est, per ה he quidem scribere, sed per a legere: sicut e contrario a litteram sæpe per he pronunciant. Et dixit Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Sara erit nomen eius. Erant qui putant primum Sara per vnum r scriptum fuisse, & postea ei alterum r additum, & quia r apud Græcos centenarius numerus est, multas super nomine eius ineptias suspicantur: cum vtique, vtiicumque volunt ei vocabulum commutatum, non Græcam, sed Hebræam debeant dare rationem, cum ipsum nomen Hebraicum sit. nemo autem, in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli sumit ex altera. Sarai igitur primum vocata est per ש sin, res, iod: sublato igitur iod, id est, i, elemento, addita est ה he littera, quæ per a legitur, & vocata est Saraa שרה. Causa autem ita nominis immutati hæc est, quod antea dicebatur princeps mea, vnius tantum domus mater familiæ: postea verò dicitur absolutè, princeps, id est, ἀρχαία. Sequitur enim: Dabo tibi ex ea filium & benedicam ei: & erit in gentes, & reges populorum erunt ex eo. Signanterque non vt in Græco legimus: Dixit Dominus ad Abraham: Sarai vxor tua non vocabitur nomen eius Sarai: In Hebræo habetur: non vocabis nomen eius Sarai, id est, non dices ei, princeps mea es: omnium quippe gentium futura iam princeps est. Quidam pessime suspicantur, ante, eam lepram fuisse vocitatè, & postea principem: cum lepra צַרַּת zaraath dicatur: quæ in nostra quidem lingua videtur aliquam habere similitudinem, in Hebræo autem penitus est diuersa, scribitur enim per ז zade, & ח res, & י ain, & ת thau: quod multum a superioribus tribus litteris, id est, ש sin, ח res, ה he, quibus Sara scribitur, discrepare manifestum est. Et cecidit Abraham super faciem suam, & risit, & dixit in corde suo: Si centenarius nasceretur filius, & Sara nonagenaria pariet: Et post paululum: Et vocabis nomen eius Isaac. Diuersa opinio, sed vna est etymologia, quare appellatus sit Isaac, interpretatur enim יִצְחָק risus. Alij dicunt, quod Sara risit, ideo eum risum vocatum esse: quod falsum est. Alij verò, quod riserit Abraham: quod & nos probamus, postquā enim ad risum Abraham vocatus est filius eius Isaac, tunc legimus risisse & Saram. Sciendum tamen, quod quattuor in veteri testamento, absq; vlllo velamine, nominibus suis, antequam nascerentur, vocati sunt, Ismael, Isaac, Salomon, & Iosias. lege scripturas. Et dixit ei: Festina, tres mensuras farinæ similæ commisce.

Gen. 17

Gen. 18

Heb. 7.

Phil. 109

Gen. 15

Exod. 12. Gen. 16

Exod. 1

Matth. 13

Gen. 19

sata farina fermentare dicitur, agnoscamus. Dixit autem: reuertens veniam ad te in tempore hoc, & in hora, & habebit filium Sara. Pro hora, vitam legimus in Hebræo: vt sit ordo, vel sensus: Reuertar ad te in tempore vite: quasi dixerit, si vixero, si fuerit vita comitata: hæc autem ἀποποσειδως, quo modo & cætera. Risit autem Sara in se in seipsa, dicens: Necdum mihi factum est vsque nunc, & Dominus meus senex est. Alio multo legitur in Hebræo: Et risit Sara in semetipsa, dicens: Postquã attrita sum, facta est mihi voluptas? Simul nota, quod vbi nos posuimus voluptatem, eden scriptum est in Hebræo. Symmachus hunc locum ita transtulit: Postquam vetustate contenui, facta est mihi adolescentia: Et dixit: Numquid est Domine, si loquar? Quod Græcè scriptum est, μήτι κίρις, ἐάν λαλήσω, Secundò Abraham sic est locutus ad Dominum: quod non videtur manifeste sonare quid dicat. In Hebræo igitur plenius scribitur: Ne quæso irascaris Domine, si locutus fuero: Quia enim videbatur interrogas Dominum atrare reipsonse, ræperat præfatione quod querit. Et locutus est ad generos suos, qui acceperat filias eius. Quia postea duæ filiz Lot virgines fuisse dicuntur, de quibus & ipse dudum ad Sodomæos dixerat: Ecce duæ filiz meæ, quæ non cognouerunt virum: Et nunc scriptura commemorat eum habuisse generos: Nonnulli arbitrantur illas, quæ viros habuerunt, in Sodomis remansisse, & eas exisse cum patre, quæ virgines fuerunt, quod cum scriptura non dicat, Hebræa veritas exponenda est, in qua scribitur: Egressus est Lot, & locutus est ad sponsos, qui accepturi erant filias eius. Necdum igitur virgines filiz matrimonio fuerant copulatæ. Et dixit ei: Ecce admiratus sum faciem tuam. In Hebræo habet: Ecce suscepi faciem tuam: id est, acquiesco precibus tuis. Quod Symmachus secundum sensum interpretans, αὐτὸρὰσαι ἐδυσωπήθησθαι τὸ πρόσωπόν σου. Et ecce ascēdebat flamma de terra quasi vapor fornacis. Pro quo legimus in Hebræo: Ecce ascēdebat ἄνω κίτωρ quasi ἀναπνεύματα fornacis: quod nos vaporem, vel fumum, siue fauillam possumus dicere. Et ascendit Lot de Segor, & sedit in monte: & duæ filiz eius cū eo: timuit enim sedere in Segor. Queritur, quare, cum primum fugæ montis Segor præculerit, & eam in habitaculum suum voluerit liberari, nunc de Segor rursus ad montem migret? Respondebimus, veram esse illam Hebræorum coniecturam de Segor, quod frequenter terræ motu subruta, Bale primum & postea Salissa appellata sit, timueritque Lot, dicēs: Si cum cæteræ adhuc vrbes starent, ipsa sæpe subuersa est, quanto magis nunc in communi ruina nõ poterit liberari? Et hanc occasionem infidelitatis, etiam in filias coitus dedisse principium, qui enim cæteras viderat subruui ciuitates, & hanc stare, seque Dei auxilio erutum, utique de eo, quod sibi concessum audierat, ambigere non debuit. Illud igitur, quod pro excusatione dicitur filiarum, eo quod putauerint defecisse humanum genus, & ideo cum patre concubuerint, non excusat patrem. Deniq; Hebræi, quod sequitur: Et nesciuit cum dormisset cum ea, & cum surrexisset ab eo: Appungunt de super, quasi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nescientem. Et conceperunt duæ filiz Lot de patre suo, & genuit primogenita filium, & vocauit nomen eius Moab, iste est pater Moabitarum vsque in hanc diem. Et minor & ipsa peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei, ipse est pater filiorum Ammon. Moab interpretatur, ex patre: & totum nomen etymologiam habet. Am-

mon verò, cuius quasi causa nominis redditur, filius generis mei, siue, vt melius est in Hebræo, filius populi mei, sic deriuatur, vt ex parte sensus nominis, & ex parte ipse sit sermo. My Ammi enim, à quo dicti sunt Ammonitæ, vocatur populus meus. Etenim verè soror mea est de patre, sed non ex matre. Id est, fratris eius est Aran filia, non sororis: Sed quia in Hebræo habet: verè soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ: & magis sonat, quod soror Abraham fuerit: in excusatione eius dicimus, necdum illo tempore tales nuptias lege prohibitas. Et vidit Sara filium Agar Ægypticæ, quem peperit Abraham ludentem. Quod sequitur: Cum Isaac filio suo non haberetur in Hebræo. Dupliciter itaque hoc ab Hebræis exponitur, siue quod idola ludo fecerit, iuxta illud quod alibi scriptum est: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere: siue quod aduersum Isaac, quasi maioris ætatis, ioco sibi & ludo primogenita vindicaret. Quod quidem Sara audiens, nõ tulit: & hoc ex ipsius approbatur sermone, dicentis: Et ecce ancillam hanc cū filio suo, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et sumpsit panem, & vtrem aquæ, & dedit Agar, ponens super humerum eius & paruulum, & dimisit eam. Quando Isaac natus est, tredecim annorum erat Ismael: & post ablactationem eius iste cum matre expellitur domo. Inter Hebræos autem varia opinio est, afferentibus alijs, quinto anno ablactationis tempus statutum, alijs duodecimum annum vindicantibus. Nos igitur, vt breuiorem eligamus ætatem, post decem & octo annos Ismael supputauimus eiecitur esse cum matre, & non conuenire iam adolescenti, matris sedisse ceruicibus. Verum est igitur illud Hebræorum linguæ idioma, quod omnis filius, ad comparisonem parentum, infans vocetur & paruulus. Nec miremur barbaram linguam habere proprietates suas, cum hodieque Romæ omnes filij vocentur infantes. Posuit ergo Abraham panes & vtrem super humerum Agar, & hoc facto dedit puerum matri: hoc est, in manus eius tradidit, commendauit, & ita emisit e domo. Quod autem sequitur: Et proiecit puerum subter abietem, & abiens sedit de contra longe, quasi iactu sagittæ: dixit enim: Non videbo mortem paruuli mei: & sedit contra eum: Et statim iugitur: Exclamauit puer, & fleuit: & audiuit Deus vocem pueri de loco vbi erat: Et dixit angelus Dei ad Agar de cælo, & reliqua moueat: in Hebræo enim post hoc, quod scriptum est, non videbo mortem paruuli mei, ita legitur, quod ipsa Agar sederit contra puerum, & leuauerit vocem suam, & fleuerit, & exaudiuerit Deus vocem paruuli. Flento enim matre, & mortè filij miserabiliter præstolante, Deus exaudiuit puerum, de quo pollicitus fuerat Abraham, dicens: Sed & filium ancillæ tuæ in gentem magnam faciam. Alioquin & ipsa mater non suam mortem, sed filij deplorabat. Pepercit igitur ei Deus, pro quo fuerat & fletus. Denique in consequentibus dicitur: Surge, & tolle puerum, & tene manum eius. Ex quo manifestum est, eum, qui tenetur, non oneri matri fuisse, sed eum. Quod autem manu parentis tenetur, sollicitus monstratur affectus. Et dixit Abimelech & Ochozath pronubus eius, & Phichol princeps exercitus eius. Excepto Abimelech, & Phichol, tertium nomen, quod hic legitur, in Hebræo volumine non habetur.

Gen. 19

Gen. 26

Exod. 11. 1. Cor. 10.

Gen. 17

Gen. 25

Et dixit: Septem oves has accipies à me, vt sint in testimonium mihi: quia ego fodi puteum istum. Ideo cognominauit nomen loci illius puteus iuramenti, quia ibi iurauerunt ambo.

Vbi hic legitur, puteus iuramenti, in Hebræo habetur בַּר שָׁבַע Ber sabee. Duplex autem est causa, cur ita appellatus sit: siue quia septem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit, septem enim dicuntur Sabee: siue quod ibi iurauerint: quia & iuramentum Sabee similiter appellatur. Quod si ante hanc causam supra nomen hoc legimus, sciamus per prolepsin dictum esse, sicut & Bethel & Galgala: quæ vtrique vsq; ad tempus, quo ita appellatæ sunt, aliter vocabantur. Notandum autem ex prioribus & ex presenti loco, quod Isaac non sit natus ad quercum Mambre, siue in Aulone mambre, vt in Hebræo habetur, sed in Geraris, vbi & Bersabee vsque hodie opidum est, quæ proincia ante non grande tempus, ex diuisione præsidum Palestinæ, Salutaris est dicta. Huius rei scriptura testis est, quæ ait: Et habitauit Abraham in terra Philistinorum. Et dixit ei Deus: Tolle filium tuum vniogenitum, quem diligis Isaac, & vade in terrâ excellam; & offer illum tibi in holocaustum super vnum de montibus, quem ego dicam tibi. Difficile est idioma linguæ Hebrææ in Latinum sermonem vertere. Vbi nunc dicitur, Vade in terram excellam: in Hebræo habet, Moria: quod Aquila translulit, τῆν κατωφανίαν, hoc est, lucidam: Symmachus, τῆς ὀψιανίας, hoc est, visionis. Aiunt ergo Hebræi hunc montem esse, in quo postea templum cõditum est in arca Ornæ Iebusæi, sicut & in Paralipomenis scriptum est: Et cõeperunt ædificare templum in mense secundo, in secunda die mensis in monte Moria. Qui iccirco illuminans interpretatur, & lucens, quia ibi est dabit, hoc est, oraculum Dei, & lex & spiritus sanctus, qui docet homines veritatem, & inspirat prophetias. Et abiit ad locum, quem dixit ei Deus in die tertia.

Notandum, quod de Geraris vsque ad montem Moria, id est, sedem templi, iter dierum trium sit, & consequenter illuc die tertio peruenisse dicatur. Male igitur quidam Abraham putant illo tempore ad quercum habitasse mambre, cum inde vsq; ad montem Moria vix vnus diei iter plenum sit: Et eleuauit Abraham oculos suos: & ecce aries post tergum eius tenebatur in virgulto Sabech cornibus suis. Ridelicet in hoc loco Emisenus Eusebius est locutus, Sabech, inquit, dicitur hircus, qui rectis cornibus & ad carpèdas arboris frondes sublimis attollitur. Rursus Aquila συγγεω interpretatus est: quem nos vepretum possumus dicere, vel spinetum, & vt verbi vim interpreteremur, condensam & inter se implexam virgulta. vnde & Symmachus in eandem ductus opinionem, Et apparuit, ait, aries post hoc retectus in rete cornibus suis. Verum quibusdam, in hoc dumtaxat loco, melius videntur interpretari esse Septuaginta & Theodotion, qui ipsum nomen Sabek posuerunt, dicentes: In virgulto sabek cornibus suis. Etenim σύγγεω, siue rete, quod Aquila posuit, & Simmachus, per sin litteram scribi: hic verò sammech litteram positam: ex quo manifestum esse, nõ interpretationem stirpium condensorum & in modum retis inter se virgulta contexta verbum sabech, sed nomen sonare virgulti, quod ita Hebræicè dicitur. Ego verò diligenter inquires σύγγεω per sammech litteram scribi crebro reperi. Et vocauit Abraham nomen loci illius, Dominus videt: vt dicant hodie, in monte Dominus videt. Pro eo quod hic habet videt, in Hebræo scriptum est, videbit. Hoc autem apud Hebræos exiuit in prouerbum, vt si quando, in angustia constituti sunt, & Domini optant auxilio subleuari, dicant, in monte Dominus videbit, hoc est, sicut Abrahæ miserus est miserebitur & nostri, vnde

& in signum dati arietis solent etiã nunc cornu clangere. Et nunciauerunt Abraham, dicentes: Ecce peperit Melcha & ipsa filios Nachor fratri tuo, Huz primogenitum eius, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum & Cafed. Primogenitus Nachor fratris Abraham de melcha vxore eius filia Aran, natus est Huz: de cuius stirpe Iob descendit, sicut scriptum est in exordio voluminis eius: Vir fuit in terra Huz nomine Iob. Male igitur quidam existimant Iob de genere esse Esau: siquidem illud, quod in fine libri ipsius habetur, eo quod de Syro sermone translatus est, & quartus sit ab Esau, & reliqua, quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur. Secundus natus est de Melcha Buz, quem Septuaginta Bauz transferre voluerunt. Et ex huius genere est Ba- Num. 22.
laam ille diuinus, vt Hebræi tradunt, qui in libro Iob dicitur Eliu, primum vir sanctus & propheta Dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israël maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatur, diciturque in eodem libro: Et iratus Eliu filius Barachiel Buzites: de huius videlicet Buzi radice descendens. Camuel verò pater est Damasci. Ipsa enim vocatur Aram, quæ hic pro Syria scripta est: & ipso nomine legitur in Esaia. Chafed quoque quartus est, à quo Chaldam, id est, Chaldæi postea Gen. 23.
vocati sunt. Et mortua est Sara in ciuitate Arboc, quæ est in valle, hæc est Hebron in terra Chanaan. Hoc quod hic positum est, quæ est in valle, in authenticis codicibus non habetur, nomẽ quoque ciuitatis Arboc paulatim à scribentibus legentibusque corruptum est, neque enim putandum: Septuaginta interpretes nomen ciuitatis Hebrææ barbarè, atque corruptè, & aliter quàm in suo dicitur, translulisse, arboc enim nihil omnino significat, sed dicitur, ארבע arbæ, hoc est quattuor, quia ibi Abram, & Isaac, & Iacob conditus est, & ipse princeps humani generis Adam: vt in Iesu libro apertius demonstrabitur. Audi nos Domine, rex à Deo tu es nobis, in electo sepulcro nostro sepeli mortuum tuum. Pro rege, principem habet in Hebræo siue ducem, נשיא Nasi quippe non rex, sed dux dicitur. Et audiuit Abraham Ephron, & appendit Abraham Ephran argentum, quod locutus est in auribus filiorum Het. In Hebræo, sicut hic posuimus, primum nomen eius scribitur Ephron, secundum Ephran. Postquam enim pretio victus est, vt sepulcrum venderet argento, licet cogente Abraham, Vau littera, quæ apud illos pro o legitur, ablata de eius nomine est: & pro Ephrõ appellatus est Ephran: significante scriptura, non eum fuisse consummatæ perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur, qui sepulcra venditant, & non coguntur vt accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomẽ suum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit. Et posuit seruus manum suam sub femore Abrahæ Do- Gen. 24.
mini sui, & iurauit ei super verbo hoc. Tradunt Hebræi, quod in sanctificatione eius, hoc est in circumcissione iurauerit. Nos autem dicimus, iurasse eum in semine Abrahæ, hoc est in Christo, qui ex illo nasciturus erat, iuxta euangelistam Matthæum loquentem: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: & tulit vir in aurem auream, ditrachmum pondus eius, γπα Bacc, quod in hoc loco pro didrachmo scribitur, seminiacia est: ἡρα Secel verò, qui Latino sermone siclus corruptè appellatur, vnciæ pondus habet, Ecce ego sto super fontem aquarum, & filiarum hominum ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam: & erit virgo, cui ego dixerò, da mihi bibe.

bibere paululum aquæ de hydra tua: & cætera. In Hebræo scriptum est: Ecce ego stans iuxta fontem aquæ: & erit adolescentula, quæ egredietur ad hau-
 riendum: & dixerit ei, da mihi bibere paululum aquæ de hydra tua: & cætera. Pro adolescentula quoque, quæ Græco sermone *νεολογία* dicitur, ibi legimus *אלמה* *נעורה*: quod idem & in Esaiâ habetur, nam in eo loco ubi in nostris codicibus scriptum est: Ecce virgo concipiet, & pariet: Aquila transtulit: Ecce adolescentula concipiet, & pariet. In Hebræo legitur: Ecce alma concipiet, & pariet. Notandum ergo, quod verbum, alma, nunquam nisi in virgine scribitur, & habet etymologiam *א-ל-מ-ה*, id est, abscondita, scriptum siquidem est in Iob de Sapientia: Vnde inuinietur? Et quis locus intellectus? & abscondetur ab oculis omnis viuientis. Vbi nunc diximus, abscondetur, in Hebræo propter declinationem verbaliter figuratum, *נחיה* *נאלימה* dicitur. Huic quid simile, licet masculino genere declinetur, & in regnorum libris scriptum est ex persona Elisæi loquentis ad Gezi: Et Dominus abscondit à me. Ergo alma, quod interpretatur abscondita, id est virgo, nimia diligentia custodita, maioris mihi videtur laudis esse, quam virgo. Virgo quippe iuxta Apostolû potest esse corpore, & nõ spiritu. Abscondita verò quæ virgæ est, *א-ל-מ-ה* virginitatis habet, vt & virgo sit & abscondita: & quæ abscondita est, iuxta idioma linguæ Hebrææ consequenter & virgo est: quæ autem virgo, non statim sequitur vt abscondita sit. Hoc idem verbum & in Exodo de Maria sorore Moyû virgine legimus. Ostendant igitur Iudæi in scripturis alicubi positum alma, ubi adolescentulam tantum, & non virginem sonet: & concedimus eis illud, quod in Esaiâ apud nos dicitur. Ecce virgo concipiet, & pariet, non absconditam virginem, sed adolescentulam significare iam nuptam. Et dimiserunt Rebeccam sororẽ suam, & substantiam eius, & seruum Abraham, & viros, qui cum eo erant. In Hebræo habet. Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, & nutricem eius, & seruum Abraham, & viros illius. Decens quippe erat, vt ad nuptias absque parentibus virgo proficiscens, nutricis solatio foueretur. Et ipse habitabat in terra Austri: & egressus est Isaac exerceri in campo ad vesperam. Terra Austri, Geraram signat, vnde à patre ad immolandum quondã fuerat abductus. Quod autem ait, & egressus est, vt exerceretur in campo, quod Græcè dicitur, *αδολογησται*, in Hebræo legitur, Et egressus est Isaac, vt loqueretur in agro declinate iam vespera. Significat autem secundum illud, quod Dominus solus orabat in monte, etiam Isaac, qui in typo Domini fuit, ad orationem, quasi virum iustum domo egressum, & vel nona hora, vel ante solis occasum, spirituales Deo victimas obtulisse. Et tulit theristrum, & operuit se. Theristrum pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur. Et adiecit Abraham, & accepit vxorem, & nomen eius Cetura: & peperit ei Zamran, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesbok, & Sue. Et Iecsan genuit Saba, & Dadan. Et filij Dadan fuerunt Asurim, & Latufim, & Laomim, Et filij Madian, Iephar, & Apher, & Enoch, & Abida, & Aledea. Omnes hi filij Ceturæ. Et dedit Abraham vniuersa, quæ habuit, Isaac, filijs autem concubinarum, quas habuit, dedit munera, & dimisit eos ab Isaac filio suo, cum adhuc viueret in Oriente, ad terram orientalem. *צטורה* Cetura Hebræo sermone, copulata, interpretatur, aut coniuncta, quam ob causam suspicantur Hebræi, mutato nomine eandem esse Agar, quæ Sara mortua, de concubina tran-

sierit in vxorem, & videtur decrepiti iam Abraham excelsari ætas, ne senex, post mortem vxoris suæ vetular, nouis arguatur nuptijs lasciuisse. Nos, quod incertum est, relinquentes, hoc dicimus: quod de Cetura nati filij Abraham, iuxta historicos Hebræorum occupauerint *πρωλοδοτιν* & Arabiam, quæ nunc vocatur *ιδαιμων*, vsque ad maris rubri terminos. Dicitur autem vnus ex posteris Abraham, qui appellabatur Apher, duxisse aduersus Libyam exercitum, & ibi, victis hostibus, confedisit, eiusque posteros ex nomine atani Africam nuncupasse, huius rei testis est Alexander, qui cognominatur polyhistor, & Cleodemus cognomento Malchus, Græco sermone barbaram historiam retexentes. Quod autem ait, Et filij Dadan fuerunt Asurim, & Latufim, Laomim: Asurim in negotiatores transferri putant, Latufim, æris ferrique metalla cudentes, Laomim verò *φύλαρχος*, id est, princeps multarum tribuum atque populorum. Alij ab hoc Asurim vocatos Syros esse contendunt, & à plerisque filijs Abraham ex Cetura occupatas Indiæ regiones. Et mortuus est Abraham in senectute bona, senex, & plenus, & collectus est ad populum suum. Malè in Septuaginta interpretibus additum est, Et deficiens Abraham mortuus est: quia non conuenit Abraham deficere, & imminui. Illud quoque, quod nos posuimus, In senectute bona senex & plenus: in Græcis codicibus ponitur, plenus dierum, quod cum sensum videtur exponere, eo quod luce & diei operibus plenus occubuerit, tamen magis ad anagogen facit, si simpliciter ponatur plenus. Et hæc nomina filiorum Ismael in nominibus suis, & generationibus suis. Primogenitus Ismaelis Nabaioth, & Cedar, & reliqui, vsque ad eum locum, ubi ait: Et habitauerunt ab Heuila vsque Sur, quæ est contra faciem Ægypti venientibus in Assyrios, in conspectu omnium fratrum suorum cecidit. Duodecim filij nascuntur Ismaeli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth: à quo omnis regio ab Euphrate vsque ad mare rubrum Nabarena vsque hodie dicitur: quæ pars Arabiæ est. nam & familiarum eorum, oppidaque, & pagi, ac munita castella, & tribus eorum hac appellatione celebrantur: ab vno quoque ex his, Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad austrum, & Cedma ad Orientalem plagam dicitur. Quod autem in extremo huius capituli, iuxta Septuaginta legitur, Contra faciem omnium fratrum suorum habitauit: verius est illud quod nos posuimus, coram omnibus fratribus suis occubuit, id est, in manibus omnium filiorum suorum mortuus est, superstitibus liberis, & nullo prius morte præcepto. Fratres autem pro filiis appellari, Iacob quoque ad Laban demonstrat, dicens: Quod est peccatum meum, quia persecutus es post me, & quia scrutatus es omnia vasa mea? Quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuæ? Ponatur coram fratribus meis & fratribus tuis: & diiudicent inter nos. Nec enim possumus credere, vt scriptura commemoret, quod Iacob, exceptis liberis, secum fratres aliquos habuerit. Et concepit Rebecca vxor eius, & mouebantur filij eius in ea. Pro motione, Septuaginta interpretes posuerunt, *εσπριτων*, id est, ludebant, siue calcitrabant: quod Aquila transtulit, confringebantur filij in vtero eius. Symmachus verò *δυσωλεον*, id est, in similitudinem nauis in superficie ferebantur. Et egressus est primus rubeus totus, sicut pellis pilosus. Vbi nos pilosum posuimus, in Hebræo habet *פלוס* feir. Vnde & Esau, sicut & alibi legimus, feir, id est, pilosus est dictus. Et dixit Esau Iacob, da mihi gut-

stum de coctione rubea ista, quia deficio: propterea vocatum est nomen eius Edom. Rubrum, siue filium lingua Hebræa, edom dicitur. Ab eo igitur, quod rubeo cibo vendiderit primitiua sua, fului, id est edom, sortitus est nomen. Seminauit autem Isaac in terra illa, & inuenit in anno illo centuplum hordei. Licet in aliena terra seminauerit Isaac: tamen non puto, quod tanta ei fertilitas hordei fuerit. vnde melius puto illud esse, quod habetur in Hebræo, & Aquila quoque translulit: Et inuenit in anno illo centuplum æstimaum, id est, *ἐκαστον ἐκαστόν*. Licet enim eisdem litteris & æstimatio scribatur, & hordeum: tamen æstimationes, *ορυζω* searim leguntur, hordea verò *ορυζω* seorim. Tacens autem scriptura genus frugum, quod centuplicauerit, videtur mihi cunctarum in illo virtutum ostendisse multiplicationem. Deniq; sequitur: Et benedixit ei Dominus, & magnus factus est vir, & ambulabat vadens, & magnificatus, donec magnus fieret vehementer.

Felicitas autem multiplicati hordei, ignoro, si quem possit facere gloriosum. Et abiit inde Isaac, & venit in vallem Gerarum, & habitauit ibi. Pro valle, torrentem habet in Hebræo, neq; enim Isaac, postquã magnificatus est, in valle habitare poterat. habitauit autem in torrente, de quo scriptum est: De torrente in via bibit. de quo etiam Elias tempore famis bibit. sed quia Elias non erat perfectus vt Christus, ideo ei torrens ille aruit. Dominus verò noster, etiam in torrente traditus est, dedicans regenerationem nostram, & baptismi sacramentum. Et foderunt pueri Isaac in valle Gerarum, & inuenerunt ibi puteu aquæ viuæ. Et hic pro valle, torrens scriptus est. numquam enim in valle inuenitur puteus aquæ viuæ. Et foderunt puteu alterum, & altercati sunt etiã super eo, & vocauit nomẽ eius inimicitie. Pro inimicitis, quod Aquila, & Symmachus, *τὴν ἀντιμίαν* & *ἀντιμίαν* translulerunt, id est, aduersum atq; contrarium, in Hebræo habet *גורשו*, satana. Ex quo intelligimus, satanan contrarium interpretari. Et foderunt puteum alium, & non litigauerunt cum eis, & vocauit nomen eius latitudo. Pro latitudine, in Hebræo habet *רוחבו* rohoboth, ad probandum illud, quod supra diximus: Ipse edificauit Ninuem ciuitatem, & rohoboth, id est, plateas eius. Et Abimelech iuit ad eum de Geraris & Ahuzath pronubus eius, & Phichol princeps militiae eius. Pro Ahuzath pronubo, in Hebræo habet, collegium amicorum eius, vt non tam hominem significet, quã amicorum turbam, quæ cum rege venerat, in quibus fuit & Phichol, princeps exercitus eius. Et venerunt pueri Isaac, & nunciauerunt ei de puteo, quem foderunt, & dixerunt ei: inuenimus aquam: & vocauit nomen eius saturitas. Nescio quo modo in Septuaginta interpretibus habeatur: Et venerunt pueri Isaac, & nunciauerunt ei de puteo, quem foderunt, & dixerunt ei: non inuenimus aquam: & vocauit nomen eius iuramentum. Quæ enim etymologia est, propterea vocari iuramentu, quod aquam nõ inuenissent: Econtrariò in Hebræo, cui interpretationi Aquila cõsentit, & Symmachus, hoc significat, quod inuenierint aquam, & propterea appellatus sit puteus ipse saturitas, & vocata ciuitas Beer faba, hoc est puteus saturitatis. licet enim supra ex verbo iurameti, siue ex septenario ouiu numero, quod fabe dicitur, asseruimus Beer faba appellatã: tamen nunc ex eo, quod aqua inuenta est, Isaac ad nomen ciuitatis, quæ ita vocabatur, alludens, declinavit paululum litterã, & pro frigidulo Hebræorum sin, à quo

Sabe incipitur, Græcum sigma, id est, Hebræum samech posuit, alioquin & iuxta allegoriæ legem post tantos puteos in sine virtutum, nequaquam congruit, vt Isaac aquam minimè reperit. Ecce Esau, frater meus, vir pilosus: & ego sum vir leuis. Vbi nos, pilosum, legimus, in Hebræo scriptum est, *שׂוּר* seir, vnde postea montis regio, in qua versabatur, est dicta, diximus de hoc & supra. Et sumpsit Rebecca vestimenta Esau, filij sui maioris, quæ erant desiderabilia apud se domi. Et in hoc loco tradunt Hebræi, primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale: quo induti, Deo victimas offerebant, antequam Aaron in sacerdotium eligeretur. Et dixit Esau, iuste vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me ecce secundò. Iacob supplantator interpretatur. Ab eo igitur, quod fratrem arte deceperit, alludit ad nomen. Qui ideo Iacob ante vocatus est, quod in ortu plantam fratris apprehenderat. Et fratri tuo seruis: & erit quando depones, & solues iugum illius de collo tuo. Signat, quod Idumæi seruituri sint Iudæis, & tempus esse venturum, quando de collo iugum seruitutis abiciant, eorumque imperio contradicant. Secundum autem Septuaginta interpretes, qui dixerunt: Erit autem, cum deposueris, & solueris iugum de collo tuo: videtur pendere sententia; nec esse completa: Et vocauit Iacob nomen loci illius Bethel, id est, domum Dei: qui locus vocatur ante *בֵּית לָזַי*, quod interpretatur nux, siue amygdalon. vnde ridiculè quidam verbum Hebraicum *vlam*, nomen esse vrbis putant: cum *vlam* interpretetur, prius. Ordo itaque iste est lectionis: Et vocauit nomen loci illius Bethel, & prius Luza vocabulum erat ciuitatis. Antiquæ omnes scripturæ, verbo, *vlã*, siue *elem*, plenæ sunt: quod nihil aliud signat: nisi ante, aut prius, vel vestibulum, siue superliminare, vel postes.

Comple ergo hebdomadam istius, & dabo etiam hanc tibi. Postquam Liam Iacob, fraude deceptus, pro Rachel vxorem acceperat, dicitur ei à socero Laban, vt septem dies post nuptias sororis prioris expleat, & sic accipiat Rachel, pro qua iterum septem annis alijs seruiturus sit. Non igitur, vt quidam male existimant, post septem annos alios Rachel accepit vxorẽ, sed post septem dies nuptiarum vxoris primæ, nam sequitur: Et ingressus est ad Rachel, & dilexit Rachel magis, quàm Liam, & seruiuit ei septẽ annis alijs. Et concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Ruben. Omnium patriarcharum, propter compendium lectionis, etymologias nominum volo pariter dicere. Et vocauit, inquit, Ruben nomen eius, dicens: Quia vidit Dominus humilitatem meam. *רובן* Ruben interpretatur visionis filius.

Et concepit, inquit, alterum filium, & dixit: quoniam exaudiuit me Dominus, eo quod odio me haberet vir meus, & dedit mihi etiam hunc, & vocauit nomen eius Simeon. Ab eo quod sit exaudita, Simeon nomen imposuit. *שׂוּמַעוֹן* Simeon quippe interpretatur auditio. De tertio verò sequitur. Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit, nunc mecum erit vir meus, quia peperit ei tres filios: ideo vocauit nomen eius Leui. Vbi nos legimus: Apud me erit vir meus: Aquila interpretatus est, applicabitur mihi vir meus, quod Hebraicè dicitur, *וְיָשָׁב אֵלַי* ilauc: & à doctõribus Hebræorum aliter trãsfertur, vt dicant,

Gen. 16

Psal. 109
1. Reg. 17
Math. 3
Marc. 1

Gen. 10

Gen. 22

Gen. 27

Gen. 28

Gen. 29

dicant, profœquetur me vir meus, id est, non ambigo de amore in me viri mei, erit mihi in hac vita comes, & eius dilectio me ad mortem vsq; deducet, & profœquetur: tres enim filios genui ei. Concepit adhuc, & peperit, & genuit filium, & dixit: Nunc super hoc confitebor Domino, & ob id vocauit nomen eius Iuda. יודא Iuda confessio dicitur. A confessione itaq; confessoris nomen est dictum, verumtamen hic confessio pro gratiarũ actione, aut pro laude accipitur, vt frequenter in psalmis & in euangelio: Confitebor tibi Domine pater cœli & terræ: id est, gratias ago tibi, siue glorifico te. Et concepit Bala, & peperit Iacob filium, & dixit Rachel, iudicauit me Dominus, & exaudiuit vocem meam, & dedit mihi filium: propterea vocauit nomen eius Dan. Causam nominis expressit, vt ab eo, quodd iudicaret se Dominus, filio ancillæ, iudicij nomen imponeret: דן Dan quippe interpretatur iudicium. Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel filium secundum Iacob: & dixit Rachel, habitare fecit me Deus habitatione cum sorore mea, & inualui: & vocauit nomen eius נפתלם Nephtalim. Causa nominis Nephtalim aliter hic multo exponitur, quàm in libro Hebræorum nominum scripta est, Vnde & Aquila ait, συναγωγὴ πεφύλη με ὁ θεὸς καὶ συναγωγὴ πέφυκον, pro quo in Hebræo scriptum est נפתלם נפתלם naphthule eloim, naphthalei. Vnde à conuersione, siue à comparatione, quia vtrumque sonat conuersionem, siue comparationem, nephtalim filio nomen imposuit. Quod autem sequitur: Et peperit zelpha ancilla Liæ Iacob filium: & dixit Lia, in fortuna, & vocauit nomen eius גַּד Gad: Vbi nos posuimus, in fortuna: & Græcè dicitur ἐν τύχῃ, quæ potest euentus dici: in Hebræo habet גַּדגַּד, bagad, quod Aquila interpretatur, venit accindio. Nos autem dicere possumus in procinctu. Ba enim potest præpositionem sonare in, & venit. Ab euentu ergo siue procinctu, qui Gad dicitur, Zelphe filius Gad vocatus est. Sequitur: Et peperit Zelpha ancilla Liæ filium secundum Iacob, & dixit Lia, beata ego: quia beatificant me mulieres: & vocauit nomen eius אֶסֶר diuitiæ. Malè additæ sunt, diuitiæ, id est, ἄλατος: cum etymologia nominis Aser, scripturæ auctoritate pandatur, dicentis: beata sum ego, & beatificant me mulieres: Et ab eo quod beata dicatur ab hominibus, filium suum beatum vocauerit. אֶסֶר Aser ergo non diuitiæ, sed beatus dicitur, dumtaxat in præsentis loco, nam in alijs, secundum ambiguitatem verbi, possunt & diuitiæ sic vocari. Et audiuit Deus Liam, & concepit, & peperit Iacob filium quintum, dixit Lia: Dedit Deus mercedem meam mihi: quia dedi ancillam meam viro meo: & vocauit nomen eius יִשָּׂשכָר Issachar.

Etymologiam huius nominis Septuaginta interpretes ediderunt, est merces, non vtiq; vt pleriq; addito pronominè malè legunt, existimandum est ita scriptum esse, quodd is est merces, sed totum nomen interpretatur, est merces. ישׂ Ies quippe dicitur, est: & שָׂכָר sachar merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filij Ruben introitum, qui Racheli debebatur, ad se viri emerat. Sequitur. Et concepit adhuc Lia, & peperit filiu sextu Iacob: & dixit Lia, dotauit me Deus dote bona: en hoc tempore habitabit mecum vir meus: quia peperi ei sex filios, & vocauit nomen eius זַבּוּלֹן Zabulon. Vbi nos posuimus, habitabit mecum, & Septuaginta interpretati sunt, diliget me, in Hebræo habetur זַבּוּלֹן Iaboleni: Et est sensus, quia sex filios genui Iacob, propterea iam securus sum, habitabit enim mecum vir meus. Vnde &

Gen. 30. filius meus vocatur habitaculum. Malè igitur & videnter in libro nominum. Zabulon fluxus noctis interpretatur. Et post hæc peperit filiam, & vocauit nomen eius דִּינָה Dina. Hæc transfertur in causam quam significantius Græci δίκη vocant. Iurgij enim in Sicimis causa exitit. Post filios, & parentum ponenda sunt nomina. לֵיאָה Lia interpretatur laborans, רַחֵל Rachel ouis, cuius filius Ioseph ab eo quodd sibi alium addi mater optauerat, vocatur augmentum. Transibo in vniuerso pecore tuo hodie, separa inde omne pecus variu & discolor: & omne pecus vnus coloris, in agnis, & varium & discolor in capris, erit merces mea: & respondebit mihi iustitia mea in die crastino, cum venerit merces mea corâ te: omne, in quo non fuerit variu & discolor in capris & in agnis, furtum erit apud me: & cætera. Multum apud Septuaginta interpretes confusus est sensus, & vsq; in præsentem diem nullum potui inuenire nostrorum, qui ad liquidum, quid in hoc loco diceretur, exponeret. Vis, inquit, Iacob me seruare tibi etiam alios septem annos: fac, quod postulo, separa omnes discolors & varias, tam oues, quàm capras, & trade in manus filiorum tuorum, rursumq; ex vtroq; grege alba & nigra pecora, id est, vnus coloris, da mihi, si quid igitur ex albis & nigris, quæ vnus coloris sunt, variu natum fuerit, meum erit: si quid verò vnus coloris, tuum. Rem non difficile postulo. tecum facit natura pecorum: vt alba ex albis, & nigra nascatur ex nigris: mecum erit iustitia mea, dum Deus humilitatem meam respicit, & laborem. Optionem Laban datâ libenter arripuit: & ita vt Iacob postulabat faciens, trium dierum iter inter Iacob & filios suos separauit, ne quis ex vicinitate pecoris nasceretur dolus, itaq; Iacob nouam stropham commentus est, & contra naturam albi & nigri pecoris, naturali arte pugnavit, tres enim virgas, populeas, & amygdalinas, & mali granati, quamquam Septuaginta styracinas, & nucinas, & plataninas habeant, ex parte decorticans, varium virgarum fecit colorem; vt vbicumq; in virga corticem reliquisset, antiquus permaneret color; vbi verò tulisset corticem, color candidus panderetur. Obseruabat ergo Iacob, & tempore, quo ascendebatur pecora, & post calorem diei ad potandum auida pergebant, discolors virgas ponebat in canalibus, & admissis arietibus, & hircis, in ipsa potandi auiditate oues & capras faciebat ascendendi; vt ex duplici desiderio, dum auidè bibunt, & ascenduntur à maribus, tales fetus conciperent, quales ymbras arietum, & hircorum desuper ascendendum in aquarum speculo contemplabantur, ex virgis enim, in canalibus positis, varius erat etiam imaginum color. Nec mirum, hanc in conceptu feminarum esse naturam, vt quales perspexerint, siue mente conceperint in extremo volupratis æstu, quo concipiunt, talem sobolè procreent; cum hoc ipsum etiam in equarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri, & Quintilianus in ea controuersia, in qua accusabatur matrona, quod Æthiopem peperit, pro defensione illius argumentetur, hanc conceptus esse naturam, quam supra diximus. Et scriptum reperitur in libris Hippocratis, quodd quædam suspicione adulterij fuerat puniendâ, cum pulcherrimum peperisset, vtrique parenti generiq; dissimilem, nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, monens quærere ne fortè talis pictura esset in cubiculo: qua inuenta, mulier à suspicione liberata est. Postquam autem nati fuerant hædi, & agni varij, & discolors ex albis & vnus coloris gregibus, separabat illos Iacob, & procul esse faciebat à pristino gregi:

Math. 11.
Gen. 30.

Gen. 30.

grege: si qui autem nascebantur vnius coloris, id est, albi siue nigri, tradebat in manus filiorum Laban: & ponebat virgas, quas decorticauerat in canalibus, quibus effundebantur aquæ, & veniebant ad potandum contra pecora, vt conciperent eo tempore, cum venirent ad potandum: & concipiebant pecora contra virgas Iacob, virgas, quas posuerat coram pecoribus in canalibus ad concipiendum in eis: & in serotinis ouibus non ponebat; & fiebant serotina Laban, temporanea Iacob. Hoc in Septuaginta interpretibus non habetur, sed pro serotinis, & temporaneis, aliud nescio quid, quod ad sensum nõ pertinet, transtulerunt. Quod autem dicit scriptura, hoc est: Iacob prudens, & callidus, iustitiam, & æquitatem etiam in noua arte seruabat, vt enim omnes agnos & hædos varios pecora procreassent; erat aliqua suspicio doli, & apertè huic rei Laban inuidus contraisset, ergo ita omnia temperauit, vt & ipse fructum sui laboris acciperet, & Laban non penitus spoliaretur. Si quando oues & capræ primo tempore ascendebantur: quia melior vernus est fetus, ante ipsas ponebat virgas, vt varia soboles nasceretur, quæcumq; autem oues & capræ sero quærebant marem; ante earum oculos non ponebat, vt vnius coloris pecora nascerentur, & quidquid primum nascebatur, suum erat, quia discolor & varium erat; quidquid postea, Laban. vnius enim tam in nigro quam in albo coloris pecus nascebatur. In eo autem loco, vbi scriptum est, Vt conciperent in virgis, in Hebræo habet, יחמננה iehammenna. Vim verbi Hebraici nisi circumitu exprimere non possum. Iehammenna enim propriè dicitur extremus in coitu calor, quo corpus omne concutitur: & patrati voluptati vicinus est finis. Et pater vester mentitus est mihi, & mutauit mercedem meam decem vicibus, & non dedit ei Deus vt noceret mihi. Si dixerit, hoc varium pecus erit merces tua: nascetur omne pecus varium. Et si dixerit, vnius coloris erit merces tua: nascetur omne pecus vnius coloris. Pro eo quod nos posuimus, mutauit mercedem meam decem vicibus. Septuaginta interpretes posuerunt decem agnis, nescio qua opinione ducti, cum verbum Hebraicum מננה monim, numerum magis quam agnos sonet, denique & ex consequentibus hic magis sensus probatur, quod per singulos fetus semper Laban conditionem mutauerit. Si videbat varium nasci pecus: post fetum dicebat: volo vt in futurum mihi varia nascantur, rursus, cum vidisset vnius coloris nasci pecora, (Iacob quippe, hoc audito, virgas in canalibus non ponebat) dicebat, vt futuros fetus vnius coloris sibi pecora procrearent. Ecquid plura? vsque ad vices decem semper à Laban peccoris sui, siue Iacob mutata conditio est: & quodcumque sibi proposuerat vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Ne cui autem in sex annis decem pariendi vices incredibiles videantur, lege Virgillum, in quo dicitur: Bis grauidæ pecudes. Natura autem Italicarum ouium, & Mesopotamiæ vna esse traditur. Et furata est Rachel idola patris sui. Vbi nunc idola legimus, in Hebræo תרפים Theraphim scriptum est, quæ Aquila μορφοματα, id est, figuras, vel imagines interpretatur. Hoc autem ideo, vt sciamus quid in Iudicum libro theraphim sonet. Et transtulit fluitium, & venit in montem Galaad. Non quod eo tempore Galaad mons diceretur: sed per anticipationem, vt frequenter diximus, illo vocatur nomine, quo postea nuncupatus est. Et mutasti mercedem meam decem agnis. Idem error, qui supra: numerus enim pro agnis legendus est. Et dixit Iacob fratribus suis, colligamus lapides. Et cõgretatis lapidi-

bus fecerunt aceruum, & comederunt super eum. Et vocauit illum Laban aceruum testimonij: & Iacob vocauit illum aceruum testis. Aceruus Hebræa lingua גל gal dicitur; גי ed verò testimonium. Rursum lingua Syra aceruus ܓܝ appellatur; ܫܘܪܘܬܐ Saadutha testimonium, Iacob igitur aceruum testimonij, hoc est, גל Galaad lingua appellauit Hebræa: Laban verò id ipsum, id est, aceruum testimonij, Igar Saadutha, à gētis suæ sermone vocauit, erat enim Syrus, & antiquam linguam parentum, prouinciarum, in qua habitabat, sermone mutauerat. Et occurrerunt ei angeli Dei, & dixit Iacob vt vidit eos: Castra Dei hæc sunt, & vocauit nomē loci eius castra. Vbi hic castra posita sunt, in Hebræo habet מוּחַנַיִם mahanaim: vt sciamus, si quando interpretatum in alio loco ponitur, quem locum significet, & pulchrè, ad fratrem iturus inimicum, angelorum se comitantium excipitur choris. Et dixit Iacob: Deus patris mei Isaac Domine, qui dixisti ad me, reuertere in terram tuam, & benedicam tibi, minor sum omni misericordia tua, & omni veritate tua, quam fecisti pro seruo tuo. Pro eo quod nos posuimus, minor sum, aliud nescio quid quod sensum turbet, in Græcis & Latinis codicibus continetur. Et dixit ei: Quod nomen tibi? Qui ait, Iacob. Dixit autem ei: Iam non vocabitur Iacob nomen tuum, sed vocabitur nomen tuum יִשְׂרָאֵל Israel: quia inualuisti cum Deo, & cum hominibus valebis. Iosephus in primo antiquitatum libro, Israël ideo appellatum putat, quod aduersum angelum steterit: quod ego diligenter excutiens, in Hebræo penitus inuenire non potui. Ecquid me necesse est opinionem quærere singulorum, cū etymologiā nominis exponat ipse qui posuit: Nō vocabitur, inquit, nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum? Quare interpretatur Aquila, ἑτα ἱερμας μετὰ θεοῦ: Symmachus, ἑτα ἱερμας μετὰ θεοῦ: Septuaginta, & Theodotus, ἑτα ἱερμας μετὰ θεοῦ. Sarith enim, quod ab Israel vocabulo deriuatur, principem sonat. Sensus hic itaq; est. Non vocabitur nomen tuum supplantator, hoc est, יַעֲקֹב Iacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc est, Israel. Quo modo enim princeps ego sum: & sic & tu, qui mecum luctari potuisti, princeps vocaberis. Si autem mecum, qui Deus sum, siue angelus, (quoniam plerique variè interpretantur) pugnare potuisti: quanto magis cum hominibus, hoc est cum Esau, quem formidare non debes: Illud autem, quod in libro nominum interpretatur Israel, vir videns Deum, siue mens videns Deum, omnium penè sermone detritum, non tam verè quam violenter mihi interpretatum videtur. Hic enim Israel per has litteras scribitur, iod, sin, res, aleph, lamed, quod interpretatur princeps Dei, siue directus Dei, hoc est, ἰσραηλ ἰσραηλ. Vir verò videns Deum his litteris scribitur, vt vir ex tribus litteris scribatur, aleph, iod, sin, vt dicatur שׂרַיִס: videns verò ex tribus, res, aleph, he, & dicatur שׂרַיִס rahe. Porro הֵאֵל, ex duabus, aleph, & lamech: & interpretatur Deus, siue fortis. Quamuis igitur grandis auctoritatis sint, & eloquentiæ, & ipsorum vmbra nos opprimat, qui Israël virum, siue mentem videntem Deum transtulerunt: nos magis scripturæ & angelij, vel Dei, qui ipsum Israel vocauit, auctoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentiæ secularis, illud quoque quod postea sequitur: Et benedixit eum ibi, & vocauit Iacob nomen loci illius facies Dei: vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: In Hebræo dicitur, פָּנֵי פָּנֵי פָּנֵי Phanuel, vt sciamus ipsum esse locum qui in cæteris scripturæ sanctæ voluminibus, ita vt in Hebræo scriptus est, Phanuel legitur

Gen. 31.

Jud. 17.

legitur in Græco. Et diuisit pueros super Liam, & super Rachel, & super duas ancillas, & posuit ancillas & filios earum primos, Liam verò & pueros eius secundos, & Rachel & Ioseph nouissimos, & ipse transtulit ante eos. Non vt plerique existimant, tres turmas fecit, sed duas. Denique, vbi nos habemus, diuisit, Aquila posuit, *ἡμισυσεβ*, id est, dimidiauit: vt vnū cuneum faceret ancillarum cum paruulis suis, & alium Liæ & Rachel, quæ liberæ erant, cum filijs earum, primaque ire faceret ancillas, secundas liberas, ipse autem ante vtrunque gregem fratrem adoraturus occurreret. Et ædificauit ibi Iacob domum, & pecoribus suis ædificauit tabernacula. Vbi nos tabernacula habemus, in Hebræo legitur *ביתו* suchoth. Est autem vsque hodie ciuitas trans Iordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos, de qua in libro locorum scriptum est. Et venit Iacob Salem ciuitatem Sichem in terram Chanaan, cum venisset de Mesopotamia Syriæ. Error oboritur, quo modo Salem Sichem ciuitas appelletur, cum Hierusalem in qua regnavit Melchisedek, Salem ante sit dicta, Aut igitur vnus vtraque vrbs nominis est, quod etiam de pluribus Iudæ locis possumus inuenire, vt idē vrbs & loci nomen in alia atq; alia tribu sit: aut certē istam Salem, quæ nūc pro Sichem nominatur, dicimus hic interpretari consummatā, atque perfectā, & illam, quæ postea Hierusalem dicta est, pacificam nostro sermone transferri, vtrumque enim, accentu paululum declinato, hoc vocabulum sonat. Tradunt Hebræi, quod claudicantis femur Iacob ibi conualuerit, & sanatum sit, propterea eandem ciuitatem curati atque perfecti vocabulum consecraram. Et venit Hemor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis suæ: & locuti sunt ad viros ciuitatis dicentes, viri isti pacifici nobis sunt. Vbi nunc Septuaginta interpretes pacificos transfulerunt, Aquila interpretatus est, *ἀσπρισταίους*, id est, consummatos atque perfectos: pro quo in Hebræo legitur, *שׁלם* salamim. Ex quo perspicuum est, verum esse illud, quod supra de Salem diximus. Et introgressi sunt ciuitatem diligenter, & interfecerunt omnē masculum. Pro eo quod in Græcis legitur *ἀσφαλῶς*, id est, diligenter: in Hebræo scriptum est, *בטח* beta, id est, audacter & confidenter. Et venit Iacob in Luzam in terram Chanaan, quæ est Bethel. Ecce manifestissimè cōprobat, Bethel non vlam Luz, vt supra dictum est, sed Luzam, id est, amygdalon ante vocitatum. Et mortua est Debhora nutrix Rebecæ, & sepulta est iuxta Bethel. Si mortua est nutrix Rebecæ nomine Debhora, vt Septuaginta quoq; hic interpretes transfulerunt, & ipsum verbum est Hebraicum *מנקה* mēket: scire non possumus, quare ibi substantiam posuerunt, hic nutricem. Et dixit ei Deus, iam non vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum, si vocauit nomen eius Israel. Dudum nequaquam ei ab angelo nomen imponitur, sed quod imponendum sit a Deo, prædicatur: quod igitur ibi futurum promittitur, hic docetur expletum. Et factum est dum appropinquaret chabratha in terra Chanaan, vt veniret Ephrata, peperit Rachel. Verbum Hebraicum *כּוּרַת*, chibrath, in consequentibus, vbi Iacob loquitur ad Ioseph: Ego autem cum venirem de Mesopotamia Syriæ, mortua est mater tua Rachel in terra Chanaan, in via Hippodromi, vt venirem Ephrata: nescio quid volentes, Hippodromum Septuaginta interpretes transfulerunt: & statim ibi, vbi in Hebræo dicitur, Et sepelietur eam in via Ephrata, hæc est Bethlehé, rursum Septuaginta pro Ephrata posuerunt Hippodromum: cum vtiq;,

si chabratha Hippodromus est, Ephrata Hippodromus esse non possit. Aquila autem hoc ita transtulit: & factum est *כּוּרַת* *בְּדֵבַר* *רַחֵל*, id est, in itinere terræ introiens in Ephrata. Sed melius est, si transferatur, in electo terræ tempore cum introiret Ephrata. Porro vernum tempus significat, cum in florem cuncta rumpuntur, & anni tempus electum est, vel cum transeuntes per viam carpunt & eligunt e vicinis agris quodcumq; ad manus venerit, diuersis floribus inuitati. Ephrata verò & Bethlehem vnus vrbs vocabulum est, sub interpretatione consimili. siquidē in frugiferam & in domum panis vertitur, propter eum panem, qui de cælo descendisse se dicit. Et factum est, cum dimitteret eam anima: siquidem moriebatur, vocauit nomen eius, filius doloris mei: pater verò eius vocauit nomen eius Beniamin. In Hebræo similitudo nominis resonat: filius enim doloris mei, quod nomen moriens mater imposuit, dicitur *בְּנֵי* *בֵּן* Benoni. Filius verò dexteræ, hoc est virtutis, quod Iacob mutauit, appellatur Beniamin. Vnde erant, qui putant Bemin filium dierum interpretari, cum enim dextera appellatur *יָמִין* iamin, & finiatur in n litteram: dies quidem appellatur & ipsi *יָמִין*, iamin, sed in m litteram terminatur. Et profectus est Israel, & extendit tabernaculum suum trans turrim Ader. Hunc locum Hebræi esse volunt, vbi postea templum ædificatum est: & turrim Ader, turrim gregis significari, hoc est congregationis & coetus: quod & Micheas propheta testatur, dicens: Et tu turris gregis nebulosa, filia Sion, & cætera: illoq; tempore Iacob trans locum, vbi postea templum ædificatum est, habuisse tentoria. Sed si sequamur ordinem viæ, pastorum iuxta Bethlehem locus est, vbi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua paut, loco nomen imponens: vel, quod verius est, quodam vaticinio futurum iam tunc mysterium monstrabatur. Et venit Iacob ad Isaac patrem suum in Mamre ciuitate Arbee, hæc est Chebron. Pro *אֲרָבֵעַ* Arbee in Septuaginta campum habet, cum Chebron in monte sita sit. Eadem autem ciuitas dicitur & Mamre, ab amico Abraham ita antiquitus appellata. Et peperit Ada Esau Eliphaz. Iste est Eliphaz, cuius scriptura in Iob volumine recordatur. Isti filij Esau, & isti principes eorum, ipse est Edom: & hi filij Seir. Esau & Edom & Seir, vnus nomen est hominis: & quare variè nuncupetur supra dictum est. Quod autem sequitur: Et Chorræi habitantis terram: & reliqua: Postquam enumerauit filios Esau, altius repetit, & exponit qui ante Esau in Edom terra principes fuerint ex genere Chorræorum, qui in lingua nostra interpretantur liberi. Legamus diligenter Deuteronomium, vbi manifestus scribitur, quo modo venerint filij Esau, & interfecerint Chorræos, ac terram eorum hereditate possederint. Et fuerunt filij Loran Chori & Amam, & soror Loran Tamna: hæc est Tamna, de qua supra dictum est: Et Tamna erat concubina Eliphaz filij primogeniti Esau, & ex ipsa natus est Amalech. Iccirco autem Chorræorum recordatus est, quia primogenitus filiorum Esau ex filiabus eorum acceperat concubinam. Quod autē dicitur Thzmā, & Kenex, & Amalech; & reliqua: sciamus postea regionibus Idumæorū ex his vocabula imposita. Ipse est Ana, qui inuenit Iamim in deserto, cui pasceret asinos Zabeon patris sui. Multa & varia apud Hebræos de hoc capitulo disputantur: apud Græcos quippe & nostros super hoc silentium est. Alij putant, iamin maria appellata, iisdē enim litteris scribuntur maria, quibus & nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illū, dum pascit

pasceat asinos patris sui in deserto, aquarum cōgregationes reperisse, quæ iuxta idoma linguæ Hebraicæ maria nuncupentur, quod scilicet stagnum reperit cuius rei inuentio in eremo difficilis est. Nonnulli putant, aquas calidas iuxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitrentur, onagros ad hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, ut velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur iamim. Plerique putant, quod equarum greges ab asinis in deserto, ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Aquila hunc locum ita transtulit: ipse est Anas, qui inuenit τὰς ἰαμῆμ. Et Symmachus similiter τὰς ἰαμῆμ, quæ interpretatio pluralem numerum significat. Septuaginta verò & Theodotion æqualiter transtulerunt, dicentes, τὸν ἰαμῆμ, quod indicat numerum singularem. Et regnavit pro eo Iobab filius Zare de Bozra. Hunc quidem suspicantur esse Iob: ut in sine voluminis ipsius additum est. Contra Hebræi asserunt de Nachor eum stirpe generatum: ut iam supra dictum est. Et Israel dilexit Ioseph super omnes filios suos: quia erat filius senectutis, & fecit ei tunicam variam. Pro varia tunica, Aquila interpretatus est tunicam ἀσπαράλλιον, id est, tunicam talarem. Symmachus, tunicam malicatum, siue quod ad talos usque descenderet, & manibus artificis mita esset varietate distincta; siue quod haberet manicas: antiqui enim magis colobijs utebantur.

Et vendiderunt Ioseph Ismaelitis viginti aureis. Pro aureis, in Hebræo, argenteis habet. Neq; vilioze metallo Dominus venundari debuit, quam Ioseph. Madianæi autem vendiderunt Ioseph in Ægypto Phutiphæ eunucho Pharaonis archimagiro. In plerisque locis archimagiro, id est, cocorum principes, pro magistris exercitus; scriptura commemorat: μαγειρεῖν quippe Græcè interpretatur occidere. Venditus est igitur Ioseph principi exercitus & bellatorum, non Petephre, ut in Latino scriptum est, sed Phutiphæ eunuchò. Vbi quæritur, quo modo postea uxorem habere dicatur. Tradunt Hebræi emptum ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinem in turpe ministerium, & à Domino, virilibus eius arefactis, postea electum esse, iuxta morem ἱεροφαντρῶν, in pontificatum Heliopoleos; & huius filiam esse Ase-nech, quam postea Ioseph uxorem accepit. Et adiecit, & peperit filium, & vocavit nomē eius Sela, hæc autem erat in Chazbi, quando peperit eum.

Verbum Hebræum hic pro loci vocabulo positum est, quod Aquila pro re transtulit, dicens: Et vocavit nomen eius Selom: Et factum est, ut mentiretur in partu postquam genuit eum. Postquam enim genuit Selom, stetit partus eius. חזבי Chazbi ergo non nomen loci, sed mendacium dicitur. Vnde & in alio loco scriptum est: Meticetur opus oliuæ, id est fructum oliuæ non faciet. Et consolatus Iudas ascendit ad eos; qui tōtebant oues eius, ipse & Hiras pastor eius Odollamites: Pro pastore, amicus legitur, sed verbum ambiguum est, quia iisdem litteris vtrumque nomen scribitur: verum amicus נַרִי re, pastor נַרִי ro legitur. Et sedit ad portam ænan quæ est in transitu thamna. Sermo Hebraicus עַיִן enaim transfertur in oculos. Non est igitur nomen loci: sed est sensus. Sedit in biuio, siue in compito, vbi diligētius deberviator aspicere, quod iter gradiendi capiat. Cognouit autem Iudas, & dixit iustior est ista, quam ego, eo quod non dedi eam Sela filio meo. In Hebræo habet iustificata est ex me, non quod iusta fuerit, sed quod comparatione illius minus mali fecerit,

nequaquam vaga ad turpitudinem, sed liberos requiringendo. Et ecce egressus est frater eius, & dixit, ut quid diuisa est propter te maceria? Et vocavit nomē eius phares. Pro maceria, diuisionem Aquila & Symmachus transtulerunt, quod Hebraicè dicitur, פָּרָס phares. Ab eo igitur, quod diuisit membranulam secundinarum, diuisionis nomen accepit. Vnde & pharisæi, qui se quasi iustos à populo separauerāt, diuisi appellabantur. Post hoc exijt frater eius, in cuius manu erat coccinum, & vocavit nomen eius Zara. Hoc nomen interpretatur oriens. Siue igitur, quia primus apparuit, siue quod plurimi iusti ex eo nati sunt, ut in libro Paralipomenon continetur, זָרָא Zara, id est oriens appellatus est. Post verba hæc, peccauit princeps vinariorum regis Ægypti. Vbi nos posuimus, principem vinariorum, in Hebræo scriptum habet מַשְׁכֵּה maskel: illud verbum, quod in nomine serui Abraham dudum legimus, quem nos possumus more vulgi vocare pincernam, nec vile putetur officium; cum apud reges barbaros usque hodie maximæ dignitatis sit, regi poculum porrexisset. Poetæ quoq; de Catamith & Ioue scriptitant, quod amasium suum huic officio mancipari.

Et ecce vitis in conspectu meo, & in vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos. Tria flagella, & tres ramos, siue propagines, Hebræo sermone significat, quæ ab illis vocantur עֲרֵבָה farigim. Et videbar mihi tria canistra chondriforma portare in capite meo. Pro tribus canistris chondriforma, tres cochinos farinæ in Hebræo habet. Et ecce de fluuio ascendebant septem boues, speciosæ ad videndum & electæ carnibus, & pascebantur in achi.

Bis in Genesi scriptum est achi: & neque Græcus sermo est, nec Latinus. Sed & Hebræus ipse corruptus est: dicitur enim in אַחֵי Ahi, hoc est in palude, sed quia vau littera apud Hebræos, & iud similes sunt, & tantum magnitudine differunt: pro ahi, achi Septuaginta interpretes transtulerunt, & secundum consuetudinem suam, ad exprimendam duplicem aspirationem, heth in Hebrææ litteræ, & Græcam litteram copulauerunt. Et respondit Ioseph Pharaoni, dicens: Sine Deo non respōdebitur salutare Pharaoni.

In Hebræo aliter habet: Sine me Deus respondebit pacem Pharaoni. Denique Symmachus more suo apertius transtulit: Non ego, sed Deus respondebit pacem Pharaoni. Ecce septem anni venient abundantia magnæ in omni terra Ægypti. Miror, quo modo verbum Hebraicum לָבָא laba, quod nos supra, abundantiam, siue satietatem, in puteo quem foderunt extremum serui Isaac, interpretati sumus: nunc Septuaginta rectissime transferentes, ibi iuramentum interpretati sunt: cum & iuramentum, & septem, & satietas, & abundantia, prout locus & ordo flagitauerit, possit intelligi, sed & in consequentibus vbicumque abundantia legitur in Hebræo, idē verbum scriptum habetur. Et clamauit ante eum præco, & constituit eum super omnem terram Ægypti. Pro quo Aquila transtulit: Et clamauit in conspectu eius ad geniculationem. Symmachus ipsum Hebraicum sermonem interpretans ait: Et clamauit ante eum, אַבְרָם Abrech. Vnde mihi videtur non tam præco, siue adgeniculatio, quæ in salutando, vel adorando Ioseph accipi potest, intelligenda, quam id, quod Hebræi tradunt, dicentes patrem teneri ex hoc sermone transferri. אָב Ab, quippe dicitur pater, רֵךְ rech delicatus, siue tenerimus, significat scriptura, quod iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit, sed iuxta ætatem tenerimus adolescens, & puer. Et vocauit Pharaon nomen Ioseph Zaphanath Phaanecha, &

dedit ei Aſeneth filiam Phutipharis ſacerdotis He-
liopoleos in vxorem. Licet Hebraicè hoc nomen
abſconditorum repertorem ſonèt: tamen, quia ab
Ægyptio ponitur, ipſius linguæ debet habere ratio-
nem. Interpretatur ergo ſermonè Ægyptio Zapha-
nath Phaanecha *זפחנא תפאנא*, ſiue, vt Septuaginta trãſ-
ſerre voluerunt, *Σωθουφανης* Saluator mundi, eo
quòd orbem terræ ab imminētè famis excidio liber-
arit. Notandum autem, quòd domini quondam &
emptoris ſui filiam vxorem acceperit, qui ad id loco-
rum pontifex Heliopoleos erat. neq; enim fas abſq;
eunuchis idoli illius eſſe antiſtites: vt vera illa He-
bræorum ſuper eo, quòd ante iam diximus, ſuſpicio
comprobetur. Et Ioseph nati ſunt duo filij ante-
quam veniret anni famis, quos peperit ei Aſeneth,
filia Phutipharis, ſacerdotis Heliopoleos. vocauit au-
tem Ioseph nomen primogeniti ſui Manaffe: quia
dixit, obliuiſci me fecit Deus omnium laborù meo-
rum, & omnis domus patris mei. nomen autem ſe-
cundi vocauit Ephraim, quia creſcere me fecit Deus
in terra humilitatis meæ. Obſerua propter quæ-
ſtionem, quæ poſt paululum de Ioseph filijs propo-
nenda eſt, quòd ante famis tempus, quo Iacob intra-
uit in Ægyptum, duos tantùm Ioseph filios habue-
rit, Manaffen, & Ephraim, Manaffen vocans ab eo,
quòd ſit obliuiſci laborù ſuorum: ita enim Hebraicè
vocatur obliuiſci Ephraim, eo quòd auxerit eũ Deus.
Et ex hoc enim vocabulo in linguam noſtram tranſ-
fertur augmentũ. Et deſerte viro munera aliquid
reſinæ, & mellis, & thymiamæ, & ſtaſten, & terebyn-
thum, & nuces, ſiue, vt Aquila & Symmachus tranſ-
tulerunt, amygdala. Iccirco hoc capitulum po-
ſuimus, vt ſciamus, vbi in noſtris codicibus habetur
thymiamæ: in Hebræo eſſe *תחורה* nechora, quòd A-
quila ſtoracem trãſtulit, ex quo domus nechora, quæ
in Eſaia legitur, maniſeſtiſſimè cella thymiamatis,
ſiue ſtoracis intelligitur, quòd in illa aromata diuer-
ſa ſint condita. Et biberunt, & inebriati ſunt cum
eo. Idioma linguæ Hebraicæ eſt, vt ebrietatè pro
facietate ponat, ſicut ibi: In ſtillicidijs eius inebriabi-
tur germinans, haud dubium quin terra pluuijs irri-
gata. Et pone argentum vniuſcuiusq; in ore ſacculi,
& condy meum argenteum mitte in ſacculum iu-
nioris. Pro ſacculo, peronem vel ſollem, in Hebræo
habet. Pro *κόδον* condy, id eſt poculo, quòd etiam in
Eſaia legitur, Aquila ſcyphum, Symmachus phia-
lam tranſtulerunt. Deſcende ergo ad me, ne ſteteris,
& habitabis in terra Goſen Arabiæ.

Hic, Arabiæ, additum eſt: in Hebræis enim volu-
minibus non habetur. vnde & error inerebuit, quòd
terra Goſen in Arabia ſit. Porrò ſi, vt in noſtris codi-
cibus eſt, per extremum ſcribitur Goſem, quòd mihi
nequaquam placet: terram ſignat complutam. *רש*
Goſen enim in imbreſ vertitur. Dixit autè Pha-
rao ad Ioseph, dic fratribus tuis, hoc facite: onerate
vehicula veſtra, & ite in terram Chanaan. Pro ve-
hiculis, quæ Septuaginta, & Theodotion, *καὶ φορτία*,
interpretati ſunt, iumenta reliqui tranſtulerunt. Et
dedit illis cibaria in via. Verbum *צבא* Zeda, quòd
hic omnes ore conſono, *צבא צבא צבא*, id eſt, cibaria,
vel ſitareia, interpretati ſunt, in pſalterio quoq; habe-
tur. vbi enim noſtri legunt, viduam eius benedicens
benedicam: licet in plerique codicibus pro vidua,
hoc eſt, pro *צבא* nonnulli legunt *צבא*: in Hebræo
habet *צבא*, zeda, id eſt, cibaria eius benedicens be-
nedicam: porro *צבא* venationem magis poteſt ſo-
nare, quàm fruges: tamen moris ſit Ægyptiorũ *צבא*
etiam far vocare, quòd nunc corruptè atheram nũ-
ſupant. Omnes ergo animæ, quæ ingreſſæ ſunt cũ

Iacob Ægyptum, & quæ exierunt de femoribus eius
abſque mulieribus filiorum Iacob, animæ ſexaginta-
ſex: filij autem Ioseph, qui nati ſunt ei in Ægypto, a-
nimæ nouem. Omnes ergo animæ, quæ ingreſſæ
ſunt cum Iacob Ægyptum, ſeptuaginta quinque.
Quòd, excepto Ioseph, & filijs eius, ſexaginta ſex ani-
mæ, quæ egreſſæ ſunt de femoribus Iacob, introierũt
Ægyptum, nulla dubitatio eſt. ita enim & paulatim
per ſingulos ſupputatus numerus approbat, & in He-
bræis voluminibus inuenitur. Hoc autem, quòd in
Septuaginta legimus: filij autè Ioseph, qui nati ſunt
ei in Ægypto, animæ nouem: ſciamus in Hebræo pro
nouem eſſe duas. Ephraim quippe & Manaffe, ante-
quam Iacob intraret Ægyptum, & famis tempus in-
grueret, nati ſunt de Aſeneth, filia Phutipharis in Æ-
gypto. Sed & illud, quòd ſupra legimus: Facti ſunt au-
tem filij Manaffe, quos genuit ei cõcubina Syra Ma-
chir, & Machir genuit Galaad, filij autem Ephraim
fratris Manaffe, Suthalaam, Ethaam, filij verò Sutha-
laam, Edom, additum eſt: ſiquidem id, quòd poſtea
legimus, quaſi per anticipationem factum eſſe deſcri-
bitur. neq; enim illo tempore, quo ingreſſus eſt Ia-
cob Ægyptum, eius ætatis erant Ephraim & Manaſ-
ſe, vt filios generare poterint. Ex quo maniſeſtum
eſt, omnes animas, quæ ingreſſæ ſunt Ægyptum de
femoribus Iacob, fuiſſe ſeptuaginta; dum ſexaginta-
ſex poſtea ingreſſæ ſunt, & repererũt in Ægypto tres
animas, Ioseph ſcilicet cum duobus filijs eius. Sep-
tuageſimus autem ipſe fuerit Iacob. Hanc rem, ne
videamur aduerſum ſcripturæ auctoritatem loqui,
etiã Septuaginta interpretes in Deuteronomio tranſ-
tulerunt: quòd in ſeptuaginta animabus ingreſſus
eſt Iacob in Ægyptum. Si quis igitur noſtræ ſententiæ
refragatur, ſcripturam inter ſe contrariam faciet. ipſi
enim Septuaginta interpretes, qui hic ſeptuaginta
quinque animas per *εβδομηκον*, cum Ioseph & poſte-
rioribus ſuis Ægyptum ingreſſas eſſe dixerunt, in Deute-
ronomio ſeptuaginta tantũ intraſſe memorat. Quòd
ſi econtrario nobis id opponitur, quo modo in acti-
bus apoſtolorum, in concione Stephani dicatur ad
populum, ſeptuaginta quinque animas ingreſſas eſſe
Ægyptum: facilis excuſatio eſt. nõ enim debuit ſan-
ctus Lucas, qui ipſius hitorix ſcriptor eſt, in gentes
actuum apoſtolorum volumen emittens, cõtrarium
aliquid ſcribere aduerſus eam ſcripturam, quæ iam
fuerat gentibus diuulgata. & vtiq; maioris opinio-
nis illo dumtaxat tempore Septuaginta interpretũ ha-
bebatur auctoritas, quàm Lucæ, qui ignotus, & vilis,
& non magnæ fidei in nationibus ducebatur. Hoc
autem generaliter obſeruandum, quòd, vbi cumque
ſancti Apoſtoli, aut apoſtolicæ viri loquuntur ad po-
pulos, ijs plerumque testimonijs abutuntur, quæ iam
fuerant in gentibus diuulgata: licet plerique tradant
Lucam euangeliftam, vt proſelytum, Hebræas litte-
ras ignoraffe. Iudæ verò miſit ante ſe ad Ioseph, vt
occurreret ei ad vrbem Heroum in terram Rameſſe.
In Hebræo nec vrbem habet Heroum, nec terram
Rameſſe, ſed tantummodo Goſen. Nonnulli Iudeo-
rum aſſerunt, Goſen nunc Thebaidem vocari: & id,
quòd poſtea ſequitur, Dedit eis vt poſſiderent Ægy-
pti optimam terram in Rameſſe, pagum Arſenoiten
ſic olim vocatum antumant.

Et dixit ei, iura ergo mihi. Et iurauit ei, & adorauit
Iſrael contra ſummitatem virgæ eius. Et in hoc loco
quidam fruſtra ſimulant adoraffe Iacob ſummitatè
ſceptri Ioseph, quòd videlicet honorans filium, pote-
ſtatem eius adorauerit: cum in Hebræo multo aliter
legatur: Et adorauit, inquit, Iſrael ad caput lectuli:
quòd ſcilicet, poſtquam ei iurauerat filius, ſecurus de
petitione,

Gen. 42

Gen. 43.

Eſa. 39

Pſal. 64

Gen. 44

Eſa. 51
Gen. 45

Pſal. 137

Gen. 47

Gen. 46

Deut. 38

Aa. 2

Gen. 47

petitione, quam rogauerat, adoraret Deum contra caput lectuli sui. Sanctus quippe & Deo deditus vir, oppressus senectute, sic habebat lectulum positum, vt ipse iacentis habitus absque difficultate vlla ad orationem esset paratus. Et nunciatum est Ioseph: Ecce pater tuus aegrotat, & tulit duos filios secum, Manassē & Ephraim. Et ex hoc loco illud, quod supra diximus, demonstratur, quia Ioseph ad id locorum duos tantum filios habuerit, Ephraim & Manassē. si enim post multos annos, moriente Iacob patre suo, duos tantummodo filios duxit ad benedictionem: utique illo tempore, cum filij eius generare non quierant, paruuli atque lactentes, in ingressu patris & fratrum, nepotes ex eis habere non potuit. Et confortatus Israël, sedit super lectulum. Causam, cur Septuaginta interpretes idem verbum aliter & aliter ediderint, nescio: hoc vnū audacter dico, quod ipsum verbum mitta *ἔδωκεν*, quod hic in lectulum transtulerunt, supra, vbi diximus, adorasse Iacob, virgā potius quam lectulum nominauerunt. Et nunc ecce duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequam venire ad te in Aegypto, mei sunt: Ephraim & Manassē quasi Ruben & quasi Simeon erunt mihi: quos autem generaueris, post hæc tui erūt: in nomine fratrum suorum vocabuntur. Si quis ambigebat, quod Septuaginta animæ introissent Aegyptum filiorum Israël, & quod Ioseph eo tempore, quo ingressus est Iacob, nō nouem, sed duos tantum filios habuerit, præsentī capitulo confirmatur: siquidem ipse Iacob loquitur, duos eum filios habuisse, non nouem. Quod autem dicit, Ephraim & Manassē sicut Ruben & Simeon erūt mihi: illud significat: Sicut Ruben & Simeō duæ tribus erunt, & ex suis vocabulis appellabuntur: sic Ephraim & Manassē duæ tribus erunt, duosq; populos procreabunt. & sic hereditabunt repromissionis terram, sicut & filij mei. Reliquos autem, ait, filios, quos post mortem meam genereris, ostendens necdū illo tempore procreatos, tui erūt: in nomine fratrum suorum vocabuntur in hereditatem suam. Non, inquit, accipient separatim terram, nec funiculos proprios habebunt, vt reliquæ tribus, sed in tribubus Ephraim & Manassē, quasi appendices populi, commiscebuntur. Et ego do tibi Sicimam præcipuam super fratres tuos, quam accepi de manibus Amorrhæorum in gladio meo & sagitta. Sicima, iuxta Græcā & Latinam consuetudinem declinata est. alioquin Hebraicè Sichem dicitur: vt Ioannes quoque euangelista testatur: licet vitiose vt Sichar legatur, error moleuit: & est nunc Neapolis vrbs Samaritanorum. Quia igitur *שכם* Sichem lingua Hebræa transfertur in humerum, pulchrè allusit ad nomen, dicens: Et ego dabo tibi humerū vnum. Pro præcipuo enim, id est, *ἑξ ἀποτοῦ*, vnum scribitur in Hebræo. Quod autem dicit se eam in arcu & gladio possedisse: Arcum hic & gladium, iustitiā vocat, per quam meruit peregrinus & aduena, interfecto Sichem & Emor de periculo liberari. Timuit enim, vt supra legimus, ne vicina opida atque castella obeuersionem fœderatæ vrbs aduersus se confurgerent: & Dominus non dedit eis, vt nocerent illi. Vel certè sic intelligendum: dabo tibi Sicimā, quam emi in fortitudine mea, hoc est in pecunia, quam multo labore & sudore acquisiui. Quod autem ait: Super fratres tuos: ostendit absque sorte dedisse eam tribui Ioseph. siquidem eodē loco sepultus est Ioseph: & mausoleum eius ibi hodie cernitur. Ruben, primogenitus meus, fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & durus procacitate & iniuria, sicut aqua non ebullias. Ascendisti enim super lectulum patris

HIERON. TOM. I.

tui, & tunc violasti stratum meum cum ascendisti. In Hebræo ita scriptū est: Rubē, primogenitus meus, fortitudo mea, & capitulū in liberis meis. Maior ad portādum, & maior robore: Effusus es sicut aqua, ne adicias. Ascendisti enim cubile patris tui, & contaminasti stratum in ascensu. Est autem sensus hic. Tu es primogenitus meus, maior in liberis: & sedebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ, & hereditatem, que primogenitis iure debebatur, sacerdotiū scilicet & regnum accipere: hoc quippe in portādo onere & præualido robore demonstratur. Verūm quia peccasti, & quasi aqua, quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu: iccirco præcipio tibi, vt ultra nō pecces, sisq; in fratrum numero, pœnam ex peccato luens, quod primogeniti ordinē perdidisti. Simeon & Leui fratres consummauerunt iniquitatem aduentionis suæ: in consilium eorum nō veniat anima mea: & in congregatione eorum non æmuletur iecur meum: quia in furore suo interfecerūt homines, & in desiderio suo subneruauerunt taurum. Necessitate compellimur iuxta propositum operis longius ea repetere, quæ ab Hebræa veritate discordant. Legitur enim ibi: Simeō & Leui fratres, vasa iniquitatis arma eorum. In arcanum eorum ne intret gloria mea: & in conuentu eorum ne dissoluantur gloria mea: quia in furore suo interfecerunt virum: & in libidine sua suffoderunt murum. Significat autem, non sui consilij fuisse, quod Sichem & Emor fœderatos viros interfecerint, contraq; ius pacis & amicitiarum, sanguinem fuderint innocentem, & quasi quodam furore, sic crudelitate rapti, muros hospitiæ vrbs euēterint. Vnde sequitur, & dicit: Maledictus furor eorum, quia procax, & ira eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël.

Leui enim hereditatem propriam non accepit, sed in omnibus sceptis paucas vrbes ad habitādum habuit. De Simeon verò in libro Iesu scriptum est, quod & ipse proprium funiculum non fuerit consecutus, sed de tribu Iuda quiddam accepit. In Paralipomenis autem manifestius scribitur, quod cum multiplicatus fuisset, & non haberet possessionis locum, exierit in desertum. Quidam prophetice interfectos homines, apostolos, & subneruatum taurum à Phariseis, Christum interpretantur. Iuda te laudabunt fratres tui.

Quia Iuda, confessio siue laus interpretatur, consequenter scribitur, Iuda tibi confitebuntur fratres tui: vel, te laudabunt fratres tui. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi ascendisti, procumbens vt leo, & quasi catulus leonis, quis suscitabit eum? Licet de Christo grande mysterium sit, tamen iuxta litteram prophetatur, quod reges ex Iuda per Dauid stirpem generētur, & quod adorent eum omnes tribus. Non enim ait, filij matris tuæ, sed filij patris tui. Et quod sequitur, Ex germine fili mi, in Hebræo habet, De captiuitate fili mi ascendisti: vt ostenderet eum captiuos populos esse ducturum, & iuxta intelligentiam sacrationem, ascendisse in altum, & captiuam duxisse captiuitatem. Siue, quod melius puto, captiuitas passionem, ascensum resurrectionem signat. Alligans ad vitem pullum suum, & funiculo pullum asinæ. In Hebræo ita habet: Alligans ad vitem pullum suum, & in Sorek fili mi asinam suam: quod videlicet pullum asine cui superfedit Iesus, hoc est, gentiliū populū, vineq; apostolorum, qui ex Iudæis sunt, copulauerit: & ad Sorek, id est, electam vitem, alligauerit asinam, cui superfedit, Ecclesiam ex nationibus congregatam. Quod autem dicit, Fili mi, apostrophē ad ipsum

Gg 2 Iudam

Iona. 4

Gen. 34.

Gen. 49

Gen. 34

Ios. 19.

1. Par. 4

Gen. 49

Psal. 67

Zach. 9

Matth. 23

Iudam facit, quod Christus sit hæc vniuersa factururus. Sed & hoc sciendum, quod vbi nos legimus, Alligās ad vitem pullum suum, pro pullo in Hebræo possit legi, urbem suam, iuxta eundem sensum aliis verbis Ecclesia demonstrata, de qua alibi scriptum est: Non potest ciuitas abicondi supra montem posita: Et fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei. Illachar bonum desiderauit, requiescēs inter medios eleros: & videns requiem, quia bona est, & terram, quia pinquis, suppositit humerum suum ad laborandū, & factus est vir agricola. In Hebræo ita scriptum est: Illachar atinus ossus recumbens in terminis: & vidēs requiem, quia bona est, & terrā, quia pulchra est, inclinauit humerum suū ad portandū, & factus est in tributū seruēs. Quia supra de Zabulō dixerat, quod maris magni eisset litora possessurus, Sidonem quoq; & reliquas Phœnicis vrbes cōtingeret: nunc ad mediterraneā prouinciam redit, & Illachar, quia iuxta Nephthalim, pulcherrimam in Galilæa regionē, possessurus est, benedictione sua habitationē facit. Astinum autem ossum vocat, & humerum ad portandū deditum, quia in labore terræ, & vehendis ad mare oneribus, quæ in suis sinibus nascēbantur, plurimum laborat, regibus quoq; tributa comportās. Aiunt Hebræi, per metaphorā significari, quod scripturas sanctas die ac nocte meditās, studium suū dederit ad laborandū: & ideo ei omnes tribus seruiunt, quasi magistro dona portantes. Dan iudicabit populum suum, sicut vnum de sceptris Israel. Fiat Dan coluber in via, regulus in semita mordens vngulas equi, & cadet ascensor eius retrorsum: Saluatorem tuum expectabo Domine. Samson iudex Israel, de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit: Nunc vidēs in spiritu comam nutrire Samson Nazareum tuum, casis hostibus, triumphare; quod in similitudinem colubri reguliq; obsidentis vias, nullū per terrā Israel transire permittat: sed etiam, si quis temerarius virtute sua, quasi equi velocitate confusus, eā voluerit prædonis more populari, effugere nō valebit. Totum autē per metaphorā serpētis & equitis loquitur. Videns ergo tam fortē Nazareū tuū, quod & ipse propter meretricem mortuus est, & moriens, nostros occidit inimicos, putauit, o Deus, ipsum esse Christū filium tuū: verum quia mortuus est, & non resurrexit, & rursum captiuus ductus est Israel, alius mihi Saluator mūdi, & mei generis præstolandus est, vt veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Gad latrocululus latrocinabitur eū, & ipse latrocinabitur plantam. Iuxta Hebræum interpretati sumus: sed vbi nos latrocululum posuimus, ibi scriptū est גַּדְגַּדּוּד: vt ad Gad nomē alluderet: qui significantius *ὄξυκωνος*, id est, accinctus siue expeditus exprimi potest. Totū autem illud est, quod ante Ruben dimidiam tribum Manasse ad filios, quos trans Iordanem in possessione dimiserat, post quattuordecim annos reuertens, prælium aduersum eos gentium vicinarum grande repererit, & victis hostibus, fortiter dimicauit. Lege librum Iesu Naue, & Paralipomenon. Non ignoro plura in benedictionibus patriarcharum esse mysteria, sed ad præsens opusculum non pertinet. Nephthalim virgultum resolutū, dans in generatione pulchritudinem. In Hebræo ita scriptum est: Nephthalim ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis: signās quod aquæ calidæ in ipsa nascuntur tribu: siue quod super lacum Genesareth, & fluente Iordanis irrigua sit. Hebræi autem volunt propter Tiberiadem, quæ legis videbatur habere notitiā, agrum irriguū, & eloquia pulchritudinis prophetari. Porro vbi nos agrū irriguum, & Septuaginta *ἐλάτης ἁγροῦ ἀνεμίονος*, id est, vir-

gultum resolutum posuerunt: in Hebræo legitur *רַחֵלְהַרְוֵהוּ אֵילָה שְׁלֵחָה*: quod potest & ceruus emissus transferri, propter temporaneas fruges, velocitatem terræ vberioris ostendens. Sed melius, si ad doctrinā Saluatoris cuncta referamus, quod ibi vel maxime docuerit: vt in euangelio quoq; scriptum est. Filius auctus Ioseph, filius auctus super fontem filia, gradu cōposito incedentes super murum. Et exacerbaerunt eū, & contenderunt, & irascebatur aduersus eū habentes sagittas. Sedit in forti arcus eius, & dirupta sunt vincula manuum eius ad manus fortis Iacob: inde pascetur lapis Israel ad Deo patris tui: & reliqua. Quia Septuaginta interpretes in plerisq; dissentiunt, pro interpretatione eorum, vt in Hebræo habetur, expressimus. Et est sensus capituli: O Ioseph, qui ideo sic vocaris, quia adauxit te mihi Deus, siue quia inter fratres tuos maior futurus es: fortissima siquidē fuit tribus Ephraim, vt in Regnorū & Paralipomenon libris legimus: o inquit fili mi Ioseph, qui tā pulcher es, vt te tota de muris, & turribus, ac fenestris puellarū Ægypti turba prospēctet, inuiderūt tibi, & te ad iacundiā prouocauerūt fratres tui, habentes liuoris sagittas, & zeli iraculis vulnerati. Verū tu arcuum & arma pugnandi posuisti in Deo, qui fortis est propugnator, & vincula tua, quibus te fratres ligauerūt, ab ipso soluta sunt, & dirupta, vt ex tuo semine tribus nascatur Ephraim, fortis & stabilis, & instar lapidis durius inuicta, imperās quoq; decē tribubus Israel. Benjamin, lupus rapax, mane comederit ad hunc, & ad vesperam dabit escam. Quamquam de Paulo Apostolo manifestissima prophetia sit, quod in adolescentia sua persecutus Ecclesiā, in senectute prædicator euangelij fuerit, tamen in Hebræo sic legitur: Benjamin, lupus rapax, siue capiens, in matutino comederit prædam, & ad vesperā diuidet spolia. Quod ita Hebræi edisserūt: Altare, in quo immolabantur hostiæ, & victimarū sanguis, ad basem illius fundebatur, in parte Benjamin fuit. Hoc, inquit, ergo significat, quod sacerdotes mane immolāt hostias, & ad vesperam diuidūt ea, quæ sibi à populo ex lege collata sunt, lupum sanguinariū, lupum voracem super altaris interpretatione ponentes, & spoliolum diuisionem super sacerdotibus, qui seruientes altari viuunt de altari.

QUESTIONES SEV TRADITIONES HEBRAICÆ, IN LIBROS REGVM, PARVM LIQVET QVO auctore, nisi quod probabile est, quædam ex Hieronymi Commentariis, quos in præfatione pollicetur, per studiosum quempiam decerpta.

IN PRIMVM LIBRVM ARGVMENTVM.

IN primū, & secundum Regum librum, & tertij partē, quæstiones seu traditiones Hebræicæ nūc tractantur, simili, vt in Genesi factum est modo, nō ita tamen accuratē: quippe cum lxx. aliorumq; Græcorum interpretum, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis nequaquam recensentur translationes. Quæ vna causa fuit, vt Hieronymi hoc opus non esse, sed ex eius commentariis, seu verius quæstionibus, quæ non extant, quas ipse in hos libros, sicuti in ceteros quoque scripturæ sacræ, se editurum initio præfatus est, ab alio consarcinatum, creditum à quibusdam non temerē sit.



VIT vir vnus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ierohā, filij Elihu, filij Thohu, filij Suph Euphrataus. Ramathaim interpretatur, duo excelsa: & hæc duo excelsa, duæ intelliguntur tribus, regalis videlicet, & sacerdotalis. Quod pater

Math. 4.1
11.
Marc. 3. &
16.
Gen. 49

Math. 5
13. & 45

Jud. 13. 16

1. Cor. 13.
2. Par. 5

CAP. I

1. Par. 6

pater Elcanæ de tribu fuerit Leui, Liber Paralipomenon plenissimè docet, in quo series genealogiæ illius vsq; ad Leui perducitur. Matrem quoq; eius de tribu Iuda extitisse monstratur, in eo quòd Ephratæus vocatur. Ephratæus ab Ephrata vxore Caleb, quam costat de tribu Iuda fuisse, dictus est. Et si què mouet, quòd ab Ephraim, nò ab Ephrata Ephratæus vocetur: videat in subsequentiis, qualiter Dauid filius viri Ephratæi vocetur: cù liquido pateat eundem Isai nò de Ephraim, sed de tribu Iuda extitisse: & probet eundem Elcana Ephratæum ab Ephrata, nò ab Ephraim dici. זפרימ Zophim, speculatores interpretantur. Speculatores hic prophetæ intelliguntur: quorum filius Elcana fuit. De monte Ephraim. De monte verò Ephraim fuisse dicitur, quia ibi erat eius habitatio. intra cunctas namq; tribus habitationem Leuitarum fuisse non dubiū est.

Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus. Tribus festiuitatibus, paschæ videlicet, & pentecostes, & solemnitate tabernaculorum, ascendebat in domū Domini. Deditq; Phenennæ vxori suæ & cunctis filiis eius & filiabus partes. Hæ partes, vestes intelliguntur, quæ in iisdem tribus festiuitatibus iuxta morem illius gentis, vxoribus & liberis, ac famulis tribuebantur. Annæ autem dedit partem vnam tristis. In Hebræo ita legitur: Annæ autem dedit partem vnam duplicem, quia Annam diligebat. Ne reputes ancillam tuam quasi vnam ex filiabus Belial: quia ex multitudine mœroris & doloris mei locuta sum vsq; ad præsens: Belial enim interpretatur, absq; iugo. Et notandū, quòd omnes, qui ebrietatem sectantur, filij Belial vocentur. Et adduxit eū secum postquā ablauctauerat in vitulis tribus, & tribus modis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum in domū Domini in Silo. In Hebræo, non tribus modis farinæ, sed modio farinæ legitur: quem locum apud Latinos scriptorum vitio constat esse deprauatum. Si enim cum vitulis tribus tres modios farinæ obtulit, contra præceptum legis fecit. in lege enim ita præcipitur: Mensis septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus seruite nò facietis: dies clangoris est, & tubarum: offeretisq; holocaustum in odore suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: & in sacrificiis eorum similes oleo conperse. Tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnū. Hęc verò decima, decima pars erat Eph. Vnde datur intelligi, quòd Elcana non obtulerit tres modios farinæ cum tribus vitulis, sed nouem decimas, quibus, secundum Hebraicam mensuram, vnus efficitur Eph. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Domino. Cornu, filium vocat: quia quando sine filio erat, absque cornu videbatur sibi esse. Recedant vetera de ore vestro. In Hebræo ita habetur: Exeāt vetera. Et est sensus: Exeat humilia de ore vestro, de quo antea grandia & superba exhibāt. Quibus verbis Phenennam, & filios eius increpat, quæ ob fecunditatem sibi concessam, contra Annam eleuabatur. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Arcus Ægyptiorum, id est, fortitudo, & potentia, superata est: & infirmi, scilicet Israelitæ, confortati sunt. Aliter: Arcus, id est, superbia & fortitudo Phenennæ, qua in filiis gloriabatur, superata est: & Anna, quæ ob sterilitatem infirma erat, accincta est robore filiorum.

Donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios infirmata est. In Hebræo & in Septuaginta translatione, nò plurimi, sed septem leguntur.

HIERON. TOM. I.

Iudæi hunc locum ita intelligūt, quòd nato Samuele, mortuus sit filius primogenitus Phenennæ, mortui sint & alij filij. Sed quærendum stare autem hoc stare possit, cum Phenenna septem, Anna autem non nisi quinq; filios habuerit. quam quæstionem Hebræi soluentes, duos filios Samuelis cum filiis Annæ annumerant. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. In Hebræo ita habetur: Domini enim sunt afflicti terræ. Afflictos terræ, Hebræi pauperes spiritu & humiles corde intelligunt: super quos Dominum orbem posuisse dicunt, quia eorum meritis terram stare antumāt. Dominum formidabunt aduersarij eius: & super ipsos in cælis tonabit. Super aduersarios suos Dominus in cælis tonabit, sicut est illud in libro Iosue: Cum quæ fugerent à facie Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsq; Azecha, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. Eli autem senex erat valde, & audiuit omnia quæ faciebāt filij sui vniuerso Israeli, & quo modo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Dormisse eos dicunt Hebræi cum mulieribus, eo quòd post menstrui tempus, aut partus, non impleto, secundum legis præceptum, sacrificio, suadebāt eas ad viros suos redire, eisq; commisceri. Et dormire ideo dicuntur, quia eas dormire cum bona fama viris suis contra præceptum legis faciebant. Vnde idem Eli post paululum ait: Non est enim bona fama, quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini. Transgressionem ergo populus faciebat, quia, sacrificio non ritè peracto, vxoribus suis iungebatur. sicut enim vi extorquebāt carnes ab immolante, ita etiam extorquebant sacrificiū ab offerente: & iccirco sicut in auferendis carnibus faciebant homines detrahare sacrificio Domini; ita quoq; nihilominus in coniungendis vxoribus transgredi faciebant populum Domini. Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus, quia placato sibi viro, in quem peccauit, placabilem sibi facit Deū, cui in viro peccauit: si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? non ergo eo modo in virum, quo in Deum, peccatur. quia, in virum peccare, peccatū qualecumque est, leuiorq; remissio: in Deum verò peccare, id est ab eius cultu recedere, impietatis peccatum est, difficiliorq; remissio: & quoniam, cum in virum quis peccat, placato sibi viro, facit sibi Deum placabilem: In Deum autem cum quis peccat, quis orabit pro eo? Ac si dicatur: Per quem Deum sibi, in quem peccauit, propitium facere poterit? Venit autem vir Dei ad Eli, & dixit ad eum: Hęc dicit Dominus: Numquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Ægypto in domo Pharaonis: & elegi eū ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem: & cætera. Hunc virum Dei Iudæi Phinees dicunt, quem & Eliam autumant. Reuelarus verò Dominus fuisse dicitur domui patris eius, id est, Aaron, in eo loco, vbi ait: Dixit enim Dominus ad Aaron. Vade in occursum Moyſi in deserto, & cætera. Et in hoc loco primum Dominus ei reuelatus dicitur. In sacerdotē verò electus est ex omnibus tribubus Israel: sicut habes in Elle Semoth & in Vaiekra. Quod verò ait: Venit vir Dei ad Eli, & cætera quæ sequuntur: ante tempus Elcanæ dicta fuisse arbitrat: sed hic ob gloriam Samuelis interposita dicuntur. Ecce dies venient, & præcidam brachium tuū & brachium domus patris tui. Brachium arcam vocat, & dignitatem sacerdotij: vt nò sit senex in domo tua. Senem, sacerdotem magnum dicit. Et videbis

107.20

Leuit. 23
Num. 29

CAP. 2

Exod. 4

Gg 3 æmulum

æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel. Æmulus domus Eli, Sadoch sacerdos exitit: qui ciecō Abiathar, à Salomone sacerdotium suscepit, sicut in Malachim legitur. Proiecitque Salomon Abiathar, ne esset sacerdos Domini, vt impleteretur verbum Domini, quod locutus est super domum Eli. Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua. Ideo Dominus se non penitus ablatum ex domo Eli virum ab altari suo dicit: vt semper de domo Eli esset in domo Domini vir, qui in dignitate sacerdotij alium substitutum videret, & se eadē dignitate priuatum videns, oculi eius deficerent, & anima tabesceret. Vnde & in subsequenti- bus dicitur: Veniat vt adoret eum, id est, sacerdotem magnum, & accipiat ab eo nummum argentum, & tortam panis, dicatque: Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis. Et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis. Pretiosus dicitur, quia perrarus erat. omne enim, quod rarum est, pretiosum est. Non erat visio manifesta: quia prophetia non plenē manifestabatur. Factum est verò in die quadam, Eli iacebat in loco suo: & oculi eius caligauerant, nec poterat videre. Hic enim distinguendum est, & postea inferendū. Et antequam lucerna Dei extingueretur, Samuel dormiebat in tēplo Domini, vbi erat arca Dei.

Intelligi autem hoc modo debet: Et antequam lucerna Dei extingueretur, in templo Domini, vbi erat arca Dei, Samuel dormiebat. Quod verò ait: Antequam lucerna Dei extingueretur, intelligi oportet, antequam lux diurna fieret, quando eadem extinguenda erat lucerna. sic enim à Domino per Moysem iussum erat, vt eadem lucerna luceret vsq; mane, sicut est illud in Hebræo: Præcipe ait Dominus filiis Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloq; contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo Domini: & collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat coram Domino. Porro Samuel necdum sciebat Dominum. Nescire Dominum dicitur, quia per prophetiæ mysterium necdum ei reuelatus fuerat sermo Domini.

Dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumq; audierit, tinnient ambæ aures eius: Hoc in loco comminatio Domini est super Eli, & super domum eius: eo quod in peccato filiorum Eli, arca Dei caperetur, & Israel rueret, & eius filij interirent, & domus Eli sacerdotio domus Domini priuaretur; & ob id factum audientium aures tinnirent stupore vehemēti. Aperuitque ostia domus Domini, & Samuel timebat visionem indicare Eli.

Non est intelligendum, quod Samuel aperuerit ostia domus Domini, sed sacerdos. Et non cecidit ex omnibus verbis Samuelis in terram. Non cecidisse ex omnibus verbis eius in terram dicitur, quia quidquid prophetabat, rebus gestis demonstrabatur. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli. Sermo eius fuit ad vniuersum Israel; quod percutiendi essent à Philistæis propter peccata filiorum Eli: quem sermonem euentus rei postea probauit.

Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustrum. Lapidem istum Hebræi aram ab Abraham edificatam intelligunt. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philistiim pro delicto Domino, Azotus vnum, Gazavnū, Ascalon vnum, Geth vnum, Acharon vnum: Quinque anos & quinque mures, hæ quinque ciuitates dederunt: reliquæ autē

ciuitates prouinciariū, & villæ, quæ erant absq; muro, mures tantum dederunt, iccirco dicitur, ab vrbe murata vsque ad villam, quæ erat absq; muro. Quod autem sequitur:

Et vsque ad Abel magnum; super quem posuerūt arcam Domini: Abel magnum ciuitas est in termino Israel. Abel magnum iccirco vocatur, cum antea Bethsamis vocata sit, siue propter luctum super viris Bethsamitibus ibi factum, siue propter distinctionem ciuitatis Abel Bethmaca, de qua exclamauit mulier sapiens ad Ioab, dicens: Qui interrogant, interrogent in Abela. Sic itaque intelligendum est, quod ab vrbe murata vsque ad villam, quæ erat absq; muro, & vsque ad Abel magnum, dederunt mures, super quem, id est, super luctum posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque ad illum diem in agro Iosue Bethsamitis. Fuit ergo in agro illius, donec in chariatharim ducta est. Et percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. In Hebræo ita habetur: Et percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia viros. Hos septuaginta viros iudices septuaginta Hebræi intelligūt, quorum merito & gloriæ quinquaginta millia viri comparantur, sicut & de Dauid dicitur: Quia tu vnus prodecem millibus computaris. Et factum est ex

qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, id est, viginti anni. A tempore, quo reprobaturum est sacerdotium Eli vsque ad Samuelis ducatum, viginti fuerunt anni miseriarum referti. Peracto vicesimo anno, translata est eadem arca à Samuele in Masphat, & de Masphat transtulerunt eam Samuel & Saul in Galgala, Inde translata est à Saul in Nob, de Nob in Gabaa, de Gabaa translata est à Dauid in domum Obed Edom, de domo Obed Edom transtulit eam Dauid in Sion. de Sion transtulit eam Salomon in Sancta Sanctorum. Et requieuit omnis Israel post Dominum. Requieuisse post Dominum dicuntur, quia, abiectis idolorum fortibus, Domino se ad seruiendum toto corde tradiderunt. Quod & in subsequenti- bus dicitur: Abstulerunt filij Israel Baalim & Astaroth, & seruerunt Domino soli, & conuenerunt in Masphat: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini. Hebræi tradunt, quod coram Domino in eandem aquam maledicta congesta sint: & sicut in lege mulier zelotypa hausta aqua probatur, ita & hic idololatæ hac aqua probati sunt. Hi videlicet, qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam, quod quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhererent, vt nequaquam ea ab inuicem idololatra separare posset. Hoc indicio idololatra deprehendebatur, & interficiebatur. Quod & sequentia demonstrant in eo, quod ait: Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat. Iudicare in hoc loco idololatras, secundum legem morti tradere, intelligendum est. Dicunt etiam, quod Moyse hoc modo idololatras, qui sibi vitulum fecerant, probauerit; quando arripuit vitulum, & combussit, & contritum vsque ad puluerem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus, quid feremus ad virum? Non enim putabat Saul sibi afinas à Samuele aliter indicari, nisi pretio diuinationis: id est ait: Quid feremus ad virum? Festina nunc: hodie enim veniet in ciuitatem: quia sacrificium est hodie populo in excelso. Sacrificium in hoc loco prandiū intelligitur, quod præparauerat Samuel populo in kalendis. Et dimittam te mane, & omnia, quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi:

& de

4. Reg. 4

CAP. 3

Exod. 17

CAP. 7

CAP. 9

CAP. 6

& de asinis, quas perdidisti nudiustertius, ne sollicitus sis, quia inuenta sunt. Erat in corde Saul, sicut Hebraei tradunt quod rex futurus esset, quia viderat per visum se in vertice arboris palmæ collocari. Quæ visio signum regale fuit. Cumque abieris inde, & ultra transieris, & veneris ad quercum thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Dominum in Bethel. Hi viri causa orationis ibant in Bethel, vbi Iacob lapidem crexerat. Post hæc veniens ad collem Dei. Collis Dei locus erat, vbi propheta habitabant. Et insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis. Prophetasse eum ibi Iudæi dicunt de futuro sæculo, de Gog & Magog, & de præmiis iustorum, & pœna impiorum. Quando ergo venerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque inuenierit manus tua, quia Deus tecum est. Ac si diceret: his signis noscere poteris, quia Deus te regem fore voluit. Et iccirco ad omnia, quæ tibi agenda sunt, regaliter age; quia Deus tecum est. Et descendes ante me in Galgala: ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quæ facias. Videtur quibusdam inculpabiliter Saul obtulisse holocaustum, cum Samuel expectatus ab eo, iuxta placitum septem dierum non venerit. Quod si quis hunc locum bene distinxerit, inueniet eum non immerito culpatum fuisse, & inobedientiæ redargutum. Locus autem hic apud Hebræos ita distinguitur: Et descendes ante me in Galgala: ego quippe descendam ad te. Et postea inferatur: ad offerendas oblationes & immolandas victimas pacificas, septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quæ facias. Non enim Samuel suum præstolari aduentum Sauli septem dierum tempore præcepit, sed ad offerendas oblationes & immolandas victimas pacificas, se ab eo eisdem septem diebus voluit expectari. Quod ille nequaquam fecit, & ideo merito culpatur, & stultitiæ elogio denotatur. Responditque alter ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? Ac si diceret: Et quis maior illo in dignitate, & sapientia? Optime enim potest inter prophetas versari, & pater eorum, id est, magister vocari, qui tam doctus & sapiens est. Pater, magister vocatur: sicut Eliseus Eliam patrem, id est, magistrum vocat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Et in libro Iob, Heliu Eliphaz patrè, id est magistrum vocat, hoc modo, pater mi probetur Iob vsque in finem. Filius vnus anni erat Saul, cum regnare cœpisset. duobus autem annis regnavit super Israël. Non de Isboseth filio Saul, sed de eodem Saule dictum est hoc, sic enim erat innocens, quando regnare cœpit, sicut filius est vnus anni: & in eadem innocentia, duobus regnasse annis dicitur. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni. Hebræus, iudicium regni. Et reposuit coram Domino. Coram Domino, id est, coram arca Domini, quæ erat in Masphat. Et misit Dominus Ierubaal & Bedan & Ieptre & Samue, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum. Ierubaal ipse est Gedeon, & Bedan ipse est Sampson. Si timueritis Dominum, & serueritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini. Os Domini dicit os prophetarum, qui ex ore Domini loquebantur. Quod cum audissent Philistinum, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. Et vniversus Israël audiuit huiusmodi famam: percussit Saul stationem Philistinorum. Sic enim intelligendum est, quod cum audissent Philistinum, subauditur, conturbati sunt. Saul ce-

cinit buccina. Hæc buccina signum victoriæ & exhortationis fuit; vt audirent & nosset Hebræi conturbatos & superatos esse Philistæos. Propterea sequitur: Et vniversus Israël audiuit huiusmodi famam: percussit Saul stationem Philistinorum. His rebus compertis, confortatus est Israel propter hoc. Et sequitur: Et erexit se Israel aduersus Philistæos, id est, viriliter cœpit agere contra Philistæos. Quod cum vidissent filij Israël se in arcto positos: afflictus enim erat populus: absconderunt se in speluncis & in aditis, in petris quoque, & in antris & in cisternis. Hebræi autem transierunt Iordanem in terram Gad & Galaad. Si se abscondit Israel in præfatis locis, quid est quod ait: Hebræi autem transierunt Iordanem? Absconsis enim quibusdam Israelitis, qui Saul & populum, qui cum eo erat, reliquerant, quædam pars eorum, qui hic Hebræi vocantur, timore pertorriti, defecerunt à Saul, & à viris, qui cum eo erant, & descenderunt in castra Philistinum. Quem locum ad intelligendum clarius & manifestius, sequentia demonstrant, in eo loco vbi ait: Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philistinum ab heri & nudiustertius, ascēderantque cum eis in castris, reuersi sunt, vt essent cum Israël, qui erant cum Saul & Ionathan. Omnes quoque Israelitæ, qui se absconderant in monte Ephaim, audientes quod fugissent Philistinum, sociauerunt se cum suis in prælio. & versus ad prædam, tulit oves & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra, comeditque populus cum sanguine. Non fecit populus irritum iuramentum, quo eos Saul adiurauerat, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam, donec viciscar me de inimicis meis: quia victoria iam potiti erant: sed peccasse Domino & cum sanguine comedis dicuntur, quia contra legis præceptum, antequam sacrificium vespertinum perageretur, comederunt. Sic itaque vsus erat, vt quando homicidium ab eis aut in suis, aut in exteris fiebat, vt non comederent antequam sacrificium vespertinum pro eis fieret. Aliter peccasse Domino, & comedis cum sanguine dicuntur: quia mactatis victimis, non obtulerunt ad sanctuariu sacerdotibus iuxta legis præceptum adipem & sanguinem, cum videlicet sanctuarium secum haberent. Quando locus sanctuarij procul erat, iubetur sanguis victimarum in terram fundi, de iis videlicet victimis, quas ad suos vsus præparabant. Quando verò sanctuarium præfens erat, sanguis hostiarum super altare Domini iubetur fundi, sicut est illud in libro Deuteronomij: Sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari: carnibus autem ipse vesceris: quod præfatus tamen non fecit populus: Peccasse iccirco dicitur Domino, & cum sanguine comedis. Edificauit autem Saul altare Domino. Tunc primu cœpit edificare altare Domino. Hebræus non habet, primum. quærendum itaque, cum antea legatur edificasse altare, quando à Samuele increpatus est, cur hic dicatur, tunc cœpit edificare altare Domino. Edificasse itaque antea legitur altare: sed quia inobedienter illud edificauit, non Domino edificasse intelligitur. hic autem, quia obedienter & rectè illud edificauit, Domino edificasse perhibetur. Dixitque Saul: Applicate huc vniversos angulos populi. Angulos populi, principes populi vocat, quibus idem populus adherbat. Nunc ergo vade, & percutite Amalech, & demolire vnuerfa eius: non parcas ei, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum, atque iumenta. Ideo autem Dominus iumenta Amalec

CAP. 10

CAP. 14

4. Reg. 1
Iob. 34

Deut. 12

CAP. 12

CAP. 13

CAP. 15

Exod. 17

demoliri iubet, vt nec in iumentis eius memoria fieret. Dominus enim dixerat se delecturum memoriã Amalec de sub cœlo. iccirco præcipitur Sauli, vt eũ penitus ab homine vsque ad iumenta deleteret. Sed quia eius memoria, id est, Amalec penitus deleta nõ fuit, Saulis peccatum & inobedientia in causã exitit.

Deut. 25

De quo Amalec ita in libro Deuteronomij dicitur. Memento, quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto, quo modo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassifidebant, ceciderit. Lassos hic Hebræi immundos secundum legem extra castra manentes intelligunt: quos cecidisse Amalecitas dicuntur, quia, sicut ipsi tradunt, eorũ circumcissionem amputauerunt, & in subannationem Dei, in caelum proiecerunt. Dixitq; Saul Cineo, abite, recedite, atque discedite, ne forte inuoluã te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum descenderent de Ægypto. Ceni ipse est Ichro cognatus Moyfi, de cuius genere erant Cinei, qui descenderant ad Amalec, & habitabant cum eo, qui vtique consanguineus eorum erat, & hæreditate in eius terra habebat. Misericordiã verò Cinei cum filijs Israel fecisse dicitur, siue quia Moysem fouit in terra Madian, siue quia consilium dedit Moyfi, qualiter multitudinem populi gubernaret. Nunciatum est autem Samuel, eo quòd venisset Saul in Carmelum, & crexisset ibi fornicem triũphalem. Quando victoria potiebantur, faciebant arcum de myrtis, & palmis, & oliuis ob signum victorię. Tulit autem populus oves & boues, primitias eorum, quæ cæsa sunt. Primitiæ hic ea, quæ potiora & meliora erant, intelligendę sunt. Porro triumphator in Israel nõ parceret, & pœnitentia non flectetur, nequẽ enim homo est, vt agat pœnitentiam. In Hebræo legitur, porro triumphator Israel non mentitur. Triumphator iste Deus est. Non mētietur: quia ea, quæ promittit sibi famulantibus, largitur. Pœnitentia non flectetur: quia non pœnitet eum de bonis quæ largitus est. Sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel. Honora me sicut regem, vt ego præcedam sicut rex, & tu subsequaris vt adorem dominum Deum tuum. Senes autem populi sui, suam tribum, & coram Israel, cæteras tribus Israel dicit. Et respondens vnus de pueris ait: Ecce vidi filium Isai Berthelemitem: & cætera. Puer iste Doech Idumęus fuisse perhibetur, inimicus Dauid, & omnia, quæ de Dauid in laudem dixisse videtur, in odium eius dixisse dicitur: quia volebat inimicitia causa & inuidia liuore vt ad Saul veniret, quatenus ibi qualibet occasione necaretur. Et directus est spiritus Domini in Dauid à die illa & in reliquum. Ideo directus in eũ spiritus Domini dicitur, eo quòd tunc psalmos canere cœperit. Et egressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath.

CAP. 16

Spurius dicitur, quia à patre gigante, matre verò Gethæa natus erat. Dauid autem erat filius viri Ephraei de Berthelem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios. Queritur, cur hic octo filios habere dicitur, cum in Paralipomenon non amplius quàm septem legantur. quod ita soluitur. Nathan prophetam filium Sammae filij sui, quem in loco filij educauerat & nutrierat, inter filios annumerat. nã & coram Samuele septem eius filij leguntur adducti fuisse, & octauus esse in pascuis. inter quos Nathan adductum fuisse, manifestum est, qui & Ionathan vocatur. de quo in extrema parte Samuelis dicitur. Percussit autem eum Ionathan, filius Samma, fratris Dauid. Et notandum, quòd, vbi cumque prophetam vocatur, Nathan scribitur, non Ionathan. Et fratres

CAP. 17

tuos visitabis, si recte agant: & cum quibus ordinati sunt, disce. In Hebræo ita habetur. Et fratres tuos visitabis, si recte agant, & pignora eorum tolles. Pignora in hoc loco Hebræi libellos repudij intelligit, siquidem vsum illius gentis fuisse ferunt, vt quando ibatur ab eis in pugnam, libellos repudij vxoribus suis darent: vt si contigisset virum in prælio capi, & in captiuitatem duci, mulier eius, expectatis tribus annis, si vir eius non redisset, alium duceret virum. Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui. Nosse se dicit illius superbiam, & nequitiam cordis, quia putabat eum timore cordis eleuari, eo quòd Samuel vnxisset illum in regem. Assumens autem Dauid caput Philistæi, attulit illud in Hierusalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Quod dicit attulisse Dauid caput Philistæi in Hierusalem: anticipatio est, quod postea fecit. Arma verò eius, id est, Philistæi, non est intelligendum quòd in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernaculo Domini, de quo tabernaculo postea hæc ab Abimelech sacerdote suscepit. Dixitque Abner: Viuat anima tua rex, si noui. Secundum illud locutionis genus hoc dictum est, quod dictum est illud: Benedixit Naboth Deo. & regi: ac si diceret, nõ viuat anima tua rex, si noui. Aliter, videam mortem tuam si noui. Post diem autem alterum inuast spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ. More arrepticiorum prophetabat: & prophetasse suum in hoc loco, non est aliud intelligendum, nisi aliena retulisse. Et egrediebatur Dauid, & ingrediebatur in conspectu populi. Quando egrediebatur in pugnam, ipse primus more regio egrediebatur in conspectu eorum, & regrediebatur.

1. Reg. 16

Dixitque Saul: Dabo eam illi, vt fiat illi in scandalum, vt sit super eum manus Philistinorum. His duobus periculis Saul Dauid putauit interim posse, scilicet aut insidijs filia suæ, à qua se videbat multum amari, aut causa præputiorum Philistinorum, propter quæ adipiscenda Philistæos erat bello aggressurus. Dixit ergo Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie. In duabus rebus generum eum sibi futurum dicit, quia iam ei attulerat præputia Philistinorum pro Merob, quam Saul dedit Adrieli Moholathitæ, & postea pro Michol ducenta. Et quamuis non aperte dicitur pro Merob Saul præputia Philistinorum Dauid dedisse: tamen, qui præcedentia & subsequenta perlegerit, & perscrutatus fuerit, inueniet eum bis Sauli præputia Philistinorũ dedisse. Potest etiam & aliter intelligi. In duabus rebus gener meus eris hodie, quia ego quaesui à te cætum præputia Philistinorum, & tu obtulisti ducenta.

1. Reg. 21

1. Reg. 21

CAP. 18

CAP. 18

Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro, vbi tu fueris, & ego loquar de te ad patrem meum; & quodcumque videro, nunciabo tibi. Descensurum namq; Saulem in eundem agrum, Ionathan Dauid dixerat; & vt in eodem agro Dauid absconderetur, collocutum inter eos fuerat. In quem agrum crebro Saul consiliãdi gratia conuenire solebat, vbi etiam constitutum fuerat vt occideretur Dauid, quod & Ionathan indicauerat Dauid. Et expoliavit se etiam Saul vestimentis suis, & prophetavit coram Samuele. Questio magna hic oritur, cum in præcedentibus legatur: Et non vidit Samuel Saulem vsque in diem mortis suæ; & hic prophetasse coram Samuele dicatur, quam quaestionem Hebræi his duobus modis soluunt. Aut non vidit eũ, quia, quando iunctus est Saul cuneo prophetarum, abscondit se Samuel, ne videretur ab eo, aut nõ vidit

cuius

eum indutum habitu regio, quo indutus erat, quando dictum est: non vidit eum vsque in diem mortis suæ: subauditur, indutum habitu regio. Expoliasse verò se non omnibus vestimentis, sed regalibus tantum, intelligendum est. Et sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Et si vixero, facias mihi misericordiam Domini. Sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo, id est, sublime faciat regnum tuum, sicut sublime fecit patris mei regnū. Et si vixero, facias mihi misericordiam Domini, vt scilicet sim secundus in regno tuo: & si mortuus fuero, nō auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternū. Venit autem Dauid in Nobæ ad Achimelech sacerdotem. Achimelech ipse est Aia, filius Achitob, filij Phinees, filij Heli. Et fuerūt vasa puerorum sancta. Achimelech interrogat, vtrum Dauid, & pueri sui, quos in illum & in illum locum conduxisset se dixerat, mundi essent. Dauid verò ænigmatice pluraliter de seipso respōdit, dicens: Et fuerunt vasa puerorum sancta à concubitu coniugali. Quod verò ait, porrò via hæc polluta est, & in Hebræo legitur, porrò via hæc laica est: sic est intelligendum: via hæc laica est: ac si diceret: in lege præceptum est, vt extraneus non comedat ex eis: & tu interrogas, vtrum mundi sint pueri, qui etiam si mundi essent, nequaquam eis vesci deberent. iccirco via hæc est laica, quia tu laicaliter interrogas. Quod verò sequitur: Sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis meis, ipsa vtique in vasis, id est, in mente sua sanctificari dicitur: quia, nisi necessitate corporis & periculo vitæ vrgente, nequaquam vesceretur eis: non tamen aperte eisdem legitur Dauid panes comedisse. Tradunt Hebræi nequaquam Dauid eos comedisse panes: sed aliter tamen Dominus in euangelio. Erat autem ibi quidam vir de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo, & nomen eius Doeck Idumæus. In Hebræo dicitur, obligatus in conspectu Domini. Obligatus idem Doeck Idumæus erat voto, quo se obligauerat aliquot diebus in tabernaculo Domini immoraturum, & orationi vacaturum. Dixitque Gad propheta ad Dauid. Noli manere in præsidio: proficiscere, & vade in terram Iuda. Miro modo hic introducit Gad propheta, cum in præcedentibus eius nulla facta fuerit mentio. Sic itaque hic introducit, sicut Elias propheta in loco vbi dicitur: Et dixit Elias Tesbites de habitatoribus Galaad. Ex ore itaque Domini Gad propheta, Dauid dixit, vt nō moraretur inter gentes, & in terra polluta, sed in terram Iuda rediret, & ibi, iuxta voluntatem Domini, persecutionem inimicorū ferret. Et trucidauit Doeck Idumæus in die illa octogintaquinque viros vestitos ephod lineo. In Hebræo habetur, portantes ephod lineum. Aiuut Hebræi non omnes ephod lineum portasse, sed tales eos fuisse, qui vtique digni & idonei essent ad portandum ephod. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul sicut audiuit seruis tuis: domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus, descendet. Ac si diceret: si hic steteris, descendet. Et quod ait: Si tradent me viri Ceilæ: & Dominus ait, tradent: iste est sensus: si descenderit Saul, & hic te inuenit, tradent. Porrò eo tempore, quo fugerat Abiathar, filius Achimelech, ad Dauid in Ceila, ephod secum habens descenderat: ephod illud erat, quod Moyses iubente Domino fecerat: in quo erat doctrina, & veritas, in quo etiam consuluit sacerdos Dominum. Percussit igitur vterque, Ionathan scilicet & Dauid, fœdus coram Domino. Coram Domino, id est, coram Gad propheta & Abiathar

sacerdote, qui portabat ephod.

luit igitur Saul & socij eius ad quærendum. Et nunciatum est Dauid: statimque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. Descendisse ad petram dicitur, id est, ad tutissimum locum, in quo ea, quæ sibi oneri & graua erant, reposuit. Et ipse versabatur in deserto Maon, quo sibi suffugium patebat. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon Hebræus hoc in loco nō habet, in solitudine. in Maon enim ciuitate habitabat, non in solitudine. Verè frustra seruauit omnia, quæ huius erant, & non perijt quidquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono. Tunc quippe ei reddidit malum pro bono, quando blasphemauit eum conuiciando, & dixit: Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugerunt dominos suos. Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærent Domino meo malum. Fiant, inquit, sicut Nabal, vt pereant sicut Nabal in stultitia sua. Cū ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia, quæ locutus est bona de te, & constituerit te ducē Israel, nō erit tibi hoc in singultum. Non erit, inquit, tibi hoc in singultum; vt modò effundas sanguinem Nabal, & propter hoc stendum tibi sit, & pœnitendum. Saul autem dedit filiam suam Michol vxorem Dauid, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim. Vt Hebræi tradunt, non cognouit eam, id est, Phalti: quoniam si cognouisset eam, numquam Dauid sibi eam postea sociasset, quia in lege penitus huiusmodi prohibetur coitus. Idem namque Phalti de Gallim, id est, de inundatione erat. Inundatio, hoc est, gallim, lex intelligitur. legis enim doctor erat de Bahurim, id est, de electis. Quando autem à Saule Michol ei datur, Phalti, id est, euadens interpretatur. Quando verò ab eo eadem Michol auferitur, Phalticl, id est, euadens à Deo interpretatur. Euadens à Deo dicitur, quia custodiuit eum ne tangeret eam, ne fieret transgressor legis. Secutusque est eam vir suus plorans vsque bahurim. Plorasse dicitur præ gaudio, eo quod Dominus eum custodisset, ne eam tangeret. Ait autem Dauid ad Achimelech Ethæum & Abisai filiū Saruiz fratrem Ioab, dicens: Quis descendit mecum? Achimelech ipse est Vrias. Vrias ergo interpretatur lux mea Deus. Achimelech interpretatur frater meus rex. Et ascēdit Dauid & viri eius, & agebant prædas de Gessuri & de Getri & de Amalechitis. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitatis. Hi pagi non erant sub potestate Achis. Habitati in terra antiquitatis dicuntur, quia quieti & securi habitati fuerant, & nullius hostis deprædationes perpeffi. Samuel autē mortuus est, sleuitque eū omnis Israel, & sepelierunt eum in Rama vrbe sua. Supra namque dicitur sepultus fuisse in domo sua in Rama. In domo sua, in familia videlicet & cognatione sua. Queritur namque, cum superius iam mortuus legatur, cur hic repetatur mortuus. Mortuus hic, vt Hebræi volunt, resurrectionis suæ causa repetitur. Consultitque Dominum: & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes. Hebræus, Neque per doctrinam, neque per prophetas. Respondebat Dominus per somnia, sicut iidem Hebræi asserunt, eo quod orando & ieiunando poscebant oraculum sibi fieri diuinum: & Deus illis per somnia reuelabat ea, quæ futura erant: quod in hoc loco minimè Saul fecisse legitur. Per doctrinam, per ephod scilicet, quod sacerdos in pectore portabat. Neque per prophetas, quia, illis consulentibus, Dominus nequaquam respondebat. Hi prophetæ dicuntur fuisse discipuli Samuelis,

quibus prophetantibus iunxit se Saul, & prophetauit. *Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam.*

Nullo accepto diuinitus Saul responso, conuertitur ad Pythones. *Quamuis ergo Saul legatur crasisse magos & hariolos de terra: hanc tamen mulierem Hebræi matrem fuisse Abner filij Ner autumant, & propter eundem Abner, ne perimeretur cum cæteris Pythonissis, absconsam & reseruatam fuisse.*

Nec audiet vos quisquam de sermone hoc. *Æqua enim pars erit descendens ad prælium, & remanentis ad sarcinas. Cum in Latinis codicibus legatur lassos quosdam substitisse ad sarcinas, & in Hebræo habeatur, iustos fuisse vt residerent ad sarcinas: locus hic monstrat, Hebraicam veritatem in hoc loco sequi debere, quæ non lassos, sed iustos remansisse ad sarcinas dicit fuisse. ait enim ita: Æqua pars erit descendens ad prælium, & remanentis ad sarcinas.*

CAP. vii.

Non ait, qui lassos remanserunt ad sarcinas, sed absolute remanentis ad sarcinas. quia si lassos remansissent, nulla eis deberetur de prædis portio. *Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Armigerum istum Hebræi Doech Idumæum dicunt fuisse, qui cernens Saul mortuum se ipsum ob metum Dauid interemit. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius. Viri isti, pueri domestici eius intelligendi sunt. Hi tres filij Saul cum eo interfecti sunt, Ionathan, Abinadab, qui & Iesui, & Melchisua. Ithobothem autem domi erat, qui anno, quo Saul rex constitutus est, natus fuisse dicitur: qui etiam quadraginta annorum fuisse legitur, cum regnare cœpisset. vnde colligitur Saul quadraginta annos regnasse.*

Quærendum, cur alibi legitur Iesui, & alibi Abinadab? Iesui enim interpretatur æqualis. æqualis ideo dicitur, quia æqualis meriti fuisse filij cum patre memorantur. Abinadab interpretatur pater meus sponte. sponte etenim sua pater eius Saul malè agendo acquisiuit, vt taliter vnà cum filijs perimeretur.

IN LIBRVM SECVN-

DVM REGVM.

CAP. i.

IN die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul: & reliqua. *Hominem istum Amalechitem Hebræi filium Doech fuisse dicunt. Amalechites enim & Idumæus vnus est: quia filius primogenitus Esau Eliphaz fuit, & huius filius Amalech. Diadema autem, & armillam, quæ Dauid detulit à patre Doech, commendata sibi fuisse Hebræi perhibet. Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel. Populum Domini, sacerdotes: & domum Israel generaliter omnem populum Israel dicit. Et dixit vt doceret filios Iuda arcum. Ecce scriptum est in libro iustorum. Et dixit, subauditur Dauid, vt doceret, subauditur Deus: filios Iuda arcum, reges videlicet Iuda doceret fortitudinem: scilicet vt fortes & intenti essent in timore Domini, & in præceptis Dei, ne per inobedientiam reges Iuda à fortitudine & timore Domini, sicut Saul, recederent, & eo modo, quo ipse perierat, perirent. Quod autem ait: Ecce scriptum est in libro iustorum: Liber iustorum, liber Samuelis est, vbi continentur prophætæ iusti, Samuel videlicet, Gad, & Nathian: in quorum libro scriptum esse perhibetur, qualiter Saul, rece-*

dens à timore Domini, per inobedientiam suam perijt. *Incliti tui Israel super montes tuos interfecti sunt. In Hebræo habetur, Super excelsa tua. Et est sensus. O Saul, gloriosi Israel super excelsa tua interfecti sunt: quia in peccato inobedientiæ tuæ vnà tecum perierunt. Inobedientia namq; tua pro idolis, id est, excelsis reputata est, sicut est illud in libro Samuelis: Melior est enim obedientia, quam victimæ, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum hariolandi est, repugnare, & quasi scelus, idololatriæ nolle acquiescere. Filij Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. Vestiebat eas coccino, & præbebat ornamenta aurea cultui earum de prædis hostium, quas agebat. Quo modo ceciderunt fortes in prælio? subauditur, in peccato tuo. Ionathan in excelsis tuis occisus est.*

I. Reg. ii.

In Hebræo non habetur, est enim sensus: O Saul, Ionathan in excelsis tuis, id est, in peccato inobedientiæ tuæ occisus, subauditur est. *Et nunc retribuet quidem vobis Dominus misericordiam, & veritatem. Misericordiam in præsentis sæculo, veritatem in futuro: quia misericordia, quæ in præsentis sæculo tribuitur, ad comparationem æternæ misericordiæ mendacium est. Abner enim filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isbofeth filium Saul, & circumduxit eum per castra. In Hebræo habetur, transduxit eum in mahanaim מַחֲנַיִם, quæ interpretatur castra. Transduxit eum, intelligendum est vltra Iordanem, & in Mahanaim regem eum constituisse. Super Galaad & super Iesuri. Hebræus, Asuri, id est, super tribum Aser. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: Num vsq; ad internicionem tuus mucro defecuit? Hebræus non habet, tuus. An ignoras quod periculosa sit desperatio? In Hebræo ita habetur: An ignoras quod amarum erit finis. Et est sensus: Nūquid ignoras quod ad amaritudinem tibi proueniet, eo quod populum hunc delere niteris?*

CAP. i.

Sextus quoque Iethraam de Egla vxore Dauid. Queritur cur alie vxores Dauid supra notatæ sint, & non dicantur vxores Dauid: & hic sola Egla vxor dicatur Dauid: Egla enim ipsa est Michol, quæ ideo vxor eius hic sola vocatur, eo quod in adolescentia primum ipsam sortitus fuerit in vxorem, quæ etiam partu occubuisse dicitur. Egla itaque interpretatur vitula. Numquid caput canis ego sum aduersus Iudam? Ac si diceret: Propter te & propter domum patris tui dico caput canis esse contra Iudam, eo quod non reducam domum Israel ad Dauid, quem scio vnctum esse regem, & regnaturum super vniuersum Israel. Caput canis se dicit esse, id est, vilè: eo quod à domo Iuda sic haberetur, sicut latratus canis, & eo quod princeps esset canum, id est stultorum hominum. Sed vnā rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam antequam adduxeris Michol filiam Saul, & sic venies, & videbis me. Est enim hic defectus, & necessaria subauditio, qua respondisse fertur Abner ad Dauid, se hanc re penitus nõ posse facere, vt ei Michol reduceret, eo quod frater eius rex eam haberet in potestate, & responso excusationis ratione pleno ab eo Dauid accepto, misisse pro ea ad eius fratrem Isbofeth legitur, sicut sequentia declarant: Misit autem Dauid nuncios ad Isbofeth filium Saul, dicens: Redde vxorem meam Michol, quam respondi mihi ceterum præputijs Philistiim. Plangensq; rex Abner, ait: Nequaquam, vt mori solent ignaui, mortuus es Abner: hoc est, non peristi in stultitia tua, sicut ignaui perire solent: quia fraude deceptus es. Manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati. Non es

iure

iure belli captus, & manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes compedibus aggrauati, sicut eorum manus solent ligari, & pedes vinciri, qui in prælio capi solent. Dolo igitur non viribus peremptus es. Duo autem viri, principes latronum erant filio Saul: nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ, de filijs Beniamin. Duo viri isti principes erant super expeditiones Isboseth. Mortuo verò Abner, vt Hebræi tradunt, conciliati sunt cum Miphiboseth, vt vna interficerent Isboseth, & eundem Miphiboseth constituerent regem: & eiusdem consilij delatorem Miphiboseth excitisse. & iccirco hic idem Miphiboseth subintroducitur hoc modo.

Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit quando venit nuncius de Saul, & Ionathan ex Iezrael, & cætera sequentia. Videntes verò Baana & Rechab à Miphiboseth suum proditum esse consilium, timore perterriti, fuga lapsi sunt in Gethaim: fueruntque ibi aduenæ vsque ad tempus illud. Tempus illud intelligendum est, quādo inde reuersi domum Isboseth feruente die ingressi sunt, assumentes spicas tritici, & percutientes eum in inguine. Spicas tritici quasi causā primitiarum tulerunt, vt honorem regi deferre viderentur, & eorum dolus nequaquam deprehenderetur. Filius triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnavit. In Hebron regnavit super Iudam septem annis & sex mensibus.

In Hierusalem autem regnavit triginta & tribus annis super omnem Israel & Iudam. Queritur, cur non in summa quadraginta annorum & sex menses annumerentur. Quod ab Hebræis duobus soluitur modis: dicunt enim, quia Dauid sex mensibus Absalom filium suum fugerit, meritò eosdem sex menses à summa regni illius esse exclusos. Dicunt etiam aliter, quod sex mensibus in Hebron Dauid quadam infirmitate corporis laborauerit, & iccirco eosdem sex menses non supputari in regno eius. Ex eo namque tempore illum regnasse dicunt in Hebron, ex quo, deuictis Amalechitis, de spolijs eorum misit dona senioribus Iuda, ijs, qui erant in Hebron, & ijs, qui erant in Bethel, & reliquis, qui erant in ij locis, in quibus commemoratus fuerat Dauid ipse, & viri eius. Dictumque est ad Dauid ab eis: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos dicentes: Nō ingredietur Dauid huc. Ac si dicatur ab eis: Non ingredietur huc Dauid, donec nos hinc auferat, quos inermes & imbecilles sicut cæcos & claudos esse arbitratur, & quos bello aggressurus, sicut cæcos & claudos se triumphaturum putat. Iccirco dicitur in Prouerbio: Cæcus & claudus non intrabit in templum. In Hebræo habetur: Cæcus & claudus non intrabit domum, hoc est, cæcus & claudus, subauditur dicunt: Non intrabit quilibet domum cæcorum & claudorum, quamdiu cæcus & claudus intus fuerint. Proposuerat enim in die illa Dauid præmium, qui percussisset Iebusæum & tetigisset domarum fistulas, & abstulisset claudos & cæcos odientes animam Dauid. In Hebræo ita habetur: Et dixit Dauid in die illa: Qui percussisset Iebusæum & tetigerit fistulam, & claudos & cæcos odientes animam Dauid: subauditur erit princeps & dux, sicut liber Paralipomenon declarat, hoc modo dicens: Omnis, qui percussisset Iebusæum, in primis erit princeps & dux. Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. Quod autē dicit, Qui tetigerit fistulam, ita intelligendum est: Qui tantæ fuerit audaciæ & fortitudinis, vt ad murū ciuitatis vsque veniat, & in alta sua fistulam, quæ in muro est, tangat,

ipse princeps erit. Et reliquerunt ibi sculptilia sua quæ tulit Dauid, & viri eius. Tulit ea Dauid, & igni iussit exuri, sicut liber Paralipomenon declarat, ita dicens: Dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. Consuluit autem Dauid Dominum, qui respondit: Non ascendas, sed gyra post tergum illorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. In Hebræo non pyrorum, sed flentium legitur. Ex aduerso itaque flentium eū venire iubet. Hæc est ex aduerso idolorum suorum, vbi scilicet idola eorum erant, in quibus confidebant. Quæ idola iccirco flentia vocantur, quia flent digna sunt, & eos, qui ea colunt, ad flentium miseriarum perducunt. Flentium itaque eorum idola ob blasphemiam hic sermo diuinus vocat: sicut alibi vocatur idolum Moab, cōtaminatio Moab.

Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine flentium: hoc est, cum audieris potestatis angelicis eorum idola, in quibus omnis fortitudo eorum est, conteri & conculcari, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philistim. In eorum namque idolis Dominus iudicia fecit, sicut & in dijs Ægyptiorum.

Contristatus est autē Dauid, eo quod percussisset Dominus Ozam. Hebræus: Eo quod diuisisset. Diuisisse illum Dominus dicitur, quia locus, vbi erat Ozam, vacuus apparuit. Et noluit Dauid ad se diuertere arcam Domini in ciuitatem Dauid, sed diuertit eam in domū Obed Edom Gethæi, qui Gethæus ideo vocatur, eo quod in Geth pater eius habitauerit. Et benedixit Dominus Obed Edom, & omnē domum eius. Benedixisse domum eius Domini, Hebræi dicunt, eo quod omnes vxores eius & concubinæ & nurus & ancillæ masculos pepererint filios, nec non & femine quadrupes geminos ei ediderint fetus. de quo ita in libro Paralipomenon scribitur: Mansit ergo arca Dei in domo Obed Edom tribus mensibus, & benedixit Dominus domui eius & omnibus quæ habebat. Et alibi in eodē libro Paralipomenon dicitur: Filij autem Obed Edom, Semias primogenitus, Iozabat secundus, Iohaa tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amiel sextus, Issachar septimus, Pallathi octauus, quia benedixit illi Deus. Igitur Michol filia Saul nō est natus filius vsque ad diem mortis suæ. Michol ipsa est Eglā: hæc genuit Dauid Iethraam, cuius partu occubuit.

Dixitque Nathan ad regem: Omne, quod est in corde tuo, vade, & fac: quia Dominus tecum est. Hoc enim Nathan ex se, nō ex sermone Domini, dixit ad Dauid. Illud verò, quod sequitur, ex sermone Domini dixit: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Ac si diceret: Nō poteris mihi domum ædificare, quia vir sanguinum es, & multum sanguinem effudisti. Neque enim habitauit in domo ex die, qua eduxi filios Israel de terra Ægypti, vsque ad diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. Ambulasse se Dominus dicit in tabernaculo, & in tentorio, quia nec Moyse nec Iosue potuerunt ei ædificare domum, eo quod viri fuerint sanguinum, sicut & Dauid. Per cuncta loca, quæ transiui cum omnibus filijs Israel, nūquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificasti mihi domum cedrinam? Hæc loca, per quæ se transisse Dominus dicit, intelligenda sunt Silo, & Galgala, & Nobe, & cætera loca, vbi tabernaculum & arca Domini collocata sunt. Nūquid loquens locutus sum alicui iudici de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel: Quare non ædificasti mihi domum cedrinam: iccirco à nullo iudicum

1. Par. 14

CAP. 6
1. Par. 13

CAP. 7

1. Par. 11

iudicum sibi ædificari domum cedrinam iussit, quia ab omnibus contra hostes pugnatum fuit, & omnes effusores fuerunt sanguinum. Filius autem tuus, cui non instabant bella hostium, & qui non erit vit sanguinum, ipse ædificauit mihi domum. Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te de pascuis sequentem gregem. Et post pauca: Feci tibi nomen grande iuxta nomē magnorum, qui sunt in terra. Feci, inquit Dominus, tibi nomen grande, sicut feci Abraham, Isaac, & Iacob, & Moyse, & Iosue: quorum nomina sunt famosissima in terra. Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo. Hoc in loco tempus Salomonis sermo describit diuinus, quo filij Israel pacem essent habituri per circuitum, & non essent attingendi & opprimendi, sicut tempore iudicum fuerunt oppressi & afflicti. Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Virgum virorum, gladium vocat inimicorum. Plagæ verò filiorum hominum, sunt incommoditates corporum humanorum, quibus pro peccatis suis à Domino merito homines flagellantur. Ista est enim lex Adæ domine Deus. Hoc est, lex hominis est domine Deus, ut tibi in simplicitate cordis & puritate seruiar. Et tu facies ei iuxta misericordiam tuam, sicut mihi dignatus es facere seruo propter verbum tuum: & secundum cor tuum fecisti omnia magna hæc: propter verbū tuum, quod promisisti Abraham, Isaac, & Iacob, fecisti omnia hæc mihi seruo tuo. Quod dicit, secundum cor tuum, intelligitur secundum misericordiam tuam: quia non est similis tui. Neque enim est Deus extra te in omnibus quæ audimus auribus nostris. Nō est, inquit, Deus similis tui, qui fecerit magna hæc, quæ audimus auribus nostris. A facie populi tui, quem redemisti ex Agypto gentem, & Deum eius. Hebræus habet, gentibus & dijs earum. Et est sensus: A facie populi tui, quem redemisti ex Agypto, de manu scilicet Agyptiorū, quos in mari rubro peremisti, & dijs eorum in quibus iudicia fecisti. Quia tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi, propter hoc inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac. Aurem eius Dominus per prophetā reuelauerat, se illi domum ædificaturum. Iccirco Dauid inuenisse se dicit cor suum, id est, inuenit audaciam in corde suo, ut oraret eum oratione hac. Factum est autem post hæc: percussit Dauid Philistiim, & humiliavit eos, & tulit Dauid frenū tributi de manu Philistiim. Frenum tributi, quinque erant ciuitates Philistinorum, quæ frequenter Israel sibi tributarium faciebant, quas ab eis tulit Dauid, & humiliavit eos, fecitque sibi tributarios. vnde & in Paralimenon legitur: Percussit Dauid Philistiim, & humiliavit eos, & tulit Geth & filias eius de manu eorum.

Fecitque Dauid sibi nomen, cum reuerteretur capta Syria. Fecisse sibi nomen dicitur, quia in valle Salinarum, cæcis decem & octo millibus, erexit sibi fornicem triumphalem. Et si quem mouet quod in plebisq; Latinorum codicibus inuenitur, Dauid non decem & octo millia in valle Salinarum, sed duodecim millia cecidisse: nouerit hoc vitio scriptorum in eisdem codicibus inditum esse, veraciter tamen Dauid in eadem valle Salinarum decem & octo millia cecidit, Ioab verò duodecim millia: sicut in titulo quinquagesimo octauo psalmi scribitur.

Dixitque Siba ad regem: Sicut iussisti Domine mi seruo tuo, sic faciet seruus tuus, & Miphiboseth comedet super mensam tuam. Notandum, quod in

Hebræo super mensam meam legatur: quia in hoc loco defectus est, & necessaria subaudito. quando enim dixit Siba: Sicut iussisti Domine mi seruo tuo, sic faciet seruus tuus: subaudiendum est, Dauid dixisse, & Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi vnus de filijs regis. Dixitque Dauid: Faciam misericordiam cum Anon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Quando fugit Dauid à facie Achis regis Geth, venit ad Naas regem Ammon, qui fecit cum eo misericordiam, multa impertiens ei bona. De Naas itaque venit in speluncam Odollam, vbi venerunt ad eum pater eius & mater, & omnis domus eius. Inde venit ad Moab, & dimisit apud eum patrem, & matrem, & omnem domū suam. Quod verò dixit Achis rex Geth: Hic cine ingredietur domum meam? Abijt inde Dauid & fugit in speluncam Odollam. Abijt inde, subaudiendum est, de domo Naas, & inde fugisse illum in speluncam Odollam. Si verò queritur, cur ad eum, id est, ad Achis Dauid redierit, ante cuius faciē fugerat, intelligendus est iste Achis filius fuisse Achis, à quo fugit Dauid. vnde & in subsequentibus Achis, cum quo Dauid in prælium contra Saul descendebar, filius dicitur fuisse Maach. nō enim à patre hoc nomen patronymicū, sed à matre sumpsit, quæ Macha vocabatur. Et iccirco non à patre hoc sumpsit nomen, eo quod Dauid à se abiecerit. Reliquam autem partem populi tradidit Abisai, fratri suo. Notandum, quod solummodo in hoc loco in Hebræo legatur Abisai, in cæteris verò locis Abisai. Abisai itaque interpretatur, pater sacrificij, & Abisai pater meus sacrificium. ideo autem ex nomine illius vnā litteram demptam Hebræi dicunt, eo quod necis Abner confcius fuerit. Factum est ergo, reuertente anno

eo tempore quo solent reges ad bella procedere: misit Dauid Ioab & seruos suos cū eo: & cætera. In Hebræo ita legitur: Eo tempore, quo reges ab bella processerant, misit Dauid Ioab & cætera. Hos reges dicit, qui processerunt contra Dauid in pugnam, scilicet regem Roob, & Istob, & Soba, & Maadia: qui utique reges Syriæ fuerunt, & pugnare voluerunt cōducti mercede à rege Moab cōtra Dauid, à quo triumphati esse leguntur. Et dixit Dauid: Nonne ista est Bethsabee filia Eliam, vxor Vriæ Ethæi? Eliam filius fuit Achitophel. Et vocauit Vriam Dauid, ut comederet coram se, & biberet: & inebriauit eum.

Iccirco inebriasse eum dicitur, vt saltem ebrius in domum suam descenderet. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbū hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. In Hebræo ita legitur: Verumtamen, quoniam blasphemando blasphemasti inimicos Domini, propter verbum hoc, etiam & filius, qui natus est tibi, morte morietur. Quod per antiphrasim dictum est: & est sensus: Saluationē tribuisti inimicis Domini, quibus insurgentibus cōtra populum Domini, peccato hoc tuo præpediente, non poterit eis resistere populus Domini. Insuper etiam ipsi inimici victoriosi existent propter peccatum tuum super populū Domini. Et vocauit nomen eius amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus. In Hebræo ita legitur: Et vocauit nomē eius ידדיה Iedidia, id est, dilectus Domini, propter Dominum. Dilectus Domini propter Dominum, dicitur, propter suam scilicet misericordiam gratuitam, qua eum diligere dignatus est: cum utique eius dilectione & misericordia indignus existeret, quem cōstabat Mamzerem esse.

Dimicauit aduersum Rabba, & capienda est vrbs aquarum. Notandum, quod in Hebræo, quando

CAP. 16
1. Reg. 17

CAP. 11

CAP. 15

Exod. 14

CAP. 8

CAP. 9

cum adiectione nominū ponitur, Rabbath scribitur; sicut est Rabbath filiorum Ammon: quando verò sine adiectione nominum, non Rabbath, sed Rabba scribitur. Cumque dimicasset, cepit eam, & tulit diadema Melchom de capite eius. מלחמ Melchom interpretatur rex eorum. Rex eorum vocatur idolum eorum: quod hic vocatur Melchom, cuius diadematis aurum & gemmas confasse, & purgasse dicitur David secundū legē, & fecisse sibi inde diadema: quod hic positum super caput eius dicitur. Populum quoque eius adducere ferravit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris, & transfudit in typo laterum. Serravit enim eos ferratis carpentis, & diuisit cultris, sicut lateres diuidi solent, qui ex paleis & luto conficiuntur. Porro Absalom fugiens abijt ad Tholmai, filium Amihur, regem Gessur. Tholmai pater fuit Maacha matris Absalom, quam dicunt Hebræi à David in prælio captam, & cæsariæ & vnguib; præcisiss, secundum legem eam uxorem sibi David socialisse; & ex ea generalisse Thamar, & Absalom. Cessauit itaque David rex persequi Absalom.

In Hebræo legitur: Cessauit itaque rex exire post Absalom. Voluisse idem David exire perhibetur, vt reduceret Absalom. Sed pertractans in corde suo, quod quoties eum videret, toties dolorem mortis Amnon ei ad memoriam reduceret, iccirco cessasse dicitur exire post Absalom, subauditur vt eum ad propria reuocaret. Quod verò ait: Eo quod consolatus esset super Amnon interitu: intelligendum est, quia, postquam noluit exire post Absalom, vt reduceret eum, & videretur ab eo, coepit consolari super morte Amnon, quamdiu enim putabatur idem Absalom reduci, vt videretur ab eo, semper mors Amnon filij sui animo eius occurrebat. Siue aliter, consolatus fuisse super Amnon interitu dicitur, eo quod nouerat eum flagitiosum, & dignum morte, meritoque perisse. Intelligens autem Iob filius Saruiz, quod cor regis versum esset ad Absalom. Cor regis versum esse ad Absalom vidisse dicitur, eo quod viderit eum idem Iob pro Absalom suspirare, & ex eo intellexit, quod cor eius versum esset ad Absalom.

Misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem. Thecuam ciuitas est, de qua fuit Amos propheta. Putatur autem eadem vidua auia fuisse eiusdem Amos prophetae. Quæ respondit ei: Heu, mulier vidua ego sum, mortuus est enim vir meus: & ancillæ tuæ erant duo filij, qui rixati sunt aduersus se in agro, nullusque erat, qui eos prohibere posset. Et percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce confurgens vniuersa cognatio aduersus ancillam tuam dicit, trade eum, qui percussit fratrem suum. In veritate autem, vt Hebræi tradunt, hæc mulier vidua duos filios habuit, qui rixati sunt in agro super hereditate patris sui, & alterum ab altero interemptum. Se ipsam tamen eadē vidua in persona David posuit, & duos filios suos in persona Amnon, & Absalom. Cognationem verò, quæ confurrexit aduersus filium suum in persona ceterorum filiorum David. In me Domine mi rex iniquitas, & in domo patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. Ac si diceret, pro eo quod alter filius meus confurrexit aduersus alterum, in me sit iniquitas, si tamen aliqua esse debet. In te autem, o rex David, nulla sit iniquitas: quia absque culpa es, eo quod Absalom Amnon dignum morte interfecit. Et sicut ego absque culpa sum, pro eo quod duo filij mei confurrexerunt aduersum se, & interfecit alter ab altero: ita & tu absque culpa es, pro eo quod Absalom Amnon dignum morte interfecit. Quæ ait: Recordetur rex domini Dei sui,

vt non multiplicentur proximi sanguinis ad viciscendum: & nequaquam interficiant filium meum. Recordatio hic pro iuramento posita est. Ac si diceret: Recordetur rex promissionis suæ, immo iuramenti, quo mihi per dominum Deum suum pollicitus est: vt non multiplicentur proximi sanguinis ad viciscendum. Dixitque mulier: Quare cogitasti istiusmodi rem contra populum Dei? Et locutus est rex verbum istud, vt peccet, & non reducat eiectum suum. Ex hoc loco demonstratur illud, quod paulo superius dictum est: Cessauit rex David ire post Absalom, id est, cessauit, vt non exiretur ab aliquo, & reduceretur Absalom. Inde ait mulier: Et locutus est rex verbum istud, vt peccet, & non reducat eiectum suum. Quod verò ait: Quare cogitasti istiusmodi rem contra populum Dei? Populum Dei, vocat eundem Absalom, siue eos, qui cum illo erant, qui quasi captiui & eieci erant, eo quod non reducerentur ad hereditatem Dei: ne forte coacti, dijs alienis in terra aliena seruirent. Nec vult perire Deus animam, sed retractat cogitans, ne pereat penitus, qui abiectus est. Ac si diceret: Deus peccatores, qui à diabolo captiui detinentur, vt ad se conuertantur, vocat: & tu, qui eum imitari debes, cur non eo modo agis? Et quando tondebat capillus, semel autem in anno tondebat. In Hebræo ita legitur: Et quando tondebat caput eius. Statuto autē tempore tondebat: quia grauabat eum cæsariæ.

Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Nō enim semel in anno, vt Latini codices habent, tondebat caput eius, sed statuto tempore, id est, de triginta in triginta diebus. Post quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem: Vadam, & reddam vota mea, quæ voui Domino in Hebron. Quadragesimus agebatur annus ex eo tempore, quo Saul Nobe ciuitatem cum sacerdotibus octogintaquinque propter David interemit. Et iccirco hic idem quadragesimus annus ponitur, vt monstretur diuinam ultionem suscitari super David, eo quod Abimelech sacerdotē fefellerit, & propter eum tot sacerdotum cædes facta fuerit. Caue lector plerosque mendosos codices, in quibus scriptum inuenitur, post quattuor, non post quadraginta, annos. In veracioribus verò codicibus, & in Hebraica veritate, non quattuor, sed quadraginta scribuntur anni. si verò contentiosus quis eisdem quattuor annos astruere voluerit ab eo tempore, quo Absalom Amnon fratrem suum interfecit, vsque ad illud tempus, quo patri dixit: Vadam, & reddam vota mea, quæ voui domino in Hebron: perspicue se errare, si diligenter perscrutatus fuerit, inueniet: cum utique Absalom, interfecto Amnon, in Gessur apud Tholmai regem tribus annis, & in Hierusalem inde reuocatus, non viso patre, duobus moratus fuerit annis, & sexto anno faciem patris viderit, & contra eum perduellionem preparauerit. votum namque se vouisse mentiendo dixit, id est, orationem facturum in loco, quo requiescunt Abraham, Isaac, & Iacob. Et deposuerunt arcam Dei. Et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de ciuitate. Ideo Arcam Dei deposuisse dicuntur, vt Dominus ab Abiathar sacerdote consuleretur, quo versus David ire deberet. Ascendisse autem Abiathar dicitur, id est, orasse. Et quia oraculo diuino nō ei responsum est, iccirco in subsequenti dicitur David, vt reportaretur arca Dei in urbem. Quid

mihi & vobis filij Saruiz? Dimittite, vt maledicatur. Hebræus non habet, vt maledicatur, sed tantum maledicatur. Abisai solus dixerat: Vado, & amputabo

caput eius: & Dauid ad Abisai, & Ioab respondit, dicens: Quid mihi & vobis filij Saruiz: Ac si diceret: Numquid vultis interficere istum, sicut interfecistis Abner? Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Et quis est, qui dicat, quare sic fecerit, subauditur, quare sic fecerit non Dominus, sed Semei. Semei, qui maledicebat Dauid, ipse est Nabath pater Ieroboã, qui filius Gemini dicitur: & in zelo domus Saul maledixit Dauid. Nomen verò aui eius Gemini fuit, & ipse Semei ex tribu Ephraim filij Ioseph extitit. Vnde & idẽ Semei ad Dauid dicit: Primus quoque veni hodie de omni tribu Ioseph. Ad quẽ Absalom, Hæc est, inquit, gratia ad amicum tuum? In Hebræo legitur: Hæc est, inquit, misericordia tua ad amicum tuum: Quod non affirmando, sed negando pronunciandum est. Et est sensus: Misericordia est, aut dici debet, quòd Dauid amicum tuum dimissisti, & cum eo non isti? Cumq; fugerit omnis populus, quicum eo est; percutiam regem desolatam, & reducam vniuersum populum, quo modo omnes reuerti solent. Scilicet, sicut reuerti solent, qui amisso in prælio rege, reuertuntur: sic vniuersus populus Israel reuertetur ad te. Et cum ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quæcumque audierit, & dicet: Facta est plaga in populo, qui sequebatur Absalom: & fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. In Hebræo ita habetur: Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: quod non affirmando, sed negando pronunciandum est. Fortissimus iste Dauid intelligendus est: quod & sequentia declarant. Scit enim omnis Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes, qui cū eo sunt. Abijt ancilla, & nunciavit eis. Et illi profecti sunt. Hæc ancilla quasi lauandi gratia cum pannis ad fontem Rogel ierat, vt penitus res non deprehenderetur. Puer autem, qui rem indicauit Absalom, filius eiusdem ancillæ paruulus dicitur fuisse. Surgite, & transite cito fluuium. Hebræi in hoc loco non fluuium, sed aquam habent, quæ Iordanis fluuius intelligitur. Dauid autem venit in castra, quæ ^{2. Reg. 17} Mahanaim Hebræicè legitur: in quo loco obuij fuerunt angeli Dei Iacob: sicut in Genesi legitur: Et vocauit Iacob nomen loci Mahanaim, id est, castra. Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Iethra de Iezraele. In Hebræo legitur Iethra Ismaelites. vnde & in Paralipomenon ita legitur: Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismaelites. Ismaelites enim idem Iether vocatur: quia filius eius Amasa opera Ismaelis imitatus, Dauid fugientem nequaquam est comiratus, cui dixerat: Tui sumus o Dauid, & tecum fili Isai. In libro verò Samuelis iccirco Iethra Iezraelites vocatur: quia peccatum Amasæ filij eius, quod in Dauid perpetrauerat Ioab, eum, id est, Amasam percutiente deletum est. Qui ingressus est ad Abigail filiam Naas sororem Saruiz ^{1. Reg. 17} Naas interpretatur coluber. iccirco coluber, quia nullum admisisse mortiferum perhibetur peccatum, nisi id quod originaliter de serpente antiquo contraxit. Est etiam Naas, qui & Isai pater Dauid, sicut in Paralipomenon demonstratur: vbi enumeratis filijs Isai legitur, quorum sorores fuerunt Saruiz & Abigail. Cumque venisset Dauid in castra, id est, in mahanaim, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Amnon, &c. Iste Sobi filius fuit Naas regis, cum quo pugnavit Saul. Ipse etiam Naas fecit misericordiam cum Dauid, quando fugit à facie Saul: quo mortuo, dixit Dauid: Faciam misericordiam cū Anon, sicut fecit pater eius Naas mecum. Intercepto verò à Dauid Anon, qui ei in decaluandis seruis suis iniuriã

fecerat, cõstitutus est ab eodẽ Dauid in loco stratis. Iste Sobi, qui ad Dauid legitur cum cæteris venisse, & stratoria, & tapetia, & vasa scilia, & cætera, quæ sequuntur, ei obtulisse. Fuit autem ibi præliũ ^{CAP. 18} dispersum super faciem omnis terræ. Et multò plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quàm ij, quos vorauerat gladius in bello. Saltus hic, qui plures consumpsisse, quàm gladius vorasse, legitur, bestias ferocissimas, quæ in saltu erant, Hebræi autemant: à quibus plures consumpti, quàm à gladio vorati fuerint. Porro Absalom crexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum, qui est in valle regis. dixerat enim: Non habeo filium: & hoc erit monumentũ nominis mei: vocauitque titulum nomine suo: & appellatur, Manus Absalom vsq; in hunc diem. Hic locus superiori loco copulandus est, vbi dicitur: Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom, cū adhuc palpitaret hærens quercui: & appellatur, Manus Absalom vsq; in hunc diem. Hic locus superiori loco copulandus est, vbi dicitur: Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom, cū adhuc palpitaret hærens quercui: & appellatur, Manus Absalom vsq; in hunc diem. Porro Absalom crexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum, qui est in valle regis: & cætera quæ sequuntur. Tradunt Hebræi, quòd depositus de quercu, petierit sibi inducias, ante quàm perimeretur, vt faceret sibi titulum ob memoriam sui, eo quòd non haberet filium talem, qui regno dignus esset. putabat enim filios suos non solum regno indignos, verum etiam ob peccatum suum, quod in patrem gesserat, præsentis vita indignos. in quo titulo manum dicitur defixisse, & figuram manus suæ expressisse, & ob hoc titulum hoc modo vocari. Vocauitq; titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalom, vsque in hunc diem. Quod verò legitur: Et proiecerunt eum in saltum in foueam grandem, & comporrauerunt super eum acerum lapidum magnum nimis: Proiectum eum in saltum Hebræi dicunt, eo quòd gladio peremptus, lapidibus obrui deberet: quippe quia sceleratissimus erat, & geminæ neci obnoxius, scilicet qui & patrem contra legis præceptum valde dehonorarit, & turpitudinem eius reuelarit. Ad quem Ioab, id est, Achimaas dixit: Non eris nuncius in hac die, sed nunciabis in alia. Hodie nolo te nunciare. Filius enim regis mortuus est. Ac si diceret: Nolo vt vir talis, qualis tu es, nuncium feras regi, quòd filius eius mortuus sit. Nec enim decet, vt tale nũcium portes, iccirco dixit Chusi: Vade, & nuncia regi, quæ vidisti.

Notandum, quòd in hoc loco, Chusi, non proprium, sed appellatiuum sit nomen. Ac si diceret: Tu es dignus vt nuncium flebile (non Achimaas) portes. Venitque vniuersus populus coram rege. Israel autem fugit in tabernacula sua. Vniuersus populus, qui coram rege venisse legitur, ij sunt, qui cum Dauid permanerant. Quod verò ait: Israel fugit in tabernacula sua: ij intelligendi sunt, qui cum Absalom perduelliones extiterant. ^{CAP. 19} Miphiboseth quoque, filius Ionathan, descendit in occursum regis illotis pedibus. Et notandum, quòd in Hebræo, non illotis pedibus, sed legitur, pedibus infectis. fecerat namque sibi idem Miphiboseth ligneos pedes, quibus vti quasi pro naturalibus solebat: sicut solent facere claudi, quemadmodum & ille erat. Quid vitraloqueris? Fixum est, quod locutus sum. Tu & Siba diuidite possessiones. In Hebræo ita legitur: Dixi, tu & Siba diuidite agrum. Pro eo quòd in hoc loco Dauid immemor fuit amicitia, & fæderis, immo iuramenti quod habuit cum Ionathan, & tam crudele dedit iudiciũ, dicens: Tu & Siba diuidite agrum: iccirco Roboam & Ieroboam diuiserunt eius regnum. Miphiboseth enim in Samuelis libro legitur, & interpretatur, os verecundiæ. In Paralipomenon verò idẽ Miphiboseth, Meribaal legitur, & interpretatur litigans

litigans cum altissimo. litigasse enim cum altissimo, id est, cum Deo dicitur, eo quod Dauid reduxisset cum pace. Et quod ait idem Miphiboseth regi, etiã cuncta accipiat, postquam reuersus est dominus meus rex in domum suam pacificè: non hoc dixisse suspicatur gratulanti animo, sed insultanti, & quasi contra Deum murmuranti, eo quod Dauid Dominus in pace reduxisset. Est autem seruus tuus Chamaan. In Hebræo: Ecce seruus tuus Chamaan, ipse vadat tecum Domine mi rex. Chamaan interpretatur, suspirans. Quamdiu cum patre permansit, suspiras vocatus est: postquã verò in doctrinã Dauid regis trãssit, nõ Chamaan, sed Chamaan, quod interpretatur, fidelis, appellatus est. Itaq; omnes viri Israel concurrentes ad regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & transfuderunt regem, & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo? Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, quia propior est mihi rex. Est enim hic defectus, & hæc subauditio: & plus amo regem, quã tu. Et post pauca: Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait: Decem partibus ego sum maior apud regem: magis que ad me pertinet Dauid, quã tu. In Hebræo ita legitur: Decem partes mihi sunt apud regem, magisq; ego in Dauid, quã tu. Decem verò partes Israel erant, id est, decem tribus: & iccirco magis se in Dauid esse dicunt, quã viros Iuda. Cur mihi fecisti iniuriam? Viri Israel fecisse sibi iniuriam queruntur, eo quod non expectauerit eos tribus Iuda ad reducendum regem. Nõne sermo meus prior fuit, vt reducerem regem meum? Sermo eius prior fuit ad reducendum regem: sicut in præcedentibus demonstratur in eo loco, vbi dicitur: Sermo autem omnis Israel peruenit ad regem in domo eius: subauditur, vt eum reducerent: quod & maioribus natu Iuda mandasse Dauid per Sadoch & Abiathar sacerdotes legitur, hoc modo, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur venitis nouissimi? Hebræus: Cur estis nouissimi ad reducendum regem in domum suam? Et hic subiungendum est, fratres mei vos: os meum & caro mea vos, cur nouissimi reducitis regem? Et postea intelligendum est, mandasse illis quod sermo omnis Israel ad eum iam peruenisset, ita dicens: Sermo autem omnis Israel peruenit ad regem in domo eius. Durius autem responderit viri Iuda viris Israel. Et hic defectus est. Dicuntur enim respondisse viri Iuda ad viros Israel, eo quod mentirentur, & non facerent hoc ob amorem regis, sicut asserbant. Pro quibus verbis Siba filius Bocri, vir Lemineus, cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in Dauid, neq; hereditas in filio Isai. Ideo cecinit buccina, vt eius sonitu attoniti, tacerent. Quibus tacentibus, dixit: Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai. Sermo dicitur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficient. In Hebræo nõ habetur prouerbio. Ille sermo, sermo legis est, in qua videtur à Domino per Moysen præceptum, vt quando ingressuri terram Chanaan essent, & gentes delecturi, primum pacem offerrent, & si pax ab eis reciperetur, pacem recipientes, tributarij eorum efficerentur, & si pacem non reciperent, tunc à filiis Israel delectentur. iccirco exclamasse mulier sapiens de ciuitate fertur: Nõne ego sum, qui respondeo veritatẽ in Israel: & tu quæris subuertere ciuitatẽ? Quare præcipitas hereditatem Domini? Ac si diceret: Cur vis destruere ciuitatem hanc, antequam pacẽ interrogando offeras, sicut in lege iubetur: cur etiam non eandem legem in nobis Israelitis seruas, quæ in alienigenis olim seruata est? Hanc mulierem Iudæi Za-

ram, filiã Azer, filij Iacob, intelligunt: & quod se matrem dixerit, ita dicens: Tu quæris euertere matrem Israel. Iccirco matrem, quia multorum annorum erat. Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid, id est, magister: sicut alibi scriptum est. Filij autem Dauid erant sacerdotes, id est, magistri fratrum suorum.

Dixitq; Dominus propter Saul, & domũ sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Domus sanguinum sunt filij Saul, qui cum Doech Idumæo, dum adhuc pueri essent, sacerdotes & Gabaonitas in Nobe occiderunt. Hi sunt Armon, & Miphiboseth, quos peperit ei Respha filia Aia, & quinque filij Michol, filia Saul, quos genuerat Adrieli, filio Berzellai, qui fuit de Molathi. Quæritur, cur filij Michol dicantur, cum non Michol, sed eius soror Merab vxor fuerit Adrieli, filio Berzellai. Quod ita soluitur. Merab quippe eos naturaliter genuit: & Michol vxor Dauid, quæ & Egla dicitur, eos in loco filiorum nutrit, & sibi in filios adoptauit: iccirco eius filij dicuntur. Filij quippe Israel iurauerat eis. Et voluit Saul percutere eos zelo. Zelo quasi pro filiis Israel & Iuda, dicens Iosue gratis eosdẽ Gabaonitas viuere permisisse, & filiis Israel, & Iuda prædam eorum iniuste abstulisse: iccirco eos perimere iubet, quasi pro zelo Israel & Iuda. Huius vltionis causa in Gabaonitas Achimelech sacerdos extitit, percussit eum Ionathã filius Sammaa fratris Dauid: Ionathan enim ipse est Nathan propheta. Tertium quoq; fuit bellum in Gob contra Philistæos: in quo percussit Adeodatus, filius saltus, Polymitarius, Bethlehemites, Goliath Getheum. Gob enim interpretatur lacus, iccirco lacus: quia sicut in lacum leonũ quis mittitur, ita semetipsum contra Goliath Dauid misit. Adeodatus ipse est Dauid. iccirco dicitur Adeodatus, quia à Deo est electus in regnum. Filius saltus, quia de saltu vbi oues pascebat, est eductus. Polymitarius, quia de genere Beseleel mater eius fuit. Bethlehemites, quia Noemi & Ruth tempore vbertatis reuersæ sunt in Bethlehem. Et quia panis causa Ruth à Booz nota est, propterea idem locus, domus panis vocatus est. Quod verò Adeodatus ipse sit Dauid, sequentia declarant, vbi ait: Hi quattuor nati sunt de Arespha in Geth, & ceciderunt in manus Dauid & seruatorũ eius.

Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob. In Hebræo: Cui constituta est scala Christo Dei Iacob. Scala eidem Christo Dei Iacob, id est, Dauid constituta est: per quam conscenderet ad Deum: eo quod idem scilicet confessus fuerit se peccasse Domino in Vria Etheo: & penitentiam agens per hanc scalam conscenderit ad Deũ. Hæc sunt verba Dauid nouissima. Nouissima sunt, quia post psalteriũ, & cetera metra, hoc composuisse metrum dicitur, in quo ait: Dixit Dauid filius Isai. Dixit vir, cui constituta est scala Christo Dei Iacob. Et descenderunt tres, qui erant principes inter triginta, & venerunt in tempore messis ad Dauid in speluncã Odollã. Tres isti fuerunt, Abisai filius Saruiaz, & Sibbachi Vfatites, & Ionathan filius Semmaa fratris Dauid. Hi etiã tres irruerunt castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehẽ. Et de tribus istis Abisai primus erat, quod in sequentibus declaratur. Abisai quoque frater Ioab filius Saruiaz princeps erat de tribus istis, nominatus in illis tribus: & inter tres nobilior, eratque eorum princeps: sed vsque ad tres non peruenerat, id est, ad tres virtutes Dauid, sapientiam videlicet, & humilitatem, & fortitudinem: sicut in præcedentibus dicitur: Sedens in cathedra sapientissimus: Ecce sapientia. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus: Ecce humilitas. Qui octingentos interfecit

CAP. 22
1. Reg. 22

1. Reg. 18

1. Reg. 10

CAP. 23

CAP. 20

Deut. 20

interfecit impetu vno: Ecce fortitudo. Ad has tres virtutes nemo fortium Dauid peruenit. Iccirco autem Eleazar inter tres fortes, qui erant cum Dauid, fuisse dicitur, quia in eo prælio, in quo Dauid interfecit octingentos impetu vno, & Jonathan filius Semma virum habentem digitos vigintiquatuor interfecit, in eo etiam prælio idem Eleazar percussit Philistæos, donec deficerent manus eius, & obrigesceret cum gladio. Et Banaias filius Ioiadæ, filij viri fortissimi magnorum operum de Capzeel. Notandum, quod in Hebræo non habetur, magnorum operum, sed magister operum. Capzeel enim interpretatur congregatio Dei. magister enim erat de congregatione Dei, id est, Cerethi, & Phelethi: qui interpretantur, occidentes, & viuificantes. Ipse percussit duos leones Moab, id est, duos fortissimos viros Moab. Quando enim Dauid eisdem Moabitis bello aggressus est, & fecit tres funiculos, duos ad mortificandum, & vnum ad viuificandum, isti potentes, Moabitis tuebantur. Et ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna, in diebus niuis. Leo iste, Ioab fuit. In media cisterna, id est, in domo Domini, vbi cornu altaris tenebat. Cisterna ideo dicitur, quia sicut aqua cisternæ mūditiā affert, ita etiā nihilominus hæc cisterna, id est, sanctuarium Domini, peccata expiabat. In diebus niuis: quia per mortem expiauit peccatum: iuxta illud Psalmistæ: Lauabis me: quod impletum est in media cisterna. Et super niuem dealbabor: quod impletum est in eo quod ait, in diebus niuis. Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, dignum spectaculo. Vir iste Ægyptius Semei filius Iera fuit, qui maledixit Dauid. Sciendū autem, quod idem Semei de bahurim fuit, id est, electus. Ideo Ægyptius dicitur, quia opera illius Ægyptij Deum blasphemantis, quem Moyses iubente Domino interfecit in crēmo, imitatus fuit. ille enim blasphemauit Deum, & iste maledixit prophetam, & regem. Dignum spectaculo, id est, dignum morte. Expectabatur enim, vt si egrediretur Hierusalem interficeretur. Habentem in manu hastam, id est, legem Dei: quam si meditatus fuisset, permanendo in Hierusalem, non perimeretur. Quia ergo præceptū regis Abagana idem irritum fecit, excedo foras Hierusalem: iccirco in eum à Banaia in virga, id est, reuerentia iustitiæ descensum est: & hasta, quam non rectam tenebat, vi ab eo exorta est. Et interfecit eum hasta sua. Hasta enim sua interemptus est, quia non custodiendo legem, legis censura preemptus est. In lege enim ita scriptum est: Dijs non detrahes, & principem populi tui non maledices. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores. Intelligitur, quia ipse nominari dignus esset inter tres robustos, id est, Abisai, Sibbachai, & Jonathan, quippe qui viribus eis æquiparari posset. Hi etiam tres erant super triginta. Et ne quem moueat, quod in summa nō triginta, sed triginta septem legantur. triginta enim & septem sunt hoc modo: septem, videlicet fortiores hi sunt, Dauid qui appellatur Adeodatus, Abisai, Sibbachai, Jonathan, Eleazar, Semma filius Aggæ de Arari, & Banaias: ecce septem. Triginta autem hi sunt, Afahel, Elcanan, Semma de Aradi, Elicha, Elez, Hira, Habiezer, Mobunai, Selmon, Maharai, Eleph, Banaias Phratonites, Eldar, Hidai, Albialbon, Azmauet, Eliaba, Semma de Arari, Haiam, Elipheleth, Eliā, Efrai, Pharai, Ligaal, Boni, Selech, Naarai, Hira, Gareb, Vrias Etheus. Ideo ergo Vrias Etheus vltimus ponitur, propter id quod sequitur. Et addidit furor Domini irasci cōtra Israël. Iam enim vltio facta fue-

lat in Dauid & in domo eius. In populo verò, qui voluit resistere Dauid in perimendo Vria Etheo, necdum vltio diuina facta fuerat. Iccirco hic vltimus ponitur, vt vltio mortis eius in populo monstraretur. Pro quo populo legitur in subsequētibz Dauid dixisse: Vertatur manus tua, obsecro, contra me, & cōtra domum patris mei. Et inuenta sunt de Israël octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum. In Hebræo, virorum, legitur: In Paralipomenon verò, legitur, mille millia, centum millia. De Israël & de Iuda quadringenta septuaginta millia. Quos quidem intelligendum est à loab numeratos esse, sed summam eorum noluisse ostendere Dauid, nisi tantum quantum in Samuelis libro scribitur. Immisitque Dominus pestilentiam in Israël de mane vsq; ad tempus constitutum. Tempus constitutum dicit, quando sacrificium vespertinum offerebatur. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta: quod & in Paralipomenon ita legitur: Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. Intelligendum namque est boues argenti siclis quinquaginta, aream verò sexcentis aureis emisse.

IN LIBRVM TER-
TIVM REGVM.

ERAT autem Adonias pulcher valde, secundus natu post Absolom. Notandum, quod in Hebræo ita legitur: Et ipsum peperit post Absalom, subauditur peccatum. Sadoch verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & robustissimi Dauid non erant cum Adonia. Semei ipse est Nabath, pater Hieroboam, qui fuit magister Salomonis, & fuit de bahurim, id est, de electis. Rhei autem ipse est hiram zairites sacerdos, id est, magister Dauid, Robustissimi namque Dauid supra notati, fortissimi intelliguntur. Nonne tu Domine mi rex iurasti ancillæ tuæ, dicens, quod Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in throno meo? Iurasse illi Dauid dicitur, quando eam consolatus est post mortem filij, sicut in libro Samuelis legitur: Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam. Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribz suis: erimus ego & Salomon filius meus peccatores, id est, manzeres: Inde misericordiam fecisse Deum cum Dauid, Salomon dicit in subsequētibz: eo quod filium, qui secundum legem manzer erat, successorem illi fecit. Ait enim ita: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid misericordiam grandem: & dedisti ei filium sedentem super thronum eius sicut est hodie. Tollite vos iusculum seruos Domini vestri, & imponite Salomoni filium meum super mulam meā. Seruos hic dicit Cerethi & Pheleth, id est, septuaginta senes iudices. Quos occidit & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælij in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calciam eto suo quod erat in pedibus eius. Sanguinem belli effudisse dicitur, quia cum esset pax, suscitauit bellum: Habes quoque apud te Semei filium Gera, filij gemini de bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima. Pessima Hebræicè nimirè dicitur, quod quinque litteris enunciat, id est, nun, mem, res, zade, n thau. In nun, noeph id est, adulter: n mem, moabita: r res, rafa, id est, impius: v zade, zarā, id est, leprofus: n thau, thoaba, id est, abominatus. Et iurauit ei per Deum dicens: Non

2. Sal. 50

1. Reg. 14
2. Reg. 161. Reg. 14
2. Reg. 16

1. Reg. 14

CAP. 14

Deum dicens: Non te interficiam gladio sed lingua. Postula ei & regnum. Ipse est frater meus maior me: & habet Abiathar sacerdotē & Ioab filium Saruiz. In Hebræo ita habetur: Et Abiathar sacerdoti, & Ioab filio Saruiz: quod ita intelligendum est: Postula ei, id est, Adoniæ & Abiathar sacerdoti & Ioab filio Saruiz regnum. Viuit Dominus, qui fecit mihi domum sicut locutus est, id est, sicut promisit Dauid, fecit me ut essem rex domus Dauid. Venit autem nuncius ad Salomonem, quod Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset, id est, venit ad eum fama quod in domo Salomonis diceretur, illum non secutum fuisse Salomonem, sed declinasse post Adoniam. Sepultusque est Ioab in domo sua in deserto. Desertum hic pro munditia ponitur. Munda enim sicut desertum domus eius fuerat ab omni pollutione & sanguine, excepto sanguine Abner & Amasa. Dilexit autem Salomon Dominum ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quod in excelsis immolabat. Hinc patet Salomon in eo, quod ait: Immolabat in excelsis: quia quattuor annis cunctatus est ædificare domum Domini. Illud quippe erat excelsum maximum, id est, altare illud, quod Moyses fecerat. Et præfectus vnus erat super terram. Iste præfectus Azarias filius Nathan erat, de quo supra scribitur: Et Azarias filius Nathan super præfectos non operum, sed simpliciter. Et erat sapientior cunctis hominibus. Sapientior Ethan Ezraitæ, & Eman, & Chalchol, & Darda, filiis Mahol. Ethan enim interpretatur, durissimus. Ezraitæ, orientalis. Ethan ipse est Abraham orientalis. Eman qui interpretatur fidelis, est Moyses. Chalchol qui interpretatur gubernans, est Ioseph. Darda interpretatur, generatio scientiæ. Mahol, indulgentia. Generatio scientiæ intelliguntur duodecim tribus filij Mahol, id est, filij Iacob. Locutus est Salomô tria millia parabolarû. In prouerbis enim versus noningenti & quindecim cōtinētur: in quibus etiã cōtinētur tria millia parabolæ. Et fuerūt carmina eius quinq; millia. Et disputauit super lignis à cædro, quæ est in Libano vsq; ad hyslopû, quæ egreditur de pariete: & differuit de iumentis, & volucris, & reptilibus, & piscibus. Disputauit enim de naturis lignorum, iumentorum, reptilium & piscium, de videlicet & naturis illorum, & tempore quo nascuntur, & cur non omnia in vnaquaque terra nascantur.

CAP. 6 Anno quarto fundata est domus Domini in mensis Zif. Mensis iste Aprilis est, qui & Var vocatur. Zif enim interpretatur vultus. Iccirco vultus, quia in dedicatione templi, nubes gloriæ vultus Domini texit templum. Var autem interpretatur pauor. Ideo pauor, quia timetur ne ea, quæ fruges terræ debent, in hoc mense aeris intemperantia infructuosa fiant.

CAP. 7 Misit quoque rex Salomon & tulit Hiram de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Nephtalim, patre Tyrio artificem ærarium. Vnde & in Paralipomenon legitur: Misit ergo tibi virum prudentem & scientissimum Hiram patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan, cuius pater Tyrius fuit. Et notandum quod in Malakim, Hiram dicitur: in Paralipomenon verò Hiram. מִיָּהִם Hiram enim interpretatur, viuit sublimis: Hiram autem Deus excelsus. Hiram in Malakim dicitur fuisse de Tyro, & filius mulieris viduæ de tribu Nephtalim patre Tyrio. Sciendum quod de tribu Nephtalim pater eius fuerit: quo mortuo, vxor eius, quæ hic mulier vidua scribitur, eundem Hiram in Tyrum misisse docendi gratia dicatur: & à quo doctus in Tyro fuit, pater eius Tyrius vocatur. Iccirco patre Tyrio fuisse dicitur,

cum vtiq; pater eius de tribu Nephtalim fuerit. Quod verò in Paralipomenon legitur, Hiram regem dixisse: Misit tibi virum prudentissimum & scientissimum Hiram patrem meum, patrem dignitatis gratia eum vocat, sicut in plerisque locis legitur. Filium verò mulieris de filiabus Dan eum vocat, quia mater eius de tribu Dan fuit, de genere Solomith sororis Ooliab filij Aizamas: cuius filius Solomith Ægyptius in eremo lapidatus est: nō enim eadem Solomith sponte eidē Ægyptio coniuncta fuit, sed vim ab eo perpeffa est. Iccirco meritis ejus factū fuisse dicitur: vt de filiabus eius talis nasceretur, qui operaretur in domo Domini. Nam & meritis Balæ concubinæ Iacob quondam factum fuisse autumat. quod mortua Rachel non solum Ioseph in loco filij educauit, verum etiam pro fratribus eius intercessit, vt immemor esset iniuriæ fratrum suorum. Et pro hac re Dominus ei tribuit, vt de vno eius filio Dan nasceretur Ooliab socius Beseleel, qui ædificaret domum Domini, & altero eius filio Nephtalim nasceretur Hiram, qui domum Domini in Hierusalem fabricaret.

z. Par. 1

Exodi 18
1. Reg. 7

QVÆSTIONES SEV TRADITIONES HEBRAICÆ, IN LIBRVM PARALIPOMENON PRIMVM.

ARGVMENTVM.

In libros παραλιπομένων primum scilicet, & secundum, quæstiones, seu traditiones ad Hebraicam veritatem examinatas tractare profequitur, historias cum libris etiam Regum conferens, & nomina propria Hebraica semper exponens. Nos, vt facilius cuncta percipiantur, non solum in margine, vt in cæteris libris fecimus, citata apposuimus loca, verum etiam, vbi magis necessarium visum est, Hebraicâ quoque nomina Hebraicis iuxta Latinas appositis descriptis litteris.



BER nati sunt duo filij: nomen vni Phaleg. Quia in diebus eius diuisa est terra: quia in diebus eius facta est turris, vbi confusio linguarum facta est: Nembrod cepit elie in terra, id est, potens. Cethura, ipsa est Agar: quod in psalmo manifestatur, cū dicitur: Tabernacula Idumæorû & Ismaelitarû Moab & Agareni: Ismaelitas vocans filios Ismael: qui vtiq; Agar filius fuit: & Agareno Madianitas & cæteras tribus, quas de Cethura procreatas sacra scriptura cōmemorat. Zephi filius Eliphaz, qui in Genesi Zepho, id est, speculator nominatur: in Paralipomenon, Zephi, id est, speculatus. Scribitur enim in vtrumq; per yzade litteram. Sephi filius Sobal in Paralipomenon, vnipes. Sepho, in Genesi bipes: vtrumq; tamen per v sin litteram. Thamma concubina Eliphaz mater Amalek fuit de genere Horreorum, qui ante Idumæos habitauerunt in terra Seir. Sed in Paralipomenon inter Eliphaz filios computatur, quæ quamquam eius fuerit concubina, & ex ea susceperit Amalek, vt filiam tamē eam educauit. Heman filius Lothan in Genesi, id est, perturbans: qui in Paralipomenon scribitur Homam, id est, perturbatus. Filius Sobal Alan de genere Horreorum, in Genesi scribitur, Aluam, id est, exaltatus: in Paralipomenon, Alan, id est, ciecus: quia horrei exaltati fuerunt; antequam Edom terram illam caperet: ciecus postquam ab eo triumphati patriam amiserunt. Hamaran filius Dison, filij Ana: In Paralipomenon Hamaran, id est, rubricatus; fordidus; vel temulentus: In Genesi Hamdam, concupiscibilis. Hamaram, & Hamdam;

CAP. 1
Gen. 11. 10

Psal. 131

Genes. 25

Genes. 36

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

viden. vnius hominis nomen est. Akan filius Afer de gene
 1. idem. re Horreorum in Genesi tribulator, in Paralipomenon,
 Iackan, id est, tribulatus, Phai, eructans : qui
 in Genesi scribitur, Phai, id est, eructans : in Para-
 lipomenon ; Phai eructans. cuius vxor vocabatur
 מֵהֶתֶבֶל Mehetabel, quod interpretatur, benigna
 Domini, filia Marreth, id est, dispensatoris. Me-
 zaab filia aurificis, quæ duos patres habere describitur
 ad significandum mysterium sub vna interpreta-
 tione nominum : vt aurifex genuerit dispensatricem,
 dispensatrix genuerit benignitatem Domini. Alia in
 Genesi interpretatur, eleuatio : Alea in Para-
 lipomenon, super eam. Et notandum quod pri-
 mum reges, dixerit de Edom, postea duces : cum
 prius duces fuerint, & postea reges : quorum du-
 cum quasdam matres, id est, vxores Esau hic nomi-
 nat, vt est Ohelbama vxor Esau, & Thamna con-
 cubina Eliphaz. Achan filius Charmi, in Iosue.
 Achan, id est, coluber insidians, in Paralipomenon,
 Achar, id est, turbator. Chalubai filius Esrom, filij
 Pharez, filij Iuda : ipse est Caleb filius Iephone. Ipse
 est Caleb Kenezzeus, de loco qui vocatur Canaz, ipse
 duxit vxorem Azuba, ex qua natus est Gerioth.
 Duxit aliam vxorem nomine Ephrata, ex qua susce-
 pit Hur virum Mariæ sororis Moysi, patrem Vri,
 auum Beselehel. In Paralipomenon, Chalubai
 canis meus. In Iosue & in Hepratico Caleb, canis
 Esrom, & Iephone vnus est. Cum autem mortuus
 esset Esrom, ingressus est Chaleb ad Ephrata. Iccir-
 co vocatur Chaleb Ephrata : quia Chaleb fuit vir E-
 phratæ. Iccirco dicitur Esrom sexaginta annos ha-
 buisse, quando accepit vxorem filiam Machir, vt
 monstratur per annorum numerum, & de Ægypto
 illum egressum fuisse, & in terram repromissionis
 venisse : quia à viginti annis & supra ad bellum de-
 scribebantur vsque ad annum sexagesimum. ab an-
 no sexagesimo & Leuitæ ministrare, & milites pug-
 nare desinebant. vnde & Romani eos emeritos vo-
 cant, qui iam militare desierunt. Nahafon genuit
 Salma. In Paralipomeno, Salma, id est pax. In Ruth,
 Salmon, id est, Pacificus. In Paralipomenon, Isai fi-
 lius Obed, id est sacrificium meum. In Regum verò
 Isai, id est sacrificium, filius Isai, Abinadab filius Ar-
 ran, Aminadab. In Paralipomenon Simmaha. In Re-
 gum, Samma. שִׁמְמָה Samma ibidem : Simmaha, exau-
 ditibilis. In Paralipomenon Absai, filius Seruiz, id est,
 pater sacrificij. In Regum, Abisai pater meus, sacrifi-
 cium. In Paralipomenon filius Iether Ismaelites. In
 Regu, filius Iethra Ismaelites. Iethra residuum : Iether,
 modicum residuum. Filius Ismaelites vocatur propter
 meritum qualitatè. Hahalai filius Sefan, ipse est E-
 limelech pater Maalon & Chelion. Sefan ideo dicitur
 filios non habuisse, quia isti absq; filiis mortui sunt
 in Hieremia : Ismael, filius Nathaniæ, filius Elisama
 de genere Ieraa Ægyptij. Quod verò dicit illum de
 femine regio, Moloch vult intelligi idolum Moab :
 quod in Hebræo, rex interpretatur. Ziph nomen lo-
 ci est, à quo fuerunt Ziphæi : qui venerunt ad Saul.
 Gazez, id est, confort : filius Haran, filij Chaleb, ipse est
 Nabal Carmelus. Ephrata, quia de Ebraim fuit : ab
 eius nomine Bethlehè Ephrata vocatur. Iair, iudex,
 qui in Iudicum scribitur, filius Segab, filij Esrom. Iccir-
 co in Iudicum Galaadites putatur, quia Esrom du-
 xit filiam Machir patris Galaad vxorem. Viculos &
 ciuitates sexaginta suscepit Iair in hereditatem, eo
 quod esset aua eius, filia Machir, filij Manasse. Af-
 suhur filius Esrom pater Thecue. Thecue est ciuitas
 de qua sumpsit Ioab mulierem sapientem. Onam fi-
 lius Hieramiel filij Esrom accepit nomen Onam

filij Iuda, qui mortuus est. Et in eo differunt, quod
 filius Iudæ in Hebræo per 2 nun : filius verò Hieramiel
 per 2 mem scribitur. Marefa patris Hebron. Hebron
 locus est, vbi David regnavit septem annis. Filij ve-
 rò Hebron, Chore & Thaphua, & Rechem, &
 Samma : filij autem Marefa. Samma autem genuit
 Raham patrem Hiarchaam. Hiarchaam locus est.
 Maon filius Sammai pater Bethsur. Bethsur nomen
 loci est, & ab eodem Maon locus nomen accepit :
 qui in Regum scribitur Mohon. Saaph filius Iahad-
 dai pater Madmena. Madmena locus est. Sua pa-
 ter Machbena. Machbena locus est, & fuerunt hi
 filij Chaleb : & Patrem Gabaha, id est, loci, vnde fuit
 Saul. Filij Hur, Sobal pater Cariathiarim, & Salma
 pater Bethlehem. Hariph pater Bethgader, Cari-
 thiarim & Bethlehem, & Bethgader nomina loco-
 rum sunt. Cariathiarim, ipsa est Cariatharbe, & Ca-
 riathbaal, & Hebron, quæ קָרְיַת יִרְמְיָהוּ Cariathiarim
 vocatur, id est, ciuitas Sylluarum, קָרְיַת בְּנֵי קָרְיַת Cariath-
 baal, ciuitas mariti : קָרְיַת יִרְמְיָהוּ Cariatharbe ciuitas
 quattuor : quæ omnia interpretari possunt in patriar-
 chis, qui ibi sepulti sunt. Sobal pater Cariathiarim
 videbat dimidium requietionum, propter viciniam
 sepulcri patriarcharum : cuius filij fuerunt Iethrei,
 & Phutei, & Semethei, & Maserei. Ex his egressi
 sunt Saraitæ & Estaoitæ : qui nomina locorum for-
 titi sunt, id est, Sarahaa & Estao, vbi sepultus est Sam-
 son. Requietio sepulcrum intelligitur. Filij Salma,
 filij Vr Bethlehem & Netophati, qui in Regnorum
 scribuntur : Eleaun filij patris eius de Bethlehem,
 & Eleph filius Baana Netophatites. Qui iccirco scri-
 buntur coronæ domus Ioab, propter societatem,
 qua mutuo in præliis vtebantur. Sarai, id est, Saraitæ,
 de quo supra dictum est. Iabes filius Zobeda, de quo
 in sequentibus scribitur, eo quod exaudierit eum
 Dominus, fuit doctor : in cuius conspectu sedebant
 filij Cinæi, qui & Obab, cognati Moysi, qui in hoc
 libro scribæ vocantur. Canentes atque resonantes
 ideo scribuntur, eo quod assidue in lege Dei & in
 prophetis versabantur. In tabernaculis autem eos
 commemoratos, & Regum historia scribit. Hi vene-
 runt de calore patris domus Rechab, id est, de stirpe
 Rechab. Achinoam vxor David Iezraelitis. Hic
 Iezrahel locus est in quo Naboth habitauit. In Pa-
 ralipomenon, Daniel. In Regum, כִּילְיָאב Chilaab,
 id est, vindicans patrem : eo quod disceptans cum
 Miphiboseth de quæstionibus legis : & victor appa-
 rebat, & patrem vlcisci videbatur. Getrahah filius
 David de Eglæ vxore sua. עֵגְלָה Eglæ interpretatur vi-
 tula : quam nonnulli putant Michol filiam Saul. In
 Paralipomenon, Simma, filius David, qui in Re-
 gum Samua nominatur. שִׁמְמָה Simma interpretatur
 exaudi : שִׁמְמָה Samua, exauditus. Bethsua mater Sa-
 tomionis, in Paralipomenon dicitur filia Amihel : &
 interpretatur, nomen eius. בֵּית שׁוּבָה Bathsua,
 filia deprecationis, in Regum בֵּית שׁוּבָה Betseba, fi-
 lia Eliam filij Achitofel, & interpretatur filia
 septem, filia satiæ, filia iuramenti, אֱלִיָּהוּ Eliam
 interpretatur, Deus meus populus, עַמִּי אֱלֹהִים
 Amiel populus meus Deus : in Paralipomenon
 scribuntur duo filij David, Noga, & Eliphelch, qui
 in Regum non habentur. Filij Iosiaz, Sellum. Io-
 annan & Ioachaz. Sellum est, quem Nechao rex
 Ægypti captiuum duxit in Ægyptum. Vnde mem-
 init Hieremias, quoniam hæc dicit Dominus ad
 Sellum filium Iosiaz regem Iuda, qui regnavit pro Io-
 sia patre suo. Qui egressus de loco isto non reuer-
 tetur huc vltra. Ioachim, qui & Eliachim, ipse Io-
 achim ductus est in Babylonè cū vasis tēpli Domini,
 & Daniel

C. A. P. 2 Iosue 7

Numc. 13

Ios. 14

Numc. 4. 8

Ruth. 4.

1. Reg. 16

ibidem.

2. Reg. 21

1. Reg. 17

Ruth. 1

Hier. 47

1. Reg. 26

1. Reg. 25 Mich. 5 Iud. 10

1. Reg. 14

2. Reg. 1

1. Reg. 10

Ios. 15. 11

Ios. 14. 19

10

Iud. 16

1. Reg. 23

1. Par. 11

1. Par. 4

C. A. P. 1

3. Reg. 21

1. Reg. 3

2. Reg. 11

23

1. Par. 3. 14

2. Reg. 5

2. Par. 36

Hier. 23

1. Par. 16

& Daniel Anania & Azaria & Mifael cum eo. Ioa-
 chim filius eius, qui & Iechonias; qui etiam Chana-
 nias, captivus ductus est in Babylonem, cum cæteris
 vasis domus Domini, cū Ezechiele & Mardocheo,
 in cuius loco substitutus est Matanias, qui & Sede-
 chias. Filij Iechoniae, Asir Salathiel, vnum nomen
 est, ipse est Pedeia pater Zorobabel. Et interpreta-
 tur פדעיא Pedeia redemptus Domini, אסיר Asir carce-
 ratus; אסירא Salathiel frutex Domini. Sennezer fi-
 lius Iechoniae, qui in Ezra Sesbazar nominatur.
 סנעזר Sennezer interpretatur blasphematus. Sesba-
 zar interpretatur tribulatus. Sesbazar scribitur cui
 1. Eliaz. 1 Cyrus annumeravit vasa domus Domini. Sechenias
 habuit filium Semeiam vnicum, qui habuit quinque
 filios; Athus, Jegaal, Baria, Naria, & Saphat: qui cum
 2. Cap. 4. patre suo Semeia, qui vnicus pater erat, sex compu-
 tantur. Filij Iuda quinque, qui iam superius aliis
 1. Par. 3. nominibus nominati sunt, hic autem mutatis no-
 minibus: ideo repetuntur. פָּרֶז Pharez, interpreta-
 tur diuisio, חֶפְצוֹן Hefron interpretatur atrium, זָרָר
 Zara ortus, חַרְמִי ipse est Er. חַרְמֵי Charmi inter-
 pretatur vinea mea, עֵר Er vigilans. Hur, qui & Onan.
 חֹר Hur interpretatur fenestra, אֹנָן Onan murmura-
 tio. Subal ipse est Sela. Subal genuit Raiha,
 & Raiha genuit Iahad, Iahad genuit Ahumai
 & Laad: Laad genuit Etham, Etham genuit Iezra-
 1. Reg. 11. hel, à quo nomen accepit vrbs, in qua Naboth habi-
 tabat. Sobal ipse genuit Raiha, qui alio nomine Er
 nominatur: iccirco quod Er & Onan, in peccato suo
 mortui sunt. סֹבַל Sobal interpretatur spica, שֵׁלָה Sela
 missus. quod verò prius aliis nominibus & modò a-
 liis nominibus nominantur, ad mysterium pertinet.
 Phaniel pater Gedor, & Ezer pater Huza, filij fuerūt
 Hur, fratres Huri filij Mariz. Gedor verò & Hufi
 nomina sunt locorum. Assuhur genuit Ethnan &
 1. Par. 2. nomen matris eius Alaha, Ethnan genuit Chos,
 Chos genuit Soboba, Soboba genuit Iabes, qui fuit
 doctor, de quo superius dictum est. Quod verò inter
 Chos & Iabes introducuntur cognationes Aharhel
 filij Harum, hac causa est: אַחַרְהֵל Aharhel, ipse est
 1. Par. 6. Obab, qui interpretatur post exercitum. Filius Ha-
 rum, ipse est Iethro. חַרְמֵי Harum interpretatur exalta-
 tus. Quia ergo Iabes docebat eos habitantes in ten-
 toriis, sicut superius dictum est, ideo introducuntur
 in eius progenie, quasi à maioribus eius progeniti
 sint. Hunc Iabes ferunt nonnulli adhuc viuere, pro-
 pter hanc sententiam, qua dicitur, præstitit ei Deus
 quæ præcarus est. Caleb frater Suha ipse est Ram. רָם
 Ram interpretatur excelsus, & שׁוּחָה Suha humilis.
 Caleb genuit Mahir, Mahir genuit Eston, Eston ge-
 nuit Tehinna. Quod verò dicit eum patrem vrbs
 Nahas, intelligi potest aut Bethlehé aut mater Isai,
 quia Isai in alio loco נָחַשׁ Nahas, id est coluber voca-
 tur. Abigail soror est Dauid filia Nahas, id est Isai:
 qui utroque nomine vocabatur. Gethra Israhelites
 habuit vxorem Abigail filiam Nahas. Quod verò di-
 cit, isti sunt filij Recha: רֵכָה Recha interpretatur ten-
 1. Reg. 23. ner, quem hic Dauid nonnulli intelligi volunt. sic
 enim ipse ait: Ego sum tener & vinctus rex. Et in alio
 loco, quasi ligni vermiculus tenerulus. Iccirco
 enim viri Recha, id est Dauid dicuntur, quia propter
 exprimendam genealogiam Dauid in hac sententia
 annotati sunt, Chenez genuit Othoniel & Saraiam.
 De Sataia dicitur prodisse Ioab. Qui ideo dicitur pater
 vallis artificum, quia de filiis eius fuerunt archi-
 tecti ad ædificandum domum Domini. Filij Ezra Ie-
 ther, & Mared, Effer, & Ialon. אֶזְרָא Ezra interpreta-
 tur auxilium, ipsum enim dicunt Amram patrem
 1. Exodi 6. Moyfi & Aaron. יֶתֶר Iether interpretatur residuum,

ipse est Aaron. מָרֵד Mared rebellans, ipse est Moy-
 ses. עֶפְרַי Effer puluis, ipse est Eldad. יָלוֹן Ialon Ilex,
 ipse est Medad, iidem duo qui prophetabant. Tra-
 ditur enim Moysen post acceptam legem in eremo
 patri iniunxisse, vt matrè dimitteret, eo quòd illius,
 amita esset, filia enim fuit Leui: post cuius diffidium
 duxisse aliam vxorem Amram: ex qua suscepit duos
 filios hos, Eldad, & Medad. Quod verò sequitur,
 genuitque Mariam & Samai & Iesba patrem Este-
 moa: שַׁמַּי Samai Moysen intelligi volunt, qui inter-
 pretatur caelestis. יֵשְׁבָא Iesba Aaron, qui interpre-
 tur collaudatio, patrem אשרמון Estemoa, id est ignem
 manentem, eo quòd filij Aaron in assiduis sacrificiis
 igne utebantur. Quod verò sequitur, Vxor eius
 Indaia genuit Iared: Indaia, ipsa est Iachabeth mater
 Moyfi. Nomina verò quæ sequuntur, pene omnia
 Moyfi nomina intelligi volunt, quia ideo יָרֵד Iar-
 ed vocatur, id est descendens, quòd de monte de-
 scenderit: pater Iedor, id est sepium, eo quòd quasi
 quadam sepi lege, circumdederit populum. חֶבֶר
 Heber iunctor, eo quòd populum Dei seruitio iun-
 xerit: patrem Socho, id est prophetia, eo quòd ipse
 fuit doctor prophetarum. יְכוּנִי Icutiel, id est spe-
 rans in Deum, eo quòd spem habuerit liberandi po-
 pulum de Agypto: siue quòd spe paratum de aquæ
 periculo liberatus sit: patrem זַנְוֹהָא Zanoha, qui inter-
 pretatur gubernator, eo quòd magnam populo in
 eremo gubernationem exhiberit: siue quòd do-
 ctrina sua quotidie gubernaret. Quod verò dicitur:
 hi autè filij Bithia, filia Pharaonis quæ accepit Me-
 red: Pharaonis filia iccirco in hoc loco matrè Moyfi
 vocat, & interpretatur filia Domini, propter bonam
 voluntatè quæ in nutriendo puero habuerit: & Ama-
 1. Exodi 17. ret, id est Moyfi accepta esse dicitur, eo quòd, relictis
 idolorum cultibus ad Dei cultum còuersa sit. Carmi pa-
 ter Ceila & Estemoa, qui fuit de Machati. Ceila no-
 mē loci est, & Machati similiter. Simo pater Amnò
 & Rina filius fuit Estemoa, filij Odaia filia Afriel,
 filij Ialaleel, filij Canax, filij Sela, filij Iudæ. Et pa-
 ter Lecha, iccirco hic ponitur propter memoriam
 pristini nominis. Cognationes ergo domus operan-
 tium byssum in domo iuramenti hi sunt, qui cum
 Beseleel morati sunt ad explendum opus tabernacu-
 li. Iuramenti etenim domus iccirco dicitur, sicut &
 tabernaculum fœderis, quòd in eo fœdus esset Dei,
 quod cum hominibus fecit, & iuramentum quod
 iuravit ad Abraham, Isaac, & Iacob. Quod verò se-
 quitur, Qui stare fecit solem: redit ad progeniem
 Pharez, de quo ortus est Dauid, oportuum iudi-
 cans progeniem Iuda, de qua tribus regia orta est, in
 Dauid terminare. Tradunt enim Hebraei hunc fuisse
 Elimelech virum Noemi patrem Maalon & Chè-
 1. Ruth. 1. lion, in cuius tempore sol steterit, propter præuari-
 catores legis, vt tanto miraculo viso, conuerterentur
 ad Dominum Deum suum. Quod quia facere
 contempserunt, iccirco fames inualuit, & ille qui in
 tribu Iuda prior videbatur, famis inopia cum vxore
 & filiis, non solum patria pelleretur, sed etiam in
 eadem peregrinatione cum filiis moreretur. Viros
 autem mendacij esse Maalon & Chelion, qui hic
 securus & incendens appellantur, & de quibus di-
 citur quòd principes fuerint in Moab, eo quòd
 vxores Moabitidas duxerint, in Hebræo expres-
 sus ponitur, & ab eruditis illius linguæ didici-
 mus, vt non principes, sed mariti dicantur.
 Quod verò sequitur, Quæ reuerse sunt in Le-
 hem, Noemi & Ruth demonstrat, quæ in Ruth
 Lehem, id est panem post inopiam famis, audita
 vbertate panis, in Bethlehem reuerse sunt. Et quia

Ruth. 1.4 hanc historia in libro Ruth scribitur, iccirco subsequitur: Hæc autem verba vetera. Figulos verò dicit habitantes in plantationibus & sepibus, progeniem quæ de Ruth propagata est: quæ in sepibus, & plantationibus habitasse legitur, quando ad regiam dignitatem hæc plantatio. peruenit. Commorati sunt ibi, hoc est in Bethlehem apud regem in operibus eius, quia ex eis Dauid rex ortus est, cuius opera miris præconiis prædicantur. Filij Symeon in Genesi sex describuntur. Hic verò sextus tollitur, eo quòd nulla progenies de eo processit. Mutantur verò nomina quædam suis rationibus. In Genesi scribitur, **יחזקאל** Iemuel, mare Dei: in Paralipomenon **נחמיה** Namuel, loquens cum Deo. Alius verò in Genesi vocatur **חיה** Ohad: in Paralipomenon **יהוד** Ohad interpretatur laudatio. **יחזקאל** Iarib litigans: quia de eius progenie exiit Zamri, qui cum scorto Madianiti de peccatis, à Phineos peremptus est. **יחזקאל** Iachin, in Genesi quod interpretatur præparatio: in Paralipomenon **יחזקאל** Zara, quod interpretatur ortus. Saul verò quem eodem nomine in utroque libro commemorat, hic filius eum Cananitis tacet: & vicinitate fratrum nominis est ex Zara, qui interpretatur ortus decompert. Quod dicit, Hæc ciuitates eorum vsq; ad regem Dauid, hoc vult intelligi, quòd Sicelech & Bersabeæ, quæ tribus Iudæ fuerunt, & à tribu Symeon inuastæ sunt, à Dauid denuò in pristina Iudæ redierunt hereditate. **יחזקאל** Ainremmò vnus villæ nomè est, quæ interpretatur fons malorum granatorum. Et vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsq; Baal. Baal, in hoc loco ipsa est, quæ in alio loco Cariathbaal scribitur: de qua superius dictum est. Norandù de reliquijs Amalec, Behera filius Baal de stirpe Ruben, ipse est pater Ofec propheta. Notandum, quòd ipsa sit Cetura quæ & Agar. Nam cum dicat rubenitas & Gad ditas, & dimidiam tribum Manasse, pugnaße cum Agarais: sequitur præbuisse eis auxilium Itureos, Napheos, & Nodab, qui vsq; filij Ismael fuerunt. Idem in Paralipomenon Nodab, in Genesi Cedma vocatur. **יחזקאל** Cedma interpretatur antiquorum. **יחזקאל** Nodab vter. Fuit enim bellum Domini, quia Dominus pugnauit cum eis. Transiit Theglathphalasar, Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Hala, & ipsa Hara, ipsa est Rages. In Malachim verò Hara prætermittitur. **יחזקאל** Iosedech sacerdos, ipse est Esdras. Demòstrat hoc liber eiusdem Esdræ, vbi dicit: Et post hæc verba in regno Artaxerxis regis Persarum Esdras filius Saraiæ filij Azariæ. Sed & in libro suo se prætermittit humilitatis causa. Quod verò dicit Iohanan genuit Azariam, & ipse est Azarias qui sacerdotio functus est, in domo quam ædificauit Salomon in Hierusalem, monstrat eundem Azariam restitisse Ozia regi, quando intrauit in templum Domini cum thuribulo, & terræ motus magnus factus est. Tradunt etiam Hebræi eundem Eldram esse Malachiam prophetam, qui in duodecim prophetis vltimus est. Ipsi filius est Iesus sacerdos magnus, de quo meminit Zacharias propheta. Sciendum fanè quia crebræ appellationes personarum & immutationes nominum, & repetitiones, ad magnum mysterium pertinent. Filij Chaa Aminadab filius eius. Iste Aminadab ipse est, qui in Numeris Issahar scribitur, pater Corc. Filius Samuel, qui in Regum Iohel nominatur, in Paralipomenon Vasseni scribitur, quia Abia filius Samueles in iudicem constitutus, munerum acceptor erat. Et quia iste Iohel, qui & Vasseni, sciebat hoc, & non corripiebat eum, ideo dicuntur vterque fecisse. In hoc verò loco demonstrat eum separatim à fratre

fuo, quia acceptor munerum erat. Eliel pater Ieroham filius Tohu: in Regum Eliu scribitur. Sic enim habes, & nomen eius Elcana filius Ieroham, filij Eliu, filij Tohu. **יחזקאל** Eliel interpretatur Deus meus Deus. **יחזקאל** Elihu, Deus meus ipse. Et hic Eliel dicitur, id est, Deus meus Deus: In Regum verò, vbi necesse ad templi ministerium designatur, sed solummodo genealogiæ ordo texitur, dicitur Eliu, id est Deus meus ipse. Quod verò dicitur Hemam cantor filius Iohel, & expleta genealogia, dicit Asaph fratrem eius. Hic frater non vnus patris aut matris dicitur, sed eo modo quo solemus propinquos fratres appellare. Quod verò genealogia Aaron repetitur, & vsq; ad Achimaas peruenit, putatur hoc ob laudem & memoriam Achimaas factum esse, eo quòd fideliter erga Dauid in omnibus egerit, Iecmaam cum suburbanis suis. **יחזקאל** Iecmaam, in Paralipomenon per Mem, quod interpretatur vindictio populi, in Iosue scribitur **יחזקאל** Iecnaan, per Nun, id est acquisitio populi, hæc videlicet ratione, quia qui primitus in custodienda lege fuerunt acquisitio populi. Porro ex dimidia tribu Manasse Aner, & suburbana eius. Aner ex vno de pueris Abraham nomen accepit, qui vocabatur Aner, eo quòd ibi habitauit, & ibi sepultus est. In Iosue verò Thaanach vocatur. **יחזקאל** Aner interpretatur lumen. **יחזקאל** Thaanach respondit. In Paralipomenon, Balaam & suburbana eius: in Iosue Gblaam scribitur. Gblaam inueteratio populi. **יחזקאל** Balaam turbatio populi. Ramoth verò in Paralipomenon scribitur. Vnde dicitur, Ramoth quoque & suburbana eius in tribu Issachar. Ramoth verò Galaad quæ in Regum scribitur, in tribu Ephraim, in Paralipomenon de tribu Asar. Masal cum suburbanis suis. Hic **יחזקאל** Masal parabola interpretatur: In libro verò Iosue **יחזקאל** Misal scribitur, quod interpretatur interrogatio Dei. In Paralipomenon, Hucac & suburbana eius: In Iosue verò Heleacath scribitur. Hucac interpretatur sculptis, Heleacath portio. Duæ sunt Cedæ, vna in tribu Issachar, & altera in tribu Neptalim in Galilæa, vbi fuit Baraath filius Achinoem. In Paralipomenon, Hamon cum suburbanis suis: In Iosue Hamathdor, **יחזקאל** Hamon interpretatur calefactio. **יחזקאל** Hamathdor calefactio generationis. In Paralipomenon, Cariathaim & suburbana eius: in Iosue verò scribitur Carthan. **יחזקאל** Cariathaim interpretatur vrbs maris: Carthan vrbs in Paralipomenon, in tribu Gad Ramoth, in Galaad & suburbana eius. Ramoth Galaad, in Regum vnū nomè est, & est in tribu Ephraim. In Paralipomenon verò filij Issachar Thola, & Phua Iasub & Simeron. Iasub in Genesi Iob nominatur. Iob interpretatur vlulatio. **יחזקאל** Iasub reuo cans, Simeron nomen hominis, & Samaron nomen ciuitatis. Simeron vbi nomen est hominis, per i, vbi nomen est ciuitatis, per a. Filij Israiha: in Paralipomenon quinque dicuntur esse, & non sunt nisi quatuor, sed annumeratur cum eis pater eorum Israiha, qui vnicus patri suo Ozi fuit, & sunt quinque. In Paralipomenon, filij Beniamin, Bela & Bechar & Iadial: in Genesi pro Iadial Asbel scribitur. **יחזקאל** Iadial interpretatur cognoscens Deum, **יחזקאל** Asbel captiuus Dei. Omnes isti filij Becher. Vbicumq; in lege scribitur, omnes isti filij cuiuslibet aut promeritorum excellentia, aut pro meritorum deterioratione sunt. Filij autem Belan Iehus & Beniamin & Ahot & Canana. Ahot de cuius progenie fuit iudex Ahoth, qui in Iudicum libro scribitur. **יחזקאל** Canana verò iste est à quo egressi sunt Beniamin, qui

Ruth. 1.4
Ruth. 4
Genesi. 46
Numeri. 2
Ios. 15
Osee 1
C. A. P. 5
4. Reg. 17
C. A. P. 6
1. Esdræ 7
2. Par. 16
Zachar. 3
Num. 1. 6
1. Reg. 8

1. Reg. 1
1. Reg. 11
Ios. 17
Genesi. 11
Ios. 17
1. Reg. 22
Ios. 19
Ios. 19
Ios. 17
1. Reg. 11
C. A. P. 7
Genesi. 46
Iud. 5

qui nefas perpetraverunt, propter quod magnæ cædes in Israël tempore Iudicum factæ sunt. In Paralipomenon, filij Nephthaliim Iafihel & Guni & Iezer & Sellum: in Genesi iste Sellum Sillem scribitur. **Genes. 46** Sellum interpretatur pax, **Genes. 46** Sillem recens: Quod verò sequitur, Filij Balaa, quæ fuit concubina Iacob: Quidam putant ideo illam in hoc loco ab Edra nominatam, quia post mortem Iacob legatione functa fuerit inter Iosèph & ceteros patriarchas, qua precati sunt eum, ne recordaretur peccati eorum. In Paralipomenon porrò filij Manasse Africel, concubinaque eius Syra. Idem Manasse peperit Machir patrem Galaad. Ferunt hanc Syram filiam fuisse, filij Laban quæ in Ægyptum famis inopia ad venundandum à patre ducta, à Manasse qui horreis præerat misericorditer suscepta, patri cibariis datis, ab eodem Manasse in coniugium sumpta est. Huphim & Suphim vnum nomen est: & est soror eius Maacha, quam accepit Efron dum sexaginta esset annorum, ex qua suscepit Segub. **Iud. 13** Huphim interpretatur thalamus, **Iud. 4** Suphim vnctus. Nomen autem secundi Zalphaad: & iccirco iste secundus nominatur, quia hi duo principes erant in tribu Manasse, id est Huphim, qui & Suphim & Zalphaad. Soror autem eius regina, id est Bedan, filij Vlam: alius est iste Bedan, & alius est Bedan, in Regù, id est Sampson. **1. Reg. 11** Bedan interpretatur in Dan. Ista soror regina est Debbora vxor Barach, qui alio nomine Laphidot vocatur. **Iud. 4** Suthala filius Ephraim, genuit Ezer & Elaad, qui congregata multitudine de Israël ascendere nisi sunt ad terram repositionis, & in Geth Philistinorum interfecti sunt. Fratres verò, qui ad consolandum Ephraim venerunt, aut eos dicimus, qui de patriarchis supererant, aut cognationem, quam fraterno nomine sæpe nominauimus. Filij autè Beria, id est Sara, quæ ædificauit Bethhoron inferiorè. Virtus illius feminæ describitur. **Num. 1** **Genes. 34** **Genes. 46** **4. Reg. 4** Elisama filius Amihud, ipse est patriarcha de tribu Ephraim, qui in libro Numerorum scribitur: Ista est Sicheim quam percusserunt Symeon & Leui. Sara Aser dicitur prophetissa fuisse, & meritorum prærogatiuis exuberasse. Berzaith de progenie Melchiel, de filiis Aser, fuit ditissimus olei & cæterarum opum, & tulit primitias Eliseo propheta. In eo impletum ferunt quod Moyses de Aser ait, tinguat in oleo pedem suum. Aharac filius Beniamin in Genesi scribitur **Genes. 46** Gera, quod interpretatur peregrinus. In Paralipomenon, **1. Reg. 4** Aharac frater odoris. Et notandum, quòd hic quinq; de filiis Beniamin prætermiserit: de quibus necdum progenies creuerat. Noha in Paralipomenon, ipse est qui in Genesi, Naaman. **Iud. 19, 20** Noha requies, **Deut. 33** **C. A. P. 8** **Genes. 46** Naaman pulcherrimus. In Paralipomenon Rapha in Genesi scribitur Ahi, quod interpretatur frater meus. **1. Reg. 16** **19** Rapha medicina. Hi sunt filij Ahod principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath. **1. Reg. 16** Manahath interpretatur sepulcrum. In Manahath translati sunt, quando pro scelere in vxorem leuitæ perpetrato, gladio corruerunt. Quod verò sequitur: Naaman autem & Aiba & Gera ipse transtulit eos, designat eos fuisse principes, & illis eminuisse Gera. Vnde & in singulari numero describuntur, ipse transtulit eos. De isto Gera processit progenies Gera, qui fuit pater Semei. Sarachim dimisit vxores suas Vsim & Bara, & fugit in terram Moab, & accepit vxorem Odes, ex qua suscepit filios qui hic scribuntur. Hic fugauerunt habitatores Geth, & vlti sunt fratres suos filios Ephraim, qui eorum ceciderant gladio. Fuerunt autem filij Vlam

virii fortissimi & magno robore, tendentes arcum, & multos habentes filios ac nepotes, centum quinquaginta. Hic centum quinquaginta referunt ad filios Vlam: vt iste sit sensus: fuerunt autè filij Vlam centum quinquaginta, per tropum qui vocatur hyperbaton. Nathinnei, **1. Reg. 9** id est donati. Sunt enim Gabonitæ, eo quod ad seruiendum dati sunt ad templum Domini à Iosue. Azarias quoq; filius Helchiaz. **Ios. 9** **4. Reg. 21** Iste est Helchias sacerdos magnus, qui librum legis inuenit tempore Iosia, & dicitur fuisse pater Hieremiaz propheta. Bachbachar carpentarius iccirco describitur, quia artificio suoungebatur in domo Domini, & erat de tribu Leui. Et Barachiaz filius Afa, filij Elcana, qui habitauit in arriis Netophati. Netophati nomen loci est, vbi habitauit Heleel filius Bana, de quo superius dictum est. Qui erat coronæ domus Iacob. Abdia filius Semeie, filij Galal, filij Idithun. Iste est Idithun cantor David. Obseruabant in porta regis, ad orientem de filijs Leui per vices suas, qui erant cantores, & vicibus suis ad psallendū cum David veniebant. Sellum verò filius Core, filij Abiasaph, filij Core: hic prior Core per Aleph scribitur, & sonat Core: secundus verò per Heth, & sonat Corach. **Numer. 26** Core clamans, **Numer. 26** Corach caluus, ipse est qui in Numeris scribitur. Hi sunt Corithæ super opera ministerij custodes vestibulorum tabernaculi: Isti custodiebant ostiū tabernaculi exterius. Partes verò eorū qui subter scribuntur, & qui in psalterio titulos habent, ipsi custodiebant ostiū interius tabernaculi Domini, & erant cantores castrorū Domini. Tabernaculū dicit, vbi Dominus quiescebat. His quattuor excubiis creditus erat omnis numerus ianitorum: & quattuor partes quibus obseruabant custodes domus Domini, descriptæ sunt in libro Numerorū. Erant enim in vnaquaq; parte quinquaginta & tres, qui faciunt ducentos duodecim. Phinees filius Eleazar erat dux eorum coram Domino. Hic monstratur Phinees adhuc eo tempore viuere. Et in tabernaculo vicibus suis. Hæ sunt vices vigintiquattuor, quæ in sequentibus describuntur, quarū in euāgelio mentio est, de vice Abia. In Gabao autem commemorati sunt pater Gabao Iaiel, & nomē vxoris eius Maacha, Iaiel, ipse est qui in Regum scribitur Abiel pater Cis patris Saul, **1. Reg. 9** Abiel interpretatur pater meus Deus, Iaiel desertus Dei, propter meritorem distantia. Et notandum, quia inter filios Iaiel, Ner & Cis vocatur fratres, sicut & sunt, & in Regū ita habetur. In sequentibus verò dicitur. Ner genuit Cis, nō quòd eum genuerit, sed quòd eū educauerit, genuisse eum dicitur. Isti habitauerunt è regione fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus suis. Quamuis foris muros Hierusalē habitarent, dicuntur propter vicinitatem tamen & conuentū loci, in Hierusalem habitasse. Abinadab filius Saul, in Paralipomenon: In Regum verò vbi occisus est cum patre, Abinadab vocatur, id est pater meus votum. In alijs verò locis **2. Reg. 21** Iesbi, id est, conuictus. Asbaal filius Saul, ipse est Isboseth, **1. Reg. 9** Esbaal interpretatur ignis maritus. **1. Reg. 9** Isboseth vir confusionis. Filius Ionathan Meribaal, qui & Meribabaal, ipse est Miphiboseth. **1. Reg. 9** Meribaal interpretatur litigans cum marito. **1. Reg. 9** Meribabaal litigans in maritum. Raphaia & Rapha vnum nomen est, filius Bana, filij Mofa. Rapha interpretatur defluens. **1. Reg. 9** Raphaia medicina Domini. Azaricham bocru vnus hominis est nomen. **1. Reg. 9** Bocru interpretatur primogenitus. Tradunt enim eum armigerū Saul Doech Idumæum fuisse, & puerum qui diadema & armillam Saul detulit ad Dauid filium Doech Idumæi. Ipsum

2. Reg. 1 etiam Doech ferunt puerum Saul fuisse, qui cum eo perrexerat ad requirendas asinas patris sui. Interiit ergo Saul & tres filij eius, & omnis domus eius pariter concidit. Domû eius pariter concidisse dicit, nō vt non esset, de quibus fuit Mardocheus, sed vt non regnaret. Et caput eius affixerunt in templo Dagon. In Hebræo non caput, sed corpus habetur, quia caput in miferant ad circumducendū. In Regum verò scribitur in Bethsan. בֵּית שַׁן Bethsan enim tradunt vocatam domum Dagon, quæ interpretatur domus dormientis. Alia est enim Bethsan in Iudicū, & in Iosue quæ interpretatur domus securitatis.

1. Reg. 31 Ios. 17. 18 Ioab autem reliqua vrbis extruxit, id est percunctibus Iebusæis gladio, si qui ex Israelitis inter eos inuenti fuissent; ab eo saluabantur. Iesbaam filius Hachmoni princeps inter triginta. שבִּעַם, Iesbaam interpretatur sedes in populò, filius הכמון Hachmoni, id est sapientissimus; ipse est Dauid. Hoc est quod in Regum scribitur: Sedet in cathedra sapientissimus, & minuitur de sapientia, quasi vermiculus ligni tenerrimus: propter peccatum, quod commisit in Vriam. Et cum in regum volumine dicat octingentos illum vno impetu interfecisse, propter ipsum peccatum in Paralipomenon hic dicit trecentos eum interfecisse. Vnde & in Regum scribitur, vno impetu. Adohi frater fuit Ijai patris Dauid, cuius filius fuit, Eleazar qui fuit inter tres potentissimos, id est Baanaia filium Ioiadæ, & Abifai filium Saruiaz fratrem Ioab. Steterunt in medio agri, & eum defenderunt. Dauid scilicet & Eleazar. Hoc in Paralipomenon: In Regum verò singulariter ponitur, vt regis fortitudo monstreret. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petrâ, in qua erat Dauid ad speluncam Odollam. Tres isti, hi sunt quos supra memorauimus. Desiderauit ergo Dauid aquam, qui nō desiderio aquæ hoc fecit, sed ad probandum vtrum tā fortes inueniri potuissent, qui hoc attentaret. Sacrificauit eâ Domino gratias agēs, quia tā fortes viros in Israël dederat. Et notadū, quod vinū quod Deo in sacrificiū offerebatur, aqua mixtū erat. Baanaia filius Ioiadæ, ipse percussit, duos ariel Moab. In Regum scribitur duos leones Moab ipse percussit, id est duos viros fortes de Moab. Idē Baanaias multa opera perpetravit de Capzeel. Capzeel nomē loci est. Hic opera eius laudat, id est sapientiam, quia vnus erat de septuaginta senioribus Israël Capzeel congregatio Dei. In Paralipomenon Sammoth Atodites, ipse est qui in Regum scribitur Samma. שַׁמְמָה Samma interpretatur ibidem. שַׁמְמָה Samoth nomina. Helez filius Phalti de Iaito, quod in Regum scribitur. In Paralipomenon Helez pelonites scribitur. Hic progeniem matris designat. Peloni enim fuit proximus Booz, de quo dicitur in Ruth, est quidam propinquior. In Paralipomenon Sibbochai Vpharites, ipse est qui in Regum scribitur Mobunai. מֹבֻנַי Mobunai interpretatur ædificium meum, & Sibbochai irretitus. In Paralipomenon Illai Aothites, ipse est qui in Regum scribitur, Zalmon. זַלְמוֹן Zalmon interpretatur sub vmbra. הַלְלֵי Illai exaltatus. Aothites filius Aohi fratris Isai. Heled, in Paralipomenon, qui in Regum scribitur Heleb. הֶלֶב Heleb adeps. הָרִי Heled terra. Hurai in Paralipomenon; in Regum scribitur Hedai. הֻדַי Hurai interpretatur fenestra mea. Hedi הָדַי Hedai interpretatur acumen meum. Abiel in Paralipomenon, in Regū Abialbon. אֲבִיאל Abiel pater meus Deus. אֲבִיאלְבוֹן Abialbon pater meus dolor. In Regum, filij Iafen Ionathan, non est putandum quod filius eius sit. Sigillatim enim ponitur Ionathan, & est filius eius

Sagie in Paralipomenon. Filij verò Afem Gizoni. אִפְעִם Iafen interpretatur dormitor; אִפְעִם Afem nominatus. Aiham filius שִׁכְרִי Suchar in Paralipomenon, & interpretatur merces: in Regum scribitur שִׁכְרִי Sarar, & interpretatur cantor. Eliphai filius Vr, in Paralipomenon: in Regum Eliphel filius Azbai. אֵלִיפַי Eliphai interpretatur Deus meus mirabilis. אֵלִיפַי Vr ignis. אֵלִיפַי Eliphel Deus meus liberabit. Azbai peperit mihi. In Paralipomenon: Hephher Meheratites. Hephher ipse est Eliam pater Bethsabee filius Achitophel. מְכַרְחִי Mecherati venundatus. Hephher fouea. אֵלִיפַי Eliahm Deus meus mirabilis. אֲחִיתוֹפֵל Achitophel frater meus ruina, item frater meus mirabilis. עֶזְרוֹ Ezro in Paralipomenon interpretatur atrium eius. In Regum עֶזְרַי Ezrai interpretatur atrium meum. In Paralipomenon Naan filius Ezbai: in Regum Pharai de arbi. נַעַרִי Naari puer meus. עֶזְבַּי Ezbai hyssopus meus. פָּרַיִ Pharai interpretatur gluto. אַרְבִּי Arbi, locusta. In Paralipomenon Iohel frater Nathan: in Regum scribitur Igal filius Nathan. יוֹהֵל Iohel interpretatur Dominus Deus. יוֹהֵל & Ionathan & Nathan propheta fratres fuerunt filij Sammae fratris Dauid. יִגָּל Igal redemptus. Quod verò in Paralipomenon Iocl frater Nathan, & in Regum filius Nathan scribitur, hæc causa est. Illic ponitur pro educatione pater, hic pro natura frater. Mibahar filius Hagari, in Paralipomenon, in Regum Bani de Gaddi, hoc est de tribu Gad. הִירָא Ietres filius Iether patris Amafe. Huria Etheus vir Bethsabee, à loco qui vocatur Eth, Etheus vocatus est. Hi triginta septem fuerunt cum Dauid, cum fugeret ante Saul. Maacha nomen est officij feminarum de causis muliebribus. מַאֲכָה Maacha ingeniosa. Selech Ammonites, eo quod in Ammon ministerio fungeretur. Githma Moabites, eo quod in Moab ministerio fungeretur. Hactenus Beniamitæ. Elchana & Iesia & Azrahel. Incipiunt Leuitæ. Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, de Gaddi, id est, de tribu Gad. Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersum latrunculos, id est, Amalechitas, qui prædati sunt vxores eius, & eorum qui cum eo erant, vsque dum fieret grandis numerus quasi exercitus Dei. Sexcentorum millium numerus, qui de Ægypto egressi sunt. Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron ipsum tradunt fuisse Phinees, ad cuius comparationem, Sadoch puer vocatur. Quod verò dicitur printipes cum eis venisse, id est, sacerdotes. De filiis Issachar viri eruditi, qui norunt singula tempora: Ipsi enim erant doctores, computatores & magistri, siue ad festiuitates celebrandas, siue ad cætera: & ideo dictum est in benedictione Issachar. Supposuit humeros suos, & factus est tributis seruiens. Congregauit ergo Dauid cunctum Israël, à Sihor Ægypti. Sihor Ægypti fluuius est à Nilo deriuatus. In Hieremia, quid tibi est ad viam Ægypti, vt bibas aquas Sihor? In Iosue de Sihor, qui est super faciem Ægypti, vsque ad terminos Accaron. Cum peruenissent ad Aream Chidon. חִידוֹן Chidon interpretatur clypeus. Traditur enim iste locus esse, vbi Iosue stabat quando dictum est ei, Ieuia clypeum contra urbem Ahi. Eliada filius Dauid, in Regum & in Paralipomenon, in primo loco nominatur eodem modo, in secundo verò loco Baliada. אֱלִיָּאֵדָה Eliadah interpretatur Deus meus cognouit. בַּאֲלִיאֵדָה Baaliadah maritus cognouit. Tradunt propter transgressionem Dauid, hoc nomen

C. A. P. 10

1. Reg. 31 Iud. 17

C. A. P. 12 Ios. 17. 18

2. Reg. 23

2. Reg. 23

Ibidem

1. Reg. 23

2. Reg. 23

Ibidem Ruth 4 2. Reg. 23

Ibidem

4. Reg. 23

2. Reg. 23 Ibiem.

2. Reg. 23

2. Reg. 23

C. A. P. 12

1. Reg. 23

Genel. 46

C. A. P. 23

Hiet. 2 Ios. 13

Ios. 3

nomen immutatum Abinadab interpretatur Deus meus vortim. אֲבִינָדָב Aminadab populus meus vortim. Iusserat enim idem Aminadab duobus filiis suis Oza & Ahio, vt portarent arcam Domini humeris suis. Et quia neque ipsi eam portauerunt, neque Chaatitidis ad portandum dederunt, iccirco Oza multratus est morte. Fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam: iam poena peccati. Diuisio enim Oza: traditur quod aruisset brachium eius & humerus, vbi arca Domini portanda erat, & in illius loco diuisio quaedam facta est. Auertit arcam Dei in domo Obed Edô. Obed Edô leuita erat, & ignorabat David ob quâ causam indignatio Dei venisset in Ozam, postquâ verò cognouit causam pro qua Oza percussus est, iussit eam portari in humeris, sicut uersentia demonstrant. Venit contra illos ex aduerso stentium. Tradunt Philistæos idolum habuisse, cui in lacrymis hominum sacrificium parabatur. Huic illi more suo lacrymis sacrificabant. Et eis ex aduerso David venit, in quorum capitibus iam furor Domini fruebat, quando ad eos ventum est. Ideo timuerunt gentes. David propter idolum destructum, cui humanis lacrymis sacrificabatur.

Terenditque ei tabernaculum. Aliud nouum tabernaculum fecit, quo istud, quod à Moyse factum fuerat, in eremo cooperiret. In cymbalis æneis concrepantes. In Hebræo habet in cymbalis æneis ad audiendum, quia videlicet ab ipso psalmo incipiebant, qui habet in capite: Exaudi Domine iustitiam meam, qui est sextus decimus. In Nablis arcana cantabant. In Hebræo habet, pro iuuentutibus, quia à psalmo quadagesimo quinto incipiebant, qui hoc habet in titulo: In citharis pro octaua cantabatur: quia à sexto psalmo incipiebant qui hoc habet in titulo, pro octaua autem, quidam putant pro circuncisione. Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendum melodiam: quia ipse eis spiritu prophetiæ, melodias & verba ad memoriam reuocabat. Barachias & Elchana ianitores arcæ. Hic ianitores portatores vocat. Cumque adiuuisset Deus leuitas qui portabant arcam fœderis timentes casum Oze. Obededom & Iehel super organa. Iste Iehel est de cuius progenie fuit Azhriel propheta, qui in diebus Iosaphat prophetauit. Sed increpauit pro eis reges Pharaonem & Abimelech. Sadoch autem sacerdotem & fratres illius sacerdotes coram tabernaculo Domini in excelso, qui erant in Gabaon. Hic Gabaon, quidam locum quendam arbitrantur esse in Hierusalem, vbi à David tabernaculum fœderis & arca testamenti Domini collocata sunt. גִּבְעוֹן Gabaon interpretatur uallis. Excelsam autem propter sublimitatem cultus diuini existimant. Reuerfus est David vt benediceret domui suæ. Quidam benedictionem hic per antiphrasim dictam putant. Domum verò Michol, filia Saul, quam increpauit David, eo quod indignata sit, cum vidisset eum subsilentem coram Domino ante arcam testamenti.

Feci que tibi nomen quasi vnus maiorum qui celebrantur in terra. Vnius maiorum aut Abrahiam, aut Isaac, aut Iacob. Vt tolleret David Geth & filias eius de manu Philistinorum. In Regum scribitur: Tulit frenum tributi, vt dilataret imperium suum usque ad flumen Euphratem. Quidam putant de Adezer dictum, necnon & de Thibabath, & de Chun, in regum Betha & Beroth. בֵּתָא Betha interpretatur requies. בְּרוֹת Berothai fontes mei. Thibabath macellum. חֲנַי Chun compercussus: propter derisionem enim in hoc loco immutatio nominum facta est. Thou rex Emath in Paralipomenon, in

Regum Thoi. תְּוֹי Thoi error meus: תְּוֹי Thou error eius, quia filium suum in dolo ad David mittebat. Iccirco nominis immutatio facta est. Misit Aduram filium suum in Regum Ioram. יֹרָם Ioram, Deus excelsus. אֲדֹרָם Aduram, decor excelsus. Fecit David sibi nomen vt reuerteretur capta Syria in valle Salinarum cæsis decem & octo millibus. Eodem modo & in Regum scriptum est. Multi enim duodecim millia habent, errore ducti, eo quod in psalmo scribitur duodecim millia: sed illic duodecim millia Ioab interfecisse perhibetur, hic decem & octo millia Abitai: & propter regalis nominis dignitatem, David victoria adscribitur. Est enim in paralipomenon planè scriptum, quod Abitai hæc decem & octo millia interfecerit. Commentarij: commentatores qui adnotatis rebus & causis, regi eas ad memoriâ referebant. Abimelech filius Abiathar in Paralipomenon, in Regum Achimelech scribitur. אֲבִימֶלֶךְ Abimelech pater meus rex, אֲחִימֶלֶךְ Achimelech frater meus rex. Sufa scribitur in Paralipomenon, in Regum Saraia. סוּפָא Sufa gaudium. סוּפָא Saraia princeps Domini. בְּהַרִים Bahurim interpretatur electorum. פְּלִי Phalti liberatus. לֵוִי filius Leonis. Venit vsque ad Bahurim usque ad locum doctorum & electorum, è quibus vnus erat. כֶּרֶם Cerethi externi matres. פְּלֵי Phelethi admirabiles. Dicuntur enim fuisse septuaginta iudices loco eorû substituti, quos Moyses in eremo Domino præcipiente delegerat. In Regum filij David sacerdotes, in Paralipomenon primi ad manum regis scribuntur. Ad vnum enim sensum vtrumque conuenit, quia hic dicit eos primos, & illic sacerdotes, propter nobilitatem & prioratum. Hi enim sunt qui ei in Ebron nati sunt.

Faciam misericordiam cum Anon filio Naas. Præstitit enim pater eius mihi gratiâ. Naas fuit rex Ammon, qui in Regum scribitur, cû quo primû Saul in defensione Iabes Galaad pugnavit, & vicit eum. Quia ergo erat inimicus Saul, iccirco gratiâ præstabat David, si quando ad eum veniret: In Regum dimidia parte barbæ præcidit, & vestes eorû medias usque ad nates. In Paralipomenon decalauit & præcidit tunicas eorû medias usque ad inguina. Quod in vno loco deest, in alio habetur: vnde colligitur eos decalatos fuisse, & barbâ rasas eos habuisse, & vestimenta præcisa ante & retro. Sophach autem princeps militiæ erat Adadezer. סוֹפָח Sophach interpretatur euisceratus. in Regum scribitur סוֹבָח Sobach, & interpretatur columbaris. Tulit autem coronam David Melchom de capite eius: Melchom idolum Ammonitarum, de quo in Regum, & in Paralipomenon, & in Sophonia scribitur. מֶלְכֹם Melchom interpretatur rex eorum. De simulacro enim illius idoli tulit David diadema. Illicitum erat de idolis aliquid auri appetere aut argenti Iudæis per legem. Sed vt ipsi tradunt Ethai Iethes qui de gente Philistinorum ad David venerat, ipse diadema diripuit in capite Melchom, vt liceret Hebræo de manu hominis capere, quod de capite idoli non licebat. Post hac initus est bellû in Gezer, in Regum; in gob. גֹּב Gob interpretatur locusta. גֵּזֶר Gezer verò nomê loci est, & interpretatur ordinatio. Sicut locustæ ita filij Araphe debent Israel. Arapha enim fuit nurus Noemi, de cuius progenie fuerunt gigantes, Goliath & fratres eius: in quo percussit Sobochai Hufethis Saphai: in Regum Saph. סָפַי Saph interpretatur liminare. סָפַי Saphai liminare meum. In Paralipomenon de genere Raphaim; in Regum de stirpe Rapha; quia filij Orphe erant de genere gigantiû. In quo percussit Adeodarus. In Hebræo legitur אֶלְהָנָן Elehanan filius Iair Iehemites

1. Reg. 6

CA P. 14

CA P. 15

CA P. 16

1. Paral. 10

CA P. 17

CA P. 18

1. Reg. 8

1. Reg. 8

1. Reg. 6

CA P. 19

1. Reg. 10

CA P. 20

1. Reg. 10

1. Reg. 11

Soph. 1

1. Reg. 12

mites frater. **ויגור** lair vigilans, in Regum scribitur Hur filius laare, **ויגור** quod interpretatur saltus, in Regum scribitur Bethlehemites, in Paralipomenon Lehemites frater. Interfecit ergo Goliath Getheū fratrem Goliz Philistzi, quem interficit Dauid. Fecerunt enim de stirpe Orphe quinque, de quibus in sequentibus dicit. Et percussit eum Ionathan filius Sammaa fratris Dauid. Ionathan ipse est Nathan propheta, qui habuit duos fratres, Iohel & Ionadab. Iccirco ei hic nomen patris ponitur, quia inter preliatores describitur. Vbi verò de prophetia eius scribitur, non ei annotatur pater, eo quod pater eius propheta non fuerit. Quod in peccatum reputetur Israël, id est, in mortem quæ pro peccato venit. In Paralipomenon quingenta septuaginta millia. In Regum trecenta milia. In Paralipomenon scribuntur & hi qui remanserunt, & hi qui interfecti sunt. In Regum verò viui tantummodo numerantur.

Quod verò scribitur septuaginta millia interfecta fuisse: hic tantum capita seniorum numerantur. Cæterum de plebe tot millia interfecta sunt, quot milenarium trecenta numerum excedunt. De tribu Leui & Benjamin, quia non sunt numerati, non sunt interfecti: quia Benjamin ideo euasit, quia recenti tempore fraterno gladio penè vsque ad internecionem conuerterat. Leui verò non numerabatur, quia sacerdotij dignitate præcallebat. Gladium Domini & mortem, & angelum Domini. Dicitur Dominus in Ægyptum descendisse & percussisse Ægyptum plagis, & peremisse primogenitos Ægyptiorum. Hic verò quod terribiliter positus est, primum de gladio Domini, temperatur dum dicitur, & angelum Domini non in manu hominis: vt flagellum eius non esset in manu hominis, sed in manu Dei, quia multæ miserationis est. Flagellum enim hominis & in gladio est; & in fame, quia possunt prohibere venundationes ij, apud quos sunt frumeta. Vidit Dominus & misertus est. Auert Sadoch sacerdotē infulatū Dominū deprecatur fuisse, & imitatur fuisse patrē suū Aaron, & illius preces & deuotionē Dominum vidisse, & misertum fuisse. In Paralipomenon **אורן** ornan, & interpretatur lumen nobis, in Regū verò **אורנה** arcuna, id est, arca. Ornan Iebusæum fuisse ibi patescit, quia noluit Dauid absque pecunia aliquid eius offerre Domino. In lege enim est prohibitum. Quidam iccirco dicunt bis sanguinem fustum à Dauid pro sanguine hostili, quem effudit, & pro sanguine Vriæ qui effusus est.

Filij Gerfan, filij Moysi Sebucl primus. Ipsū ferūt esse qui in Iudicū Ionathā scribitur, qui fuit sacerdos in Tribu Dan. **ינתן** Ionathan interpretatur domini donum, **שבועל** Sebucl reuertens ad Dominū, de quo ibidē scribitur, quod ipse & filij eius fuerūt sacerdotes in tribu Dan vsque ad diem captiuitatis terræ, id est, vsque ad diem quando arca Domini ab Allophylis capta est. Sebucl reuertitur Deus, iuxta hoc quod habetur in propheta: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Porro filij Rahabia multiplicati sunt supra domum. Et hic impletum est, quod Dominus dixit ad Moysen, dimitte me, vt delectam populum istum, & faciam te in gentem, quæ maior ista est. Nouissima, &c. supputabitur numerus filiorum Leui: quamdiu tabernaculum Domini mutabatur de loco ad locum, à viginti annis eligebantur. postquam verò templum Domini ædificatum est, à triginta annis. Quod verò in quibusdam codicibus habetur, ad feruentem simillam, & in quibusdam ad feruentem tantummodo, error inest. In Hebræo non habet in hoc loco simillam, quia similia iam pau-

lo superius nominata est: sed ad torrendum, in Hebræo ponitur, vt subauilias spicas, primitiæ enim spicarum quando deferebantur, torrebantur, & grana comedebantur. quod genus cibi vulgò grancas vocant. In quibusdam codicibus habetur: super omne pondus & menturam: sed in Hebræo in hoc loco pondus nō habet, sed mensurā tantum geminato nomine positam, siue eam quæ brachijs aut manibus, aut funibus metitur, siue eā quæ vasis. Principes sanctuarij, filij Ithamar. Principes Dei, de filiis Eleazari: Principes sacerdotū de Eleazar. Et iccirco principes Dei dicuntur principes sanctuarij de Ithamar, quia ibi ministrabat. Vicesima Ezechiel: à qua cognomē sortitus est Ezechiel propheta. Salomith de filiis Issachar. Superius generis feminini. Salomoth verò in sequentibus generis masculini. Filij Merari IaaZIAHU. Hic IaaZIAHU in vicesima quarta MaazIAHU scribitur. **מזיק** MaazIAHU interpretatur de auxilio Dei. **קרן** IaaZIAHU auxiliū Domini. Vt exaltet cornu, id est cornu Israël: siue cornu, regem Dauid. In sorte vicesima Eliba, qui paulo superius Eliatha nominatus est. **אליהו** Eliatha interpretatur Deus meus tu. **אליהו** Eliba deus meus veni. Obed Edō plaga australis, & filius est domus cōsiliij. Domū cōsiliij pleriq; intelligi volūt sancta sanctorū, in quo erat arcanū cōsiliij. Elihu frater Dauid princeps Iuda: In Regū Eliab vocatur. **אליב** Eliab Deus meus pater. **אליהו** Elihu Deus meus Dominus. Noluit autem eos Dauid numerare à viginti annis inferius. Vfus enim erat, vt si quando numeraretur à viginti annis & supra, numerarentur hi qui poterant ad bella procedere, aut aliquo ministerio fungi. Quia verò Dauid generaliter iussit omnes numerari, & infra viginti annos, & supra viginti annos, iccirco indignationem Domini expertus est. In fastis regis Dauid: quia superueniente indignatione Dei, omnis iste numerus conturbatus est, & non fuerunt distributi per ministeria, neque ad aliqua officia. Iis autem thesauris qui erant in vrbibus. Thesauros in hoc loco, nō solum pecuniam, sed & omnes substantias nominat. Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius, ipse est Nathan propheta. Patruus verò honoris & propinquitatis causa vocatur. Iahiel filius Achamoni erat cum filiis regis. Iste Iahiel est filius Dauid, qui in Regum Chilab nominatur, Achamoni sapientissimus ipse est Dauid.

Qui præerant substantiæ regis cū Eunuchis. Quæri potest cur hic Eunuchi ad tam grande consilium vocati esse dicantur, cum Israëlitas abscondi lex prohiberet, & alienigenæ non facile possunt admitti ad tam grande consilium. Tradunt Hebræi in hoc loco illos vocari Eunuchos, qui ab omnibus actibus sæculi alieni, orationi tantum & lectiōi vacabant: & vxores non causa libidinis, sed suscipiendę prolis gratia habebant, quos Iosephus secundum eorum hæresim Essenos vocat. Audite me fratres mei & populus meus. In hoc loco & fraternitatem & prioratum suum demonstrat. Tauros mille cum libaminibus suis, id est, cum vino. Vixerunt secundò Salomonem filium Dauid. Vixerunt autem eum in principem, dicentes: Quicumque regnet tu Deus noster, tu semper sis Deus noster. Seditque Salomon super thronum Domini propter similitudinem leonum, qui etiam in cherubim describuntur. Gesta autē Dauid priora & nouissima: Priora quando regnauit in Hebron, nouissima quādo regnauit in Hierusalem. Notandum quod quadraginta annis regnasse perhibetur, & in libro Samuelis secundo scribitur septem annis & sex mensibus in Hebron, in Hierusalem triginta tres.

IN LIBRVM SECVNDVM
PARALIPOMENON.

C A P . 1 **F**ECISTI cum patre meo misericordiam magnam; & constituisti me regem pro eo. Quia secundum legem prohibitum erat, me, qui de alterius vxore generatus sum, introire Ecclesiam Dei. Et fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Hierusalem. Vrbes quadrigarum dicit cortes, quæ in Hierusalem erant ædificatæ ad stationem curruum, quod & sequentia monstrant, cum dicitur, Et cum rege in Hierusalem. Et qui de Ægypto, & qui de Coa. Alij dicunt insulam esse vnâ de Cycladibus, in qua fuit Æsculapius. Hebræi dicunt, & hoc nomine congregationem significari.

C A P . 2 **J**ER. 53 **I**n Paralipomenon **דורם** Hiram quod interpretatur Deus excelsus: In Regū, **דורם** Hiram quod interpretatur viuit excelsus. Misitq; tibi Hiram patrē meum. Hic Hiram filius fuit mulieris de progenie Salomit, de tribu Dan, qui in libro Numerorum scribitur. Patrem verò eius tradunt Hebræi fuisse Hebræum de progenie Ooliab de tribu Dan, qui in eremo cum Beseleel operatus est. Quod verò hic Tyrium eum vocat, illi dicunt hoc translatione factum fuisse. Zori enim lingua eorum plasmator intelligitur. Tyrus enim quam illi Zor vocant, in quibusdam locis plasmatio intelligi solet. Iccirco vocat illum patrem suum, quia ad eum de terra Israel ad peregrinandum profectus, docuit eum timorem Domini, & adduxit eum ad cognitionē Dei. Moria interpretatur visio, ipse est enim locus, de quo dictū est Abraham: vade in terram visionis. In mensura prima, id est mensura qua Moyse tabernaculum in eremo mensus est. **דורם** Iachin interpretatur præparator. hunc volunt intelligi Dauid. Boos propter virtutem castitatis.

Exodij 32

C A P . 3 **Genes. 22** Secundum speciem quam iusserat fieri, subauditur Deus. Boues propter memoriam vituli in eremo conditi. Basilicam grandem, vbi reges orabant. Dominus dixit vt habitaret in caligine, quando ad Moysen dixit: Ecce ego venio ad te in columna nubis. Et cum deprecati fuerint in loco isto, exaudi de celo: & propitiare peccatis eorum, & reduc eos in terram quam dedisti patribus eorum. Cum enim eos in loco ipso oraturos dicat, cur dicit: & reduc eos in terram quam dedisti patribus eorum: nisi forte ij qui ad orandum venerint, obtinere valeant, vt ij qui in captiuitatem ducti sunt, reducantur. Et conuersi à peccatis suis exaudias eos. Notandum, quòd cum ad orandum pergitur, à peccatis conuertendū est. Non auertas faciem Christi tui, id est, non reprobos deprecationem meam. Vnde & dicitur: Suscepi faciem tuam. Sanctificauit Salomon medium atrij ante templum Domini. Quia præ multitudinē sacrificiorum hostiæ non poterant offerri omnes in altari, & ideo medium partem atrij dedicauit: vt & in ea ita offerretur, sicut in altari. Feritque die octaua collectam. Hæc est collecta quæ in libro Leuitici scribitur. Dies octauus erit vobis celeberrimus atque sanctissimus. est enim cœtus atque collecta. Duabus enim vicibus in anno hæc collecta colligebantur, id est, die octauo paschæ, & die octauo tabernaculorum. Et notandum, quòd in ea quæ in pascha celebrabatur, dicitur, celebrabitis collectam Domino Deo vestro: in ea verò, quæ in solemnitate tabernaculorum, celebrabitis collectam vobis. Latantes atque gaudentes super bonis, quæ fecerat Dominus Dauid, & Salomoni, & Israël populo suo. Quia Dauid dimisso peccato Vriæ Erhei regnum

C A P . 4

C A P . 6 **Exodij 19**

concessit in sempiternum: & Salomoni, quem lex prohibebat Ecclesiam Dei intrare, non solum veniam, sed etiam regnum concessit: & Israel, qui post multitudinem præuaricationum, templum, in quo Dominum inuocarent, requiem & Dei gratiam meruerunt. Ciuitates, quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit. Eas ciuitates quas Salomon dedit Hiram, & iste noluit eas suscipere, sed vocauit terram Chabul, ipsas dicit Hiram Salomoni dedisse. Omnia, quæ voluit Salomon, atque disposuit, ædificauit in Hierusalem, & in Libano. Hic in Libano templum significatur, iuxta illud Zachariæ. Aperi Libane portas tuas: In solemnitate hebdomadarum, id est, Pentecostes. Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouissimorum: Priorum antequam præuaricatus esset: posteriorum postquam præuaricatus est. In visione quoque Iaddo videntis. Iaddo ipse est propheta, qui ad arguendum Ieroboam pro altari quod fecerat, à Deo missus est in Samariam.

C A P . 7 **Leuit. 23** Pater tuus durissimo iugo nos oppressit, eo quod vixingitiquattuor millia per vices mensibus singulis morabantur cum rege in Hierusalem. Inii consilium cum senibus qui stiterant coram patre eius Salomone, id est cum Banaia filio Ioiaðæ, & Iaihel filio Achamoni, qui alio nomine Chilab vocatur. Relicto consilio senum cum iuuentibus tractare cœpit, id est Adhuram, qui in sequentibus lapidatus describitur. Nunc autem video domum tuam Dauid. Nunc autem videat Deus quia quod nos à domo Dauid recedimus, peccatum est filiorum eius, qui nos abiciunt. In Regum Aduram: in Paralipomenon Adhuram. Aduram fluuius exaltatus: Adhuram ruina exaltata. Et ædificauit ciuitates muratas. Causa belli ædificauit ciuitates. Sacerdotes excelsorum & dæmonum. Quia sicubi fiebat imago, dæmones dabant responsa, & constituebantur eis sacerdotes. Duxit autem Roboam vxorem Machalar, filiam Ierimut, filij Dauid. Iste Ierimut non scribitur neq; in Regum, neque in Paralipomenon, quia fuit de filiis concubinarum. Accepit Maacham filiam Absalon. Non est iste Absalon filius Dauid, sed alius, quod in Regū volumine demonstratur. Scripta sunt in libro Semeiæ prophetæ & Iaddo videntis. Hunc Iaddo superius Iaddo nominauit. Stetit Abia super montē Samaraim. Multi putant hoc de Samaria dictum, quod non potest esse. fuit enim mons in Ephraim haud procul à Carmelo, vbi fuit Elias. Ipsi & filiis eius pactum salis. Pactum salis in quibusdam locis pro lege ponitur, quæ omnium condimentum est, & in hoc loco pro domo Dauid, qui vniuerso Israeli condimentum fuit. Porro Roboam erat rudis & corde pauido. Quia Semeiæ prophetæ verba extimuit. In tauro & arietibus septem consecrabantur manus illius, qui sacerdos futurus erat. hunc enim morem Ieroboam cœperat ad sacerdotes idolorum consecrandos. Et corruerunt vulnerati ex Israel quinquaginta millia virorum fortium, Hi nimium, qui ante idolum curruauerunt genua sua: præceptum enim erat in lege, vt, si quis idolum adoraret, moreretur. Et cepit Bethel, & filias eius. Bethel ipsa est, in qua posuerat Ieroboam vitulum. Ephron quoq; & filias eius: Ephron ipse est Sichem.

C A P . 13 **J**ER. 13 **Azarias autem filius Odeth. Odeth ipse est Iaddo, qui ad Ieroboam missus est. In tempore illo non erit pax egrèdienti & ingredienti. Tradunt hoc quinquaginta duobus annis post euerfitionem templi impletum, ita vt in his quinquaginta duobus annis nec avis volauerit, nec bestia pertransierit per Hierusalem, & Israël fuerit absque spe, & omnes gētes,**

in conturbatione. Et ædificauit altare Domini, quod erat ante porticum. Illud scilicet, quod à Salomone constructum fuerat, renouauit. In omni enim corde suo iurauerunt. In corde, in ieiunio, & in afflictione, in voluntate, in elemosyna. Sed & Maacha matrem Asa regis. Iccirco non dixit matrem suam, quia non ambulabat viam rectam, sicut filius eius. Ex Augusto deposuit imperio, hoc est de sacerdotio. Comminuit simulacrum Priapi, & combussit in torréte Cedron. Aiunt comminuisse istud, & clam voluisse proicere, quod Dominus vt patefaceret, in torrente Cedron ex aqua ignis processit.

CAP. 16

Iussit eum in neruum mitti, eo quod publicè se arguit. Doluit pedes Asa, quia podagrico humore correptus est. Notandum, quod regibus causa reuerentiæ combustiones vestimentorum & aromatum fiebant. Vnde dicitur, & iuxta combustiones maiorum facient tibi. Et ambulauit in viis David primis, id est, antequam peccasset David. Post istum quoque Amasias filius Zacri consecratur domino, eo quod esset de tribu Issachar, & esset doctor.

2. PAR. 21
CAP. 17

CAP. 18

Porro rex Israël tabat in curru suo contra Syros, vsque ad vesperum, & mortuus est occidente sole. Accepro vulnere mortali, iussit se teneri, ne deprehenderetur ab hostibus quod vulneratus esset, & illius ruina & hostibus victoriâ, & populo periculum fugæ incuteret. Occidente sole mortuus est, vt nō sit præsidium fugæ suæ populus haberet. Iehu filius Anani, illius videlicet prophete qui ab Asa rege Iuda in carcerem missus est. Filij Moab & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis. Ammonites, Idumæos vult intelligi, quia ob reuerentiam fraterni nominis, volebant in pristino habitu arma mouere contra Israël, sed transfigurabant se in habitum Ammonitarum. de iis locis, quæ trans mare sunt, mare salinarum, vbi Iordanis influit. Ante atrium nouum: Atrium nouum vocat, id est atrium, quod peccando vetus fecerant, & pœnitendo ad pristinam nouitatem reducerant. Nomen enim tuum in domo ista. Quod scriptum erat in fronte pontificis siue in vestimento Ephod, quod in sequentibus monstratur. Idem locus Ieruel vocatus est, ab ea die, id est timor Dei. Egressi sunt per desertum Thecuc, vnde fuit Thecucis femina. Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia eius. Iccirco deest bonus, quia in hac re non mansuetudinem suam, qua omnes tolerat, sed iudicium exercuit.

CAP. 19
3. REG. 16

CAP. 20

Vocauerunt locum illum vallis benedictionis. Vallis benedictionis, ipse est Ieruel, de quo supra dictum est. Nomen matris eius Azuba, filia Silai. Silai interpretatur missus, ipse est Anani propheta, filius Iaddo, de quo superius dictum est. Qui iccirco missus vocatus est, eo quod ad patrem Iosaphat generū suum, ad prophetandum missus sit. Prophetauit Eliezer filius Dodahu. Dodahu intelligitur filius auunculi eius Iosaphat fuisse. Omnes hi filij Iosaphat regis Iuda, quia imitabantur opera regis Iosaphat: ideo duplicatur cum dicitur: Omnes isti filij Iosaphat. Ambulauit Ioram in viis regum Israël, sicut egerat domus Achab. Filia quippe Achab erat vxor eius. Athalia erat vxor eius, quæ non Achab, sed Amri filia erat, sed imitatione illius, filia eius vocata est. Vnde & in Regū dicitur de Ioram. Erat quippe gener domus Achab. Insuper excelsa fabricatus est. Plerique putant in domo Domini illum excelsa fabricatum fuisse, quæ sita est in monte Moria, quod manifestius in gestis Manasse regis ostenditur. Nec remansit ei filius nisi Ioahaz. Ioahaz, ipse est Ochozias, pater Ioas filius Ioram, cuius

CAP. 21

foror fuit Iosabeth, Iosabet verò non fuit filia Athalia, sed de alia vxore susceptam Ioram. Questio valde perplexa oboritur. Dicit enim regnasse Iorā octo annis, & vixisse eum quadraginta annis, & dicit filium eius Ochoziam, cū regnare cœpisset, fuisse quadraginta duorum annorum. quod si ita est, duobus annis ante, quàm ipse natus est, ipse illum genuit. quod nisi soluat, quàm sit ridiculum, etiam simplex lector aduertit. Ipse enim Ioram, qui hic quadraginta annis vixisse describitur, & octo annis regnasse, vixit annos quadraginta, & regnauit viginti & octo. octo enim anni, qui ei in regno tribuuntur, ipsi sunt, antequam fratres occideret, cum adhuc innocenter viueret. viginti verò anni, quibus regnauit, ideo à numero eius auferuntur, quia in languore & in tribulatione deduxit eos: ideo filio eius tribuuntur, qui non amplius, quàm viginti duos annos habens, regnasse perhibetur, ne de numerorum summa remanentes, errorem indagini temporum facerent. Ahazias enim vixit viginti tribus annis, vno tantum anno regnauit. Collatio enim lectionis libri Regum huic soluendæ quæstioni magnum præbet auxilium. Igitur Azarias filius Ioram rex Iuda: Hic Azarias paulò superius Ochozias nominatus est. Ochozias interpretatur apprehendens Dominum: Azarias adiutorium Domini. Et ideo mutatur ei nomen in melius in hoc loco, eo quod, iuxta præceptum Domini, ad infirmum visandum descendèrat. Et filios fratrum Ochozias qui ministrabant ei. Filios fratrum dicit consobrinos & consanguineos. Et tertia pars in porta quæ appellatur fundamenti. Porta fundamenti, porta sanctuarij. Et omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini: id est, quamuis necessarii sint ad implendum opus, id est ad confirmandum regem, obseruent tamen custodias Domini, ne quis exterorum ingrediatur locum, quem ingredi non debent nisi sacerdotes & Leuitæ. Impotuerunt super eum diadema & testimonium. Testimonium Phylacteria, eo quod in illis decem verba legis essent. Vnxitque eum Ioada pontifex & filij eius. Zachariam dicit qui propheta erat, quem postea idem Ioas interfecit, vt ad magnum damnationis eius pertineret augmentum, cum interficere, qui se in regem vnixerat. Vidit regem stantem super gradum suum, super columnam videlicet, quam Salomon præparauerat regibus in Basilica. Pepigit Ioada fœdus inter se, vniuersumque populū, & regē: Se in loco legis & Dei, quippe qui minister Dei erat, collocas, & cuius nomē interpretatur Dominū cognoscens: Et populū & regē, vt & populus, & rex obedirēt Deo & legi eius, & populus erga regem fideliter ageret, & rex populū cum iustitia regeret. Sub manibus sacerdotum Leuitarum. Ne de alia tribu sacerdotes fierent nisi de Leui. Constituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur immundus in omni re, id est, vt nullatenus vlla occasione ingrederetur in domum Domini aliquis de sacerdotibus Baal. Et vrbs quieuit: siue quia eatenus idolorum cultibus tempore Athaliæ inquieta erat; siue quia post tumultū, quo rex vnctus est, Athalia interfecta, singulis ad domos suas pergentibus, omnis tumultuatio conquieuit.

CAP. 19

4. REG. 1

CAP. 21

Ista 24

CAP. 21

Et nomen matris eius Sebia, de Bersabee. Iccirco nomen patris illius non scribitur: quia non fuit tam celebre vt scribi potuisset. Quorum enim nomina scribuntur, aut celebritate, aut potentia, aut generositate illorum sit. Egre dimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israël pecuniam ad facta tecta templi Dei vestri per singulos annos. Hæc est pecunia

Exodi 30

cunia, quam in lege dari præceptum est, quam in enumeratione ipsius, per singulos annos dare consueverant, id est, singuli dimidios ficos, quod à diebus, ex quo Athalia regnare cœperat, non dederant: Athalia enim impijssima, & filij eius destruxerunt domum Domini. Filios eius, sacerdotes idolorum dicit, plerumque enim in sacro eloquio filij non nascendo, sed imitando vocantur. Destruixerant autem domum Dei, siue spoliando istam ornamentis, siue vt ferunt, terræmotu factò, sicut tempore Ozias: vt sicut illo intrante cum thuribulo, ita etiam Athalia idola in domum Domini mittere nitente terræmotus factus sit. Eo quòd fecisset bonum in Israël; & cum Deo & cum domo eius. Cum Deo, quia idola, quæ ad aspernationem Dei facta erant, subuertit. Cum domo eius, quia ruinas & scissuras instaurauit in Israël, quia regnum domus Dauid instaurauit, amouens inde idololatriam, quæ peccatis illorum dominata fuerat. Postquàm obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem. Adorauerunt eum vt Deum: & acquieuit eorum obsequijs delinitus, vt se vt Dei coli permitteret: Hæc dicit Deus: Quare transgredimini præceptum Domini? Ac si apertè dicat: quem vos Deum habere destitistis, in tantum, vt tale nefas feceritis, quod nunquam ante in vobis factum est. Et notandum, quòd non in alio loco inuenitur: Hæc dicit Deus, nisi hic tantum, filij enim Zachariæ cum eo interfecti sunt, & idè dicit filiorum Ioiadæ sacerdotis. Insidiati sunt ei Zebat filius Semmaa Amanitidis & Iozabath filius Samarith Moabitidis. Iccirco enim eos dicit filios Amanitidum & Moabitidum, ad exaggerandam malitiam Israelitarum, qui vlcisci noluerunt sacerdotem Dei, quod illi fecerunt qui filij alienigenarum fuerunt. Porro filij eius, & multitudo prophetarum: filios eius, quos Syri interfecerunt coram eo, facientes in eum ignominiosa iudicia, siue quia turpes in eum res egerunt, siue quia interficientes filios eius improperabant ei scelus, quod iste in Zachariam perpetrauerat. In Hebræo: & fundamentum domus Dei, eo quòd sanguis Zachariæ vsque ad fundamentum templi & altaris peruenerit. Fecitque bonum in conspectu Domini, verum tamen non in corde perfecto. Quia pro præsentis sæculi dignitate, non pro futura patria laborabat: Iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum. Quamquam illi Dei timore & in vltione Zachariæ illum occiderint: tamen ab eo occisi sunt iudicialiter, quia non ore prophetæ, nec consultu Domini, sed sua præsumptione illum occiderunt. Non est Deus cum Israël; & cunctis filijs Ephraim. Quia cum alijs tribubus erat, cum tribu Ephraim, vnde reges erant, non erat propter præuaticationem Hieroboam & cæterorum regum. Separauit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim, quia idola secum habebant. Amasias, post cædem Idumæorum, & allatos Deos filiorum Seir, statuit illos in Deos sibi. Cum enim præcipitentur illa decem millia, illa idola, quæ secum habebant, responsum dederunt, ideo illos interfectos, quia de cultu eorum negligentes fuissent. Videns ergo ille idola responsum dare, & à ruina eripi; hoc errore deceptus, adorauit ea. Misit prophetam ad eum. Propheta hic Eliezer, est filius Dodahu, id est, auunculi eius, de quo superius dictum est. Cessauitque propheta, & dixit. Cessauit ad minas regis, & dixit ad imperium Domini. Quia fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo. Consilio autem eius acquiesceret, si eos igne combureret, vestimenta dirumperet, cinerè super caput spargeret, & totum se

CAP. 25

pœnitentiæ daret: hoc etenim illi consilium propheta dederat. Carduus Libani qui est in Libano;

Hic Carduum Libani vocat, ob generositatem illius, qui quamuis negligenter ageret, magnis erat maioribus procreatus, quippe qui de Israël femine erat. Omne quoque aurum, & argentum, & vniuersa, quæ reperta sunt in domo Domini apud Obéd Edom. Apud Obéd Edom, quia eius filij custodiebant ea, & ab eo descripta ibi permanebant.

Vixit Amasias filius Ioas rex postquam mortuus est. Ioas filius Iohaaz rex Israël, quindecim annis. Eo tempore in vtero habebatur Ozias, qui postea regnauit in Hierusalem. Vnde & scribitur, sedecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpisset. Ex eo tempore quo discessit Amasias à Domino, insurrexit super eum coniuratio in Hierusalem, quia ex eo tempore, quo propheta consilium non audiuit, neque ad Dominum conuerti voluit, præparatio coniurationis illius facta est; & eatenus dilata, donec ad consummationem pertueniret. Reportantresque super equos sepelierunt eum. Non enim sine causa scriptura dicit, eum super equos portatum, sed colligitur ideo illum portatum super equos, quia Deos Edom qui in equis portabantur, adorauerunt. Et iccirco non portatum super humeros: quia neglexerat seruire Deo Israël, cuius mysteria super humeros Chaititarum portari iusserat.

CAP. 26

Ozias in Paralipomenon: in Regum, Azarias scribitur filius Amasias. Ozias enim interpretatur, virtus Dei. Azarias, auxilium Domini. Iccirco enim virtus Domini vocatur, quia magna in eum virtus Domini ostensa est, percussione lepræ & terræmotu factò. Exquisiuit Deum in diebus Zachariæ; intelligens & videns Deum. Zacharias filius Zachariæ, filij Ioiadæ, qui post mortem patris natus, posthumus patris nomen sortitus est. Intelligens enim & videns dicebatur.

Intelligens propter sacerdotium, videns propter prophetiam. Contra Arabes qui habitabant in Gurbal, ipsa est Gerara, in qua peregrinatus est Abraham. Edificauit Ozias turres in Hierusalem super portam anguli, & super portam vallis, portam ciuitatis, à porta Ephraim, vsque ad portam anguli, quam Ioas rex Israël destruxerat, ipse instaurauit: portam enim Ephraim, portam vallis nominat. In edificio non voluit eius nomen ponere, quod in destruendo posuerat, nec immeritò: quia qui idolis immolabat, & particeps in destruendo fuerat, in edificio proprio nomine non meruit nuncupari, sed nomine vallis censetur propter humiliationem. In domo separata, iuxta quod in Leuitico scribitur; Reliqua autem sermonum Ozias priorum & nouissimorum, scribit Esaias propheta: Esaias propheta scripsit in anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem: eo anno illum mortuum fuisse describit, quo lepra percussus est. Et in muro Ophel multa construxit. In muro Ophel, hoc est, in muro nebulæ: quod intelligitur sancta sanctorum. Dominus enim dixit, vt habitaret in nebula. Filius viginthi quinquæ annorum erat Ioatham, cum regnare cœpisset. Hic & initium regni eius & innocentia describitur: vt monstraret eum in innocentia perseuerasse, qua cœpit. Massam filium Moloch, id est filium idoli Ammon, quod vocabatur Moloch, id est rex: Iccirco enim filius eius dicitur, quod illi sacra instituebat & cultus. Hoc & in Hieremia habes de Ismaele, qui describitur de genere regio cum non de genere regio fuerit, sed de Gera seruo Ægyptio. Ea tempestate erat ibi propheta nomine Obéd: ipse est pater Azariæ; qui Ala regi prophetauit.

Leuit. 13

Esaiæ 6

CAP. 27

CAP. 28

Hier. 48

Ad

2. Paral. 15 Ad prophetandum enim in Samariam venerat, quia de Iuda erat. Iccirco non dixit: Hæc dicit Dominus: quia non erat digni sermone prophetæ. Iratus enim erat Deus illis. In hoc solo loco Achaz vocatur rex Israel, non quod super omnem Israël regnauerit, sed quia secutus sit opera regum Israel, in tantum ut nullus ante eum de regibus nequior fuerit. Vnde & dicitur de eo, quod nudasset Iudam, præceptis & auxilio Dei, sicut de Aaron scribitur, quod nudasset populum. Auxit peccatum ipse rex Achaz, quod videtur quasi superfluum, quod dicit ipse, causa notationis hoc facit. Notat enim eius malitiam, sicut & crebro in laudem hoc pronomen poni solet. Et sepelierunt eum in ciuitate Hierusalem: quia non sepelierunt eum in sepulcro regum, sed in Hierusalem ciuitate in alio loco. Quod verò dicit: non receperunt eum in sepulcro regum Israel: sonat in Hebræo, quod quasi ipsi eum non receperint, qui ibi sepulti sunt: sed quoniam melius intelligi debeat, aut ab ædituis, qui eadem sepulcra custodiebant, prohibitum est, aut alio aliquo modo, voluntate tamen Dei. Nomen matris eius Abia, filia Zachariae postumi: Zachariae prophetæ & sacerdotis, quia Ioa rege interfectus erat. Ipse in anno & mente primo regni sui. In Hebrææ linguæ Idiomatico, etiam primus dies regni eius in hac descriptione subauditur. Auferte omnem immunditiam de sanctuario, id est, idola quæ Achaz posuerat: quæ in modum mulieris menstruata & polluta erant, & polluebant. Auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. Quod plene scribitur in Ezechiele, ubi dicitur, viginti quinque viros habentes dorsa ad templum, & adorantes ad ortum solis.

Hircos septem pro peccato. Contra morem in hoc loco factum est. In omnibus enim locis vnus pro peccato hircus offerri solebat. Sed quia multa erant peccata, ideo septem hirci offerri debuerunt. Iccirco Gad videntem vocat: quia propheta per visum ei veniebat. Mos erat Leuitis, vt illi detraherent pelles holocaustorum: & sacerdotibus, vt quando pro peccato fiebat sacrificium, sacerdotes detraherent. Et iccirco sacerdotes in hoc loco detrahebant pelles: quia pro peccato sacrificium erat. Et quia sacerdotum numerus nõ sufficiens erat ad hoc peragendum: quia tempore Achaz regis dispersi necdum reuersi erant: ideo iuuerunt eos fratres eorum Leuitæ, quia Leuitis rectius erat ad sacrificandum vti, quàm sacerdotibus, eo quod tempore Achaz & ipsi consenserunt: quippe quia exemplar altaris Damasceni Vriæ pontifici missum est. Scripsit epistolas ad Ephraim, & Manasse. Cum omni Israël publicè misisset nuncios, Manasse & Ephraim latenter misit ad eos, quos sciebat conuersum iri posse per epistolas, illi enim superbiore erant propter regiam dignitatem, quæ erat in domo Ephraim. magna enim pars populi comedit de phase, non iuxta quod scriptum est: scriptum enim erat, vt, qui primo mense non poterant comedere, secundo comederent. Venit enim plurima multitudo, quæ purificata non erat in mense secundo: & quia in tertio mense illicitum erat illud peragere, in secundo peregerunt. Pro his orauit Ezechias, quem exaudiuit Dominus, & placatus est populo suo. Aiunt, neminem pollutum potuisse phasæ comedere, quin statim moreretur, & in eo placatum Dominum cognouerunt: quia comedentes extincti non sunt.

Reuersusque est cum ignominia in terram suam. Tradunt Hebræi illi caput & barbam rasam ab an-

gelo, in ignominiam, & hoc fuisse, quod per prophetam Esaiam dictum est: In die illa radet nouacula acuta conducta in rege Assyriorum caput & barbam, & cætera. Quem cum eadem ignominia peruenisset ad templum Dei sui Nefrath, quem dicunt in reliquiis arcæ Noë culturam habuisse. Cum ergo quæreretur deprecans, cui se non adiuuisset, qui etiam filios suos Adramelech & Sarasar sibi offerret, si hoc ille ratum duceret, illi hoc audientes post torclades, ruinas, & ignominias, timètes ab eo interfecti, interfecerunt eum. De portento quod acciderat super terram, de solis reditu per lineas decem. Ad hoc vnum mysterium inquitendum, legati regis Babylonie venerunt. Reliquit eum Deus vt tentaretur: quia non prohibuit ei per prophetam ostendere thesauros suos, sed thesauros domus Domini. Vnde & postea ab eodem propheta obiurgatus est. Et sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid. Et hoc notandum, quia excelsus sepulchrum cæteris filiis Dauid habuit meriti prærogatiua. Et adorant omnem militiam cæli. Duodecim signa, quæ in zodiaco sunt, vt tradunt. Edificauit autem ea cuncto exercitui cæli, id est, sub nomine stellarum demonibus, in valle Benenon, quæ alio loco Gehennon dicitur, id est, vallis filiorum Ennon. est enim hæc haud procul ab Hierusalem, de qua in Hieremia & in Regum libro plene scribitur. ab ea enim originem accepit nomen Gehenna. Locutusque est Dominus ad eum, & ad populum eius: & attendere noluerunt. In manu Esaiæ prophetæ. Tradit Hebræi eundem Manasse filium fuisse filie Esaiæ: & ideo in hoc loco, quamquam nomen matris scribatur, patris tamen illius non scribitur: quia indignus erat profanus rex tanto auctore. Tradunt Hebræi iccirco occisum Esaiam, eo quod eos appellauerit principes Sodomorum, & Gomorra. Et quia dixit: Vidi Dominum sedentem: cum per Moysen dixerit: Non enim videbit me homo, & viuere. Et quia dixit: Addet Deus ad dies tuos quindecim annos: eo quod per Moysen dixerit: Et numerum dierum tuorum implebis. Et quia dixerit: Querite Dominum dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est, cum dicatur: Quis est tam propinquus, quo modo Dominus Deus noster, quando eum inuocamus? Et cognouit Manasse quod Dominus ipse est Deus. Dum enim in Babylonem ductus fuisset, & in vase æneo perforato missus, admotus igni, inuocauit omnia nomina idolorum, quæ colebat: & cum nõ fuisset ab eis exauditus, neque liberatus, recordatum fuisse, quod à patre crebro audierat: Cum inuocaueris me in tribulatione, & conuersus fueris, exaudiam te: vt in Deuteronomio scribitur: exauditum esse à Domino, & liberatum, & reductum in regnum suum, & in modum Habacuk reductum, sicut ille deductus fuerat in Babylonem. Circumdedit Ophel, id est, instaurauit ædificium Sanctis Sanctorum, quod pro idolis construxerat. Ad occidentem Geon, id est à torrente Geon ædificare cepit vsque ad portam piscium, quæ est porta de parte Ioppen. Scripta sunt in sermonibus Ozai. Hic Ozai quidam Esaiam intelligere volunt. ¶ Ozai enim interpretatur, visio mea. Et ideo immutato nomine introducit, quod manifestetur longè istius merita ab illius meritis distare, qui eum interfecit. Ab omni quoque Iuda & Benjamin, & habitatoribus Hierusalem. Habitatores Hierusalem dimidiam tribum Manasse dicit. qui plerumque in tribu Benjamin computantur. Ad Holdam quæ habitabat in secunda. Holdam vxor fuit Sellum, auunculi patris Hieremie, &

Esa. 27

C. A. P. 33

Hier. 7. 19

2. Paral. 18

Esa. 6

Exodi. 33

Esa. 58

Esa. 55

Deut. 4

C. A. P. 34

patris

patris Ananeel. Habebat in secunda. Locus enim erat Hierosolymis extra murum, id est, inter murum civitatis & antemurale, qui vocabatur secunda; cuius metio fit in Sophonia propheta. In Paralipomenon, filij Tocaat, filij Hasra: in Regum Ticua filia Araas. תוקא תוקא interpretatur, stridor. תוקא Hasra, diminutio. תוקא Ticua, spes. Araas, negotiator. Custodis templi, quia templum Domini servabat.

soph. 1

4. Reg. 11

4. A. P. 35

Ponite arcam in sanctuario templi quod edificavit Salomon filius David rex Israel. Notandum quod arca Domini elata de templo fuit, quam modo in templum reduci Iosias precepit. Tempore enim Achaz, quando simulacra in templo missa sunt, elata est inde & ducta in domum Sellum, viri Holdæ auunculi Hieremia, ubi permansit usque ad tempus Iosias. nec enim poterat arca Dei esse in loco, ubi simulacra introducta fuerant, & gentilicium usus & ritus nefandissimus observabatur. Stabant in ordine iuxta preceptum David, & Asaph, & Eman, & Idithum prophetarum regis. Ideo propheta regis vocabantur, quia cum David rege cantabant. Non fuit Phafe simile huic in Israel à diebus Samuelis propheta: quia omnes, qui inveniuntur in illa festiuitate, ibi septem diebus commorati sunt, & omnes sufficienter de regis substantia, & de iis, quæ supra memorata sunt, epulati sunt. Contra aliam pugno domum, id est, contra Adad Remmon regis filij Tabrimon, qui regnavit in Charcamis: quem ea tempestate, quando Iosiam rex Nechao interfecit. Factus est enim planctus magnus in Mageddo, cuius meminit Zacharias propheta. Noluit acquiescere sermonibus Nechao ex ore Dei: quia per Hieremiam prophetam prophetauerat, quod ille ascensurus erat in Charcamis, & victoria potiturus: quæ propheta Nechao regem minime latuit. Unde & Rapses dicit de Sennacherib rege Assyriorum: Dominus iussit me ascendere ad terram istam. Quia iam propheta Israel prophetauerat hoc, quod ille ascensurus esset, quod eum minime latuit. Omnes cantatores, & cantatrices, usque in presentem diem: eo quod scriptum est in lamentatione Hieremia: Spiritus oris Domini, Christus Dominus. Opera eius prima & nouissima. Nouissima in hoc loco ea dicit, eo quod non consuluit Dominum, utrum pergere deberet contra Nechao. Reliqua autem verborum Ioachim & abominationum eius quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eo. Inter cætera mala quæ gessit, etiam hoc fecit in corpore suo, quod Dominus prohibuit, dum diceret: Non tondebitis capita vestra in rotundum, neque super mortuum, neque stigmata facietis in corporibus vestris. Quæ postquam mortuus est, in corpore eius inuenta sunt. Nabo נבו propheta. Est enim nomen idoli, cui idem Nabo seruiebat. Chodanasar חודנאסר capiens plasina vinum. Ipse precepit mihi ut edificarem ei domum in Hierusalem. Audierat enim prophetiam Esaiæ, in qua dixerat: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi manum. Esdras scriba ei hoc legit: & iccirco dixit sibi à Domino hoc preceptum de cunctis regibus terrarum. Hi duo per prophetiam, antequam nascerentur, propriis nominibus vocati sunt, id est, Iosias & Cyrus; Iosias, ut destrueret idola & cultum Dei renouaret; Cyrus, ut ruinas templi instauraret.

Zach. 12

Hier. 46

4. Reg. 18

Thren. 7

4. A. P. 36

Leuit. 19

Zach. 11

Adiecta ex

1. libro 1

Elaiæ. 46

nonnullis, omnia locorum propria nomina, quæ sacris in litteris continentur, iuxta alphabeti ordinem nunc explicat: incipit autem semper à Genesi, & sic deinde ordinatè per alios profectur libros, vt ex citationibus, quas nos in margine apposuimus, clarè apparebit. Sequitur autem litterarum ordinem, prout in Græco apud Eusebium ex l. x. inueniatur. Propterea mirum alicui non sit, si Latina Hebraicis interdum non respondent: per A. enim incipiunt apud Græcos, & Latinos, quæ apud Hebræos non solum per א, verum etiam per א, פ, & י, initium sumunt, harum enim singula per omnes vocales nostras quatuor, a, e, o, u, prout ex punctorum lectione facere oportuit, à veteribus expressa sunt: y quoque, ob similitudinem vocis per, g, nostrum interdum explicatur, vt patet in gomer, & gomorra, sicuti per, c, nostrum non solum quæ à ד & פ, sed etiam quæ à מ incipiunt: vt ex Hebraicis characteribus, quos facilius cognitiōis causa, & vt interpretatio D. Hieronymi elucesceret, interdum nos apposuimus, videre poteris. Hieronymi autem genuinum esse hoc opus, non solum ex ipso, qui multoties illud, veluti à se editum, citat, sed ex omni retro antiquitatè, quæ id ipsum quoque asserit, clarè, ac dilucidè constat.



EVSEBIUS, qui à beato Pampilio martyre cognomentum sortitus est, post decem ecclesiasticæ historiae libros, post tempora canones, quos nos Latina lingua edidimus, post diuersarum vocabula nationum, quæ quo modo apud Hebræos olim dicta sint, & nunc dicantur, exposuit; post topographiam terræ Iudææ, & distinctas tribuum sortes; ipsius quoque Hierusalem, templique; in ea cum breuissima expositione picturæ; ad extremum in hoc opusculo laborauit, vt congregaret nobis de sancta scriptura omnium penè vrbium, montium, fluminum, viculorum, & diuersorum locorum vocabula: quæ vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliqua ex parte corrupta. Unde & nos admirabilis viri sequentes studium, secundum ordinem litterarum, vt sunt in Græco posita, transtulimus, relinquentes ea, quæ digna memoria non videntur, & pleraque mutantes. Iam enim in temporum libro præfatus sum, me vel interpretem esse, vel noui operis conditorem: maximè cum quidam, vix primis imbutus litteris, hunc eundem librum ausus sit in Latinam linguam non Latine vertere: cuius imperitiam ex comparatione eorum, quæ transtulimus, prudens statim lector inueniet. Vt enim excelsa mihi non vindico, ita terræ inhærentia me supergredi posse credo.

Ararat, Armenia. Siquidem in montibus Ararat, Gen. 8. arca post diluuium sedisse perhibetur, & dicuntur ibidem usque hodie eius permanere vestigia. Meminit horum montium & Hieremias in visione contra Hier. 51. Babylonem. Iosephus quoque in primo antiquitatum Iudaicarum libro, secularium litterarum historias proferens, Animaduertens, inquit, Noë terram diluuii liberatam, septem alios dies abire permisit: & vniuersa animalia bestialiaque patribus claustris emittens, ipse cum sua prole egressus est, immolans Deo hostias, gaudensque cum liberis. Hunc locum Armenij exitum vel egressum vocant. Siquidem ibi cultores illarum regionum, arcam primum sedisse testantur, & lignorum quædam superesse monumenta. Arcæ huius & diluuij, omnes qui barbaras scripsere historias, recordantur: quorum vnus est Berofus Chaldaeus, qui super diluuium referens, hæc locutus est: Dicitur huius nauis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere, & quosdam bitumen ex ea auellentes circumferre: quo vruntur vel maximè hi qui lustrantur & se expiant. Sed & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum pulchro

DIVI HIERONYMI EVSEBII
IN LOCA HEBRAICA

PROOEMIUM.

ARGUMENTVM.

E. Eusebio Pampilli vertens opus, mutatis, sublatiq;

pulchro sermone conscripsit: & Mnaseas, & multi alij. Nicolaus quoque Damascenus in nonagesimo sexto libro refert. Est in Armenia super Myniadem mons nomine Bearis, ad quem multos in diluuiio confugisse autumant, ibique saluatos esse: alios verò in arcæ aluco supernatantes, ad eius verticem peruenisse, & vsq; ad multas ætates ligna arcæ monstrari solita: quos quidem ego puto non esse alios, nisi eos, quos Moyses legifer Iudzorum in suis voluminibus edidit. Achad ܐܚܐܕ, vrbs regni Nemrod in Babylone. Porro Hebræi hanc esse dicunt Mesopotamiæ ciuitatem, quæ hodie quoque vocatur Nisibi, à Lucullo quondam Romano cõsule obsessam, captamque, & ante paucos annos à Louiniano imperatore Persis traditam. Agai ܐܓܝ, ad occidentalem plagam vergit, Bethel non multum ab ea distat. Sira autem est Bethel euntibus Æliam de Neapoli in læua parte viæ, duodecimo circiter milliario ab Ælia: & vsq; hodie paruus licet vicus ostenditur: sed & ecclesia ædificata est, vbi dormiuit Iacob peigens Mesopotamiam. Vnde & ipsi loco Bethel, id est domus Dei, nomen imposuit. Agai verò vix paruæ ruinæ residet: & locus tanquam modo monstratur, Et sciendum quod in Hebræo litteram non habet, sed vocatur ܐܝ: scribiturque per elemētum quod apud eos dicitur yain. Astaroth carnaim, terra gigantum quondam in supercilio Sodomorum, quos interfecit Chodorlaomor. Sunt hodieque duo castella in Baranea hoc vocabulo, nouem inter se millibus separata inter Adaram & Abilam ciuitatem. Arboch, corrupte in nostris codicibus Arboc scribitur, cum in Hebræo legatur ܐܪܒܘܚ Arboc, id est, quatuor: eo quòd ibi quatuor patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob sepulti sunt, & Adam magnus: vt in Ioseph libro scriptum est: licet eum quidam conditum in loco caluarie suspensurum. Hæc est autem eadem Chebron olim metropolis Philistinorum, & habitaculum gigantum, regnumque postea Dauid in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis & fugitiuorum. Distat ad meridiam plagam ab Ælia millibus circiter vigintiduoibus. querus Abraham, quæ & Mamre, vsq; ad Constantij regis imperium monstrabatur: & Mausoleum eius in præsentiarum cernitur. Cumque à nobis iam ibidem ecclesia ædificata sit, à cunctis in circuitu gentibus terebynthus superstitione colitur: eo quòd sub eo angelos Abraham quondam hospitio susceperat. Hæc ergo primum Arboc, postea à Chebron, vno filiorum Chaleb, sortita vocabulum est. Lege verba dictum. Ailat in extremis finibus Palæstinae iuncta meridianæ solitudini & mari rubro: vnde ex Ægypto Indiam, & inde ad Ægyptum nauigatur. Seder autem ibi legio Romana cognomento decima: & olim quidem Ailat à veteribus dicebatur, nunc verò appellatur Aila. Sed & Elamitarum quondam natio fuit, cui imperauit Chodorlaomor, cuius in actibus quoque Apostolorum mentio fit: & in regnorum libris, vrbs quedam Palæstinae Helam scribitur: Adama, vna de quinque ciuitatibus Sodomorum euerfa cum cæteris; Hazazonthamar, in hac habitabant quondam Amorrei: quos interfecit Chodorlaomor iuxta eremum Cades. Est & aliud castellum Thamaræ, vnius diei itinere à Memphis oppido separatum, pergentibus Æliam de Chebron, vbi nunc Romanum præsidium positum est. Allus, regio Idumæorum, quæ nunc Gabalene dicitur, vicina Petræ ciuitati. Anam euntibus Thannan, nunc desertus locus & proximus Tamne vico grandi, qui situs est inter Æliam & Diospolim. Est & fons in supra dicto Æna loco: vnde & Ænan, id est, fontis nomen accepit: in quo stans idolum maxima illius regionis veneratione colitur. Porro Hebræi affirmant Ænan non locum significare, sed biuium: vbi certo intuitu necessarium sit ad vnam de duabus viis eligendam. Arcaatad, locus trans Iordanem: in quo planxerunt quondam Iacob, tertio ab Hierico lapide, duobus millibus ab Iordane. qui nunc vocatur ܐܪܥܐܬܐܘܪ Beragla: quod interpretatur, locus Gyri: eo quòd ibi more plangentium circumierint in funere Iacob. Ælim, castra filiorum Israël, & locus in deserto: in quo duodecim fontes, & septuaginta palmarum arbores Moyses de mari rubro exiens reperit. Ælus in deserto, vbi filij Israël castrametati sunt. Aferoth, pars eremi, vbi Maria & Aaron contra Moysen locuti sunt. Habitauerunt autem quondam Euei in Aferoth vsq; ad vrbem Gazam. Verum hæc loca non Aferoth, sed Aferum appellari Hebræi putant. Afermona, castra filiorum Israël in deserto. Abetharim: pro quo Aquila & Symmachus, exploratorum viam interpretati sunt: vbi aduersum Cananæum, qui ab austro contra Israël eruperat, in solitudine dimicatur. Abic, quæ & Achatgai, pro hac Symmachus interpretatur, in collibus. Est autem e regione quondam Moab nunc Areopoleos ad orientalem plagam. Arnon, rupes quædam in sublime porrecta in finibus Amorrhæorum inter Moab & Amorrhæos. Moab verò Arabiæ ciuitas est, quæ nunc Areopolis nominatur. ostendunt regionis illius accolæ locum vallis in prærupta demersæ satis horribilem & periculosum, qui à plerisque vsq; nunc Arnonas appellatur: extenditurque ad septentrionem Arcopoleos: in quo & militum ex omni parte præsidia distributa, plenum sanguinis & formidinis testantur ingressum. Hic quondam Moabitarum fuit, & postea Seon rex Amorrhæorum iure belli eum obtinuit: sed & terra filiorum Israël, trans Iordanem incipiens ab Arnone, vsq; ad montes Herinon & Libanum extenditur. Ar locus vel opidum Arnonis, quod à Septuaginta interpretibus per extensam vocalem ܐܪܢܘܢ dicitur. Æsimon locus deserti: denique & ipsum vocabulum incultam terram desertamque significat. Abelsatim, locus in deserto ad meridiem Moabitarum. Azer siue Iazer, terminus vrbs Ammon, quæ nunc Philadelphia dicitur, diuidens eam Amorrhæorumque regionem: & est in octauo circiter lapide eius, ad solis occasum vicus Iazer vsq; in præsentem diem permanens. Aroer opidum Moabitarum, quod situm est super ripam torrentis Arnon, possessum olim à gente veterissima Omnitum, & postea retentum à filiis Lot, id est Moabitis, cum priores accolæ subuertissent. & ostenditur vsq; hodie in vertice montis illius: sed & torrens per abrupta descendens in mare mortuum fluit. Cecidit autem Aroer in sortem tribus Gad contra faciem Rabba. Astaroth, antiqua ciuitas Og regis Basan: in qua habitauerunt gigantes, quæ postea cecidit in sortem tribus Manasse, regionis Baranea: & sex millibus ab Adar vrbe Arabiæ separata est. Porro Adar ab Ostra vigintiquinque millibus distat. Diximus & supra de Astaroth Carnaim. Agri specula mons est Moabitarum, in quem adduxit Balach filius Sefhor, Balaam diuinum ad maledicendum Israel super verticem, qui propter æhe mens præruptum vocatur excisus: & imminet mari mortuo haud procul ab Arnoe. Araboth Moab, vbi secundo numeratus est populus: quod Aquila interpretatur, humilia siue æqualia Moab: hanc habens consuetudinem, vt eremum propter planitiæ, ܐܪܒܘܬܐܡܘܒ, id est, æqualem interpretetur & planam.

Deniq;

- Denique Symmachus pro Araboth Moab, campestris Moab transfuit: & est vsq̄ hodie locus iuxta montem Phogor, euntibus à Libidiade in Esbum Arabæ contra Hiericho: qui ita appellatur Araba. Hanc, vt supra, Aquila transfuit planam, Symmachus interdum campestram, interdum inhabitabilem: Theodotion, occidentalem. אַתְרוֹת Atharoth, ciuitas olim Amorrhæorum trans Iordanem, quæ postea cecidit in sortem tribus Gad: vocatus est autem Atharoth & filius Salma siue Salmo, vt in Paralipomenon scriptum est. Atharoth Sophan, & hæc ciuitas tribus Gad. אֲרָבָה Araba, ciuitas Amorrhæorum vicina deserto Cades: & vsq̄ hodie nunc ostenditur villa ab opido Malatis in quarto lapide à Chebron vicefimo in tribu Iuda. אֶסְמוֹנָה Asemona ciuitas in deserto, ad meridiem Iudæ, diuidens Ægyptum & sortem tribus Iudæ ad mare vsq̄ tendentem. Posui & supra Asemona castra filiorum Israël, Aorabi, terminus Iudæ prouinciæ ad orientem respiciens tribus Iudæ. Est autem & vicus nunc vsq̄ grandis, nouem millibus à Neapoli contra orientem descendentibus ad Iordanem & Hiericho, per eam, quæ appellatur Acrabitene: sed & confinium Amorrhæorum Acrabitene dicitur: de quo loco non exterminauit alienigenas tribus Nephtalim: vt in Iudicum libro scriptum est. Azadada, confinium Iudæ respiciens ad aquilonem. Arath terminus & ipse Iudæ, distans à Chebron millibus viginti ad meridiem, de quo supra positum est. Asrenam, terminus Iudæ ad septentrionem. Asernai, terminus & ipse Iudæ. Arbela, terminus & ipse Iudæ, ortum solis aspiciens. Est & vsq̄ hodie vicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palæstina, & alius hoc vocabulo in campo prægradi distans ab opido Legionis millibus nouem. Aulon, non Græcum, vt quidam putant, sed Hebræum vocabulum est: appellatur autem valis grandis atq̄ campestris in immensam longitudinem se extendens: quæ circumdatur ex vtraque parte montibus, sibi inuicem succedentibus & coherentibus, qui incipientes à Libano & vltra, vsq̄ ad desertum Pharan perueniunt. Suntque in ipso Aulone, id est valle campestri vires nobiles, Scythopolis, Tyberias, stagnumque propter eam: sed & Hiericho, mare mortuum, & regiones in circuitu: per quas medius Iordanis fluit, oriens de fontibus Paneadis, & in mare mortuum intriens. Amalechites, regio in deserto ad meridiem Iudæ trans urbem Petram euntibus Ailam, ceterius & scriptura recordatur dicens: Amalech habitat in terra ad austrum: sed & iuxta eum alius Chananeus habitabat, qui & dimicauit contra filios Israel in deserto: de quibus ita scribitur: Amalech autem & Chananeus habitabit in valle. Araba, Aquila planam, Symmachus campestram interpretantur: sicut supra dictum est. Porro est & alia villa Araba nomine, in finibus Diocæsareæ, quæ olim Saphorine dicebatur, & alia tribus millibus à Scythopoli contra occidentem. Ammati quæ nunc Philadelphia, vrbs Arabia nobilis, in qua habitauerunt olim Raphaim gens antiqua, quam interfecerunt filij Lot habitantes pro eis in Amman. אֲרָבָה Argob, regio Og regis Basan super Iordanem, quæ cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse: & est vsq̄ hodie vicus circa Gerasam urbem Arabia, quindecim ab ea distans millibus contra occidentem, qui Argæ appellatur: quod interpretatur Symmachus, mensuram. אֶסְדוֹד Asedod vrbs Amorrhæorum, quæ cecidit in sortem tribus Ruben: appellatur autem, addito cognomento, Asedod Phasga: quod in lingua nostra resonat, abscissum. אֲבָרִים Abarim, mons in quo mortuus est Moyses. Dicitur autem & mons esse Nabau in terra Moab contra Hiericho supra Iordanem in supercilio Phasga. ostenditurque ascendentibus de Libyade in Esbum antiquo hodieque vocabulo iuxta montem Phogor, nomen pristinum retinentem: à quo circa eum regio vsq̄ nunc appellatur Phasga. Auorthair, quod interpretatur אֲוֹרְתַיִר, Air, hæc est Basan in qua sunt vici sexaginta in monte Galaad, qui ceciderunt in sortem dimidiæ tribus Manasse: qui locus nunc vocatur Golam in terra Batanea. Antilibanus, eam quæ sunt supra Libanum ad orientalem plagam respicientia, Antilibanus appellantur, circa regionem Damasci, quæ cecidit in sortem tribus Manasse: אֶזְכָּח Azecha ciuitas Chananeorum in parte tribus Iudæ, ad quam vsq̄ persecutus est Iesus quinque reges. Sed & hodie vocatur villa Azecha inter Eleutheropolim & Æliam. Aialon vallis atque præruptum, super quod orantem quondam Iesu luna stetit iuxta villam, quæ vsq̄ nunc Aialon dicitur contra orientem Berthelis; tribus ab ea millibus distans, haud procul à Gabaa & Rama Saulis urbibus. Porro Hebræi affirmant Aialon vicum esse iuxta Nicopolim in secundo lapide pergētibus Æliam. Achor Hebræicè dicitur אֶחֹרַיִם Emech achor: quod interpretatur, vallis tumultus, vel turbatio; quod ibi tumultuatus, & turbatus sit Israel: in qua lapidauerunt quondam Achan propter furtum anathematis. Est autem ad septentrionem Hiericho: & vsq̄ hodie à regionis accolis sic nominatur. Meminit huius Osee propheta. Asedod alia ciuitas, non quæ supra: licet eodem nomine vocetur, quæ expugnauit quondam Iesus rege eius interfecto. אֶסְדוֹד Asor ciuitas regni Iabin, quam solam incendit Iesus: quia metropolis erat omnium regnorum Philistim. Est & alia villa vsq̄ hodie Asor in finibus Ascalonis contra orientem eius quæ cecidit in sortem tribus Iuda: cuius & scriptura meminit, appellans eam ad distinctionem veteris Asor nouam. אֶרְמוֹן Ærmon regio Æreorum, quam obtinuit Iesus. Hebraus verò, quo prælegente scripturas didici, affirmat montem Ærmon Paneadi imminere: quem quondam tenuere Æuei & Amorrhæi: de quo nunc æstiuæ niues Tyrum ob delicias deferuntur. אֶחָלַח Ahalach mons, quem Aquila interpretatur diuidentem montem, & Symmachus, leuem montem, id est lymphidum, siue lubricum. Ærmon mons Amorrhæorum, de quo nunc dictum est, quem Phœnicæ vocant Sanior: & Amorrhæi appellauit Sanir: diciturque in vertice eius insigne templum, quod ab ethiopicis cultui habetur à regione Paneadis & Libani: & terra filiorum Israël trans Iordanem ad solis ortum à prærupto Arnon vsq̄ ad montem Ærmon extenditur. אֲנוֹב Anob ciuitas quam expugnauit Iesus: & est vsq̄ hodie villa iuxta Diospolim, quasi quarto milliario ad orientalem plagam, quæ vocatur Bethoannaba. Plerique autem affirmant in octauo ab ea milliario sitam, & appellari Bethannabam. אֶסְדוֹד Asdod in sorte tribus Iudæ, quæ nunc vocatur Azotus: in qua derelicti sunt gigantes qui appellabantur Enakim: & est vsq̄ hodie insigne opidum Palæstina. Ader vrbs, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. אֶפְחַע Aphec, & hæc ciuitas est quæ rege ipso trucidato expugnauit Iesus. אֶחְסַפְחַס Achsaph, & contra huius regem Iesus pugnasse describitur, appellaturque hodie villula Chafalus in octauo lapide Diocæsareæ ad radicem montis Tabor in campis. אֶקְרָר Accaron in tribu Dan, siue (vt ego arbitror) in tribu Iuda, ad læuam Chananeorum, vrbs vna de quinque olim satrapis Palæstina: & decreta est quidem

Nū. 37. 33
Deut. 32

Nume. 32

Nume. 32

Nume. 21

Iud. 1

Ios. 13

Ios. 13

Ios. 13

Ios. 13

Nume. 13

Num. 14

Deute. 2

Deut. 3

Ios. 12. 13

Ios. 10. 13

Ios. 10

Ios. 13

Ios. 7

Osee 2

Ios. 10

Iud. 4

Ios. 11. 13

Ios. 11. 13

Ios. 11. 13

Ios. 13

Ios. 12

Ios. 13

quidem tribui Iudæ, nec tamen tenta ab ea: quia habitatores pristinos nequiuit expellere. Sed & vsque hodie grandis vicus Iudæorum Accaron dicitur inter Azotum & Iamnam ad orientem respiciens. Quidam putant Accaron turrim Stratonis, postea Cæsaream nuncupatam. Azorus, quæ supra Asdod, vsque hodie non ignobile municipium Palaestina: & vna de quinque ciuitatibus Allophytorum: decreta quidem tribui Iudæ, sed non retenta ab ea: quia nequaquam veteres accolæ poruit expellere. **Ios. 15** Ascalon, vrbs nobilis Palaestina: quæ & ipsa antiquitus vna fuit de quinque ciuitatibus Philistinorum: separata quidem tribui Iudæ per sortem, tamen non retenta ab ea: quia habitatores eius superare non potuit. **Ios. 15** Apheca terminus Amorrhæorum super Iordanem in sorte tribus Ruben: sed & vsque hodie est castrum grande, Apheca nomine, iuxta opidum Palaestina. Agad sita ad radices montis Hermon. **Ios. 15** Emath vrbs, quæ cecidit in sortem Ruben: sed & nunc Amathus villa dicitur trans Iordanem in vicisimo primo milliario Pella ad meridiem. Est & alia villa in vicinia Gadaræ nomine Amatha, vbi calidæ aquæ erumpunt. In regnorum quoque libris scribitur: ab introitu Emath vsque ad mare Araba, hoc est deserti: quod est mare mortuum. Ego autem inuestigans, reperi Emath urbem Cœles Syriæ appellari, quæ nunc Græco sermone Epiphania dicitur. **Ios. 13** Amon, trans Iordanem in tribu Gad, hæc est Adman: de qua supra diximus, Philadelphia ciuitas illustis Arabiæ. Addara, in tribu Iuda iuxta desertum. Est quoque & alia villa in finibus Diospolcos iuxta Thamniticam regionem, quæ à Thamnina villa vsque hodie sic vocatur. Accara, vicus in deserto situs in possessione tribus Iudæ, pro quo Symmachus interpretatur pauimentum. Achor in tribu Iuda, de qua & supra diximus. **Ios. 15** Addomim, quondam villula, nunc ruinæ in sorte tribus Iudæ, qui locus vsque hodie vocatur Maledomim: & Græcè dicitur *ἡ ἐπιτομία τῆς ἁγίας*, Latinè autem appellari potest ascensus rufforum siue rubentium, propter sanguinem qui illic crebro à latronibus funditur. Est autem confinium tribus Iudæ & Benjamin descendentes ab Ælia Hierichum, vbi & castellum militum situm est ob auxilia viatorum. Huius sanguinarij & cruenti loci Dominus quoque in parabola descendentes Hierichum de Hierosolyma recordatur. **Ios. 15** Amam in tribu Iuda. Aaser, in tribu Iuda: appellatur autem nunc vicus prægrandis pergentibus Ascalonem de Azoto. Asarfaul, in tribu Iudæ. **Ios. 15, 19** Ain, in tribu Iuda vrbs sacerdotibus separata. Est & vsque hodie villa Bethennim nomine, in secundo lapide à Terebintho, hoc est à tabernaculo Abraham, quattuor millibus à Chebron. Aftaol, in tribu Iuda: & vsque hodie villula vocabulo Alto, inter Azotum & Ascalonem permanet. Afna, in tribu Iuda. **Ios. 25** Adollam, in tribu Iuda: & vsque hodie vicus non paruos ad orientem Eleutheropoleos in decimo milliario hoc nomine vocatur. **Ios. 15, 19** Adithaim, in sorte tribus Iudæ. Dicitur autem & quædam villa Adia iuxta Gazan: & alia Aditha iuxta Diospolim, quasi ad orientalem plagam respiciens. Adafa, in tribu Iuda vsque hodie vicus iuxta Gufnas. Sed miror quo modo Gufnensem regionem in tribu Iudæ posuerit, cum perspicuum sit secundum librum Iesu, in sortem eam tribus Ephraim cecidisse. Ather, in tribu Iuda. **Ios. 15** Afsan, in tribu Iuda. Est vsque hodie vicus nomine Bethafan ad Æliam pertinens in decimoquinto ab ea milliario. Afenna, in tribu Iuda. Aglyph, in tribu Iuda.

Anab, in tribu Iuda, nunc vsque vicus in finibus Eleuteropoleos. est & alia villa grandis Iudæorum nomine Anca. Ain Daroma contra australem plagam Chebronis, nouem ab ea millibus separata. Attemec, in tribu Iuda vicus & ipse Iudæorum est in Daroma ad aquilonem loci Anem. **Ios. 16** Anim, in tribu Iuda. Est vicus Anca iuxta alterum, de quo supra diximus, ad orientalem plagam respiciens cunctis habitatoribus Christianis. Afeca, in tribu Iuda. Ammata, in tribu Iuda. **Ios. 16** Arebba, in tribu Iuda. Atharoth, iuxta Rammam in tribu Ioseph. Atharoth, ciuitas in tribu Ephraim, nunc vicus ad aquilonem Sebathe in quarto eius milliario Atharus dicitur. Adara, ciuitas tribus Ephraim. Afer, ciuitas tribus Manasse: nunc demonstratur villa descendentes à Neapoli Scythopolim in decimoquinto lapide iuxta viam publicam. Atharoth, ciuitas tribus Benjamin. Sunt autem duæ Atharoth haud procul ab Ælia. **Ios. 18** Anathoth, ciuitas tribus Benjamin sacerdotibus separata in tertio ab Ælia milliario: de qua & Hieremias propheta fuit. Adar, ciuitas fortis Benjamin. **Ios. 18** Almon, ciuitas tribus Benjamin sacerdotibus separata. Amec Casis, id est vallis Casis, in tribu Benjamin. **Ios. 18, 21** Anim, in tribu Benjamin. Aphra, in tribu Benjamin. Est & hodie vicus Effrem in quinto milliario Bethelis, ad orientem respiciens. Ammonai, in tribu Benjamin. Aphin in tribu Benjamin. Arim, in tribu Benjamin. Est & villa iuxta Diospolim, quæ vsque hodie appellatur Betariph. Amofa, in tribu Benjamin. **Ios. 19** Asem, in tribu Symeon. Armar Kaboth, in tribu Symeon. Aym, in tribu Iuda siue Symeon ciuitas sacerdotibus separata. Afenna, in tribu Symeon. **Ios. 19** Amathar, in tribu Zabulon. Anua, in tribu Zabulon. Est & alia villa Anua euntibus de Neapoli Æliam, in decimo milliario. Anathron, in tribu Zabulon. Achafeluth ciuitas in tribu Issachar. **Ios. 19** appellatur autem & quidam vicus Chafalus iuxta montem Tabor in campestribus in octauo milliario Diocæsareæ ad orientem respiciens, sicut supra diximus. Aphraim, ciuitas tribus Issachar, est hodieque villa Affarea nomine in sexto milliario legionis contra septentrionem. Alimelech fortis Afer. **Ios. 19** Amaad, in tribu Afer. Ames, in sorte tribus Issachar. Anericht, in sorte tribus Issachar. Acisap, in tribu Afer. Abdô, in tribu Afer ciuitas separata leuitis. **Ios. 19** Aniel, in tribu Afer: est quædam villa nomine Betoacæna in quintodecimo lapide à Cæsarea sita in monte contra orientalem plagam, in qua & lauacra dicuntur esse salubria. Achrô, in tribu Afer. Amô, in tribu Afer. Accho, quæ nunc Ptolemais appellatur, fortis Afer, de qua habitatores pristinos nequiuit expellere. Achziba, in tribu Afer, in qua alienigenæ permanserunt. Hæc est & Dippa in nono milliario Ptolemaidis pergentibus Tyrum. **Ios. 19** Amma, fortis Afer, Aphec, fortis Afer, in qua habitatores pristini permanserunt. Ademne, in tribu Nephtalim. Afor, in tribu Nephtalim, quam rex Assyriorum populasse scribitur. Asseddim, in tribu Nephtalim. Amath, in tribu Nephtalim. Azanor, terminus Nephtalim: est autem & nunc vicus ad regionem Diocæsareæ pertinentis in campestribus. Aialon, vrbs fortis Dan, separata leuitis, & est hodie vicus alius haud procul à Nicopoli. Sciendumque quoddam pro Aialon Septuaginta ediderunt, vbi erant vrbs. Arat, est ciuitas in qua habitauerunt filij Obab soceri Moysi in medio Israelis. **Ios. 19** Ared, fons apud quem Gedeon castrametatus est. Asiroth, ciuitas Sisare principis Iabis. Est autem Iabis trans Iordanem nunc villa prægrandis à ciuitate **Iud. 1, 4** Pella **Num. 10**

Jod 7 Pella sex millibus distans, pergentibus Gerasam. Ares, ascensus, pro quo Aquila interpretatur saltuum, Symmachus montium. Arzer, vbi dimicauit Ieptre: est hodieq; villa in monte sita, vicesimo ab Ælia lapide ad septentrionem. Arima, vbi scriptura refert sedisse Abimelech. Athalim, ciuitas in terra Zabulon: de qua fuit & ille Aialon qui iudicauit populū Israel. Abela, vinearum, vbi dimicauit Ieptre in terra filiorum Ammon: nam & vsque in presentem diem in septimo lapide Philadelphiæ villa Abela cernitur vinctis confita: alia quoq; est ciuitas nomine Abela, vini fertilis, in duodecimo à Gaderis milliario contra orientalem plagam: necnon & tertia in Phœnice Abela, inter Damascum & Paneadem. Armatha Sophim: ciuitas Elchanæ & Samuelis in regione Tānitica iuxta Diospolim: vnde fuit Ioseph qui in euāgelij ab Arimathia esse scribitur. אבנ עזר Abenezar, quod interpretatur lapis adiutorij, siue lapis auxiliator: Est autem locus vnde tulerunt Philistim arcam testamenti inter Æliam & Alcalonem iuxta villam Bethanis. Apech domini, vbi dimicauit Saul, pro quo Aquila posuit in finibus domini. Annegeb, pro quo Aquila austrum, Symmachus meridiē transtulerunt. Arith, vbi sedit Dauid, est villa Arath nomine ad occidentem Æliæ. Aialim pro quo Aquila transtulit ceruorum, Theodotio lapides ceruorum. אבנ עזר Ændor quæ est in Iezrael, vbi filij Israel se ad prælium præparantes, castra posuerunt: & est hodie grandis vicus Ændor iuxta montem Tabor ad meridiem in quarto milliario. Apech iuxta Ændor Iezraelis vbi dimicauit Saul. Arma, ad quem locum spoliatorum partē misit Dauid. Athach, ad hunc locum quoq; misit prædæ partem Dauid. Amma, in desertum euntibus Gabaa. Æchon Adasai, pro quo Symmachus posuit inferiorem viam. Arca ornata, hæc est Hierusalem. Assure, ciuitas Iudæ quam ædificauit Salomon. אבנ מרולח Abelmaula, vrbis vnus de principibus Salomonis: vnde fuit & Heliseus propheta. Est autem nunc vicus in Aulone de quo supra diximus, in decimo à Scythopoli milliario contra australem plagam nomine Bethahula. Sed & Abelmea villula nūc nuncupatur inter Neapolim & Scythopolim. Auotihar, ciuitas vnus de principibus Salomonis. Ailath, super litus rubri maris in terra Edom: de qua supra dictum est. Aheloth, quam extruxit Azarias. Ænda, huius expugnator Asa rex Iuda atque subuersor. Afiongaber, in loco classis Iosaphat vi tempestatis attrita est. Fertur autem ipsa esse Esia haud procul ab Ailath in mari rubro. Alā, Abor, Gozan, nomina fluminum in terra Medorum: ad quorum montes captiuus Israel ductus est. Abana, fluuius Damasci. Aopsithe vel Aphoth, quod Aquila in libertatem vertit. Aian, quam expugnauit rex Assyriorum. Ahia in Assyriorum regione locus. אמת Amath, regio Assyriorum. Assima, opidum in terra Iudæ, quod ædificauerunt ij qui ad eam venerāt de Emath. Arce, refert Iosephus hæc esse Petram urbem nobilem Palestinæ. Adramelech idolum Assyriorum, quod & Samaritæ venerati sunt. Arnonim, iuxta Esaiam vicus nomē est in visione contra Moab, pro quo Aquila Oronaim posuit. Et Symmachus Oranim. אגלים Agallim, & huius Esaias meminit in visione contra Moab. Est autem nunc Agallim vicus ad australem partem Arcopoleos, distans ab ea millibus octo. Ælim, pureus Dimon, & huius loci in eadem visione Esaias recordatur. אריאל Ariel, huius quoq; Esaias meminit: quam Aquila & Symmachus interpretati sunt leonem Dei. Hanc esse putant quidam Areopolim, eo quod ibi nunc vsq;

Ariel idolum colant, vocatum אריאל אפס, id est, à Marte: vnde & ciuitatem dictam suspicantur. Mihi autem videtur iuxta consequentiam textumq; prophetiæ, Ariel ibi allegoricè Hierusalem siue templū significare, hoc est leonem Dei, quod forte regnum fuerit & potens. De hoc in libris Hebraicarum quæstionū plenius dictum est. Adama, in Esaiā, pro quo Aquila & Symmachus humum, Theodotio terram interpretantur. Ager fullonis, & hoc in Esaiā scriptum est. Ostenditur autem nūc vsque locus in suburbanis Hierusalem. Asedech, & hanc Esias propheta futuram in Ægypto vaticinatur. Sciendum autem quod in Hebræo pro hoc nomine scriptum sit ארז heres: quod à siccitate quidam interpretantur in solem: & alij in testam transferunt, volentes vel Heliopolim significari vel Ostracine. Sed & huius rei disputationem, quia longior est, in libris Hebraicarum quæstionum reperies. ארפחד Arphad, vrbis Damasci, quam expugnauit rex Assyriorum, sicut in Esaiā & Hieremia & libris Regnorū scribitur. Ancugaua, & huius Esaias meminit, quam Aquila transtulit Ane & Gaua, scilicet, vt syllabam, quæ in medio nominis posita est, in coniunctionem & interpretatus: Symmachus verò, sollicitauit & humiliavit. Legimus super hoc in Regnorum libris. Armenia, in Esaiā quæ est Ararat. Asael, huius meminit Zacharias propheta. Ananceel, turris Hierusalem, sicut in Zachariæ libro scriptum est. Asseremoth, in Hieremia, pro quo in Hebræo scriptum est Sade-moth, quod Aquila interpretatur suburbana. Æni-oth, in Hieremia, quod Aquila vertit in officinas vel tabernas. Aabaoth, in Hieremia, pro quo in Hebræo legitur Luit. Æthan in Hieremia, quæ Aquila validam, Symmachus interpretatur antiquam. Acheldema, ager sanguinis: qui hodieque monstratur in Ælia ad australem plagam montis Sion. אבנ עזר Ænon iuxta Salim, vbi baptizabat Ioannes, sicut in euangelio κατὰ Ιωάννην scriptū est: & ostenditur nunc vsque locus in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem.

Babel, quæ & Babylon, interpretatur confusio. erat autem ciuitas regni Nemrod, in qua eorum, qui ædificauerunt turrim, diuise sunt linguæ, quorum principē Iosephus fuisse Nemrod affirmat: testemq; eius historiæ Sibyllam Græcam exhibēs. Locus, in quo turrim ædificauerunt, nunc appellatur Babylon propter confusionem sermonis eorum, qui altissimam turrim omni studio fabricabantur. siquidē Hebræi confusionem Babel vocant. De hac turre & diuersitate linguarum scribit & Sibylla in hūc modum. Cum omnes mortales vna lingua vterentur, quidam ex his altissimam turrim ædificauerunt, cœlum per eam cupientes scandere: dii verò turbines mittentes, euertere turrim, & propriam atque diuersam vnicuique tribuere linguam, vnde urbem quoq; contigit appellari Babylonem. Bethel, vicus in duodecimo ab Ælia lapide ad dexteram euntibus Neapolim, quæ primum Luza אגלים, id est Amygdalum vocabatur: & cecidit in sortem tribus Benjamin iuxta Bethan & Gai, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Porro quod quidam putant secundum Erorim Græcorum voluminum Vlamaulas antiquitus nuncupatam, vehementer errant. verbū quippe Hebræum & nomen ipsius ciuitatis pariter miscuerunt, cum Vlam significet prius, id est ἀπότροπον. Luza vero amygdalum: & sic sensus vocabatur autē Bethel prius Luza. Necnon & hoc quod Bethauen aliud opidum suspicantur, Hebræi putant eandem esse Bethel. Sed ex eo tempore quo ibi ab

Esa. 7. 36

Esa. 19

Esa. 70 Hier. 49 4. Reg. 18. 19

Zach. 14

Math. 27 Ioan. 3

Gen. 11

Ios. 18

Gen. 28. 35

3.Reg.12 Hieroboam filio Nabat vituli aurei fabricati sunt, & à decem tribubus adorati, vocatum esse בית אל Bethaen, id est domum idoli, quæ ante vocabatur domus Dei. Sed & super hoc in libris Hebraicarum quaestionum plenius diximus. Bala, quæ est Segor, nunc Zoara nuncupatur, sola de quinque Sodomorum urbibus Lot precibus reseruata. Imminet autem mari mortuo, & præsidium in ea positum est militum Romanorum: habitatoribus quoque propriis frequentatur: & apud eam gignitur balsamum, & poma palmarum, antiquæ vbertatis indicia. Nullum autem moueat quod Segor eadē Zoara dicitur: cum idem sit nomē paruulæ vel minoris. Sed בית סגור Segor Hebraicè, Zoara Syriacè nuncupatur. בלא Bala autem interpretatur absorpta: super quo in libris Hebraicarum quaestionum plenius diximus. Balanus, id est quercus luctus, sub qua Rebecca nutrix sepulta est. Barath, inter Cades & Barath hodieque Agar puteus demonstratur. Bethlehem, ciuitas Dauid in sorte tribus Iudæ: in qua Dominus noster atque Saluator natus est, in sexto milliario ab Ælia contra meridianā plagā, iuxta viam quæ ducit Chebron, vbi & sepulcrum Iesse & Dauid ostenditur: & mille circiter passibus, procul turris Adër, quæ interpretatur turris gregis, quodam vaticinio pastores Dominicæ natiuitatis conscios ante significans. Sed & propter eandem Bethlehem, regis quondam Iudæ Archelai tumulus ostenditur: qui semitæ ad cellulam nostram è via publica diuerrentis principium est. Vocabatur autem Bethlehem & filius Ephrata, id est Mariæ, vt in Paralipomenon plenius legimus. Lege diligenter historiam. Bersabee, in tribu Iuda siue Symeonis, est vsque hodie vicus grandis in vicesimo à Chebrō milliario, vergens ad austrum. in quo & Romanorum militum præsidium positum est. A quo loco termini Iudææ terræ incipientes tendebantur vsque ad Dan, quæ iuxta Paneadem cernitur. Interpretatur verò בית שבע Bersabee puteus iuramenti, eo quod ibi Abraham & Isaac fœdus cum Abimelech sociauerunt iurantes. Nec mouere debet quempiam, si interdum ciuitates Iudæ eadē in tribu Symeonis vel Beniamin reperiat. Tribus enim Iuda bellicosissimis viris pollens, & crebro aduersarios superans, in omnibus tribubus tenuit principatū: & iccirco etiā aliarum tribuum fortes in eius interdum funiculo nuncupantur: alioquin in medio tribus Iudæ habitasse Symeonem scriptura manifestissimè docet. Bala in tribu Iuda. בית אל Bethaen, in tribu Iuda. Bethadon in tribu Iuda: sed & vsque hodie grandis vicus Capherdago inter Diospolim & Iamniam demonstratur. Bethalorh, in tribu Iuda. Bethaphu in tribu Iuda vicus trans Raphaim millibus quattuordecim euntibus Ægyptum, qui est terminus Palaestinae. בית הערבה Betharaba, pro qua Symmachus trāstulit in locis quæ iuxta inhabitabilem sunt, significans eremum. Beethara, in tribu Manasse sepatata leuitis in regionibus Basanitidis. Bethaim, in tribu Beniamin iuxta Gai & Bethel contra Machmas, licet plerique (vt supra dictum est) eandem putent esse Bethel. Baliloth, in tribu Beniamin. Bethsur, in tribu Iuda, siue Beniamin: & est hodie Bethsoron vicus euntibus nobis ab Ælia Chebron in vicesimo lapide, iuxta quem fons ad radices montis ebulliens ab eadem in qua gignitur sorbetur humo. Et apostolorum Acta referunt eunuchum Candacis reginæ in hoc esse baptizatū à Philippo. Est & alia villa Bethsur in tribu Iuda, mille passibus distans ab Eleutheropoli. Berorh, in tribu Beniamin. Bola, in tribu Simeonis. Boon, in tribu Beniamin. Bethalon,

in tribu Beniamin, pro qua Symmachus interpretatur in campestribus. Bethalla, in tribu Beniamin. Boroath in tribu Beniamin. Ballath in tribu Symeonis. Bathul, in tribu Symeonis, Beramoth, in tribu Symeonis. Beth, in tribu Symeonis. Baaeth, in tribu Symeonis. Bethlabaath, in tribu Symeonis. Bethlehem, in tribu Zabulon, ad cuius distinctionē altera Bethlehem appellatur Iudæ. Bethphases, in tribu Issachar. Bathne, in tribu Aser, & nunc appellatur vicus Bethchem in octauo milliario Ptolemaidis contra orientem. Bethagon locus in quo duæ tribus Zabulon & Issachar habent cōfinia. בית בתר Bethemech, quod interpretatur Symmachus locum vallis. Est autem fortis Aser. Bethana, in tribu Neptalim, & est villa nomine Bethana in quinto decimo à Cæsarea lapide: in qua dicuntur laucra esse salubria: quam & supra sub nomine Aneposui-mus. Banc, in tribu Dan. Barac, in tribu Dan vsque hodie prope Azotum. Bareca, viculus appellatur. Bezech, vrbs regis Adonizedech: & hodieque duæ villæ sunt nomine Bezech, vicinæ sibi in decimo septimo lapide à Neapoli descendentibus Scythopolim. Bethsan, ex hoc opido tribus Manasse accolæ pristinos non potuit expellere: & nunc appellatur Scythopolis, vrbs nobilis Palaestina, quam interdum scriptura cognominat domum San, quod in nostra lingua interpretatur inimicus. Bethsamis ciuitas sacerdotalis in tribu Beniamin: quæ vsque hodie demonstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim in decimo milliario contra orientale plagam. Bethnath in sorte tribus Neptalim. Sed nec de hac pristinos accolæ tribus Neptalim valuit expellere. Bethsamis altera, in tribu Neptalim, in qua & ipsa cultores pristini permanferunt. Baal ermon, mons circa Libanū in finibus Allophilorum. Baeth in tribu Dan. בית ברך Bethbara, quod interpretatur domus aquæ siue putei, quā in expeditione bellandi occupauit Gedeon. Bethasepta vbi terga vertit Madian. Balanus, id est quercus Sicimorum, vbi regnauit Abimelech, quæ vsque hodie ostenditur in suburbano rure Neapolis prope sepulcrum Ioseph. Borconni, quod vertit Aquila in spinas, & Symmachus in tribulos. Bera, vbi cum Abimelech Ioathan fugisset, habitauit. Distat autem vicus Bera ab Eleutheropoli octo millibus ad aquilonem. Baalthamar, iuxta Gabaa, vbi filij Israel aduersum tribum Beniamin iniere certamen, & vsque hodie Bethamari in supra dictis locis viculus appellatur. Bethcur, vsque ad hunc locum populus Israel fugientes persecutus est alienigenas, appellans cum lapidem adiutorij. Bama, vbi Saul vngendus in regem, cum Samuele cibum sumpsit. Porro Bama Aquila semper excelsum transtulit. Bofes, nomē Petrae, de qua in libris Hebraicarum quaestionum diximus. Besor, torrens ad quem venit Dauid. Besaran, ad quem locum Dauid prædæ partem misit. Bahurim locus ad quem vsque persecutus est Michol filiam Saul vir suus lacrymans. בעל חצר Baalath, iuxta Ephraim: vbi ab Absalon pecora tondebantur. בית מעכה Bethmaacha, vsque ad hanc persecutus est Ioab perduellem Sabe, & post hæc eam ab Assyriorum rege captam legimus. Est autem ascendentibus de Eleutheropoli Ælia in octauo lapide, nunc villa, quæ Mechanum dicitur. בעלת Baalath vrbs quam ædificauit Salomon. בעל שושה Baassalifa, vnde venit homo cum muneribus ad Heliseum prophetā. Est autem villa in finibus Diospoleos, quindecim ferme ab ea millibus distans contra septentrionem in regione Tannitica. בית חון Bethagan, via per quam

Gen. 35
Gen. 28
Ios. 15

Mich. 4

1. Par. 2.4
Ios. 15

Gen. 21.26
Ios. 15, 18

Ios. 19
Ios. 15

Ios. 17
Ios. 18

2. Par. 11
Act. 8

Ios. 15
Ios. 18, 19
Ios. 18
Ios. 19

Iud. 1

Ios. 17

3. Reg. 7
Ios. 18
Ios. 19

Iud. 7
Iud. 9

Iud. 10

1. Reg. 7
1. Reg. 9

1. Reg. 10

2. Reg. 1
2. Reg. 11
1. Reg. 20

3. Reg. 4
4. Reg. 4
4. Reg. 10
10

Ochoziam

Ochoziam fugisse legimus. Bafechad, vrbs antiqua Iudææ. Bethacad, vicus Samariæ ad quæ venit Hieurex Israël, qui in latissimo campo situs, non amplius quindecim millibus à legionis opido separatur, pro quo Aquila interpretatur domus curuantium, Symmachus domus singulorū, eo quod angustus & humilis introitus, singulos tantum, & nec ipsos stantes ingredi sustineret. Benit, quam construxerunt Samaritani qui de Babylonis regione transfierant. Byblos, ciuitas Phœnicæ, cuius meminit Ezechiel, pro qua in Hebræo continetur Gobel. Bubaſtus, ciuitas Ægypti, iuxta Ezechielem. Boz, in terra Cedar sicut scribit Hieremias. Bel, idolum Babyloniorū. Bethzaida, ciuitas est Galilææ, Andree, Petri, & Philippi apostolorum, prope stagnum Genesareth. Bethphage, villula in monte oliueti, ad quam venit Dominus Iesus. Bethania, villa in secundo ab Ælia milliario, in latere montis oliueti: vbi Saluator noster Lazarum suscitauit: cuius monumentum ecclesia nunc ibidem extructa demonstrat. Bethabara, trans Iordanem vbi Ioannes in pœnitentiam baptizabat: vnde & vsq; hodie plurimi de fratribus, hoc est de numero credentium, ibi renasci cupientes, vitali gurgite baptizantur. Bethesda, piscina in Hierusalē quæ vocabatur *קטובת*, & à nobis interpretari potest pecualis. Hæc quinque quondam porticus habuit, ostendunturq; gemini lacus: quorum vnus hybernis pluuijs adimpleri solet: alter mirum in modū rubens, quasi cruētis aquis, antiqui in se operis signa testatur, nam hostias in eo lauari à sacerdotibus solitas ferunt: vnde & nomen accepit.

Carnaim Astaroth, nunc vicus est grandis in angulo Batanææ: & appellatur Carneæ transfluēta Iordanis: traduntq; fuisse ibi domum Iob. Sed & supra meminimus Carnææ viculi in nono ab Ælia milliario. Cades, vbi fons est Iudicij, & *קדש ברנע* Cadesbarne in deserto, quæ coniungitur ciuitati Petræ in Arabia: ibi occubuit Maria, & Moyses, rupe percussa, aquam sitienti populo dedit. Monstratur ibidem vsque in præsentem diem sepulcrum Mariæ, sed & principes Amalech ibi à Chodorlaomor cæsi sunt.

Cene, regio principum Idumæorum. Cariathaim, ciuitas quam extruxerunt filij Ruben. nunc autem est vicus Christianis omnibus florens, iuxta Medebam vrbs Arabiæ: & appellatur Coraiatha, in decimo milliario supradictæ vrbs, contra occidentalem plagam, vicinus eius loci qui appellatur Bare.

Cariatharbe, id est, villula quattuor, quæ & *חברון* Chebron, de qua iam supra dictum est. Cannath, vicus Arabiæ, qui nunc Cannatha dicitur: quæ cum cepisset Naban, appellauit Nabotholiam. Fuit autem in tribu Manasse regione Trachonitidis iuxta Bostam. Cata Chrysea, id est aurea. Sunt autem montes auri fertiles in deserto procul vndecim millibus à Choreb: iuxta quos Moyses Deuteronomium scripsisse perhibetur: sed & metalli aris, quod nostro tempore corrui, montesq; venarum auri plenos olim fuisse vicinos existimant. Cademoth, desertum, ex quo loco misit legatos Moyses ad Seon regem Amorrhæorum. Cariath, vicus qui sub Gaba metropoli fuit. Cedès, ciuitas quam cepit Iesus, rege ipsius interfecto. Est autem in sorte tribus Iudææ. Cademoth, altera ciuitas filiorum Ruben. Cedson, in tribu Ruben separata leuitis. Capseel, in tribu Iuda. Cina, in tribu Iuda. Ceila, in tribu Iuda, vbi quondam sedit Dauid: & nunc villula Ceila ad orientalem plagam Eleutheropoleos pergentibus Chebron, quasi ab octauo millia-

rio, in qua sepulcrum demonstratur propheta Habucuk. Cariathbaal, ciuitas Iarim in tribu Iuda. Cana, in tribu Ephraim. Camſaim, in tribu Ephraim. Cane, in tribu Manasse. Cariathiarim, quæ & Cariatbaal, ciuitas saltuum, vna de vrribus Gabaonitarum pertinens ad tribum Iuda, euntibus ab Ælia Diospolim in milliario vno. De hac fuit Varias propheta, quem interfecit Ioachim in Hierusalem, sicut scribit Hieremias. Sed in Paralipomenon libro filius Sabal appellatur Cariathiarim. Cissō, in tribu Issachar ciuitas separata leuitis. Caria, in tribu Zabulon separata leuitis. Cana vsque ad Sidonem maiorem: est quippe & altera minor, ad cuius distinctionem maior hæc dicitur. Fuit autem Cana in tribu Aser, vbi Dominus noster atque Saluator aquam conuertit in vinum. Vnde & Nathanael verus Israelita Saluatoris testimonio comprobatur: & est hodie opidum in Galilæa gentium.

Cedes, fortis Neptalim ciuitas sacerdotalis ac fugitiuorum, in Galilæa super montem Neptalim: Sed & hanc cepit rex Assyriorum quæ nunc Cidissus appellatur in viceſimo Tyri milliario iuxta Paneadē. Cartan, in tribu Neptalim, ciuitas separata leuitis. Cethron, in tribu Zabulon, in qua pristini remanere cultores. Carcar, vbi filij erant Zebee & Salmana, quos interfecit Gedeon, & est vsq; hodie castellum cognomento Carcaria, vnius diei itinere à Petra distans. Camon, ciuitas in qua sepultus est Iair cum primum iudicasset populum Israël, appellatur autem hodie vicus Cimana in campo latissimo sex millibus à legione ad septentrionalem plagam pergentibus Ptolemaidem. Cifon, torrens iuxta montem Thabor, vbi contra Sisaram dimicatum est.

Cadomim, torrens iuxta quem Debbora bellū gefit. Cælas titanorum, id est vallis gigantum, aduersus quos præliatus est Dauid. Clautomon, id est sicutum locus, à planctu nomen accepit. Ceni regio Philistijm. Carmelus, vbi quondam Nabal Carmelius fuit, & nunc villa est Carmelia nomine, decimo lapide opidi Chebron, vergens ad orientalem plagam: vbi & Romanum presidium est positum. Cedron appellatur torrens siue vallis: Cedron iuxta Hierusalem ad orientalem plagam est: cuius & Ioannes euangelista meminit. Cyrene in finibus Ægypti: ad quem locum rex Assyriorū transfuit Damascenos. Coa quæ est iuxta Ægyptum. Carchedon id est Carthago, cuius Esaias & Ezechiel in visione Tyri recordantur: pro quo in Hebraico Thafis scriptum est. Sed & de hac in libris Hebraicarum questionum plenius diximus. Coelas, id est vallis Iosaphat inter Hierusalem & montem oliueti. Lege prophetam Iohel. Cedem in Ezechiele, quod Aquila & Symmachus interpretantur orientem. Cedar in Ezechiele, principes Cedar. Sed & Esaias & Hieremias in visione Arabiæ huius vocabuli recordantur. Est autem regio in eremo Saracenorū à filio Ismaelis Cedar ita cognominata. Carioth in regione Moabitaram, sicut Hieremias scribit. Capharnaum iuxta stagnum Genesareth, vsque hodie opidum in Galilæa gentium situm, in finibus Zabulon & Neptalim. Hucusque per c litteram, id est & Græcum legere debemus: exinde per elementum χ, quod aspirationem in se continet, & à Latinis minime habetur, scribendum pariter ac legendum. Chalanne ciuitas regni Nemrod in Babylone: cuius & Esaias meminit, dicens: Et Chalanne vbi turris edificata est. Chalach vrbs Assyriorum, quam edificauit Assur egrediens de terra Sennaar. Charran ciuitas Mesopotamiæ trans Edeſſam, quæ vsq; hodie

Iof. 15. 18
Iof. 16

Hier. 16
Iof. 19. 21
Iof. 19

Ioan. 4

Iof. 21. 19

Iof. 19. 22

Iud. 10

Iud. 4
Iud. 5

2. Reg. 23
1. Reg. 27
25

Ioan. 18
4. Reg. 16
3. Reg. 10

Esa. 2
Ezech. 27

Iohel. 3
Ezech. 27

Esa. 21
Hier. 49
Gen. 25

Hier. 48

Gen. 10
Esa. 10

Gen. 10

Ezech. 27

Iof. 19

Ioan. 11
Iof. 1

Iof. 5

Gen. 14

Gen. 14
Nu. 13. 10

Gen. 14
Gen. 16
Iof. 13

Iof. 10
Num. 32

Deut. 2
Iof. 17
Iof. 15
Iof. 13. 21
Iof. 15
1. Reg. 13

Charta dicitur: vbi Romanus caesus est exercitus, & Crassus dux captus. **צברון** Chebron quae quodam appellabatur Arbe, licet male in Graecis codicibus habeatur Arboch: cõdita est autem ante septem annos quam Tanis vrbs Aegypti conderetur. Diximus de hac & supra. Fuit autem & metropolis Enakim: quos gigantes & potentes intelligere debemus. **חובה** Choba ad leuam partem Damasci: est autem Choba villa in iisdem regionibus, habens accolas Hebræos: qui credentes in Christum, omnia legis præcepta custodiunt, & à principe hæreticos Hebionitæ nuncupantur. Cõtra huiusmodi dogma Paulus Apostolus scribit ad Galatas. Chabrata **כברת** quod interpretatur Aquila **אשׁוּר** id est iuxta viam quæ ducit in Ephrata, id est Bethlehem: vbi cum Rachel Benjamin peperisset, occubuit. Super hoc verbo quid nobis videatur, in libro Hebraicarum quæstionum diximus.

Gen. 38 Chazbi, vbi geminos Iudæ filios Thamar edidit. Ostenditur autem nunc locus desertus iuxta Odollam in finibus Eleutheropoleos. De hoc quoq; in libris Hebraicarum quæstionum plenius à nobis disputatum est. **חור** Choreb mons Dei in regione Madian iuxta montem Sina supra Arabiam in deserto: cui iungitur mons & desertum Saracenorum, quod vocatur Pharan. Mihi autem videtur quòd duplici nomine idem mons nunc Sina, nunc Choreb vocetur. **חור** Charadda, castra filiorum Israel. Chennereth mare vbi est terminus Iudææ in tribu Neptalim. Sed & opidum quod in honore Tyberij Cæsaris Herodes rex Iudææ postea instauratum appellauit Tyberiadem, ferunt hoc primum appellatū nomine **כפרה** Chephira vicus ad ciuitatem pertinens Gabao in tribu Benjamin. **כסלון** Chaslon in tribu Iuda & in finibus Aëiz villa pergrandis. **כישל** Chisil in tribu Iuda. Chabon, in tribu Iuda. Chaptis in tribu Iuda. Charmel vnde Nabal Carmelus fuit: de qua & supra dictum est. Chilon in tribu Iuda. Chephri in tribu Benjamin. Chafelatabor, in tribu Zabulon. **כרתים** Cherthim Cyprus dicitur: in qua ciuitatem condidit Luza, nam & vrbs hodie, Cythium appellatur. Charri ad quem locum persecutus est Ioab res nouas molientem Sibam. Chomarim vbi Iosias simulacra combussit. Chalanne vbi turris ædificata est iuxta Esaiã, sicut diximus. Charran ciuitas Assyriorum in regione Theman iuxta Esaiam. Chafelath iuxta Thabor terminus Zabulon: diximus de ea & supra sub nomine Chafalus. Chabol terminus Aser. Chala, de hac cultores pristinos Aser nõ potuit expellere. **כורח** Chorath torrens trans Iordanem: vbi absconditus est Elias è regione eiusdẽ fluminis. **כורח** Chota regio Assyriorum. **כור** Chobar flumen Babylonium, sicut in Ezechiele & in Hieremia scribitur. Chalcamis ciuitas iuxta flumen Euphraten. **כמוס** Chamoan villula iuxta Bethlehẽ. **חלון** Chelon, quæ Aëlon opidum Moab, sicut & in Hieremia scribitur. **כמוס** Chamos idolum Moab. Chorozain opidum Galileæ, quod Christus propter incredulitatem miserabiliter deplorat & plangit. est autem nunc desertum in secundo lapide à Capharnaum. Chimarus, id est torrens Cedron (de quo & supra diximus) inter môtẽ oliueti & Hierusalem, vbi Dominum Saluatorem Ioannes euangelista narrat traditum.

Ioan. 18 Dassen **דסן** vrbs Assyriorum nobilis quam extruxit Assur, inter Niniuen & Chalad. Drys, id est quercus Nambre, iuxta Chebron, in qua vsque ad ætatem infantia meæ & Constantij regis imperium Terebynthum monstrabatur peruetus, & annos magnitudine indicãs, sub qua habitauit Abraham. **מירו** autem cultu ab ethaicis habita est, & velut quodã

insigni nomine consecrata. Damascus nobilis vrbs Phænicis. Eodem autem vocabulo & Mafech ancillæ Abraham filius appellatus est. Porro Mafech quid sibi velit, in libris Hebraicarum quæstionum plenius disputauit: hic tãtũ quem interpretis sum functus officio, non quòd ancillam Abrahæ Mafech nuncupatam probem. Dan viculus est in quarto à Paneade milliario euntibus Tyrum: qui vsque hodie sic vocatur, terminus Iudææ prouincia: contra septentrionem: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco fortitus est nomen. Ior quippe **יור**, id est fluium siue riuum Hebræi vocat. Damnaba ciuitas Balach, filij Beor regis Edom, post quem regnavit Iob: licet mihi videatur longe aliter: & est vsque hodie villa Damnaba in octauo milliario Arcopoleos pergentibus Arnonẽ, & altera Damnaba super môtẽ Phogor in septimo lapide Esbus. Dothaim, vbi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascentes: qui & vsque hodie in duodecimo à Sebaste milliario, cõtra aquilonis plagam ostenditur. Debon quæ & Dibon, in solitudine castra filiorum Israel. Est & alia Dibon villa pergrandis iuxta Arnonem: quæ cum prius fuisset filiorum Moab, & post eam Seon rex Amorrhæorum belli iure tenuisset, à filijs Israel capta atq; possessa, in partẽ venit tribus Gad. Meminit huius Hieremias & Esaias in visione contra Moab. Debonad filiorum Israel castra. Dismemoab, id est ad occidentem Moabi iuxta Iordanem cõtra Hierichũ: vbi Balach rex Moab & maiores natu Madian, Iraellem insidijs deceperunt: in quo loco & Moyfes Deuteronomium scripsit. Dabira ciuitas in tribu Dan, cuius regem interfecit Iesus. Est autem & alia villula Iudæorum in monte Tabor regionis ad Diocæsaream pertinentis. Dornapheth **דורנפת** quod Symmachus trãstulit dor maritima: hæc est Dora in nono milliario Cæsareæ Palæstinæ pergẽtib; Tyrum, nunc deserta: quæ cum cecidisset in sortem tribus Manasse, eam possidere non potuit: quia in ea habitatores pristini permanserunt. Dabir in tribu Iuda, quæ vocabatur ciuitas litterarum: hæc precepit Othoniel frater Caleb, interfecit in ea filijs Enakim. Fuit autem & ipsa sacerdotibus separata. Porro Othoniel quidam arbitrantur filium fratris Caleb. Dabor super Iordanem ciuitas Amorrhæorum. Dimona in tribu Iuda. Dedan in tribu Iuda. Daena in tribu Iuda: eadem autem est, quæ & Dabir ciuitas litterarum. Dahiuã siue Dahuid in tribu Iuda. Duma in tribu Iuda vicus gradis in Daroma, hoc est ad australem plagam in finibus Eleutheropoleos, decem & septem ab ea milliariis distans. Damna in tribu Zabulon ciuitas separata leuitis. Dasbath in tribu Zabulon. Dabrata in tribu Issachar vrbs separata leuitis. Drys, id est quercus in Ephrata in tribu Manasse, vnde fuit Gedeon. De hac quid nobis visum sit, in libris Hebraicarum quæstionum diximus. Queritur enim quo modo Ephrata in tribu Manasse nunc esse dicatur. Dibon de qua supra diximus, cuius meminit Esaias in visione contra Moab. Defeth quod Aquila trãstulit parietem, Symmachus murum. Dodanim de qua Esaias in visione scribit Arabiæ. Est autem iuxta Arcopolim: Darom huius meminit Ezechiel, quod Symmachus vertit in Africũ. Diospolis ciuitas Aegypti, sicut scribit Ezechiel. Dadan in regione Cedar, de qua scribit Hieremias. Deblataim in terra Moab, sicut scribit Hieremias. Dedan in regione Idumæa, super qua scribit Hieremias. Est autem in quarto milliario à Metallofeno contra Aquilonẽ. Decapolis, sicut in euangelio legimus. Est autem regio decem vrbiũ

Tob. 11
Iudith. 5

Gen. 14

Gen. 35

Gen. 38

Exod. 3

Iud. 7
Num. 13
Ios. 19
Ios. 18
Ios. 13

Ios. 18. 19
Hier. 2
Iud. 7
2. Reg. 20
a. Par. 14
Ios. 19

3. Reg. 17

Ezech. 1
Hier. 46.
41

Hier. 48
Num. 21
3. Reg. 11
Matth. 12

Ioan. 18

Gen. 10

Gen. 18

Hier. 49

Gen. 15

z. Par. 16

Gen. 14

Gen. 16

Gen. 17

Nũ. 31. 11

Ios. 13

Hier. 48

Esa. 15

Num. 33

Nũ. 11. 16

Deut. 1

Ios. 13. 17

Ios. 17

3. Reg. 4

Ios. 15

Iud. 1

Ios. 15

Ios. 11

Ios. 21

Iud. 6

Esa. 15

Esa. 11

Ezech. 10.

30

Hier. 49

Hier. 48

Hier. 49

Matth. 4

Marci 5

trans Iordanem circa Hippum & Pellem & Gadarā.

Gen. 2 Eden, עֵדֶן facer paradisi locus ad orientem, quod in voluptatem deliciasq; trāsfertur. Euila עֵיילָא ubi aurum purissimum, quod Hebraicē dicitur Zaab, & gemmā pretiosissimā carbunculus smaragdusq; nascuntur. Est autem regio ad orientem vergens, quam circumit de paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangen vocant. Sed & vnus de minoribus Noc Euila dictus est, quē Iosephus refert, cum fratribus suis à flumine Cephene & regione Indiā vsque ad eum locum, qui appellatur Ierie, possedisse. Sed & Ismael in solitudine Euila habitasse scribitur: quam scriptura sancta esse ait in deserto Sur contra faciem Ægypti, & inde tendere vsq; ad terram Assyriorum. Euphrates fluius Mesopotamiæ in paradiso oriens. Porro Salustius auctor certissimus asserit tā Tygris quā Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animaduertimus, aliter de paradiso & fluminibus eius intelligendum. Ellesar ciuitas regis Arioth. Ephrata regio Bethlehē ciuitatis David, in qua natus est Christus. Est autem in tribu Iuda: licet plerique male existimant in tribu Beniamin iuxta viam, vbi sepulta est Rachel quinto milliaro ab Hierusalem in eo loco, qui à septuaginta vocatur hippodromus. Legimus Ephratam in Paralipomenon libro, sicut supra dictum est. Ebronאֶבְרוֹן in deserto castra filiorum Israël. Emath quam transierunt exploratores, qui ab Iesu missi sunt. Erma vbi pars populi cæsa est Israël ab Amalech & Cananæo: quem in Deuteronomio Amorrhæū scriptura vocat. Efebon ciuitas Seon regis Amorrhæorum in terra Galaad: quæ cum fuisset ante Moabitærum, ab Amorrhæis belli iure possessa est. Meminit huius Hieremias, Esaias quoque in visione contra Moab. Porro nunc vocatur Esbus, vrbs insignis Arabiæ, in montibus qui sunt contra Hiericho, viginti à Iordane millibus distans. Fuit autem in tribu Rubē separata leuitis. Edrai vbi interfectus est Og rex Basan, gigas, id est potens, omnisiq; illius cæsus exercitus, nunc autem est Adara insignis ciuitas Arabiæ, in vicésimo quarto lapide ab Oldra. Eleale עֵלְעָל ciuitas Amorrhæorum in Galaad, quæ cecidit in fortē tribus Ruben. Meminit huius & Esaias in visione contra Moab, & Hieremias: sed & vsque hodie villa grandis ostenditur in primo ab Esbus milliaro. Ennā, quæ est iuxta desertum Cades. Ermon, mons Ermon, quem Phœnices cognominant Sanior, iam supra positus. Emec Achor, quod interpretatur vallis Achor, id est tumultus atque turbarum: vbi Achan lapidibus oppressus est, eo quod quædam de anathemate sustulisset. Est autem locus iuxta Hiericho, haud procul à Galgalis. Malè ergo quidam putant vallem Achor, à nomine eius qui lapidatus est nuncupatam: cū ille Achan dictus sit, & non Achor vel Achar. Eglon עֵגְלוֹן quæ & Odollam in tribu Iudæ, cuius regem nomine Dabir interfecit Iesus, est autem nunc villa prægrādis in duodecimo ab Eleutheropoli lapidè contra orientem: de qua & supra diximus. Efron quæ & Assur, iuxta eremum in tribu Iuda: de qua supra dictum est. Enakim, & in hac interfecit Iesus Enakim, gigantes de regione mōtana in Chebron. Sed mihi non videtur nomen esse loci, sed habitatorum Chebron. Ephron in tribu Iuda. Est & villa prægrandis Ephrae nomine contra septentrionem in vicésimo ab Ælia milliaro. Epre עֵפְרָיִם in tribu Iuda. Etna in tribu Iuda. Ebezinthia in tribu Iuda. Euim in tribu Iuda. Eloth in tribu Iuda. Ereb in tribu Iuda: est hodièque villa in Daroma, id est ad austrum quæ He-

romith nuncupatur. Efan in tribu Iuda. Eluf in tribu Iuda. Est & hodie in regione ad Æliam pertinente villa nomine Alula iuxta Chebron. Elthei in tribu Iuda: est hodièq; Thecua vicus in nono ab Ælia milliaro contra meridianam plagam, de quo fuit Amos propheta, cuius sepulcrum ibidem ostenditur. Engaddi in tribu Iuda, vbi absconditus est Dauid in solitudine, quæ est in Aulone Hierichus, hoc est in regione illa campestri, de qua supra diximus. vocatur autem vsque hodie vicus prægrandis Iudeorum Engaddi, iuxta mare mortuum, vnde & opobalsamum venit, quas vineas Engaddi Salomen nūcupat. Esthe mo עֶשְׂתָּהוּ ciuitas sacerdotalis, nunc autem ostenditur prægrandis vicus Iudeorum in Daroma: qui locus ad Eleutheropoleos pertinet regionē. עֵמֶק רַפְּחַיִם Emec Raphaim, id est vallis Raphaim in tribu Beniamin.

Edomia in tribu Beniamin: nunc verò ostenditur villa Eduma in Acrabatene duodecim fermè millibus distans à Neapoli contra orientalem plagam. Erma, & hanc Iesus cepit rege illius interfecto: quæ fuit in sorte Symeonis siue Iuda. Ether fortis Symeonis: & nunc est villa prægrandis nomine Iethira, in interiore Deroma iuxta Malatham. Etha in tribu Symeonis. Elchath in tribu Aser, ciuitas leuitis separata. Edrai in tribu Nephthalim. Esthaul in tribu Dan, vbi mortuus est Sampson: quæ vsque hodie ostenditur in decimo Eleutheropoleos milliaro contra Aquilonem pergentibus Nicopolim. Eltheco עֶלְתֵּיכֹוֹ in tribu Dan separata leuitis. Elba, de hac tribus Aser accolæ pristinos nequiuit expellere. Eremnon vicus Iudeorum prægrandis in decimo sexto ab Eleutheropoli milliaro contra meridiem in Daroma. Emathdor in tribu Nephthalim separata leuitis. Emath terminus Allophylorum in regione Damasci. Ergab, ad quem locum Ionathan filius Saul veru dirigit, militaribus iaculis se exercēs. Pro quo Aquila & Symmachus interpretati sunt lapidem, licet in alio loco Symmachus pro hoc τὸν περὶ μέτρον dixerit. Echela, vbi absconditus est Dauid, nunc verò Echela villa dicitur in septimo ab Eleutheropoli milliaro, iuxta quam & sepulcrum Habacuk propheta ostenditur. Elmoni locus quispian interpretatur: pro quo Aquila & Theodotus transulerunt τὸν δὲ ἴνα, quod nos dicere possumus hunc vel illum. Porro licet lector agnoscat, quod in principio quoq; libri huius aliqua ex parte perstrinxi, me non omnia, quæ transfero, comprobare, sed iccirco quædam iuxta auctoritatem Græcam relinquere, quia de his in libris Hebraicarum quæstionū plenius disputauit. Estema, ad quem locum misit Dauid. Eloth, quam ædificauit rex Azarias. Emath, in Esaiā Damasci ciuitas, quam oppugnauit rex Assyriorum. Meminit huius Zacharias & Ezechiel. In Amos quoque Emath rabba scribitur, quod nobiscum sonat, Emath magna. diximus de hac & supra, quod nobis videretur hanc esse Epiphaniam iuxta Emefam: quæ vsque hodie Syro sermone sic dicitur. Eser vrbs quam ædificauit Salomon. Elcese, de quo loco & Nahum propheta fuit, nam appellatur Eleesæus. Emacim, עֵמַקִּים quod Symmachus & Aquila transulerunt vallium. Emaus de quo loco fuit Cleophas, cuius Lucas meminit euangelista: hæc est nunc Nicopolis insignis ciuitas Palestina. Ephram עֶפְרַיִם iuxta desertum, ad quam venit dominus Iesus cum discipulis suis. Diximus de hac & supra sub ephron vocabulo. Hucusque per correptam litteram, e, nominum sunt lecta principia. exinde per extensum legamus elementum, quod

Gen. 2
Gen. 10. 25
Gen. 2
Gen. 14
Gen. 35. 48
1. Par. 2. 4
Nū. 33. 13
Dan. 1
Iud. 12
Hic. 48. 49
Ez. 15
Ios. 13
Num. 21
Num. 32
Ez. 17
Hic. 48. 49
Ios. 10. 15
Ios. 15. 11
Ios. 15

1. Reg. 24
Cant. 5
Ios. 27
Ios. 18
Ios. 12. 19
Ios. 15
Ios. 12
Ios. 19
Iud. 16
Ios. 19. 24
1. Reg. 20
1. Reg. 23
1. Reg. 30
2. Par. 26
Ez. 10. 18
Zach. 9
3. Reg. 9
Nahum 2
Luc. 24
Ioan. 11

Græcè dicitur η . Elath η regio principum Edom, & ciuitas Esau, in decimo à Petra milliario contra orientem. Erom, ciuitas in Ægypto, ad quam Ioseph occurrit patri suo Iacob. Heliopolis, ciuitas solis, vrbs in Ægypto. pro qua in Hebræo scriptum est On, in qua Petrefres sacerdos fuit. Meminit huius & Ezechiel. Etham η castra filiorum Israel in deserto, quæ appellatur Ebutham. Engannim η in tribu Iuda, & nunc est vicus iuxta Bethel. Enaim η in tribu Iuda, hodieq; villa est Bethenim circa Terebynthum. Endor η in tribu Manasse: vbi Pythonissa à Saule rege Iudææ consulitur. Diximus & supra de Endor, quæ est iuxta opidum Naim, in cuius portis, Saluator filii viduæ suscitauit. Est autem circa Scythopolim. Engannim η in tribu Issachar ciuitas separata leuitis. Sed & alia quædam ciuitas Enganna dicitur, circa Gerasam trans Iordanem. Enadda, η in tribu Issachar. Est autem vsque hodie quædam villa Enadda pergentibus de Eleutheropoli Eliâ, quasi decimo milliario. Enasor η in tribu Nephthali posita est, & supra Asor. Erecon, η terminus tribus Dan iuxta Ioppen. Etam η vbi habitauit Sampson, in spelunca Etham, iuxta torrentem. Elam legimus vallem Ela: quam Aquila & Theodotion interpretatur vallem quercus. Engaddi desertum, in quo absconditus est Dauid. Posuimus & supra Engaddi in tribu Iuda iuxta mare mortuum, contra occidentem. Emath regio Allophylorum: porro iuxta Hieremiam ciuitas Damasci. Eman terminus Damasci: sicut in Ezechiele legimus, ad orientem vergens Atheman, & Palmetis, quem cæteri interpretes ediderunt Thamar. Fison η quod interpretatur caterua, fluiuius quæ nostri Gangen vocant, de paradiso exiens, & pergens ad Indiæ regiones, post quas erumpit in Pelagus. Dicit autem scriptura circumfiri ab hoc vniuersam regionem Euilah, vbi aurum præcipuum nascitur, & Carbunculus lapis & Prasinus. Faran nunc opidum trās Arabiam iunctum Saracenis, qui in solitudine vagi errāt. Per hoc iter fecerunt filij Israel, cum de monte Syna castra mouissent. Est ergo vt diximus trans Arabiam contra australem plagam, & distat ab Aula contra orientem, itinere trium dierum. In deserto autem Pharan scriptura commemorat habitasse Ismaelem, vnde & Ismaelitæ qui nunc Saraceni. Legimus quoq; Chodorlaomor regem percussisse eos, qui erant in deserto Pharan. Filistim, quæ nunc dicitur Acalon: & circa eam regio Palæstinæ. Fanuel η locus in quo Iacob tota nocte colluctas, Israelis vocabulum meruit iuxta torrentem Iaboch. Fanuel autem interpretatur facies Dei, ab eo quod Iacob ibi Deum viderit. Fogo η ciuitas Adad regis, quæ est in regione Gabalitica. Fenon η castra filiorum Israel in deserto. fuit autem quondam ciuitas principum Edom, nunc viculus in deserto vbi æris metalla, damnatorum supplicijs effodiuntur, inter ciuitatem Petram & Zoaram, de quo & supra diximus. Fithon η ciuitas Ægypti, quam ædificauerunt filij Israel. Fin castra filiorum Israel in deserto. Fatura ciuitas trans Mesopotamiam, vnde fuit Balaam hariolus: sed & iuxta Eleutheropolim quædam villa nomine Fatura nuncupatur euntibus Gazam. Fogor & Bethphogor mons Moabitæ, ad quem Balach rex adduxit Balaam hariolus in supercilio Lybiadis. Sed & alia villa, Fogor haud procul à Bethlehem cernitur: quæ nunc Phaora nuncupatur. Fasga ciuitas Amorrhæorum. Est autem & mons contra orientalem plagam Fasga, pro quo Aquila interpretatur excisum. Sed & Sepruginta inter-

Gen. 36
Deut. 2

Ezech. 10
Exod. 11
Num. 33
Iosif.

Iosif. 17
2. Reg. 23

Iosif. 19, 21
Iosif. 19

Iud. 15
Iosif. 15

1. Reg. 14
Iud. 3

Hier. 49
Ezech. 47

Gen. 2

Num. 13

Gen. 14

Gen. 32

1. Par. 7
Num. 33

Gen. 36
Exod. 1
Num. 33
Num. 22
Num. 23

Iosif. 19
Num. 23

pretes Fasga in quodam loco excisum transfulerunt. Fanuel ciuitas quam ædificauit Hieroboam. Fanuel turris quam subuertit Gedeon. Sed & vnus de filijs Or vocatus est Fanuel. Faraton η vnde fuit Abdon iudex populi Israel in monte Amalech. Felmonialmon, quod Aquila interpretatur illum vel istum, Symmachus verò nescio quem locum; Theodotion, illum locum: Felmoni, de quo in libris Hebraicarum quæstionum plenius disputatum est. Fogo ciuitas regni Edom. Farfar fluiuius Damasci. Fature regio Ægypti iuxta Ezechielem & Hieremiam, in qua profugi habitauerunt Iudæi. Geon η fluiuius, qui apud Ægyptios Nilus vocatur, in paradiso oriens, & vniuersam Æthiopiam circumciens. Gomorra η , vna de quinque ciuitatibus Sodomorum, quæ cum reliquis diuina ultione subuersa est. Gerara, ex cuius nomine nunc Geraritica vocatur regio trās Daroma procul ab Eleutheropoli viginti millibus, & quinq; ad meridiem. Erat autem olim terminus Cananæorum ad australem plagam & ciuitas metropolis Palæstinæ. Scriptura commemorat fuisse eam inter Cades & Sur, hoc est, inter duas solitudines, quarum vna Ægypto iungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris peruenit. Altera verò Cades, vsque ad Saracenorum cretum extenditur. Galaad η , mons ad quem septimo die profectiois è Charris Iacob profugus venit. Est autem ad tergum Phœnicis & Arabiæ, collibus Libani copulatus: extenditurque per desertum vsque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim rex Seon Amorrhæorum. Cecidit supradictus mons in fortem filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Sed & Hieremias loquitur: Galaad tu mihi initium Libani: à quo monte & ciuitas in eo condita, sortita est vocabulum, quam & cepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir, filij Manasse. Gader turris, vbi habitante Iacob, Ruben patris violauit thorum, quæ absque g littera in Hebræo η Ader scribitur. Gessen regio Ægypti quam inhabitauit cum liberis suis. Gassongaber η castra in solitudine filiorum Israel: sicut in Numerorum libro scriptum est. Porro iuxta Deuteronomium ciuitas est Esau, quam nunc Essiam nuncupari putant iuxta mare rubrum & Ailam. Gethaim, pro qua in Hebræo positum est η Auith ciuitas Adad, qui quartus regnauit in Idumæa terra, quæ nunc Gebalene dicitur. Gai η in solitudine castra filiorum Israel, & vsque hodie Gaia vrbs dicitur Palæstinæ iuxta ciuitatem Petram. Gelmondeblathaim η castra, id est mansio filiorum Israel in deserto. Gadgad mons in deserto vbi castrametati sunt filij Israel. Gaza η ciuitas Æueorum, in qua habitauerunt Capadoces, pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres autem erat terminus Cananæorum iuxta Ægyptum, ceciditq; in fortem tribus Iudæ: sed eam tenere non potuit: quia Enakim, id est gigantes fortissimi Allophylorum restiterunt: & est vsque hodie insignis ciuitas Palæstinæ. Queritur autem quo modo in quodam propheta dicatur, Gaza futura in tumulum sempiternum. Quod soluitur ita, antiquæ ciuitatis locum vix fundamentorum præbere vestigia: hanc autem, quæ nunc cernitur, in alio loco pro illa, quæ corrui, ædificatam. Gargasi ciuitas trans Iordanem iuncta monti Galaad, quam tenuit tribus Manasse. Et hæc esse nunc dicitur. Gerasa vrbs insignis Arabiæ. Quidam autem ipsam esse Gadaram existimant. Sed & euangelium meminit Gerasenorum. Gaggada, vbi aquarum torrentes sunt. Est autem locus in solitudine. Gaulon siue Galon η in tribu

1. Reg. 14
Iud. 8
1. Par. 8
Iud. 12

4. Reg. 1
Ezech. 30
Hier. 44

Gen. 2
Gen. 39

Gen. 10, 26
26

2. Par. 14

Gen. 18

Num. 21
Iosif. 13
Hier. 22
Num. 16
Gen. 35

Gen. 46
Num. 33
Deut. 2
Gen. 38

Num. 18
Gen. 10

Iosif. 13

Masth. 8
Iosif. 20

in tribu Manasse ciuitas sacerdotalis & fugitiuorum in regione Basanitide. Sed & nunc Gaulon vocatur villa prægrandis in Bethania, ad cuius nomen & regio fortita vocabulum est. Gebal, גבול, mons in terra repromissionis, vbi ad imperium Moyfi altare constructum est. Sunt autem iuxta Hierichum duo montes vicini contra se inuicem respicientes. è quibus vnus Garizim, alter Gebal dicitur. Porro Samaritani arbitrantur hos duos montes iuxta Neapolim esse, sed vehementer errant: plurimum enim inter se distant, nec possunt inuicem benedicientium, siue maledicentium inter se audiri voces, quod scriptura commemorat. Garizim mons super quem steterunt ij, qui maledicta resonabant iuxta supra dictum montem Gebal. Golgol, quæ & Galgal, iuxta quam môtes esse scribuntur Garizim & Gebal. Galgal autem locus est iuxta Hiericho. Errant igitur Samaritani, qui iuxta Neapolim Garizim, & Gebal montes ostendere volunt, cum ipsos iuxta Galgal esse scriptura testetur. Gai גאי in Moab, quod in interpretatur vallis Moab, iuxta Phogor, vbi sepultus est Moyfes. Galgala, hæc est quam supra posuimus Golgol ad orientalem plagam antiquæ Hierichus cis Iordanem, vbi Iesus secundo populam circumcidit, & pascha celebrauit: & deficiente mâna, triticeis panibus vsus est Israel. In ipso loco lapides quoq; quos de alueolo Iordanis transtulerunt, statuerunt, ibi & tabernaculum testimonij fixum multo tempore fuit. Cecidit autem in sortem tribus Iudæ, & ostenditur vsque hodie locus desertus in secundo Hierichus milliario ab illius regionis mortalibus miro cultu habitus. Sed & iuxta Bethel quidam aliam Galgalam suspicantur. Gai y iuxta Bethauen & Bethel, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto: & habitauit in illa quoniam citra Iordanem Amorraus: nunc desertus tantum ostenditur locus. Gabaa גבאא vnde Gabonitæ supplices venerunt ad Iesum: erat olim Metropolis ciuitas & regalis Aeorum, ceciditque in sortem tribus Benjamin: & nunc ostenditur villa eodem nomine in quarto milliario Bethelis contra orientalem plagam, iuxta Rama & Remmon, vbi Salomon, hostijs immolatis, diuinum meruit oraculum. Fuit autem & ipsa separata leuitis. Gabe fortis Benjamin, & hæc leuitis ciuitas separata. Gazer גזר in sorte tribus Ephraim, vrbs separata leuitis: quâ & ipsam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Adificata est autem postea à Salomone: nunc Gazara villa dicitur in quarto milliario Nicopoleos contra septentrionem. Verumtamen sciendum, quod alienigenas ex ea Ephraim non potuit expellere. Gofon, גפון, & hanc expugnauit Iesus. Geth, in hac gigantes qui vocabantur Enackim & Philistinorum accolæ permanferunt. Ostenditur vicus in quinto milliario ab Eleutheropoli euntibus Diospolim. Gesom ciuitas alienigenarum, quæ est & Gergassi in Basanitide: de qua filij Israel expellere non valuerunt Gessuri, Gader גדר, & huius regem interfecit Iesus. Legimus quòd Iacob trans currim Gader fixerit tabernaculum suum. Goim גוים in Gelgel: quod Aquila & Symmachus interpretantur, gêtes in Gelgel. Gelgel, & hanc cepit Iesus, & nunc ostenditur villa nomine Galgulis ab Antipatride in sexto milliario contra septentrionem. Golathamaim, locus qui interpretatur possessio aquæ. Gadda in tribu Iuda, est autem hodieq; villa in extremis finibus Daromæ contra orientem, imminens mari mortuo. Gadera in tribu Iuda: nunc appellatur villa ad regionem ciuitatis Aclensis pertinens, nomine Gadora, circa Terebinthû. Gaedur in tribu Iuda, hodieq; vocatur

Gedrus, vicus prægrandis in decimo milliario Diospoleos pergentibus Eleutheropolim. Getrem mon גטרם in tribu Manasse, ciuitas separata leuitis. Gai, vallis, siue præruptum. Geennon גענון, quod interpretatur vallis Ennon, & ab hac quidam putant appellatam gehennam. Cecidit autem in sortem tribus Benjamin iuxta murum Hierusalæ contra orientem: super qua in libris Hebraicarum quæstionum pleniùs dictum est. Gabli terra Allophylorû. Gifon in tribu Iuda. Gethefer in tribu Zabulon. Gaba-thon גבתון, in tribu Dan ciuitas separata leuitis. Est quoq; opidum, quod vocatur Gabe גבא in sextodecimo milliario Cæsariæ: & alia villa Gabatha in finibus Diocæsariæ iuxta gradem campû Legionis: necnon Gabaa & Gabatha viculi contra orientalem plagam Daromæ. Sed & alia Gabaath in tribu Benjamin: vbi fuit domus Saul: alienigenarum quoque in Regnorû libris quædam Gabatha scribitur, & iuxta Bethlehem in tribu Iuda. Getremmò alia ciuitas in tribu Dan separata leuitis. Est autem nunc villa prægrandis in duodecimo milliario Diospoleos pergentibus ad eam de Eleutheropoli. Galaad גלעד locus iuxta Iordanem in tribu Bediamin, vbi altare Domino construxerunt filij Ruben. Gaas גאס mons in tribu Ephraim: in cuius septentrionali plaga sepultus est Iesus filius Naue: & vsque hodie iuxta vicum Thammam sepulcrum eius insigne monstratur. Gabaath in tribu Benjamin, vrbs Phinces filij Eleazari: vbi sepultus est Eleazarus. Est autem nunc Gabaath villa in duodecimo milliario Eleutheropoleos: vbi & sepulcrum prophete Habacuk ostenditur. Gabaa, vsq; ad hanc bellatum est contra tribum Benjamin, sicut in libro Iudicum scribitur. Getha ad quem locum transtulerunt arcâ testamenti de Azoto: nunc vicus grandis vocatur Githam, inter Antipatridæ & Iamniam. Sed & alia villa appellatur Gethim. Gal- lim גללם vnde fuit Phalti, qui post fugam Dauid Michol vxorem eius acceperat. Meminit & huius loci Esaias: dicitur autem esse quidam Accaron vicus qui vocetur Gallim. Gelamsur regio Allophylorum. Gelbue גלבוע montes alienigenarum, in sexto lapide à Scythopoli, in quibus etiam vicus est grandis qui vocatur Gelbus. Gedud, ad quam descendit Dauid, pro quo Aquila ἡ πόλις ἐξέλιπον, id est expeditum vel accinctum, Symmachus latronum cuneum transtulerunt. Gazera, vbi Dauid percussit alienigenas. Posuimus & supra Gazer. Gessuri regio alienigenarû in Syria. Gilon vnde fuit Achitophel. Gob, vbi comissum est prælium. Galilæa, Duæ sunt Galilææ, ex quibus vna Galilæa gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, vbi & Salomon viginti quinque ciuitates donauit Hiram regi Tyri in sorte tribus Nepthalim. Altera Galilæa dicitur circa Tyberiadem & stagnum Genesareth, in tribu Zabulon. Gion, vbi Salomon vnctus est in regem. Giber locus, in quo percussit Hieu rex Israel Ochoziam regem Iuda iuxta Ieblaam. Geth hopher, vnde Ionas propheta fuit. Gaddi, quâ percussit Azael rex Damasci. Posita est & supra Gadda. Gemela גמלא regi Idumæorum, pro qua Aquila & Symmachus interpretantur vallem Salis. Cebin, meminit huius Esaias: & est villa Geba in quinto milliario à Gufnis euntibus Neapolim. Gozan in regione Emath, & huius meminit Esaias. Est autem in finibus Damasci. Gareb גרב collis iuxta Hierusalem, sicut scribit Hieremias. Gabarth, pro quo Aquila interpretatur in sepibus, Symmachus verò in colonijs. Iege Hieremiam. Gepha nomen regionis, vt in Esaiâ scriptum est. Gammen siue Gamon, regio Moabitarum iuxta Esaiam.

Deut. 11

Deut. 11
Osee 9
Deut. 11

Deut. 34

Ios. 5
Ios. 4
1 Reg. 15

Ios. 15

Ios. 12. 8

Ios. 9
Ios. 15

1 Reg. 1
Ios. 1

Ios. 16. 21
1 Reg. 9

Ios. 10
Ios. 11
1 Reg. 17
Ios. 13
Deut. 3

Ios. 12
Gen. 33

Ios. 15

Ios. 19. 22

Math. 18
Ios. 18
Ios. 15
Ios. 19
Ios. 41
Esa. 10

1 Reg. 16
22
Ios. 15
Ios. 15
Ios. 12
Ios. 14

Ios. 18. 24

Iud. 10
1 Reg. 5

1 Reg. 25

Esa. 15

1 Reg. 20

1 Reg. 31

1 Par. 20
Deut. 3
2 Reg. 15
24

Esa. 9
3 Reg. 10

Luc. 4. 5
Math. 4
3 Reg. 1
4 Reg. 9
4 Reg. 14
4 Reg. 10
2 Reg. 8

Esa. 10

Esa. 17
Hier. 31

Gadara vrbs trans Iordanem contra Schythopolim & Tyberiadem, ad orientalem plagam sita in monte, ad cuius radices aquæ calidæ erumpunt, balneis desuper ædificatis. Gergesa, vbi eos, qui à demonibus vexabantur, Saluator restituit sanitati: & hodieque super montem viculus demonstratur iuxta stagnum Tyberiadis: in quod porci præcipitati sunt. Diximus de hoc & supra. Gesemani גסמני locus vbi Saluator ante passionem orauit. Est autem ad radices montis Oliueti nunc ecclesia desuper ædificata. Gologtha, locus Caluarie, in quo Saluator pro salute omnium crucifixus est: & vsque hodie ostenditur in Ælia ad septentrionalem plagam montis Sion.

Iaboch יבוכ fluuius, quo transmissio, luctatus est Iacob, aduersus eum qui sibi apparuerat: vocatusque est Israël. Fluit autem inter Amman, id est Philadelphiam & Gerasam in quarto milliario eius: & ultra procedens, Iordani fluuiio commiscetur. Idumæa regio Esau: quæ ex eo quod ille Edom vocabatur, nomen accepit. Est autem circa urbem Petram, quæ nunc dicitur Gabalene. Ietheth יתת regio principum Edom, in eadem de qua supra diximus Gabalene. Iroth locus deserti, ad quem venerunt filij Israël, mare rubrum transfretates. Ietbata יתבת castra in solitudine filiorum Israël. Incendium, id est *εμπυρισμος*, locus in deserto, vbi quandam partem populi flamma combussit. Inthaath יתח castra in deserto Israël. Ianna, quæ est in campo Moab, subter verticem Fagæ, id est exciû, quod respicit ad desertum iuxta Arnon. Iasa, יסא vbi aduersus Seon Amorrhæorum regem dimicatur. Meminit huius Esaias in visione contra Moab: sed & Hieremias. Et vsque hodie ostenditur inter Medabam & Deblatam. Iazer ciuitas Amorrhæorum in decimo lapide Philadelphie ad solis occasum, trans Iordanem, quæ fuit terminus tribus Gad, extenditurque vsque Aroer, quæ & ipsa respicit vsque Rabbam. Meminit vrbs Iazer & Esaias in visione contra Moab, sed & Hieremias. Fuit autem separata leuitis, & distat ab Esébon quindecim millibus, è qua magnum flumen erumpens, à Iordane suscipitur. Iordanis fluuius diuidens Iudæam, Arabiam, & Aulonem: de quo supra diximus: qui vsque ad mare mortuum fluens, post multos circumitus iuxta Hiericho, mortuo commixtus mari, nomen amittit. Ierhabatha locus in deserto, vbi torrentes aquarum demonstrantur. Iericho vrbs quæ Iordane transgresso subuertit Iesus rege illius interfecto: pro qua extruxit aliam Ozam de Bethel ex tribu Ephraim, quam Dominus noster atque Saluator sua præsentia illustrare dignatus est. Sed & hæc eo tempore quo Hierusalem oppugnabatur à Romanis, propter perfidiam ciuium capta atque destructa est: pro qua tertia ædificata est: quæ vsque hodie permanet, & ostenditur vtriusque vrbs vestigia vsque in præsentem diem. Hierusalem, in qua regnauit Adonizedech: & post eum tenere Iebusæi, è quibus sortita est vocabulû, quos multo post tempore Dauid exterminatis, totius eam Iudææ prouincie Metropolim fabricatus est, eo quod ibi locum templi emerit, & impensas structuræ Salomoni filio dereliquerit. Hanc esse Iosephus refert, quæ in Genesi scribitur Salem sub rege Melchisedek: Fuit autem in tribu Benjamin. Iebus ipsa est quæ & Hierusalem. Iarim ciuitas Gabaonitarum. Iarimuth ירמותר ciuitas, quam subuertit Iesus in tribu Iuda, quarto distans ab Eleutheropoli lapide, iuxta villam Eschaol. Iimon ימון vbi absconditus est Dauid: de qua & supra quid nobis videretur diximus, ponentes Bethsimuth. Sed & in Regnorum libro pri-

mo, pro Iimon Aquila interpretatur dissipatam, Symmachus verò desertam. Iedna in sexto ab Eleutheropoli lapide pergentibus Chebron. Iechonan יכנן ciuitas Carmeli, quæ cepit Iesus, rege illius interfecto. Iair ciuitas tribus Manasse. Iamuel in tribu Iuda. Est autem vsque hodie opidum Palæstinæ. Iamnia inter Diotopolim & Azorum. Iabirciuitas litterarum in tribu Iuda. Iagur in tribu Iuda. Iermus in tribu Iuda. Est autem vsque hodie villa Iermucha in decimo ab Eleutheropoli lapide ascendentibus Æliam. Ieshael יסחאל in tribu Iuda. Ietnan יתנן in tribu Iuda. Iether in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis. Et nunc est villa prægrandis Iethira nomine, in vicesimo milliario Eleutheropoleos: habitatores quoque eius omnes Christiani sunt. Sita est autem in interiori Daroma iuxta Malathan. Diximus de hac & supra. Ianum ינן in tribu Iuda: est villa Ianua in tertio milliario Legionis contra meridiem, sed nõ videtur ipsa esse quæ scribitur. Iethan יתן in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis: est hodieque vicus prægrandis Iudæorum in decimo octauo lapide ab Eleutheropoli ad australem partem in Daroma. Iezrael in tribu Iuda, sed non est ipsa quæ supra Iezrael in tribu Manasse: hodieque prægrandis vicus ostenditur in campo maximo inter Scythopolim & Legionem. Fuit autem terminus Issachar. Sed & vnus de posteris Ephrate, sicut in Paralipomenon legimus, vocatus est Iezrael. Iecdaan in tribu Iuda. Iephleti in tribu Ioseph. Ianoe ינא in tribu Ephraim. Hanc quoque cepit rex Assyriorum: & hodie vicus ostenditur Ianon in Acrabitenæ regione in duodecimo lapide Neapoleos contra orientem. Iamin pro quo Aquila & Symmachus interpretantur dexteram. Iasab pro quo Hebræi habitatores legunt. In emech ימך pro quo Aquila & Symmachus transtulerunt, in vallem. Ieblaam יבלאם in tribu Manasse, de qua alienigenas non valuit expellere. Ierphel ירפאל in tribu Benjamin. Iecnan in tribu Zabulon ciuitas separata leuitis. Iaphie in tribu Zabulon, nunc vsque Ioppe vocatur, ascensus Iapho. Sed & opidum Siccaminum nomine, de Cæsarea Ptolemaidem pergentibus super mare propter montem Carmelum Epha dicitur. Iepthael in tribu Zabulon. Iadela ידאל in tribu Zabulon. Iermoth in tribu Issachar, vrbs sacerdotibus separata. Posuimus & supra Ierimuth: cuius & Ofee propheta meminit. Icoc sortis Neptholim in confinio tribuum, id est in tribu Zabulon ad australem plagam, in tribu Aser ad occidentem: porro in tribu Iuda ad solis ortum. Iabnel יבנאל in tribu Neptholim. Ieron ירמון in tribu Neptholim. Iethla יתלה in tribu Dan. Ielon ילון in tribu Dan. Iud in tribu Dan. Ieracon in tribu Dan. Inlechi ילחי, pro quo Aquila interpretatur in maxilla. Iabis Galaad, & hanc oppugnauerunt filij Israel, nunc autem est vicus trans Iordanem in sexto milliario ciuitatis Pellæ, super montem euntibus Gerasam. Iaar saltus, in quo examen apum fuit. Ieramel, regio Allophylorum. Iether, ad quam misit Dauid: nunc est villa in Daroma, nomine Iethira, de qua & supra diximus. Iecmaan ciuitas principum Salomonis. Irabyrium, pro quo Aquila & Symmachus in Ofee propheta transtulerunt Tabor: Est autem mons Tabor in campo maximo ad occidentalem plagam Legionis. Iezechel nomen petræ in Regnorum libris. Ierhaba, vrbs antiqua Iudææ. Imaczeb ימצב, pro quo Symmachus transtulit in valle Zeb. Inachim, sive Ibachim, pro quo Aquila & Symmachus transtulerunt

March. 8
Marc. 5
Luc. 8
Gen. 14
March. 26

Marc. 14
Ioh. 8. 19

Gen. 32

Gen. 25
Gen. 36

Num. 33
Num. 16
Num. 33
Num. 21

Es. 35
Hier. 49
Num. 34
Ier. 51

Es. 15
Hier. 48
Num. 21

Ios. 6

Luc. 18

Ios. 10. 8
2. Reg. 11

Gen. 14
Ios. 18
Iud. 19

Ios. 10. 15
2. Reg. 23

Ios. 13
Ios. 13
Ios. 13

Ios. 21

Ios. 15
Ios. 12

Ios. 18
4. Reg. 15

Ios. 19

Ios. 21
Ios. 19

Ios. 9
Iud. 15

1. Reg. 15
1. Reg. 16

1. Reg. 14
17. 10
1. Reg. 4
Otec. 1
4. Reg. 14

fulerunt in fletu: meminit huius Micheas propheta. Ioppe, opidum Palæstinæ maritimum in tribu Dan. In araba **יפי**, pro quo Aquila transtulit in humili vel plano, porro Symmachus in campestri. Ituræ & Trachonitis regio: cuius tetrarcha fuit Philippus: sicut in euangelij legimus. Trachonitis autem dicitur terra iuxta Arabiæ desertum, quod Bosra iungitur.

Lasa **לשא** terminus Cananæorum circa Sidonem. Luza in tribu Benjamin, quam postea cognominavit Bethel. Est autem vsque hodie villa, in sinistra parte viæ de Neapoli pergentibus Æliam. Luza, hæc altera est, quæ cecidit in sorte filiorum Ioseph, iuxta Sichem in tertio lapide Neapoleos. Lothan, vrbs ducum Edom. Lebona **לבונה** in deserto, castra filiorum Israel. Labon locus solitudinis, trans Jordanem, in quo Moyses Deuteronomium legit. Lachis **לחיש** in tribu Iuda. Sed & hanc cepit Iesus, rege eius interfecto. Meminit huius Esaias & Hieremias: & nunc est villa in septimo milliario ab Eleutheropoli euntibus Daromam. Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis, quam tenuit Iesus, rege illius interfecto: nunc est villa in regione Eleutheropolitana, quæ appellatur Lobna. Scribit de hac Esaias. Lasaron, & hanc cepit Iesus rege illius interfecto. Lapis Boen filiorum Ruben: est autem terminus tribus Iudæ. Lebaoth **לבואת** in tribu Iuda. Lamas in tribu Iuda. Labaath **לבואת** in tribu Symeon. Labanath, id tribu Aser. Lachum **לחום** terminus Nephthalim. Laboemath, pro quo Aquila interpretatur ingressus Emath. Lefem **לשמ** hanc filij Dan vi captam cognominauerunt Dan. Luza altera iuxta Bethel, in terra Cethim, quam condidit ille qui abierat de Bethel, sicut historia narrat. Lechi **לחי**, pro quo Aquila & Theodotion interpretantur maxillam: de qua supra diximus. Laifa **לשי**, hæc filij Dan captam manu, possederunt, cum esset procul à Sidone: & vocauerunt eam Dan. Fuit autem terminus terræ Iudæ contra septentrionem à Dan vsque ad Bersabe se tendentis. Meminit huius & Esaias. Sita est autem iuxta Pancadam: de qua Iordanis fluius erumpit. Lamathara, ad quem locum Ionathan iacula dirigebat: pro quo Aquila interpretatur ad signum, Symmachus ad conditum. Lodabar, vbi erat Miphiboseth. Lodabar, vnde fuit Machir. Libanus, mons Phœnicæ altissimus. Luith, huius meminit Esaias, & est vsque hodie vicus inter Areopolim & Zoaram nomine Luitha.

Messe **משה** regio Indiz, in qua habitauerunt filij Iectan, filij Heber. Mamre, hæc est Chebron, iuxta quam sepultus est Abraham cum Isaac & Iacob, de qua supra diximus. Mamre autem & vnus vocabatur amicorum Abraham. Madian, vrbs ab vno filiorum Abraham ex Cethura sic vocata. Est autem trās Arabiam ad meridiem in deserto Saracenorum contra orientem maris rubri, vnde vocantur Madiânæi & Madiânæa regio. Legimus & filias Obab sociæ Moysi, filias Madian: sed hæc alia ciuitas est **δμοβουμος** eius, iuxta Arnonem & Areopolim, cuius nūc ruinæ tantummodo demonstrantur. Moab ab vno filiorum Loth, qui vocabatur Moab, vrbs Arabiæ, quæ nunc Areopolis dicitur, sic vocata est: cuius & supra meminimus. Appellatur autem Moab ex nomine vrbs & regio. Porro ipsa ciuitas, quasi proprium vocabulum possidet. Rabbath Moab, id est grandis Moab. Masra **משרוק** ciuitas regni Edom, circa Gabalene. Mabsar **מבצר**, vsque ad præsentem diem vicus grandis in regione Gabalena: & appellatur Mabsara ad urbem Petram pertinens. Magdiel **מגדיל**, & hæc

in regione Gabalena, possessa olim à ducibus Edom. Magdalu **מגדל**, ad quam filij Israel cum exissent de Ægypto peruenierunt, antequam transirent mare rubrum. Legimus & Ezechielem de Magdalo vsque Siemem. Porro Hieremias Iudæos, qui secum fugerant, Babyloniorum impetum declinantes, in hac vrbe Ægypti habitasse refert. Mara **מרה**, quod interpretatur amaritudo. Est autem locus, in quo amaras aquas iactu ligni Moyses in dulcem vertit sapore m. Memoria, id est sepulcra concupiscentiæ, castra filiorum Israel in deserto, vbi post esum carniū ascendit ira Dei super illos. Maceloth **מקלות** castra filiorum Israel in solitudine. Matheca **מתקה** castra filiorum Israel in solitudine. Masurith **מסורת** castra filiorum Israel in deserto. Mathane **מתנה**, quæ nunc dicitur Mathana: sita est autem in Arnone, duodecimo milliario procul contra orientalem plagam Medebat. Misor **מסור** ciuitas Og regis Basan: significat autem Misor loca plana atque campestris. Machanarath terminus vrbs Amman, quæ & Philadelphia dicitur. Madbares quam nos vocamus eremū, hanc Hebræi Madbarim nominant. Misaida filiorum Iacin, locus in solitudine, in quo obiit Aaron. Maceda, in hac conclusit Iesus quinq; reges in spelunca, quos interfecit cum rege Maceda, quæ fuit in tribu Iuda, & nunc est in octauo milliario Eleutheropoleos contra solis ortum. Madon ciuitas in qua rex fuit Iobab, aduersus quem bellum gessit Iesus. Masphat **מספחה** in tribu Iuda, apud quam habitabat Iepse iuxta Chariathiarim, vbi quondam arca testamenti fuit, & Samuel populum iudicauit. Meminit huius & Hieremias. Merom **מרום**, aquæ, ad quas exercitu præparato, castra sunt posita. Est autē nunc vicus Merrus nomine in 12. milliario vrbs Sebaste iuxta Dothaim. Mastephothmaim **מספחות**, pro quo Aquila Mastephoth aquæ, Symmachus Mastephoth maris interpretati sunt. Machathi, vrbs Amorrhæorum super Iordanem iuxta montem Ermon: de qua exterminare non valuerunt filij Israel Machathæū. Marom, & hanc cepit Iesus rege illius interfecto, posita est & supra Marrus. Magedo **מגדו**, & hanc cepit Iesus rege illius interfecto: quæ cum cecidisset in fortem tribus Manasse, nequaquam possedit eam, quia pristinos habitatores nequirit expellere. Misor, pro quo Aquila & Symmachus humilem interpretati sunt. Est autē ciuitas tribus Ruben, separata leuitis in regione Gabalena. Medaba **מדבה**, vsque hodie vrbs Arabiæ, antiquū nomen retinens, iuxta Efebon. Mephaath, in tribu Benjamin. Sed & alia est trans Iordanē, in qua præsidium Romanorū est militum propter vicinam solitudinē. Maspha in tribu Gad separata leuitis. Est autē & alia nunc Maspha in finibus Eleutheropoleos contra septentrionē pergentibus Æliam, pertinens ad tribum Iuda. Manaim in tribu Gad separata leuitis in regione Galatidide. Medemana in tribu Iuda, cuius meminit Esaias: & nunc est Menois opidum iuxta ciuitatē Gazā. Magdalgad in tribu Iuda. Maresa **מראשה** in tribu Iuda, cuius nunc tantummodo sunt ruinæ in secūdo lapide Eleutheropoleos. Maon in tribu Iuda contra solis ortū Daromæ. Maroth in tribu Iuda. Maddin in tribu Iuda. Masfa in tribu Benjamin. Machor in tribu Manasse. Madala ascēsus Zabulon. Molada in tribu Iuda vel Symeonis. Mosan in tribu Aser iuxta Carmelū ad mare, ciuitas separata leuitis. Mare salinarū, quod vocatur mortuū siue Asphalti, id est, bituminis, inter Hiericho & Zoarā. Meeleb terminus Nephthalim. Magdilel **מגדיל** in tribu Nephthalim, & hodie paruus vicus ostēditur in quinto milliario Dare

Ios. 19
Luc. 3
Gen. 10
Gen. 28. 15
Ios. 16
Gen. 23
Num. 33
Deut. 1
Ios. 15. 10
Ez. 36
Hier. 34
Ios. 15. 21
Ios. 15
Ios. 19
Ios. 1
Ios. 15
Ez. 10
1. Reg. 20
1. Reg. 9
Ez. 15
Hier. 43
Gen. 10
Gen. 14
Gen. 15
Exod. 2
Gen. 10
Gen. 16

Gen. 28
1. Par. 1
Exod. 14
Ezech. 4
Hier. 44
Exod. 17
Num. 14
Num. 33
Num. 25
Deut. 3
Num. 10
Ios. 10. 15
Ios. 11
Ios. 15
1. Reg. 10
Hier. 40
Ios. 11
Ios. 11. 12
Ios. 12
Ios. 12. 17
Ios. 12
Num. 22
Ios. 13. 28
Ios. 13
Ios. 15
Ios. 15
Ios. 15
Mich. 2
Ios. 15
Ios. 18
Ios. 19
Ios. 19
Ios. 21
Ios. 21
Ios. 21
Ios. 21
Ios. 21

pergentibus Ptolemaidem. Mons Oliuarum ad orientem Hierusalem, in quo discipulos erudiebat Iesus. Mosphetaim, pro quo Aquila interpretatur festiū, Symmachus vicinarum. Moria מריה nomen est collis, de quo in libris Hebraicarum quaestionum plenius disputatur. Mennich מניח, vbi Iepte praeliatus est: nunc autem ostenditur Mannich villa in quarto lapide Esbus pergentibus Philadelphiam. Machmas, vsque hodie vicus grandis ostenditur in finibus Aeliz, antiquum nomen retinens, nouem ab ea millibus distans iuxta villam Rama. Messab hostile opidum iuxta Gabaa. Maon, siue Magon מון vbi sedit Saul. Mafsepha in Moab, ad qua profugus David, cum Saulis insidias declinaret, venit. Mafareth, in qua sedit David, nunc deserta, pro quo Aquila interpretatur munitiones, Symmachus refugia, Theodotion speluncas. Masbach ciuitas hostilis regis Adazar. Mela, id est Gemela, quam Aquila & Symmachus transferunt vallem Salis. Diximus de hac & supra. Maacha regio regis Gesur. Modin vicus iuxta Diopolim, vnde fuerūt Machabaei: quorum hodieq; ibidem sepulera monstrantur. Sar itaque miror quo modo Antiochiae eorum reliquias ostendant, aut quo hoc certo auctore sit creditum. Mabsar Tyri, pro quo Aquila & Symmachus interpretatur munitam Tyrum. Magdo מודו vrbs quam edificauit Salomon. Meeber מעבר, pro Aquila transtulit מעבר, Symmachus מעבר, id est, trans vel de contra. Maces vrbs vnus principum Salomonis. Mello מלל ciuitas quam edificauit Salomon. Porro Symmachus & Theodotion, ad impletionē, transtulerunt: & de hac in libris Hebraicarum quaestionum plenius dicitur. Medam ciuitas quam edificauit Salomon. Memphis ciuitas Aegypti, cuius Osce, Ezechiel, & Hieremias prophetae recordatur, sed & Iudaei, qui cū Hieremia de Hierosolymis profugi exierant, habitauerūt in Memphis. Machaas in Osce, pro quo Aquila & Symmachus, concupiscentias interpretantur. Miletus ciuitas Asiae, de qua Ezechiel scribit. Mariboth מריבות, cuius meminit Ezechiel, dicens: vsque ad aquam Mariboth: pro quo Aquila lites, Symmachus iurgia vel contradictiones interpretantur. Morasthi, vnde fuit Micheas propheta. Est autem vicus contra orientem Eleutheropoleos. Masagan regio Moabitarum, vt scribit Hieremias. Misor regio Moabitarum iuxta Hieremiam. Mophat regio Moabitarum: sicut in Hieremia legimus: posita est & supra Mephaath. Maon regio Moabitarum, iuxta Hieremiam. Melchom מלכום idolum Ammonitarum, sicut scribit Hieremias. Magedan, ad cuius fines Mattheus euangelista scribit Dominum peruenisse, sed & Marcus eiusdem nominis recordatur: nūc autem regio dicitur Magedena, circa Gerasam. Naid ניד terra in qua habitauit Cain: vertitur autem in Solum, id est motū, siue fluctuationem. Niniue vrbs Assyriorum, quam edificauit Assur egrediens terra Sennaar. Est & alia vsque hodie ciuitas Iudaeorum, nomine Niniue, in angulo Arabiae, quam nunc corrupte Neneuet vocant. Nahaliet iuxta Arnonem castra filiorum Israel. Naban, quod Hebraice dicitur Nebo נבו, mons supra Iordanem contra Hierichum in terra Moab, vbi Moyses mortuus est, & vsque hodie ostenditur in sexto milliario vrbis Esbus contra orientalem plagam. Nabo ciuitas filiorum Ruben in regione Galaad: cuius meminit Esaias in visione contra Moab, & Hieremias. Est & ciuitas viri vocabulū Naban, qui Caan & caeteros vicos, qui circum eū erant, ex suo nomine nunc

cupauit Naboth: Sed & vsque hodie ostenditur locus desertus Naba, distans à ciuitate Esbus millibus octo cōtra meridianam plagam. Negeb auster, apud Hebraeos נגב Nageb dicitur, quod Symmachus interpretatur meridiem. Sciendum autem, quod eadem plaga apud Hebraeos tribus vocabulis appellatur. Nageb, Theman, Darom, quod nos possumus austrum, africanum, & meridiem, siue Eurum interpretari. Nephethdor נפתדר quod Symmachus interpretatur maritimam. Dor autem est opidum iam desertū in vndecimo milliario Caesareae pergentibus Ptolemaidem. Napho, nomen fontis, in tribu Benjamin. Naama ciuitas tribus Iudae. Neesib in tribu Iuda, quae nunc vocatur Nasib, in septimo milliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron. Nepsam in tribu Iuda. Naaratha in tribu Ephraim, & nunc est Naorath villa Iudaeorum in quinto milliario Hierichus. Naphet נפת in tribu Manasse. Naalos נאלל in tribu Zabulō ciuitas separata leuitis. Neceb נכב in tribu Nephthaim. Neela, de hac alienigenas Zabulon non voluit expellere. Est hodieq; in regione Batanea viculus nomine Neila. Nabe siue Nobe, ad quam ascendit Gedeon, vrbs sacerdotibus separata, quam postea legimus furore Saulis subuersam. Nemra ciuitas tribus Ruben in terra Galaad: & vsque hodie vicus grandis. Narama in regione Batanea. Naioth locus in Rama, vbi sedit David: & de hoc in libris Hebraicarum quaestionum diximus. Nachon, Area Nachon, pro quo Aquila interpretatur Area praeparata. Nephath ciuitas vnus principis Salomonis. Nergel, & hanc extruxerunt in regione Iuda Samaritani, qui de Babylonia sunt profecti. Nebah quam condiderunt Auei in terra Iuda. Neferech נפרח idolum Assyriorum. Nemrim, cuius meminit Esaias in visione contra Moab & Hieremias, nunc autem est vicus nomine Benamerium ad septentrionalem plagam Zoar. Nabeoth נבות regio de qua scribit Esaias. Nazareth vnde & Dominus noster Saluator Nazareus vocatus est: sed & nos apud veteres quasi opprobrio Nazareti dicebamur, quos nunc Christianos vocant, est autem vsque hodie in Galilaea viculus cōtra Legionem in quinquagesimo eius milliario ad orientale plagam iuxta montem Tabor nomine Nazara. Naim opidum, in quo filium viduē à mortuis Dominus suscitauit, & vsque hodie in secundo milliario Tabor montis ostenditur contra meridiem iuxta Endor. Orech ארעך ciuitas regni Nemrod in Babylone. Oolibama אוליבמה ciuitas principum Edom. Odolam אדולאם diximus de hac & supra, cuius meminit Esaias. Othon אטון vbi secundo filij Israel castramentati sunt, egredientes de Sochoth iuxta desertum, quando profecti sunt de Aegypto. Opher, & hanc cepit Iesus rege illius interfecto. Ooli ciuitas in tribu Aser. Ophera, via Ophra ducens ad terram Saal. Hucusque per o breuem litteram legimus: exinde per extensum legamus elementum. Onן vrbs in Aegypto, quae Heliopolis Graecè dicitur, id est ciuitas solis, quam edificauerunt filij Israel, sicut Septuaginta interpretes arbitratur. alioqui in Hebraeis voluminibus non habetur. & recte: siquidē antequam Iacob ingrederetur Aegyptum erat extructa iā ciuitas, quae & sacerdotem Petefrem patrē Aseneth habuit. Or mons in quo mortuus est Aaron, iuxta ciuitatem Petram, vbi vsque ad praesentem diem ostenditur rupes, qua percussa, Moyses aquas populo dedit. Oboth in deserto castra filiorum Israel. Osa in tribu Aser. Oram ארמה in tribu Nephthaim. Ophir, sicut in Regnorum libris legimus, est insula, vnde

Marc. 13
Gen. 12
2. Par. 3
Iud. 11
1. Reg. 13
1. Reg. 18
1. Reg. 12
24
1. Reg. 8
1. Mach. 2
Ios. 19
3. Reg. 3
3. Reg. 4
3. Reg. 7
Osce 9
Ezech. 30
Hier. 44
46
Ezech. 43
Hier. 26
Mich. 1
Hier. 48
Hier. 49
Matth. 15
Marc. 8
Gen. 4
Gen. 10
Num. 21
Deut. 34
Num. 31
Esi. 15
Hier. 48

1. Reg. 4
Ios. 18
Ios. 15
Ios. 16. 11
Ios. 19. 11
Iud. 1
Iud. 8
1. Reg. 28
Num. 31
1. Reg. 19
1. Reg. 6
3. Reg. 4
4. Reg. 19
19
Esa. 37
Esa. 41
Hier. 48
Esa. 40
Matth. 3
Luc. 7
Gen. 10
1. Par. 1
Exod. 15
Num. 33
Ios. 12
Gen. 41
Num. 10-11
Num. 11-13
Ios. 19

vbi appellatur regio Ieira: sed & classis Salomonis per triennium hinc quadam commercia deportabat. Seora, vrbs iuxta Sodomam, quæ & Segor & Zoara: de qua & supra diximus. Saue ciuitas antiqua in qua habitauerunt Ommei gens valida super regionem Sodomæ quam excidit Chodorlaomor. Seir mons in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena: quæ ex eo quod Esau pilosus esset & hispidus, Seir, id est pilosus, nomen accepit. In quibus locis prius habitauit Chorræus, quæ interfecit Chodorlaomor. Meminit montis Seir & Esaias in visione Idumææ. Salem ciuitas Sicimorum, quæ est Sichem: sed & alia villa ostenditur vsque in præsentem diem iuxta Eliam contra occidentalem plagam hoc nomen: in octauo quoq; lapide à Scythopoli in campo vicus Salumias appellatur. Iosephus verò Salem esse affirmat, in qua regnauit Melchisedek, quæ postea dicta est Solyma: & ad extremum Hierolymæ nomen accepit. Sur vbi inuenit angelus ancillam Saræ Agar inter Cades & Barad. Extenditur autem desertum Sur vsq; ad mare rubrum, quod ad Ægypti confinia peruenit. Porro Cades solitudo est super urbem Petram: sed & scriptura desertum Cades contra faciè Ægypti extendi memorat: ad quod primum venere Hebræi rubro mari transuadato. Segor, quæ & Bala & Zoara, vna de quinque ciuitatibus Sodomorum ad preces Lot de incendio reseruata, quæ vsque nunc ostenditur. Meminit huius & Esaias in visione contra Moab: de qua & supra diximus. Scenæ, id est tabernacula, locus in quo habitauit Iacob regressus de Mesopotamia, qui lingua Hebraica appellatur סוכות Sochor. Sochor prima mansio filiorum Israel in deserto, postquam de Ægypto sunt profecti, antequam mare transirent rubrum. Sin desertum inter mare rubrum & solitudinem Sina. Nam de deserto Sin filij Israel venerunt in Raphidim, & à Raphidim in desertum Sina, iuxta montem Sina, vbi Moyse s tabulas legis accepit. Desertum autem Sin idè dicit esse scriptura quod & Cades: sed hoc iuxta Hebræos. cæterum in Septuaginta interpretibus non habetur. Selmona castra filiorum Israel in deserto. Saphar, mons Saphar, in deserto castra filiorum Israel. Satim, vbi populus pollutus est fornicatione filiarum Moab: est autem iuxta montem Phogor: vnde & Iesus exploratores ad inuestigandam, & noscendam terram misit Hiericho. Sabama ciuitas Moab in terra Galaad: quæ cecidit in sortem tribus Ruben: meminit & huius Esaias in visione contra Moab. Senna terminus Iudæ, & vsque hodie ostenditur in septimo lapide Hiericus contra septentrionalem plagam villa nomine Magdalsenna: quod interpretatur turris Senna. Selcha ciuitas regis Og in regione Basanide. Sephama terminus Iudæ ad solis ortum. Sadada terminus Iudæ. Semeron, & hæc cepit Iesus rege illius interfecto. Dicunt autem nunc pro ea Sebasten vocari opidum Palæstinæ: vbi sancti Ioannis Baptistæ reliquæ conditæ sunt. Legimus in regnorum libris, quod Amri rex Israel emicrit montem Semeron à quodam Semer, & ædificauerit in vertice eius ciuitatē, quam ex nomine Domini appellauerit Semeron. Seira, & hanc cepit Iesus filius Naue. Selcha ciuitas in regione Basanide. Sichoꝝ terminus loci contra faciè Ægypti: sed & hodie ostenditur villa nomine Sihor inter Eliam & Eleutheropolim in tribu Iuda: super hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Saorth in tribu Ruben, super Iordanem. Sachoth in tribu Gad super Iordanem. Saphon in tribu Gad

Gen. 14
Gen. 14

Esa. 21
Gen. 33

Gen. 14

Gen. 16

Erod. 15
Num. 33

Gen. 19

Esa. 15
Gen. 33
Erod. 18

Exo 16. 17

Num. 33

Num. 33
Num. 35
Ios. 2
Ios. 13

Esa. 15
Ios. 15

Deut. 3
1. Par. 5
Num. 34
Ios. 1. 1. 2
3. Reg. 16

Deut. 3
1. Par. 5
Ios. 15
Ios. 13

super Iordanem. Sacharona in tribu Iuda. Same in tribu Iuda. Saal in tribu Iuda vel Symeon. Sicelech, quam Achis rex alienigenarum dedit ad inhabitandum Dauid. Est autem in Daroma fortis Iuda vel Symeonis. Sanfanna in tribu Iuda. Selein in tribu Iuda, Saraa vicus in finibus Eleutheropoleos contra septentrionem pergentibus Nicopolim, quasi in decimo milliario in tribu Dan siue Iuda. Sunt autem vsque hodie viculi duo pergentibus Eliam de Eleutheropoli in nono milliario viæ publicæ, vnicus in monte, alter in campo situs, qui Sochoth nuncupantur. Sarim in tribu Iuda. Senan in tribu Iuda. Samir villa in montanis sita inter Eleutheropolim & Ascalonē in tribu Iuda. Socho de qua supradictum est. Dicuntur autem Samaritani, qui de Babylone profecti sunt, hunc viculum condidisse. Sachcha in tribu Iuda. Selo in tribu Ephraim, in quo loco arca testamēti mansit, & tabernaculū Domini vsque ad tempora Samuelis. Est autem in decimo milliario Neapoleos in regione Acrabitena, sed & Iudæ patriarchæ filium Selo appellatum legimus. Sichem in tribu Manasse ciuitas sacerdotalis & fugiuorum in monte Ephraim, vbi sepelierunt ossa Ioseph, de qua & supra diximus. Sames, id est fons Sames in tribu Benjamin, pro quo Aquila interpretatur fontem solis. Semron in tribu Benjamin. Sela in tribu Benjamin. Sabce in tribu Symeon. Sarith terminus Zabulon. Samas pro quo Theodotion & Symmachus transtulerunt solis. Semron in tribu Zabulon. Sunem in tribu Issachar, & vsque hodie vicus ostenditur nomine Sunem, in quinto milliario Tabor montis contra australem plagam. Seon siue Soen in tribu Issachar, hodieq; ostenditur villa iuxta montem Tabor. Salsimā terminus Issachar. Sior in tribu Aser. Sienaim quercus pertinens ad terminum Nephtholim. Sareah in tribu Dan, vbi Sampson fuisse legimus iuxta Estaol, de qua supra diximus. Samis in tribu Dan, de qua & supra memoriā feci sub nomine Bethsamis. Selabin in tribu Dan, vsque hodie grandis vicus ostenditur in finibus Sebastenis nomine Selaba. Sephet Cananæorum locus. Seirotha quo confugit Iudex Ahod. Diximus autē supra de Seira. Sur Oreb, quod Aquila interpretatur petra Oreb. Selmon mons quem conscendit Abimelech aduersus Sicimam dimicans. Sephina pro quo Aquila & Symmachus interpretantur Aquilonem. Sorech nomen torrentis, de quo loco fuit Dalila illa Sampsonis, sed & vsque hodie ad septentrionalem plagam Eleutheropoleos vicus ostenditur nomine Capharforech iuxta villam Saraa, vnde fuit Sampson. Sophim mons Ephraim in loco Armatheim. Salifa quam Saul transijt. Sena nomen petre, Saal villa quam pertransijt Saul in finibus Eleutheropoleos contra occidentem, septem ab ea millibus distans. Sūph vbi Samuel inuenit Saulem. Sebaim, vbi Saul præliatus est. Sunam, vbi fuit illa mulier Sunamitis: est autem hodie vicus in finibus Sebaste in regione Acrabitena, vocabulo Sanim. Saphamoth, ad quem locum misit Dauid. Seira nomen putei, à quo Ioab fecit reuerri principem exercitus Abner. Suba cuius regem percussit Dauid. Sarchan, quæ est ad radices Iezrael. Sophera, quæ est & Sophir, vnde veniebant naues Salomonis: de qua supra diximus. Est autem mons orientis pertinens ad Indiæ regionem. Sarara, ciuitas pergentibus Edom. Saba, ciuitas regalis Æthiopiæ,

Ios. 15

1. Reg. 17
Ios. 15

Ios. 15
Iud. 10

Ios. 15
Ios. 29. 11
Iud. 20. 11
Gen. 46
Ios. 17. 21
24
Ios. 18
Ios. 19

Ios. 19
Iud. 15. 16
Ios. 19
Iud. 1
Num. 21
Iud. 4. 7
Iud. 9. 16

Iud. 16

1. Reg. 4

1. Reg. 9. 14
1. Reg. 9
1. Reg. 9
4. Reg. 4
1. Reg. 10
2. Reg. 1. 5
3. Reg. 4. 7

1. Reg. 10

Aethiopia, quam Iosephus à Cambyse rege Meroen cognominatam ex fororis vocabulo refert. Sela, vbi percussus est Ioas. Sepharuaim **ספראי**, de quibus locis Assyrij transmigrantes, habitauerunt in Samaria: & ab ipsis Samaritanorum gens sumpsit exordium. Meminit horum & Esaias. Sade moth, vbi Iofias rex idolorum signa combussit. Sarepta, ciuitas Sidoniorum in via publica sita, vbi habitauit quondam Elias. Saron, cuius & Esaias meminit, dicens: In paludes versus est Saron. Vsq̄ue in praesentem autem diem regio inter montem Tabor & stagnum Tyberiadis Saronas appellatur. Sed & à Caesarea palestinae vsque ad opidum Ioppe omnis terra, quae cernitur, dicitur Saronas. Sephela, sicut scribit Esaias, pro quo Aquila campestre, Symmachus vallem interpretatur. Vsq̄ue hodie omnis regio iuxta Eleutheropolim campestris & plana, quae vergit ad Aquilonem & occidentem, Sephela dicitur. Sennaar, pro quo Aquila Sennan, Symmachus interpretatur vberem: meminit huius & Micheas propheta. Sedrach **סדרח**, terra Damasci, legimus in Zacharia. Sion **ציון**, mons vr̄bis Hierusalem. Samaria, ciuitas regalis in Israel, quae nunc Sebaste dicitur. Sed & omnis regio, quae fuit circa eam, à ciuitate quondam nomen acceperat. Sor **צור** Tyrus, metropolis Phoenices in tribu Nephthalim. Syene, ciuitas Thebaidis, sicut scribit Ezechiel. Sabarim, inter Damascum & Emath: sicut scribit Ezechiel. Sais, ciuitas Aegypti: cuius meminit Ezechiel, à qua & Saites pagus. Sadada **סדדא**, terminus Iudae, sicut scribit Ezechiel. Salisa **שלישא**, pro quo Aquila interpretatur triennalem: meminit huius Hieremias. Sichar, ante Neapolim iuxta agrum, quem dedit Iacob filio suo Ioseph, in quo Dominus noster atque Saluator secundum euangelium Ioannis, Samaritanæ mulieri ad puteum loquitur, vbi nunc ecclesia fabricata est.

Tigris, fluius de paradiso exiens iuxta scripturae fidem, pergensque contra Assyrios: & post multos circuitus, vt vult Iosephus, in mare rubrum influens. Vocatur autem hoc nomine propter velocitatem, instar bestiae nimia pernicitate currentis. Terebinthus, in Sicimis, sub qua abscondit Iacob idola, iuxta Neapolim. Tina, in tribu Iuda. Talem, **טלם** in tribu Iuda. Tesan, in tribu Iuda. Tyrus **צור**, in tribu Nephthalim. Tabath, vbi pugnatum est aduersus Madian. Tob, terra in qua habitauit Iephte. Topher, in valle filiorum Ennon: vbi populus Israel gentium simulacra venerabatur. Est autem locus in suburbanis Hierusalem. Tanis ciuitas Aegypti, sicut Esaias & Ezechiel scribunt. Tafnas, **תפנאס** ciuitas Aegypti. Lege Osce, Ezechiel & Hieremiam. In hac habitauerunt Iudaei, qui ob metum Babyloniorum cum Hieremia fugerunt. Trachonitis regio siue Ithurea: cuius Tetrarches fuit Philippus iuxta euangelium Lucæ. Diximus de hac & supra. Est autem trans Bosram Arabiae ciuitatem in deserto, contra australem plagam quasi ad Damascum respiciens. Hucusque per tres simplicem litteram legerimus, verum quoniam quæ sequuntur apud Hebraeos non ex Theta, sed ex Thau, id est Thita Graeco scribuntur, cum aspiratione legere debemus. Theman regio principum Edom in terra Gebalitica, à Theman filio Eliphaz filij Esau sortita vocabulum: sed & vsque hodie est villa nomine Theman distans ab vrbe Petra quinque millibus: vbi & Romanorum militum praesidium sedet: de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum. Vnus quoque filiorum Ismael appellabatur Thema. Sciendum autem quod omnis australis regio Hebraeis Theman dicitur. Thama-

na, vbi oues suas totondit Iudas: ostenditur hodieque praegrans vicus in finibus Diospoleos euntibus Aeliam in tribu Dan siue Iudae. Tamna, ciuitas alia principum Edom: sed & concubina Eliphaz, filij Esau, Thamna appellata est, quae peperit ei Amalech: vnde Amalechitæ. Thaphol, locus in deserto trans Iordanem, in quo Deuteronomium scripsit Moyses, contra Hiericho. Thaat, castra filiorum Israel. Thara, castra filiorum Israel. Taphua, **תפחוא** in tribu Iuda ciuitas quam expugnauit Iesus, rege illius interfecto. Diximus & supra de termino Palestinae & Aegypti quae appellatur Bethaphu. Thaanach **תענח**, ciuitas quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Fuit autem in tribu Manasse separata leuitis: & nunc in quarto milliaro opidi Legionis hoc nomine vicus ostenditur. Thenath, **תנאת** in tribu Ioseph: hodieque villa est Thenath in decimo milliaro Neapoleos contra orientem, descendentibus Iordanem. Thaphue, in tribu Ioseph. Thaphue, in tribu Manasse. Thecua vsque hodie iuxta desertum ciuitatis Aelie vicus ostenditur: vnde & Amos propheta fuit. Therfa, & hanc cum rege suo cepit Iesus. Therela **תירלא**, in tribu Benjamin. Tholad **תולד** in tribu Iuda siue Symeonis. Thabor, terminus Zabulon. est autem mons in medio Galilaeae campo, mira rotunditate sublimis, distans à Diocæsarea decem millibus contra orientalem plagam: qui confinium quoque inter tribum Issachar & Nephthalim fuit. Thalca, in tribu Symeon: nunc vicus grandis Iudaeorum dicitur Thella, quasi in sextodecimo milliaro Eleutheropoleos contra orientalem plagam. Thannafara ciuitas Iesu filij. Naue, in mote sita: de qua & supra sub nomine Thanne diximus: in qua vsque in praesentem diem sepulcrum eius ostenditur in tribu Dan. Thaanac, ciuitas iuxta quam Debhora aduersum Sisaram dimicauit, in tribu Manasse, separata leuitis, quam tenere non potuit, pristinis cultoribus nequaquam eiectis. est autem villa nunc praegrans distans à Legione tribus millibus. Thebes, vr̄bs, quam cum oppugnaret Abimelech, fragmine molae ictus interijt. est autem vsque hodie vicus nomine Thebes, in finibus Neapoleos pergentibus Scythopolim quasi in terdecimo eius lapide. Thannatha, posuimus & supra. Thanna in tribu Iuda. Thelamage, locus in quo Abner misit ad Dauid. Sed sciendum quod pro hoc verbo Aquila interpretatur extemplo, Symmachus pro semetipso. Thaath, iuxta Galaad. Thapsa **תפסא** terminus regni Salomonis. Themor **תמור** ciuitas quam aedificauit Salomon in deserto, cuius in libris Hebraicarum quaestionum mentionem plenius fecimus. Tharsis, **תרס** vnde aurum afferebatur Salomoni: hanc putat Iosephus Tharsum vibem esse Ciliciae. Porro iuxta Ezechielem prophetam Carthago sentitur. siquidem in eo loco vbi secundum Sepuaginta interpretes legimus Carthaginem, in Hebraeo habemus Tharsis scriptum. Nonnulli Indiam putauerunt: & de hoc tam in libro epistolarum, quas ad Marcellam scripsimus, quam in libro Hebraicarum quaestionum plenius diximus. Tharsa, vbi Asa rex Israel fuit. Tharsila **תרסלא** vnde fuit Manahen, vsque hodie est viculus Samaritanorum in regione Batanea, qui Thersila dicitur. Thesba, vnde ortus est Elias propheta Thesbites. Theman iuxta Ezechielem ciuitas Idumaeae. Porro Esaias in visione eam ponit Arabiae. Meminit huius & Hieremias. Abdias autem scribit ciuitatem Esau. Sed & vnus filiorum eius Theman appellabatur, sicut supra diximus. Tharthac **תרתח** quam

4. Reg. 14
4. Reg. 17
18
4. Reg. 23
1. Reg. 17
Ez. 1
Zach. 9
Ios. 19
Ezech. 29
13
Ezech. 47
1. Reg. 9
Ios. 4
Gen. 1
Gen. 31
Ios. 15
Ios. 19
Iud. 11
Ez. 30, 19
Ezech. 30
Ezech. 30
Hier. 43, 44
46
Luc. 3
Iob. 4
Gen. 29
Gen. 38
Ios. 13, 19

Gen. 38
Deut. 1
Num. 38
Ios. 12, 18
Ios. 22
Iud. 2
Ios. 16
Ios. 17
2. Reg. 24
Ios. 12
Ios. 18, 39
Ios. 19, 24
Iud. 5, 1
Ios. 12
Iud. 9
2. Reg. 18
Ios. 15
2. Reg. 8
3. Reg. 4
2. Par. 8
3. Reg. 10
2. Par. 9
Ezech. 29
3. Reg. 18
4. Reg. 18
3. Reg. 17

in terra

Gen. 36
4. Reg. 17.
19.
Esa. 37
Ezech. 17
Gen. 11

in terra Iudæ Euei condidere. Thalassar, regio Syriæ. Thogorma, legimus in Ezechiele. Thaphet, legimus in Hieremia Aranthapheth. est autem in suburbanis Eliæ vsque hodie locus, qui sic vocatur, iuxta piscinam Fullonis, & agrum Acheldema.

Gen. 28. 35

Vrbs Chaldaorum, vbi mortuus est Aram, frater Abrahæ, cuius hodieque, sicut Iosephus refert, tumulus ostenditur: & super hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum questionum plenius diximus. Vlamus, pro quo in Hebræo scriptum habetur Luza. Eadem est autem quæ & Bethel: sicut supra diximus. Sed & quædam villa nomine Vlaima in duodecimo Diocæsare lapide ostenditur contra solis ortum. Vzyry vnde fuit Iob de regione Aufidii: sed & vnus de posteris Esau, Vz nomine appellabatur, de quo in libris Hebraicarum questionum diximus. Xd, in tribu Iuda.

Iob 1
Ien. 22
Iob. 15

Zophoim, regio principum in terra Edom, quæ nunc vocatur Gabalena. Zoab ciuitas Amorrhæorum sita in Arnone: de qua scriptum est. propterea dicitur in libro bellorum Domini: Zoab inflammat torrentes Arnon. Zephrona זפרון, terminus Iudæ ad septentrionem. Zaret, vallis Zaret in parte deserti.

Iob. 15
1. Reg. 23
Iob. 15

Ziph, in tribu Iuda. Zanoa זנוא, in tribu Iuda: vsque hodie in finibus Eleutheropoleos Eliam pergentibus, villa Zanoa nuncupatur. Ziph, in octauo milliaro Chebron contra orientem: vsque hodie vicus ostenditur, vbi absconditus est Dauid. Fuit autem tribus Iuda in Daroma in finibus Eleutheropoleos. Ziph, mons squalidus vel caligans siue nebulosus. Iuxta Ziph, in quo sedit Dauid prope Chermelam, quæ in scripturis sanctis Carmelus appellatur: vicus hodie Iudæorum: vnde fuit Nabal Carmelus. Sed & vnus de posteris Caleb dictus est Ziph. Lege Paralipomenon. Zochora, in Hieremia ciuitas Moabitarum: hæc est quæ nunc vocatur Zoara siue Segor, vna de quinque ciuitatibus Sodomorum. Zeb ciuitas Ammam, hodieque villa Zia ostenditur in quindodecimo lapide Philadelphia, contra occidentem: de qua scribit Hieremias. Zocleth, nomen lapidis, vbi Adonias immolauit victimas iuxta fontem Rogel.

1. Reg. 25
1. Par. 1
Hier. 48
Gen. 19
3. Reg. 1

DE ACTIS APOSTOLORVM.

ARGVMENTVM.

OPVS hoc eruditum profecto est, & ab erudito quopiam homine editum: D. autem Hieronymi non esse ex eo colligitur, quod dum de Smyrna Lyciæ ciuitate meminit, ipsum citat Hieronymum.

Act. 1



CHELDEMA אגלדמה ager sanguinis: qui hodie quoque demonstratur in Eliæ ad australem plagam mortis Sion: & hæcenus iuxta Iudæorum consilium, mortuos ignobiles, alios terra tetigit, alios sub diuo putrefacit.

Act. 16. 19.

Asiæ regio, quæ cognominatur minor, absque orientali parte, qua ad Cappadociam Syriamque progreditur, vndique circumdata est mari: cuius prouinciæ sunt, Phrygia, Pamphylia, Cilicia, Lycaonia, Galatia, & aliæ multæ: sed specialiter vbi Ephesus ciuitas est, Asia vocatur. Ægypti regio, à septentrione mare magnum sinumque Arabicum, ab oriente rubrum mare, à meridie oceanum, ab occasu Libyam habet: cuius inferiorem partem Nilus dextera læuaque diuisus, amplexu suo determinat Canopico ostio ab Africa: ab Asia Pelusiaco, centum sexaginta passuum intervallo: quam ob causam inter insulas quidam Ægyptum retulere, ita se fundente Nilo

Act. 7

vrinque, vt à litteræ figuram efficiat: inde multi quod Græcæ litteræ figuram efficiat, vocabulo Deltam appellauere. Ægypti verò mensura ab vnitate aluci vnde se primum indit in latera ad Canopicum ostiū centum sexaginta sex passuum, ad Pelusiacum ducentorum quinquaginta sex. Arabiæ regio, inter finem maris rubri, qui Persicus, & eum qui Arabicus dicitur, habet gentes multas, Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Saracenos, aliosque quam plurimos. Arabia autem sacra interpretari dicitur: eo quod sit regio thurifera, odores creas: hinc eam Græci οὐρα, nostri beatam vocauerunt. Æthiopum regio ab Indo flumine confurgens, iuxta Ægyptum inter Nilum & oceanum, & in meridie, sub ipsa solis vicinitate iacet: quorum tres sunt populi, Ægypti, Hesperiarum, & Occidentis. Antiochia, ciuitas Syriæ cœles, in qua Barnabas & Paulus Apostoli sunt ordinati. Est autem & alia in Pusia prouincia, in qua idem prædicantes, Iudæis dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, &c.

Act. 1

Act. 8

Act. 11

Act. 13

Act. 6

Act. 8

Act. 14

Act. 17

Act. 10. 17.

Act. 21

Act. 28

Alexandria, ciuitas Ægypti, quæ quondam No dicebatur, inter Ægyptum, Africam, & mare quasi claustrum posita, in qua beati euangelistæ Marci tumulus hodieque veneratur. Azotus, opidum insigne Palaestina quod Hebraice dicitur Asidod. & est vna de quinque olim ciuitatibus Allophylorum. Atalia, ciuitas Pamphylia maritima. Amphipolis, ciuitas & ipsa Macedonia: est alia eiusdem nominis in Syria. Apollonia, & ipsa ciuitas Macedonia: & est altera in prouincia Africa quæ dicitur Pentapolis. Athenæ, ciuitas in Achaia philosophiæ dicata studijs: quæ cum vna sit, plurali numero semper appellari solet: cuius Piræus portus, septemplici muro quondam communitus fuisse describitur. Arcopagus, Athenarum curia, quæ interpretatur villa Martis, quod ipse ibi quondam cum ducentis duodecim dijs dicatus sit. Asios, ciuitas Asiæ maritima, eadem Apollonia dicta. Antipatris, ciuitas Palaestine nunc diruta, quam Herodes rex Iudææ ex patris sui nomine vocauerat. Appij forum, nomen fori Romæ, ab Appio quondam consule tractum: à quo & via Appia cognominata est.

Babylon, metropolis regni Chaldaorum, vbi eorum, qui ædificabant turrim, linguæ diuisæ sunt, à quo & regio circumposita, Babylonia vocatur. Hæc fuisse potentissimam, & in campestribus per quadrum sitam, ab angulo vsque ad angulum muri, sedecim millia passuum tenuisse, id est simul per circuitum sexagintaquattuor millia, refert Herodotus: & multi alij qui Græcas historias conscripserunt. Arx autem, id est Capitolium illius vrbis, est turris quæ post diluuium ædificata, quattuor millia passuum tenere dicitur: cuius post ruinam muri tantum fictiles remansisse, & ob bestias quæ illic abundant captandas, recuperati esse traduntur. Bithynia, prouincia Asiæ minoris quæ & quondam Bibraia, & deinde Mygdonia dicta est. Et maior Phrygia, Iera flumine à Galatia determinata, habet ciuitatem eiusdem nominis. Berœa, ciuitas in Macedonia quæ verbum Domini nobiliter accepit.

Cappadocia regio, in capite Syriæ, id est ad septentrionem. Cyrene, ciuitas in Libya: cuius regio etiam Pentapolitana vocatur, eo quod quinque vrribus maxime fulgeat, Berenice, Arsione, Prolemaide, Apollonia, ipsaque Cyrene. Creta, Græciæ insula, centum quondam opidis insignis, famosaque diuitijs, maximè aris. ibi enim prima huius metalli inuentio & vtilitas fuit: cui proximum est in finibus Ciliciæ promontorium & opidum Veneris.

Gen. 11

Act. 16

Act. 17

Act. 11

Act. 17

A. 1. 13
C. 2. 4
A. 2. 7
G. 1. 1, 11
A. 2. 7
A. 1. 1
Cilicia prouincia Asiae, quam Cyd nus amnis interfecit, & mons Amanus, cuius meminit Salomon, à Syria cecele separat. Carra, ciuitas Mesopotamiae, apud Romanos Crassi clade, apud nos hospitio Abraham patriarchae & parentis eius morte nobilis.

Chaldaeorum regio inter Babyloniam & Arabiam, Tigrim & Euphraten. Chanaan, filius Cham, obtinuit terram à Sidone vsque ad Gazam, quam Iudaei deinceps possederunt eiectis Chanaanais. Caesarea ciuitates duae sunt in terra promissionis. Vna Caesarea Palaestinae in littore magni maris sita est, quae quondam Pyrgos, id est turris Istratonis dicta est: sed ab Herode rege Iudaeae nobilior & pulchrior & contra vim maris multo utilior instructa, in honorem Caesaris Augusti Caesarea cognominata est: cui etiam templum in ea marmore albo construxit: in qua nepos eius Herodes ab angelo percussus, Cornelius centurio baptizatus, & Agabus propheta zona Pauli ligatus est. Altera verò Caesarea Philippici: cuius euangelij scriptura meminit: ad radices montis Libani, vbi Iordanis fontes sunt, à Philippo tetrarcha eiusdem regionis facta, & in honorem Tyberij Caesaris cognominata est. Sed & tertia Caesarea, Capadociae metropolis est, cuius Lucas ita meminit: Profectus ab Epheso & descendens Caesaream, ascendit & salutauit ecclesiam. Corinthus, ciuitas Achaiae maritima. Cenechreæ, portus Corinthiorum ciuitatis. Chios, insula ante Bithyniam, cuius nomen Syria lingua malticem designat, eo quod ibi mastix gignitur. Hanc aliqui Chiam appellauere à Chione nympha Choos. Cnidus, insula contra Asiam nobilissima adiacens prouincia Cathiae: & est eiusdem nominis opidum insula Calymna.

Damascus, vrbs nobilis Phoenices, quae & quondam in omni Syria tenuit principatum, & nunc Sacraenorum metropolis perhibetur: vnde & rex eorum Nauuias famosam in ea sibi suaeque genti basilicam dedicauit, Christianis in circuitu ciuibus Baptistae Ioannis ecclesiam frequentantibus. Derben, ciuitas Lycaoniae prouincia.

Elamitae, principes Persidis, ab Elam filio Sem appellati. Ephesus Amazonum opus, ciuitas in Asia, vbi requiescit beatus euangelista Ioannes.

Frigia, prouincia Asiae, Traode superiecta in septentrionali sua parte Galatiae contermina, meridiana Lycaoniae & Pisidiae Macedoniaeque, ab oriente Capadociam attingit. Duae autem sunt Phrygiae, quarum maior Smyrnam habet, minor verò Ilium. Phoenicia, prouincia Syriae, cuius partes sunt Samaria & Galilaea, & aliae plurimae regiones.

Galilaea duae sunt. Vna Galilaea gentium vicina finibus Tyriorum in tribu Nephtalim. Altera circa Tyberiadem & stagnum Genesareth in tribu Zabulon. Galatia, prouincia Asiae, à Gallis vocabulum trahens: qui in auxilium à rege Bithyniae euocati, regnum cum eo facta victoria diuiserunt. Sicque deinde Graecis admixti, primò Gallograeci, postea Galatae sunt appellati. Graecia, prouincia quaedam Achaiae, quae à Graecis scriptoribus Hellas vocata est, in qua Athenae ciuitas est quondam Actica dicta.

Hadrumetus, ciuitas in Bazatio regione Africae. Hadria, nomen maris contra Rauennam, quod per hostia Padi fluij intratur, sumpto vocabulo ab Hadria proxima ciuitate, quae idem mari nomen Adriatici dedit. Hierusalem, metropolis quondam totius Iudaeae, quae nunc ab Aelio Adriano Caesare, quod eam à Tito destructam, latiore situ instaurauerit, Aelia cognominata est: cuius opere factum est, vt loca

sancta, id est Dominicae passionis & resurrectionis, sed & inuentionis sanctae crucis quondam extra urbem iacentia, nunc eiusdem urbis muro septentrionali circumdantur.

Iudaea aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, aliquando duae tantum tribus, quae quondam Iuda vocabantur, ad distinctionem Galilaeae & Samariae, aliarumque in terra repromissionis regionum. Et notandum apud historicos, quod Iudaea ad Palaestinam, Galilaea verò & Samaria ad Phoenicem pertineant. Ioppe, opidum Palaestinae maritimum in tribu Dan: vbi hodie saxa monstrantur in littore, in quibus Andromeda relegata, Persei quondam viri sui fertur liberata fuisse praesidio. Iconium, ciuitas celeberrima Lycaoniae, & est altera in Cilicia. Italia regio & patria Romanorum ab Italo rege vocabulum traxit, quae ab Africo & à Borea mari magno cineta, reliqua alpium obicibus obstructa est.

Libyae prouinciae duae sunt, vna Libya Cyreneaca: de qua dictum est: & partes Libyae quae est circa Cyrenem. Haec porta Aegypti in parte Africae prima est: & mari Libyco cognomen dedit: postquam Libya Aethiopia vsque ad meridianum pertingens oceanum. Lydda, ciuitas Palaestinae in littore magni maris sita, quae Diospolis appellatur. Lycaonia prouincia Asiae est: & eiusdem nominis ciuitas est in Phrygia minore: Lystra, ciuitas Lycaoniae. Lycia, prouincia Asiae. Lasea, ciuitas littoraria Cretae insulae iuxta locum qui vocatur boni portus, vt ipse Lucas exponit: pro qua quidam corruptè Thalassa legunt.

Mons Oliueti ad orientem Hierosolymae, torrente Cedron interfluente, vbi vltima vestigia Domini humo impressa hodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie à credentibus hauriatur: nihilominus tamen eadem sancta vestigia, pristinam sanctorum continuè recipiunt. Denique cum ecclesia, in cuius medio sunt, rotundo schemate, & pulcherrimo opere conderetur, summum tantum cacumen, vt perhibent, propter Dominici corporis meatum, nullo modo contegi, & concamerari potuit: sed transitus eius à terra ad caelum vsque patet apertum. Medi à Madai filio Iaphet appellati: sunt autem inter flumen Indum, & flumen Tygriim regiones istae, à monte Caucauo vsque ad mare rubrum pertingentes, Aracusia, Parthia, Assyria, Persis, & Media: quas scriptura sacra vniuersas saepe Mediae nomine vocat.

Mesopotamia, regio inter flumina Tygriim, & Euphraten, quae & ipso vocabulo Graeco, in medio fluminum esse posita monstratur. Hinc ad meridiem Babylonia: deinde Cedar: nouissime Arabia Eudae-mo. Madian, ciuitas iuxta Arnonem & Areopolim, cuius nunc ruinae tantummodo demonstrantur, vbi Moyses apud Iethro focerum suum exulabat. Moesia, prouincia Asiae, nunc Aolis dicta. Est autem & altera eiusdem nominis iuxta fluium Danubium. Suntque auctores qui dicant transisse ex Europa Messas, & Brigas, & Hunos, à quibus appellantur in Asia Misi, Phryges, & Bithynij. Macedonia prouincia Graecorum nobilissima, & virtutibus Alexandri Magni nobilior facta. Mytilene, insula contra Asiam, quae à proxima continente abest quingentis passibus. Miletus, ciuitas in Asia maritima, decem stadiis ab ostio Meandri amnis secreta: vbi Paulus Ephesiorum maiores alloquitur. Est & insula non ignobilis nominis eiusdem in mari Aegeo, vel Ionio.

Nazaret, viculus in Galilaea iuxta montem Tabor, vnde

Ac. 1.10 vnde & Dominus noster Iesus Christus Nazarenus vocatus est: habetq; ecclesiam in loco quo angelus ad beatam Mariam euangelizaturus intrauit: sed & aliam vbi Dominus est nutritus. Neapolis, ciuitas Carie, quæ est prouincia Asiæ.

Ac. 2. Partim inter flumen Indum, quod ab oriente est, & inter flumē Tygrim, quod est ab occasu, siti sunt, vt supra dictum est. Pontus, regio multarum gentium iuxta mare Ponticum, quod Asiam Europamq; determinat. & propter plurimam ostiorum Danubij intionem, dulcius cæteris esse dignoscitur. Pamphylia, prouincia Asiæ. Paphus, maritima in Cypro insula, Veneris quondam sacris carminibusq; poetarum famosa, quæ frequenti terræ motu lapsa, nunc ruinarum tantum vestigijs quid olim fuerit ostendit. Perge, ciuitas Pamphylia prouinciæ. Philippippi ciuitas in prima parte Macedonia. Pissidia, prouincia Asiæ. Patara, ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia. Ptolemais, ciuitas in Iudæa maritima prope montem Carmelium, quæ quondam à quodam Ptolemæo dicta est. Est autem altera Ptolemais in Pentapoli prouincia Africæ, cuius supra meminimus. Putcoli, ciuitas colonia Campaniæ, eadem dicitur Ceadiæta.

Ac. 2.8 Roma, orbis quondam totius domina, à conditoris sui Romuli nomine sic vocata. quam, propter eximiam virtutem, plerique scriptorum, quasi sola esset, urbem appellare malebant. Rhodus Cycladum insularum nobilissima, & ab oriente prima quondam Ophiussa vocata, in qua eiusdem nominis vrbs fuit æreo colosso famosa, septuaginta cubitorum altitudinis: distat à portu Asiæ viginti millibus passuum. Regium ciuitas Siciliæ maritima, viginti millia passuum à promontorio Peloro secreta: cuius nomen Græcum interpretatur discretio: eo quod hæc Siciliæ pars quondam Brutio agrò Italiæ cohærens, mox interfuso mari sit auulsa, quindecim passuum longitudine fretò, in latitudine autem modo iuxta columnam Regiam, in quo fretò est scopulus Scilla, item Carybdis mare verticosum, ambo clara scænitia.

Ac. 8 Samaria, ciuitas regalis in Israel in vertice montis Somer posita. Sed & omnis regio, quæ circa eam fuit à ciuitate quondam nomen acceperat: media inter Iudæam & Galilæam iacet. Hæc ab Herode Antipatri filio in honorem Augusti Cæsaris Græco nomine Sebaste, id est Augusta vocata est. Sichem ciuitas Iacob, nunc Neapolis dicta, iuxta sepulcrum Ioseph, quæ à filio Emor sui regis vocabulum sumpsit: iuxta quam Dominus Samaritanæ mulieri loquitur ad fontem: vbi nunc ecclesia fabricata est ex latere montis Garizim. Sina, mons in regione Madian super Arabiâ in deserto, qui alio nomine Choreb appellatur. Vnde dicitur: Et fecerunt vitulum in Choreb: cum hoc Moyses in Sina factum scripserit.

Ac. 7 Saronas, quod interpretatur campestris, regio est Cæsariæ Palestinæ, vsque ad opidum Ioppe pertingens. Et est hodie locus pascendis gregibus aptus: quæ iuxta soli qualitate Petro prædicante, fidei continuo fructus germinauit. Sed & inter montem Tabor & stagnum Tyberiadis, regio Saronas appellatur. Sidon, vrbs Phœnicæ insignis, olim terminus Canaanorum ad aquilonem iuxta Libani montis ortum sita, & ipsa artifex vitri. Seleucia ciuitas Syriæ nobilis in promontorio Syriæ Antiochiæ sita. Salamis, ciuitas in Cypro insula nunc Constantia dicta, quam Traiani principis tempore, Iudæi interfecit omnibus accolis deleuerunt. Samothracia insula in Pæ-

Ac. 7 cassaco sinu. Syria, quæ Hebraicè Aram dicitur,

Ac. 17 regio est inter flumen Euphraten & mare magnum vsque ad Ægyptum pertingens: habet maximas prouincias, Comagenam, Phœniciam & Palaestinam, absque Saracenis & Nabathæis, quorum gentes sunt duodecim. Samos insula in mari Ægæo, in qua re-

Ac. 17 pta prius scitilia vasa traduntur: vnde & vasa Samia appellata sunt. Smyrna, ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia: cuius Lucas ita meminit: Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ nauigantes venimus in Smyrnam Lyciæ. Pro quo aliqui codices habent: venimus in Lystram quæ est in Cilicia. Porro Hieronymus in libris Hebræorum nominum ponit Smyrnam, & interpretatur Amaram. Salmon, ciuitas maritima Cretæ insulæ. Sytes, arenosa in mari magno loca multum terribilia & metuenda, eo quod ad se omnia diripere soleant, & appropinquans vadoso mari hæreant. Hæc autem ad mare Ægyptium vicina sunt, & pariter admiscetur. Syracusa, metropolis Siciliæ, sub Ac. 21 promontorio Pachino: siquidem Sicilia ipsa tribus est distincta promontorijs: vnde & à trianguli specie, Trinacria quondam vocata, mox à Siculo rege Sicilia dicta est. Primum promontorium dicitur Pelorum, & spectat ad aquilonem: cui Messana ciuitas proxima est: & aduersum ex Italia dictum est promontorium Cenus, duodecim stadiorum intervallo. Secundum dicitur Pachinum, quod respicit ad Euronotum. Tertium appellatur Lilybæum, ciuitatem eiusdem nominis habens, & dirigitur in occasum.

Ac. 21 Tarsus, ciuitas metropolis Ciliæ prouinciæ, Paulo Apostolo gloriosa. Tyrus, metropolis Phœnicæ in tribu Nephthali, vicefimo prope milliario à Cæsarea Philippi. Hæc quondam insula fuit præ-

Ac. 21 alto mari, septingentis passibus diuisa: sed ab Alexandro terra continens facta est, propter expugnationem, multis in breui fretò aggeribus comportatis: cuius maxime nobilitas conchylio atque purpura constat. Troas, ciuitas Asiæ maritima, eadem Antigonis dicta. Thyatira ciuitas Libyæ quæ est prouincia Asiæ, templo quondam Æsculapij famosa: cuius ciuis erat illa Lydia *σωροροπηαλις*, id est purpure venditrix, quæ in Philippis fidem Christi suscepit. Thessalonia ciuitas Macedonia. Theatrum locus à spectaculo vocabulum mutuans, quod in eo populus stans de super atque spectans, ludos scenicos contempleretur.

Ac. 21 Paulus, ciuitas metropolis Ciliæ prouinciæ, Paulo Apostolo gloriosa. Tyrus, metropolis Phœnicæ in tribu Nephthali, vicefimo prope milliario à Cæsarea Philippi. Hæc quondam insula fuit præ-

DIVI HIERONYMI PRESBY- TERI IN LIBRVM NOMI- NVM HEBRAICO- rum præfatio.

ARGVMENTVM.

NOMINA Hebraica, quæ in sacris testamenti veteris litteris continentur, etymo à sua lingua, hoc est Hebraica ducto, omnia hic D. Hieronymus interpretatur. Discuit autem ea non solum ordinatè per Alphabeti nostri litteras, verùm per continuatam etiam librorum seriem. Opus doctum est, & maxime necessarium, & (vt ipsemet ait) illi simile nec Græcia prius habuit, neque Latium, explicatur autem litteris nostris, quatenus scilicet (vt dictum est in argumento de locis Hebraicis) per characterum copiam fieri potuit, quædam enim litteræ apud Hebræos sunt, quæ neq; nostris, neq; Græcis commodè exprimentur. Facilius potuisset interpretatio, si Hebraicis etiam litteris conscribi nomina potuissent. verùm nobis tempus defuit. Non offendantur autem Hebraicæ lingue periti, si alicubi interpretatio illis non respondeat: litteræ enim præferuntur quæ aliqua ratione inter se similes sunt, veluti figura, & pronuncia-

tionē

tione, ab ætate D. Hieronymi vsque ad nostra tempora (vt in cæteris euenit linguis) mutata interdum sunt. Hoc autem verum esse, luce clarius, supra aliquot commemoratis exemplis, nos latè probauimus.



PHILo vir disertissimus Iudæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum Hebraicorum nominum, eorumque Etymologias iuxta ordinem litterarum è latere copulasse. Qui cum vulgò habeatur à Græcis, & bibliothecas orbis impleuerit, studij mihi fuit in Latinam eum linguam vertere. Verum tam dissona inter se exemplaria reperi, & sic confusum ordinem, vt tacere melius iudicauerim, quàm reprehensione quid dignum scribere. Itaque hortatur fratrum Lupuli & Valeriani, qui me putant aliquid in Hebrææ linguæ notitia profecisse, & rei ipsius utilitate commotus, singula per ordinem scripturarum volumina percucurri: & vetus ædificium noua cura instaurans fecisse me reor, quod à Græcis quoque appetendum sit. Præterea & illud in præfatione commoneo, vt si qua hic prætermissa sunt, alteri sciat lector operi reseruata. Libros enim Hebraicarum quæstionum nunc in manibus habeo, opus nouum, & tam Græcis quàm Latinis vsque ad id locorum inauditum: non quòd studium meum insolenter extollam, sed quòd sudoris conscius, ad lætionem eorum prouocem nescientes. Si quis igitur & illos & præfens volumen, librum quoque locorum quem editurus sum habere voluerit, parumper ructum & nauseam Iudæorum. Ac ne fortè consummato ædificio quasi extrema deesset manus, noui testamèti verba & nomina interpretatus sum, imitari volens ex parte Origenem, quem post Apostolos, ecclesiarum magistrum, nemo nisi imperitus negat. Inter cætera enim ingenij sui præclara monumenta etiam in hoc laborauit, vt quod Philo quasi Iudæus omiserat, hic vt Christianus impleret.

INTERPRETATIONES NOMINVM HEBRAICORVM.

Non statim vbi cumque ex a, littera quæ apud Hebræos dicitur aleph, ponuntur nomina, existimandum est ipsam solam esse quæ ponitur. Nam interdum ex ain, sæpe ex he, nonnumquam ex heth litteris, quæ aspirationes suas vocesque commutat, habet exordium. Sciendum igitur quòd tam in Genesi quàm in cæteris libris, vbi à vocali littera nomen incipit, apud Hebræos à diuersis (vt supra diximus) inchoetur elementis. sed quia apud nos non est vocum tanta diuersitas, simplici sumus elatione contenti, vnde accidit, vt eadem vocabula, quæ apud illos non similiter scripta sunt, nobis videantur in interpretatione variari.

INTERPRETATIO NOMINVM DE GENESI IUXTA NVMERVM LITTERARVM.

ARGVMENTVM.

Nemo miretur quòd vnum idemque Hebræorum nomen variis apud Latinos significationibus D. Hieronymus hoc in libro explicet, non tam enim id ex ambiguitate, varietateque interpretationum, quàm ex diuersitate penes illos accidit elementorum: quod enim nos litterarum penuria, vno interdum charactere explicamus, diuersis Hebræi elementis conscribunt. nam præter quinque nostras vocales

quas quadruplicatas habent ex *n, m, p, & y*, habent etiam tria C, videlicet *m, s, & p*. & quatuor S, Sin, Sein, Samech, & tzade: quæ etsi pronuntiatione, figurarumque varietate apud Hebræos differunt, nos tamen pronuntiare illas magis possumus, quàm effingere.



AETHIOPIÆ, tenebræ, vel caliginis. Assyriorum, diligentium. Adam, homo, siue terrenus, aut indigena, vel terra rubra. Abel, luctus, siue vanitas, aut vapor, siue miserabilis. Ada, testimonium. Ararat, Armenia, siue mons vellicatus. Ascenez, ignis sic aspersus. Anuila, dolens, siue parturiens. Archat, insidiz. Assur, dirigens, vel beatus, aut gradicus, siue arguens. Ananim, respondentes aquæ. Amorræum, amarum, vel loquentem. Arucheum, circumrodentem me. Ascenneum, leuantem me. Aradium, vindemiator meus sufficiens. Amathi, indignatio mea. Adama, humus vel terra, siue terrena. Arfaxat, sanans depopulationem. Aram, excelsus. Afarmoth, atrium mortis. Adoram, generatio excelsa. Ahizel, pergens. Abimael, pater meus à Deo. Abram, pater excelsus. Aran, ritus, arca vel capsula. Agyptus, tribulatio coangustans. Aggea, quæstio, vel festiuitas. Amraphel, dixit vt caderet. Arioch, ebrius, vel ebrietas. Astaroth, ouilia, vel faciunt exploratores. Amalec, populus lambens, vel lingens. Aner, lumen, vel illuminatio, vel lucerna, vel ciuitas, vel oculus hominis. Agar, aduersa, vel conuersa. Abraham, pater videns populum. Ammon, filius populi mei, vel populus mæroris. Abimelec, pater meus rex. Azia, videns. Arbee, quarta, vel quattuor. Asurim, nemus. Apher, humilis, siue puluis. Abidahe, pater meus sciens. Ader, grex. Afer, beatitudo, siue beatus. Ana, responsio, siue respondens. Aluham, despiciens. Ahia, vmbra culum. Abdam, desiderabilis. Achan, necessitas, vel labor eorum. Aran, iracundus, vel decus. Adad, præcipuus, vel patruelis. Auith, iniqua. Achobor, mures. Adollamitem, testificantem, siue testimonium aquæ. Anan, mæror eorum, vel labores. Asenec, ruina. Adod, inclutus. Amul, parcens. Aggi, festiuitas mea. Aheri, declinans. Arohed, vindemiator sufficiens. Arieli, leo Dei mei. Achi, frater meus. Arad, descendens. Afom, festinantem. Adad, testimonium, vel ramnus. Babylon vel Babel, confusio. Bethel, domus Dei. Bara, in malitia, siue creatura. Bale, præcipitans, siue deuorans. Bara, grandis. Bersabee, puteus satiatis, vel puteus septimus. Buz, despiciens, siue contemnens. Barthuel, virgo Dei. Beeri, puteus meus, siue putei mei. Basemoth, in nominibus, siue delinquens, vel veniens, aut posita. Bala, inueterata. Benoni, filius doloris mei. Benjamin, filius dexteræ. Balaam, sine populo, vel absque substantia eorum, siue in eis. Beor, impelle. Bosra, in tribulatione, vel angustia. Badad, præcipuus. Balaannan, habens gratiam. Beria, in clamore eius. Bechor, primogenitus, vel in clutellis, aut ingressu est angustus. Cain, possessio, vel acquisitio. Cainan, lamentatio, vel possessio eorum. Cithaj, amentes, vel stupentes. Carnaim, cornua. Cades, sancta, siue mutata. Cinci, possidentes. Ceni, nidus meus, vel possessio. Cenez, zelotypus, vel sessio eius. Cedmonei, antiqua tristitia, vel orientales. Camuel, resurrectio Dei, vel statio Dei. Cedar, tenebræ, vel mæror. Cedma, orientalis, vel antecedens. Chore, caluitium. Caath, molares dentes, siue patientia.

Hucusque per simplicem litteram lecta sunt nomina: exin aspiratione addita id est, per χ Graecum legenda. Cherubim, sive melior licata, vel quasi plures. Cham, cadens. Sed sciendum quòd in Hebraeo χ litteram non habeat. Dicitur autem per η , quae dupliem aspirationem praestat. Chethum, contracti. Chus, Aethiops. Canaan, $\sigma\alpha\lambda\omega\varsigma$, hoc est, motus eorum, vel negotiator, aut humilis. Channe, consummatio futura, siue omnes nos. Chaltec, quasi viride. Chesluim, coniecta regio eorum. Capterim, manus exploratorum, siue torrorum, sed melius Cappadoeces. Chetheus, mentis excessus, siue fixus, vel abscisus. Sed hoc nomen in Hebraico non incipit à consonanti littera, verum ab η heth, de qua iam supra diximus. Chaldaei, quasi lamina, vel quasi vbera, aut feroces. Charan, foramina, siue ira, vel foliis eos. Sed & hoc nomen à η Hebraico incipit. Chebron, coniugium, siue incantator, aut visio sempiterna: & hoc η heth in principio habet. Chodorloamor, quasi generatio manipuli, siue quasi decorum manipuli.

Chorazi de foraminibus, quos vocant Trogloditas. Choba, condemnatio. Chafed, quasi populantes. Sunt autem Chaldaei. Chet, percutiens.

Chettura, thimiana offerens, vel copulata, aut iuncta. Choadad, praecipuum. Chabratha, quasi electum, siue graue. Chorri, siue Chorraeus, farina, aut farinatus, seu post me, vel foramen meum. Chazbi, mendacium. Charmi, vinca mea, vel cognatio mea. Chaber, coniunctio, vel incantator: sed & hoc per η heth litteram scribitur.

Dodanim, patruelis: in propinquos vertitur & cognatos. Dedan, solitarius siue fratruelis eorum.

Dafem, fenum. Decla, subtile, siue palmata. Damafcus, sanguinis porus, siue sanguinis osculum, vel sanguinis sacci. Dadan, iudicans. Dedan, grande iudicium. Dan, iudicium, aut iudicans. Duma, tacens. Dina, iudicium istud. Debbora, apis, siue eloquentia. Dison fortis papilla, siue calcabit eam: sed hoc Syro sermone dicitur: ceterum Hebraice pinguedo interpretatur, aut cinis, id est, fauilla holocaustorum. Disan, similiter ut supra: licet quidam putent fortem elephantem interpretari. Dennaba, iudicium afferens: Dothaim, pabulum, vel viride eorum, aut sufficientem defectionem.

Eden, voluptas, siue deliciae, vel ornatus. Euila, dolens, siue parturiens. Euphrates frugifer, siue crescens. Eua, calamitas, aut via, vel vita. Enoch, dedicatio. Enos, homo, siue desperatus, vel violentus. Euzum, ferum, siue pessimum. Eber, transitor. Elmodad, ad matrem eius praecipuam, siue Dei mensuram. Ellasar, Dei declinatio, siue hanc separans. Estom, iacula gregum. Escol, botrus, siue ignis omnis. Ephron, pulvis mœroris, vel pulvis inutilis, siue pulvis eorum. Eldaa, ad scientiam, siue de scientia. Etheus, formidans, siue stupens. Edom, rufus, siue terrenus. Emor, asinus. Ephrata, vbera, siue puluerulenta. Efer, fictus, id est, plasmatus.

Esbam, ignis in eis. Ephraim, frugifer, siue crescens. Efron, sagittam videns. Esbel, ignis vanus, siue vetus. Hucusque per breuem litteram e, nunc per productam nominum sunt legenda principia.

Elisa, Deus meus, vel eius salus, vel ad insulam, vel Dei mei saluatio. Elam saeculi vel orbis. Emim, horribiles. Eliezer, Dei auxilium. Epha, dissolutus, siue mensura. Esau, factura, siue rubeus, vel acervus lapidum, seu vanus, aut frustra. Elon, regio campestris, aut quercus, vel roboreus. Eliphaz, Dei mei aurum. Emam, calor eorum. Ebal, vallis vetus

aut acervus lapidum. Ela, terebinthus. Er, vigilae, siue pollicens, aut resurrectio, vel effusio. Euam, oculi, siue fontes. Eron, id est, Eroim, in facie eorum, siue vigilae dolorum.

Filon, os pupillae, siue oris mutatio. Fur, Libiae, siue oris decemario. Ferrufim, dissolvens mensuram. Filistim, cadentes, siue ruina poculi, aut cadentis portione. Farao, dissipans, siue discooperiens eum. Faleg diuidens. Ferezei, separantes, siue difeminati, vel fructificantes. Fara, vocitas eorum.

Fichol, os omnium: ab ore, non ab ossè. Filistim, ruina duplex. Faldas, ruina paupertatis, siue cadens germen. Fau, nihil, aut subito. Fiennon, ori eorum, aut ori vinclo. Futitar, os inclinans ad dissecandum. Farez, diuisio. Petrese, Libycus vitulus, siue discooperiens, vel certe diuisio, aut os declinans. Fallui, mirabilis. Eua, hic aduerbium loci, siue rubrum. Fanel, facies Dei.

Geon, pectus, siue praruptum. Gomer, assumptio, siue consummatio, vel perfectio. Gergefœus, colonum eiiciens, siue aduenam propinquantem.

Gerara, ruminatiorem vidit, seu maceria. Sed sciendum quòd Gerara interpretatur, incolatus: Gedera verò, maceria, siue sepes. Gaza, fortitudo eius.

Gomorra, populi timor, siue seditio. Sciendum quòd glitteram in Hebraico non habet, sed scribitur per vocalem yain. Geter, torcular videns, siue accola explorationis. Gegal praruptum, siue vallis vetus. Geraris, aduenam propinquantem, siue cornu pera eorum. Gaam, vallis æstus. Gad, tentatio, siue larrunculus, vel fortuna. Galaad, acervus testimonij, siue transmigrationis testimonij. De hoc in libris Hebraicarum quaestionum plenius diximus.

Gathan, tangens risit. Geseu, appropinquans palpationi eorum, siue vicinitas. Gersam, aduenam ibi, aut adiectio eorum. Gera ruminatio, vel incolatus. Guni elatio mea, siue hortus meus.

Iobel, dimittens, aut mutatus, siue defluet. Iubal, delatus, siue dimittens. Iareth, descendens, siue roborans. Iaphet, latitudo. Iauan, est & non est, siue columba: sed Syrum est. Iebuseum, calcatum, siue praesepe eorum. Iectan, paruulus. Iaree, luna. Iobab, mago patre, siue distillans. Iescha, tabernaculum, vel vinctio eius. Ismael, auditio Dei.

Iaac, risus, vel gaudium. Iedlaph, manum tollens, vel manum ad os. Iexan, durus, siue durities. Iesboch, est cinis, siue tactus. Iethur, verus, aut ordinatus. Iudith, laudans, aut confitens, aut Iudaea. Iacob, supplantator. Iuda, laudatio, siue confessio. Issachar, est merces. Ioseph, augmentum. Iordanis descensio eorum. Ior, riuus. Iaboch, arena, siue lucta. Ieus, parcens, aut faciens, aut commotus. Ieglam, despiciens. Iectran, superfluous eorum. Ietheth, dans. Irad, ciuitatis dissentio. Iram, ciuitas eorum. Iras, vidit fratrem meum, siue fratris mei visio. Iamuel, dies eius Deus. Iamin, dextera. Iachin, praeparans.

Iob, magus. Ioalel, vita Dei, siue exordium Dei, vel praestolans Deum. Iemna, marina, siue numerabilis. Iesua, planities, siue est desiderium meum, aut certe Saluator. Iessul, est dolore. Iasiel, dimidium Dei. Iesar, figmentum, siue tribulatio.

Lamech, humiliatus, aut percutiens, siue percussus. Ludim, nati, siue profunt fortiter. Laabim, deusti, siue flammantes. Lesa, in salutem. Luth, utilis. Lot, vinculus, siue declinatio. Laban, candidus. Lathufim, malleatores. Laommin, tribus, siue

siue matres. Lia, laboriosa. Leui, additus, siue assumptus. Lotham, vinculum eorum siue ipse conclusus.

Mauael, quis est dominus Deus? vel ex vita Deus: Malael, laudans Deum. Mathusale, mortis concussio, vel mortuus est, & interrogauit. Magog, quod *ἡμα*, id est, tectum, vel de domate, hoc est, de tecto. Madai, mensura, siue quam sufficienter. Mosoch, prolongatio, siue defectio, aut certe compressus. Mesraim, hostes eorum siue mensura. Sed sciendum quod Mesraim, Ægyptus appellatur. Mesa, aqua rara, vel euado. Melcha, regina eius. Mamre, diuisio, siue perspicuum. Masech, potum dans, siue propinans. Moab de patre. Maacha, frangens, siue contracta.

Madan, metiens, siue respondens. Madian, de iudicio, siue de causa. Mabram, de iucunditatibus.

Mafina, exaudientem. Massa, leuans, siue pondus, aut onus. Mabelethi, chorus, seu à principio.

Meza, existo. Maneeth, requiescens, siue donanti. Masreca, vestigal vanum siue libans, vel trahens. Meezabel, quam bonus Deus. Matred, percussio, siue virga descendens. Mizaab, aqua hauriens, siue aqua fluens. Mabzar, munita.

Magdiel, de repromissione Dei, siue turris Dei, vel magnificat me Deus. Madianæi vel Madianitæ, diiudicantes. Manasse, oblitus, vel necessitas. Merari, amarus, vel amaritudines. Melchiel, rex meus Deus. Machir, vendens. Memphon, de ore eorum. Melchisedek, rex iustus.

Naid, motus, siue fluctuatio. Noemina, decus, siue voluptas, vel fides. Noe, requies. Nemrod, tyrannus, vel profugus, aut transgressor. Niniue, pulchra, vel germen pulchritudinis. Nephthim, scalpentes, siue aperientes. Nachor, requies luminis, vel requiescenti luce, vel obsecratio nouissima. Nabaioth, prophetans. Nabdeel, seruiens Deo, vel visus Dei. Nephis, refrigerium, vel anima. Nephthaim, conferuauit me, vel dilatauit me, vel certe implicuit me. Naath, requiescens. Noeman, fidelis, vel motus eorum.

Obeth, longitudo. Ochozath, tenens. Oolibama tabernaculum meum in aliquo, vel tabernaculi altitudo. Odollamites, contestans aliquem, vel testimonium in aqua.

Ophim, thalami. Hucusque cum per o breuem litteram legerimus: exin per extensum pronunciamus elementum. Ophir siue Aphir, quod per s Aleph litteram scribitur, interpretatur, irritum, vel herbosum. Ox, volentem. Omar, populus, vel amarus. Onan, mceror eorum.

Riphat, videns bucellam, siue videns bona. Rodij, quod Hebraicè dicitur, Rodim, interpretantur, descendentes, aut patruus iudicans, vel visio iudicij.

Rechema, tonans, vel excelsa. Rohoboth, inclinatio, vel platea. Ragau, agrotans, vel pascens.

Raphaim, gygantes. Rebecca, multa patientia, vel multum accepit, siue patientia. Remma vel Ruma, videns aliquod, vel excelsa. Rachel, ouis, vel videns principium, aut visio sceleris, siue videns Deum. Hoc autem secundum accentuum & litterarum euenit diuersitatem, vt tam in contrarias significationes nomina commutentur. Ruben videns filius, vel videns in medio. Raguel, pastor Dei, vel pabulum eius Deus. Ros, caput. Rameffe, pabulum, vel tineas, siue malitia de tineas.

Quod in principio dixeramus in vocalibus litteris obseruandum: eo quod apud nos interdum vna sit littera, & apud Hebræos varijs vocibus proferatur:

hoc nunc quoq; in s, littera sciendum est. Siquidem apud Hebræos tres, s, sunt litteræ: vna quæ dicitur Samech, & simpliciter legitur, quasi per s, nostram litteram describitur: alia v Sin, in qua stridor quidam non nostri sermonis interstrepit: tertia v Zade: quam nostræ aures penitus reformidant. Sicubi ergo euenierit, vt eadem nomina aliter atque aliter interpretetur, illud in causa est, quod diuersis scripta sunt litteris. Hoc autem quod in Genesi diximus, in omnibus libris similiter obseruandum.

Sela, vmbra eius. Seth, positio, vel positus, aut poculum, siue gramen, aut semen, seu resurrectio.

Sem, nomen vel nominatus. Saba, captus, siue captiuitas, vel certe conuertens. Sabatha, gyrans, siue circuiens. Sabathacha, circuiens te, siue circumfessio tua, vel sedes tua. Sennaar, excussio dentium siue fetor eorum. Sidona, venatio mceroris. Samareum, lanam meam, siue coniunctum meum, sed melius custos. Sodoma, pecus silens, vel cæcitas, vel similitudo eorum. Seboim, caprearum, vel damularum, siue statio eius mare, aut statio maris.

Saleph, missa. Sephar, narratio, siue liber. Serub, corrigia, siue perfectus. Sarai, princeps mea. Sicheim, humeri, vel labor. Seor, parua, vel meridiana.

Sennaab, dentis pater, siue fetor patris. Semeber, nomen perditionis, siue ibi perditio. Segor, parua: ipsa est quæ & supra Seor. Sed sciendum, quia litteram g in medio non habeat: scribaturque apud Hebræos per vocalem y Ain. Sau, siue Saue, digne, vel eleuatio. Seir, pilosus, vel hispidus.

Sara, princeps. Sur, murus, vel directus, aut continens. Saba, conuersio, siue rete. Sue, loquens, siue cantilena. Simeon, exauditio, vel nomen habitaculi. Sale, pax, vel reddens. Sichimorum, humeri: ipsa est quæ & Sicheim. Sed in Latipum & Græcum sonum vertitur. Sebeon, stante iniquitate. Sophar, speculator eius, vel bucina.

Samma, perditio. Saphon, speculator. Sobal, vana verustas, vel vectes ad portandum. Salama, vestimentum, vel pacifica. Saul, expetitus, vel abutens. Sava, eloquentia, vel clamor. Sela, vt eius vel dimissio eius, aut petitio. Somtomphanec, corrupte dicitur: nam in Hebræo legimus. Zaphanethphane: quod interpretatur, absconditorum repletor. Porro ab Ægyptijs didicimus, quod in lingua eorum resonet, Saluator mundi. Semrom, nomen videns, aut custos. Sared, vt descenderet. Sephion, egressum est os tristitia. Suni, pupilla mea, vel secundus meus. Sare, malitiosus, vel sibilans. Syria, sublimis, siue humecta. Satalam, radicans.

Taeth, occidens. Tacho, silens. Talam, ros. Hucusque cum per litteram t simplicem legerimus, nunc, aspiratione addita, legendum est. Thobel, siue Thubal, ductus ad luctum, vel conuersus ad vniuersa. Thiras, timens, siue rediens ad superfluum. Thogorma, incolatus quispian, aut interpres. Thares, exploratores lætitiæ, siue gaudium.

Thara, exploratores odoris, siue exploratio ascensionis, vel pastio. Thargal, sciens iugum, vel explorator. Thamar, palma, siue amaritudo, vel commutans. Theman, auster, vel africanus. Thamna, vetans, vel deficiens. Thamath, perfecta pars siue consummatio data. Thola, vermiculus, vel coccinum. Thesbon, festinus ad intelligendum.

Vs, consiliator. Vl, dolens, siue parturiens. Vsam, festinus eorum.

Zamram, cantio eorum, vel tempus ostendens. Zelphan, ambulans os: ab ore, non ab offe: vel

fluens os. Zabulon, habitaculum eorum, vel iusuradum eius, aut habitaculum fortitudinis, vel fluxus noctis. Zarah, oriens, vel ortus. Zauan, motus, vel fluctuatio eorum. Zochomim, preparati in acie: vel quæ hæc est aqua.

INTERPRETATIONES DE EXODO.

ASER, beatus. Aaron, mons fortitudinis, siue mons fortis. Ahecherim, Hebræorum, vel transeuntium. Apherezei, separati, siue absque muro. Anacim, humilitas vana, siue humiles vanos, vel humiles confurgentes, aut responsio vana, aut mophile colli. Aod, gloriosus. Amram, populus excelsus. Aminadab, populus meus spontaneus. Abiu, pater meus est, siue pater ipse. Afir, vinctus. Abiasar, patris mei collectio. Amalech, populus brutus, siue populus lingens. Abiud, patris robur, siue pater eorum. Accherubim, cognosce & intellige, siue scientiæ multitudo. Achifamech, fratrem meum roborans. Be-seleel, in umbra Dei. Beelsephon, habens speculam.

Caath, patientia, vel molares dentes, siue dolans aut componens. Cades, sancta. Chanani, negotiatores, siue hic pauperculus, aut preparati, vel humilitas. Charmi, vinea mea, vel agnitio aquæ. Cherubim, scientiæ multitudo, aut scientia & intellectus.

Dan, iudicium, vel iudicans. Ebreorum, transeuntium. Ebrioth, transitus. Ethim, timuerunt, siue obstupuerunt. Enori, mater lux mea. Eui, ferale, vel feroces. Enoch, dedicauit. Enoræum, loquentem, siue amaricantem. Esirom, sagittam videns, siue atrium tristitiæ, vel fortis. Ebron, participatio tristitiæ siue fortitudinis, vel augmentum sempiternum. Eleazar, Deus meus adiutor, siue Dei adiutorium. Edon, rufus. Hucusque per e breuem litteram legimus: exin per extensum legamus elementum. Elisaphan, Dei mei specula, vel Deus meus abscondens. Elisabei, Dei mei saturitas, vel Dei mei iuramentum, aut Dei mei septimus. Elcana, Dei possessio. Erhan, consummatus, siue suscipiens nauigationem. Elim, aries. Epha, mensura. Eliezer, Deus meus adiutor. Eeliab, Deus meus pater.

Farao, dissipans, siue discooperuit eum. Fitum, os abyssi, vel subito. Fua, hic, aduerbium loci, siue apparebo: sed melius rubrum. Fallu, mirabilis. Futiel, hic declinans Deum: aduerbium loci, non pronomen, vel declinans Deus, siue oris declinatio Dei: Fines, ori parcens, vel ore requieuit, aut oris augurium. Filistim, ceciderunt duo. Falech, transgressus, siue transiensio.

Gad, tentatio, siue accinctus, vel latrunculus. Gersam aduena ibi. Gerson, eiectio eorum, siue aduena ibi, aut aduena pupillæ. Gadiel, accinctio mea Deus. Gadi, hædus, siue tentatio mea. Gamaliel, reddidit mihi Deus. Goel, propinquus, siue redimens. Galaad, aceruus testis. Super hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Guni, horti, siue arrogancia mea. Gabua, sublimitas. Gomor, mensura Atticorum chœnicum trium.

Israël, est videre Deum, siue vir aut mens videns Deum. Et de hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Ietro, superfluous huius. Iesubæi, calcarus, siue præsepe meum. Iamuel, dies eius Deus. Iamin, dextera. Iachin,

preparans. Iessar, est meridies, siue meridianus, aut vnctio mea, vel *μεταφορικῶς* oleum. Iochabed, vbi est gloria, siue est grauis, aut Domini gloria. Ithamar, vbi amarus, vel vbi palma, vel est amarus, siue insula palmæ. Iesus, Saluator. In mensura liquentis materiæ.

Leui, additus. Lobeni, filio meo, vel corego, aut candor.

Mefraim, hostes eorum, vel Ægyptus. Moyses vel Moses, attractans, vel palpans, aut sumptus ex aqua, siue assumptio. Madian, de iudicio. Merari, amara, siue amaritudines. Mooli, de infirmitate, siue chorus meus, aut ab initio. Mosi, attractator, siue palpator meus. Misael, tactus Dei, siue quis interrogauit. Magdalon, quis grandis, vel turris. Moab, de patre. Mana, illuminatrix mea, vel illuminans eos, aut smirna maris, vel stella maris. Mara, vel merra, amaritudo. Marath, amara. Manhu, quid est hoc?

Nephtalim, latitudo. Naphec, pruna, vel carbo, siue seductio. Naasson, augurans, vel augur fortis. Nadab, spontaneus. Naue, semen, germen, vel pulchritudo.

Oziel, fortitudo mea Deus. Omer, crispans, siue manipulus. Oliab, protectio mea pater. Oephi, trium modiorum mensura. Nomina quattuor quæ sequuntur, per extensam legenda sunt litteram. Oreb, ardor, siue siccitas, aut coruus, vel solitudo. Ori, lux mea. On, labor, vel dolor. Or, iracundia.

Ruben, videns filius, vel videntem filium. Ramesses, in tonuit lætus, siue malitia de tinea. Ra-guel, pascio Dei, siue amicus eius Deus. Raphidim, laxæ manus, vel sanitas iudicij, aut visio oris sufficiens eis.

Symeon, audiuit tristitiam, vel nomen habitaculi. Sephra, adhaesit, vel placens. Sephora, auis eius, vel pulchritudo, siue placens. Sor, meridianus. Soriel, coangustans Deus, vel robustus Deus. Salu, tentatio respiciens. Saul, expetitus siue abutens. Semei, audi, vel auditio mea. Setri, exactor meus, vel abscondio mea. Sochoth, tabernacula. Sur, murus, aut robustus, siue angustia. Sin, amphora, vel tentatio, siue rubus. Sinai, rubus, amphora mea, siue mensura mea, vel mandatum. Sabbata, requies. Sithim, spinarum.

Theman, auster. Thelame, riuus aquarum, vel ager aquarum. Thola, vermculus, aut coccinum. Theth, subter. Vt, ignis, aut lumen, vel luminosus. Zabulon, habitaculum fortitudinis. Zecri, memoria mea.

Finiunt interpretationes Hebraicorum nominum libri Exodi: inter quas & quæstiones de Leuitico potes inuenire, exceptis quattuor, quas subnectere curauimus.

Badrifath, *ελίμα*, id est, plaga: verbi gratia, quod dicimus plaga septemtrionalis, vel meridiana. Melcho, rege. Salumith, retributio vel pacifica.

INTERPRETATIONES DE NVMERIS.

AARON, mons fortis. Aminadab, populus meus spontaneus. Amiuth, populus meus inclutus. Abidan, pater meus Iudex. Aggelaoni, annunciat iniquitatem meam. Ahiezer, frater meus adiutor. Amisaddai, populus meus sufficiens. Achran, turbauit eos. Ahira, fratris mei amicus. Anam, nubes. Abia, pater meus

iuste, vel patris mei abundantia. Aseroth, atrium angustia, siue beatitudinis. Amiel, populus meus Dei. Amath, indignatio, vel vter. Ahiman, frater meus quis. Anachim, monile collo sublimi. Aethi, obstupesciens, siue perterrens. Abitam, pater meus excelsus. Aunan, non est, vel inutile. Arrad, suscitauit descendens, vel suscitauit descensionem. Atarum, exploratorum. Axi, quam Græci *Λιθολόγημα* vocant. Arnon, aceruus tristitia, siue laus. Ar, suscitauit, vel vigilia. Ammon, populus maroris. Aggag, *δῶμα* id est tectum. Asur, beatitudo, siue gressus. Aggi, festiuitas, siue sollempnis. Arodi, maledictio sufficiens, siue maledictio. Arieli, leo Deus meus. Ammon, pepercit. Aserael, beatus Deus. Aphar, fodit, siue humus. Agla, sollempnitas ista, siue vitulus. Achiram, fratris mei sublimitas. Arad, descendi. Aber, commisit, vel certamen iniit, aut particeps. Araboth, humilem, planam, atque campestem. Abarim, in transitu: quod significantius Græcè *περὶν* dicitur. Atharoth, coronæ. Aroer, subleuans, vel vacuofactio, vigilis, aut myricæ. Abiroth, scalpum. Alas, fermenta, siue commisce: quod Græcè dicitur *φύραρον*. Arada, obstupuit, admiratus est. Asinona, festinus, siue festinans, aut numera. Aggedgad, annuncia, siue accinctus, vel latrunculus. Achiam, vmbra, siue prærupia. Alamon, super multitudinem, aut despectio. Abetsarim, luctus litorum vel riparum. Achrabbim, scorpiones, vel decentem. Adar, sublimis, vel pallium. Afemona, os eius: ab osse, non ab ore. Asino, nouissimum eius. Arebla, insidiatrix. Ain, fons. Azan, fortitudo eorum. Achidod, fratris mei gloria.

Beniamin, filius dextera. Bamot, in morte, siue excelsa. Basan, bruchus, siue pinguedo. Nam quod interpretari solet ignominia, vel confusio, Bula dicitur. Balach, lingens, vel elidens, aut inuolvens. Balaam, vanus populus, siue præcipitans eos, vel sine populo. Beor, impelle. Baal, habens, siue vir. Beelphegor, habens os pellicum. Bechor, in sagmate, vel ingressus est agnus. Bale, præcipitauit, siue absorbit. Baria, in malis, siue in commutatione eius. Beelsophon, habens aquilonem, siue speculam. Baon, in iniquitate. Bammech, electa commotio. Bethanama, domus bardorum, siue domus amaritudinis. Beelsophon, ascensio speculæ. Betharan, domus arcæ vel montium, aut ascensus humilium. Baalmenon, habens habitaculum. Benachan, filius necessitatis. Baci, luctus, siue in vomitu, aut vetus.

Cades, commutatus, siue sanctus. Ceni, ararius meus, siue nidus meus, aut possessio. Citus, stupentibus, siue mirantibus. Canat, æmulatio, siue zelyptia. Calath, ecclesia venit, vel voces. Cadefbarne, commutatus, electus, vel mutabilis. Carithaim, villa, vel opidum eorum. Core, caluicium. Camuel, restructio Dei, aut stabit Deus. Huc vsque per c litteram simplicem legerimus: exin aspiratione addita, nominum sunt legenda principia. Chanaan, reuerfus est, siue quasi respondentes, aut quasi mouentes. Chaleb, quasi cor, aut omne cor, vel canis. Chamos, congregatus, vel quasi attritatio. Chozbi, calix in me, siue immola mihi. Chenneroth, cirhararum signum, aut quasi lucerna. Chalson, scelerata tristitia, vel quasi protectio. Cherubim, quasi plures, aut vermiculata pictura, vel scientiæ multitudo.

Duel, agnoscent Deum. Dathan, donum eorum, siue sufficiens donum. Dibon, sufficiens ad

intellectum, vel abundanter intelligens. Dibongad, sufficienter intelligens tentationem. Dapheca, adhæsit, siue remissio. Deblaim, lateres, siue massas; quæ de recentibus ficis compingi solent: quas Hebræi deblatan, Græci *παλάβας* nuncupant. Itaque in præfenti loco, nomen quod proposuimus, interpretatur, palatæ eorum.

Ephraim, crescens, siue frugifer. Eldad, ad solum siue solitarium, vel ad vnum. Erma, anathema eius. Efebôn, cogitatio, siue cingulum maroris. Edram, descensio pastorum. Elcan, pars eorum, siue testimonium eorum. Esbel, ignis vetus, siue vanus. Eui desiderauit. Elade, ad ascensum. Ebron, transgressus, siue transgressio. Eniel, gratia mea Deus. Ephod, superindumentum, vel superhumale. Escol, botrus, siue ignis omnis. Hucusque per e breuem litteram legerimus: exin per extensum legamus elementum. Elisar, pater meus fortis, siue pater meus coangustans. Eliab, Deus meus pater, vel Deus pater. Elon, exercitus fortitudo. Elisame, Deus meus audiuit. Elisama, Deus meus audiens. Elisaphath, Deus congregauit, vel Dei mei protectio, siue abscessio. Enan, nubes. Edrai, inundatio pascet me. Er vigilans, aut confurgens, vel pollicens. Elon, quercus, siue Aulon: de quo in libro locorum plenius diximus. Erai, vacuofecit. Ethan, fortem. Esau, voluntas maroris, siue fortitudinis. Enon, fons tristitiæ: Elidad, Deus meus patruelis, vel Deus meus patruus.

Fadassur, redemptio fortis, siue vallata. Fegiel, occurre mihi Deus, vel occurso Dei. Faran, fetus eorum, vel frugifer. Falecti, Saluator meus. Faleth, ruina, vel deiectio. Fafga, abscessus, vel dolatus aut os multum: ab ore, non ab osse. Fethora, oris exploratio, siue buccella luminis, vel os turturis. Fagur, oris pellis, vel hiauit. Fincee, os requieuit, vel silet, vel ori pepercit. Farez, diuisio. Finoni, os meum nepotum. Farnac, vitulus faginatus, aut discessio mea. Gedeon, tentatio iniquitatis, vel tentatio iniquitatis meæ. Garizim, diuisio, siue præcisio.

Iffanne, innuit, vel innuens. Iegal, propinquus, vel redimens. Iesu, Saluator. Iazer, adiurum. Iarden, descensio eorum, vel vide iudicium. Iassa, dimidia, vel factum mandatum. Iaboch, luctus, vel puluis. Iarib, odor eius, vel luna. Iasab conuersio. Ialel, expectauit Deum. Iamna, mare, vel dextera eius. Ieseui, quod est desiderauit, vel æqualis meus. Iaael, dimidiauit Deus. Ieser, plasmavit, hoc est finxit, vel fictum. Iair, illuminas. Ietebata, bonitates, siue declinauit vt veniat. Iimoth, adducet mortem. Iegali, redimens me, vel propinquus meus.

Lael, in Deum vel Deo. Lomna, alba vel candida.

Manasses, obliuiosus, vel quod oblitus est. Madian, contradictio, vel responsio. Medad, mensus est. Michael, quis vt Deus. Machi, quid. Matana, donum. Medaba, aquæ eminentes. Machir, restituet, siue venundabit, vel de infirmitate. Mala, chorus, vel infirmitas. Melcho, rex eius. Malchiel, rex meus Deus. Melcloth, ecclesia. Macha, dulcedo, vel saturitas. Maseroth, exclusiones, vel vincula, aut successiones, siue disciplina, quod in nostris codicibus Mazuroth legitur.

Nathanael, Deus meus, vel donum Dei. Naabi, abscondit, vel requieuit in me. Nese, sufflans, vel suspirans. Namuel, dormiuit Deus, siue in

quo Deus, Noa, motus, quem Græci significantius *σάλον* vocant. Nec man, decus, siue motus eorum. Namira, pardus, siue amaritudines. Nabau, veniens, vel in conclusione. Nobe, latrans. Naafon, serpentinus, vel augurium.

Othorham, signum eorum. Ozin, auris. Ofan, maritima eorum, vel thalamus eorum. Ofir, ignominia, sed apud Hebræos per heth litteram scribitur. Hucuf, iue per o breuem litteram legerimus: exin per extensum legamus elementum. Obab, dilectus, siue amplexus, aut tepes. Ori, coquens, vel claudens me, vel apprehendens. Olee, Saluator, vt saluans. Onam, dolor, vel tristitia eorum, aut musficatio, vel murmuratio. Or, lumen. Obat, magus, vel psychonista, quam Græci *εγγαστριμθορ* vocant. Og, coaceruans, siue absconditus. Oni, dolor meus.

Rafao, sanans, aut medicans. Rahob, platea, siue latitudo. Recem, varietas, siue pictura. Rebe, quattuor, sed per ain litteram scribitur. Ratma, visio consummata, siue iuniperus, vel ionitus. Remmonfarez, mali granati diuisio, siue sublimium diuisio. Reefa, frenum.

Saddelor, vberum eorum lux, vel vberum lumen. Salamiel, retribuens mihi Deus, vel pax mea Deus. Surifaddai, cõtinens mea vbera, vel fortis meus Dominus. Suriel, continens me Deus, vel fortis meus Deus. Scar, pusillus. Samoc, audiens. Saphat, iudicauit. Sodi, arcanum meum, vel exclusit me. Sufi, equus meus. Serhur, absconditus, siue diuertens. Sifai, longæuus meus. Soontanis, vrbs Ægypti. Seon, germen quod non est, vel germen inutile, vel alioquin inutile, aut calor, siue tentatio laeffens. Sefor, aus. Serhim, spinæ. Sathan, contrarius. Seth, positio, siue posuit. Seir, pilosus, vel hircus. Salu, tentatio respiciens: sed melius *εὐδοκίας*, quem fortunatum vel vegetum possumus appellare. Sefion, absconditus, vel egredere os, vel mœroris, aut specula eorum. Soni, coccus, vel pupilla mea. Sela, petitio, vel petens. Semron, nomen vidit, vel custos eius. Sichi, humerus. Semidahe, nomen meum scientia. Salphaad, vmbra formidinis, siue vmbra in id ipsum: id est, pariter. Sutala, poculum mixtum, siue spina viridis vel madida. Sufan, atterens, siue ad vmbra culum rastro- rum, quod Hebraicè dicitur *sufasim*. Sofar, tuba. Sarahc, velamen, siue princeps fratris. Sicher, ebrietas. Salim, redde. Sabama, conuersio quæpiam, siue leua in eis, vel tolle altitudinem. Safan, labium, vel hericus, aut lepus. Sochoth, tabernacula. Salmona, vmbra portionis, siue vmbra numeravit, aut imago eius. Sin, sitiens. Senna, voluntas, siue mandatum eius. Sedada, ex latere eius. Safan, labium, siue barba superioris labij, quam Græci *μίσαια* vocant. Safatam, iudicans populum. Samuel, nomen eius Deus. Salomi, pax mea.

Thola, vermiculus, vel coccinum. Therfa, complacens sibi, quod Græcè melius dicitur *εὐδοκίας*. Thena, castra, vel donata. Theth, subter. Thare, exploratio, vel pastura, siue nequitia. Hæc omnia quæ ex littera hæc posuimus, cum aspiratione in suis legenda sunt principiis. *

Vapfi, finis meus.

Zachur, memor. Zarad, alienus, vel descensio. Zoob, aurum. Zemer, iste exacerbans, siue amaricans. Zare, ortus. Zefer, hoc os vidistis: ab ore, non osse. Zamri, psalmus, vel canticum meum.

DE DEUTERONOMIO.

ASTAROTH, caulæ, præsepia, ouilia, vel atria. Aza, fortitudo eius. Araba, occidentes, siue vespera. Argob, maledicta sublimitas. Aui, feri. Auothair, gloria luminis, ita tamen vt pronuncietur auathair. Acan, necessitas. Aferoth, atria, siue vestibula, si tamen per heth, & zade litteram scribatur. Si verò per aleph & sin, beatudines sonat. Amora, populi illuminatio, siue populus eius. Adama, humus. Beelfegor, habes os pellis, siue superior pellis. Bafar, angustia, siue in angustia, vel infantia. Bolfor, in angustia. Beroth, putei. Barne, filius mutationis. Balaâ, vanus populus. Cademoth, à principio mortis, siue principij mortis. Tria nomina hæc quæ sequuntur ex c, per aspirationem legenda sunt. Chorreu, iracundus, siue de foramine, quem Græci *σφαλίαν* vocant. Capthurim, manus tortorum, siue exploratorum. Chaptor, Cappadocia. Edrain, inundatio malorum, vel natiuitas pessimorum, siue descensio pastorum. Erma, anathema. Eium, iniqui. Ermon, anathema tristitiæ. Efdod, effusio. Emmim, populi. Quattuor nomina quæ sequuntur, per extensam vocalem legenda sunt. Efaû, aceruus lapidum, siue collectio lapidum, quod dicitur *λιθολόγημα* vel frustra aut factura, id est *ωόμοις*. Elath, terebynthus, vel aulones. Emim, terribiles. Ebal, vorago verus. Faiga, abscessa, vel dolata, siue os delicti. Faras, auctus, siue succrescens. Fennador, conuersio generationis: Gaza, fortitudo. Sed sciendum, quod apud Hebræos non habeat in principio litteram consonantem, verum incipiat à vocali ain, & dicatur Aza. Gefuri, iuxta lumen, vel vicinia luminis. Golan, transmigrationis eorum, vel volutabrum eorum. Gergeseum, colonum applica. Gaulon, volutatio eius. Gorizim, diuisio, siue aduena. Galgal, rota, vel reuelatio. Gai, vorago Gebal, vorago vetus. siue *λιθολόγιον*. I litteram & L iccirco prætermisimus, quia eadem nomina in cæteris libris interpretantur: & superfluum est dicta vel dicenda repetere. H autem à plerisque aspiratio putatur esse, non littera. De K superfluum est facere mentionem: cum etiam apud Latinos, exceptis Kalendis, superflua iudicentur. Igitur obseruandum, quod eadem nomina, quæ hic vel alibi prætermissa sunt, in alijs libris possumus inuenire. Misfor, directum, quod Græcè dicitur *ωθδ*, vel plana atque campestris. Maachati, fracti sunt mihi, aut venter percussus. Mosera, eruditio, vel disciplina eius. Mamoazer, de longe, siue alienatus. Oraim, conceptus, siue comprehensio. Rafaim, medici, vel gygantes. Rabbath, multitudo, vel grandis. Rubeni, visio filij mei, vel videte inter me. Ramoth, excelsum signum, siue vidit mortem, vel excelsa. Sidon, venatio tristitiæ, siue inutilitatis. Sareon, princeps mœroris. Sanir, leua nouitatem, siue dens lucernæ. Salacha, leuans veni, vel tollens venit. Sethim, spinæ. Seboim, caprea, vel damma, aut statio eius. Sames, mandatum humile. Sina, tentatio, siue rubus, si tamen per samech litteram scribatur. Thebel, insulitas. Zoatomim, hæc cogitationes, siue quæ est hæc aqua, vel in acie præparati.

QVÆSTIONES IN LIBRVM IESV NAVE.

AIN quæstio, vel chaos. Adonibezech, Dominus meus fulgurans, vel Dominus contemptus

ceptus vani, si verò per sâde litterâ scribatur, interpretari potest Dominus meus iustus. Azeca, fortitudo, siue decipula. Ailon, què supra aulonem diximus: quod si aglon legere voluerimus, interpretatur, vacca eorum. Aser, sagitta luminis. Araph, medicamentum: quod si legere voluerimus ara, interpretatur furibunda. Araboth, humilia, plana, atq; campestria. Alac, pars mea, siue lubricum. Aeron, anathema mœroris, vel tristitia. Anaba, vna, vel humilitas mea. Asdod, dissolutio, vel effusio, siue incendium. Arnon, lumen eorum, aut maledictio eorum. Aroer, suffusio vigiliæ, siue exurgens vigilia, sed melius myrica. Aser, grex. Amanon, mons Ciliciæ, qui & thuris: inde Amana, iniquus, turbulenti, vel dens vigiliarum. Adram congregatio eorum. Afec, continuit, siue continencia. Adraim, inundatio pessimorum. Accaron, eruditio tristitiæ, vel sterilitas. Amas, indignatio, vel furor. Azorus, id est asdodij, gens patri mei, vel incendia. Afcalon, appensa, vel ignis infamis. Afsar, mane, diluculum. Achrabbim, scorpiones. Adar, magnificus, siue pallium. Afamona, os eius: ab osse, non ab ore. Achor, turbatio, vel tumultus. Adomim, rubra. Anacam, humilis, exurgens. Ahiman, frater eius. Acsa claudicans, vel factura, id est *ποισις*. Atoniel, tempus eius Dei, vel responsio Dei. Adada vsque ad testimonium. Afergadda, atrium accinctionis eius. Afmona, celeriter numerata. Aium, acerui lapidum, id est *λιθολόγιον*. Ain, fons, vel oculus. Ain, chaos. Aingannim, fons, aut oculus hortorum. Adollamim, congregatio eorum. Adasa, noua. Aathar, deprecatio. Achazib, mendacium, siue stultitia. Ani, pauper. Arab, insidiæ. Ammeta, luctus. Accen, nidus. Alala, laxitas. Araba, multa, vel insidiæ, occidens, siue aspera. Aaroth, corona. Afsael, beatus Deus. Agla, festiuitas eius. Aser, beatus: si per aleph & sin litteram scribatur: sin autem per heh & sâde, atrium interpretatur. Amathim, indignatio, id est bilis eorum. Anem, circuli, vel coronæ, siue præcinctus. Aerim, aceruus lapidum: id est *λιθολόγιον*. Aphara, vitulus, vel taurus. Afara, humus eius: aliis quippe litteris scribitur. Ammona, populus eius. Afani, volans ego. Aalee, mille. Afarsualim, atrium vulpi. Afom, os, ab osse, non ab ore. Afsan, fumus. Afarim, fodiens mare. Ames, robustus. Amad, populus adhuc. Acharan, turbans eos. Ammon, populus mœroris. Amma, populus eius. Annaceb, cognomentum. Aseph, atrium siue vestibulum. Adame, cruores, siue sanguines, numero plurali. Aialon, campi, vel aulones. Anathoth, obediens, vel respondens signum. Abdo, seruus eius. Ammador, populus generationis. Alax, laxitudo, quam Græci *χαλότην* vocant, siue leuitas, per extensam primam syllabam. Astarten, facturam superfluum, id est *ποισιν περιττήν*. Astaroth, factura, id est *ποισις*, exploratorium.

Bethauen, domus inuitis. Babylon, confusio. Betharan, domus iræ, vel domus montium. Balagad, habuit accinctum, vel vir accinctus, aut vir pirata, vel fortunatus. Bethasimoth, domus deserta, vel domus adducens mortem. Bamoth, excelsa. Baal, habens. Baalmeon, habens domicilium. Bethseor, domus oris pellium. Begumim, fabricamentarij. Betharam, domus sublimium, siue montium. Bethanamra, domus pardorum, siue amaritudinum. Bethaglam, domus festiuitatis eorum. Betharaba, domus humilis, vel vesperæ. Boon, pollex, vel in medio. Baala, habens eam, vel

supra. Bala, habens eam, vel vir eius, siue venit hæc. Baaloth, in ascensu vel ascensus, numero plurali. Bethafeleth, domus salutis. Bazeora, despectio, siue contemptus. Baal, vetustas. Bascyth, adeps, vel defecatio. Bethdagon, domus tritici. Bethafue, domus mali: non à malitia, sed ab arbore intelligendum. Bethsur, domus robusti. Bethanoth, domus præcinentium. Betharabba, domus multa, vel grandis. Benennam, in eis, vel in medio eorum. Bethagla, domus festiuitatis eius. Bekoth, putei. Betula, virgo. Bethmarcaboth, domus quadrigarum. Berhlabaot, domus venientium. Balathad, habitus: ab habendo, non habitu, id est cultu vestis. Beram, puteus altitudinis. Bethsefe, domus oris florentis. Bethsamis, domus solis. Bethen, venter. Berhemec, domus vallis. Benacl, ædificatio Dei. Bethanab, domus humilitatis, vel domus respondens. Belathala, habita: genere feminino, ab habendo: participium est, non verbum imperatiuum. Benebarach, filius fulguris. Balac, elidens.

Cariathiarim, ciuitas, vel villa filuarum. Cadefarne, commutata, electe, siue sanat electe. Cades, sanctitudo, vel sancta, siue mutata. Gariatham, ciuitas eorum, vel vocatio perfecta. Cain, lamentatio. Ceila, ad fundam iacta, siue suscitans eam, aut tollens sibimet. Carmelus, mollis, siue cognitio circumcissionis. Cariathbaal, ciuitatem habuit, siue ciuitas habita. Cane, calamus. Notandum quòd latinum canna, de lingua Hebræa sumptum est. Casim, summitas, vel principium. Cathar, siue caath, morsus, vel congregati. Cafeon, duri fortitudine. Cafabam, congregatio eorum. Cartham, vocationem perfecit. Cedemorth, prius, vel orientalis. Hucusque per simplicem litteram legimus, ex in aspiratione addita legendum est. Chidon, scutum, vel clypeus. Chifara, catulus eius, vel manus dissipata, siue expiatio. Quod autem diximus, catulus eius, leonem significat: quem Græci vocant *σκύριον*. Cheruel, molle vel tenerum, siue cognitio circumcissionis. Melius autem si interpretetur, agnus tener. Chellon, reuelatio eorum. Chisil, robustus. Chabon, quasi intelligens. Chereloth, vidisti signum. Chisiloth, stulti signum. Chabul, quasi germen.

Dabir, loquens vel loquela, aut vrsus timens. Dar, generatio. Dibon, abundanter, vel satis intelligens. Dabira, loquens, vel eloquentia, vel vrsus timens. Dimona, satis numerans, vel sublimitas. Dalam, egens pauper. Daleam, egestas eorum. Duma, silentium, siue gaudium. Dana, causa, vel iudicium eius. Dabath, elunis. Dabrath, loquela. Dedara, generatio eius. Donna, silentium.

Ellom, vitulus mœroris, vel festiuitas eorum. Efdod, effusio, vel incendium, siue ignis patruelis. Euarus, lapides colligens, quod Græcè dicitur *λιθολόγος*. Euei, desiderans, siue est. Efram, irascens, vel sagitta visionis. Encam, ecce ista, vel ecce sunt. Emmam mater eorum. Eltholet, ad natiuitatem. Ermon, anathema siue damnatio. Eschaol, ignis parturitionis. Esna, *δυνέροσις*, quam nos à secundo numero dicere possumus secundantem, vel ignis, vel ediffertio. Eschamina, concitatio. Eglon, vacca eorum. Efsan, innitor, siue confirmo. Elthechem, protulit. Emec, vallis. Eglon, festiuitas ista, vel vitulus mœroris, vel iuuentæ. Elec, portio. Emecafis, vallis concissionis. Erma, anathema eius. Ennathon, gratiam dantes. Enarad, ecce concepit. Elcath, portium.

portiuunculam. Elam melech, ad regem. Estamoc, mulier ventris. Elthaci, nequaquam vomentem. Hucusque per e breuem litteram legerimus, exin per extensum legamus elementum. Elo, exercitus eius, pro *εποπία* enim semper in Hebræo aut turmæ militum describuntur, aut opes. Engaddi, fons hædi. Endor, fons generationis. Engannim, fons hortorum. Ennadda, fons exacutus. Edroi, inundatio pascens me. Eram, vita sublimis.

Fesga, dolara, siue præcisa, aut oris multi. Falecti, saluans me.

Gazer, præcisio, siue diuisio, vel constrictio. Gofnam, iuxta eam, vel applicatam. Gaza, fortis, ab ain littera incipiens, non à consonante, gimel. Geth, torcular. Gessor, applicans lumen, vel applicans dirigentem. Galiloth, reuelationis, vel transmigrations. Gazeo, robusto, Getheo, torculari. Gadera, sepes eius. Gaderoth, maceria, vel sepes. Galioth, colles. Ga-baon, collis mæroris. Getthaser, *גת חרתי*, torcular eius humi, vel fossum. Gatharhon, sublimitas eorum, vel collis mæroris. Gethremmon, torcular excelsum, vel torcular sublimium. Golan, transmigratio eorum. Galim, loca palustris, vel acerui. Galgalis, volutabrum. Gabaath, collis patruelis.

Ierimoth, timens mortem, vel altitudo mortis. Iasie est os ab ore, non ab offe. Iabin, intelligens, vel intelligentia, vel sensus, vel prudentia. Iecmam, possedit populum. Iazer, auxilium. Iarim, saltuum, vel siluarum. Iebneel, ædificatio Dei. Iagur, colonus, vel aduena. Ietan, mercedes. Ietrael, honestas Dei. Ieptre, aperiens, vel apertus. Ianum, dormitans. Iecta, extenderunt. Iezrael, semen Dei. Ierdona, incubuit populus. Ianua, requies. Ieblaam, despiciscens populus. Ierphal, dimisit Deus. Iecnaa, possessio populi. Iasie, adpartio, vel offensio, siue superficies. Iepheel, aperiet Deus. Iedala, manus, maledictio. Iaiel, requies Dei. Ieraon, timebunt. Ierachon, aurugo: quam Græci *ἰερπεδ* vocant. Ieffonne, nudus, vel conuersio. Ieta, inclinatio. Iezel, fortitudo, vel adiutorium.

Lachis, interest, vel sibi met viri. Løbna, candor, vel lateres. Labo, ingressus, siue venientes. Laamas, ad iniquitatem. Luza, amygdalon, licet quidam interpretentur *κλοιον*, torquæ videlicet damnatorum: quam vulgo boiam vocant. Potest autem interpretari & hic ipse. Labec, acceptabilis. Lacum, ad confurgendum. Lesem, ad nomen. Lesendam, nominis iudicium.

Meceda, exultio, siue orientalis, vel inantecessum id est prius. Madon, contradictio, siue habitatio. Masepha, specula, siue de specula. Masphat, speculatio, vel contemplatio, vel intentio, vel locus iudicij. Marom, sublimis, siue de excelsio. Masarphoth, incendia, siue de tribulatione rostrorum. Maachati, venter cæsus, siue facta est mihi. Marom, aliter amara tristitia. Mageddo, pomorum eius, siue cenacula eius. Medab, aquarum fames. Mephaat, aquarum impetus, siue ab eis tempora. Manaim, castra. Mesphat, iudicium. Mabeel, congregatio Dei. Modaba, natiuitatis. Medabena, de oneribus. Magdalgad, turris piratæ, vel turris accincti. Marefa, à capite. Maon, habitaculum. Maaroth, speluncæ. Meddin, iudicium. Maala, chorus. Melcha, regina. Melsa, rixa, vel azyma. Marala, amara conscensio. Maalaph, de mille, siue de doctrina. Magdaliel, turris mea Deus. Masadda, requirentem,

siue retinentem. Misor, directa, siue campestris, vel de tribulatione,

Naphetdor *נפת דור*, conuersio generationis. Nephthoc, dissoluti, siue deceptio. Nasib, titulus, vel statio. Naabsan, vel nasab, exiccata. Naal, ascensio. Noa, mouens, siue commotio. Naalal, laudent.

Oziph, germinatio. Orchiataroth, longitudo coronæ. Oli, infirmitas. Ozanoth, quasi signum, vel forte signum. Hucusque per o breuem litteram legerimus: nunc per extensam legendum est. Oam, væ populo, siue infaniens. Oram, væ excelsio, vel iracundia. Osa, spes. Othoniel, responsio Dei, vel reuelatio Dei, vel tempus mei Dei, vel signum Dei. Ocer, diligens, siue perscrutans. Oga, inclutus, vel gloriosus. Ono, dolor eius.

Qlitteram: quæ neque Græci resonant, nec Hebræi, & exceptis Latinis nulla alia lingua habet, à nobis hic penitus prætermissa est.

Raal, latitudo, vel fames, siue impetus. Recem, varietas, siue vacuofactio. Rebe, quartus, vel ordinatus. Ramoth, visio mortis. Ragal, res vel deorsum ferens. Raphaim gygantes, vel resolutæ matris. Remmon, sublimitas. Rama excelsa. Rabboth, multi. Ramath, excelsa hæc. Roob, late. Raahat, maxilla siue buccæ.

Sarathan, tribulatio eorum. Semro, custos eius, vel nomen vidit. Salacha, tulit sibi met, vel tentatio itineris. Saron, princeps tristitiæ. Semron, maron, custos amari mæroris. Sabama, leua excelsam, siue conuersio quædam. Sart, vinculum, siue angustia eius. Sin, egrediens. Sechrona, ebrii vel tabernacula. Sifai, longæius. Seme, auditio. Suallim, vulpes: Siceleg, defæcatio vocis adductæ, siue effudit sextarium. Senefanna, tollens rubrum vel tentationes. Saloim, emersiones vel emissiones. Saraa, carbones siue angustia malorum. Socha, tabernaculum vel vmbra culum. Saarim, portæ. Sanaan, abundans siue egressus eorum. Samer, custodia. Sior, paruulum siue turbulentum. Sabacha, reticulum. Selom, auulsio vel dimissio, siue vbi est ipse. Semdahc, nominis scientia. Samari, lana mea. Selam, latus: à latere, non à latitudine. Sabe, septem vel septies. Sarith, reliquæ. Soinim, coccinum. Seon, femini eius. Saasim, incubuit egrediens. Sala, tollens. Sames, sol. Salabim, aggrauans intellectum.

Tala, ros eorum, siue irrorata. Tyrus, quæ Hebraicè dicitur Zor, & interpretatur tribulatio, siue angustia, vel fortitudo. Hucusque per t simplicem litteram legerimus, exin aspiratione addita legendum est. Thaphue, malum: ab arbore, non à malitia intelligendum, siue tympanum apertum. Thanan, respondens siue humilitas. Therfa, complacitio, quæ significantius Græcè dicitur *ἰδὸνία*. Thalmc, sulcus, vel dependens. Thamna, numerus vel fidelis, siue numerata, aut consummatio eorum. Thennat, ficus. Therela, vidisti terebinthum. Thabor, veniens lumen. Thalla, ager eius vel appensio. Thaphnathfare, numerus operimenti noui. Vr, ætærium, siue ad iracundiam prouocans. Zebbi, dotis meæ. Zabdi, fluxus vehemens, siue abundans. Ziph, germanans. Zanoç, repulit, vel iste requieuit.

DE LIBRO IVDICVM.

A DONIBEZECH, Dominus fulminis, siue Dominus contèptus vani. Achiman, frater meus

meusquis. Axa, claudicans, vel irascens. Arhaniel, tempus meum Dei. Arrad, confurrectio descensionis, aut testimonium descendens. Accho, vsque huc, aut hamus, vel humilitas eius. Alab, lac vel lactea. Achrabbin, scorpiones. Astaroth, ouilia vel factura: id est *ἀστρονομία* exploratorum. Anatha, responsio. Arafth, artifex. Abinoem, patris mei decor. Abel, luctus vel committens. Abelmeola, luctus parturientis. Ares, sol. Abiezer, patris mei adiutorium. Abed, seruus. Armon, anathema mæroris, vel imago trinitatis. Auoth, commoratio, vel sedes, aut vinculum, siue incunabula: quod Græcè dicitur *ἐπαιλις*. Abgam, pater fordis. Abdon, seruus mæroris. Allel, laus. Aoth, laus. Aminadab, populus meus spontaneus.

Bezech, fulgur vel contemptus vanus siue micans. Baalmesur, habens, vel vir ex principe. Barach, fulgurans, Bachal, iugum. Bara, creatura, siue lectus. Baraennim, creatura nidorum siue tribuli. Baalberith, habens pactum. Bera, puteus. Berith, pactum. Baalthamar, habens palmam. Booz, in fortitudine, siue in quo vitrus.

Genex, possessio contemptibilis, vel spretio. Cethrom, tenebræ eorum, vel thymiana. Cifon, impegerunt, siue duritia eorum, vel lætitia. Carcar, inuestigatio. Camon, resurrectio inutilis. Quattuor nomina quæ sequuntur ex c littera, aspiratione addita sunt legenda. Cherim, infans vel formidans, siue signata. Chufam, Æthiopia eorum. Chamos, quasi attrahens, vel congregans. Chelon, consummatio, siue omnis dolor, vel ab initio. Debora, apis vel loquax. Dalila, paupercula, vel fitula. Dagon, piscis tristitiæ. Enach, humilis confurgens, vel humilitas inanis. Elohe, Deus. Eglon, rotatus, vel orbita, vel iuuentæ, vel festiuitas ista, vel vitulus mæroris. Ezi, auxilium meum. Ephod, superindumentum: quod Græcè dicitur *ἐπιθώδωμα* siue *ἐπώρις*. Ephrata, frugifera, siue de cinere veniens, aut puluerulenta. Et super hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum questionum plenius diximus. Ephrathites, humus aut pulvis eorum, siue frugifer. Duo nomina quæ sequuntur, per extensum legamus elementum. Eud, accipiens gloriam. Eatam, auis eorum. Fura, laguncula vel frugifer. Fanuel, facies Dei. Fua, operarius vel sonitus, aut euidens. Farez, diuidens, vel violentus, siue diuisio. Gafar, commotio. Gera, ruminatio. Geleon, circumiens in vtero vel inutile, siue tentatio iniquitatis eorum. Gabatha, collis siue sublimis. Garizim, accola siue aduentus eius. Gaala, abiiciens siue reuelatio. Gaza, fortitudo eius. Gadam, tentatio, vel accinctio populi. Iezbaam, defluens, vel despiciens populus. Iabin, intelligens, vel sapiens, vel sensus, vel prudentia. Iael, cerua, vel coniugium ceruale, siue incipiens. Ioas, sperans, siue temporalis, vel Domini robur. Ierobaal, iudicet baal, vel iudicet habens, aut superior, siue iurgium habens. Iecbaze, torcular lupi. Iecha, torcular. Iephone, conuersio. Ioathan, est perfectus. Iair, est illuminans. Ionathan, columbæ donum, vel columbæ dedit, aut Domini donum. Iabes, exiccata, vel siccitas.

CANTICVM DEBBORÆ.

LAPHIDOTH, lampas, siue quasi os cultri: ab ore, non ab offe. Lais, leo, vel sibimet vir. Meroz, aquæ sacramentorum. Maaz, robu-

stus, fortis. Mere, manifestus vel illuminans aut apertus. Mello, plenus. Manne, requies. Micha, quis hic: aduerbium loci: vel quis est iste. Nahellel, laus, hymnus. Nabe, latratus, Tria nomina quæ ex o subiicimus, per extensam legenda sunt litteram. Obed, seruiens. Othoniel, responsio Dei, vel reuelatio Dei. Obab, dilectio. Othoniel, tempus mei Dei, vel signum Dei. Oreb, coruus, aut siccitas. Racab, ascensio, siue conscendens. Rafathaim, impietas eorum. Safai, longævus, vel senarius. Sepheth, specula. Salabbim, salus cordium. Syria, sublimitas. Sairath, capta. Semegar, nomen aduentæ, siue ibi colonus. Sifara, gaudij exclusio, siue tollens recedentem, vel equi visio. Sectha, spinæ. Saratha, vinciens venit, siue tribulatio. Suroeb, saxum corui. Salmana, umbra prohibendi, vel umbra commotionis. Samir, vepres, vel incultum. Seon, tentatio calens, vel germen quod non est. Semmanath, nomen humile. Samson, sol eorum, vel solis fortitudo. Sorec, electa, optima. Salma, sentiens, vel perfecta, siue pacifica. Tabath, bona. Excepto hoc nomine, cætera quæ sequuntur huius litteræ per aspirationem legenda sunt. Thalmi, suspensio vel sulcus. Tamathares, enumeratio folis. Thanach, humilitas, vel respondebit tibi. Thebes, conuersio, siue fieri oua. Zeb, lupus. Zebul, habitaculum. Zabulonites, habitaculum eius.

IN RUTH.

BOOZ, in fortitudine. Elimelech, Deus meus rex. Iesse, insulæ libamen. Maallon, de fenestra, siue à principio, vel consummatio. Noemi, pulchra. Orpha, ceruix eius. Ruth, videns vel festinans, siue deficiens.

DE PRIMO LIBRO REGVM.

ANNA, gratia eius. Aphec, furor nouus, aut continenter. Aminadab, pater meus spontaneus vel vrbanus. Abia, pater Dominus, vel pater fuit. Abiel, pater meus Deus. Ammoni, comprimens, vel coangustans me. Afor, sagitta luminis. Ahias, frater alius, vel frater eius. Achitob, frater meus bonus. Achinaam, fratris decor. Abenner, pater meus lucerna, vel pater lucernæ. Agag, *δάμα*, id est, tectum. Arnathaim, altitudo eorum. Azecha, fortitudo siue decipula. Adreel, greges Domini. Azel, abiens, pergens. Achis, verumtamen vir siue frater meus aut frater vir. Achimelech, frater meus rex. Auilath, dolens siue parturiens. Arch, mora. Abiathar, pater superfluus. Achela, suscipiens eam. Abigal, pater exultationis, siue pater erroris. Abisai, patris mei incensum vel sacrificium. Endor oculus aut fons generationis. Abigail, patris mei exultatio. Afan, fumans. Aathach, tempore suo. Baalim, habentes, siue ascendentes vel superiores. Bethchar, domus agnitionis, vel domus agni. Bochorach, primogenitus ruus. Bezech, egestas. Badan, solus vel in iudicio. Beses, in ipso floruit, vel abscessio. Bama, in quo. Barita, Pythonissa, quam Græci *ἑγασπιμδον* vocant. Bofori, annuntiatio vel caro. Bersabee, puteus satietatis, vel puteus septimus. Cariathiarim, ciuitas siluarum. Cus, durus, vel vomitus viri, siue vomens vir.

vir. Quæ sequuntur, aspiratione addita sunt legenda. Cherubim, multitudo scientiæ. Chetiti infantes, vel metuentes. Chereti, interficientes, qui significantius Græcè dicuntur ἑροδωπιδότες. Chateb, quasi cor, aut omne cor, siue canis. Dauid, fortis manu, siue desiderabilis. Damaim, sanguinum. Doeck, motus, siue sollicitus, quod Græcè dicitur ἀλάνος. Eleazar, adiutorium, siue Dei adiutorium. Escabod, cecidit gloria, vel va gloria. Et de hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum quæstionum plenius disputatum est. Euilath, à principio. Ebræi transiutores. Erthi, mecum. Elchamoc, cogitans. Tria nomina quæ sequuntur, per extensam litteram proferenda sunt. Elchana, Dei possessio. Eliu, Deus meus iste. Eliab, Deus meus pater. Fincés, os requisit, siue os mutum, vel silens. Fenenna, conuersio. Falti, Saluatori meo. Gabaa, collis. Galgala, volutatio, siue reuelatio. Goliath, reuelatus, siue transmigrans. Gallim, transmigrantes, siue reuelati. Gefuri, iuxta lumen meum, vel applicantes è lumine meo. Garizim, abscissiones. Gelboe, volutatio, siue decursus, vel aceruus pluens. Iedori, applicans, siue accedens. Ieroboam, misericors. Iosue, Saluator. Iechonia, præparatio Dei. Ioel, incipiens, vel fuit Dei. Iabes, exiccata. Ierobaal, iudicium Baal, siue iurgium superioris aut habentis. Iesai, id est, desideravi. Iesai, insulæ sacrificium, siue incensum. Ioab inimicus, vel est pater. Ierameeli, misericordia Dei mei. Matar, pluuia, vel compluto me. Machemas, humilitas, siue attractata. Mageddou, tentans. Melchisue, rex meus salus, siue rex meus tyrannus. Merob, de multitudine. Michol, aqua omnis, vel ex omnibus. Meolati, à patre oriente me, siue à dolente me. Maon, habitaculum. Maoch, cuiratus: quem Græci Ἰλασίου vocant. Ner, lucerna. Nuath, pulchritudo. Nobe, larratus. Nabab, insipiens: quod si legere volueris nebel, men suræ nomen est siue psalterij. Ophni, discalcitatus, siue insania conuersionis. Odollam, testimonium eorum. Ramathaim, excelsa eorum. Rachal, negotiatio. Rachel verò interpretatur, ouis videns Deum. Saphim, specula, vel scopulus. Saupha, speculator, aut supereffundens. Sabaoth, exercituum, siue virtutum. Samuel, nomen eius Deus. Semsi, sol meus. Saror, coangustans, siue indutus. Saul, petitio, vel habitans, vel abutens, vel abusuuum eorum. Salisa, tertia, vel vitula triennialis, vel vi consternens. Salim, vulpes: sed melius si legatur sualim. Suph, specula, vel effundens. Sena, tollens, vel angustia, siue dens. Soba, mandatum in ea. Sur, rectus, vel fortis, vel inuincibilis. Sama, vbi, vel audiens. Sochor, ramus, vel humilitas. Sethui, fatuus. Saruia, vinculus, siue angustia. Sonaim, coccinea, vel subsistens eis. Sephamoth, labium mortis. Thou, amens vel errans. Ziphei, germinantes siue florentes.

DE SECVNDO LIBRO REGVM.

ASVRI, atrium meum. Abisa, patris incendium, siue sacrificium, vel holocaustum: quod significantius Græcè κέρτασμα dicitur. Afac, factura, id est, πώμινα. Amman, cubitus mensura, non brachium. Amon, matris Aetrus. Abessalon, pater pacis. Adonia, domi-

nator Dominus. Aggia, festus, siue sollempnis. Abithal, pater meus ros. Agla, iuuenula, vel vitula. Aia, vultur. Adrezer, decorum auxilium. Achohereth, disperdens, siue dissipans. Amiel, populus meus Dei. Anon, dolens. Abisai, pater sacrificij. Ammiod, populus meus gloriosus. Ahitophel, frater meus cadens, siue irruens, vel frater meus cogitans, siue tractans. Arachi, longitudo mea. Amesa, populum tulit. Aphelechi, mirabilis. Adoniram, Dominus excelsus. Adoram, generatio excelsa. Ahiloth, frater inclutus. Armoni, illuminans me, vel anathema, siue cellarium meum, aut domus mea. Adino, tenellus, vel delicatus. Ahesani, voluntatis, siue consilio ego. Ahoi, spinarum. Aga, meditans, siue loquens. Ararites, montanus. Adollam, congregatio eorum. Ariel, leo Dei. Afael, factura Dei, id est, πώμινα. Aradius, obstupescens, vel admirans. Aras, elatus. Alab, lac. Abiezri, Dei mei auxilium. Anathothites, respondens signum. Adai, robustus, siue sufficiens. Abialbon, pater meus super intelligens. Azmath, fortis morte. Ahiem, frater matris. Aserai, atrium meum. Arunas, illuminati.

Baurim, electi. Berothi, putei. Baana, venit respondens. Bega, excelsa. Banaia, cementarius, id est, ædificator Domini. Bethrohob, domus platearum, Bethsabec, filia saturitatis, ita tamen vt prima correpta sit syllaba: alioquin vbi producit, semper domus interpretatur. Balasor, habens sagittam luminis, vel ascensio atrij. Bethchar, domus agni. Baurim, electi, vt supra: vel iuuenes. Berzellai, ferrum meum. Bochori, primogenitus meus. Bethmacha, domus humilis, vel fori, vel tributi. Baana, venit respondens. Barumi, fugit eum quispiam. Bethoro, domus iræ. Casir, messis. Cabseel, congregatio Dei. Tria nomina quæ sequuntur, aspiratione addita legenda sunt. Calamach, omnem fortitudinem. Chusi, Æthiopia. Chorethi, dissipans siue disperdens. Eliaba, nequaquam absconditus. Excepto hoc nomine, cetera, quæ ex e littera sequuntur, per extensam primam syllabam legenda sunt. Elisue, Dei mei salus. Elisame, Deus meus audiens. Elidahe, Deus meus scit. Eliphaleth, Deus meus saluans. Elianan, Domino donante. Feletthe, mirabilis, siue excludens. Faraothoni, auolantis tristitiæ meæ. Farai, hiante me. Gio, lueta, siue luctari. Gelo, migra, vel transmigranti. Gera, ruminans. Gom, fouca. Gob, lacus. Gaas, commotus. Gelonites, transmigrantes. Garab, scabiosus. Hiram, viuens excelsè. Histob, vir bonus. Hiras, vigilans. Hisbofer, vir confusionis. Iecirco cum aspiratione hæc nomina posuimus, quia & apud Græcos & apud Hebræos per diphthongum scribuntur. Iezrael, feminavit Deus. Iethraam, superfluous populus. Iebgar, elegit. Iaphie, illuminat vel ostendit. Ioram, qui est sublimis, vel manus sublimium. Ieroboseth, iudicans confusionem, id est, ignominiam. Ididiia, amabilis Domino. Ionadab, Domini spontaneus. Iodahe, ipse cognoscens. Iosaphat, ipse iudicat. Iodahe, sciens siue cognoscens. Iesbi, est in me. Iaare, saltus. Ioiadahe, Domini cognitio, siue ipso cognoscente. Iasan, vetus. Iagaal, propinquus. Iaazaher, auxiliabitur. Ietan, respondens. Lodabar, ipsi verbum. Lasabi, sperauit in me. Manaim, consolatio siue requies. Maacha, molitus siue confectus. Miphiboseth, de ore ignominia. Maana, requies. Maaria, domus mea, vel amara, siue

ex visione. Maachati, subactus, id est mollitus meus. Nephee, applicans ori, vel lyncurius: nomen est lapidis. Naas, serpens. Nethophathi, inclusus. Neele, scala vel torrens. Naalia, torrétes. Orchathi, arstmatio mea. Odsi, mensis meus. Tria nomina quæ sequuntur per extensam litteram proferenda sunt. Obedadam, seruiens humo. Ohiada, ipse cognoscit. Oren, ira. Respha, *λίβερρον*, siue cursus. Rachab, quadriga. Roboam, latitudo populi. Ragal, tristes vel deorsum. Ragallim, pedes. Rapha, sanitas. Ribai, iudicantes. Saphati, iudicans me. Sion, specula vel speculator, siue scopulus. Samoc, auditio. Sobab, conuertens. Soba, festa: à secando, non à festando. Sufacim, gaudium cilicij. Siba, egressus venit. Saraia, princeps Dominus. Sobach, conuertens te. Sunem, coccineum siue eleuans. Sabe, saturitas. Sadoch, iustus. Sia, indigentes siue dormitantes. Subochai, còden sum siue fruterum. Et super hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Samai, vbi mihi, siue audiens. Salmon, umbra virtutis. Sarai, princeps mea. Salech, egrediens. Thebes, fuerunt in ea, siue facta mea. Thalmé, sulci. Thecue, clangor vel tuba siue percussio. Thecutes, tuba canens siue buccinator. Theetim, inferiores vel subter. Hæc nomina, quæ posuimus per litteram t, aspiratione addita sunt legenda. Vria, lux mea Dei. Vsi, festinans. Vichi, longitudo mea. Vsthi, festinante me.

DE TERTIO LIBRO REGVM.

ABISAI, pater meus superfluus, siue patris mei rugitus. Accherethi, interficiens siue dissipans vel demoliens. Amasa, populum tollens siue leuans. Azor, atrium. Azaria, auxilium Domini. Ahia frater eius: vel vbi hæc? Ahisar, frater meus princeps. Adonirâ, Dominus meus excelsus. Ælam, ante fores siue vestibulum. Adadezer, decorum auxilium. Adoram, generatio excelsa, siue decor excelsi. Ano, dolor eorum. Afa, tollens siue sustollens. Auau, subuertit eos siue mouens eos vel fons. Auachim, non est innocens. Anani, gratificatus mihi, siue donatus mihi. Ahab, frater patris. Azuba, relicta vel deserta. Bethabee, filia iuramenti: per breuem primam syllabam legendum est. Benur, filius ærius siue filius ignis. Bethfames, domus solis. Bethanam, domus gratiæ aut doni. Basamath, delinquens. Baaloth, ascendentes. Bul, germinis. Booz, in fortitudine. Barasa, in egestate, siue veniens ad faciendum, vel hauriens. Cane, pœnitentia, siue clangor tubæ: Carmelus, tenellus, aut mollis, siue scientia circumcisio nis. Hucusque per simplicem litteram legerimus: exin aspiratione addita legendum est. Chalacad, pacens, siue nutriens. Chamos, congregatio, siue quasi attrahenti, vel palpanti. Carith, diuisio, siue cognitio. Chanaan, erubescens, siue negotiator. Dachar, compungentes. Dardahe, generatio cognitionis. Dabir, oraculum. Dui, pulchritudo. Damafcus, sanguinem bibens, vel propinans. Eida, misericordia. Ezael, semen Dei. Emori, amaricantis, vel loquentis. Efrai, indigena, vel orientalis. Ezazon, visio. Hucusque per e breuem litteram, exin per extensam legamus. Eli, Deus meus, siue scandens, siue scindens. Elioreb, Dei hyems: Eri, vigil meus. Elon, aulon, de quo plenius in volumine locorum diximus. Ethan, robustus, siue ascensus. Eman, accipiens, vel formido eorum. Ethanim, robustorum. Esiongaber, voluntas siue consilium tristitiæ confortate, vel iuuenilis. Ela,

meledicta, vel ipsi. Efaion, voluntas, siue consilium meroris. Elias, Deus dominus. Elisæ, Dei mei salus. Felethi, admirabiliter. Fadaia, redemptio Domini. Gabe, aut vir, aut iuuenis, vel fortis, siue viriliter. Goneabach, furum filia. Gonath, arrogantia tua, vel hortus tuus. Gezi, praruptum videns, vel vallis visio. Gir, diuisio, vel præcisio. Gozan, tonsio eorum, vel fortitudo eorum. Gabe, collis. Godolia, magnificus Domini. Iezabel, cohabitatrix, siue est fluxus vanus. Ieconiam, vlciscitur populum. Iair, illuminauit. Iacon, præparatio. Ieroboam, diiudicans populum, vel diiudicans super nos. Iessai, in sulcæ sacrificium, vel holocaustum. Iosia, cuius est sacrificium Domino, vel salus Domini, vel fortitudo Domini. Ieu, ipse, vel est. Ioram, qui est excelsus. Iofaphat, Domini iudicium. Iemla, plenitudo, vel circumcisio. Leben, ædificatio, vel candida. Mageddo, cenacula eius. Maacha, percutiens, siue percussa. Maces, de sine. Maol chorus, vel de plenitudine. Malachra, despiciens, siue diuisio. Mechonoth, fulcra: quæ Græci bases vocant, id est, *ὑποθεύουσα*. Melloth, plenitudo, siue adimpleta. Machaia, quid hic, aduerbium loci, siue quis dominabitur. Mose, saluificator siue à Salvatore. Naphaddor, dispersa generatio. Netna, imago. Neisoth, statio. Naboth, conspicuus, vel sessio, siue exclusio. Nadab, sponde. Naama decor. Naaman, decor Domini mei. Nessb, stans. Namsi, tangens, vel attrahens, siue palpans. Omri, crispans meus, vel manipulus meus. Oza, robustus Domini. Olda, destructio, siue diuerticulum. Tria nomina, quæ sequuntur, per extensam litteram proferenda sunt. Og, congregans. Ophir, infirmans. Obedia, seruiens Domino. Rei, pastor meus. Ramoth, visio mortis. Razon, mysticus, vel sacratus. Rabaam, impetus populi, vel latitudo populi. Sunamitis, quicumque morietur, siue mortificata. Sisa, tentatio, siue farinaceus. Saalabim, aggrauans intellectum. Soca, ramus. Sartham, tribulatio eorum, siue demolitorium, aut coangustantium. Sion, specula, vel mandatum, siue inuium. Sabba, captiua. Sathan, contrarius, siue aduersarius. Suba, incensa, siue conuertens. Sadala, latus eius: à latere, non à latitudine. Sabua, lepra. Sefac, byssus cilicij. Sichima, humerus. Semeia, audiens Dominum. Somer, custos. Sali, missa. Sophar, dissipare, vel diuideri. Sigab, supertollere. Sareptha, incendium, siue tribulatio panis. Sidonia, venatio inutilis. Saphat, iudicans: Sedechia, iustus Dominus. Taphath, paruulus venit. Thabremmon, bonus ad videndum, siue bona sublimitas, siue bona visio eorum. Hucusque per t simplicem litteram legerimus, exin aspiratione addita legendum est. Thanath, respondet tibi. Thermad, exploratio redemptionis. Thafsa, claudicatio, siue remissio vitæ. Thedor, paxillus. Themor, zmirna. Tharhis, exploratio gaudij. Thaphnes, coopte signum, quod significantius Græcè *σημαῖον* dicitur. Therfa, placens. Thebni, palea mea. Thefbi, capriuans, siue conuertens. Zoélet, tractum, siue protractum. Zabad, fluens torris, quem vulgo titonem vocant. Zamri, iste lacesens, vel amaritudinans: propriè enim nomen ab amaritudine figuratum est. Zaba, iniquitas. Zabaoia, dotata Domini.

DE LIBRIS REGVM.

AHIEL, viuens Deo, vel videns Deum. Abiram, patri excelsio. Azael, visus Deo. Adad, patruus, vel patruelis, aut testis. Aazia,

Aazia, apprehendens Deum, vel fortitudo Domini, siue fortitudo eius. Abana, lapides eius. Athalia, tempus Domini, vel tempus eius, siue temporalis Domini. Aramathai, deiciens eum. Arnon, lux eorum, vel arca mœroris. Amasia, robustus Domini, vel populus elatus. Affee, continebit, vel apprehendet. Amia, robustus Domini, vel populus Domini. Amathi, veritas mea. Azaria, adiutor Domini. Affith, libertas. Argob, maledicens excelsum. Ariel, leo Dei. Azor, sagitta luminis. Aaz, continens, aut apprehendens. Ala, infirmitas. Abur, liuor, aut vulnus. Azama, delictum. Adramelech, stola regis, vel decor regis. Anamelech, respondente regi. Abisa, voluntas mea in ea. Azaph, colligens. Arphath, sanans, aut sanatus. Anei, numquid commotus est. Amos, robustus. Ararat, Armenia, vel mons conuulsus. Asaradon, vincens, vel exacutus. Arus, incisa, vel aureus. Adaia, testimonium Domini. Achicam, frater meus surgens. Afaia, facienti Domino. Ahabor, mus. Ares, fol. Amital, calefactus ros. Auil, stultus insipiens.

Baalzebub, deuorans muscam. Baalsalifa, habens tertium. Badachar, venit compungi. Bethagan, domus horti. Beteacon, domus sculpturæ. Balan, confusio, siue pinguedo, vel siccitas. Bedech, instauratio. Banada, filius decorus. Baladan, venit sibi iudicans, vel vanitas pro semet ipso. Bafecat, adipem. Bethim, domibus.

Cabalaam, præcipitavit. Cadefim, commutatio, siue effeminati. Carce, caluus. Hucusque per c, simplicem litteram, ex in aspiratione addita proferendum est. Chabrata, electio. super hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius disputatum est. Charith, concisio. Charan, ira, vel foramen. Chomarim, æditui.

Ezer, separatus, sanctificatus. Elciau, pars Domini. Ebsiba, voluntas mea in eo. Elcliau, prope Dominum est. Enam, ecce hæc sunt. Ennathan, ad dantem, siue Deo dante. Quattuor nomina quæ sequuntur, per extensam litteram proferamus. Eloth, arietis signum, vel arietatio. Elam, Dei populus, vel pro foribus. Elia, Dei domini. Eliachim, Dei resurrectio. Esiaia, salus Domini.

Farfar, fodientes, siue dissipationes, vel talpa. Ful, ruina, vel cadens. Facria, aperiente Domino, vel oris assumptio. Falazar, cadens princeps, vel cadentem principem. Farurim, conuulsio. Fafce, transcensus, siue transgressus. Fadai, redemptio Domini.

Icblaam, absorbet. Iofabe, vbi est saturitas, vel Domini saturitas. Ioiade, Domini cognitio. Iozacar, Domini memoria, vel qui est memor. Iozabad, Domini dos, vel qui est dotatus. Ioaz, vbi est retinere, vel Domini retentio. Ioadina, Domini delicata, siue quæ est delicata, vel tenella. Iactel, cœtus Dei, vel auxilium Dei. Iona, columba, vel vbi est donatus, siue dolens. Iachalia, fortitudo Domini. Ioatham, consummatus, siue perfectus. Iezechia, apprehendens Dominum, vel fortitudo Domini. Ioac, vbi est frater, vel Domini frater, siue factura fratris. Iothaba, peccantes in ea. Idi dia, amabilis Domini, vel amabilis eius. Ieremiahu, excelsus Domini. Iezania, audiens vel auscultans Dominum. Ioiacim, Domini resurrectio, vel suscitatio, siue qui est confurgens.

Massa, onus, siue assumptio. Mattham, donata, vel donans. Manaem, consolans. Manaa, consolatio, siue munus, aut sacrificium. Medon, aquæ

eorum. Mocotha, plagæ eius. Mocoth, plagæ. Marodas, amara arrogantia, siue contritio. Mellalem, reddens, vel reddita. Mazaroth, ζωδιον, quæ duodecim signa Mathematici asserunt. Moloc, rex. Mesti, varietas. Mageddo, de tentatione. Mathania, donum Dei. Mechonoth, fulturæ, quas bases vel hypothemata, id est suppositiones possumus dicere. Massaphat, speculatio, siue contemplatio. Marodac, amaritudinem immittens. Mamzamaroth, tridentes, vel fuscinule, quas Græci *ἑκαλὸν μπηρας* vocant.

Naboc, propheta, vel prophetans. Naaman, decus, siue commotio eorum. Nergal, lucerna acerui. Naazab, prophetauit tunc, siue sessionis initium. Noesthan, æs eorum. Niniue, fœra, siue germen pulchritudinis, vel speciosa. Nesrath, fugitiuus tener, vel tentatio tenera. Nechoth, styracem eius, vel aromata. Necho, percussus. Nabuchodonosor, propheta lagunculæ angustæ, siue prophetans istiusmodi signum, siue sessio in agnitione angustæ. Naosta, æs eius. Nabuzardan, prophetauit palas, quæ ventila bra vulgò nuncupant, siue prophetia alieni iudicij. Nathania, donante Domino.

Rachab, ascensio, siue excelsa. Ramalia, excelsus Domini. Raason, cursus, vel complacitio, siue complacencia, quam significantius Græci *ἰσοδονίαν* vocant. Rabfari, princeps eunuchus, siue magister, aut maior eunuchus. Rabface, princeps deofculans, siue multus osculo. Rafes, volucres, siue cursus oris. Rablai, multum hæc, siue multa. Ruma excelsa. Roblath, multam istam, siue multitudinem.

Sunem, dentes, vel coccineum, siue varietas. Samariam, custoditam. Sabath, requies, vel intermissio. Sir, lebes, vel aula, quam vulgo ollam vocant. Saderoth, *περβολοί*, mœnia, vel porticus publicæ. Sabia, caprea, vel dama. Sela semper. Semath, audiens. Saulum, reddens. Salmanassar, perfectus vinculo, vel ad vincendum. Sapharuahim, libri, vel litteræ. Sochothanoth, tabernacula, vel umbracula filiarum. Sennacherib, tollens, vel leuans deserta. Sobnas, sedens, vel reuertens. Saesdema, pestilens aer, quem Græci *ἀνεμοσφορίων* vocant. Sarafar, princeps tribulationis. Safau, labium eius. Sademoth, arua, vel regiones. Saraia, vinctus. Safania, abscondit Dominus, vel Domini protectio.

Omnia nomina quæ per t litteram subdita sunt, aspiratione addita sunt proferenda.

Thapfe, indignans, siue sessio offendiculi. Theglat, transmigrans, actiua significatione intelligendum, quod Græce dicitur *ἐπιπονήζον*, id est alios trahens. Thartach, subuersio, quam melius Græci *ἀνατροπήν* vocant. Thartan, turturem dedit, vel superfluis, vel elongans. Thalaras, appensus princeps. Thaafer, diuitiæ. Thecum, patientia. Therac, elongatus, siue, vt nomen proprium figuremus, Proculus. Thof, protectio oris, siue gehenna. Theraphim, incendia, sed melius imagines, vel figuræ, quas Græci *μορφώματα* vocant. Thannameth, consolator.

DE PSALTERIO.

ABESALON, pater pacis. Afaph, congregans. Aleph, mille, siue doctrina. Ain, fons, siue oculus. Beelphegor, habens huius, siue habens ospellis, vel pelliceum. Beth, domus.

mus. Babilon, confusio. Cades, immutata, vel sancta. Coph, vocatio, vel avis: sed melius excussio, quam Græci *ἐκπύριμα* vocant. Cedar, tenebræ, vel mœror. Chusi, Æthiops. Caph, manus, palma, vel vola. Deleth, pauper, vel tabula, vel ianua. Ezraites, semen Dei. Ermon, anathema eius, vel anathema mœroris. Ephrata, frugifera, siue equidem vides. He, ipsa, vel ista, siue suscipiens. Herh, vita, vel viuacitas. Fe, os: ab ore, non ab osse: siue laqueus, siue decipula. Gebal, definiens, siue determinans. Gimel, retributio, vel plenitudo. Iemini, dextera mea. I-dithum, transfiliens eos, siue saliens eos. Iod, principium, vel scientia, aut dominator. Lamech, doctrina, siue disciplina. Mem, ex quo, vel ex ipsis, siue à qua. Nun, foetus, vel piscis, siue sempiternum. Res, caput. Selmon, umbra offendiculi, vel sentiens, siue imago fortitudinis. Sameh, firmamentum, quidam erectionem, vel adiutorium, siue futuram putant. Sade, regio, siue iustitia, vel veneratio. Sin, detes. Teth, bonum. Quattuor reliqua quæ sequuntur, aspiratione addita proferenda sunt. Thabor, veniens lumen, vel veniat lux. Thau, signum, vel subter. Thalasar, appendit principem. Thobel, offerre. Vau, & ipse. Zebeth, victima, siue hostia. Zai, oliua, vel fornicatio, siue hæc. De alphabeto Hebræorū plenius in ea epistola, quam super centesimo decimo octauo psalmo ad sanctam Paulam scripsi, eximio disputatum.

DE ESAIA PROPHETA.

AIT, condemnatio. Elamite, despicientes, siue comparati. Afaph, congregans. Aiath, mos. Arran, ira, vel irascens. Ane, numquid commotus est. Aua, iniquitas. Adremelech, decorū regnum, vel decorus rex. Aferdam, vinculum cutis, siue iudicij, vel exacutus. Achor, turbatio, vel tumultus, siue peruersio. Barachia, benedictus Dominus, vel benedicens Dominus. Bosra, in tribulatione. Baladan, veniens eam iudicare. Bel, vetustas, siue absque. Citiorum, concissorum, siue plagæ consummationis. Carthaginis, seruationis. Curo, hæreditas. Duo nomina, quæ sequuntur, per aspirationem legenda sunt. Chalanne, oranes. Chelciã, pars mea Dominus est. Dimaon, sufficit eis mœror. Desech, calcatio, vel vinctio. Dodanim, patruelis vertitur etiam in propinquos. Emmanuel, nobiscum Deus. Eleale, ad ascensum, siue conscensum. Eglaim, vituli vel iuuenæ. Ezao, visio. Tria nomina quæ sequuntur, per extensam proferenda sunt. Elamite, *ἐλθολόγιον* eorum, siue comparati, aut despicientes. Elim, aries, siue deficiens. Esa, resolutus, vel effundens. Facee, aperiens. Fut, induite. Gebim, fossæ. Gazon, nux eorum. Iasub, reuertens. Ias, dimidium, vel fuit. Ioach, cuius est frater, sed melius confitens, siue glorificans. Hierusalem, visio pacis. Laifa, leo. Luit, maxilla, siue genæ. Luth, vilis, vel declinans, siue vtinam. Madian, iniquitas. Magro, gutturi, vel de fauce. Magmas, vile tributum, siue de tactu. Madebena, à factu eius. Memphis, ab ore. Marodac, amara contritio, siue procacitas. Mosoc, capientes. Nabao, propheta, vel venientes. Nerid, pardorum, siue apostatarum. Ninie, fœta, vel germen pulchritudinis, aut speciosa. Nafarai, germen melle, vel tenerum. Nabo, sessio, vel superueniens. Ozia, fortitudo Domini. Oronaua, fœtamen mœroris. Romelia, excelsus Domini. Reset, *ῥεσέτ πορον*. Rabba, multa, vel aulicudo. Serec, vitima, vel electa. Sicera,

HIEKOM, TOM. I.

ebrietas. Seraphim, ardentes, vel incendentes. Si-on, specula. Siloa, missus. Sabaoth, exercituum, siue virtutum, vel militiarum. Samariam, custodia eorum. Sufir, irritum. Sabana, tollens altitudinem. Sargon, princeps horti. Sobnam, sedens, vel reuertens. Sisaim, egrediens. Saron, princeps mœroris, vel cantans tristitiam. Seraphar, princeps tribulationis, siue elatio. Sabaim, captiuus. Saba, captiuus. Tabecl, bonus Deus. Tanis, mandans humilia. Zacharia, memor Domini.

DE OSEE.

BER, puteus meus: vel in lumine. Baalim, in superioribus, superiores, vel habentes, aut viri. Bethaben, domus inutilis, vel domus idoli. Debelaim, palatæ. Gomer, consummata atque perfecta. Ioran, Domini consummatio, siue perfectio. Iezrael, semen Dei. Iarib, diiudicans, vel vlciscens. Ierebeel, iudicium Dei, vel diiudicans superior. Mahamad, desiderabile. Osee, saluans, vel saluator, aut saluator. On, inutilitas, vel dolor aut labor, siue iniquitas. Salmana, umbra commotionis, vel consummatus, siue perfectus. Seboim, statio, siue stantes.

DE AMOS.

AMOS, fortis, siue robustus, vel populus auellus, siue populum auellens. Accaron, gregis pascua, siue in pascuis, quod Græcè dicitur *ἐν ποιμαίνονταίσις*. Amasia, populus Domini, vel fortis Domini, vel populum leuans. Gaza, fortitudo eius. Gog, *δῶμα*, id est tectum. Melcon, rex noster. Rephan, factura vestra, vel requies vestra. Theman, auster. Thecue, tuba, vel buccina, siue percussio, quam Græci *κρουσίων* vocant.

DE MICHA.

ACHAZ, apprehendens, vel tenens. Anachim, humilitas reuens. Michaa, quis hic, aduerbium loci, vel quis iste? Morasthi, heres meus.

DE IOHELE ET ABDIA.

NEMROD, apostata. Fatuel, latitudo Dei, vel aperiens Deus. Ioel, incipiens, vel est Deus, vel Dei. Abdia, seruus Domini. Amathi, veritas mea, vel fidelis meus.

DE IONA ET NAHVM.

IONA, columba, vel dolens. Ioppe, pulchritudo. Elceseï, aduocati. Ninie, speciosa. Nahum, consolator. Scnam, abundantia. Sarfaad, incendium.

DE HABACYC ET SOPHONIA.

HABACYC, amplexans. Amaria, dicente Domino, vel verbum Domini. Godolia, magnificatus Dominus, vel magnificus. Sophonia, abscondens eum.

DE AGGEO.

AGGEVS, festus, siue sollempnis. Iosedech, Domini iustus, siue iustificatus. Salatiel, petens Domini, vel petitio Domini. Sabbath, sceprum, vel virga. Zorobabel, princeps vel magister Babylonis, siue aliena translatio, vel orrus in Babylone.

LI DE

DE ZACHARIA ET MALACHIA.

ADDO, seruus, siue testis eius, vel fortitudo eius. Afael, factura Dei. Ananeel, gratia Dei. Chafleu, spes eius. Ragom, hyems, siue multum delictum. Rama, excelsa. Sedrac, decorus meus. Elia, Deus dominus. Malachia, angelus Domini, vel meus. Thesbites, captiuans.

DE HIEREMIA.

ANATHOT, responsio, siue respondens, signum, vel obedientia. Amon, fidelis, vel nutriens, siue onus. Achobor, mus. Anania, gratia dissipata, siue gratia Dei. Azor, adiutus. Amasia, factura Dei. Ananeel, cui donauit Deus. Asedemoc, arua, vel suburbana. Ananeel, gratia Dei. Anan, gratia. Anania, gratia Domini, vel donans Dominus. Abdiel, seruus Deo. Abdemelech, seruus regis. Afa, factura. Afree, furor alienus, siue vita dissipata, atque discissa. Azau, fortitudo eius. Aroer, suffossa, sed melius myrica. Alasa, triplex, vel contentata. Ahi, quaestio, vel vallis, siue viuus. Arfath, sanans. Alchenez, ignis ita aspersus. Amiathal, calefactus ros. Auil, stultus, insipientis.

Buz, despectus, siue contemptus. Baruch, benedictus. Baalis, habens virum. Baafa, veniente factura. Bosor, tribulatio. Bel, vetustas. Bethulia, dolens domus Dei.

Cariathiarim, ciuitas saltuum, siue siluarum. Colaia, vox facta. Cedron, tristis mœror, siue dolor. Cariatham, ciuitas, vel opidum eorum. Carioth, occurfus igni. Hucusque per e simplicem litteram, legerimus, exin aspiratione addita proferendum est. Chelcia, pars Domini. Chabomin, manus, vel aceruius spinarum, sed melius praeparationis: licet plerique Hebraeorum libam, vel crustulam significari putent. Chamoam, similis eis. Charmamos, agnus congregatus, siue agnitio, quasi samentum. Chamos, congregatus. Dedan, hoc iudicium, siue tale iudicium. Dalaia, hauriens Dominus, vel pauperculus Domini. Dibon, satis intelligens. Deblathaim, palata eorum. Ennon, ecce hæc, siue sunt. Elnathan, ad dantem, siue addentem, vel donum Dei. Elasi, ad faciendum. Ezriel, adiutus à Deo. Efebon, cogitatio mœroris. Hucusque per e breuem litteram legerimus: exin per extensum legamus elementum. Elam, oppositi, siue abiecti, vel compositi. Elifama, Deus meus audiens. Elai, defectio mea. Elifame, Deo meo audiente. Elon, exercitus fortitudinis. Fefor, os nigredinis. Fathures, deceptus, calcatus, siue buccela confirmata. Farao Nechao, dissipans praeparata. Gamaria, retribuens Dominus, siue consummans Dominus. Garab, scabies, siue incolatus multus. Gamuel, retributio Dei. Hieremia, excelsus Domini. Ichonia, praeparatio Domini, vel sic factus Domino. Iezonia, auscultans Dominum. Iegdalian, magnificus Domini. Ioachal, robustus, & fortis. Ieraia, timens Dominum. Ionathan, Domini donum, vel columbam dedit. Iuchal, potens. Ioanam, erat donans, vel Domini donum. Iazer, auxiliatus. Mafcia, factura Domini. Morethi, heres meus. Moloch, rex. Matthama, munus & donum. Melchia, rex meus. Mafsa, speculatio, siue contemplatio. Magdalo, magnificentiae, siue turri. Mefaat, aquae in petus. Maon, habitaculum. Melcham, rex eorum. Marodac, amara contritio, siue impudentia. Medon, metientes. Neleamitis,

he reditas cuiusdam. Neria, lucerna Domini. Nathania, donum Domini, vel dedit Dominus. Nergel, lucerna acerui. Nabufabaru, calcatum tempus. Nechao, paratus iste. Holofernes, vitulus faginatus. Omre, verbum. Excepto hoc nomine, quattuor quæ sequuntur per extensam vocalem legenda sunt. Otaz, obrizum. Est autem genus auri, quod Graeci *νεροδον* vocant. Oiade, eius scientia, siue ipse cognouit, vel Domini scientia. Ofai, saluabit me. Oronaim, foramen mœroris. Rechab, quadriga vel ascendens. Rabfari, princeps eunuchus. Rabmag, princeps cibi. Rablata, multa hæc, siue multum iste. Sedechia, iustus Domini. Sior, firmentum nouum vel turbidum. Sor, fortis, vel petra siue tyrus. Sefac, byssus saccus, siue manus facci. Selom, translatus, siue restitutus. Samaia, audiens Dominum. Safane, labium eius. Salom, retribuens, siue pacificus. Sefela, humilis, siue campestris. Selemia, reddente Domino. Saraia, princeps fuit. Safathia, iudicat Dominus. Saralar, princeps tribulationis. Samagar, nomen aduenæ. Sarfachim, princeps cadaueris, vel ruinæ. Safan, Chærogyllius, lepus vel hericius, siue labium eorum. Sabama, attollens excelsum. Segon, loquela inutilis. Tafnas, insanum os serpentis, siue opertum signum. Duo nomina, quæ per t litteram sequuntur, aspiratione addita sunt legenda. Thof, gehenna vel operculum oris. Thaaamath, dedit indignationem siue bilem.

DE DANIELE.

AFFANEZ, equorum domitor. Anania, gratia Dei. Abdenago, seruus in sacco. Amalafar, dixit princeps. Arioth, ad solitudinem redigens. Afucus, atrium eius, vel beatitudo. Astiages, voluntas, vel consilium festiuitatis. Habacuk, amplexans eos, siue suscipiens eos. Artaxerxis, lumen silentio tentans. Balthasar, capillus capitis. Bari, in commutando, siue putei vel in ventre. Bel, vetustas. Dura, loquens. Elam, sæcula vel sempiterna. Forthommim, diuisio perfecta populi gloriosi, Et de hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum quaestionum plenius diximus. Ioachim, cuius est praeparatio, vel Domini praeparatio. Iezechiel, fortis Dei, vel apprehendens Deum. Iezania, auris eius, vel auscultans Domino. Iobab, inimicus, siue est pater. Isumoth, adducet mortem. Ifar, immutata vel paruula. Iezahel, est iter. In, fuit, vel mensura. Misael, quæ palus Domini. Misac, qui risus vel de gaudio. Mane, numerauit. Michael, quis vt Deus. Persæ, tentantes. Susanna, lilius, vel gratia eius. Sennaar, dentis vacuifatio. Sidrac, decorus meus. Sufis, equitatio, vel reuertens. Vlai, palus, à palude non à palo, siue dolor femoris aut vmbraculi.

DE EZECHIELE.

AZUR, adiutus. Accerethi, interficiens, siue demoliens. Assurim, ignis illuminationum. Aram, ira vel iracundus. Aun, inutilis, siue idolum. Ainagallim, fons vel oculus vituli. Azara, crepido. Auran, iracundia. Ariel, leo Dei. Afer, beatitudo. Arfemel, silentium circumfessionis. Achal, omnia. Aradi, deponentes. Elamite, appositi siue collati aut obiecti. Buzi, despectus siue contemptus. Banaia, ædificium Domini. Berota, putei eius. Baalmeon, descensio humilis.

milis. Bagazin, in excelsio contemptus. Buba-
stus, os vel labium experimenti. Bath, filia vel mē-
sura. Cariathim, ciuitas eorum. Cedar, tristis
vel tenebræ. Cades, mutata vel mutatus. Cur, ge-
lu. Hucusque per e simplicem litteram legerimus:
exin aspiratione addita proferendum est. Chobar,
grauitudo vel grauitas, siue iuxta electum. Chod-
chod, Carthaginenses. Channa, fundum vel præ-
paratio. Chalamad, consummauit, siue mensus est.
Chaldæi, quasi vbera, vel quasi feri, aut quasi dæmo-
nes. Cherechim, disponentes, pro quo melius in
Græco διατιθέμενοι. Chennor, agnitio luminis, vel
cætera. Cheroero, cognita ablatio. Chelbon,
lactei. Chalamar, omnis amaritudo. Chomor,
læssiones. Deblata, palatæ. Diopolis, abnuens,
sed melius Græcè Iouis ciuitas. Esemel, electum.
Elisâ, ad insulam, siue Deus Saluator. Elbon, robu-
sus fortitudine, siue Dei fortitudo. Erhalon, incu-
nabula mæroris. Ezer, fortitudo vel auxilium.
Emmer, sermo vel verbum. Eschani, habitantes
contemptum. Elisee, Dei est hæc, vel Dei salus.
Hucusque per e breuem litteram legerimus: exin
per extensum legamus elementum. Enagallim,
fons, vel oculus vitulorum. Elam, sempiternum,
vel sæculum, vel ἀπολόγιον eorum. Est, mensura.
Engaddi, oculus vel fons hædi. Enom, fons fortitu-
dinis. Felechia, salus Domini. Fur, Libya. Fen-
nag, nutus. Fares, dissipans. Facud, visitatus vel
visitans. Gaze, gazophylacium, siue fortitudo eius.
Gog, tectum. Gomor, consummatio siue perfectio
vel venundatio. Galali, volutabra. Galilæa, volu-
bilis, siue transmigratio facta. Iezechiel, fortitudo
Dei. Iezania, auris eius. In, mensura. Iob, oc-
ciferus. Ir, vigil. Lidi, nati. Maalmeon, habue-
runt habitationem, siue de habitatione. Mofoch,
amentes, siue trahentes. Magog, quod tectum,
vel de tecto. Megia, despectio. Machalaim, con-
summatio eorum. Magdol, magnitudo, vel turris.
Magalim, transmigrations siue colonizæ. Manaim,
de requie. Noe, requies vel commotio. Oolla,
tabernaculum meum in ea. Oefa, æstus. Hucus-
que per o breuem litteram legerimus: exin per exten-
sam legendum. Ozan, abiit. Oram, irati. Ofar,
volantes. Osa, fons Domini. On, dolor vel
mæror. Rabbath, multitudo. Raama, toni-
truis. Rodij, visio iudicii. Ramoth, visio
mortis. Regma, malitia quæpiam. Semel, ido-
lum. Et notandum quod Latinus sermo fit in He-
bræis voluminibus à similitudine, vnde & simu-
lacta dicuntur. Safan, hericius vel lepus, siue
labium eius. Semoth, nomina. Sela, vmbra-
culum eius. Sanir, tolle nouitatem, vel dens lucernæ.
Scene, gyrus eius, vel expecta. Seim, exeuntes. So-
dada, latus eius, à latere non à latitudine, intelligen-
dum. Sabarim, circumire montes. Saphyrus, spe-
ciosus, egregius. Sua, Saluatoris. Sais, tentatio.
Sataim, libri vel historici. Sonam, pecus eorum, vel
dentes eorum. Tanis, mandatum humile. Taf-
nas, stupens os serpentis, ab ore non ab osse intelli-
gendum. Exceptis his duobus nominibus, cætera
quædam litteræ per aspirationem proferenda sunt.
Thelabim, dispersi. Et super hoc in libris Hebrai-
carum quæstionum quid nobis videatur plenius di-
ximus. Thammuz, consummantes, siue contem-
ptus. & super hoc in libris illis plenissime dicitur.
Theraphim, figuræ. Thuba, deferens vel defere-
retur, siue delatus. Thogorma, auellens, vel inco-
latus cuiusdam. Thafnes, opertum signum. Thi-
son, mediam. Thau, consummatio. Tafos, spe-

cula. Thobel, inuersa vel vanitas. Themora,
consummatio amaritudinis. Sarda, abalienatus
valde.

DE IOB.

AVSITIDI, conciliatrici. Et super hoc quid
nobis videatur, in libris Hebraicarum quæ-
stionum diximus. Afom, filens vel offeus.
Adad, patruelis, vel testis. Baldad, vestitas sola.
Barachiel, benedictio Dei. Buzites, contemptibi-
lis. Barad, grando. Barachel, benedixit Deum.
Buzi, contempit me. Dennaba, iudicium ferens.
Eliphaz, Dei contemptus. Eliu, Deus meus iste,
vel Deus domini. Gabis, altitudo confusionis, si-
ue περιβολή. Gethan, applicuerunt eos. Iob, do-
lens. Leuiathan, additamentum eorum. Mazu-
roth, ζάδιον, id est, signa horoscopi. Naamatites,
mouens mortem. Naamath decor. Oofar, vo-
lans. Ophir, infirmitas. Raam, visio vel multum.
Raphaim, gygantes, vel medici. Rathamim, iuni-
peri. Ram, excelsus. Saucacorum, cantilena.
Sofar, speculæ dissipatio, vel speculatorem dissipans,
siue speculatorem videbo. Saba conuersio, vel cap-
tiuitas. Sechem varietas. Satan, aduersarius.
Sin, loquens. Senec, cymbalum. Tobzium,
bonum.

DE EVANGELIO MATTHÆI.

ABRAM, pater videns populum. Ami-
nadab, populus meus voluntarius. Abia,
pater Dominus. Asa, tollens aut attollens.
Aazia, apprehendens Dominum, aut robur Domini,
vel fortitudo eius. Aaz, apprehendens. Amon,
fidelis vel nutricius, si tamen ab aleph littera exor-
dium habeat: quod si ex ain scribitur, onustus inter-
pretatur. Abiu, pater meus iste, vel pater meus est.
Azor, adiutor. Archelaus, agnoscens leco. Amen,
verè siue fideliter. Andreas, decorus, vel respon-
dens pabulo. Alpheus, fugitiuus, sed melius mille-
simus vel doctus. Amora, populus scitus vel popu-
li illuminatio. Abel, luctus, aut vapor siue vanitas.
Aheldema אהלמה, ager sanguinis, Syrum est non
Hebræum. Booz, in quo robur, vel in ipso fortitu-
do, sed melius in fortitudine. Bartholomæus, filius
suspendentis aquas, vel me, Syrum est nomen, non
Hebræum. Bethzaida, domus frugum, vel domus
venatorum. Bariona, filius columbæ, Syrum est
pariter & Hebræum. Bar, quippe lingua Syra filius,
& Iona columba, vtroque sermone dicitur. Beth-
phage, domus oris vallium, vel domus buccæ, Syrum
est, non Hebræum, quidam putant domus maxilla-
rum vocari. Bethania, domus afflictionis eius, vel
domus obedientiæ. Barachia, vel benedictus Do-
mini, vel benedictio Domini. Barraban, filium ma-
gistri eorum, Syrum est non Hebræum. Caiphias,
inuestigator, vel sagax, sed melius vomens ore. Ca-
drantes, caligo vel tenebræ, quem nos per q litteram
quadrantem dicimus. Corbona, oblatio. Cana-
næus, possidens siue possessio. Hucusque per simpli-
cem e litteram scripta sunt nomina, quæ Græci per æ
efferunt: exin aspiratione addita legendum, quam
illi litteram chi vocant. Chanani, negotiator, vel
motabilis, aut ipse pauperculus. Chorozain, hoc
mysterium meum. Chananaei, negotiatores. Dia-
bolus, defluens: Græcè vero dicitur criminator. Da-
uid, desiderabilis, aut fortis manu. Daniel, iudi-
cium Dei, vel iudicat me Deus. Esrom, sagittam
vidit, siue atrium eorum. Essai, insula libano, sed
melius

melius incensum. Hucusque per e, breuem litteram legerimus: exin per extensum legamus elementum. Eliacim, Dei resurrectio, vel Deus resuscitans, aut Deus resuscitauit. Eliu, Deus meus iste, vel Dei mei istius. Eliezer, Deus meus adiutor. Elia, Deus dominus. Eli eli lamna azabthani, *אלי אלי למה אצבתני* Deus meus, Deus meus quare dereliquisti me. Farez, diuisio. Farisei, diuidentes siue diuisi. Gennesar, ortus principium. Gehenna, de valle sunt, siue vallis gratuita. Getsemani, vallis pinguedinum. Golgoltha, caluaria, Syrum est non Hebræum. Iesus, Saluator vel saluatorus. Vt i litteræ seruemus ordinem, aspirationem h in plerisque omisimus, licet eam grammatici non putent litteræ loco habendam. Isaac, tuis siue gaudium. Jacob, supplantator siue supplantans. Iudas, confitens siue glorificans. Iosaphat, ipse iudicans, sed melius Dominus iudicauit. Ioram, vbi est, aut qui est excelsus, sed melius sublimabitur. Ioatham, consummatus siue perfectus. Iezechia, fortis Domini, vel confortauit Dominus. Iosia, vbi est incensum Domini, vel salus Domini: potest & fortitudo Domini dici. Iechonias, præparans, vel præparatio Domini. Ioachim, vbi est præparatio, vel Domini præparatio. Ioacim, Domini resurrectio, siue Dominus suscitans. Ioseph, apposuit, siue apponens. Hierusalem, visio pacis, vel timebit perfecte. Hieremias, excelsus Domini. Iohanna, cui est gratia, vel Domini gratia. Isaia, salus Domini. Iscarioth, memoriale Domini: quod si voluerimus legere Issacharioth, interpretatur, est merces. Potest autem dici & memoria mortis. Iericho, odor eius siue luna. K litteramno superfluum habemus exceptis calendis, per c vniuersa exprimitus, vnde consequenter hic prætermissa est. Lebbæus, figuratum nomē à corde, quod nos diminutiue corculum possumus appellare. Manasses obliuiosus. Mathan, donum siue donatus. Mariam plerique æstimant interpretari, illuminant me isti, vel illuminatrix, vel smyrna maris, sed mihi nequaquam videtur. Melius autē est, vt dicamus sonare eam stellam maris, siue amarum mare: sciendumq; quod Maria sermone Syro domina nuncupatur. Matthæus, donatus quondam. Magedda, poma eius vel nunciā. Magdalene, turris, sed melius sicut à monte montanus, ita turrensis à turri dicitur. Naason, quidam putant requiequm sonitum interpretari, sed melius est augurans, siue serpens eorum. Nazareth, flos, aut virgultum eius, vel munditię aut separata, aut custodia. Scribitur autem non per z litteram, sed per Hebræum sade, quod nec s, nec z litteram sonat. Nazareus, mundus. Nephthaim, discretus siue seiunctus, vel conuertit siue conuoluit me. Obed, seruiens. Qsanna, saluifica, quod Græce dicitur *ὡς ἡ ψαυα*. Vtrumque autem nomen per extensam litteram legendum. Raab, lata siue dilata. Racliab, ascendens, vel concita, siue videns. Ruth, festinans. Roboam, impetus populi. Rachel, ouis, vel videns Deum. Rama, excelsa siue exaltata. Racha, vanus. Rabbi, magister meus, Syrum est. Ramatham, excelsa eorum, vel sublime eis. Salman, sensibilis siue sensus. Salomon, pacificus siue pacatus erit. Salathiel, petitio mea Deus. Hæc tria nomina per sin litteram scribuntur: reliqua duo sade in exordio habent. Sadoch, iustificatus siue iustus. Sidon, venatio. Thamar, palma vel amara. Thomas, abyssus vel geminus, vnde & Græcè didymus appellatur. Tharei, pascens siue pastura. Zara, oriens siue ortus est. Zorobabel, ipse magister Baby-

lonis, id est confutionis. Zabulon, habitaculum: potest & habitaculi substantia nuncupari. Zebedæus, doratus siue fluens iste. Zacharia, memoria Domini, vel memor Domini. Zachæus, iustificatus aut iustus, vel iustificandus. Syrum est, non Hebræum.

DE MARCO.

ABBA, pater, Syrum est non Hebræum. Arimathia, altitudo eius, vel exaltatus est ipse. Idumæa, rufa siue terrena. Isracl, vir videns Deum, sed melius rectus Domini. Channa, zelotes, vnde in alio loco Chananeus, in alio zelotes dicitur. Salome, pacifica. Tyræ, angustia. Tyrus quippe lingua Hebræa Zor dicitur, quod in nostrum sermonem transfertur angustia. Tiberius, visio eius, siue bonitas eius. Talitha cumi *תליתא קומי* puella surge, Syrum est. Traconitis, negotiatio tristitia.

DE LVCA.

AEPHETA *אפתא*, adaperire. Augusti, sollemniter stantis, aut sollemnitatem additam. Abiline, lugentes. Aaron, mons eorum. Anna, gratia eius. Aser, beatus, aut beatus erit. Amos, onerans, aut onerauit. Aggeus, sollempnitas. Addai, robustus: violenter figuratum nomen ab eo quod dicitur Saddai. Arfaxath, sanans depopulationem. Adam, homo, aut terrenus, siue indigena. Ammaus, populus abiectus. Cæsar, possessio principalis. Cirinus, heres, qui apud nos melius effertur & verius per q litteram, vt dicatur Quirinus. Cosam, diuinans. Cainam, lucet aut lugens. Capharnaum, ager, vel villa consolationis. Eseli, vicinus meus. Eber, transitus. Enoch, dedicatio. Enos, homo. Hucusque per e breuem litteram legerimus: exin per extensum legamus elementum. Erodes, pelliceus, gloriosus. Elisabeth, Dei mei saturitas, vel Dei mei iuramentum, aut septimus. Eli, ascendens. Elmadadi, Dei mei mensura. Er, vigilans, aut vigilia. Enam, oculus eorum. Eliicus, Dei mei salus. Fanuel, facies Dei. Fasenos, transitus siue transgressio, pro quo nostri pascha legunt. Falech, diuidens aut diuisit. Philippus, os lampadis, vel os manuum. Gabriel, confortauit me Deus, aut fortitudo Dei, vel virtus meus Deus. Galilæa, volutabilis, aut transmigratione perpetrata, vel rota. Gerafenorum, suburbana, aut coloni ibidem. Ituræa, montana. Syrum est. Iordanis, descensus eorum, aut apprehensio eorum, vel videns iudicium. Ione, columba mea. Iannai, præparatus. Ioarim, Dominus exaltans vel est exaltans. Iared, descendens, siue continens, quod Græcè dicitur, *ἰσθμὸς ἰσθμῶν*. Ioanna, Dominus gratia eius, vel Dominus misericors. Iairus, illuminans aut illuminatus. Lifania, nauitas tenationis, sed nimium violenter. Leui, appositus. Lamech, humilis: quidam putant percipientem siue percussum posse resonare. Lazarus, adiutus. Lot, ligatus, aut declinans, vel vaans. Moyses, assumptus, vel palpanus, siue contrectans, aut vrgens: sed melius est, ex aqua. Matthathia, donum Dei, aut aliquando. Melchi, rex meus. Matufale, mortuus est, & misti. Maallelel, laudatus Dei, vel laudans Deum. Martha, irritans, prouocans: sermone autem Syro domina interpretatur vel dominans. Naason, augurans. Nahum, consolatio siue consolator. Neri, lucerna mea. Nathan, dedit vel dantes. Nachor, requieuit lux. Noe, requiescit, aut requieuit. Naa, pulchra. Niniuitæ,

Niniuitæ, natiuitas pulchritudinis aut speciosi. Petrus, agnoscens. Pontius, declinans consilium. Pilatus, os malleatoris. Sed sciendum est, quod apud Hebræos p littera non habetur, nec vllum nomen est quod hoc elemētum sonet. abusiue igitur accipienda, quasi per litteram scripta sint. Ros, caput. Ram, sublimis. Reu, pascens, aut pastus est. Sicerca, ebrietas. omne enim quod inebriari potest, apud Hebræos Sicerca dicitur. Symeon, audiens vel audiuit tristitiam. Sēdi, ex latere meo. Semi, audiens. Salathiel, petitio mea Deus. Salman, pax. Seruch, lorum siue corrigia, vel dependens siue perfectio. Salem, misit. Sem, nomen. Seth, positus aut ponens vel posuit, aut poculum siue germen vel resurrectio. Sarapha, incensa, siue angustia panis, nomen ex Hebræo Syroq; compositum. Symon, pone mœrorem, vel audi tristitiam. Susanna, lilium aut gratia eius: sed melius si femininum nomen figuretur à lilio. Samaritæ, custodes. Sodomæ, passio silens, vel declinatio eorum, aut fulua. Satan, aduersarius siue transgressor. Saba, captiuitas. Sadduczii, iustificati.

DE IOANNE.

AΕΙΩΝ, oculus aut fons eorum. Anani, donauit mihi. Benereem בנרעם filij tonitru, quod corrupte Boanerges vsus obtinuit. Barfemia, filius cæcus, quod & ipsum corrupte quidam Bartimeum legunt. Beelzebub, habens muscas, aut vir muscarum. in fine ergo nominis b littera legenda est non l, musca enim zebub vocatur. Barabbas, filius patris. Cephas, Petrus, Syrum est. Cana, possessio siue possidet. Ephraim, fertilis siue auctus, quem nos possumus ab augendo augmentum dicere. Messias, vnctus, id est Christus. Manna, quid est. Nazareth, flos munditiæ. Salim, pugili, siue volæ, aut ortus aquarum, quod breuius Græcè dicitur, *Επιφωρα*. Sichar, conclusio siue ramus. Corrupte autem pro Sichem, quæ transfertur in humeros, vt Sichus legeretur vsus obtinuit. Siloe, missus.

DE ACTIS APOSTOLORVM.

ANDREAS, decus in statione, vel respondens pabulo, sed hoc violentum. Melius autem est vt secundum Græcam etymologiam ἀνδρῶν ἄνδρῶν, hoc est à viro virilis appelletur. Alphæus, mille silenus, siue super os, ab ore non ab osse. Acheldema, ager sanguinis. Syrum est. Ægyptus, tenebræ siue tribulatio. Arabes, humiles siue campestris. Annas, donans. Alexander, auferens angustiam tenebrarum, sed & hoc violentum. Ananias, gratia Domini. Amos, potens vel fortis, si tamen ab aleph littera incipiat & finiatur in sade: quod si exordium sumit ab ain, & consummat in nun, in populum transfertur. Azotus, Hebraice vocatur אצוד Eisdod & secundum pristinum nomen etymologiam habet ignis patruelis. Ascalon, ignis insanus, aut ignis ignobilis. Aneas, respondens, aut pauper siue miseria. Agabus, nuncius tribulationis, sed & hoc violentum. Atalia, tempus eius, melius declinatio Domini. Amphipolis, populus ore corruens. Apollonia, disciplina, vel synagoga eorum, sed & hoc violentum. Athenienses, exploratores, aut respondentes, vel humiles, siue tēpore diffipati, sed & hoc violentum. Areopagus, primitiua sollempnitas, sed & hoc violentum est, cum Atheniensis curiæ nomen sit, quæ à Marte nomen accepit. Aquila, dolens siue parturiens. Achaia, soror laborans. Apelles, congregans eos, sed violentum. Arthemis, id est

Diana, suscitans ægrotationes, violentum est. Aristarchus, suscitans coronam. Antipatridem, donantis laudationem, violentum est. Agrippa, congregans subito. Adrumentina, diuidens sublimiter, violentum est. Adria, continens mala, siue locus malorum, violentum est. Appij forum, libera, vel fortis vbertas. Bartholomæus, filius suspendentis aquas, vel ut supra. Barfaban, filium reuertentem, vel filium quietis, ex Syro & Hebræo sermone nomen compositum. Barnabas, filius prophetæ, vel filius venientis, aut, vt pleriq; putant, filius consolationis. Blastum, habentem lucrum. Berieu maleficum, siue in malo: nonnulli Bariesu corrupte legunt. Bithynia, filia speciosa, siue inutilis. Borocæ, filius eius, Syrum est. Bernice, eleganter, vel electe commota, vel filius innocens, ex Syro Hebræoq; compositum. Cappadocia, manu redempta Domino, violentum est. Cirenæ, heres. Creta, vocationes, aut vocatæ, inter Syrum & Hebræum. Caiphæ, inuestigator, aut sagax, vel vomens ore. Cyprius, tristis aut mœror. Cirenenses, heredes. Cilicia, cœtus, aut luctus, vel assumptio, aut vomitus eius. Cæsarea, possessio principalis. Candacis, commutatæ. Cornelius, intelligens circumcissionem. Claudius, spes tranquillitatis. Cis, vomens vir, aut durus. Colonia, reuelationem eorum, aut vocem eorum. Corinthum, conuersationem eorum, quam Græci significantius *κοινωνία* vocant, hoc est, administrationem reipublicæ. Crispus, sciens, vel cognoscens. Co, excussio, siue præstolatio. Cincereas, possidens sectatores. Cos, mentis excessus. Cauden, recursus, aut retentionem siue clangorem. Exceprius paucis nominibus, omnia pene ex c littera violentè interpretata sunt. Dauid, desiderabilis, siue manu fortis. Damascus, sanguinis poculum. Derben, generationis filium, siue loquentem. Dionysius, diudicatus, siue vehementer fugiens. Damaris, silens caput. Demetrius, vehementer innectens, siue nimium persequens. Derbesus, loquax, siue vt supra. Drusilla, generis pacifici. Dioscori, pulchri ad tegedum, sunt autem, gemini Castores. Eleonis, id est montis Oliueti, quod interpretatur diuinitas vel allaborantes. Elamite, obiecti, oppositi, siue despecti. Ebræi, transitores. Emor asinus, si per heth litteram scribatur: quod si per aleph, loquax dicitur. Elimas, ad transgressionem, siue transgredi faciens. Ermes, anathema mœroris. Erastus, frater meus videns, satis absurdè vocabulum figuratum. Elada, ad scientiam vel ad ascensum, siue Dei scientia, Syra verò lingua dicitur, super hanc. Ellenon, id est Græcorum, ad ascendentes, siue scientia Dei. Ephesum, voluntas mea in ea, siue finis eorum. Eutychem, amens, porrò Græcè dicitur fortunatus. Ebraicè, transitorie. Eurielion, commiscens, siue deorsum ducens. Quæ sequuntur duo nomina, per extensam e litteram sunt legenda. Erodus, pellis gloria. Esaias, salus Domini: verum apud Hebræos ab i littera sumit exordium. Filippus, os lampadarum. Frygio, scissio pectorum. Farsæi, diuisi. Farao, denudans eum, siue dissipator eius. Fœnicis, annuerunt, siue nutus. Fisidiam, os sonitus, quia, vt supra dixi, p litteram non habent, propterea Pisidiam per f efferrunt. Felicem, ruinam facturæ, siue timorem eius, Latinum nomen est. Festum, ore mitorum: & hoc Latinum nomen violentè Hebraicè figuratur. Galilæi, volubiles siue rotabiles. Gamaliel, retributio Dei. Gaza, fortitudo eius: g littera addita est, siquidem Hebraicè per ain scribitur. Galionis, transferentis. Galatiam, magnificam siue translata.

Gaium, commotum, sed melius vallengem. Ierofolyma, visio pacis. Ioannes, in quo est gratia, vel Domini gratia. Ioseph, auctus. Iustus, parcens siue ipse alleuatus. Ioel, incipiente Deo, siue est Deus. Ionathia, columba dans, siue columba veniens. Ioppe, pulchritudo. Italica, mentis excessus. Iesâr, infulsæ oblatio. Iasonis, desiderantis, siue qui mandatum fecerit. Iulium, incipientem. Iconium, præparatio aut consolatio. Libyam, venientes siue introitus, numero plurali. Leuites, additus. Libertinorum, facientium paleas. Lidda, vtilitas. Lucius, ipse fuscitans. Lycaonia, ad fuscitandum. Lystra, generans decorem. Lydia, quam nos possumus dicere prædificatam. Porro Græcè melius appellatur *ὄφληθίστα*. Lyfias, generatus. Lycic, lacrymantis. Laifa, in salutem. Omnia pene ex littera nomina violenter vsurpata sunt. Mathæum, donatum. Maria, illuminata, vel vt supra. Medi, mensurantes siue mensurati. Mesopotamia, eleuata vocatione quadam, sed melius à Græco etymologiam possidet, quod duobus fluuijs, Euphrate ambiatur & Tigri. Madian, in iudicio vel ex iudicio. Moloch, rex vester, quem & Melchom solent dicere. Marcus, excelsus mandato. Manaem, castrum. Moesia, atrectatio siue palpatio. Macedo, quem nos orientalem possumus dicere, figuratum nomen ab eo, quod Hebraicè legitur Meccedem. Mytilene, declinans siue transmigrans. Miletum, generatam. Mnafolem, consolantem siue quiescentem. Myrrha, amara. Militis, de infirmitate, siue mandatum humilitatis. Nazareum, mundum, sanctum, siue abiunctum. Nicanorem, stantem lucernam. Nicolaum, stultum ecclesiæ languentis. Niger, ascendens. Neapolim, commotionem mirabilem. Nasson, augurans. Perus, agnoscens siue dissoluens. Parthi, diuidentes perfecte. Pontus, inclinans. Pamphylia, conuersi à ruina, siue diuisio cadens. Pontius, declinans consilium. Pilatus, os malleatoris. Procorum, fructus congregantem. Parmenam, diuidentem plenitudinem. Pascha, transcensus, siue transgressio. Paphum, redemptionem cadentem. Parion, discooperientem. Perge, voraginem. Phytona, os abyssi. Priscilla, agnoscens. Pirrhus, dissoluens. Parara, separans. Prolemais, deducens ad mensuram. Portium, diuidentem duritiam eorum. Publius, tabernaculum eius. Puteoli, declinatæ. Hæc omnia Græca nomina, vel Latina, quàm violenter secundum linguam Hebraicam interpretata sunt, perspicuè puto esse lectori. Romani, sublimes vel tonantes. Rafaim, facturæ vestræ vel laxitati eorum. Rhodè, videns vel fortis. Rhodem, visionem aut disensionem. Regium, pascua eorû. Romam, sublimem siue tonitruum. Samaria, custos. Simonis, obedientis siue potentis tristitiam, aut audientis morerem. Salomon, pacificus. Samuel, nomen eius Deus. Sadducæi, iustificati. Sapphiram, narrantem siue litteratam, aut librariam, vel certe, Syro sermone, formosam. Stephanum, normam vestram vel *συνόδο* vestrum, quo veru & iacula diriguntur. Sicheim, humeri. Sinai, sentis, aut secundus interpretatur, aut mandatû mensuræ eius, vel certe tentatio. Saulus, tentatio respicientis vel saturitas. Sarona, canans tristitiam. Sidonij, venatores. Seleuciam, tollentem semet ipsam, siue experimentum itineris, vel exeuntem ad vocationem. Salaminam, vimbram commotionis, aut fluctus, vel salutationem iudicij. Sergio, principi vallis, siue hortuli. Saul, petitio siue expetitus dicitur. Silam, missus. Syria, sublimes iuxta Hebræam etymologia,

nam Syria Hebraicè Aram. Samothracia, auditio reuelationis, siue responsionis. Sosthenes, saluanti eos, siue gaudium da mihi. Scæua, vulpecula clamans, vel loquens. Sospater, narrans. Secundus, eleuans. Samus, auditus. Sicariorum, ebriosorum. Sebaste, gyro siue gyranis, ita tamen vt à samech littera exordium habeat. Salmonem, nomen habitaculi. Syrtim, angustiam siue tribulationem, melius autem Salustius à tractu ait nomen impositum. Syracusa, murus siue maceria lætitiæ. Timonem, numerantem sitim siue pinguetudinem. Tabita, damma vel caprea. Tyrij, coangustati, vt supra diximus, ab Hebraico Zor nomine declinatam. Troadem, requiem. Tyranni, continentis eos siue confortantis eos. Tertullus, placens stercore, vel aggere eorum. Tahernæ, visiones eorum, siue bona visio. Hucusq; per simplicem litteram τ, nunc per θ Græcum legenda sunt. Theophile, sursum ferens siue conuertens, sed melius Græca etymologia, ab eo quod amatus sit Deo. Thomas, didymus, id est geminus vel abyssus. Theudas, laudatio, siue capiens aut signum. Tharsensis, explorator lætitiæ. Thyatira, illuminata. Thessalonicensium, festinantium vimbram roborare siue firmare.

DE EPISTOLA IACOBI APOSTOLI.

ABRAM, patris videntis multitudinem. Elia, Dei domini. Esaia, salus Domini. Iob, magus. Iunia, incipiens. Iason, factus in mandato. Raab, dilatata. Sabaoth, virtutum siue exercituum.

DE PRIMA EPISTOLA PETRI APOSTOLI

ASIA, eleuans. Bithynia, virguncula aut filia Domini. Babylon, confusio siue translatio. Cappadocia, manus redempta Domino. Galatia, transmigrans siue translata. Marcus, sublimis mandato. Sara, princeps. Siluanus, missus.

DE SECUNDA EPISTOLA PETRI.

BALAM, vanus populus, aut deueratio eius. Boser, in tribulatione, aut carneus, siue pelliceus. Cappadocia, manus redimens Domino. Electæ, ascendentes. Galatia, transmigrata. Gomorra, populi timor siue cæcitas. g in principio additum est, alioquin ex ain describitur. Lot, declinans siue vincus. Marcus, sublimis mandato, siue defricatus aut amarus. Noe, requies. Pontius, declinans. Paulus, mirabilis. Sara, princeps. Simon, audiens. Sodomis, fuluis aut tacentibus. Siluanus, missus.

DE PRIMA EPISTOLA IOANNIS.

DIOTREPHES, speciosus, infulsus, siue decor infaniens.

DE TERTIA EPISTOLA IOANNIS.

DEMETRIVS, fortis ad perfequendum, siue fortis virga deicere. Gaius, mobilis.

DE EPISTOLA IVDÆ.

AEGYPTVS, tenebræ, siue tribulatio. Adam homo. Balaam, vanus populus. Cain, possessio. Core, caluities, aut glacies. Diabolo, defluentis, siue clauso in ergastulis. Enoch, dedicatio. Gomorra, populi timor aut cæcitas. Michael, quis vt Deus. Moses, palpans siue leniens. Sodoma, pecus tacens.

DE EPISTOLA PAULI AD ROMANOS.

ABRAMAM, pater videns populum. Adam, homo siue terrigena. Abba, pater, Syrum est. Achaia, frater quis, aut frater eius, vel frater Domini, vel frater meus Dominus. Aquila dolens siue parturiens. Asia, cleuata, siue gradiens. Andronicus, decorus ad stadium, aut respondens siue cogitans passionem. Ampliatus, populus maleator. Apelles, congregans eos. Aristobulus, suscitans dolore germen. Asyncritum, dirigens thuribulum. Beniamin, filius dexteræ. Baal, habens, siue deuorans. Cencreis, possidens, sectatores. Dauid, desiderabilis. Epineton, superindutum. Ermon, anathematizantes mœrorem. Ermam, auferentem siue anathema nostrum. Erastus, frater meus videns aut vigilans. Tria nomina quæ sequuntur, per litteram sunt legenda. Hesaias, salutare Domini. Helias, Deus dominus, aut fortis Dominus. Herodionem, formidinem. Faraos, dis-cooperiens eum. Feben, ore ædificantem, aut oris filium. Flegon, dissecans siue diuidens. Filologum, ore præcipuum, vel os meum ei in hortum. Gomorra, populi timor vel cæcitas. Gaius, mobilis siue vallis. Iuda, confitens siue glorificans, Iesus, Saluator. Israel, vir videns Deum. Isaac, risus. Iesse, insula libamen. Illyricus, aduena, aut elementum, vel certè secundum versus. Hierusalem, visio pacis. Lucius, ipse eleuans siue confurgens. Moses, attractans siue leniens. Macedonia, orientalis. Maria, illuminans aut illuminata. Narcissus, ascensus lætitiæ siue lucerna scindens, aut colligans. Nereus, lucerna Domini. Osee, Saluator. Olympam, parturientem thalamos. Paulus, mirabilis, siue electus. Priscus, agnoscens. Persidam, tentantem siue disfluentem latera sua. Parobam, dissoluentem eum, siue videntem eum. Quartus, plangens siue superfluè. Rebecca, multa patientia, siue quæ multum accepit. Rufum, sanantem nos, vel rescipientem nos. Sara, princeps. Sabaoth, virtutum siue exercituum. Sodoma, pecus tacens, siue fulua vel sterilis. Sion, specula. Spania, expeditio siue accinctio, sed rectius Hispania scribitur. Stacchin, facientem cantilenas. Satanas, *παράκλητος* siue contrarius. Sospitrus, saluans dispersos. Trifenam, inuentem siue reuertentem. Trifossam, perspicuam. Timotheus, beneficus. Tertius, adiungens, id est, applicans se. Urbanus, luce gaudens.

AD CORINTHIOS I.

APOLLO, miraculum, siue congregans eos. Achaia, frater meus quispiã, vel frater meus Dominus. Aquila, parturiens siue dolens. Barnabas, filius consolationis. Corinthum, ciues, siue decuriones eorum. Cephas, Petrus, Syrum est. Crispum, scientem. Chloes, inuestigantes, siue omnes, sed melius conclusio siue consummatio. Damascus, sanguinis potus. Epheso, voluntas mea in ea, siue anima mea in ea. Eua, vita siue calamitas. Ebræi, transitores. Gaum, commotum. Galatia, magnifica siue translatio. Iudæis, consentibus siue laudantibus. Iacobo, supplantatori. Hierusalem, visio pacis. Moses, palpans, siue leniens. Macedonia, orientalis. Maran atha, Dominus noster venit, Syrum est. Prisca, cognoscens. Sosthenes, saluans in tempore. Stephana, regulam vestram, vel speculatorem vestrum, siue iudicantem vos. Siluanus, missus. Satanas, aduersarius. Sabba-

thum, requies.

AD CORINTHIOS II.

ASIA, auferens siue pergens. Abraham, pater videns multitudinem. Areta, stupor siue descensio. Beluir, cæca angustia, siue cæcum lumen, vel filius præuaricationis, sed rectius be-lial dicitur. Damascus, sanguinis potus. Eua, calamitas siue vita. Ebræi, transitores. Israelitæ, viri videntes Deum. Siluanus, missus. Satanas, transgressor siue aduersarius. Troadem, requiem siue latitudinem. Titum, quærentem, siue bonum, sed melius mutatum.

AD GALATAS.

ARABIAM, humilem siue occidentalem. Antiochiam, paupertatis silentium. Abraham, vt supra. Abba, pater, Syrum est. Agar, aduena siue conuertens. Cilicia, assumptio siue vocatio lamentabilis. Damascus, vt supra. Iudaismum, confessionem. Hierosolyma, visio pacis. Iacobo, supplantatori. Ioannes, Domini gratia, siue cui donatum est. Isaac, risus. Israel, vir videns Deum. Petrus, dissoluens siue discalcians. Syria, sublimis. Syra, mensura eius siue tentatio.

AD EPHESIOS.

BENIAMIN, filius dexteræ. Clemens, ecclesiastes, siue concionator. Epafroditem, frugiferum. Ebræus, transitor. Euchodiam, apprehendentem Dominum.

AD PHILIPPENSES.

PHILIPPENSES, os lampadarum. Pharisæus, diuifus. Philippus, os manuum, siue lampadarum. Syntychan, loquelam, siue *ἀδολε-
γίας*, quam nos dicere possumus cantilenam. Thes-salonicam, festinans umbram statuere.

AD COLOSSENSES.

ARISTARCHVS, mons facturæ superfluæ. Archippus, lógitudo operis, siue insidiæ oris, vel insidiæ dilatati. Barnabas, filius consolationis. Colossis, voce factæ. Demas, filius. Epaphra, frugifer, vel equidem videns. Iesus, Saluator. Iustus, parcens, siue ipse elatus. Ierapoli, iudicio superiori. Laodicia, tribus amata Domini, sed melius natiuitas expectata. Lucas, ipse confurgens, aut ipse eleuans. Marcus, sublimis mandato, siue amarus, vel certè attritus atque limatus. Nympham, applicitam ori eorum. Onesimo, decore, siue respondententi. Tychicus, tacens.

AD THESSALONICENSES.

ACHAI A, frater meus quis, siue frater meus Dominus. Athenæ, in tempore dissipatæ. Siluanus, missus. Satanas, aduersarius, siue transgressor.

AD HEBRÆOS.

ABRAMAM, pater videns multitudinem. Ægyptus, tenebræ, siue angustia. Aaron, mons fortitudinis. Abel, luctus. Barac, fulgurans. Cain, possessio. Dauid, desiderabilis, siue fortis manu. Enoch, dedicatio. Esau, rubeus, siue acerrus lapidum. Ebræus, transitor. Faraos, nudauit eum siue dissipauit eum. Fale, transcensus, quod interpretatur pascha. Gedeon, experimen-tum iniquitatis. Iesus, salus siue Saluator. Iuda, confitens, vel laudator. Isaac, risus. Iacob, supplantator. Ioseph, addens, siue augmentum. Iericho, luna,

luna, siue odor eius. Lepte, aperuit, siue aperientes. Leui, additus. Moſes, palpans, vel leniens. Melchisedek, rex iustus. Manna, quidnam est istud? Noc, requies, siue requiescens. Raab, si per ain mediam litteram scribatur, famem significat: si per he, impetum: si per hech, latitudinem. Sabbata, requies. Salem, pax. Sara, princeps. Sampſon, fol eorum. Sion, specula. Samuel, nomen eius Deus.

DE TIMOTHEO I.

ALXANDER, leuans angustiam tenebrarum. Adam, homo. Galatia, translatio. Gallia, transferens. Diabolum, defluentem siue clausum in latum. Ephesus, voluntas eius. Eua, calamitas, aut vita, siue vx. Iamnes, marinus, siue vbi est signum. Iambres, mare pellicum, siue mare in capite. Onesiphorus, respondens narrationem. Pontius, inclinans consilium. Pilatus, ore malleator, siue ore contundens. Satanus, aduersarius. Ymenezus, dormitans.

DE TIMOTHEO II.

ASIA, eleuatio. Archippus, longitudo operis. Aristarchus, mons facturæ superflue. Antiochia, paupertatis silentium. Aquila, dolens siue parturiens. Crescens, tenebrosus. Carpum, scientem perspicue. Corinthus, oritur ipse. Claudia, spes tranquillitatis. Dauid, desiderabilis, vel fortis manu. Demas, filens siue terrenus vel sanguineus. Dalmatiam, paupertatem grandem. Eunice, ornantis. Euchodiam, apprehendentem Dominum. Ermogenes, vomens eos in valle, sed melius mons scrutatus. Epheso, voluntas eius. Erastus, frater videns. Eubulus, cohabitator. Fygelus, occurrens siue aduersarius. Filonem, faciem Dei. Filethus, declinans siue os meum. Galatia, magnifica siue translatio. Iconium, vocatam siue duram, sed melius vbi est calamus. Loide *δοξασθησες* id est, quæ consecuta est utilitatem. Lystris, utilitas angustie vel tribulationis. Lucas, ipse confurgens, aut ipse eleuans. Linus, candidus siue tibicen. Moſes, palpans siue contrectans. Membranas, apertas, siue manifestas. Mileto, generare, siue qui est eius. Priscam, agnoscentem. Pudens, indutus consilio. Roma, excelsa siue tonitruum. Troadi, seruienti. Trophimum, dissoluentem thalamos.

DE TITO.

ARTEMAN, anathematizantem, siue conturbantem. Apoſto, mirabilem. Cretam, vocationem consummatam. Nicopoli, germen protectionis mez. Zenam, commotionem

eius, siue commouens eum, vel ipse requiescens.

DE PHILEMONE.

APPIA, continens, siue continentia vel libera. Archippo, longitudini operis. Demas filens. Epaphran, quem nos crescentem, siue augmentum possumus dicere. Filemoni, mire donato, vel certe os panis eorum. Oacimum, respondentem.

DE APOCALYPSI IOANNIS APOSTOLI.

ASIA, elatio. Amen, verè siue fideliter. Aſer, beatitudo, siue beatus. Ægyptus, tribulatio. Armageddon, consurrectio recti, siue consurrectio in priora: sed melius mons è latrunculis, vel mons globosus. Alleluia, laudate Dominum. Balaam, vanus populus. Balac, elidens. Benjamin, filius dexteræ. Babylon, confusio siue translatio. Diabolum, deorsum fluens. Dauid, desiderabilis. Ephesus, voluntas mea, siue consilium meum. Euphrate, frugifero. Philadelphia, saluans hærentem Domino. Gad, tentatio. Gog, *δομα*, id est tectum. Iezabel, fluxus sanguinis, vel fluens sanguine, sed melius vbi est sterquilinum. Issachar, est merces. Iesus Saluator. Ioseph adaugens. Laodicia, tribus amabilis Domino, siue fuerunt in vomitu. Leui, additus. Labbaddon, perdens pro eo quod est interficiens, sed melius solitarius eorum. Manna, quid est hoc? Manasses, obliuioſus siue obstupescens. Michael, quis vt Deus. Magog, de domate, hoc est de tecto, siue quod est tectum. Nicolaitarum, effusio, siue ecclesia languens, vel stultitia ecclesie languentis. Nepthali, conuersantis. Paulo, ori eorum, siue ori tubæ. Pergamo, diuidenti cornua eorum, vel dissecanti vallem. Ruben, videte filium, videre in medio. Smirne, cantico eorum. Sardis, principi pulchritudinis. Satanæ, transgressor, siue aduersario. Symeon, audientis tristitias. Sodoma, peccori tacenti. Zabulon, habitaculum pulchritudinis.

DE EPISTOLA BARNABÆ.

ABRAHAM, pater videns populum. Adam, homo. Amalech, populus lingens, siue populus brutus. Dauid, desiderabilis. Eua, calamitas, siue vx, aut certè vita. Ephraim, frugifer, siue vbertas. Manasse, oblitus. Nahum, germen. Rebecca, patientia. Sabbata, requies. Sion, specula. Sina, mensura, mandatum vel tentatio. Satan, aduersarius, siue præuaricator.

FINIS.

MARIANI VICTORII REATINI, SACRÆ THEOLO- GIÆ PROFESSORIS, IN OMNES D. HIERONYMI EPISTOLAS SCHOLIA.

SCHOLIA IN PRIMAM EPISTOLAM.



PRISTINARVM necessitudinum] id est necessitatum: ut multa etiam habebant exemplaria. Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas.] Longinqua peregrinationis, impressi codices habebant. omnia autem que habuimus, manu scripta exemplaria habent, antiquæ. vocat autem antiquam, vel nobilem, & que antiquo cæperit tempore, sub Abrahami scilicet, Meli, & Heliseo prophetis, qui ingenii cum labore, omnibus derelictis, in exteris, & alienas terras, locaque horrida, & inculta contenderunt: vel quia ipse Heliodorus ante illam, maxima cum difficultate Hieronymum affociando, expertus fuerat. Priorem sententiam ea que sequuntur, magis probant, dum ait, Non per a tibi sumenda, non virga est. alludit enim ad Evangelij tempus, quo illam Christus in Apostolis, & LXXII. discipulis reperens, dum eos ad prædicationem per orbem mitteret, dixit: Nihil utilitatis in via, neque virgam, neque peram, neque pecuniam. & rursus: Nolite portare sacculum, neque peram, neque calcamentum. Quid facis in paterna domo delicate miles?] Eleganter à militiæ mundi ducta metaphora, Heliodorum ad spiritualem hortatur pugnam, propterea cincta, qua militum sunt, ante oculos ponit, ydallum, festum, tentoria, tuba ad prælium canentem, imperatorem armatum in aeternam egredientem, prosternentemq. omnia, lorica, galeam, enses, Regis edictum, iuramenti verba, ipsamque etiam donatium. & vi instructor, cautiisque ad pugnam accedat, spiritualis hostis postremo recuset invidiam. Corpus affluetum tunicis, loticæ onus non fert.] Quidam codices habent, tunica: alij verò tunica. est autem tunica interior ac mollior vestis, carni adhaerens: fiebat autem ex lino, aut cannabi, ne carnem laderet, sicut lorica ex loris, & duro quodam corio, vix corporis munimen esset, ad ictus nequaquam perituum.

Caput operum linteis.] Pro dedicato quodam capitis operimento, linteum recenser: licet, Plinio auctore, barbaricum quondam esset, & honesto viro indignum, contra id quod Turca nunc existimant.

Recordare titocini] tui diem] Tiro, nonus vocatur miles, tirocinium verò tempus illud, hic autem spirituale tirocinium appellat vir sanctus, baptisimæ tempus, quo quis primum in militiam Christi adscribitur, tunc scilicet, cum, mundo, ac satana abrenunciando, Christi miles efficitur. & Christo in baptisimæ conspersione, quemadmodum scriptum est ab Apostolo, Conspergunt enim stonem cum illo per baptisimum.

Non te patri paritutum esse, non matri.] Quemadmodum per legem, & euangelium edocti sumus, diligendos, honorandosque esse parentes, ita etiam à Christo didicimus, pro eius nomine, si mutuo aduerferunt, illos deserendos fore. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, inquit ille, non est me dignus.

Licet parvulus ex collo pendeat nepos.] De Nepotiano intelligit, ad quem sequentem scribit Epistolam. erat autem is ex sorore, non ex fratre nepos. nam propter eum Heliodorum reuersum in patriam, Hieronymus in Nepotiano epitaphio scribit his verbis: Alius forsitan scriberet, quod ab salutem illius Orientem, eueniuntque dimisisset, & me carissimum sodalem tuum redempti spe læta aueris: ut primum, si fieri posset, sororem cum parvulo vidiam, deinde, si consilium illa respuerit, saltem nepotem dulcissimum conservares. hic est enim ille, de quo tibi quondam yaticinatus sum: Licet parvulus ex collo pendeat nepos, &c.

Ad vexillum crucis euola.] Adhuc perstat in militia metaphora: propterea crucem, vexillum vocat: & victoria deinde mentione faciens, triumphandi morem recenser. Veniet, veniet postea dies ille, quo victor reuertaris in patriam, quo per Hierosolimam caelestem vir fortis coronatus incedas.] Per, voculam nos restituumus.

Tunc municipatum cum Paulo capies, tunc & parentibus tuis eiusdem civitatis ius petes.] Alludit ad illud quod scriptum est in Actibus Apostolorum, cap. 22. ubi Paulus se civem Romanum esse, coram Claudio Tribuno professus est, verum iuramentis de spirituali, & eterna beatitudinis municipati: ipsi intelligit: de qua Paulus in Epistola ad Hebræos. Non ex filice natos.] Ad Virgillum in carmen

A alludit, Sed duris te cauitibus borrens Caucasus, Hircanæq. admorunt vbera rigres. Post naturalem pietatem pater.] Quidam codices manu scripti habent, Secundus post naturalem pietatem pater. qua lectio ipsa etiam placet, & est in editione Frobeniana 1553. & 1516.

Forfitan & laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte; antiquum referens mamme lallare, congeminet.] Mirum est, quam appositè vetulam matrem, vberibus præ senio laxis, rugosa cute, fronte rugis, veluti sulcis, distincta, depingat, eiusque vocem, qua vritur in lactando puero, referat. Mammæ enim se, non matres, dum pueros alluquantur, parentes, fructu per blanditias verbo, appellant. Lallare autem vox ea est, qua mater infantem ad sumentum inuitat lac, sicut pappare pueriliter id ipsum, quod edere, est. Persius, Ac cur non potius tenetorque palumbo, Et similis Regum pueris, pappare minutum Pociis, & iratus mamma lallare recenses. Quicumque eos supra Christum amat, perdit animum suam.] Appositè, quo modo diligendos sunt parentes, explicat: Christi enim amor eorum semper præponendus auctori est.

Aries iste pietatis.] Adhuc perstat in militia metaphora, arietis, instrumenti bellici, quo urbium moenia diruebantur, mentionem facit, mirique loco fidem, euangelijque nominat. Aries autem dicebatur, quod inflat arietem capitis compactum esset, arietisque veluti cornibus eo inimicorum moenia quaterentur. Roma in arcu Septimij, & apud Vitruvium in decimo, quem an esset arietis forma, egregie explicatur. Labat, inquit Virgilius, crebro arietem nutus, ab eo arietare etiam dicitur verbum. Neget sacrilegium.] Omnes adulteros, ac fornicatores, qui cum Christianis mulieribus peccant, largè hic sumpto vocabulo, sacrilegos vocat, in de accepta ratione, quod sacra sint omnia corpora Christo, ac Spiritui sancto dicata, quemadmodum dicit Apostolus, Templum Dei estis vos, & Qui violauerit templum Dei, disperdet illum Deus.

Qui in Actibus Apostolorum.] Nota est Act. 5. Anania, et Sapphira uxoris historia, quo modo, Spiritui sancto in Petro Apostolorum principe mentiti, ac de pretio venditi agri partem fraudantes, subita occubuerunt morte. De Teloneo] τολωνος, sive τολωνέων publicanorum mensa, locus scilicet, ubi τολο, hoc est vestigal exigitur. Plutarchus in Alcibiade publica vestigalia τὰ τέλη τὰ δημόσια vocat: & Gregorius Nazianzenus, τολο δίδωσι, pro tributum soluit, dixit. Hieronymus autem de Mattheo Apostolo intelligit: qui cum esset publicanus, & Teloneo à Christo vocatus est, erat autem hoc officij genus olim apud Iudæos non secus, quam apud Athenienses, infame. vnde scriptum est in Evangelio, Quare cum peccatoribus, & publicanis manducat magister vester? à Demosthene vestigalibus ipsius exactio τολωνία dicitur.

Interpretare vocabulum monachi.] Monachismum antiquissimo, & Apostolorum cæpiisse tempore, constat, ex Dionysio Areopagita, qui eum multis enarrat. Scylla cen renidens libido bladiur. Hier. ad Rufinum, ubi Scyllæ obreclatoni canes

Interpretare vocabulum monachi.] Monachismum antiquissimo, & Apostolorum cæpiisse tempore, constat, ex Dionysio Areopagita, qui eum multis enarrat. Scylla cen renidens libido bladiur. Hier. ad Rufinum, ubi Scyllæ obreclatoni canes

Expedite rudentes] ita nautici funes vocantur. Hieronymus in νεωποδες, vicam navigationi comparans, Diabolum piratam mundi, carnisque delicias, tranquillitatem maris, in qua intus periculum sit, & crucem Antennam appellat. Crux Antennæ figatur in frontibus.] Disci potest ex hoc loco, solitos esse Christianos, imminente aliquo periculo, sese in frontibus signare, contra id quod hodie irrident beretici. vnde Chrysostomus in libro aduersus gentiles, quod Christus sit Deus, in eundem sensum ita scribit: Sabinde omnes ea cruce se signant, inscribendo in nobilissimum membrum nostrum: in fronte enim nostram, quasi in columna, quotidie figuratur: sic in sacramento, sic in sacerdotum ordinationibus, sic igitur cum corpore Christi, in mysticis carnis fulget. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi quarta: Quid si aliquis id oc-

cultet, tu manifeste signa te cruce in fronte, ut dixeris signa in cruce
 videat, irrementes procul fugiant, fac autem hoc signa & manducans,
 & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans; in summa, in
 omni tuo negotio. Licet in modum itagui.] Imperturbata &
 quæta aqua, stagnum à stans dicitur. Hieronymus appositè quietu ma-
 re, in modum itagui aridare. u. & supponit eum partes, quas terga ve-
 car, à vento minime crispari, ac commoueri asserit. Tu autem per-
 fectum te fore pollicitus es.] Vides, quam clarè nō solum monacho-
 rum, sed illorū etiā in omni promissionis, professionisq; eamq; vitā per-
 fectam vocat, cum derelicta munis militia, se ipsos, à cunctis abdican-
 do terrenis, propter regna celorum castrant. Derelicta militia]
 Intelligit de militia huius mundi, quam qui perfectam proficere autur vi-
 tam, relinquunt. hunc sensum ipsemet explicat in sequenti Epistola,
 dum ait, Petu à me, Nepotiane carissime, literis transmarinis, & cre-
 brè peti, ut tibi breui volumine dicerem præcepta viuendi, & qua ra-
 tione, qui seculi militiis derelicta, vel monachus coeperit esse, vel clericus,
 rectum Christi tramitem teneat, ne ad diuersa vitiorum diuerticula ra-
 piatur. Si perfectus es, cur bona paterna desideras? Audisne
 ex hoc loco, quod monachi, qui perfectam proficiebantur vitam, à cunctis
 terrenis bonis se abdicabant, & paupertati se mancipabant?

Ex hac supputatione.] Sylogismo quodam gradationis concludit,
 monachum, qui perfectam proficere vitam in patria sua, ab ea scilicet
 carne, & animo non separatus, perfectum esse non posse. Perfectum
 autem esse nolle, delinquere est.] Delinquere, pro delinquere, fal-
 so antea legebatur. Absit, ut de his quidquam finilium lo-
 quar.] Quartor ex hoc loco aduersus hereticos nostrit temporis discere
 disertè potes: Primum, quod Episcopi & sacerdotes Apostolorum suc-
 cedant loco: Secundum, quod proprio ipsorum ore corpus Christi conficiatur,
 & Christianum in gregem, per baptismum scilicet, quis adscribatur:
 Tertium, quod clauces regni celorum habeant, & ante iudicij diem per
 eas, absolueno videlicet, aut ligando, iudicent: Quartum, quod cathes
 illi essent, & castitate obseruarent. hoc enim significant illi verba,
 Qui sponsam Domini sobria castitate conseruant. Quæ autem, quan-
 tum sit presbyterorum auctoritas, latius deinde explicat, dum ex com-
 municationis, quæ ab eis infligitur, meminit, & penam contra inobe-
 dientes recenset. Non innoctem in tertio gradu.] Tertium
 gradum diaconatus vocat, quippe cum primus Episcopatus, secundus verò
 presbyteratus esset. Amos ruborum mora distringens.] Amos 7.
 mapp Sabana, dicitur, & Sycomorū ab aquila, & Symmacho ver-
 titur, arbor scilicet, vt est apud Dioctorem, quæ mori folio sicus tamen
 in caudice ferat. Hieronymus tam in præfatione totius sacre scriptura,
 quàm in hoc propheta capite, pro moris, quæ tibi ferant, interpretatur.
 Hebræi siluestres sicus esse magis volunt. quidam codices habebant hic,
 Sycomorū mora, vt in ineptis, & à Hieronymi sensu aliena lectio erat.

Cum etiam conuicium in fratrem, homicidij sit reatus.] At-
 tendit ad illud Euangelij, in quo non solum qui odit fratrem suum, con-
 demnatur, sed etiam, qui dixerit illum satum, aut Rach, id est vanum,
 & inanem, hoc enim Hebræi vox significat. Epilogi celeuma.] Χέ-
 λυμα, ἢ χέλυρος, acclamatio nautica, seu adhortatio est, cum remi-
 ges scilicet vel voce, vel sono aliquo se ad remigandum adhortantur, hinc
 illo: Quorum per vada tarda nauigantes, Lentos sigitis ad celeuma ve-
 mos. & recte, persistat in metaphorâ nauigandi, vsus hoc nomine est.

O desertum! post nullas metaphoras, quibus tota hæc scaturit Epi-
 stola, ad Epiphonemata, exclamationsq; se vertit: quod commendatio-
 nis, ac laudis pulcherrimum genus est. Lugubre mundus immu-
 giet.] Lugubre, pro lugubriter, dixit. Exhibebitur cum prole sua
 verè tunc ignitus Iupiter.] Legebatur prius, exhibebitur cum prole
 sua Venus: tunc ignitus Iupiter adducetur. Nos ex octo manuscriptis ve-
 rissimis exemplaribus ita emendauimus, quæ lectio verior, & arguitor
 est, magisq; contentis cum historis, Venus enim numerosam prolem non
 habuit, sed duos tantum paruos cupidines, quorum secundus Anteros,
 hoc est mutus amor, est appellatus, Iouem verò ignitum, ac splendoribus
 plenum veteres pinxerunt, eumque interdum pro elemento ignis, sicut
 Iononem pro ære, acceperunt. ab Homero certè modò τὴν μέγαν ἠἴον,
 quod vel gaudæa fulmine, vel eo hostes vertat in fugam, modò νεφέλην
 γέρας, quod nubes moueat, ac congreget, modò στερομένης πέρας, quod sul-
 gura excitet, Iupiter vocatur, à Sophocle verò πτοχόβουρος. D. autem
 Hieronymus, verè tunc, inquit, sub iudicij videlicet die, ignitus exhibebit
 Iupiter, hoc est, æterno ignis supplicio addictus, vna cum prole sua
 monstrabitur, quæ quidem proles ex variis stupris, & adulteriis parta,
 copiosa quidem fuit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM II.

Qui, sæculi militia derelicta, vel monachus coeperit esse, vel
 clericus.] Ex hoc loco discere potes, tam clericos, quàm monachos, reli-
 ctio sæculo se totos diuino mancipare solitos esse obsequio. Penden-
 tibus à mento palcatibus.] Alludit ad Virgilianum illud carmen, Et
 stratum tenuis à mento palcatibus pendens. Laxa enim pellis, quæ sub bovis

collo ad pedes vsque pendet, sic dicitur. Hieronymus: uita est
 nilem curam præ seculo rugosam, punctulam quæ à mento efficitur, eleganter
 transiit. Vel signum esse de mimo, vel Atellanarum ludicris?] emendauimus, ludicra, ex vtriusq; omnium ex Virgilio. Et
 autem Mimus, scenicum carmen, ab imitatione Græcè dictum, quod ho-
 minum mores imitando notaret, & Mimus is, qui, quod scripsit, agen-
 do representaret. Atellana autem genus est comædiæ obscuræ, ab At-
 ella Volscorum opido, quod Auzisam nomen videntur, ita dictum. Linius in
 septimo: Postquam lege hæc fabularum ab rife, ac sultato icoo res uoca-
 batur, & ludus in arte paulatim verteret, inuenit histrionibus fabul-
 larum actū relicto, ipsam se more antiquo ridicula in extra versibus
 insultare cepit: quæ inde exordia postea appellata, censeatque fabellu po-
 tissimum Atellanarum sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit
 inuentus, nec ab histrionibus polni passa est, eo restitutum manet, vt a-
 ctiores Atellanarum nec tribu moueantur, & stipendia tam quam exper-
 tes artis ludicra faciant. Decretum cætera] ita emendauimus
 ex octo manusripiis exemplaribus, cum perperam antea scriptum esset,
 Decretum cætera virtutes. Chameunus.] χαμῦνης Græcè est
 idem quod humi cubatio, cum qui sine stragulo, aut lecto, ipsa ruda in
 humo cubat. χαμῦν enim humi significat, & ἴδι verò cubile: & χαμῦνης
 humilis vocatur lectus. Iocrates.] Discretissimus orator Iocrates,
 Luciano, ac Cicerone auctoribus, vixit annos centum. & vnum, librum
 que qui Panathenæicus inscribitur, quæuo ac nonagesimo anno compo-
 suit. Cicero subdit, vixitque quinquennium postea. Facium anno tan-
 tum 99. D. Hieronymus vsque ad nonagesimum nonum in docendo, scri-
 bendoque illum instruit perseverasse. Scitum illud est oratoris
 Domitij.] L. Crassi, qui Domitij in censura collega fuit, hoc dictum
 fuisse, constat ex tertio Ciceronis de Oratore, propterea vitiatas codices
 reor, & Crassi, pro Domitij, legendum esse existimo. error forte inde or-
 tus, quod collega ambo fuerint in censura. Tacco cæteros philo-
 sophos.] Pythagoras, qui Tarquino Superbo regnante, in Italiam ven-
 nit, qui quæ in ea ora, quæ postea Magna Græcia est appellata, docuit, vi-
 xit Laertio auctore annis x. c. sicut Democritus Abderites, ad quem a-
 liquot magni illius Hippocrati extant Epistolæ, centum & quatuor, Tu-
 ciano teste: Xenocrates Chalcidionus, Platonis discipulus, lxxxiiii,
 Zeno stoicus, ex Cithio Cypri vrbe, xcviii. Cleanthes, Zenonis discipu-
 lus, centum. Homeri quoq; senectus ita celebris, vt à Meonius senex, &
 eius atas, cæcipientis Meonij suauiloqua senectus sit appellata. Hesio-
 dum tam diu vixisse, omnes scribunt, vt pro verbi loco dicatur, ἠὲ τὸν
 γῆρας, fuit autem & ex Asira, Bæotia vico: eumque in Georgicis Virgilius
 imitatus est. Simonides autem, Lyricus poeta, ex Cæa insula, sicut alter
 Iamblicus ex Amyrgo, octogesimo anno non solum carmina docuisse, sed
 in eorum quoq; descendisse certamen, ipsemet, Valerio auctore, gloriaba-
 tur. Lucianus scribit hunc vltra nonaginta vixisse annos, sicut Sopho-
 clem tragædiarum scriptorem, & diuiniū à Cicerone appellatum, xcv.

Certe Homerus.] Nestorem tres hominum vixisse atates, hoc est
 centum quinquaginta annos, ex cuiusque lingua melle dulciorum oratio-
 nem fluxisse, constat ex Homero libro primo Iliadis, cum ait,
 Τῶν δὲ τριῶν αἰῶνας μέλιτος ἔσται ἡλικία
 Τῶν δὲ δὴν ἴδον ἔσται γὰρ αἰὲς ὑπερπτοῦ ἀνδρῶντων
 Ἐὐδαιῶν.

Sed & ipsius nominis Abisag.] Perperam prius legebatur, Abi-
 sac. Hebræi enim, vt constat 3 Reg. 1. אביסאג Abisag legunt, & ita ex-
 ponitur, pater meus superius, vel patris mei rugitus. אבא enim multi-
 plicare, ac superius esse, & אבא rugire significat. אבא autem patrem
 meum exponi, omnes nouerunt. Porro Sunamitis in lingua no-
 stra coccinea dicitur.] 3 Reg. 1. חַמְמַתִּים אַבִּיסָג Abisag Sunamitis
 legitur. D. Hieronymus à cotico, qui חַמְמַתִּים apud Hebræos dicitur, Su-
 namitis dictam esse interpretatur. Diuisoris, id est Phares for-
 titus est nomen.] Phares tam per litteram samech, quàm etiam per
 D litteram Zade, videri apud Hebræos significat. Verum Gen. 28. vnde
 hausta est hæc historia, per Zade, non per samech scribitur, hinc Phari-
 soorum dicitur nomen, quod conuersatione & habitu à cæteris distin-
 guerentur iudeis. Licet non desint, qui per litteram sin illos potius scribi,
 & ab interpretando dictos, quod legi scilicet essent interpretes, magis
 volunt. hinc Dominus ait in Euangelio: Super cathedram Moysi sedent
 scriba, & Pharisei. Et Rahab meretrix in typo Ecclesie testi-
 ficulam mystericum sanguinis continentem.] Chut hasam est
 in Hebræo, significatq; funiculum coccinei coloris. D. Hieronymus, Ra-
 hab meretricem, pro Ecclesia ex fornicatione idolorum assumpta, & fu-
 niculum coccineum pro Christi sanguine, in quo illa cum omnibus suis,
 Hierico, hoc est, mundo peremite, saluatur, commode, appositèque inter-
 pretatur. Hi sunt qui venerunt de calore domus patris Re-
 chab.] i Paral. 2. pro calore, chamat est in Hebræo, quàm vocem Iudei
 pro loco accipiunt, vnde fuisse familiam patris Rechab afferunt. Re-
 chab autem pro lethro Moysi socero interpretantur. Et quàm volo
 vt ardeat.] Ita reliquimus ex Græcè, & aliquot hic Latinis manu
 scriptis

Delinquere
 Inter Frobe-
 nius 1553. &
 1516.

scriptis exemplaribus, quamvis alicui inuenerimus, & quod volo nisi ut ardeat, vel, & quid volo nisi ut accendatur. Vt cum ille te monachum erudierit, hic clericum doceat esse perfectum.] Heliodorus uti monachus, & ex monacho postea Episcopus factus, Nepotianum ca, qua ad perfectum monachum, docuit. Nunc D. Hieronymus docet eum illa que perfecti clerici sunt, propterea decimis, & oblationibus, quam loco Beneficij deinde successerunt, contentum illum esse debere, multis probat. Cleri eorum non proderunt eis.] Locutus est apud Hieremiam, c. 12. secundum lxx. nos autem eo in loco habemus, hereditatem acceperunt, & non eis proderit. κληρος Græcè fors dicitur. hinc apud Euripidem κληρον τρεῖς εἶ: pro sortem ducite, & penes Homerum Ὀδυσ. ε. ἀνεξέχου θυμὸς ἐδωκεν ὁμοῦν τε, κληρον τε, pro sorte, quæ in vnam iacitur. Heliodorus verò, atq; Plato pro hereditate ipsa κληρον accipiunt, sequuntur in textu tres versus hi. Nonnulli enim sunt ditiores monachi quàm fuerant seculares: & clerici, qui possideant opes sub Christo pauperes, quas sub lucuplete, & fallace diabolo non habuerant, ut suspiceret eos Ecclesia ditiores, quos mundus tenuit antè mendicos, hos autem ex epitaphio Nepotiani acceptos quidam putant, nam & in septem manuscriptis exemplaribus illos nos nequaquam inuenimus. Nec sanctior Dauid, nec Samson fortior.] Nec Samson fortior, deerat in impressis Græcicis codicibus, nos tamen ex alibi excussis, quæ ex omnibus manuscriptorum est restitutum. Samsoni autem & Dalila mulieris historia notior est, quam vt explicatione aliqua hic indigeat. Multas annos nutrit Ecclesia.] Anus viduas ad Ecclesia publicis elemosynis nutriti solitas esse, eorumq; ministerio uti consueuisse fideles, constat ex Paulo, dum ait: Si quis fidelis habet viduas, subministrat illis, vt non grauetur Ecclesia, vt in, quæ verè vidua sunt, sufficiat. Et ex Luca ita in Actibus Apostolorum scribente: In diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidianè viduæ earum. Silector, si acolytus, si psalter te sequitur.] In epistola prima meminit diaconatus, eumq; gradum tertium appellauit, propterea quòd Episcopatus primus, presbyteratus verò secundus sit. hic autem inferiorum ordinu, qui scilicet sacri non sunt, mentionem facit: inter quos lectorem, acolytum, & psalter nominat. ἀκόλυτος acolytus dicitur samulus, qui semper ad parendu ad est: affectum Latini appellat: in quem sensum à Xenophonte affecta cōnuarum ἀκόλυτος τὸν σωμαδίονον vocati sunt. ἀκόλυτος acolytus verò non prohibium significat, notatq; clericum nondum sacramentum, verum non prohibium à ministerio: propterea quòd turbulu, ignem, aut cereos ad sacra peragèda deferret. Cereferarium nunc appellamus: quapropter mirari hic occurrit hereticorum vesania, qui omnia ad libitum confundentes, tam sacros, quam non sacros gradus ex Ecclesia eliminant, inferiores autem hos gradus etiam Apostoloru tempore in usu fuisse, constat ex Ignatijs epistola: præter quod Paulus Tychicum, Col. 4. inter huiusmodi communerat ipse etiã videtur. & Diaconi nomine interdum hos omnes, vetustiores patres intellexerunt. Nec calamistro crispent comas.] Magna quedã acus ex metalli alicuius materia formata, qua calefacta capilli crisparentur, calamistrum dicebatur, eo quòd calamistrum crisparet, torqueretq; crines. hinc à Cicerone frons calamistri notat a vestigijs, & calamistratus saluator reprehenditur. Et vestes ori applicatas, & oblatos, ac degustatos cibos.] Castum sanctumq; Christi amorem non habere ait, crebra nimis scula, & sudario la, itemq; vestes ori applicatas, hoc est ori ad osculadu porrectas. hac enim cerimonia amatè donatas porrigebat vestes, & oblatos, prægustatosq; cibos, verbu autem, oblatos, ex manuscriptis restitutum exemplaribus.

Solis clericis, & monachis hoc lege prohibetur.] Contra clericos, & monachos captatores hereditatum latam fuisse legè à principibus Christianis asserit: ipseq; D. Hieronymus non simpliciter clericos, quod is relinquere hereditates, reprehendit, sed quia eas obsequio, & ministerio occupabatur, proindeq; pauperes, & Ecclesiam fraudabat, propterea ait: Quid nos inuiserimus inter matrem, & liberos? & infra ipsi apponunt matulam, & rursus: Patient ad introitum medici. Gloria Episcopi est, pauperum inopia prouidere.] Perperam prius legebatur, pauperum opibus prouidere. Qui vix millo, & cibario pane.] Milium, notissimum genus est frugis. Cibarius verò panis, vulgarem ac secundarium panem significat. Cicerio libro primo Tusculanaru questionum: Cui cum peregrinanti in Aegyptum, comitibus non securis, cibarium in capsa panis datus esset, nihil visum eo pane iucundius. Varro in eundem sensum cibarium viuum, & cibarium hominè dixit, pro vils scilicet, atq; plebeio. Similam, & mella fastidio.] Simila purissimus farina svis est, sicut siligo frumenti genus ex quo candidissimus panis fit. Mel autè vino adhibetur, vt inde fieret mulsum, aqua verò octupla additum, Paulo Aegineta auctore, nullam efficiebat aquam: differebatq; ad his mellicratum, Orisato teste, cuius visus erat in egritudine media inter acutum, & per acutum, quippe cum super sua purget, & naturalia conseruet. In quo litore cõcha lecta sit, calleo.] Concha nomine firma, ac solida testis piscis intelligitur, cuiusmodi sunt ostræ, echini,

murices, purpure, dactyli, & huiusmodi. lege Aristotelem, & Plinium, & ex recentioribus, Rondeletium, & Petrum Bellanum. Elto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentè suscipe.] Legebatur olim, suscipe: nos in omnibus manuscriptis exemplaribus, suscipe, inuenimus, quæ lectio emendatur, ac germanior est. Disce autem potes ex hoc loco, quanta reuerentia Clerici parere Põuificibus suis, & quanto illi amore Clericos diligere debeant. Potestis enim per singulos prophetare.] Prophetare eo in loco penes Paulum Apostolum, significat exponere verbu Dei: propterea verè à D. Hieronymo ad concionandū propositum citatur. Et rabulam, garrulumq;.] Vir in dicendo acer, & qui auditorum aures radat, seu feriat, rabula dicitur, sicut qui potius à rabie, aut à raucitate, rabule nomen deducimus. hinc ille: Quasi rabule, qui sibi disertis non videtur, nisi omnia tumultu, & vociferatione cõcusserint. Quid sibi vellet in Luca sabbati δευτερόπρωτον.] Locus est apud Lucam, c. 6. vbi dicitur: Factum est autem in sabbato δευτερόπρωτον, hoc est secundo primo, cum transiret per sara, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. Theophylactus in cap. 20. Ioannis ait, Iudeos omne festum solitos esse vocare sabbatu propter requiè: cum vero sexta, vt dicimus, feria festum aliquod incidebat, ipsa dies sexta sabbatum, septima verò propriè sabbatum δευτερόπρωτον vocabatur, ἀς δευτερον ὄν τὸ πρῶτον πρῶτον ἑστῆς ἡμέρας καὶ οὐδέ αὖτε, quod secundum esset ab altero festo, & sabbato, quod præcesserat. Quidã alijs sabbatum δευτερόπρωτον, intelligunt de secundo verò sabbato, quod tamen ob maiorem diei ipsius celebritatem primum, ratione alterius præcedentis, diceretur, ita vt tempore secundum, celebritate verò primum esset. hoc autem eueniebat, quando vel Paschati, vel scenopægie primum dies in sabbatum ipsum incidisset: tunc enim, sicut primum sabbatum celebre, ita secundum, quod octauam nunc dicimus, multò celebrius erat, nam si à vespera Hebræorum more sumatur initium, vt inque sabbatum festu erit. Certè Lucas Euangelista, cum paulo post subdit: Quid facitis, quod non licet in sabbato? hanc posteriorem cõfirmare videtur opinione, quasi in vno, & eodem die, duo sabbata, hoc est, duo festa tunc celebrantur, proindeq; maior reprehensione digni videntur Apostoli, qui in tā magno, ac duplici festo, spicas legendo, ac manibus confricando, ab opere ipso non cessarent, audiunt autem Nazanzenum Hieronymus, quod scholasticus ignorauit, Constantinopol, vt ipsemet testatur super 6. Esata.

Et indoctam concionem.] Pro conuentu ipso, ac cætu populi concionem hic accipit. In oratione pro Quinto Gallo,] Ita restitutum ex antiquis exemplaribus, falso enim antea, pro Q. Gallo, & alibi, pro Q. Figario Gallo, legebatur. Oratiõ pro Q. Gallo Cicero habuit, vt notum est. Siue illa quæ frumento conficitur.] In Britannia, & Germania inferiori, ex hordeo, frumentoq; portione conficiunt, quam Cercuisiam, ac Birriam vocant, Galenus, Dioscorides, & Plinius Zithi nominant. Pinguis venter non igitur mentem tenuem.] Senariis est apud Græcos in hac verba. πνεῦμα τῆς γῆς ἀπὸν δὲ τῆς ὕλης. Pistacæa.] Pistacia nutum genera sunt, auellanas similis, ac Syria ad nos delata, planta visitur alicubi in Italia, estq; siliqua similis.

Baccaramq; succum.] Perperam Erobreniani, Griscantiq; codices habebant, Betarumq; succum. Non calice forbere, sed cõcha.] Inter conchas sunt quedam magne, & ad bibendum accommodata. D. Hieronymus reprehendit eos, qui non calice, sed concha potarent, immo potius veluti ieiunantes siberent. Nolo te dilatare fimbrias, & ostentui habere phylacteria.] Ex Moysi præcepto hyacinthinis fimbrias in quatuor angulis pahorum Hebræi assebant, inscribebantq; in eis legis præcepta. Pharisei, vt sanctiores ceteris apparerent, latiores fimbrias faciebant, acutissimiq; præterea spinis munitabant, vt sic inter incedendum illi, præceptorum Dei reminiscerentur. φυλακτήρια autè dicta sunt, quòd in eis seruarentur legis mandata. Dioscorides pro amuletis accipit, erant autem phylacteria membrana, in quibus Hebræi legis præcepta conscribebant, illaq; manibus frontiq; affixa gestabant.

His cæli plagis includere.] Quatuor morales virtutes quatuor cæli plagis, ac quadrigæ etiam comparat. Hippocrates aditrat discipulos.] Extaturamentum Hippocratis, quo compellit discipulos iurare per Apollinem, Aesculapium, Hygeiã, Panacæiãq; ac ceteros deos, deaq; se parentis loco doctorem medicum habituros, & cum eo vitam, & bona communicaturos, liberosq; eius æque ac fratres amatuos, artemq; gratuito docturos, deinde eos de viue nã modo instruit, silentium in capsa, & mores, vt Hieronymus ait, prescribit. Quidè monogamia faceret deus est.] Hoc ait, quia digamus ordinari in sacerdotem nō poterat: in quò sensum dictum est ab Apostolo, Vnus vxoris vir, hoc est, quod non habuerit nisi vnam vxorem.

SCHOLIA IN EPISTOLAM III.

Εἴπα δὲ αὐτὸς νοστὲρ.] Is, qui alium ad scribendū hortatur, & veluti exactor operis est, ita vocatur: sic Origenes Ambrosiũ, à quo ipse in scribendo, notarijs, sumptuq; suppeditatis, iuuabatur, ac quotidie, ceu pensum ab eo exigeret, ad scribendum incitabatur, appellat, vt testis est idẽ D. Hieronymus in catalogo, dum Hippolyti vitam describit. Codex Me-

dicens habet hic *ερωδης*, alius etiam antiquus, cantor *ερωδης*. *ερωδης* *ερωδης* sermo, carmen, et *ερωδης* quod odia accinitur, sicut *ερωδης*, quod hymno de cantulo quo D. Hieronymus offendit verba que statim sequuntur, *αι αιτ*, & Cygneo canore vox dulcior: & hec lectio mihi magis aridet: at de operis extractione, ea que procedunt, dum dicitur, *Cantum meum subditi ingenium? cui littere placere gestiunt?*

Stylus ipse quasi sentiens. Ita ex omnibus antiquis exemplaribus emendauimus, cum antea, dissentiens, legeretur. air *Stylum* quasi sentire, quid sit narrandum, propterea ceram, subtiliorem factam, rubiginem, vel sicu obducit, erat autem stylus aeneum instrumentum, quo in cera, seu ceratis tabellis olim scribebant: hinc primam, & imam ceram pro prima, & vltima parte tabularum testament. Epitaphij huius flores spargere.] *Carmen*, quod sepulcro inscribitur, *ερωδης* dicitur, sicut *ερωδης* sermo, quod habetur cadavere nondum humato, *Seruo* auctore, illud a sepulcro, hoc autem a dolore, *ερωδης* Græci vocant, ita appellatum. *Lactantius* *ερωδης* *ερωδης* dixit. *Gregorius theologus*, *ερωδης*, dixit, non *ερωδης*. Pro rostris.] *Linus* lib. vii. i. *Naues* Antiazium partim in naualia Rome subducta, partim incensa: rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraq; id templum appellatum. *Polybius* *ερωδης* *ερωδης* apparet. suggestum erat, siue pulpitum, unde concio ad populum in foro habebatur. O mors, quæ fratres diuidis.] *Sunt* qui putant mortem dici, quasi *μωρος*, *ερωδης*, quod est diuidere, ac separare. & forte ad hanc significationem alludit D. Hieronymus. *Augustinus* a morte potius dictam putat, quædā morsu prohibuit a Deo poni, in mundum venerit. Alij ab Hebræis nomen prodire, illo paululum immutato, existimant: apud eos enim *Mot* dicitur.

Adduxit vrentem ventum, *רוח דרע* est in Hebræo *Ose* 13. *Vrentem*, & vastantem ventum, quo iam spica, vt constat *Gen.* 41. quæ etiam alia omnia, vt hic dicitur, ita appellatur. *Kimki* ab oriente illum flare ex ipso vocabulo existim. i. quippe cum simili nomine, orientem Hebræi vocent, alijs *Eurum* ventum esse magis volunt. *Deuorasti* quidem *Ionam*.] *Ionam* fuisse figuram mortis, & resurrectionis Christi, ipsemet Christus in euangelio asserit. D. Hieronymus *Propheta* *Ionas* historiam omnem spiritualiter in Christum adimpletam scribit. per eius enim mortem tempestas mundi conquieuit, & eius predicatione totus terrarum orbis, sicut per illum olim *Ninive*, saluatus est. *Vilagis* sunt in cælesti Hierusalem.] *Locum* *Matthæi* 27. *Multa* corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exentes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multi. D. Hieronymus ad caelestem transfert Hierusalem, quia Christus post resurrectionem suam sanctos in eam adduxit. Vel caelestem dixit Hierusalem pro sanctam, nam quod de caelesti intelligi non potest, ex *epist.* xv. i. constat his verbis: *Nec statim Hierosolyma caelestis*, sicut pleriq; ridiculè arbitrantur, in hoc loco intelligitur, cum signum nullum esse potuerit apud homines Dominum resurgentem, si corpora sanctorum in caelesti Hierusalem visa sunt. Christi relictæ, & referatæ sunt sanguine.] *Reclinata*, dixit propter igneam thomphæam, referatæ propter Cherubim, qui portæ paradisi custodiunt. *Natus* in Iudæa Deus.] *Gentiliu* populus ante Christum erat absq; aliqua secreta Dei notitia. nō enim nouerāt de Deo, nisi quatenus per hec visibilia nosci poterat, vni scilicet esse nondicondicionem, inque rectorem: propterea Apostolus eruditè ad Romanos ait: *Quod notum est Dei, manifestum est illis. Deus enim illis manifestatus est. At de venuro Christo, multiq; alijs sacra religionis mysteriis, nullam habebant notitiam, & Deum, quem nouerant, non tamen sicut Deum glorificabant, propterea alio in loco dicit Apostolus, eos sine Deo fuisse: at post Christum in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, & in fines orbis terra verba eorū. Ab India vique ad Britanniam.] *Indi orientis* verba, *Britanni*, quos penitus toto orbe diuisos dixit *Virgilius*, a sinistra septentrionis pæne vltimi sunt, quippe cum vltra eos vna tantum magis remota adiaceret *Tibule*, septentrioni deinde *Atlanticum* opponit. *Oceanum*, veluti extremam occidentis partem, etate nostra penitus inuentam, & adnavigatam. Quam varia linguæ.] *Virgilianum* est carmen in octavo, vbi describens *Ænea* clypeum ait: *Incedit victa longo ordine gentes, Quam varia linguæ, habitum tam vestis & armis.* Dedicauit.] *Hoc* dicit propter titulum crucis, cuius pars hodie Romæ in templo sanctæ Crucis, cui cognomen est *Hierusalem*, vna cum litteris integræ adhuc videtur, illum enim his tribus linguæ *Pilatus* inscripserat. Quod Pythagoras somniauit.] *Air* Pythagoram somniaisse animorum immortalitatem, propter illam suam *ερωδης*, qua animas de corpore in corpus transire post mortem asseuerabat: licet Hierocles, eius sectator, aliorum mysterio hanc Pythagoræ sententiam in terpretetur, cum scilicet propter vitia in mores alius animantis animus hominis, Deo mortuus, ea sectando transmutetur. *Democritus* non credidit.] *Democritus* abderites philosophus, ad quem ab insana curandam Hippocrates *Abderitani* acciunt, animorum immortalitatem non credidit, vt *Lactantius* libro tertio, c. 18. & *Tullius* *Tusculanarum* quæst. libro primo ceteros sunt, huic secutus est postea *Epi-**

curus, & eius sectatores *Lucretius*, & *Plinius*. *Socrates* disputauit in carcere.] *Exat* *Platonis* dialogus, *Phædon* inscriptus, vbi *Socrates* iam bibiturus venenum, amicis animorum immortalitatem multis probat: propterea q; se *Aesculapio* gallum debere, hoc est animam Deo, in sine disputationis coram istem testatur. *Bellorum* fecitas.] *Bessi* in Thracia a dextris *Sirimonis* fluij positi sunt, *Geris* vicini: quorū feritas *Diomedis* stabulo, & omnium pœitarum carnibus celebratur.

Et pellitorum turba populorum.] *Pellitos* populos septentrionales, & rigidæ ora homines vocat, propterea quod propter frigora, ferarum veantur pellibus, cuiusmodi sunt remotiores Germanie gentes, *Lithuani*, *Poloni*, *Moschouita*, *Gothi*, & huiusmodi. *Stridorem* suum in dulce crucis frigerunt melos.] *Propter* barbaram corum vocem hoc dicit, quæ mox in dulce crucis melos perfracta est. *Quid* agimus anima?] *Rhetoricus* color, *tragædus*, & *comædus* familiaris, cum quis veluti in se reuertitur, & ad propositam materiam rediens ait: *Quid* agimus? *Anaxagora*.] *Anaxagoras* *Clazomenius* philosophus, *Anaximenes* discipulus, & *Archelus* preceptor, omnibus suis facultatibus in cognatos distribuit, se totum philosophia tradidit. huic cum quidam filij mortem renunciaisset, nihil animo in otus, scitebant, inquit, me genuisse mortalem, referit *Cicero* in *Tuscul.* 3. & *Valerius* lib. *Cranorum*, *Talamonem* *Salaminium* Regem idem profusus *Oileo* consolanti dixisse cum *Ataci* filij sui mortem audisset: testis est ex *Sophoclis* comædia *Cicero* libro tertio *Tusc.* quæst. *Cranorum* autem *Solensis*, & *Academicus* philosophus fuit, *Xenocratis* auditor, & *Palaemonis* discipulus. *Scipit*, teste *Plutarcho*, librum consolatorium ad *Hippoclem*, consolans eum super filiorum morte, & alterum contra indolentiam *Stoicorum*, eius librum de consolatione in *Tusculanis* quæstionibus *Cicero* citat, ex eoque notinatim illud refert: *Simile* quiddam est in Consolatione *Cranorum*: ait enim *Termauam* quendam *Elysum*, cum grauer filij mortem mœret, venisse in *Sycomanium*, quærentem qua fuisset tanta calamitatis causa: huic in tabellis tres huiusmodi versiculos datus. *Ignaris* homines in vitam mentibus errant. *Enthinos* potitur fatorum munere leto. *Sic* fuit *vitilius* *siniri* ipsiq; *tibi*, *Horatius* in *Epistolis*: *Quid* quid sit *pulchrit*, quid turpe, quid vile, quid non, *Plenius* ac *melius* *Chryssippo* ac *Cranore* dicit. *Obijt* autem morbo aqua intercuti. *Platonis* in hanc materiam extat *Phædon*, & *Actæchus*. *Diogenes*, *Laertio* auctore, scripti librum de morte: verum non extat, fuit autem *Cynicus*, obijt q; sermo nonagenarius, in quem tale *Nicantri* epigramma extat: *Διόγαρος, εγώ, λέγε, τῆς ἐνάτης ὁ μῶρος, ἐς αἰδὸς ἐνάτης με κωδὸς δάδα*, asserit autem *Cassio* deinde illum obijisse, propterea quod *Cynicus* esset. *Chionachus* autem *Carr* *baginensis* philosophus, *Carneadis* auditor, gentili nomine *Astribabal* appellatus, *Academicorum*, *Peripateticorum*, & *Stoicorum* sectam professus, memini de eo *Cicero* libro tertio *Tusc.* seruit eum ad quadraginta scripsisse volumina, inter que, vt auctor est hic D. Hieronymus, de consolatione vni etiam scripsit, *Carneades* autem *Cyrenæicus* fuit, scripsit q; aliquot epistolas ad *Ariar* at *them* *Cappadocic* Regē, inter quos aliqua fortè fuit consolatoria, propterea *Dionys* Hieronymus ait, *Vel* libris, *vel* epistolis. *Posidonius* *Stoicus* fuit *Zenonis* discipulus, & *Ciceroni* preceptor, patria *Apamensis*, natione *Syrus*, vt auctor est *Strabo*, seruit hunc, cum articulare morbo laboraret, sepe dixisse: *Nihil* agis dolor, quamuis sis molestus, nam quam te esse constebebatur malum. *Pericles*, & *Xenophonem* *Socraticum*.] *Pericles* cognomento *Olympius*, *Atheniensium* princeps, intra quatrimum *Paralum*, & *Xantippum* filios amisit, vt auctor est *Valerius* libro quinto. *Xenophon* autem, *Socratis* discipulus, cuius eloquentia præclarissima extant monumenta, cum sacrificaret, è duobus filijs *Gryllum* maiorem natu, vel, vt *Valerius* ait, *Syllium* apud *Maniteam* in bello cecidisse cognouit: verum ipse nihil ex sacrificio amittens, sed coronam tantum deponens, percunctatus quomam modo cecidisset, vt audiuit fortiter pugnantem obijisse, coronam capiti reponens, *Deos*, quibus litabat, et statim, maiorem se ex filij virtute voluiprætere, quam ex morte dolorem percepisse, asseruit, auctor *Valerius* libro quinto, c. 10. *Seneca* in libello consolatorio ad *Martianum* de eodem ita prædicit: *Nec* minus admiretur *Græcia* illum patrem qui in ipso sacrificio, nunciata filij morte, tibicinem tantum tacere iussit, & coronam capiti detrahit: ceterarum è perfecit. *Puluillus*.] *Horatius* *Puluillus* consul hic fuit: qui cum *Iouis* adem *Pontifex* in *capitolio* dedicaret; interq; nuncupationem sollempnium verborum postem tenens, nocturnum esse filium audisset, neque manum ad postem, nec vultum a religione remouit, auctor *Valerius*, & *Seneca* in lib. ad *Martianum*. *L. Paulus* *Aemilius*.] *Hic* *Pauli*, qui ad *Canas* occubuit, filius fuit: habuit filios quatuor, duos in *Cornelianis*, *Fabiam* q; gentem adoptandos dedit, reliquorum, vnum quatruiduo ante triumphū, quem egit de *Perse* *Macedonem* Rege, amisit: alterum in triumphali curru conspexit, quatruiduo postea. *Verum*, cum populum de tanto casu sollicitum videret, prodiens in concionem, in hec verba orationem clausit: *Cidm* in maximo proentis felicitati vestre, *Qui* ritus, timerem, ne quid mali fortuna moliretur, *Iouem* opt. *Max.* *Iunonem* q; *Reginam*, & *Miner*nam precatus sum, vt, si quid aduersi populo Romano

Reuem inueniam, & adnavigatam. Quam varia linguæ.] *Virgilianum* est carmen in octavo, vbi describens *Ænea* clypeum ait: *Incedit victa longo ordine gentes, Quam varia linguæ, habitum tam vestis & armis.* Dedicauit.] *Hoc* dicit propter titulum crucis, cuius pars hodie Romæ in templo sanctæ Crucis, cui cognomen est *Hierusalem*, vna cum litteris integræ adhuc videtur, illum enim his tribus linguæ *Pilatus* inscripserat. Quod Pythagoras somniauit.] *Air* Pythagoram somniaisse animorum immortalitatem, propter illam suam *ερωδης*, qua animas de corpore in corpus transire post mortem asseuerabat: licet Hierocles, eius sectator, aliorum mysterio hanc Pythagoræ sententiam in terpretetur, cum scilicet propter vitia in mores alius animantis animus hominis, Deo mortuus, ea sectando transmutetur. *Democritus* non credidit.] *Democritus* abderites philosophus, ad quem ab insana curandam Hippocrates *Abderitani* acciunt, animorum immortalitatem non credidit, vt *Lactantius* libro tertio, c. 18. & *Tullius* *Tusculanarum* quæst. libro primo ceteros sunt, huic secutus est postea *Epi-*

pulo Romano immineret, totum in meam domum conuerteretur. quia propter bene se habent res. annuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meum casum doleretur, quam ego vestrum ingenissem. Auctores Plutarchus in eius vita, Valerius, & Seneca.

Prætermitto Maximos, &c.] Præclarissimos, ac fortissimos Romanorum nominat, ut qui non minus in bello, quam in lectu fortitudinem, animiq; constantiam ostenderit, & à Cicerone hoc nomine in consolationis libro laudati sunt. Q. Fabius Maximus Cunctator, filium consularum virum, & egregius factus præclarum, mortuum in concione laudauit. eius orationem Plutarchus, qui eam legit, citat. Cato Maior, censorius dictus, filij maioris natu, prætoris designati, mortem aquo animo tulit. auctor Cicero, qui Epistolarum libro quarto in ea que ad Sulpicium est, inter tot exempla constantiæ, Gallum familiarem suum etiã recenset. Qui Gallus, Caij prænomen habuit. hinc multa exemplaria, pro Gallos, Catos habebant. de quo Gallo multi idem Cicero in Bruto, in libris de officiis, & in Catone. exempla autem hæc ex epistola illi libri quartæ familiarium epistolarum Ciceronis Diuus Hieronymus hausit. Iunius Brutus duos filios, virgij primum casos, & ad palum ligatos, securi percussit in sit, propterea quod Tarquinius in urbem reducere conauerit. Constantia Mucij Scauole, si de hoc tamen D. Hieronymus intelligit, ex secundo Liuij libro omnibus compertissima est. Metelli Numidici fortitudinem Suetonius in libro illustrium virorum recenset. sed ego puto Hieronymum, qui orbitates refert, intelligere de L. Metello Possidice, qui, constagranne eade Vestæ, ut Palladium, Troia aduectum, saluaret, visu orbatus est, ut scribit Plinius. M. Aemilius Scaurus, auctore Valerio, filium è prælo cum alijs profugientem, ad voluntariam adegit mortem, afferens, se libentis obitum iturum oßibus filij in bello casti, quam ipsum tam deformis fugerem visurum. Plutarchus laudat Marij constantiam, quod, cum vtroque cruce laboraret, fortiter sectionem toleraret. Licet hic Martij potius legendum quidam existimant, propter Q. Martium Regem: qui cum in consulatu vnicum filium amisset, inueniunt magne spæ, ac summe pietatis, eius mortem, ut auctor est Valerius, adeo pacato animo tulit, ut statim à rogo iuuenis Senatum in curiam euocaret. Crassus autem quanta animi constantia mortem filij, à Partibus in bello interempti, tolerauerit, egregiè Plutarchus in illius explicita vita. M. Marcellum, T. Quintij Crispini in consulatu collegam, Hannibalis insidiis occisum, Liuus lib. 37. nominat. D. autem Hieronymus de posteriore intelligit, qui iussu Cesaris Mitylenis exulabat, fuit autem in tanta constantia, ac ita fortiter orbitates suorumq; miserias tolerauit, ut Brutus, qui in libro de virtute se eum vidisse testatur, cum ab eo discederet, ipse sibi, non ille, videretur esse exul. Seneca in Consolatione ad Albinam. Quis autem postremò sit Ausidius, quem in consolationis libro, vnde prædictorum omnium exempla sumpsit Hieronymus, nominat Cicero, mihi incomperitum. Non plangam.] Quanto pere Jacob luxerit filium suum Ioseph, & Absalonem David, vniuersa est in sacris litteris historia. Iesus absque fanere.] Iesus, hoc est Iosue, qui Christi figuram gessit, quo modo in monte Ephraim sepultus sit, nec vll super eum effusa legatur lacryma, constat ex vltimo eius libri capite. vnde perperam quadam exemplaria pro monte, habebant, nocte. Præcepta sunt rhetorum.] Quintilianus lib. 3. in principio laudum, que à prætorio sumuntur tempore, patriam, parentes, maioresq; commemorans, inter ceteras laudes poni debere asseruat, quod homo aut non degenerarit à bonis, aut mediocres ipse ornauerit.

Et mane lupus rapax.] Verba sunt Iacob filium suum Benjamin benedicens, de quo vaticinatur, quod futurus esset lupus rapax, & ad vesperam diuisus esset escam. hunc autem locum non minus hic D. Hieronymus, quam etiam Augustinus de Paulo Apostolo interpretatur, propterea quod de tribu Benjamin esset, & veluti lupus rapax, Christianas oues persecutus initio sit. Et ad hoc habuerit cingulum.] Cingulum militum proprium erat, sicut etiam chlamys. Homerus ἄλλων δὲ χροῶνα pro militariibus indumentis commemorat: quorum ἄλλων superior, χροῶνα vero inferior erat. ad hunc sensum alludit Hieronymus, dum non solum chlamydis, sed etiam candidis meminit lini.

Balteoposito, habiturq; mutato.] Quod supra cingulum dixit, hic balteum vocat. erat enim balteum militare cingulum, bullis aureis interdum aliq; simili materia ornatum.

Quidquid castrensis peculij fuit.] Castrensæ peculium dicebatur, quod occasione militiæ comparabatur à filiis familiaris: sicut quasi castrensæ, quod scientia, aut arte: profecticum, quod occasione patrenis pecuniæ aduenit, quod aliunde aut ex agnatis, aut alijs illi adueniebat: ut conditores legum scriptum reliquere. Alitio tantum fredo distant.] Ab Alimo seu Alito potius opido, mari Rauenna, ut ait Strabo, adiacenti, Alinum fretum dictum est. Fit clericus, & per solitos gradus presbyter ordinatur.] In secunda epistola inter ecclesiasticos ordines, lectorum, acolythum, & psalterem nominauit, hoc est minores, ut nunc dicimus, ordines; in prima vero Diaconum: hic per solitos gradus propterea ad presbyteratum eum ascendisse scribit, ne per saluum, ut

aiunt, quis cum crederet ordinatum. quo in loco, mirum est, quam coarctat hereticos nostri temporis, qui omnia ad licitum consuetudines, non solum inferiores ordines, sed etiam diaconatum, presbyteratum, ac etiã Episcopatum abrogarunt. Tum primum & solum.] Disce ex hoc loco debent Episcopi, non quoslibet ad ordines, sacros præteriri, admittere, sed eos qui digni tali gradu reperiantur, & vbi tales cognouerint, eos etiam renitentes promouere: eos enim modo D. Augustinum ab Aurelio, & Paulinum à Lampij apud Hæceloniam in Bithonia per vim, ut ipse ait, inflammata plebe sacrum legitimus.

Vidimus Timotheum nostri temporis.] Timotheum adulescentem adhuc factum Episcopum nominis ex illis Apostoli verbis, Nemo adulescentiam tuam contemnat. Idem euenit in presbyteratu Nepotiano. Et, relicto foris clerico, duritie se tracta dei at monachorum.] Rectè ait, relicto foris clerico, qui, vbi clerici ecclesia, & fidelium utilitati foris inseruiunt, non adest, se raris solitudinis ius in cellulo dedit. Monachorum autem duplex erat genus Hieronymi tempore, hoc est eorum qui in solitudinem aliquam, aut desertum job facientes, anachoretæ, propterea sunt appellati, & eorum qui comam viliu, & oratione committer in monasterio aliquo plures debebant.

Ieiunia in aurigæ modum.] Aurigæ cursum equorum: ad eorum vires, & vie longitudinem attemperant, ita in ieiunio faciendum Hieronymus asserit: ideo in epistola ad Letaniam ait: in quadagesima continentie vela pandenda sunt, & tota aurigæ retinacula ovis laxanda propter antibus. Ex his constat hunc locum male arè intellectum fuisse.

Illud aiebat Tertulliani, &c. Qui fuerint hi omnes scriptores, in catalogo inferius ex ipso Hieronymo disces. Quoties nocturnum de euangelio petitorum, interpellatricem duui iudicis mihi viduam exhibuit? Alludit ad petitorum illum euangelicum, qui, ut est apud Lucam, veniente ad eum amico quoptam, media nocte ad alterum anicum suum accepit, ut commodaret sibi tres panes: eos autem extorquere non potuit, nisi propter nimiam improbitatē, & molestiam, quam sortiter insidando, sibi ingerebat: ait enim Lucas: Et si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicum eius sit, propter improbitatem: tunc etiam surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Simile quiddam idem Lucas alibi scribit de vidua que per multum tempus apud iudicem inleuit, ut in aduersarium suum animaduerteret, nec potuit nisi longè molestu impetrare, propterea aiebat index: Bsti Deum non timeo, nec hominem reueror, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nonissimo ventis fugillet me. Nam quid D. Hieronymus intelligat de vidua quam frater desuncti mariti recusat ducere vxorem, ut constat Deut. 25. solum enim est Erasmanium. Erat ergo sollicitus, si niteret altare. &c.] Vbi sunt qui omnes Ecclesiæ carinonias, cunctaq; templorum vasa, & ornamenta, vna cum ipsi etiam templis, irridunt, ac vesunt? Hieronymus laudat hic Nepotianum, quod curam egerit, ut altare nit idem, sacrarium mundum, pavimentum tersum, & parietes absque fuligine in ecclesia essent. Nobilem virum Q. Fabium.] Q. Fabius Piclor, à quo Roma Piclorum familia nomen accepit, historiarum scriptor fuit, verum magis ex picloria, quam ex historica nomen inuenit, meminit huius Cicero, Quantilianus, & Dionysius, eiusque nomine quedã adhuc historia circumferuntur fragmenta, & Liuus lib. xxxi i.

Delphos eum, Hannibale litaliam deuastante, à romanis legatum asserit missum. Plinius, de eo lib. 35. c. 4. ita scribit: Apud Romanos quoque honos mature huic arti contigit: siquidem cognomina ex eo Piclorum traxerunt Fabij clarissime gentis, princepsq; eius, cognominis ipse adem Saluti pinxit anno vrbis conditæ ccccl. que piclura durauit ad nostram memoriam ade Cluidij principatu exusta. Et Beselehel nostru.] Beselehel filius Buri, Huij, nepos, de tribu Iudas fuit, vocatus à Deo, ad ornandum tabernaculum, sanctuariumq; auri, argenti, æriq; operibus. Vocati, inquit scriptura, ex nomine Beselehel, filium Buri, filij Hur, & tribu Iada, & implenti eam spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere. &c. Nostrum autem ideo vocat, quia Fabius Piclor, gentilis fuit. Hyram quoque.] Misse, ait scriptura, Hyram Rex Tyri nuncios ad David, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesq; lapidum, idem fecit erga Salomonem mortuo David, misit enim ad eum ex Tyro insula, ad edificationem templi materiam, & artifices. Tyros autem insula illa est de qua in euangelio Christus: Si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, &c. Philosophus ille.] Intelligit de Hippia sophista, qui non solum in septem liberalibus artibus, verum etiam in piclura, ac etiam struaria valuit. fabricasse præter hoc sibi dicitur etiam annulum, pallium purpureum, strigilem, aliq; quam plurima minuta. Vide Philostratum in primo, Lucianum in Hippia, & Appuleium in Floridis. Hoc idem possumus de isto dicere, qui basilicas ecclesiæ, &c.] Rursus laudat Nepotianum, quod diuersis floribus, arborum comis, ac vitium pampinis basilicas, & martyrum templa ornat: contra eos qui omnes ecclesiæ carinonias, cunctaq; templi ornamenta subsimulant atque irridunt. basilicas autem ecclesiæ, hic pro

facillis Deo dicatis, quæ erant in ecclesia, martyrum autem conciliabula, profanis itidem ac facillis martyrum accepti.

Quid te subtrahis? Pulcherrima apothrophe, ex rhetorice arte accepta.

Marecellæbat, prohi dolor. Lilium, & purpuram, pro candore, & rubore corporis Nepotiani, poëtarum more intelligit. Austrum autem floribus inimicum ostendit Virgilius in Alexide eo carmine: Eheu quid voluit misero mihi floribus austrum, Perdurus & liquidis immixti fontibus apris. Corporibus quoque humanis noxium esse, caput replere, ac visum habetare, ex Hippocrate, & Galeno omnes norunt.

Hanc, inquit, tunicam, qua utebar in ministerio Christi. Tunicam hic, qua ad altare vii presbyter in ministerio Christi utebatur, pro ea quam capfulam, ac planetam vocamus, intelligit. misit autem eam Hieronymus, quia ipse etiam presbyter erat, vt in tremendis Christi sacrificiis ea vii posset. Et cum tantum clara hic de cunctis ecclesiæ vestibus, ac vestis memoria fiat, non desunt tamen heretici qui ea irideant, ac subsannent. Mathusalem. Vixit Mathusalem nongentos ac sexaginta unum annos. Optima quæque dies. In vigiliis versus sum, quibus maxime Dominus Hieronymus oblectatur, ex tertio Georgicorum libro accepti.

Navius poëta. Tragediarum scriptor Navius fuit. hoc autem carmine trimetro iambico, mortalium miseriam describit. Vnde & Nicen. Niobe Tantali filia, Pelopis soror, & Amphionis vxor, cum se filijs filiabusque omnibus, quos Apollo Dianaque fugitius confoderant, orbatam vidisset, tanto dolore affecta est, vt in saxum conuersam antiquitas finxerit, quod aspidem veluti lacrymis maderè videatur, auctor Ouidius. Palæphatus se Niobes in spem esse imaginem prodit, quam ipsa sibi supra natotum sepulcrum posuerit. Status Sipythiam cognominat, a Sipylo patria, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & Lacrymæ etiam nunc marmora manant, quod autem subdit, Et diuersas bestias commutatam: virtutum locum existimo, legendumque, quia multum fleuerit, in lapidem, & alios in diuersas bestias commutatos finxit antiquitas: vt intelligat de olorbis, atcyonibus, meleagridibus, & huiusmodi. Et Hesiodus. Hesiodus, quem in Georgicis imitatus est Virgilius, ex Asia Bœotia vico fuit, planxisse autem hunc carmine natales hominum, Thracum instar, sicut apud nos Iob, ex vno tantum constat Hieronymo, quidam hic hanc ob causam pro Hesiode, nunc heniocchos, nunc Estiones populos, qui, auctore Mela, in feneribus parentum habitabant, eorumque, viscra epulis etiam consumenda intermiscabant, falso committitur: cum omnia vetustissima exemplaria Hesiodum habeant, & Hieronymus non de populo aliquo, sed de auctore quopiam intellexisse, ex ipsius verbis clarescunt constat.

Prudentiorque, Ennius, Plebes, ait, &c. Plebes, legendum, non plebs, fenarij ratio postulat, similia dixisse Agamemnonem, ex Euripide in Iphigenia Aulidensi constat. Constantius, &c. Sex Imperatorum sui temporis miserimas describit mortes, Constantius enim Arrianus inter Ciliciam & Cappadociam interijt. Hieronymus locum ipsum explicat, Mopsun (hinc Cilicia vicum, Iulianus autem, cum Christianorum sanguinem, quos per irrisionem Galileos vocabat, Diis vocasset, si victor ex bello Partico rediisset, motus à Ctesiphonte castris, dum per desertum incutus euagatur, conto hostium ictus interijt. Dicit Hieronymus proditorem animæ vocat, propterea quod fidem Christi deseruisset, & Christum sensisse ideo ait, quia cum negarat, ac multis etiam coruicis insectabatur, lege Diu Cyrilli opus, dum ad eius maledicta in Christum, & Christianos omnes responderet. Iouianus autem, qui ei successit, dum in Illyricum redijt, per Galatiam transit, Dadastrana calore prunarum, & vidore nouorum parietum suffocatus interijt, octavo imperij sui mense, Valentianus autem cum Sarmatis ex Pannonia, vii ex solo patrio, expellere vellet, apud Brigitionem opidum subita sanguinis effusione interijt. Valens, qui ei successit, victus à Goriis, sagitta primam confossus, mox incendio absumptus interijt. Gratianum autem ideo hosti ludibrium fuisse ait, quia astra Maximi, qui in Britannia acclamatus Imperator fuit, circumuenit, Lugduni interfecit est. Valentianus autem Iunior, Gratiani frater, dolo Arbogasti comitis captus, ac strangulatus est: & ve vltro sibi merentem confuisse crederetur, cadaver laqueos suspensum fuisse postea, dicitur, auctor Orofius. Quid loquar de Procopio? Procopius tyrannus à Valentiano, Valentii fratre, interfecit est. Maximus, qui in Britannia ab exercitu creatus fuit imperator, & cuius astra Gratianus interemptus est, Theodosianus armis occubuit. Eugenius, qui & ipse imperij inuador fuit, iuuante eius conatus Arbogaste comite, victore Theodosio occisus est. Abundantius, &c. Abundantius consularis vii fuit: verum, contra etymon sui nominis, vt alludit Hieronymus, egenus factus, Pityunte, quod opidum est ad extremum mariæ Ponticæ, vbi etiam Chrysofostomum quidam exulasse scribitur, in exilio mansit. Rufinus orientalis anlemagiester fuit, sicut Sicilio occidentalis eius vitia & miserias Claudianus eleganti prosequitur carmine. Alia vniut inglorius. Quædam exemplaria habent, Auersæ: quæ Campanis vrbis esse, alij legunt, Alca, quod opidum est Arabia, est & Asia vici Thraciæ, & Asia Arcadia. Et alpes Iulias.]

Alpes in maritimas, Græcæ, Punicæ, Cœtiæ, ac Iulias, aliæque, etiam nominibus diuidi, latè in libro De origine Italiae explicamus. Maritimis salus Iulia alpis iungitur, salum verò vltimum Cœtia, qua à Scgio per Cincium montem transeunt, excipiunt. Verum hic Dicit Hieronymus alpes Iulias intelligi pro alpibus Carnicis proximis, quæ à foro Iulio, vnde in Noricum transit, ita sunt appellatae. Gotthus, Sarmata, &c.] Quamam gentes hæc fuerint, quantisque calamitatibus & miseris omnem ferme Europam, non Asia & Africa tantum partem, replerint, legant, qui voluit, Orofium, Procopium, & alios qui historiis illa mandantur. Subuersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stobulati equi, martyrum effossæ reliquiae.] Quid diceret Hieronymus, si nunc uiuere: hæc enim omnia astate nostrâ non solum in Britannia, & Germania, verum etiam in media Gallia contigerunt, & quod peius & detestabilius est, non à gentilibus, & externis exercitiis, sed à Christianis hominibus Christianæ etiam religionis prætextu sunt perpetrata, subuersæ sunt enim ecclesiæ, reserata ac profanata Sanctorum monasteria, deiecta altaria, & sanctissimum Christi sacrificium ablatum; sanctorum, martyrumque, reliquæ proiecæ, atque combustæ: & tamen, qui hæc omnia perpetrarunt, se veros Christianos, ac catholicos esse iactant, alios autem, vii idololatriæ, contemnant. Oblecta Antiochia, &c.] Halys fluius ex Tauri radicibus oritur, & à septentrione Cappadociam interfuit, & Paphlagonas attingens, ab Euximo mari absorbetur. Cyanus Tharsum interit, & Ciliciæ fluius est. Sittæ Orontes Antiochia. Euphrates autem est vnus ex ijs quos sacra littera ex terrestri paradiso oriiri aiunt, interit in Babylonem, & mare Rubrum ingreditur. Non mihi si linguæ centum sint, &c.] Versus Virgiliij hi sunt, ex sexto Aeneidos. Thucydides, & Sallustius.] Thucydides princeps eorū est qui apud Græcos historiis scripturum, sicut apud Latinos Sallustius. Fabius Thucydidi Sallustium, Herodoto Linuum opponit. Xenophon Thucydidem postea lectus est.

Nabuchodonosor seruus Dei dicitur. Ita emendauimus: cum antea legeretur, Nabuchodonosor seruus dicitur. Nabuchodonosor, inquit Deus per Hieremiam, Regem aquilonis seruum meum, vocat autem seruum suum, quod eius opera, & ministerio in puniendis Hebris vsu sit Deus: quemadmodum id ipsum à varijs barbaris contra Christianos fieri, Hieronymus hic conuenit. Sagittas pilis, iatras galeis, caballos equis cedere.] Romanorum erant pilum, galea, & equus; Barbarorum verò sagitta, iatras, & cabalus. Parthi enim, & Scythæ sagittis utebantur, Tiara Phrygam pileus erat, & apud Persas mulieribus in vsu. Hieronymus Fabiola, Quartum, inquit, est genus vestimenti, rotundū pileolum, quasi sphaera media sit diuisū, & pars altera ponatur in capite. & hoc Græci, & nostri iatram, nonnulli galenum vocant, non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipite iuta constructus est, vt non facile labatur ex capite. Quotidie morior per vestram gloriam fratres. Scindente sulcum carina.] Alter, Scindente salum carina.

Oblecta Antiochia, &c.] Halys fluius ex Tauri radicibus oritur, & à septentrione Cappadociam interfuit, & Paphlagonas attingens, ab Euximo mari absorbetur. Cyanus Tharsum interit, & Ciliciæ fluius est. Sittæ Orontes Antiochia. Euphrates autem est vnus ex ijs quos sacra littera ex terrestri paradiso oriiri aiunt, interit in Babylonem, & mare Rubrum ingreditur. Non mihi si linguæ centum sint, &c.] Versus Virgiliij hi sunt, ex sexto Aeneidos. Thucydides, & Sallustius.] Thucydides princeps eorū est qui apud Græcos historiis scripturum, sicut apud Latinos Sallustius. Fabius Thucydidi Sallustium, Herodoto Linuum opponit. Xenophon Thucydidem postea lectus est.

Nabuchodonosor seruus Dei dicitur. Ita emendauimus: cum antea legeretur, Nabuchodonosor seruus dicitur. Nabuchodonosor, inquit Deus per Hieremiam, Regem aquilonis seruum meum, vocat autem seruum suum, quod eius opera, & ministerio in puniendis Hebris vsu sit Deus: quemadmodum id ipsum à varijs barbaris contra Christianos fieri, Hieronymus hic conuenit. Sagittas pilis, iatras galeis, caballos equis cedere.] Romanorum erant pilum, galea, & equus; Barbarorum verò sagitta, iatras, & cabalus. Parthi enim, & Scythæ sagittis utebantur, Tiara Phrygam pileus erat, & apud Persas mulieribus in vsu. Hieronymus Fabiola, Quartum, inquit, est genus vestimenti, rotundū pileolum, quasi sphaera media sit diuisū, & pars altera ponatur in capite. & hoc Græci, & nostri iatram, nonnulli galenum vocant, non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipite iuta constructus est, vt non facile labatur ex capite. Quotidie morior per vestram gloriam fratres. Scindente sulcum carina.] Alter, Scindente salum carina.

Oblecta Antiochia, &c.] Halys fluius ex Tauri radicibus oritur, & à septentrione Cappadociam interfuit, & Paphlagonas attingens, ab Euximo mari absorbetur. Cyanus Tharsum interit, & Ciliciæ fluius est. Sittæ Orontes Antiochia. Euphrates autem est vnus ex ijs quos sacra littera ex terrestri paradiso oriiri aiunt, interit in Babylonem, & mare Rubrum ingreditur. Non mihi si linguæ centum sint, &c.] Versus Virgiliij hi sunt, ex sexto Aeneidos. Thucydides, & Sallustius.] Thucydides princeps eorū est qui apud Græcos historiis scripturum, sicut apud Latinos Sallustius. Fabius Thucydidi Sallustium, Herodoto Linuum opponit. Xenophon Thucydidem postea lectus est.

SCHOLIA IN EPISTOLAM IIII.

Iudas de Apostolatus fastigio in proditionis tartarum labitur. Perditionis, legebatur antea, quæ lectio incongrua ipsa quoque non est, nobis autem propter ea quæ sequuntur, magis placuit proditionis nomen. Atque in vase euangeliorum quadrangulo.] Limnetum, quod quatuor initis de celo ad terram descendere, plenum omni animantium genere, vidit B. Petrus, pro quatuor euangelis, quibus omnes homines saluari possunt, interpretatur. Totum quod apprehensa manu, &c.] Navigandi sumpta a metaphorâ, egressus nostræ vitæ pericula, quibus peruenitur ad calum, explicat. Nec veteris comœdiæ licentia.] Olim apud prisos comœdos, certis personis nominatis, vitia taxabantur. Qui Asianum tumorem Attico sicabant sale.] Quam appositè longum Asianum dicendi genus, tumorem, & breue, compendio sumq; Laconicum, sal Atticum vocat: quippe cum, sale in medio, superflui desiccantur humores. Libertini generis adolescentibus delectari.] Libertus est is qui ex seruo factus est liber, indeq; libertini generis ducitur nomen, interdum autem u, qui ex liberto natus est, libertinus dicitur. Græci hunc ἐλευθερος, sicut illum αλευθερος vocant. Et casta pudicitia velamenta.] Impudicitia velamenta, antea legebatur, nos ita ex vetustis exemplarijs emendauimus, vocat autem pudicitia velamenta, quia sub pudicitia velo impudicitias exercebant. Filij prophetarum, quos monachos in veteri testamento legimus.] Vides, quam alie monachorum repperat institutum, & tamen hodie non desunt heretici, Viclefij sequaces, qui tam sanctum viuendi genus blasphemant, atque irideant.

Iudas de Apostolatus fastigio in proditionis tartarum labitur. Perditionis, legebatur antea, quæ lectio incongrua ipsa quoque non est, nobis autem propter ea quæ sequuntur, magis placuit proditionis nomen. Atque in vase euangeliorum quadrangulo.] Limnetum, quod quatuor initis de celo ad terram descendere, plenum omni animantium genere, vidit B. Petrus, pro quatuor euangelis, quibus omnes homines saluari possunt, interpretatur. Totum quod apprehensa manu, &c.] Navigandi sumpta a metaphorâ, egressus nostræ vitæ pericula, quibus peruenitur ad calum, explicat. Nec veteris comœdiæ licentia.] Olim apud prisos comœdos, certis personis nominatis, vitia taxabantur. Qui Asianum tumorem Attico sicabant sale.] Quam appositè longum Asianum dicendi genus, tumorem, & breue, compendio sumq; Laconicum, sal Atticum vocat: quippe cum, sale in medio, superflui desiccantur humores. Libertini generis adolescentibus delectari.] Libertus est is qui ex seruo factus est liber, indeq; libertini generis ducitur nomen, interdum autem u, qui ex liberto natus est, libertinus dicitur. Græci hunc ἐλευθερος, sicut illum αλευθερος vocant. Et casta pudicitia velamenta.] Impudicitia velamenta, antea legebatur, nos ita ex vetustis exemplarijs emendauimus, vocat autem pudicitia velamenta, quia sub pudicitia velo impudicitias exercebant. Filij prophetarum, quos monachos in veteri testamento legimus.] Vides, quam alie monachorum repperat institutum, & tamen hodie non desunt heretici, Viclefij sequaces, qui tam sanctum viuendi genus blasphemant, atque irideant.

Iudas de Apostolatus fastigio in proditionis tartarum labitur. Perditionis, legebatur antea, quæ lectio incongrua ipsa quoque non est, nobis autem propter ea quæ sequuntur, magis placuit proditionis nomen. Atque in vase euangeliorum quadrangulo.] Limnetum, quod quatuor initis de celo ad terram descendere, plenum omni animantium genere, vidit B. Petrus, pro quatuor euangelis, quibus omnes homines saluari possunt, interpretatur. Totum quod apprehensa manu, &c.] Navigandi sumpta a metaphorâ, egressus nostræ vitæ pericula, quibus peruenitur ad calum, explicat. Nec veteris comœdiæ licentia.] Olim apud prisos comœdos, certis personis nominatis, vitia taxabantur. Qui Asianum tumorem Attico sicabant sale.] Quam appositè longum Asianum dicendi genus, tumorem, & breue, compendio sumq; Laconicum, sal Atticum vocat: quippe cum, sale in medio, superflui desiccantur humores. Libertini generis adolescentibus delectari.] Libertus est is qui ex seruo factus est liber, indeq; libertini generis ducitur nomen, interdum autem u, qui ex liberto natus est, libertinus dicitur. Græci hunc ἐλευθερος, sicut illum αλευθερος vocant. Et casta pudicitia velamenta.] Impudicitia velamenta, antea legebatur, nos ita ex vetustis exemplarijs emendauimus, vocat autem pudicitia velamenta, quia sub pudicitia velo impudicitias exercebant. Filij prophetarum, quos monachos in veteri testamento legimus.] Vides, quam alie monachorum repperat institutum, & tamen hodie non desunt heretici, Viclefij sequaces, qui tam sanctum viuendi genus blasphemant, atque irideant.

Scribuntur in psalms. Quid filij Ionadab primi in captiuitatem ducti sint, colligitur apud Græcos ex titulo tantum psalmi lxx. cum ait, τῶν υἱῶν ἰωνὰδ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων αὐτῶν, vt ipsemet Hieronymus

Adeseremus, in Christianis.

Hieronymus latè infra in epistola xiiii. exponit. Tunc ferrum, quod latebat in profundo, super natavit aquæ. Ferrum, quod cecidit in aquam vni ex filijs prophetarum, cadenti ligna, quodq; opera Helijs postea redijt ad summum, usque oporiet; pro latenti, gratiq; monachi inquit se interpretatur, qua mortuo eo, in lucem venit: idq; facit apposta, ac pereleganti similitudine, presertim cum paulo superius prophetarum filios, testamenti veteris monachos dixerit. & ad eandem rem aquæ amaritudinem prope Lxx. palmas à Moysè inuentam, pro crimine quod sancti atq; velo obtegitur, exponit. Nabal Carmelo dixeret. Anarium monachum Nabal Carmelo comparat. is enim erga David, & eius socios, aliquid alimenti benedictionis nomine postulantes, auarissimus fuit, proptereaq; ab angelo Domini percussus obiit, non secus quam dicitur ille in euangelio, qui Nabal Carmelo similis, dicebat se multæ bonæ in annos plurimos reposuisse, nihilq; aliud nisi gaudere, & epulari desiderabat. & mirum est, quàm doctè, & appositè omnia citet D. Hieronymus, & quàm multas historias paucis verbis colligat, & ætymologos exponat, qua in re ita locuples rebus, verbisq; concisus, & clarus est, vt in ea neminem ex veteribus parem profecto habuerit.

Et te deducend ad delictum maximum. Si mei non fuerint dominati, atq; psalmus, tunc inuoculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Maximum autem quod delictum, quod opere, ac re ipsa impletur, vt dicitur ab eo quod mente tantum, ac animo perpetratur.

Vel fuscillam texe iunco. &c. Fuscilla sporula est qua è palustri iunco, quem holoschanum Theophrastus, & Plinius vocant, textitur: cuiusmodi hodie etiam in vsu sunt, presertim Roma, & Reate. Virgilius ex viridi bibisco, quod genus malua est, altum, & hortense fieri solitam fuscillam scribit. Canistrum autem ex lenis fieri viminibus, omnes nominus, ferrare autem humum, est sarculo leniter fodere, & à noxijs purgare herbis. Plautus scribit, occare primum solitos rusticos, deinde ferrare, qua nomina in vsu hodie etiam sunt, sicut nomen areola, qua terra plantis est, sulcis vndique, in quadrum presertim elata. Ecce super percilio. Virgiliana carmina sunt ex secundo Georgicorum libro. describit autem rusticum è super percilio, editoq; cliuo aquam ad irrigandum ortum elicientem, ducentemq;. Vel gemmis, vel furculis. Duo præcipua inscriptionum recenset gener a, surculi autem non solum fisco ligno, verum etiam intrâ ligum, & corticem inferuntur.

Salomonis prouerbia. Vocat prouerbia Salomonis, quoniam ipsius sunt, etsi in alio libro collecta, ac disposita sunt. u enim est Ecclesiasticus. Apum verbè disciplina monastica quàm similis sit, nemo est qui ignoret, presertim cū ex Virgilio, Columella, & Plinio, omnibus compertissima sit.

Omni transeunti diuertit pedes suos. Ezechielis verba sunt, profuturam mulierem appositè describentis. Quintilian acuminis. Quintiliano ingenij acunè irribuit, Ciceroni stultus, quasi fluxu quendam ex copia, & facilitate dicendi manantem; Plinio lenitatem, quod æquabilis sit in scribendo, & vbiq; compositus; Frontoni verò grauitatem, quod tam sententiarum, quàm verborum pondere illi accidisse, verisimile est: eius enim scripta non extant. Qui nulla abstinentia. Legebatur olim, Continentia, in proprio loquendi modo: nos ita ex emendationibus codicibus restitutum. Quasi clauu clauo. Cùm malum male pellitur, aut quid huiusmodi sit, ita dicitur, similitudine à fabris lignarijs accepta, qui clauum clauo trudent. Grues vnam sequuntur ordine litterato. Grues, qua Palamedis aues dicuntur, litterato interdum volare ordine experientia ipsa constat. in quã sententiam scriptum est: Turbabis versus, nec littera tota volabit, vna perdidit si Palamedus auem. Singuli ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi. Audis, quod D. Hieronymi tempore etiam in inferioribus ab Episcopatû gradibus, rectores quidam, & præcellentes graduum erant, sicuti hodie sunt.

Aurum comeditur. Vocat aurum res auro, ac magno pretio emptas. Pomparum ferulicus similes. Publica ostentationes, qua vel in ludis, vel triumphis, saneribusq; sollempnibus fiebant, pompa dicuntur: nomen Græcum est, & à ducendo venit. Demosthenes ad hoc ipsum alludens in prima Philipp. οὐδὲν τὰς ποικίλας, inquit, ἠμύνοισι. Plutarchus in Apoph. οὐδὲν ἠμύνοισι dicit. Ferula verò erant, quibus Deorum imagines, hostium spolia, Reges deuicti, corona, vel quid simile ferebantur, vt à populo spectarentur: vnde & à ferendo nomē acceperunt. Caninam exerceat facundiam. Mordacem facundia caninam vocat. sic enim Appius quoque maledictum, ac rixosam eloquentiam vabularum solebat appellare. Idem Appij dictum recitant Quintilianus lib. xij. c. ix. Lactantius lib. vi. c. xix. & Nonius Marcellus. Cornicantes. Cornicari, est cornicum more ferrare. Græci κορνικῶν, καὶ κορῶν εἰρ dicunt, hinc Perphanum illud, Et clauso murmure rancus, Nescio quid recum grate cornicarum inepti. à quo etiam accepit auctor, quæ ait, Verba trutinantur. & alibi, dum ad Damasum scribens dicit, Inflatu buccis verba spumantia trutinunt. Est autè trutinare, examinare, ac ponderare, sicut trutina statera est, qua res penduntur.

Græci appellant. & opus forum, vt opus lex. inde & opus Scholia tom. 2.

peluoros, adilis, seu magistratus, qui in foro, ac mercatu legem præscribit. vtitur hoc nomine in politicis Aristoteles, vbi & alio in loco de vicijs eum appellat. Publicè extendentes manus. Sic enim in oratione sit, quemadmodum ait Apostolus, seuentes puras manus in omni loco, loquitur contra priuatos monachos, qui cum in publico erent pro populis, occultè tamen diuitijs parandis incubant. Ita ergo age & viue in monasterio, vt clericus esse merearis. Audis quàm sancta, ac necessaria vita, professioq; clericorum est, vt è monasterio ad eam profitendam interdum eligerentur. Aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari, aut manu auriculas agitari alini, aut æstuantem canis protendi linguam. Huius gestibus irrideri homines solebant, brachio instar ciconiarum colli curuato, manu asini auriculas imitante, & lingua estuantis canis modo exerta, hæc enim omnia à Persio, quo Hieronymus maxime delectatus est, habuit. ait enim ille: o lane, à tergo quem nulla ciconia pinxit: Nec manus auriculas imitata est mobilis albas: Aut lingua, quantum sicut canis Appula, tantum.

Testudineo Grunnius incede ad loquendum gradu. Inuehitur in quendam rabulam, qui, porcorum instar, singulis quibusq; detrahendo, obmurmurandoq; detrahebat, cum tamen incesu grauiorem quendam testudineam præferret; est enim grunnire porcorum, ficticio à voce nomine. hinc Porcelli testamentum vulgatum est, quod Grunni Corocotta inscribitur. Creticum dices esse Longinum. Longinus Cassius doctus vir fuit, & ob inuidiam maximarum opum à Nerone occisus est: vt Tacitus, & Iuuenalis auctores sunt. Cretici autem nobiles Romani fuerunt, in quem sensum scriptum est à Sartyrico, Et metuas ne tu sis Creticus, aut Camarinus, reposuissent profecto Creticum, (sic enim docti, qui de aliorum scriptis perfricta nimium fronte indicabant, Græco nomine appellabantur) si exemplaria aliqua consensissent. cum hoc enim conuenit, quod eum statim censorum vocat Romana facundia, qui instar Catonis Censorij, quem veller, notaret, & è senatu peritorum eiceret: sicut Rome in eijciendis è numero senatorum ciuibus Censores olim facere consueuer. vocat deinde illum intus Neronem ob luxum viuentis, foris verò Catonem propter supercilium, & iudicandis censuram. Viam relinquere regiam. Publica ac rectam ita vocat: Romani militarem à transitu exercitus appellabant.

Vidua Sareptensis imitator. De Sareptensi Sardoniorum vidua, qua, vt Heliam famescentem pasceret, ipsa sibi cibum præripuit, clara est historia.

SCHOLIA IN EPISTOLAM V.

Mutorum etiam potest ora laxate. Legebatur olim, Multo. Mutorum hæc rim: nos ita ex emendationibus codicibus correximus. Pennatis, vt aiant, pedibus. Ita vocabant miram in eundo celeritatem, ræta metaphora à Mercurio, Deorum nuncio, cui ex penis talaria verbera pedibus addebant. Expressa sanctitatis vestigia. Aliter, insignia.

SCHOLIA IN EPISTOLAM VI.

Non multum perditura erit caritas. Perperam prius, perditura est, vt aiant, pedibus. Ita vocabant miram in eundo celeritatem, ræta metaphora à Mercurio, Deorum nuncio, cui ex penis talaria verbera pedibus addebant. Expressa sanctitatis vestigia. Aliter, insignia.

Perperam prius, perditura est, vt aiant, pedibus. Ita vocabant miram in eundo celeritatem, ræta metaphora à Mercurio, Deorum nuncio, cui ex penis talaria verbera pedibus addebant. Expressa sanctitatis vestigia. Aliter, insignia.

SCHOLIA IN EPISTOLAM VII.

Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelè. Ita habent omnia exemplaria antiqua, tam impressa, quàm etiam manuscriptorum, conuenientiq; cum vulgata editione: mox præter olim impressa, & vnum manuscriptorum, cetera omnia subdunt: Et sanctificatus est mulier infidelis in viro fidelè, nos vtrobiq; vulgatam, veteribus codicibus eo, vt diximus, modo adiuti, lectionem reliquimus, quamuis in Græco legatur, ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ. Tu es nata de impart matrimonio. Impar matrimonium est fidelis cum infideli, hoc contra-here ab initio religio Christiana prohibet, contractum verò non dirimit, si infidelis cum fidelè habitare consentit, vt inquit Paulus in hoc quem D. Hieronymus citat loco. Ego puto etiam inquit Iouem. Aliter, ipsum iuuenem. Difficultatem interpretis admittentis, prosumq; pro Iouem reponendum esse coniecit, falsa tamen est coniectura. hyperbolice enim loquitur, quod si, iuuenem, legere placet, intelligas de Lara ipsius patre,

ipſius patre, & ano Pauli infantis, quem ait, cum eſſet iuuenis, etiã ipſum poſuiſſe in Chriſtum credere, ſi tale habuiſſet cognationẽ. & in hũc ſenſum dixit: tam candidatus eſt fidelis, quem ſhorum, & neporum credens turba circumdãt. & ſtatim: Deſinat licet, & c. & deinde: Non deſperes parentis ſalutem, & eadẽ fide, qua meruiſti, filiam, & patrem recipias. Nonne ſpecum mithræ.] Perſæ *μῆτρων* ſolẽ vocant: in cõtã banãq; ei bouem, cornuq; bubula vitraque comprimebat manu. Iuſtinus Martyr panem & vinum in mithræ ſacrificiũ offerri ſolũ ſcribit, offerens hoc Diabolici arte inuentum, vt ſacrũ, ſanctum q; Euhariſtia hunc eundem eſſe exiſtimat, quem alij Phœbũ, alij Iſaam, & Aegyptij Serapim, vel Oſirim appellunt. Quibus Corax, Niphus, miles, leo, Perſes, Helios, Bromius pater iniuntur.] Illic locum, alicubi deprauatum, interpretẽ adẽ non intelligendo corruptũ, vt ad genuinũ ſenſum reduci vix poſſit. nãm cum omnia conſentiant exemplaria, ipſe iamẽ opidorum nomina eſſe ratus, ita legendum exiſtimat: Corax, Nibũ, Mylon, ſeu Thmũs, Leon, Heliodromus. Per ſen enim omittit, quãdã huius nominis opidũ non inuenit, apud Aegyptios præfertim, quãdã omnia reiecit. Leon autem pro Leontopolini interpretatur. Heliodromi in urbem fuiſſe cõigit, à curſu ſolis appellatam, minorq; cur pro Helioſi non acceperit. Coracem verdẽ cum in Aegypto apud veteres non inuenit, illam eſſe urbem exiſtimat, que inter Callipolim & Naupactum Corax dicitur. Nos deorum nomina huiusmodi formis inſignia eſſe magis exiſtimamus. Corax ſcilicet corvũ, à quo Coracina ſacrã ſunt appellata. Nilus, ita enim lego, ac cipitris, qui etiam ipſe colebatur. Melis, taxi, Leo, leonis. Perſes, Perſis, ſolis, & Perſa nymphe filij, Regis Taurica regionis ſacriſſimi, hunc enim Perſæ, veluti gentis auctorem, colebant, non ſecus quãdã Solem patrem. Helios, ſolis, Bromius, pater Bacchi. Initiari autem hos deos ſtatũ dixit, pro dedicari, ſacrãq; quãmvis Reatinẽ eccleſia codex antiſſimus non imitatur, ſed imitebantur, ſcriptum habeat, qua lectio prior eſt. & rectẽ de falſis numinibus dicitur, quãdã ſtatuis imitantur, ſicuti etiam ait Baruch cap. 6. Erant autem hæc omnia ſimulacrã ceterõ magis portenta, ſanctiã in urbe Roma, qua à Graccho, Lata propinquo, in prætura verbanã deſtructã, combuſtaq; eſſe ſcribit. Quod verdẽ bellũs omnis generis veteres colerent, & ſub animalium ſpecie deorum ſimulacrã formarent, vt ſerpentem pro Aſculapio, bircum pro Pane, ſilurarum deo, canem pro Mercurio, comperiſſima hiftoria eſt. Aegyptius Serapis Chriſtianus factus eſt.] Hoc eſt Aegyptij, qui Serapis, ſeu Apin bouem colebant, Chriſtiani facti ſunt, vel potius eius templũ in eccleſiã Chriſti conuerſum eſt. Matnas Gazæ.] Gaza, Palaſtina maritima urbs erat, vbi Iuſtiper opidanorum lingua Marnas dictus colebatur: quo nomine Cretenſes virgines appellabant, meminit horum D. Hieronymus expoſitione ſuper Iſaiam hijs verbis: ſine deſtructã idololatria extiruetur Euangelium, hoc & noſtris temporibus videmus eſſe completũ. Serapiũ in Alexandria, & Marnæ templum Gazæ in eccleſiã Domini ſurrexerunt, & cinitates Aroer euangelicis gregibus præparata ſunt.

Et currente vota.] Sumptum eſt eſe poetica Horatij, dum ait: Amphora cepit inſinui, currente rota, cur vireus exit; ſic enim euenire interdum ſiguli ſolet, vt, dum vnum formare inſtituant va, corrente tamen rota ex improſita manu diuerſum aliud fiat. Metaphora perpulchre accommodatur magnis inceptis, quæ reſpondentes ſibi ſines non habent, amphora enim magnam eſt va, vireus verdẽ paruum. Iſta ſunt primogenia.] Omne primogenitum maſculinum Domino conſecrari ſolitur, quod ſacrũ inferui et miniſteria, locoq; eorum Leuiticã tribum poſtea acceptam, clariffima eſt apud ſacras literas hiftoria.

Tortuoſiſſimi animalis.] Sic vocat camelum, ex cuius pilis Ioannes amiciebatur. Stylum in cera ducere.] Veteres ceras in tabulis inſtrumento quodã vel ferro, vel aneo, ſimilũq; materia, veluti gradũ quãdã acu ſcribebant, illudq; ſtyliũ vocabant, vnde & dicendi genus ſtylium adhuc dicitur. De Matthæo, Lucaq;] Hi ſoli Chriſti genealogiam ſcripſerunt, ſed primus ab Abraham tantũ orſus eſt, alter verdẽ ab Adam. Librariõ vilitate.] Librarij prima litterarum elementa pueruloſ olim doceant, erat autem huiusmodi munus vile: propterea addidit, vilitate, præferim ſi conſideremus Ariſtotelem, præcellentiſſimum omnium philoſophorũ, ſe eõ demiffiſſe vt prima elementa doceret.

Gracchorum eloquentiã.] Diſertiſſima fuit Gracchorum mater Cornelia, Africanũ maiorũ filia, cuius olim erudiſſime extrabat epifola, vt aucter eſt Quintilianus, qui Celõ etiam filiam ab doctriam multum commendat. In priſtinũ colorẽ reuocet?] Candorẽ, quidã codices habet, vocat autẽ lanam conchyliã purpurã, qua conchyliorũ quorundam ſanguine inſicitur. Recens teſta diu.] Horatiana ſententiã: Quo ſemel eſt inbuta recens, ſeruabit odorem Teſta diu, ingentes enim amphora, quibus olim veteres, vi nos dolius lignis, vinum ſeruabant, teſte diuntur. Patrẽ tribus agnoſcat.] Paruulorum infantium eſt, viſu, vt ait poeta, cognoſcere patrẽ. Ne ceruſa, & purpurillo.] Ceruſa candidus, purpurillo nũs atq; purpureus color inſicitur: iſq; vana

A mulieres fucari ſolent. Ne capillum irruſces, & ei aliquid de gehennã ignibus auſpiceris.] Irruſcare capillũ, eſt ruſum efficere, ignis autem vſus erat in eo irruſpando, & in cincinnõs vertendo. Calamiſtrum enim, quo hoc fit, igni prius admouetur. Mundano more texuit.] Pexuit, prius legebatur, vti hinc hæc germanior lectio eſt: plus enim vanitatis eſt in texendo, quã in pellendo crine. Ne feriat ut à malleo vniuerſe terræ.] Sic vocat Hieronimus Diabolũ, quo vniuerſi homines percutiuntur: idemq; aureum calicem Babylonis appellat, mandanarum rerum pulchritudinem, quibus ad bibendum, peccandumq; allucimur.

Pythagoræ littera.] Hæc littera, à Virgilio celebrata, humana vita ſpeciem præ ſe fert, cum enim per adultã iam etatis annos ad biuium littera peruenit, dextra homini offertur, qua per abruptũ aſcenſum reſiſq; apicem, laborioſam virtutis oſtendit viam, qua ſtanditur ad quietẽ: ſiniſtra verdẽ, facilem, & vitioſum monſtrat, cuius ſumum ad lapſum, & ruinam vergat, hoc ipſum Herculi per duas mulieres indicatũ, Xenophõ auctõr eſt. Et auferentes theiſtrum pudicitiaq;.] Deprepor, xã dẽsẽs quor, xã dẽpẽpẽr, v, pallium lineum, ſubtileq; quo meſis tempore, vde & veſti nomen, puella virgines vti ſolebant, dictum, vt ait alibi ſuper Iſaiã idem Hieronymus, quod v dẽpẽs, hoc eſt in eſtate, & eſtu feminarum corpora protegant: ſicut xẽĩas por, erat id genus quo bieme vtebantur. Indorũ Brachmani, & Aegyptiorũ Gymnoſophite.] Brachmanes philoſophi erant apud Indos, qui mira quãdã ciborũ viuẽbant abſtinentia: & Gymnoſophiſta in Aegypto, qui nudi philoſophabantur, hi enim à vino, & omni carnis genere abſtinebant, ſimulacrãq; omnia iconoclaſtarum in morem contemebant, meminit horum Philoſtratus: quorum principem Iarcam Apollonius Thyanẽus ſedentem in ſolis inuiſit, ac de quæſtionibus multis percutatũs eſt. Nullũs cincinnatus arideat.] Mortos capillos, & annuliſtar crenatos, cincinnos veteres vocabant, hinc Cincinnatorũ nuncupatio. Et alluceſcat exemplo.] Audi, quã clarẽ canonicarum horarum faciat mentionẽ, nocturna videlicet, primã, terciã, ſextã, nonã, ac veſperina: cãm tamen hodiẽ hæretici cunctã irrideant. Calathũ.] Vas vimineum, ſeu ciſtella, vbi mulieres penſa, tramam, ſtaminaq; ponere ſolent, eſt autẽ ſtamencela quæ extenſa ac firmã ſtat, ſicut tramo ſilum, quod ei amecendum excurrit. Bombyces autem ſunt ij vermiculi qui mori fronde nutriti, ſericas deinde telas, quibus ouata forma includuntur, texunt: ſicut Seres Indiã populũ ſunt, qui ex quarundam arborum folijs lanuginem tenuiſſimã ad veſtes texendas depeſcunt, de quibus Virgilius: Vellerãq; in folijs depeſcunt tenuia Seres. Aurum autem ideo in ſila lenteſcere dixit, quia arte, & induſtria aurum trahitur, ita lenteſcens in ſilum ducitur.

Cultores Iſidis, & Cybeles.] Cultores Iſidis Aegyptij, & Cybeles, qui Galli vocabantur, poſt longa ieiunia phaſianũ, ac delicatũ caribum reſiciebantur, Equis laxanda properantibus.] Sic faciebã aurigæ, dum in circo currebant, Cochlearum more.] Cochlea diũ ſe ipſas intra teſtam reuocant, obductõq; illius ore, diu nil comedunt, humore prius contraãto veſcuntur, ſic euenit illis qui poſt longas crapulas ieiunant, Aqualiculum autem vocat Perſus ventrem, dictũ à vaſe in quo porci ſorbent. Finitus labor maior.] Finitus labor maior eſſe poteſt, quia reſpirandi tempus habet: at inſinitus nõ ita, ſed moderatũ eſſe debet, quia quietendi tempus non habet. Turpare feſtinat naturalẽ pulchritudinem.] Magis placuit hæc lectio, quã turbare, vt legebatur antea. Pellis Babylonica vermiculata pictura.] E Babylonia olim, ſicut nunc ex Aſia Turcica, pelles variegata coloribus, & vermiam inſtar punctis notisq; diſtinctã offerrebantur. Heptateuchũ.] Medicum & alterum ex Florentia exemplar, Heptateuchum, ſeu Heptaticum, habebant, quo nomine alibi viuit D. Hieronymus, eõq; vocare ſolebant veteres quinque Moysi libros, cum duobus alijs, Toſue ſcilicet, & Iudicum. Caueat omnia apocrypha.] Audi quanto ſtudio contendat Hieronymus, vt ab apocryphõ nẽctione homines auocet, & in ſanctũ catholicũq; librũ maxime ſiſtat: cãm non omniũ ſit, ex luto, & ſtereore aurum, vt ipſe ait, legere, & tamen in eam inſolentiam hodiẽ pleriq; Chriſtianorum venerẽ, eõdẽ proruperunt aũdaciã, vt nec Ecclẽſia legibus, quæ ſanctẽ, pietẽq; legendũ librũ indices præfixerunt, nec ſalutiſ conſequenda deſiderio teneri, cõtriceriõq; poſſint, vt non paſſim, nullo habito delectũ, ad quaque etiam inhoneſta, ridicula, & hæretica legenda quotidie properent: cãm tamen nihil magis exitabile malũ, in doctõq; hominibus ſit, quã cœnoſa quilibet, ac ſeculentã volumina manibus, oculisq; verſare, ſi vis non pollui hæreſibus, nec ritibus contumari, & inoffenſo, vt ait Hieronymus, pede currere; omiſiũ pudicũ, & hæreticorũ ineprijs blaſphemisq; in catholicorũ ſanctorũq; Patrũ lectionibus verſare, illos lege, illos audi, illis pare, in hũc enim ſenſum ait vir ſanctus: Cypriant optuſcula ſemper in manu teneat: Athanaſij epifolã, & Hilarij libros inoffenſo decurrat: pedẽ illorum tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorũ librũ pietas fidei non vacillet: ceteros ſic legat, vt magis iudicet quã ſequatur. Mitte auicã, & amirã.] Aman Paulũ ſeniorẽ, amitã Euaſtichium vocat. Redde pretioſiſſimã gemmam cubiculo Mariæ, & cuius Ieſu vagientis impone.] Vocat cubiculum

rubricam Mariae, diuersum ubi peperit: quod specum quandam fuisse, pastoraleq; tugurium, ex Iustino, Theophyloto, & artibus, ex eodem q; Hieronymo alibi constat. Et in eadem sententia cunas vocat fuisse autem ibi monasterium vbi Sanctimoniales sub Praefecta Paula degebant, & ad ipsum praesepe altare substructum, constat ex epistola xxvii, & xlvi. Videre locum, & cognatam. Paula vetula Lata socrus erat, quippe cum eius filio Toxorio nupta esset Lata, cognata autem Eustochium erat, veluti mariti foror. Primam Dei sententiam, secunda Euangelij lege mutares. Primam vocat sententiam, eam qua dictum est post diluuium, Crescite, & multiplicamini, secundam vero Euangelij legem, cum Christus commendat eos qui se castrauerunt propter regna caelorum.

SCHOLIA IN EPIST. VIII. AD DEMETRIADEM.

Vt in clity oratoris vtar sententia. Hanc sententiam in dialogo Ciceronis de Rep. esse, Seruius in vi. Aeneidos prodit. citat autem eam his verbis: O Fanni, causa difficilis, laudare puerum: non enim res laudanda, sed pes est. Flammeum virginalis. Velum rubrum, quo nuper nupta mulieres caput, partemq; faciei tegendo utebantur, flammam, flammecolumq; dicebant, nomine a colore, vt ego existimo, flammam imitante, vel vt alij volunt, quod Flaminica Flaminii vxor eo velaretur, tractum est. Graece ελεγοιον vocant. Proborum, & Olbriorum. Probi, a quibus Proba, Demetriade mater, & Olbrij, a quibus Olbrius pater, venere, nobiles Romani fuerunt. certe Olbrium patrem virginis fuisse, Hieronymus clare asserit, dum dicit: Aut proferendum Olbrius, virginis nostra pater, quem immatura morte subtraatum Roma conegnum. Probus etia, & Probrius, non auunculi, sed patris fuerunt. orti enim sunt vna cum Olbrijo ex Proba virginis auia: & ita germani fratre fratres, in quam sententiam loquens infra de Proba ait: Proba illa omnium dignitatum, & cuncta nobilitatis in orbe Romano nomine illustrius: cuius sanctitas, & in vniuersos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit: quam trium liberorum, Probini, Olbrij, & Probi non fatigatur ordinarij consulatus. Optare id, & scappetere non audent. Falsd prius legebatur, Auderet. loquitur enim de Iuliana matre & Proba auia, quibus non displicebat sancti virginitate de virginitate propositum, sed quod pro rei magnitudine optare id, & appetere non audent. Quid faceres in martyrio perpetuando? Hic etia falsd antea legebatur, in martyrio perpetrando. occisores enim perpetrant, no martyres. hi enim patiuntur. Et tu in Libyco littore. In Africa dum esset exules, ob deusfatam vrbem, cuida Romano nomine illustrius: defensore Demetriadem querebant mater, & auia.

Procatia tibi Fescennina cantabit. Nuptiales versus protaces, ac petulantes Fescennini dicebantur, ducto nomine vel a Fescennino opido, vbi primim inueniuntur: vel quod facinum thalami prohiberent.

Magalia. Villatica casula, quas aliqui attegias vocant, Punica lingua magalia dicuntur. Virgilius mapalia etiam vocat, dum ait: Et raris habitata mapalia tectis. Erant autem viles domunculae, & quasi rotundae quadam cortes. Non sicut post Trebiam, Thraymenu, & Cannas. Quo modo sub Sempronio consule ad Trebiam fluium, Placentiae proximam, & sub C. Flaminio ad Thraymenum, Perusia lacum, & sub Varone, & Paulo Aemilio ad Cannas, Apulie vicum, castra tot Romanorum millia sunt, notissima est ex Liiio historia. Insolentem quoque tot victoris partu Hannibalem, ac vincti propemodum nesciunt, quo modo, defensa Nola, M. Claudius Marcellus reprimendo, Romanos exerecit, Liius hi verbis explicat: Vix equidem autim affirmare, quid quida auctores sunt, duo millia & ccc. hostium casos, non plus vno Romanos amisisse. siue tanta, siue minor victoria fuit, ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit, non vinci enim ab Hannibale vincensibus difficilissimum fuit, quam postea vincere. Strata Gallorum agmina, auro redempta nobilitas. Quo modo, capta Roma a Galis, vno dumtaxat Capitolio excepto, Camillus Dictator adueniens Gallos vicerit, promissumq; aurum solui prohibuerit, Liius libro quinto luculentius scribit. Tanti, vt dicitur, vitrum, quanti margaritu. Prouerbijs est, vt doceamur, Pluris asfirmare pretiosa quam vilia. & si hominibus no damus nuptas, nisi corpore, menteq; integras: quanto magis id obseruare debemus in ijs quas Deo sacramus? taxat enim hic D. Hieronymus eos qui deformes tantum, corporeq; non integras filias Christo dedicant, illosq; qui, pauperibus reliquis virginitatis, omne sero patrimonium pro dote nudentibus tradunt. A sancta Christi Snoride. Exemplar Medicem hic habebat, a sancta femina nu detraatum, sed virgini traditum, ne sponso fieret iniuria, vt seminarum nomine matrem, autamq; de quibus hic loquitur, intelligas.

Si fractus illabatur. Horatiana sunt carmina, de Stoico sapiente loquentia. Quasi Orcus in Tartaro. Orcus Pluto, & inferni fluminis dicitur, ad id est sepulchrum, quod est coercere: quo nomine iuramentum etiam appellatur. eo enim homines coercentur, ne desint promissa. Sunt qui putant fluium illum ad inuicando nomen accepisse, quod per eum, non secus quam per paludem stygiam, Dij iurarent. Cer-

berum autem canem tribus horrendam capitibus, inferniq; ianus custodiendam, poeta fabulati sunt. propterea tricipitem vocant.

Brennus nostri temporis. Sic vocat Africa tyrannus, a Brenno Gallorum Rege, qui Romam, victis prius ad Alliam vinum Romanis, cepit. Vnum illud, Virgilius versus ij sunt. mutauit tantum Deo, pro Dea. Qui est vobis. Mentem significat vobis, poniturq; pro intellectu, summa animi parte, qua ratiocinamur, & comprehendimus, usq; etiam ea qua a sensibus sunt separata. Purpurillo, & cerussa. Pigmenta erant, primum quo rubor genis, alterum quo candor faciei inducebantur. turritum vero verticem alienis capillis, id est mortuis, vt vocant, & appositis, turris instar extructum, dixit.

Candore margaritarum. Margaritas perlas nunc vocant, suntq; candore conspicuae, sicut smaragdi viuentes, ceramij, quibus a fulmine nomen est, & hyacinthi carulei, qui pelagi color est. Et opibus tuis. Operibus, legendum est, vt aubi diximus. A vero lumine separantur. Corrupte prius legebatur, separatur. Vt de sentibus, & tribulationibus feminarum. Aliter, Tribulio. Et crebro signaculo crucis. Frequenter admo- net D. Hieronymus, vt crucem in omnibus nostris necessitatibus fronti figamus: contra illud quod hodie docent heretici. Mense septimo. Hebraei non habent anni, mensumq; initia, vt nos. annum enim a nouilunio, quod est ante verum equinoctium, incitant, mensumq; semper a noua luna, cum qua etiam finiunt, & ab his festorum tempora as- sistantur: seti caput anni, quo ad conditum mundum, aut unio adscri- bant, septimus igitur ab equinoctio verno mensis, in Septembrem ferme incidit. Vt comico quoque versus exprellum sit. Intellegit de Terentio, qui hoc dictum vsurpat. Nullum scias, quem illae nesciant. Loquitur de matre, & auia: cum antea, illi pro illis, peperam legeretur. Et tamen velle, & nolle nostrum est. Vides quam apte gratiam cum libero iungat arbitrio, & contra.

Perditi mentis homines. Ita emendauimus, antea enim scrip- tum erat, Perdita mentes hominum. Post votum obtulerunt quasi sua. Genuinam rationem reddit cur Ananias & Sapphiras pec- cauerint, proptereaq; subita percussit sint morte, non enim errassent, par- tem facultatum suarum tantum offerendo, nisi illas omnes voto prius obtulissent, & sic mentis etiam non essent spiritui sancto. hanc autem veram esse rationem, constat ex illis verbis Petri, cum ait: Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? nome manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Fraudare enim dicitur, ut alienas res occupas: sicut mentiri, qui falsum pro vero prudenter dicit, quod virumque illi fecerunt.

Alij aedificent ecclesias. Non vituperat simpliciter ecclesiarum, sacellorumq; substructiones, sed eleemosynas in vna Christi templa magis commendat: veluti ex Domini sententia diceret: hac oportuit facere, & illa non omittere. Praeter psalmodum & orationis ordinem. Inculcat multis in locis D. Hieronymus canonicas, vt modo vocamus, horas: de quibus scriptum est: Septies in die laudem dixi tibi, & tamen hodie heretici hac omnia, veluti nenias, irrident. Vel staminis pollice fila deducito. Stamen tela est ad extendendum extensa, a stan- do dicta: subtegem vero seu trama, ea que per stamen tela excurrit.

Anastatus Episcopus. Romane Ecclesiae auctoritatem quanti faciat D. Hieronymus in rebus fidei, ex hoc loco discere omnes possunt. Fraudulentias eorum, & cuculos. Egregie hereticorum astus describit: clam enim, ac latenter veluti per quosdam cuculos Ec- clesiam, eiusq; fideles aduimunt, mendacium enim tenebras, veritas autem lucem amat. Saecularem versus assumens Apostolus. Senarius iambicus, ex Menandri comedia, in hac verba: φειραυρ ἴβη xηλοδ' οὐκ ἔταξ' ἔργα. metri ratio seruata in hunc modum fuisse, Mo- res bonos colloquia corrumpunt mala. Soccosq; crispantes. Cris- pantes, dixit, quia multiplici supra pedem facci instat, vnde est illi no- men, asurgebat, calciamenti genus erat comicum, ac muliebre.

Cincinnatiulos pueros, & calamistratos. Capillarte inori, ac veluti catepati, cincinni dicuntur, calamistrum vero acus quadam longa, qua ad igne adhibita, calefactaq; crispantur, torquenturq; capilli. Peregrini muris olentes pellicula. Pelliculas, impressi codices prius habebant. Mus vero peregrinus, anim al est, ex quo fragras liquor, pelliculam etia afflans, provenit: apud nos rutili sunt, & in siluis, agrisq; viuunt, a domesticis muribus parulis nihil differentes, verum hic de ex- tero loquitur mus. Murs vero nomine veteres comprehendebant ani- malia, etia felis magnitudine, vt est mus Alpinus, quem Martotta nunc dicunt, & mus Ponticus, quem Armellinum appellant. similia etiam sta- tura est is ex quo Zibettum colligitur. Muscus vero valde maior.

Quorum importuna visitatio. Quorum, antea, sed per per ad legebatur. loquitur enim de iuuenibus virginitate inuisitibus. Sophronius opuscula sic vocat, vox Graeca Studia, resq; studiosae elaboratas significat. Ad dulces Iordanis perue- nire aquas. Sic conuenit Iudeorum populo sub Iosue duce, transito enim

Iordane, promissionis terram ingressi sunt. propterea dulces vocat, veluti quae laborantibus quietem praesentent. Sanctum virginum propositum, & caelestium Angelorum consimilem gloriam.] Germanior est haec lectio, quam in pressa, Et caelestis Angelorumq; familia gloriatur. quippe cum caelestis gloria dicitur a quaedam ab Angelica esse videretur, cum eadem tamen sit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM IX.

Vnusquisque enim non hominum, sed rerum pondere iudicandus est.] Alter, vtrumquodq; enim non hominum, sed rerum pondere iudicandum est. Consulto autem hoc notamus, quod etiam factum in omnibus lectionibus dubijs, vt quibet eligat quam voluerit.

Alloquimur igitur diuitem pauperem, nescientem ipsa quae possidet.] Olim scriptum erat, vt nesciat ipsa quae possidet, quae lectio incongrua est; quippe cum propterea diuitem pauperem vocet, quod nesciat quae possideret, cunctaq; in elemosinis infumaret.

Sic tulit, vt eum profectum crederet, non amissum.] Legebatur prius, Sic exultat, vt eum profectum crederes, non amissum, quae lectio incongrua erat. nam etsi, exultat, intelligi postu ad sepulcrum: conuenientius tamen est, vt ad mortem referatur, quam ipsa sic seuit, & scituli, &c. Crederes, autem verbum, inepta persona mutatione positum erat. Pro officio sacerdotij.] Fuisse presbyterum Hieronymum, ipsemet multis in locis asserit, propterea, in sacrificij vsu relicta sibi a Neoplatano tunc, in eius epistaphio scribit. Interpellaricem duri iudicis viduam superans.] Deerat olim vidua nomen, loquitur de vidua, cuius mentio est apud Lucam c. 18. quomodo Erasmus putet, sed falsd, ex Deuteronomij 25. capite acceptam historiam.

Ad illius merita pertinere doceret.] Olim scriptum erat, Ad illius merita pertinere, deerat enim verbum, Doceret sciam tamen necessarium hoc in loco sit. Nihil nocuit militanti paludamentum, & balteus, & apparitorum cateruq;.] Chlamys militaris, qua quis, auctore Varrene, pulam fiebat, ceterisq; conspicuus apparebat, paludamentum dicebatur: sicut balteus cingulum similiter militare, coturnicium, magna ex parte nullis ornatum. Apparitores autem, magistratuum satellites sunt, statim ad obsequium apparentes. Furua tunica.] Furua pro pulla, ac nigra dicitur. Daniel, & tres pueri praerant Babyloniae opibus.] Operibus, habebant quadam exemplaria, nos reliquimus, Opibus quia vt eunachi, & custodes Regis, eius cubiculo, rebusq; domus praerant. Quo modo camelus introire possit per foramen acus.] Iudaeos animal est, quem camelum Latini vocant. ruidos autem rudentem seu funem nauicum significat. licet autem magis propria metaphorā ad foramen acus videatur esse funis nauicum quam animal camelus, Dicit tamen Hieronymus Christum de animali, non de rudente, intellexisse vult. cui rei non solum veteres, quid ipsum tractauerit, adspiciantur; verum etiam nominis vna in littera differentia assentitur: praeterquod τὸ ἀδύνατον, de quo loquitur Christus, magis explicatur per tortuosum hoc animal quam per rudentem. Quae impossibilia sunt, inquit, apud homines, possibilia sunt apud Deum. Effusiat, vt habet, Erasmus. Ibi diuitia superuacuae.] Vbi, pro ibi, perperam antea legebatur. Rosarium & liliorum calathus, eboris ostriq; commercium.] Eboris, stolis, ostriq; commercium, habet aliqua exemplaria, sed perperam, rosas pro verucundia, lilia pro virginitate vsurpat, & eodem sermo tendit, eboris candor, & ostri purpura. vnde Virgilius, Vel ebur confunditur ostro. Infrā in epistola ad Furiam, Virginitum illa, & martyrum rosas dixit. Eligatur vidua.] Magis propria est haec lectio, quam illa prima; Eligatur in viduam, non enim eligebatur vt esset vidua, sed iam vidua eligebatur in ecclesie ministerium, a qua etiam sustentabatur, & hoc dicendi modo Apostolus vritur.

Phasidas aues, crassi turtures, attagen Ionius, & omnes aues quibus amplissima patrimonialia auolant.] Phasides, turturesq; nosissimae sunt, attagen vero, seu attagena, quae inter raras aues omni, auctore Plinio, existimata, & quae ionica, & Graeciae regione, quod illic laudatissima esset, appellabatur, licet Phrygiam quoque Varro commendat, hodie Francolinus vocatur, galinam a magnitudine superat. Auolare autem verbo apertissime hic vsus est Hieronymus, loquendo de anibus.

Audi, quid ex persona viduae.] Intelligit de Didone, cuius apud Virgilium in quarto haec sunt carmina. Quas Graeci τρωαδαείας.] Tentationes solummodo communiter appellare, elegantiores, per turbationes vocant, quippe cum vs animus impulsus perturbatione. Graeci τρωαδαείας, hoc est, ante passionem dicunt: quo nomine medici morborum initia, reditusq; intelligunt. Nam vitij nemo sine nascitur.] Horatij carmina haec sunt. Archytæ Tarentini.] Pythagoricus philosophus hic fuit, Platonis aequalis, & amicus. Oestro libidinis.] Oestro vulgo tabanus nunc dicitur. Columella est in extremis sanis nasci solet, amplioris magnitudinis quam sint apes. Virgilius ita eum describit: Est locus Silarici arca, illicibusq; virentem, Plurimum Alburnum voltans, cui non in Aflo, Romanum est, castrum Graij verrere vocantes:

A Asper acerba sonans, q̄to tota exterrita fluit Dissingunt armenta, Vocatur autē castrum ab eispeo, quod est, agitor, seu instimulor: poniturq; pro stimulo, ac furore. hinc Chrysofostomus, vt supra dicitur, dixit in libro de sacerdotio. Annam, filiam Phanuelis de Euāgelij claritate.] Caritate, impressi antea habebant codices, sed falsd.

SCHOLIA IN EPISTOLAM X.

A Camillo.] Venisse Furiam a Camillo, familia id ipsum nomen ostendit. L. enim Furius Camillus is dictus est. Furius autem, non pronomem, vt putat Erasmus, sed familia, cognationisq; nomen erat.

Iratusque Chremes.] Horatianum ex poetica carmen hoc est.

Consurgent proceres.] Sic ciuitatis, ac Reip. principes dicimus, sicut patricios nobiles, & a patribus ortos, non plebeios. Domini mei titulum.] Samaritanus enim iniuria causa Christus vocatus est, sed falso, erant enim Samaritani eo tempore schismatici, hereticiq; vt qui a tribu iuda, quo ad religionē attinet, omnium tribuum prima descenderant, templumq; alterum in monte Garizim, ne Hierosolymam amplius accederent, erexerant, quod ipsum nunc fieri ab ijs qui a Romana Ecclesia obedientia separantur, quotidiē ingemiscendo videmus, errasse olim ab ea Samaritanos, Christis aperte illis verbis ostendit, cum ad Samaritanam mulierem loquens ait: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex iudaeis est. Quae verba mirum est quantum contra schismaticos, hereticosq; nostri temporis conueniant.

Geniuus infigit.] Geniuus vocari intus, quibus cibis conficiatur, dentes, Cicero auctor est, dicti sunt autem ita vel a genis, vbi dependent, vel quod primi omnium gignantur, insigere autem geniuum, vel, quod dixit Persius, insingere, est clam, ac subdole obreclare, ac lacerae aliquem. Ad virtutes prouocentur.] Impressa haec lectio est, altera multorum codicum, Ad virtutes non prouocent, est.

Coturnicum carnis.] Aptē, quod euenit Hebraeis in coturnicum carnis, ad carnalem coitum transfert. In eadem pedicas.] Sic vocatur laqueus quo pedes illigantur, Virgilius: Tum gribus pedicas, & retia ponere cervis. Quippe ni omnes,] Ironici debet, veluti diceret, numquidnam omnibus contingit habere filios, aut illos similes maiorum habere? numquid Cicero filium patrem retulit, aut Cornelia letata est se Gracchos progenisse? scribit enim Seneca, Cicero filium temulentum, obliuiscum, imperitumq; fuisse, nullaq; in re retulisse patrem, praeterquam in facietis; & Cornelia Tiberium Gracchum filium habuit, qui tumultuaria seditione occisus, in Tiberim proiectus est: & alteram Caium dictum, qui cum ad necem quaereretur, sua, aut certe ferui manu mortuus est. Cornelia autem ideo vestra dicitur, quia Paula, cuius cognata erat Furia, vt ex hac constat epistola, a Gracchi trabebat originem: propterea de Paula in eius epistaphio ita scribit Hieronymus: Gracchorum soboles, Agamemnonis inclita proles. Sola ne perpetua.] Carmina Virgilij sunt, quibus Anna forem Didonem ad secundas hortatur nuptias. Statim illud de trinio, & τριώνυμ ἐμ-δένε.] Sic consentiunt omnia, quae vidimus, exemplaria, praeter vnum, quod habet, & τριώνυμ ἐμδένε, id est obseruatur, ἐμδένε autem impostorem, quem ἐβραῖος rectius Graeci vocant, significat, propterea subdit: Vocant impostorem, Interpres, veluti dinuando, legendū putat, vel, & τριώνυμ ἐμδένε, tragica simia: quo loquendi modo vult Demosthenes aduersus Aeschinē, vel, & τριώνυμ ἐμδένε, ἀράγος Theocri- net: qui cum omnium calumniator & reprehensor esset, proverbio huic locum apud Gracos dedit, mihi magis placet vulgata lectio, cum sit omnium exemplarium fide probata; & ἐ τριώνυμ ilam reconditam semel inuenisse, verisimile haud sit, pro vulgato enim proverbio vsurpat Hieronymus cum ait, Statim illud de trinio, vulgatissimas autem fuisse Gracorum imposturas, ac fraudes, mendaceq; illos a Romanis vocatos, Cato in Originibus Italia, aliq; ex veteribus auctoribus passim asserunt, ἐμδένε autem ab ἐμδένε verbo descendit, significatq; interdum etiam molestum, ac grauem hominem, veram autem esse hanc lectionē, patet ex epistola xxxiii. vbi ait, Statim illud de trinio, impostor, & Gracus est.

Exit fama de mendacio.] Quidam codices habebant, Infamia: sed rectius legitur, Fama, de qua Virgilius, Fama malum, quo non aliud velocius vllum, & rursus, Tam facti, prauiq; tenax, quam nuncia veri. Viperinis orbibus.] Coloribus, pro orbibus, habent quidam codices, in orbem enim se insectunt, ac torquent serpentes, cum homines appetunt, praesertim si illos apprehenderint. Vel, orbibus, pro oculis posuit, quod magis placet, si autem legas, Coloribus, hoc dixit propter maculas, ac punctis variegatos colubros, mihi autem vulgata lectio magis probatur. Punicatos autem dentes, dixit pro nitidis, ac pumice politis. Carmina quae sequuntur, de satyris Persij sunt. Sicut de regione illius monachi vita laudanda est qui generationi habet sacerdotes Christi, & non detrahit gradū per quem factus est Christianus.] Audi venerandos esse sacerdotes, quippe cum per illos nos simus Christiani. Cui Dominus inmittit, lapis portiges manus.] Lapis, antea perperā legebatur, descendentes enim angeli, deciditēs Christianos, sicut alicui-

C Quomodo camelus introire possit per foramen acus.] Iudaeos animal est, quem camelum Latini vocant. ruidos autem rudentem seu funem nauicum significat. licet autem magis propria metaphorā ad foramen acus videatur esse funis nauicum quam animal camelus, Dicit tamen Hieronymus Christum de animali, non de rudente, intellexisse vult. cui rei non solum veteres, quid ipsum tractauerit, adspiciantur; verum etiam nominis vna in littera differentia assentitur: praeterquod τὸ ἀδύνατον, de quo loquitur Christus, magis explicatur per tortuosum hoc animal quam per rudentem. Quae impossibilia sunt, inquit, apud homines, possibilia sunt apud Deum. Effusiat, vt habet, Erasmus. Ibi diuitia superuacuae.] Vbi, pro ibi, perperam antea legebatur. Rosarium & liliorum calathus, eboris ostriq; commercium.] Eboris, stolis, ostriq; commercium, habet aliqua exemplaria, sed perperam, rosas pro verucundia, lilia pro virginitate vsurpat, & eodem sermo tendit, eboris candor, & ostri purpura. vnde Virgilius, Vel ebur confunditur ostro. Infrā in epistola ad Furiam, Virginitum illa, & martyrum rosas dixit. Eligatur vidua.] Magis propria est haec lectio, quam illa prima; Eligatur in viduam, non enim eligebatur vt esset vidua, sed iam vidua eligebatur in ecclesie ministerium, a qua etiam sustentabatur, & hoc dicendi modo Apostolus vritur.

Phasidas aues, crassi turtures, attagen Ionius, & omnes aues quibus amplissima patrimonialia auolant.] Phasides, turturesq; nosissimae sunt, attagen vero, seu attagena, quae inter raras aues omni, auctore Plinio, existimata, & quae ionica, & Graeciae regione, quod illic laudatissima esset, appellabatur, licet Phrygiam quoque Varro commendat, hodie Francolinus vocatur, galinam a magnitudine superat. Auolare autem verbo apertissime hic vsus est Hieronymus, loquendo de anibus.

Audi, quid ex persona viduae.] Intelligit de Didone, cuius apud Virgilium in quarto haec sunt carmina. Quas Graeci τρωαδαείας.] Tentationes solummodo communiter appellare, elegantiores, per turbationes vocant, quippe cum vs animus impulsus perturbatione. Graeci τρωαδαείας, hoc est, ante passionem dicunt: quo nomine medici morborum initia, reditusq; intelligunt. Nam vitij nemo sine nascitur.] Horatij carmina haec sunt. Archytæ Tarentini.] Pythagoricus philosophus hic fuit, Platonis aequalis, & amicus. Oestro libidinis.] Oestro vulgo tabanus nunc dicitur. Columella est in extremis sanis nasci solet, amplioris magnitudinis quam sint apes. Virgilius ita eum describit: Est locus Silarici arca, illicibusq; virentem, Plurimum Alburnum voltans, cui non in Aflo, Romanum est, castrum Graij verrere vocantes:

Asper acerba sonans, q̄to tota exterrita fluit Dissingunt armenta, Vocatur autē castrum ab eispeo, quod est, agitor, seu instimulor: poniturq; pro stimulo, ac furore. hinc Chrysofostomus, vt supra dicitur, dixit in libro de sacerdotio. Annam, filiam Phanuelis de Euāgelij claritate.] Caritate, impressi antea habebant codices, sed falsd.

scit ascendentes eos, qui sicut ad virtutibus ad salutem properant, signi-
ficant: ut ipsimet in sine epistola, quae est ad Iulianum, infra laide exponit.

Non habuit crispantes mitras.] Mira, incensus ageris pite-
lectus erat, quo Meonij primam vsi sunt: cui redimicula, hoc est vittarū
tonia posteriori ex parte pendebant. Virgilius: Meonia mentum mitra,
crimenq; madentem Subnixus. & alibi: Et tunica manicis, & habent
redimicula mitra. Ponitur & pro corollis adolefcentularum, cui similitur
ab humeris philyra, seu salsola appense erant. Stridentes cal-
ceolos.] Crepidas intelligit, seu soleas, quae ob appositum siberem stri-
dunt, vel forte ob additas margaritas, pretiosasq; lapillos similesq; al-
quod ornamentum, stridentes dixit. Nec orbes sibiio fulgina-
tos.] Orbes oculorum hic intelligit, qui sibiio dilatari solent, est autem
sibiio, spuma mentis lupi, cuius praecipua vis est ad dilatandos oculos.
Graeci propterea παρὸν δαλμων, & quia mulieribus erat in vsu, παρ-
αειον vocant. Fuliginatos autem dixit, hoc est denigratos, a fuligine ducto
nomine. Vidua, quae marito placere dehuit.] Sic correximus:
nam antea, Desinit, legebatur. Non Aetnaei ignes, non Vulcania
tellus, non Vesueus, & Olympos tantis ardoribus aestuant.]

Aetna, Siciliae mons, perpetuo clarus incendio est, de quo Trogus, Virgi-
lius, Claudianus, Plinius & omnes ferè vereres, veluti de miraculo quod-
dam meminerunt. Vulcania autem tellus pro Therapsia insula, quae est in-
ter Liparam, & Siciliam, ponitur, dicta est autem postea Hiera, quod
Vulcano sacra esse: est enim in ea, auctore Plinio, collis, qui nocturnas
euomat flammis. Vesueus vero, qui & Vesuvius, mons est iuxta Sarnum
fluvium, Neapoli vicinus, vni bonitate per celebres, praeter verricem qui
cinerosus est & caeuosus, Strabone teste, amantissimus. euomit hic et-
iam interdem flammis, ac cineres: quod etate nostra accidit, non secus
quam et aet Plinij, cuius interitum clarus quoque est. Olympus autem no-
men non sibi hic additum, vt Erasimus putat: nec de Olympo Thessalia
intelligi hic locus debet, cum is cerè non ardeat, sed de eo qui est in Ae-
thiopia ad mare Rubrum Heliopoli opido vicinus; quem ab ortu Solis ad
quintam vsque diei horam flammis euomere, a veteribus scribitur.

Argi.] Hic est Argus ille de quo Ouidius, Centum luminibus cin-
ctum caput Argus habebat. uno illum Inachi filia custodem dedit, &
quia vigilantissimus erat, centum habuisse oculos fingitur.
πρὶ ὀφθαλμῶν.] Intelligit de libro Galeni, qui de tuenda sanitate
inscripti sunt: quos Theonias Linacrus Anglus Latinus fecit, ea diligentia,
elegantiq; vt Gulielmus Budaeus, qui emendandos misit, nihil in eis,
quod corrigere, inuenit. Et Apostolus: Nolite inebriari vi-
no, in quo est luxuria.] Olim sic legebatur: Et Apostolus: Vinum, in
quo est luxuria, imperfecto tamen loquendi modo.

Sine Cerere, & Libero friget Venus.] Terentianum est di-
ctum, cibum, & potum sic vocans. Si autem tres pueri.] Prius
legebatur, sic autem tres pueri: falso, & contrario sensu, non enim imi-
tando esse illos tres pueros, qui leguminibus vescerentur, contendit: quip-
pe cum illi pueri essent, proptereaq; imitatione indigni, praeteritum cum ij
corporis cultum, quod fieri non debet, quererent, leguminum autè cibum
eo quod, cum ventosa sint, impudicitia seminarum praebent, detestari
videatur. Necdum ad sartagine venerant, in qua Rex Ba-
bylonius senes iudices frixit.] Hoc est, accensam ad libidines, ebul-
litionemq; adhuc carnem non habebant, quia pueri erant, sic enim usura-
torios sartagine interpretatur. Regem autem Babylonis pro Diabolo,
qui inflammatur sartagine, ac rotam naturae nostrae intelligit. nā
de huiusmodi hominibus scriptum est ab Osee propheta: Omnes adulle-
rantes, quasi libanus succensus a coquent. Cum vero ait, Senes iudices
frixit, intelligit de duobus illis senioribus iudicibus impudicis, qui cum
Susanna, vt est apud Danielelem, coire voluerunt: sequiturq; haec in re
Diuus Hieronymus eorum Iudeorum opinionem, qui asserunt, Sedechiam
& Achab hos esse, quos Regem Babylonis frixisse Hieremias c. 29. te-
statur, ipse tamen Hieronymus alibi, hoc est super eo Hieremias capite, &
super Danielis 13. dubitatè videtur, an Sedechias, & Achab ij ipsi iu-
dices fuerint: vt late apud eum videre quis potest, locum autem hunc
vidiatum antea, ac etiam non intelletum, miramur.

Calathum pectoris tui.] Vas vinumque, cistellaq; calathus di-
citur, aptaq; metaphorā ad pectoris receptaculum transfertur.

Post scripturas sanctas doctorem hominum scripturas
lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est, non necesse ha-
bes aurum in luto quaerere.] Vbiq; sanctissimus inculcat vir, vt
ab hereticorum, apocryphicq; voluminibus abstineamus: nec probat ra-
tionem, quā praecenditur, aurum ex luto quaeri. Comede simi-
lam, & oleum.] Hoc est, pura castusq; ac nitida sacra scriptura la-
ctibus delectare, comparat enim hic scripturam sacram Repromissio-
nis terra, simila, & oleo, polymita, ac variegata vesti, in auribus, ac vni-
onibus. Simila enim farina flos est, Deoq; oleo illi a offerrebat. haec autè
omnia, quod interpretem latuit, ex Ezechielis cap. xv. 1. accepit: vbi vo-
lens exponere Deus bona, quae Iudeis contulit, inter quae praecipuum erat
lex, ita ait: Ornauit te ornamentis, & dedit armillas in manibus tuis, &

eor quem circa collam tuam: & dedit tibi aurem spher os tuum, & circulo-
los in auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo: & ornata es auro,
& argento: & vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus: simulam,
& mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, &
profecisti in regnum. Sed cibarium panem comedant, qui
famem expellat, non qui augeat luxuriam.] Expellam, ac auget,
corruptè prius legebatur. Comatulos, comptos, atque lasciu-
uos.] Comam nutrientes, ornantesq; comatulos vocat. Graecos tamen,
quod eam gestarent, virtutis, ac fortitudinis gratia Homerus repro-
batos cognominat. Filicinas, & psaltria.] Quae siliibus canit,
fidicina, psaltria, quae psallit, dicitur. Spadonum exercitio.] Sic
vocantur emuchi, qui viduis seruire solebant. oratio autem euellere si-
gnificat: hinc oratio or cui virilitatis verus conuulsus est.

Nec procurator calamistratus, nec formosus Collacta-
neus.] Calamistrum grande esse calamum esse ferro, ere, argento, vel
auro, quo prius calefacto crines crispantur, alias diximus. Collactaneus
verò est is, qui simulat sicut: ponitur etiam pro equali.

Pestilente flagellato stultus sapientior erit.] Sapiens sapien-
tior erit, habent quaedam exemplaria, nos illa, quae cum vulgata editione
consentiant, potius secuti sumus. Nullam nuptias contemp-
ta timeat egestatem.] Nulla pro nullam, olim legebatur.

Quid obtendis patrimonium?] Mores impressos codices ha-
buisse hic, matrimonium, non patrimonium; cum paulo superius causant,
quae obtenditur, explicet, cum dicitur: Patrimonium meum quoti-
die perit, maiorum vni bonitas dissipatur: seruis contumeliose locutus est:
imperium ancilla neglexit. Quibus rationibus nunc respondens ait, Quid
obtendis patrimonium? quid sepebiam seruulorum?

Sponfales tabulae.] Sponfalium instrumenta nunc vocant.
Vt post paululum testamentum facere compellaris, simu-
labitur mariti infirmitas.] Vxorē te ducet, inquit, vt heres tibi sit. &
vt ad hoc te suo pro uer exemplo, agnitudinē simularis te ex asse scri-
bet heredem, faciens ipse videtur, quod te moriturum facere voleat.

Si priuignus langueris, & condoleat caput, infamaberis
vt maleficus: si non dederis cibos, crudelis; si dederis, venefica
diceris.] Transposito ordine, vbi nunc est maleficus, olim venefica: & vbi
venefica, maleficus, perperam legebatur. Phanael.] Hoc est vultus
Dei, seu apparitio Dei. Phana enim apud Hebraeos respicere, vultumq;
vertere significat, & inde Phanaem videtur. Elaxem Deum significat, sicut
Aser, beatitudinem, diuinitatq;. Et atavi beatitudine, diuini-
tatisq; censeris.] Vocat atavum aser filium Iacob, tribus audoorem, qui-
dam codices loco, Atavi, habebant David: veluti Hieronymus alluisset
ad primam primi psalmi vocem, quae est vultus Ase.

Et in pugilio farinae.] Non dissimulasset, faris, pro farime, cum
far non farina seratur, nisi consentientibus omnibus exemplaribus vni-
cum historia statim non inuoluit, Farina seruitur, & olei capaces na-
scitur, sensus autem Hieronymi est, quod ex farina pugilio, quo fame-
scentem Heliam vidua paruit, veluti si satia fuisse, ingenis olei copia enata
sit. Penuriam autem Iudaeae, & viduae abundantiam eleganter, apposi-
teq; mox paucis verbis exponit. Erat, inquit, in Iudaea penuria, quia
Christus, gratiam tristicii morti vni fuerat vidua autem, hoc est Ecce-
lesia, post mortem Christi, sui vni, ita relicta, misericordiae similibus abun-
dabat. hic autem locus vitatus maxime erat, & respondentem vniq;
historiae significationem non continebat, vbi enim nos emendauimus, Es
in gentium vidua olei fluentia manabant, legebatur antea, Et ingentia
viduae olei fluentia manabant. Legimus in Iudith, si cui tamen
placet volumen recipere.] Hoc dicit propter aliquos, qui, quod non
est in canone Hebraeorum, de eo ambigebant: & si apud Iudaeos, extra
Eiblicam canonem, reperitur, nobis de eo nulla est dubitatio, quippe cū,
ab Ecclesia eum receptū esse, Nicæna Synodus vna eum Carthaginien-
si, & Gelasij, cetero: umq; omnium sanctorum, auctoritas asserere pro-
dant. Apis nomen accepit.] Deborah enim Apis exponit.
Noëmi.] Noëmi Ruth 1. scribitur per Hebraeos חַנְנִי, quod
significatq; pulchram, amicum, ac delectabilem, consolatur verò quod
Graecè dicitur παρρησιακή, seu παρηγορητική, quae vtraque lectio
hic reperitur, scribitur per Cheth חַנְנִי, vnde & de Noe scriptum est,
iste nos consolabitur ab operibus nostris. In farinae fatis tribus.]
Tria fata, trinitatis confessionem; & duo minuta, duorum testamentorum
fidem asserit significare: & ad testamentorum significationem,
duo Saraphim, & ancipitem forcipem etiam tradit.

Illā vagientem cauebat, illa praecenditur triumphantem.] Pro
cauebat, falso olim legebatur, ceruebat, ait autem, cauebat, qui scriptum
est in euangelio: Et haec ipsa hora superueniens confitebatur Domino, &
loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XI:

In vetere via.] Vocat veterem viam, quia aliis de ea tractant: & dicit
hoc, se it

Et q̄, sem ea nonam querere semitam ait, vt scilicet eandē materiā non eodem nunc tractet modo. via enim, que lata est, plures recipit semitas: nam iter, via minus est, adū autem maius. Horatianū autē præceptum est, aliā tractata, ita a nobis tractanda, vt tanquam nota reddantur.

Nomen accepit.] Et si variabunt in nomine exemplaria, cum alia Gerontii, quādā Gerontiam, aliaq̄ Agriundā, haberent, alibiq̄, modō Agerusia, modō Acherusia: legeretur, nobis, ab ipsius Hieronymi expositione adnotatū, magis placuit, duobus etiā manuscriptis consentientibus exemplaribus, vt, Ageruchia, legatur. à cōgregando enim, quod Græcus est ἀγροχία, nomen hoc dūctum esse, asserere videtur dum ait, Quodā vaticinio futurorum, q̄. Dēi præsidētis auxilio nomen accepit. quam auia, matris, amiteq̄, probatarum in Christo seminarum, nobilis turba circumfuit. Quorum auia.] Non auia predictarum, sed ex predictis refert autem tres mulieres Ageruchie cognatas, omnes viduas, vt his exemplis ad viduitatem ipsam etiā adhortetur, Metroniam scilicet auian, matrem, & Ageruchia amiam, Celerini scilicet patris sororem. Cum postumus.] Post mortem patris filius Ageruchia natus est, quem ex patris nomine, quod fieri in postumis solet, Simpliciū appellauit. Ageruchia enim vir Simplicius, pater verō Celerinus dicebatur. Cum audiam autem multos palatii proceres Ecclesiæ vitare præsidio.] Procos, codices impressi habebant, lectioe ipsa etiā non spernenda, quos ab ea Ecclesiæ ope vitari, proptereaq̄, ad eā, veluti ad retrahentem, non loqui, scribit. Omnem loci huius continentiam.] Continentiam vocat conuictatam quandam, præcedentiū scilicet, ac subsequentiū, cum cæteno ordine ad expositionem proceditur. Hoc enim x̄ta repluās con. Græcus sermo significat.]

Luxuriæ fuerint rō x̄ta q̄, in Christo, rectē è vulgata habet editio: quāuis aliqui, Fornicata fuerint, & Ambrosius, in delicijs egerint, habeant. x̄ta q̄, enim significat intemperanter, ac licenter vino, & p̄ta q̄, s̄p̄t̄as uitas, tracto verbo, hoc est ab auferendis habentis, præpositio autem x̄ta, hic, vt verbum in malum accipitur partem, facit, sicut interdum subiectionem quandam significat, vt x̄ta d̄, ocos, idoli subiectus; interdum maiorē energiam, vt x̄ta r̄ta, x̄ta r̄ta, bibo, comedo; interdum habitudinem quandam, vt x̄ta r̄ta, p̄ta. Ne scilicet aremus.] Arare cum bove, & asino, & vestem v̄tio subtegmīe textam habere, quod lex prohibet, enim significatum habere dicit, ne fideles cum infidelibus matrimonio iungantur. Suiq̄; hoc magis dicit esse consilij.] Dicit, verbum nos restitimus, sicut alia multa in sequentibus.

Corban.] Corban donum, & gazophylacium, vbi dona reponebantur, Hebræi vocant. hoc enim significat, Non licet nobis mittere in Corbanam, quod habet vulgata editio. D. autem Hieronymus egregie hoc exponit verba illa Christi: Corban, hoc est donum, quodcumque est ex me, tibi proderit. hoc est: si non templo, sed tibi dederō, in tuum vertetur refrigerium. Licet legendum esse putem: si tu à me non acceperis cibos, in tuum vertetur refrigerium. hoc enim significat, minus, quodcūq̄, est ex me, tibi proderit: id est, quod altari tribuo, tibi etiā proderit. Corban autem nomen non est à Hieronymo additum, vt putat Erasmus, sed inuenitur apud Marcum, vnde cetera quoque sunt hausta.

Vt non admittatur ad altare nisi quod vnam habuerit uxorem.] Vbi sunt illi qui ea verba Apostoli, Vnius uxoris vir, inepta interpretatione, quod habeat scilicet, non quod habuerit vnam tantum uxorem, intelligunt, & hoc argumētō calibatū sacerdotum ab Ecclesia extrudere volunt? Inferarum officium.] Sic vocant Latini parentalia, que modo exequias vulgus appellat, dicta, vel quod inferis humaniq̄, soltantur, vel quod supremus, qui inferatur, is honos sit. Virgilius: Videntes rapit inferias, quos immolet vmbri. Græci ἑρῆματα vocant, & ἐρῆμα comparant are, verbo à sacrificijs ducto. Historia autem, quam verset circa viduas filias sacerdotum, ex Levitico accepta est.

Hierophanta.] ἱεροφάντης, antistes seu qui sacra ostendit, dicitur, & ἱεροφάντης docere, peragereq̄, mysteria, vocabantur autem Hierophanta Athenis sacerdotes, qui basiliū cicutē entrabantur, hoc est virilitate priuabantur, vt asserit idem Hieronymus contra Iovinianum. Gallos quoque, Cybelis sacerdotes, castrii soltos esse, à veteribus proditur. Flamen.] Sacerdotes quidam Romæ, qui pileum gestabant, & æstus tempore, eius loco, s̄lo capta crimēq̄, religabant, Flamines quasi Pileamines, vel potius Filamines, Varvone, Seruioq̄, auctoribus, dicti sunt. tres tantum initio institutos, videlicet Dialem Ioni, Martialem Marti, & Quirinalē Romulo, Augustinus prodit. Flaminis autē vxor, qua & ipsa vituira erat, Flaminica dicebatur. Tauri Aegyptij.] Apim bovem colebant Aegyptij, à quibus colōci Hebræi vitulum ipsi etiam consueverunt. De virginibus autem Vestalibus Linius, & Plutarchus, omnesq̄, veteres diserite meminere. hoc ipsum de Apolline, & Diana ab Horatio etiam proditur dum canit, Dianam tenera dicite virgines, Intonsam pueri dicite Cincinnium. Mineraam autem è cerebro Iouis natam, virginemq̄, fuisse, Oggij, temporibus virginali apparuisse etate, proptereaq̄, sacris delectatā virginibus, plus nimio à veteribus proditur: nec ignoratur hoc ipsum de Achuis, seu Argiua lunone.

Afrubalis uxorem.] Sicut de Carthagini Regina notissima est ex Virgilio historia, ita de uxore Afrubalis ex Floro, & Valerio.

Genus Theuenum.] Hanc historiam ex Floro, & Plutarcho in vita Marci, & ex Valerio in capite de pudicitia, latius quis discere possit. Valerius Cimbricorum fuisse uxores dicit. sibiq̄, meritis consensisse, quod impetrare non potuerint, vt virgines cum Vestalibus virginibus vinctæ.

Ipsa digitorum ceniunctioe.] Dignū olim, vt nunc calculi, veteres folios esse numerare, certum est. Beata medam egregie explicat: & si quis clarius discere velit, parvulum illam libellum, qui pro primo Arithmetici elementis tradendis vulgo circumfertur, videat, manus enim in eo vario digitorum flexu, ad omnes explicandas unices, uotas inueniet. triginta autem molliter iunctis digitis explicabant: omniq̄, vsque ad centesimum numerum in lena signabatur, mox ad decimā trahebatur, eodemq̄, modo deinde supputatio peragebatur.

Rem dicitur tum incredibilem, sed multorum testimonij approbatam.] Approbo, antea corrupte legebatur.

Et orientis atque occidentis Synodici consultationibus responderem.] Audis quod ex toto orbe, & ab omnibus Synodis ad consulendam Apostolicam Romanam sedem mitteretur? & quod D. Hieronymus à secretis, Synodus à libellis Roma aliquam diu sub Danafo fuit.

Post tantas rudes.] Hoc est post tot pugnas, sibi enim significantiū hic locus exponitur, quā quod rudis hic libertatem significet, vt voluit Erasmus. nam quod rudibus, hoc est virgibus quibusdam certatē olim gladiatores, testij locuples Lampridius est, dum scribit, Commodū in arena rudibus pugnasse. in quem senium impellere quem ad certandum, cogere ad rudem, dicitur. Palmam tenens, adoremq̄.] Palma victoriae insigne est, quod oneri hec arbor non cedat, sed ligno in sublime consurgat. Adorea verō pro gloria, ac laude poni, Plinius, Festusq̄, describunt. nomen autem à farre, quod adoretum dicebatur, tractum est, eo quod gloriosum esset farre à populo donari, vel eo ex agris collecto abundare. penitur autē hic pro victoria ipsius corolla.

Atqui Patriarchæ.] Ita correximus: antea enim legebatur, Et Patriarchæ: incepto, ac nihil repugnantē sensu, quod facerē hic necesse erat.

Marcion.] Marcion, Cerdonis dogma secutus, duo principia contraria inter se finxit, Deum scilicet veteris testamenti, iustum, noui verō, bonum Deum vocando. hunc autem Christi patrem fuisse, non aliterum, asserbat, & ita legem ab euangelio disingebat: torquebatq̄, ad hanc yeshaniam verba illa Pauli, Vt enim pro isto quis moritur: nā pro bono forsitan quis audeat mori, veluti tibi de iusto, & bono Deo loquitur Apostolus, que etiam cogitare dementia est, & non potius hominum exemplum ponat in medium: inter quos vix reperitur qui pro altero homine etiam iusto mori velit: est pro bono, & omnibus vtili, forsitan quis mortem oppeteret: cum tamen Christus pro impijs mortuus sit. De hac hæresitænaus, Epiphanius, Augustinus, & Philaster multa.

Cuius solius partus.] Vni tantum gratiudā Rebecca contigit, vt Dominus reuelaret ei, quid esset de suo partu futurum, dicens: Duo populi ex vtero tuo diuidentur, & maior seruiet minori. Quid loquar de Thamar, que Zaram, & Phares geminos fudit infantes? Antea pro Zaram legebatur Esron, falsissima historia; cum Esron non frater, sed filius Phares fuerit. antea quoque pro consuluit, consultit, scriptum erat. Ligata manus cocchino.] Cocchine manus alligatum, pro Christi sanguine, quem Iudeorum manus fuderunt, pereleganter interpretatur. Sola ne perpetua.] Maronis carmina ex quarto Aeneidos hac sunt, quibus Anna sororem ad secundum hortatur torum. annectit deinde Didus sororis responsonem, & ante oculos illi ponit pyrā, hoc est rogam, quo se postea comecit, gladium Aeneas, quo se traxerit, & ignem, quo eius corpus assumptum est.

Sororem mulierem.] Ministrabant Apostolis mulieres quādā sancta, eos sequentes de substantijs suis: quod etiam erga Christum illas fecisse, Marcus capite xv. prodit. hunc morem secutos postea fuisse Apostolos, ex hoc Pauli liquet loco. Paulus tamen est hoc ipsum se quoque facere potuisse, noluisse tamen scribi, sed suis potius manibus viduis necessaria parasse, ne cui laboris causa esset. ex quo patet eorum error, qui ex his verbis Pauli illum vxorem habuisse asserunt.

Vnciolæ decimam partem.] Tam auenfuras, quam pondera, ac numeros, in æsem, asq̄, partes diuidebant antiqui: vt as totum, vnciā verō duodecimam totius includat partem. vnciā quoque ipsa in minutiores deinde partes dissecabatur, cuius decimam hic nominat Hieronymus.

Vidit scalam.] Ex hoc loco etiam constat, quod supra pro, lassū, emendauimus, lassū porrigens manum, cum ait, Vt nec peccator desperet de salute. Diues Dominus, & pater ditior.] Sapē hoc loquendi vni modo: & sic etiam alibi de ipso Iob scribit, Dominus autem ad seruos, & diuitias, Pater ad sobolem, & religionem refertur, quodam exemplaria habent, Et patre ditior, que lectio placuisset, nisi etiam vidisset familiarem fuisse hunc D. Hieronymo loquendi modum, ac ita ipsum Iob alibi nūcupasse. Stātes cum Helian in foramine petre.] Foramen hic pro verum exinanitione intelligit, quibus Apostoli depositis,

Ita mihim effluerant, ut in petra foramine, quod exinanitum ac pauprem Christum significat, stare, & per angustias acus, quo camelus, hoc est dives rebus omnibus non ingreditur, transire possent.

Quod de Megarenibus dicitur. Megarenes intra Peloponnesum, Atticam, & Bœotiam positi, ita luxuriose, ac perdite vivebant, ut nullo in numero habendos esse, proverbio aliter etiam diceretur. Virgilius: Pantagiam, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacentem.

Qui tenebat, de medio fit. Pauli verba sunt, non Neronis, sed populi Romani, cuiusq; imperij lapsum, finemq; ante Antichristi adventum significantia. Quidquid inter Alpes, & Pyrenæum, quod Oceano, & Rheno includitur. Galliarum termini hi sunt, quas Gallias ab inscriptis barbaris captas, vastatasq; luger. hi autem barbari non solum Galliam, sed omnem ferme Europam armis, incendiisq; diruerunt, ut ex Orosio alijsq; libet quis discere potest. Etenim Africus venit cum illis. Hoc est, alienigena, sic enim est in psalms.

Moguntia nunc ad Rhenum

Moguntiam posita, ex qua ingenio Theodorici Gressuandi ars imprimendi libros primum prodit. ceteri quoque populi, qui sequuntur, Gallicae veteribus annumerantur, & Nemeti Spirense. Vangiones autem Vuormaticenses nunc dicuntur. extremiq; hominum Morini, quod Virgilianus est hemisphicium, Teraniam nunc vocatam tenet, populi multis Britannorum, Gallorum, ac Casarianorum præliis vastati: quorum duionem olim vsque ad Britannicum Oceanum patuisse, non solum ex hoc hemisphicium, sed etiam ex Plinio constat, qui Mormorum portum nominat. hunc autem cum esse, quem Caesar Ictina, nunc Calceicum vocant, ex quo brevissimus est ad Doveram, Britannie sinum, traiectus, eruditi existimant. extremos autem hominum Morinos ideo Virgilius vocat, quod penitus toto divisos orbe Britannos, qui ultra illud habitant fretum, ante Casarem ignoraret antiquitas: propterea inveniunt, necdum exploratam insulam, novam orbem, sicut postea cognita, naturam abortum vocare cepit, imposito nomine, quod pro orbe, quem facere proposuisset, insulam quandam ingentem fecerit. tanta erat eo tempore universi orbis magna ex parte astate nostra inveniunt ac perlustati ignorantia. Vique ad Alpes Iulias. Alpes has in tractu Foroiulensium, Carnicisq; proximis esse, alibi diximus, lateq; in libris de originibus Italiae tractamus.

Fusosq; apud Aliam exercitu. Olim, apud Italiam, historia clara est. Romam Brennus intrauit. Quo modo ad Aliam, Sabrinorum rivum, Galli duce Brenno Romanos vicerint, Romanosq; postea ceperint, clarissima est ex Livio historia, sicut etiam est illa Hannibalis, qui post expugnatum Saguntum, ex Hispania ad diruendam Romanam cum celeberrimo exercitu, qui omnem serè vastavit Italiam, movit.

Pyrrhum tacita. Epini Rex fuit Pyrrhus, ab Hannibale post Alexandrum Magnum maximum omnium imperator iudicatus. huc aiunt castra metari primum docuisse, eoque neminem elegantius loca cepisse, ac præstidia disposuisse, primum etiam Italiae elephantem ostendit, & ad viginti annos ab urbe Roma lapidem castra habuit. Bithyniæ mortem, intelligit de Hannibale, qui apud Prusiam, Bithyniæ Regem, ne dederetur Romanis, veneno hansto perijt. Non mihi si lingue. Virgiliij carmina sunt, aliquibus mutatis. Pro Fescennino. Nuptiale carmen erat, de quo supra diximus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XII.

Oratoris exodium. Celebrem sententiã exodium vocat, à cantu, qui Græci est àδῆ, composito nomine. vitur ex Liviis, Tranquillus, & Iuvenalis. Pollux cantum esse quem de ibeatro cedentes solerent canere, ab egressis, quasi ἐξ ὄρου τῆς ὁδοῦ, interpretatur. exordium falso hic quidam habebant codices. Cicero autem in Dialogo de Rep. hanc sententiam esse, supra in epistola octava diximus. Voce tinnula. Hæc est sonora, & acuta, cuiusmodi est repercussus æris, à tinniendo dicta.

Crustula. Melliti genus panis est in subtilem quasdam, & variegatas laminas incis. nomen Reate adhuc servatur. Horatius: Vt pueris quondam dant crustula blandi Doctores, elementa velim ut discere prima. Mulla præmia. Potio ex vino, & melle nullum dicitur, quod si legas, nihil præmia, ad crustula melle pressa, inunctaq; referendum est. In pupis. Pupae, & pupae, pueros, puellasq; olim vocabant: hinc in antiqua eorum pupa etiam nunc dicuntur, delectabantur hi puella, & Veneri quoque, Persio auctore, donabantur. Puppis ante a pro pupis, falso legebatur. Furtivo opere pullo. Id est, susco, ac nigro. Nugatum gestiens, monilliumq; & nitellarium, genus femineum est. Sic habent codices ante Gryphianis impressam manuscripta exemplaria, nulla hic inuenimus. Gryphiani habent, οὐδὲν ἄλλο γένος femineum est, sensus autem idem prioris est. xōpov enim ornatum, à quo sic Græci mundus dicitur, significat, & οὐδὲν ἄλλο, hinc ornatus auditus, ac stictidus, οὐδὲν ἄλλο appellatur. Monilla verò, ornamentum à virginum sunt, collo apposta. hinc ille: Dat digrit gemmas, dat longa monilla collo, & de equis loquens Virgilius ait: Aurea pectoribus demissa monilla pendenti. Multosq; sæculi reperies homines.]

A Prius, pro reperies, antea scriptum erat: sicut supra quoque deerat dicitur, vides. Mel non offerunt. Mel ad voluptates huius mundi trahit, & ideo prohibetur offerri in sacrificiis asserit. In azymis sinceritatis, & veritatis iubetur. Dillio, iubetur, in impressu Gryphianis codicibus olim deerat. Pelliceae tunicas. Has tunicas ubique pro nuptiis interpretatur. Sic ei iungitur. Et scilicet mulieri de qua antea dixerat, Virgo es, quid te mulieris delectat societas? Gryphiani autem codices, Eis, pro, ei, habebant. Edentulam. Hoc est, dentibus carentem. Inlusamq; Danaën. Hanc pater Acrisius, ne violaretur, creta inclusit turri, fabula est, tonem imbre aureo in sinum eius infusum, eam stuprasse: significatq; auro etiam optime custoditam pudicitiam violari. Solent lascivi, & comatuli. Comptuli, etiam legitur, nec lectio displicet. Aegre reprehendas. Iambicus trimeter, quo supra etiam vsus est. Sequuntur Alexandros, nec Menelaos pertinet. Deest particula, Nec, in Erasmius libro, cum tamen necessaria sit. Helena autem historia, quod relicto Menelao viro, Alexandrum Paridem, Priami filium, secuta sit, eamq; ob causam Troia diruta fuerit, ex principe poetarum Homero omnibus notissima est. Vno incendio hausta est. Roma spatio cxxxix. annorum quater capta fuit, etate scilicet D. Hieronymi, anno Domini cccxli, ab Alarico, sub Honorio Augusto, de qua deustatione nunc loquitur, postea anno cccclvi, sub Mariano, à Genserico capta fuit: tertium à Totila, anno dxxlviii. Iustiniani scilicet xxxi. & tunc maxime deustata est: postremo, anno tertio ab hac deustatione, id est dli, ab eodem Totila vsus, vi erat desolata, recepta, ac restitui cepta est. Auro laquearia. Vocantur laquearia superiores cubiculi contignationes, quæ tunc, & huiusmodi variis ornamentis inaurari solent, interdumq; plana etiam trabes laquearia, lacunariaq; dicuntur. Crepundia. Sic vocantur res quibus pueri gaudent, quibusq; crepare, ac tinnire solent: ut sunt bulla, corallia, rotunda ac parvula tintinnabula, sistræ, crepta acula, ensiculi, fasciola, & similia.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XIII.

Quo religiosissimus princeps. Intelligit de Panegyrico, quod in laudem Theodosij imperatoris Paulinum scripsisse, Gennadius etiam in catalogo auctor est. Impudicos fenes atque lascivum condemnant. Lasciva enim, atque ad incontinentiam proclivis puerilis aetas, in qua tunc Daniel erat, esse solet, sicut senilis pudica. Nodum informis leti trabe necit abata. Virgilianum est carmen ex xi. Aeneidos, informis autem sine forma, proptereaq; deformem significat, vt informe cadauer. In qua municipatium. Vnde hauserit hoc Hieronymus, interpres inuenire nequirit, locus est apud Paulum ad Hebraeos, ubi sic ait: Sed accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Hierusalem caelestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in celo, &c. & ad Galatas: Quæ ierusalem est Hierusalem, libera est, qua est mater nostra. Tunicam mutas cum animo. Disertè ex hoc loco discitur, eos qui monachi vitam profitebantur, tunicam mutare solitos, sicut hodie etiam fit. Lurida facie. Luridum pro summo opere pallido capitur, hoc est luridum, quasi luridum seu loris percussum, vulgus autè hoc nomine deturpatum, ac veluti cano insectum, intelligit.

Nos suffarcinati auro. Hoc est, onerati, suffarcinati, in hunc sensum quadam exemplaria habebant. In monte Garizim. Gazarium, antea corruptè legebatur. Mons est vbi Samaritani templum erexerunt, in quo, ne Hierosolimam accederent, sacrificabant, de hoc intelligebat Samaritana, cum Christum alloqueretur, Iosephus etiam de eo latè, & Deuteronomij c. 27. Siccato Iudææ vellere. Vellus à Gedeone in areâ positum, quod, irrorata areâ, siccatum est, usque oporèt, ad gentium conversionem, derelictis ob incredulitatem Iudæis, interpretatur. Vno tantum die. Non improbat accessum in Hierosolimam, cum id toties laudaret, & exemplo etiam offenderit, quanti illam fecerit: nec loquitur de votis qua servanda iure Ecclesie defendit: verum hoc dicit, ut nō ex locorum habitatione, sed ex vita probitate homines laudandos esse doceat, proptereaq; ne se ideo sanctum, ac ceteris meliorem existimet Paulinus, quod Hierosolimam tantum degat, cum Dei gratia locorum non coartetur angustis, & sicut in Britannia bonum, ita etiam Hierosolymis malum quō esse possit, hunc autem sensum superius, sicut inferius, latè ostēdit, præsertim illis verbis: Neque verò hoc dicens, memetipsum inconstantia redarguo, damnoq; quod facio: vi frustra videat, ad exemplum Abraham, & in eos, & patriam reliquisse: sed non audeo Dei omnipotentiam angusto sine concludere, & coartare parvo terra loco, quem non capiti calum. Thamus. Hieronymus exponens ea odia capitis Ezechielis verba, Et ecce mulieres sedentes plangentis Adonidem, ait: Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebraeus, & Syrus sermo Thamus vocat, additq; quod eodem nomine Hebraei Lunam mensam ideo appellant, quia Veneris amansus, pulcherrimus iuuenis Adonis in eo extinctus sit.

Moyſes autem filius Ammon, idolorum prophetam quendam fuiſſe Thammuz aſſerit, qui Solis ſtatuum erexerit: verum fabulam quandã admittens, addit, illo à rege Babylonis occiſo, omnia idola ad lamentandum cum Iunio in Babyloniam conueniſſe menſe, indeq; introductam conſuetudinem, vt ſemper tunc plãgeretur. At verior em eſſe D. Hieronymi ſententiam, cum Macrobius, & Phurnutus, qui Adonidem pro Sole interpretantur, & Cyrillus ſuper Eſaiam, tum etiam vulgariſſima de eo hiſtoria fabulaq; eius ſententia congruentes, demumq; mulierũ planctus, Veneris vicem dolentium, oftendunt. Si crucis, & reſurrectionis loca.] Deſiderabat Paulinus, relicta patria, Hieroſolymã perere, putans ſe ibi quietius poſſe viuere. Hieronymus nunc hominum frequentiam, aliaq; quietis incommoda, que ſunt Hieroſolymã, illi ante oculos ponit, conſueſcens vt eò non accedat, ſed ſolitariũ, extra vrbes tamẽ, alibi vitã degat.

Inter maiores populos periculofius viuere.] Pro Periculofius, Peregrẽ antea, ſed falſo legebatur. Epifcopi & presbyteri.] Audis, quòd Epifcopi presbyteriq; Apoſtolorũ honorẽ poſident, & quòd propterea niti etiam debent, vt eorum habeant meritum. Camillos, Fabricios.] Feſtinet plurimum numero pro vno uſus eſt: quòd fecit etiam poſtea, cum dixit, Paulus, Antonius. Noſter princeps Helias, noſter Helixæus.] Heliam, & Helixæum deſerta, ac montes ſolitarios incoluiſſe, noſiſſima eſt hiſtoria. Ionadab, filius Rechab.] Hic cum obuium in via habuiſſet Ionadab filium Rechab, data dextera in currum accepit, vt xeli ſui teſtũs, & adiutor eſſet. Qui in tabernaculis.] Antea legebatur, Qui in tabernaculo. Frequentior orandum, & flexo corpore.] Vbi ſunt illi, qui Eccleſie carimonias irrident, vt eſt orare flexo corpore, leuare in aliu manus, quòd Apoſtolo Paulus docet, & ioculis oculis, & verberat opẽctore, quòd publicani exemplo, fieri debere, ad Chriſto didicimus, preces fundere: animi enim iudicia hæc omnia ſunt, qui corpus ſibi in obſequium congruenter mouet: ſi qui tamen hypocriſis cauſa hæc ipſa fecerit, ſibi profectò nocebit, non aliũ. Famofus.] Famofus in bonam hic accipitur parte, vt eſt apud Satyricum: Famofos equitum cum Dictatore Magiſtros. Inſultorẽ.] Sic vocant mercatorem: que frequens eſt apud iuriſconſultos nuncupatio. Prudentiſſimi viri.] Ciceronem intelligit, qui libro ſecundo de officiũ dixit. Benignitas benignitate tollitur, idem enim proſus eſt benignitas, & liberalitas. Phaleras.] Reſult carmen eſt Perſij ſatyrã. Phalera autẽ equorum ſunt ornamenta, inde autem ad omnes pompas, ornatusq; trahuntur. Ego te intus, & in cute noui.] Perſianum carmen eſt, ſignificatq; intus, & foris. Sus Mineruam.] Prouerbiũ eſt, ac ſi diceres, indoctiſſimus doctiſſimũ, nec poteſt maiori energia res explicari, cum ſus hebetiſſimus ſit animal, & Minerua diſciplinaram Dea.

Ipſum genus eloq;ij preſſum eſt, & nitidum: & cum Tulliana luceat puritate, crebrum eſt in ſententiis.] Ingens laus eloq;ij, eſſe preſſum, & nitidum, & cum Tulliana puritate crebras habere mixtas ſententias, preſſo leue, inane, & diſſolutum, nitido verò obſcurũ, & tenebroſum opponitur. Macle virtute.] Id eſt, magis autẽ, frequens, ac elegans apud omnes dictum, quo laudemus pariter, ac adhorremur aliquid. Virgilius: Macle nona virtute puer ſcitur ad aſtra. dicitur etiam, Macle animi: & in plurali, Macle ingenio eſte cali interpretes: quòd eſt apud Plinium. Non per Aonios montes, & Heliconis vertices.] Aonios Thracia montes eſſe ſicut Heliconem Bæotia, eoſq; Apolloni ac Muſis ſacros omnes norunt. Per Sion, & Itabyrium, & Sina.] Sina Arabia montem eſſe, non Iudæa, vt ait Erasmus, vbi Moyſes legem accepit, Sion verò Hieroſolymã, à quibus Euangelium prodiit, ſicut ſcriptum erat: De Sion exiit lex, & verbum Domini de Hieroſalem: omnes norunt: Itabyrium autem moniẽ illum eſſe, qui Taberaculum dicitur, vbi Chriſtus tranſfiguratus eſt, inferius in epiftola Paula, & Euſtochio ad Marcellam his verbis inuenies. Pergemus ad Itabyrium, & tabernacula Saluatoris, non, vt Petrus quondam voluit, cum Moyſe, & Helio, ſed cum Patre cernemus, & Spiritu ſancto, nominat autem hos montes, veluti lego, euangelij, futuãq; beatitudinis myſteriorum plenos moniteſq; inuicẽ Paulino deſuiſſe ſententiam arcana ſcriptura, quam ſibi me deſinus etiam adſcribit. Per manus myſteria tradere.] Sic dicimus, cum id, quòd ab aliis didicimus, alios viciſſim docemus. Audi ergo.] Elegantiſſimẽ explicat, non tantum litteram occidentem, ſed viuificantem ſpiritu in ſcripturis quaerendum eſſe, nec corticẽ ſolum inſiſtendum, ſed nucleum intus latentem capiendum.

Qui edere vult nucleum.] Plauti dictum eſt, ad rem ſacram hic accommodẽ ſurpatum. Cũm totus ſit in exercitatione virtutum.] Alias, Exhortatione. Tertullianus.] Praclariffimos reſeruet Eccleſie ſcriptores: ſingulis tamen aliquid deſuiſſe, erudito, exactoq; iudicio reſert. Symmyſtem.] Quã iſdem inuicias eſt ſacris, Symmyſtes dicitur.] Arcem tenere.] Inoc eſt, ſummum locum. Aſcendente cum Iacob teſta Sion.] Sion ſpectula exponitur: verres enim Hieroſolymitanorum montium Sion erat, in quo arx, & palatiũ à Dauid extructa ſunt, ponitur pro caſtri Hieroſalem, & caſtrum ſpeculatione, ad quorum ſumma Iacob ſcala peruenit. Canere in domati-

A bus.] Alluſit ad illud: Quod in aure auditũ, prædicare ſuper teſta. Nil ſine magno.] Horatianum carmen hoc eſt. Antequã ſubcant morbi.] Verſus ſunt ex Georgicis Virgilij ſumpti.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XIII.

Niſi fidei, & iuſtitia opera coniuncta ſint.] Diſce ex hoc loco, contra hereticos noſtri temporis fidem ſolam ad ſalutem non ſufficere, ſed opera quoque, vbi fieri poſſunt, neceſſaria eſſe: quia eſt iſtis omnis iuſtitia noſtra origo ſit, viuã tamen eſſe non poteſt, vbi illi caritas deſit. Vt enim mala prohibentur, ita præcipiuntur bona: ibi otium imperatur, hic ſtudium.] Operatur, pro imperatur, antea legebatur. Quæ potiſſimum Dei mandata faciant, quæue quaſi vilia, ac parua deſpiciant.] Pro faciant, Cõtemnant, prius Tranſalpini libri habebant. Nos verò etſi multum inter peccata diſtina credimus, quia & legimus, tamen ſatis prodeſſe ad cautionẽ dicimus, etiam minima pro maximis cauere.] Audis, peccatorum diſtinctionem eſſe, vt quædam leuia, quædam grauiã ſint: & tamen heretici hodiẽ eũctã confundunt. Noli diligere, detrahere, ne adiceris, eſt apud Lxx. Prouerbiũ c. 20. μὴ ἐγγίψῃς κερτα λαλοῦν, ἢ αὐτὸ ἐξαφῆς. Nos eo in loco habemus: Noli diligere ſonnum, ne egeſtas te opprimat.

Quæ nullam morum diſciplinam ſequẽs.] Pro Morum, Harum, antea legebatur. Quæ nos per hanc viam ducant ad vitam.] Tranſalpina lectio erat, Per hanc ducant viam. Nec ſufficere tibi putes.] Rufus explicat, opera neceſſaria ad ſalutem eſſe.

Magis q; vitam tuam ornate diſce, quã alienã carere.] Erasmiana lectio erat, Magisq; vitam tuam ordinare diſce, quã alienã capere. Et qui neceſſitatem loquendi magis indicet, quã voluntatem.] Erasmus habebat, Et qui neceſſitatem em magis loqui indicet, quã voluntatem. Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas.] Qua ſit in Chriſtiano vera nobilitas, egregie explicat.

Vt, quaſi de quodam ſaſtigio contemptus fui atque arrogantia, deſcendat ad implendam Domini voluntatẽ.] Erasmus Faſtidio, pro Faſtigio, habet, contemptus autem fui dixit, quo ipſe alios contemnit, nõ ſe. Reperi verò te miro fidei ardore ſuccenſam.] Mira, legebat Erasmus. Et vnaqueque ſuum virum habeat.] Deerat apud Erasmum hæc omnia verba. Quam ficta adulatione decipere.] Ducere, pro Decipere, habet Tranſalpina editio. Perdere verò tanti temporis caſtitatẽ.] Prodece viro, antea legebatur. Sic enim ſcriptura dicit.] Sicut enim ſcriptura dicit, prius legebatur. Et erit tibi in peccatum.] Antea, Erit enim in peccatum. Alia multa corroximus, quæ inter legendum, ſicut erit, inuenies, ex his autem paucis diſcere poteſ, veluti ex vnguib; vt dicitur, Leonẽ, qua diligentia, ac ſtudio D. Hieronymi opera nunc impreſſa ſint, ad eam enim rem præſtandam, non ſolum antiquiſſima exemplaria, ex multis Italia celeberrimis vrbibus accepta, ſecuriſſimus, verum etiam in ſingulis quibusq; voculis examinandi maxima viſum tu diligentia.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XV.

Sit gratiaẽ omne, quòd ante laborem fuit.] Laborem, non laborum, vt Erasmus habet, legendũ eſſe, ſatis per ſe, que ſequuntur, oſtendunt. Murenulam vulgus vocat.] A murenã piſcis ſimilitudine, qui piſcis, muſſela, ſeu lampetra in ſtat, anguilla corpore extenditur. Flexuoſi ordinis catenam ex lenteſcente in virgulas metallo, rectẽ vocat Hieronymus. Pio negotiationis auſpicio.] Pro, legebatur antea. Qui non laborat, non manducet.] Manducet, antea. Inuiſa.] Id eſt, non viſa, nõ conſpecta: ita celeriter ibat, ac redibat. In Quadrageſima.] Hoc ten: pore, quòd ab Apoſtoli ad ieiunium ordinatum alibi contra Montanum ſcribit, vela pandenda, equiſue ad abſtinentiam laxandas habenas, vbiq; congruẽ aſſerit. Vt non doleret ſtomachum.] Ne ſciam perſona variet, magis placuit, ſtomachum, quã ſtomachus, vt erat Erasmiana lectio. Per orandi frequentiam.] Antea, præ orandi frequentia: ſed omnia ſerẽ exemplaria cum noſtra lectioe ſentiunt. Nihil iucunditate ſeruiens.] Deerat hæc in Erasmianis codicibus: nos ex octo manuſcriptis tribuſq; antea impreſſis exemplaribus reſtituimus. Vbi autem reliquimus, Nihil ſua uitate triſtus; nihil triſta uita, res manuſcripti habebant libri: ceteri omnes, vt nos. Et in culta veſte cultus ipſe ſine cultu.] Veſtis, antea legebatur. Suſcipiant ſacerdotes.] Suſcipiant, habebat Erasmus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XVI.

Multe q; plus accipiam.] Plus, antea deerat. Per Proconſules, & præfectos prætorio.] Proconſulem, qui exera ordinem conſulari poteſtate ad regendas provincias miſeretur, & præfectum prætorio eſſe omnem qui magiſtratu gereret, & apud quem tam publici, quã priuati uiri poteſtas eſſet, omnes norit, ſtẽmata verò nobilitati uſignia ſunt, vt ſtatua, ſigna, æcrota. Et hæc prouectæ ætatis.] Profectæ, antea falſo legebatur. Palmaq; vitorũ.] Hoc eſt, vbi omnia erãt uicia. Eſto, inquit, bene uolus.] Ipſemet alibi aduerſariũ Diabolũ eſſe

lum esse ait, qui semper nos accusante conscientia impetit, nec unquam ab accusatione desistit, quousque inuenit in nobis que obijciat scelera. beneuoli igitur cum eo, sua consentientes tunc sumus, cum peccare desistimus. hoc autem in via, hoc est dum uiuimus, fieri a nobis debere, Christus his uerbis docet. Audiuisti, ut crederet? Audiuisti, & crederet? falso prius legebat. Purpuris, & ceruilla. Illorubore, hoc candorem factici induci, alibi diximus. Frangiare musco mure.] Diximus de hoc supra Epistola octaua, significat autem $\mu\sigma\kappa\omicron$, paruum murem: mureis uero nomen a $\mu\alpha\iota\delta\alpha\iota$, uat a musco, saxis, arboribusque, adhaerente, a quo muscos fontes dicimus, internosceretur. Si mustiauerint.] Idem est quod mustare, hoc est, subiissa, ac rix intelligibili uoce loqui, & obmurmurare. Illi erant moderata ieiunia.] Illi erant, deest in transalpinis libris. Apostolorum & Martyrum basilicas.] Laudat Marcellam, quod orationis causa sancterum ecclesias peteret, hodie hac omnia ab hereticis irridentur, templaque ipsa diruuntur. Quasi ad uisissimum communionis sue porum, Romam fugit.] Romam uindicta, relati ad matrem Ecclesiam, fidei, & religionis causa veteres omnes sanctos confingere solitas esse, si hic Hieronymo non credas, Athanasij Epistola ad Iulium, & Marcum, summos Pontifices scriptas, legit. Unam ne in memore Pelio.] Emilianum heresichianus est ex Medea, ancilla uerba sunt dicentis, optatum fuisse Medea, ne in Colchidem unquam nauigasset, Argonauta. sic autem sunt carmina integra: Unam ne in memore Pelio securibus Casa cecidissent abiegnat ad terram trabes, Neue inde natus inchoanda exordium Cepisset, que nunc nominatur Argo. Vixit interdam Cicero, prouerbij uice, Pelion, pro origine aliquid mali. Turritur nomen accepit.] Gadul apud Hebræos magnificare, & exaltari significat. inde postea Magdala turris, a quo nomen Magdalene postremo dicitur. Matrem que Saluatoris in sua reciperet.] Sic habet maior exemplarium pars, conuenitque cum Græcis, que legunt, eis tamen idia, hoc est in propria, & suarum rerum numerum, quatuor autem cum uulgata editione, in suam, habent, scilicet matrem. Meditationem mortis.] Per mors animam a corpore, sic philosophia animam a corpore separant, propterea cum affuescat philosophus animo ab affectibus, sensibilibusque rebus adesse, uideatur quotidie animam a corpore disunctionem, hoc est mortem meditari.

Propter uestram salutem.] $\delta\iota\alpha\ \tau\eta\upsilon\ \psi\upsilon\lambda\eta\tau\epsilon\omega\varsigma\ \sigma\omega\mu\alpha\tau\omega\upsilon$, legit D. Hieronymus, nos habemus, $\delta\iota\alpha\ \tau\eta\upsilon\ \psi\upsilon\lambda\eta\tau\epsilon\omega\varsigma\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \nu\epsilon\mu\iota$, propter uestram gloriam, quidam, $\nu\iota\ \tau\eta\upsilon\ \eta\upsilon\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \nu\epsilon\mu\iota$, per nostram gloriam. at de hoc statim.] Iuxta antiqua exemplaria.] Deest autem in recentioribus, minus emendatis exemplaribus. Hieronymi tempore apud Luciam dictio illa, quotidie, cum ait, Nisi quis tulerit crucem suam quotidie, et secutus fuerit me, propterea ipse antiqua, & emendatiora citat, omni enim uis Hieronymi hic ea in dictione consistit. conuenit enim cum Platónico dicto Apostoli sententia, dum ait, Quotidie morior: & Christi dicentis, Nisi quis tulerit crucem suam quotidie, & cetera, que sequuntur. Aliqui tamen, sed falso, putant, quod transposita hic uerba sunt, legendumque sit hoc modo: Unde & noster Apostolus, Quotidie, inquit, morior propter uestram salutem: iuxta antiqua exemplaria: & Dominus: Nisi quis tulerit crucem suam quotidie, ut ad locum Pauli, quem Hieronymus, alter quam uulgatum esset apud Græcos suo tempore, ut dicebamus supra, citauit, referantur illa uerba, iuxta antiqua exemplaria, nam interposita ab aliquo fuisse, omnium codicum in hac re consensus, qui uerba illa habet, non admittit. Erpost multas ætates.] Vocat multas ætates a Dania, scilicet tempore vsque ad Iesum filium Sirach, a quo Ecclesiastici librum, cuius dictum citauit ex sententia scilicet Salomonis, collectum fuisse ipsemet Hieronymus alibi in præfationibus his uerbis asserit: Fertur & Panaretos Iesu filij Sirach liber, & alius Psendepigraphus, qui sapientia Salomonis inscribitur, quorum priorem Hebræicum reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes, & canticum canonicum: ut similitudinem Salomonis non solum numero librorum, sed etiam materiarum genere coequat.

Præceptum Satyrici.] De Petri uolenti ano intelligi, cuius poemate maxime delectatur. Offerens se hostiam uiuam.] Particula, se, antea deerat. Cum & me Romam cum sanctis Pontificibus Paulino, & Epiphano ecclesiastica transisset necessitas.] Romam pro Ecclesiasticis causis, & fidei questionibus, ueluti ad matrem Ecclesiam, per quam relique omnes confirmande sunt, uindicta concurre filium, quem admodum ei in Petro dictum fuit, Tu uero aliquando conuersus confirma fratres tuos, supra Athanasij, & Petri alexandrinorum Pontificum dixerat, uinc suo, Paulini, & Epiphanijs exemplo confirmat. $\tau\omega\ \pi\epsilon\tau\rho\upsilon$.] Id, quod docet, sine decorem est, secumque pulchritudinem quandam rei admixtam habet, $\alpha\pi\sigma\tau\omicron\upsilon\ \delta\iota\kappa\iota\tau\upsilon$, honestum, congruum, est autem artis caput, Fabio auctore, docere quod facias. Ne transuersum quidem uinguem.] Id est, ne minimo quidem spatio, idem significans, quod ne latum quidem uinguem discedere. Eodem cubiculo uiam.] Eodem cubili uiam, habent quaedam exemplaria: & alia, Eodem cubiculo, uino cubili uiam. Ut ex imitatione ueltri, & conuersione

multarum, gauderemus Romam factam Hierusalem.] Perperam legit Erasmus, ut ex imitatione ueltri, conuersione multarum gauderemus, &c. Semper obuiare epistolis.] Alter, semper se obuiare Epistolis: id est, semper ipsa obuiam uat Epistola. inodus pro modo, se autem particula in septem manuscriptis, quatuorque, in prescriptis exemplaribus inuenimus. Narem plenam blasphemiarum.] Intelligit de Origenis hæresibus: elegantiæque narem, quæ hæretici aduocati fuerat, plenam nominat blasphemiarum nam & Homerus, tot probra, inquit, conuiciaque inter se iactabant, quot ne nauis quidem centum transitorum capere potuisset. & Lucianus totæ plaustra dixit blasphemiarum.

Inuenitque protinus patella operculum.] Uitur sæpe hoc pronerbio D. Hieronymus. Dignum, inquit, alibi, patella operculum: est autem eius usus, cum magistro dignus aliqui discipulus inuenitur, ut in ualibus malo contigit, simile est illud quoque, a Crasso primum excogitatum, Similes habent Libra lactucas. Fictus ariolis stultorum uerberet nares, & oborto fuste dentes mordentium quatit.] Arioli, & circulatores fingentes se in speciem manni, aut facie diuinantur, non secus quam Physiologi, cum ille inspicendi præberentur, non obseruantibus, alog, intencis iis qui inspiciebantur, pugno aut bacillo nares uerberabant, interdumque oborto etiam per os fuste, eandem ob causam sorte recepto, dentes magno cum dolore quatiebant: atque ita risum mouebant populo. sensus Hieronymi est, non esse mirum si stulti homines sint, ut ad hæc perpendenda aliquo inducantur colore, cum uenata hæresis Romæ inuenitur, quos peiori modo deciperet. Hoc est, de principijs. Origenis libri sunt hæresibus pleni, quos Rufinus, quem hic tacite inuuit, Latinos fecit. hæc autem uersionem insanam appesit Hieronymus uacat. Tunc discipulus $\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\omicron\upsilon$.] Hoc est, beatus. Beatus, inquit, fuisse, iuxta uerilogum uerbum sit, si in talium magistrum; Rufinum quippe, non incidisset, notat autem his uerbis Macarium, qui idem est Græcæ, quod $\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\omicron\upsilon$, hoc est beatus, huic enim Rufinus magister corrupit, & in hæreses Origenis induxit, cui interpretationem $\alpha\epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\omega\upsilon$, & Apologiam pro Origene etiam dicit. Mutant autem nomen in aliud simile, ne proderet, nam quod præceptorij nomine Origenem, Beati autem eius discipuli Rufinum, quod uoluit Erasmus, intellexerit, falsum est, & a uerbis D. Hieronymi alienam, nam cum ait, Vere nominis sui, ostendit eum Beatum fuisse uocatum, hoc autem Rufini nomen non fuit.

Tunc $\delta\epsilon\lambda\epsilon\tau\alpha\tau\omicron\upsilon$ contradidit.] Ita habent omnia exemplaria: iis quibus saluti tantum manu scriptis, pro contra didit, est uox Græca $\alpha\upsilon\tau\iota\gamma\omega\alpha\tau\omicron\upsilon$: epitheton autem Episcopi est apud Paulum; quod si $\delta\epsilon\lambda\epsilon\tau\alpha\tau\omicron\upsilon$, significatque ad docendum habilem, doctorem nos dicimus. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohæuerat.] Particula, se, nos restituit. Ac simpliciter illuderet Episcopi.] Intelligit de Syricio Papa, qui Anastasium, de quo infra statim, processit. in sinuauerat autem se apud eum Rufinus ueluti Catholicus, & ab hæresibus Origenis alienus, quod idem erga Anastasium facere uoluit, sed non obtinuit; ut ex Epistola Rufini ad Anastasium, & Anastasij ad Hierosolymitanum Episcopum constat. Ut communicantes Ecclesiæ discessisse uiderentur.] Vide, quanti omnes fecerint Romam Ecclesiæ communionem. Quem duo Romæ habere non meruit.] Sedit enim annis tribus, diebus xvi: cui successit Innocentius, sub quo urbis caput, id est Romæ a Gothis capta est, expulisse autem ex urbe Anastasium hæresim Origenis ex Oriente Romam delatam, supra etiam Epistola v. i. explicat. & Origenis operum lectionem Principum decreto damnatam, Anastasium in Epistola ad Hierosolymitanum Episcopum scribit.

Emendata manu scriptis.] Scorpium Rufinum uocat, quod latenter & ambabus, ut dicitur, manibus uenenum sunderet. emendata autem dicit non $\epsilon\pi\sigma\theta\epsilon\tau\omicron\upsilon$, ut putat Erasmus, sed quia Rufinus uitiata fuisse Origenis volumina, & cæcillabat, & in quibus uiciata essent, ostendere multum conditus est, ut ex operibus eius ad Macarium, alijsque, et ex apologia Pamphili, Eusebij scilicet, non Martyris, ut ipse mentiebat, pro Origene, quam eiusdem Macarij præcibus Latinam fecit, clare apparet.

Scis me uera narrare, quem nosti uix de multis pauca dicere.] Quæ nostris, antea falso legebat. Stomachum meum digerere.] Hoc est, euomere: elegans prouerbiū. Ita ut Barnabas quoque.] Simptum est ab Apostolo, cum de Petri simulatione ad Galatas scribit, Rufinumque, notat hoc nomine, qui a Hieronymi amicitia discessit, & Hierosolymitanum Episcopum in defensionem suam traxit; ut ex Rufini ad Anastasium Papam constat Epistola, propterea statim addit: Dum hæc aguntur in Iebus, id est in Hierusalem, quæ Iebus antea uocabatur, ubique uisum fuit dominum parcat, uir sanctus, aut immitat nomina, aut inuis inuulgata uisitat. Nocte Moab capta est.] Nocte, inquit, Iebus, uisitata est, Ar, Moab conuicit. Romam autem intelligit hic Hieronymus, fuit autem Moab Arabum prouincia, olim potissima, Ar metropoli insignis, in qua fuit Balac filius Beor, qui Balaam ariolos ad maledicendum Israel ex Aegyptiam in conduxit. Quis cladem illius noctis.] Virgilij carminibus ex secundo Aeneidos acceptis, uerbis Roma trinitas, sicut ille Troie, descriptis.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XVII.

Sus artium reperitricem.] Ideft, sus Mineruam. ea enim artes reperisse scribitur. prouertiam est, cum explicare volumus. stolidissimum docere primum. Accipitur pancre formidinem.] Naturale est gallinaceo pullis, accipitrem formidare, & ad omnium proterolationum animam vmbriam parere. Rohoboth, id est latitudines eius.] Perperam corrector reliquit. latitudine: quippe cum רוהובת Rohoboth plurimum numerus sit. significat autē, plateas, ac latitudines, proindeque latam, ac festiuam peccantium viam, quam deserendam fore hortantur. Sennahar] שניאן apud Hebræos Chaldaeorum campus est, ubi turris fuit adificata. ponitur interdum pro ipsa Babylonia, ut Iosue v. 11. Quod autem Hebræicè satorum eorum significet, vt asserit Erasmus, falsum est: hoc enim Hebræi Sennam, non Sennahar dicunt: imò potius significat dentem assergentem, vigilem, conserentemque.

Chobar.] Et hic quoque halucinatur interpret, dum putat à propheta Ezechiele grauem fuisse vocatum: stantium Chobar, quod ipse illic captiuus inter captiuos degeret. quod falsum esse, ex ipsius Ezechielis lectione perspicui potest. additum fuit autem hoc epistemon ab ipsis multis, ex doctrina Hieronymi, qui Ezechielis verba exponens, ita ait: Chobar autem aut nomen est fluminis, aut certè, in eam interpretationem suam, quam graue vertitur, Tigrim significat, & Euphratem, & omnia magna, & grauiora flumina, quæ in terra Chaldaeorum esse perhibentur. hac Hieronymi expositio immit, Chobar legendum esse, non Chobar, à litterarum magna apud Hebræos similitudine, r, & d, orto errore, nisi grauior, prostrabus, ac grandibus, & multarum aquarum, flumina potius dicit. Non nigratur, vt Aegyptum, deorsum.] Aegyptum non pluuuij desuper, sed Nil fluctibus astiuo tempore excrecentiibus inundari, notissima est historia. Holera languentium cibos.] Ad illud Apostoli alluserunt: Qui autem infirmus est, holus māducat, loquiturque Apostolus de animi, non corporis infirmitate.

Montuosa.] Fundamenta eius, inquit David, in montibus sanctis. & alibi: Montes in circuitu eius: propterea virginem, ad inuisendam Elisabethè propter amem, abesse in montana legitimus.

Allophylo superato.] intelligim de Goliath Philistæo, à David occiso. vnde cantatum postea est ei in choris: Percussit Saul mille, & David decem milia. trahuntque historiam ad Christum, qui prostrauit Diabolum: propterea autem, David noster. Goliath autem non nomine, sed re superborum typus fuit. In Orne.] Loquuntur de arca iussu Domini per Gad empta à David, in qua altare constructum fuit: eo enim in loco Hierosolyma postea condita fuit, cum Iebus antea opidulum diceretur.

Melchisedec Regem Salem.] Hieronymus ad Euagrium, improbat Melchisedec fuisse Regem eius Salem, quia postea Hierusalem dicta est: nec in hoc Iosepho, ac nostris assentitur, sed Salem, cuius fuerit Rex, aut esse opidum iuxta Scythopolim, quod vsque ad sua tempora vocaretur Salem, ibique palatium etiam Melchisedec, magnificentiã ex ruinis ostentans, monstraretur: & de hac Salem ea Genesios verba loqui asserit: Venit Iacob in Scythia, id est tabernacula, & fecit sibi ibi domos, atq; tentoria, & transiit in Salem ciuitatem regionis Sichem, que est in terra Chanaan. Mulieres igitur hic vulgatam ac receptam potius opinionem sequentes, argumento suo rectè accommodant.

Qui iam tunc in typo Christi panem, & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Saluatoris sanguine, & corpore dedicauit.] Missam sacrificium esse, huius perpensis insitiat qui pot erit? nã quod panem & vino sacrificare solitus fuerit Melchisedec, non animalium extri, Hieronymus in ea ad Euagrium Epistola, ex Origene, & Didymo, Hippolyto, Irenæo, Eusebio Casariensi, & Emiseno, Apollinario, & Eusebio, & cæteris veteribus orthodoxis patribus vsque verbis refert: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod solus & Rex fuerit, & sacerdos, & ante circumcissionem sanctus sacerdotio, vt non gentes ex Iudeis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acceperint. nec vnctus oleo sacerdotali, vt Moysi præcepta constituit, sed oleo exultationis, & fidei puritate, neg, carnis, & sanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium sanguinem dextra suscepit: sed panem, & vino simplici, purisque sacrificio, Christi dedicauerit sacramentum. Sed passim, quidquid obuiam venerit, turbidus sermo perstringat.] Antea non rectè in omnibus libris impressus legebatur, sed passim, & vt quidque obuiam venerit, turbidus sermo perstringat. Et habitasse dicitur, & mortuus esse Adam.] In epitaphio Paulæ similem huic refert opinionem, dum Abraham, Isaac, Iacob, & Adam in Cariath vrbe sepultos ait.

Vt secundi Adam, id est Christi sanguis de cruce stillans.] Impressa transalpiniorem lectio erat: Vt secundus Adã, & sanguis Christi de cruce stillans. Primum nomen calcata.] Per Samech scribitur, calcataque significat: per sem vero aridam notaret. quod autem Salem pacem, Hierusalem autem visionem pacis significet, dubium non est. Vt typica hostia tollerentur.] Pro hostia, biscria, legit Erasmus: cum eoque aliqua etiam consentiunt exemplaria, nos ta-

A men eam lecturam nullo modo approbamus, sed hanc, quam per tres codices restitimus: pena enim populi, eo quam diuinitas fuisse hinc asalem, mulieres hæ sancta probare nituntur, per sacrificiorum magis quam per historiarum cessationem insigunt. & Iudeorum terribili negotio hostia, quam historia propria erant. typica autem hostias idè vocant, quod Christum, qui se vt veram, & immaculatam bestiam Patri obtulit, omnes significauerint. Multo nunc auggitior est.] Augustior, perperam antea legebatur. Et ad caput sudarium conuolutum.] Quod Ioannes dixit, sudarium, quod fuerat super caput Christi, inuentum non cum linteaminis, sed separatim inuolutum in vnum locum, ad locum capitis fuisse inuentum, rectè sancta hæ mulieres, ex antiqua, vt puto, traditione interpretantur.

Si enim ais.] Mendosum hunc locum emendator reliquit: legebatur enim: Sic enim ait. Primum ædificauit Cain.] Olim, Prius.

Iudas Apostolus frater Iacobi.] Iudas Apostoli frater Iacobi, olim. In quibus Petrus, & Paulus, Christiani exercitus duces.] Propter ea quod Roma passi sint, hoc autem. heretici tamen hodie aliqui eo vesania deuenerunt, vt contra omnem antiquitatem, comprobantibus hoc ipsum Clemente Petri discipulo, Cæio, Iustino, Irenæo, Egesippo, Eusebio, Tertulliano, Cyrillo Hierosolymitano, reliquisque sanctis veteribus assatum omnibus, Petrum Rome nunquam fuisse, asseruerat ausi sint. Perbelli certè, vasti, arguique Doctores, qui nobis tamquam insensibus, quidquid libuerit, persuadeant: sed nos etiam manum scrupula subduximus. Martyrum vbique sepulcra veneramur, & sanctam fatillam oculis apponentes, si liceat, etiam ore contingimus.] Audite ne, quanta reuerentia sanctorum veneranda esse reliquas asseruerit: sed, si hæc, vt mulieres, contemnis, lege coram præfectorum Hieronymum, hoc ipsum latus, doctusque asserentem, in libro contra Vigilantium.] Gloriosa confessio est.] Olim, profectio.

Et serò dolent crucifixisse, quem timeant.] Mirum est, quantum nobis arideat hæc lectio, quam ex obo exemplaribus manuscriptorum restitimus. alludit enim ad pronubium illud, Serò sapinut Phryges, olim autem legebatur, Et se dolent crucifixisse, quem timeant.

Summam, vt dicitur, manum.] Prouerbum est ab artificibus ductum, qui rudi materia primam initio manum, postea summam, seu postremam adhibuisse dicuntur. Non Athenis, sed Lilybei.] Maior exemplarium pars, Lilybei, hic habent: quod opidum pronononitiumque Sicilia esse, nemo ignorat. Græcas autem ibi, non Latinas literas disci debere, Cicero contra Verrem, vnde ipse hausit D. Hieronymus, asserit. Erasmus, Lilyæ: alique, Libyæ, falso legunt.

Abfque Athenis nostris.] Hierosolymam, ex qua Christiana primùm religio prodit, rectè Athenas nostras appellat.

Ad quæ nos loca non vt primæ, sed vt extremæ venimus.] Primi, & extremi, olim perperam legebatur, mulieres enim sunt, que loquuntur. Certè flos quidam.] Florem quendam Christiana religionis, congruenter virginum, & monachorum appellant chorum.

Syriam Cælen.] nos non conuicam, ac sinuosam significat, inde pars Syria campestris, Syria Cæle dicitur. Infirmiter sermone.] Alter, infimo. Tarpeia rupe.] Capitulina rupe hæc est.

Muliere purpurata.] Contra Romanam tunc infidelem, & ebriam sanguine martyrum, Apocalypsis loquitur purpuratam vocat ab imperatorum purpura, blasphemis plenam, quia Christi fidem persequabatur, propter quam etiam ipse Ioannes tunc relegatus erat, & super multas aquas sedentem, ob imperium eius super multos populos late patens. heretici tamen, omnia more suo inuidentes, contra fidem nunc Romanam, & omnium fidelium matrem, sædo ore, sed magis sædo animo citant hæc omnia, & vicarium Christi in Antichristum arbitrati suo conuertunt, propterea non incongruè se ipsas sancta hæ mulieres declarant, cum aiunt: Est quidem ibi sancta Ecclesia, sunt trophæa Apostolorum, & martyrum: est Christi vera confessio: est ab Apostolo predicata fides, & gentilitate calcata, in sublime se quotidiè erigens vocabulum Christianum. Alleluia decantat.] Olim legebatur, sed falso, Alleluia decantet. Flere cum forcere, flere cum matre, Non Domini ferorem, sed matris intelligit. Crucis deinde lambere lignum.] Vide, quanta reuerentia crucem venerari debeamus: vt non incongruè Theologi asserant, eundem, qui Christo, caluui ei debent, dummodo nos non eam sed per eam crucifixum Christum nobis animo occurrant em statim consideremus, in vera enim Christi cruce, de qui hæc mulieres loqui videntur, Christi sanguinis, quo perfusus est, & corporis cruciati quod tergit, ratio ad hoc ipsum habetur.

In Oliueti monte.] Ex hoc mote Christum ascendisse ad Patrem, Lucas in Actis Apostolorum scribit. Ob lauacrum Domini puriora.] Interpret legit, Et fluuua Iordanis ad lauacrum Domini puriora: asserens limpida, & amenas Iordanis alioqui equas puriores singi factas, postea quam in eo Christi baptizatus fuit, hic sensus verus profectus est, sed per ad prepositionem non explicatur: propterea nos ita exemplarium ope correximus. In David orare Mauloleo.] Sepulcrum

pulcrum David intelligit, de quo dicebat Petrus, Et sepulcrum eius apud A nos est. Amos prophetam.] Rapes, ex qua Amos ad propheta-

tantum ex pastore vocatus fuit, hac est. Ad Abraham.] Loquitur de sepulcro abrahæ, Isaac, & Jacob, quod erat spelunca in Arbe, seu Chebron, in tribu Iuda, & de eorum tabernaculo.

Trium quoque illustrium feminarum,] Non de Iudith, Hester & Debora, ut asserit interpres, sed de illustribus horum trium Patriarcharum uxoribus intelligit, Sara scilicet, Rebecca, & Rachele.

Fontem, in quo à Philippo.] Historici est in Alibus Apostolorum, fontem autem hunc aiunt esse in tribu Benjamin, iuxta Beethsuram, eodem loco ebullientem, & absorptum. Cineres adorare.] In Sebaste reliquia Ioannis Baptista, Heliset, & Abdia asseruabatur.

quo modo autem Ioannis Baptista corpus ambustum fuerit, apud Eusebium, & quo modo inuentum caput, inter opera Cypriati reperies, Venerandas autem esse sanctorum reliquias, hic etiam audis.

Ibimus ad Nazareth, & iuxta interpretationem nominis eius florem videndum Galilææ.] Fuit hic Hieronymus à flore dictam esse Nazareth: quod falsum esset, si per Zain litteram scriberetur: scribi autem debere per Tzade, quo modo flos, aut verius virgultum, ex quo flos prodit, significatur, non solum Hieronymi interpretatio, sed Crucis titulus, qui Roma in templo S. Crucis, cognomento Hierusalem asseruatur, me docuit. ibi enim Nazarenus, quod nomen à Nazareth ducitur, per hanc litteram scribitur. cum autem scribitur per zain, sanctum, separatumque, quod alibi ab eodem proditur, significat. he autem littera, vii eiusdem classis, altera in alteram commutatur.

Cernetur Cana.] Olim, cernitur. Itabyrium.] Thabor mons hic est, in media Galilæa, mira rotunditate asurgens: in eo se Christus transfiguravit. De quinque, & septem panibus.] Duplex miraculum paucis recenset verbis. quinque enim panibus, quinque, septem verò quatuor hominum milliâ saturata à Christo fuerunt.

Apparebit opidum Naym, in cuius porta:] Olim, In cuius portis. Portam enim non portas, Lucas, qui miraculum recenset, nominat. statim quoque pro, Hermonim, emendauimus, Hermon; & pro, superant silara, superatam est silara; & pro, familiaris, familiarare.

Silo.] Locus erat ubi fuit arca, & domus Dei, de quo David, Et replit tabernaculum Silo, notissima est ex veteri testamento historia. Erasmus Silo pro Siloë falso accipiens, ait esse locum ubi cæcus natus visum recepit. statimque ex sequentibus admonitus, ecclesiam ibi, in Siloë scilicet, fuisse postea constructam comminiscitur. Bethel.] locus ubi separatus Iacob scalam vidit, quo in loco constructam fuisse ecclesiam, Hieronymus alibi testatur. erat autem Silo in terra Chanaan, ubi & Bethel, in tribu filiorum Ioseph, Siloë verò ad radices montis Sion extra portam Hierusalem, quem fontem interdum sicari solutum esse, tam ex eo qui circumfertur Egesippo constat, quam ex Hieronymo.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XVIIII.

Ambrosius.] Hic Marcionites primum fuit, sed ab Origene conuersus est. vide infra in catalogo. Adamantius.] Sic vocatus est Origenes, & olim Didymus grammaticus, ob numquam fatigabilem in scribendo, legendoque naturam, cognomento ab inuincibili adamantis lapidibus vi imposito. Chalcenterus.] Addidit hoc D. Hieronymus: nomen autem ab ereis intestinis, ferreisque, deducitur: vtrumque enim χαραδς significat, sicut ἐντρα intestina, inde χαραδερ-επος. Hoc diebus egisse, & noctibus.] Pro & vel, antea legebatur.

Tremulus in Cybele.] Interpres ait ideo tremulus in Cybele dictum esse, quia cum anus fuerit Cybele, veluti mater omnium Deorum tremulo corpore propter senium reprobata, aretur. nec recordatur Festi, qui Cybeleam à furore dictam esse asserit ἀφ' οὐρανοῦ, quod est tremulum in caput saltare, ac se totum retrorsum, & hinc inde circumflecti. ἄνθρωπος enim caput significat. hinc Xenophon scribens in Symposio saltatricem quandam puellam, qua solita sit per pugiones in mucronem ereticos capite illa prouolui, εἰς τὸ ἔλκον, inquit, ἄνθρωπος. non ex senio igitur, sed ex favore, ut sic representaretur Cybeles, introducta primum consuetudo est, nam furiosos effusi Cybeles cultores, & caput mouere, ac iactare solitos esse, omnes norunt. Cum primum licet.] Aliter, Quam primum licet. Innocentes cibos præbeant.] Olim, Præbent.

Locus quietis ostendens.] Olim, Ostendunt. Brumales niues.] Parahiemis salustialis, cum dies breuissimi sunt, Bruma, à lucis breuitate dicitur. Ligna non coemam.] Non propter teporem regionis hoc dicit, ut rursus diuinat interpres, quem sub verbum aquinoctium, quando crucifixus est Christus, quod tunc in xxv. diem Martii inciderebat, Hierosolyma ad ignem stetit Petrum quia frigus esset, & se calefecisse, legamus. sed non coemam, ait, quia ruralis flua, qua ingens erat in Bertheleem, ut cum de Adonie supra locum est, dixit, quæ in omni serè rura esse solet, ligna abunde suppeditabit. propterea subdit, vilius non algebo, id est, si emenda erunt ligna, viliori

ementur pretio. Arena scuiat, cæcus insanat, theatra luxuriēt.] In arena gladiatores se ipsos cadentes nutro iubeant, & hominum denuntiarum corpora feris dilanianda obiciantur. in circo magno sumptu equi, quadrigæque, currebant: & in theatro comædiæ, tragædiæque magnæ cum luxuria peragebantur. Cum tanta reperientes in cælo.] Olim, reperiamus. Verum ut ad villam, &c.] Hinc vsque ad finem, omnia, que sequuntur, in superiori etiam inuenies epistola. eo autem ex hac à sanctis mulieribus accepta, verisimile est credere, nam & ad eandem Marcellam scribitur, & idem tractatur argumentum.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XIX.

Mel.] Nec mel, neque fermentum in sacrificiis offerri Deus in Levitico mandata. Festus est dies, & natalis B. Petri.] Diem obitus sanctorum, natalem ideo vocat Ecclesia, quia tunc verè Deo nascuntur, cum in æternam beatitudinem transferuntur. ex hoc autem loco diserte contrariis hæreticos potes, veneranda, non abroganda esse sanctorum festa. Festinus est solico condendus.] Interpres, contra ea que ipsemet Hieronymus scribit in fine, verba hæc ad solatium gula trahit, propterea inquit, quod in diebus festis lautius solito prandatur. Hieronymus non de ciborum, sed verborum saluti, condimento, leporeque intellexit: propterea se ipsum statim interpretatus ait, ita tamē ut scripturarum cardinem iocularis sermo non fugiat, quafi, inquit, iocandum in hoc die festo verbis à nobis est, extra scripturarum tamen limites iocularis sermo ne egredietur, cauendum.

Armillis in Ezechiele ornatur Hierusalem.] Pro ornatur, armatur, legit immutatur. Et piperis mordet.] Farmace, aliqua libra, melle, pipereque mixta miserat, ut ex principio epistola constat. Mordaci autem virtute accutæ, piper esse, omnes norunt: Galenus quartum illi caliditatis gradum propterea tribuit. Pristinū libelli.] Intelligi libellum de seruanda virginitate, Eustochio scriptum: qui hinc post duas epistolas sequitur.

Epistolam pectoris tui.] Alludit ad illud Pauli, Epistolæ nostræ vos estis, scripta in cordibus. & paulo post, Scripta non atramento, sed spiritu Dei viui. A Baruch traditam.] Baruch iussu Hieronima scripsisse Epistolam illamque ad populum detulisse, scissimamque deinde à Rege nouacula, seu scapello, proiectamque in ignem, legitur latè apud Hieroniam. Canistrum cerasæ refertum.] Circa tempus natalis Petri proueniunt cerasæ: eorum autem quadam rubentia, aliqua nigra sunt. nam quædam omnia cerasæ rubescant maturitate, postremoque nigrescant, quod voluit interpres, falsum est. A Lucullo delata existimam.] Olim, Existimarem. Lucullum autem anno vrbis DCLXXXI Pontificatus primus attulisse in urbem, Plinius auctor est.

De Cerasunta.] Rara verbes, inquit Pomponius, Cerasunta, & Trapezus maxime illustres. Olim legebatur, Cerasuntio, & duo exemplaria manuscriptorum habebant, de Ceraso sumptum, sed vnaque lectio falsa est. Canistrum ficis plenum.] de duobus calathiis, seu canistris, quorum alter habebat ficus bonas bonas, alter malas malas, legit Hieronima cap. 24. Non tam ciborum abundantia, quæ spiritus exultatione celebremus.] Hinc patet, condendi verbum ad cibos non debere referri, propterea supra pro condendus, concinendus coedex quidam habebat nobis tamen, Condendus, magis placet.

Quem scimus Deo placuisse ieiunij.] Olim, scias, legebatur, sed falso, ut ex superioribus apparet.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XX.

Ut quia velatarum virginum munus est.] Antiquissimum institutum esse, ut virginis Deo sacra velentur, tondenturque, laici infra in epistola contra Diaconum virginis sollicitatorem inuenies. Munus autem virginum dicit, quod virginibus scilicet, que in Paula monasterio erant, missum fuerit, non à virginibus, que Romæ.

Quod autem & matronis offertis muscaria.] Matronas vocat Paulam, & Eustochium. Muscaria verò stabella sunt vel è pennis autum, vel è charta ad abigendas muscas composita. Quia muscæ moriturae oleum suauitatis extermiunt.] Ex quinque manuscriptis, tribusque, antea impressis exemplaribus ita hinc locum restitutum: nam immutatur maxime cum vitium reliquerat: legebat enim sic Quia musca moriturae, olei suauitatem luxuria cito cum isto interitura mundo, oleum vitæ suauioris extermiunt, verba enim hic media, in epistola superius sensu, ab imperito quopiam apposita fuerunt: nam muscas morituras, pro luxuria cito restringenda, ne scilicet cordibus adhereat, paucis, sed elegantissimè etiam dixerat Hieronymus, ita vt alia, qua exponeret, additione opus non esset. nostra emendatio auctoritatibus quam de Ecclesiaste citat, mixtè etiam conuenit. Nobis autem, licet in peruersum, munera vestra conueniunt.] Hinc quoque locum mendosum reliquit interpres, legebat enim, ut peruersum licet: munera vestra conueniant. Munera omnia in votum pro virginibus, matronisque, exposuerat partem: nunc in peruersam, contrariamque, pro se eadem interpretatur: ideo verba illi, Nobis autem, necessaria sunt.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXI.

Viperinis nexibus prepeditu, coluber deduxit ad terras.] Elegantisime modum, quo Adam e paradiso ad terras deielus fuerit, explicat, veluti viperina candenexibus attractus. Secunda quodam modo immortalitate.] Olim, Secundam quoda modo immortalitatem. Sensus est, in nonagenis & eo amplius annos ad vitam, secundam quodam modo immortale. ante diluuium homini concessos, post diluuium autem in breuius illos contractos spatium. legitur hac, & exponit interpres cxx. annorum ante diluuium gigantium tempore hominis fuisse etatem: nec anima dicitur, iude enim haufit errorem, non de hominum etate, sed de temporis spatio in omni hominum etate ad poenitentiam illa, antequam diluuium abforberentur, concessio. scripturam loqui, dum ait, Anni vite hominis cxx. Quod temporis spatium, in crebescensibus deinde vitis, ipsum quoque contractum fuit. Purgati baptisma mundi.] Petrus apostolus baptismatis figuram diluuium fuisse, scit in epistola sua scribit. Et gemino bellum.] Horatiani versus sunt ex arte poetica. ordiri autem ab euo, est longa repetere initia, vt eus illa, ex quorum vno Castor, & Pollux, ex altero Helena, que Troiano bello causam prebuit. verum quis praedixit initio oua, in fine vero male veteres apponebant, alterum est apud eos proverbium, Ab ouo vsque ad mala, hoc est a principio in finem vsque. Caput ad Christi similitudinem candidum.] Non allusit ad Christum in monte transfigurationem, vt voluit Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

Meditari vt vellet Erasmus, cum in ea de facie solis instar resplendente, & vestimenti legamus albis, non de candido capite, neque etiam propterea quod agnus vocatus sit: cum toto ille corpore, non solo dimitaxat capite sit candidus: sed allusit ad illud quod in Cantico canticorum, loquens Christus sponsus ad sponsam, ait, Caput meum plenum est rore, & elegantissima similitudine, sena caput canis totum respersum, rore dicitur plenum, nam & nixisse super canum caput vulgo etiam dicimus.

A cantia. Et rectores harum tenebrarum.] Decretum apud florem nomen, rectores. Jacob somniantis.] Olim, Somniantes. In medio autem Dcos discernit.] Olim, Discernat. Valet quidem liberare de poena, sed non vult coronare corruptam.] Reddit rationem, cur dixit, Deum non posse suscipere virginem post ruinam, non potest, inquit, quia non vult. & hanc lectionem omnia ferè exemplaria habent, exceptis tribus quos habebant: Sed non valet coronare corruptam. Qualesito si magis placet, intelligenda est, ordinaria, vt Theologi aiunt, potestate, ex eo scilicet decreto pendente, quo Deus statuit virginitatis laurea solas dimitaxat virgines, non autem etiam pollutas fore donandas. Reclius fuerat homini.]

Alter, Homini. Sirenæ nidificent.] Locus est Esaiæ c. 34. Interpretes autem varie transtulerunt in Hebræo est, שירי, Lilib. hoc autem Symmachus lamiam verit. Hebræorum aliqui epuror, id est furia, multi sirenæ, alij lares, spectrum, nonnulli vero autem nocte clamant, bubonem scilicet, quod magis placet, interpres autem. Esaiæ autem verba sunt hæc: Orientur in domo eius spine & vicia, & palmarum in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & passio strictionum: & occurrent demonia onocentauris: & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem: ibi habuit sonæ hericus, & munitur catulos, & circumfodit, & fouit in umbra eius: illic congregati sunt milia, alter ad alterum. Aut blanda voluptatis incendit.] Olim, blandum. Et cum post paululum.] Olim, Cum paululum. Nequitia, ne zizania crescant, elidatur in semine.] Deerat in quibusdam exemplaribus hæc verba, Ne zizania crescant, nos ab emendatoribus adiui, impressam editionem magis probauimus.

Quam retribuisti nobis.] Olim hæc decant. Innatum medullarum calorem.] Alter, Motum medullarum calorem. Alludit ad petram.] Alludere paruulo Babylonicos ad petram, est primos peccati motus in Christo frangere. Cum etiã languentes monachi.] Monachi nomen ex quatuor manuscriptis exemplaribus restitutum.

Ante hominẽ suã iã carne præ mortuũ.] Mendosa hic erat trasalpina editio. legebat enim, Ante hominẽ suã iã carne præ mortuã. Nõ erubescit conteri infelicitatis meæ miseriam.] Olim, Nõ deprendo infidelitatis meæ. nos ita ex decẽ manuscriptis, & vno impresso exemplaribus emendauimus. Panis collyria.] Olim, Collyrida. est autem κολλυρία, placenta genus, quod in sartagine, vel sub cinere coquebatur, cuius meminit Aristophanes. Plautus in Persa, Collyria, inquit, facite vt madent, dicitur etiam collyris, quam oleo immixtam coqui clarè in Lectrico legimus. Nos hoc in loco habemus pro collyria, subicerimus panis. Reuera numquid non poterat Deus.] Numquid, nos reposuimus. Vniuersa exequi, sui est tituli, & voluminis.] Olim, Sui & tituli, & voluminis. Ioannes zona pellicea cingitur circa lumbos suos.] Circa lumbos suos, nos addidimus.

Omnis igitur aduersus viros diaboli virtus in lumbis est.] Olim, Omnes, pro Omnis. Quod petras excauet, vt habitat coluber in foraminibus earum.] Olim, Et, pro Vt. Colubus habitat in petrarum cauernis, & ab experimento, & Esaiæ, Salomoneq; edocui, omnes simus, vocat autem hic Hieronymus excauatas petras, corruptas virgines, quibus illud Proverbum conuenit, Collocat in petra coluber cubile suum. Videas pleraque viduas antequam nuptas:] Inuehiunt in virgines, quæ cum exponantur, se gravidas factas sensissent, vt stuprum crimen obtegerent, viduati sumebant vestem, vt ita, ea mentita, mortuum sibi fuisse virum ostenderent, ideo ait, Infelicem conscientiam mentita tantum veste protegere. Quædam exemplaria habebant hic, Videas pleraque matres antequam nuptas: sed falso, alia, veste suscipa protegere. Lego autem, protegere, non prategere. Quas nisi timor veri, & infantum prodiderit vagitus, sanctas, & castas se esse gloriantur, & erecta ceruice.] Sanctas, & castas se esse gloriantur, nos veluti sensum hic necessarium, ex tribus impressis, sordidumq; manuscriptis exemplaribus restitutum. Alia verò sterilitatem præbibunt, & necdum facti hominis homicidium faciunt.] Pulcherrima emendatio hæc est, quam nos ita exemplarium ope restitimus, apud interpretem legebat: Alia verò sterilitatem præbent, & necdum facti hominis homicidium faciunt. Loquitur de illis, quæ, ne conciperent, pharmacum aliquod præbebant, nam de procurantibus abortiu illico subiungit. Et si quando festiuæ, & lepidæ volunt videri, & se mero ingurgitauerint.] Alter, Et si quando festiuæ, & lepidæ volunt viuere, vbi se mero ingurgitauerint. Abiit, vt ego me à Christi sanguine abstineam.] Sacriligium perpetrare asserit eas mulieres, quæ cum mortali peccato indigne ad sacram accedunt Eucharistiam. Manichæam vocant.] Manichæi, cum turpissimis flagitiis dediti essent, ab sinebant se tamen à carnibus, & ouis, afferentes nullo mortuo vescendum esse corpore, quod inde diuina recessisset substantia: nec etiam bibebant vinum, quamuis vnas comedere.

Purpura tantum in veste tenuis.] Tenuis, vel pro minus ardenti, vel pro modica purpura resti assuta. Et per humeros hyacinthina.

Nonatium & Nonatum hic & in epist. c. t. non miset.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXI.

Relinquat Chaldaeos, qui quasi dæmonia interpretantur.] rectè addidit. Quasi nam Chaldaei, quos Hebræi vocant כשדים Chaldim, quasi vastatores, ac demolitores à nobis dici possunt, quod Dæmonum proprium est. prima huius nominis littera, veluti addita, quasi, sicutus significat. Ne repexeris, inquit, ierico.] Allusit ad historiam Lot & uxoris de Sodoma egredientium. Inebriatus est, inquit Dominus, gladius meus in cælo.] Dei verba apud Esaiam hæc sunt, malorum angelorum lapsum significat.

et in thina lena maiore volitans.] Hunc locum deprauatissimum reliquit Erasmus. Pro vase forte, forte, legebat. quæ vox aut supermacæna, aut nullo sensu posita erat. Nos ex maiori exemplarium parte hanc explicati emendationem sumus. duo, Masore, habebant. quatuor, Ma-uorte: alicubi pro, Ma-uorte, Masore, legebatur, est autem, Ma-uorte, pallij genus vile. & angustum, quo virgines, ac monachi collum simul, & humeros tegebant. de quo ita scribit Caspianus libro primo de habitu monachi, cap. 7. Posthac angusto pallio, tum amictus humilitatem, quam vilitatem pretij, compendiumq; sectantes, colla pariter, atque humeros tegunt, quæ Ma-uortes tam nostro; quam ipsorum nuncupantur eloquio. Hieronymus reprehendit hic virgines, quod hoc genus amicti, quod angustum erat, ita laxum haberent, ut per humeros, quos tegebatur, cum eo hinc et thina lena, illi adiuucta, volare videretur. lena autem femineum, ac delicatum indumentum genus ipsam etiam est.

Succinctæ manicæ.] Stridæ manicæ, aliter. Et sub virginali nomine.] Lucrosius pereant.] Turius, alicubi legitur, pro lucrosius, quod non displicet, nam Citius, aut Lucrosius, non probat. Agapetarum peltis.] ἀγάπη à caritate nomen habet, sic vocabant veteres sancta quadam fidelium conuiuia, quæ Apostolorum cœpisse tempore Clemeus Martyr in epistola ad Iacobum fratrem Domini scribit. Hieronymi tempore in luxum, & inhonestas opulas versæ fuerant, propterea reprehendit; unde dicit inferius: Cum ad Agapen vocauerint, præco conducerit. Et suspicio nos vocant, si aliquid extimemus.] Extimemus, dixit, ab extimeo. & in hac lectione omnia ferè consentiunt exemplaria. Exstimamus, legebat corrector.

Frater sororem virginem deserit.] Quadam exemplaria habebant: Frater, qui spiritalis est, sororem virginem deserit. Nos ita reliquimus, quia sic legit Senerus Sulpicius, & in hac lectione maior exemplarium pars consentit. Dirigitur oratio.] Aliter, Dirigitur, olim, Dirigitur. Centesimus & sexagesimus.] Centesimum fructu ad virgines, sexagesimum ad viduas, sicut trigessimam ad maritatas referri, vbiq; æstet. Dei ipsa quid proferas?] Quid, olim deerat. & supra pro, Fæcias, Facis, legebatur. In filum auri metalla textuntur.] Aurum in stilu lentescere, & extenuari, omnes sciunt.

Datum occasione pudicitia, non libenter acceperint.] Hac est, mortuus viris, ideo vidua permanserunt, quia maritus, quos postea acciperent, non inuenerunt. Præcedi caueas Bastarnarum, ordo seminitorum.] Erasmus legit caueas Bastarnarum, autq; Bastarnas barbaros ultra Germaniam populos esse, in confinio Germanorum, & Pyrrhigetorum fortè, ut Strabo suspicatur, positos: indeq; venalia mancipia catasus, & canes inclusa, Romam deferri: veluti matrone Romanæ, de quibus hic tractatur, mancipiorum caueas ante se deferri per urbem incidentes facerent: aut hi ferui ex vltima Germania, canes, gallinarum inslar, ueluti, Romam ad mercatum portarentur. Hieronymus autem loquitur hic de curru genere, lignis concamerati, quo, vti nunc etiam sit, matrone, viriq; nobiles gestari solebant. Eunuchi autem, quos semituros vocat, currum antecedeant. Basternam autem vehiculi genus esse, Serrinus disertè lib. octauo Aeneidos, & Palladius in libro de re rustica asseruerunt, dixit autem Basternarum caueas, ob vehiculi supernam configurationem, inslar canea fabricatam formicatarumq; ut nostro tempore effusa sunt, quæ vulgari nuncupatione coechia dicimus. Castæ vocantur & nonnæ, & post cenam dubiam a p̄stolos somniant.] Taxat sacerdotes, qui benedictionis prætia à viduis accipiebant: ipsiq; reprehendit viduas, quæ in superbiam elata, viduitatis præ se ferentes libet, castas se, & antiquitate nonnas vocari pariebantur: & epulis explete, Apostolos se in somnis vidisse iactabant. Cenam autem ideo dubiam vocat, quod ita esset opipara, ac omni epularum genere referta, ve conuiuia merito dubitaret cuius rei primum manum adinuere deberet. alludit autem ad illud Terentij ex Phormione: Cena dubia apponitur. Dulcis libidinum pompa conqasserit.] Sicut nuptiarum, funerarum, sacrarum, ac spectaculorum pompa dicitur, sollempnis quidam apparatus, ita ipse libidinum pompam dicit. Quidquid enim in me fuit humoris libidinis, excocctum est.] Olim, Quidquid in me fuit humoris, excocctum est. Adhæsit os meum carni meæ.] Olim, adhæserunt ossa mea carni meæ. Vigila, & fas.] Olim, Et fito. Dic, benedic anima mea Dominum.] Dic, particula olim deerat.

Quid mihi, & voluptati, quæ breui perit?] Aliter, Præterit. Cui terra tribulos, & spinas generat.] Olim, Cuius, pro cui, vetior autem est hac lectio, congruèq; cum scriptura, vbi dicit, Spinæ, & tribulos germinat tibi. Et in curru Dei rotatum celeritate voluntur.] Currum Dei mundum, rotas vero tempora interpretatur. similitudo ex Ezechiele accepta est. Consuant tunicas, qui inconfutim desurtum tunicam perdiderunt.] Alicubi pro desurtum, desuper inuenimus, conuenitq; cum eo quod scriptum est, Erat autem tunica inconfutis desuper contexta per totum. Verum anagogicè, quod in tunica desuper legitur, Hieronymus trahens illud ad impollutas virgi-

nes, apposuit desurtum dixit, hoc est calitus. Et ad similitudinem Dei vnione secunda.] Erasmus legendam hic esse contendit: Sed ad conchæ similitudinem vnione secunda: pulchram conchæ, & Mariæ virginis comparationem esse existimans; quod sicut ex illa, ore celestij perfusa, vnio oriri dicitur, ita ex ista, Spiritu sancto superueniente, Christus, quem hic vnionem vocari ait, natus sit. Verùm alio tempore Hieronymi esse sensum, cum ratio, tum exemplaria omnia docent. ostendit enim, Mariam virginem, virgam vixisse, simplicem, puram, sinceramq; nullaq; extrinsecus adharentem germine, hoc est, nullo ei per copulam ad hæresente viro, vniam concepisse filium, ad similitudinem scilicet quodammodo Dei, qui ex se vniam genuit, gignitq; filium: vnus enim illic pater sine matre, vna hic mater sine patre progenit: vnusq; tam ex vna, quam ex altera generatione natus est filius. hæc enim omnia vnionis vox significat. Vel potius hæc Hieronymi mens est: nullum ei vnium per copulam virum, sed ad similitudinem viri, quem adharens vocat gemem, vniam cum ea fusisse Deum, & ex ista vnione secundam illam effectam. in hunc sensum pro vnione, vnitate, codices quidam habent. & scriptura eundem asserens ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Neque enim audiendi sunt qui eum vxorem habuisse confingunt, cum de continentia distentens, & suadens, per suam imitationem perpetuam castitatem intulerit. Ita habent hunc locum codices aliqui manuscripti: nos de Paulo Apostolo hanc eandem opinionem superius confirmauimus, etsi nō ignoremus vetustiores quosdam patres contrariam asseruisse: quoniam in antiquissimo Ignatii Græco codice, qui Matthei Vngarorum Regis erat, hoc non inueniri, Ambrosius Camaldulensis, qui librum legit, restatur. Locum, qui errori causam dedit, sibi, hoc est epist. xli. exposuimus.

Ibi dicitur, Beatus qui habet semen.] Due primæ voces in transalpina editione deerant. Nunc eunuchis dicitur.] hic quosdam deerat, Eunuchis. Legas Tertullianum ad amicum Philosphum scribentem.] Scribentem, nos addidimus, exemplarium ope.

Et certè Martha fedulo hospitalitatis officio.] Martha deerat. Pauca autem necessaria sunt, aut vnium.] Sic habent multa exemplaria: & ita aliqui Græcorum sanctorum legunt, præsertim Basilium.

Sorores tuæ cursitent, & querant, quo modo Christum hospitem suscipiant.] Falso reliquit immutato suspiciant, pro suscipiant. alludit enim ad Martha officium, de qua dictum est in euangelio, Excepit illum in domum suam. Tulerunt theristrum meum mihi.] Tenus, ac linea vestis, qua estate mulieres vtuntur. Pallium pro Theristro, codices quidam habent.

Vox fratruelis mei pulsanis, & dicentis, Aperi mihi foror mea, proxima mea; perfecta mea, columba mea.] Hac verba, Et dicentis, item, Columba mea, ex emendatis codicibus reposuimus. Daniel in sublimi cenaculo suo, nequè enim manere poterat in humili, fenestras apertas ad Hierusalem habuit.] Interpres perperam antea hunc locum ita legebat: Daniel in cenaculo suo manebat in superioribus; neque enim manere poterat in humili: fenestras apertas ad Hierusalem habuit, illa enim verba, Manebat in superioribus, desunt in emendatis codicibus, neque apud ipsam Prophetam inueniuntur, sic enim ibi legitur: Ingressus est domum suam, & fenestras apertis in cenaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die steterat genua sua. Addidit autem Hieronymus, in sublimi, vt, vbi nunc esset cenaculum, explicaret. cenaculis enim apud veteres eadem prorsus esse, quæ Græci δειπναριον, & ἀνώγειον, Latini autem Mœnia, tecta, siue solaria vocant, idem atulor est.

Humilis fedæas.] aliter, Humilis fedæas. aliqui codices habebant. Humilis fedæas scabellu, re causeris indignam, verum non placet. Quasi confectâ ieiunio non tenues.] Negatiua paritatis, necessaria hic est, tamen olim deerat. Humeris ne imitari alterius.] Ne, deerat. Facies eunuchinas.] Eunuchi etsi virili veste induti sint, imberbi tamen mento, femineam faciem præ se ferunt.

Quos videris catenatos.] Depingit viros quosdam, qui ad ostentationem sanctitatis, carentes ad collum ferretis, promissa barba, longis capillis, nigro, ac pullo pallio, nudisq; incedebant pedibus. Nudi in patientia frigidis pedes.] Interpres hic locum mutilauit, nam vbi ipse legerat, impatientia frigidis, indeq; facili ad restituendum illum coniectura sibi dabatur; nihilominus conclusit, aut legendum esse, Nudi patientia frigidis pedes: aut, Trepidanti impatientia frigidis pedes. Nos ita restitimus, ex antea impressis omnibus, & aliquot manuscriptis exemplaribus. in patientia autem dixit, pro, cum patientia: hoc est, in maximis, quæ perpetuantur, frigidibus, nudis tamen incedant pedibus. Cicero patientiam desinit, verum adiuuam ac diffidentium voluntariâ ac diuturnâ perseverantem. Talem olim Antimum.] Antimum, omnia ferè manuscripta habent exemplaria: vnium, Antimum, olim, Antonium, legebat. Si pes, laxa pelle, non folleat.] Follicare est inslar follium, vento incluso, moneri, quod euenit laxis calcamentis, follicantes caligas alibi dixit, nunc pro eodem, folle, vt, vt verbo. Crines calamistrati vestigio rotantur.] Diximus alibi,

calamistrum, calamum: ex ere, aut simili materia esse, quo calfacto capilli crispentur: verum quia ad calamistri formam crispantur, eamque deinde seruant, propterea, Calamistri, dicitur, vestigio tota vitæ, hoc est in orbem flectuntur. Si puluillum viderit, si manile elegans.] Cernical, quod è plumis auium fiat, puluillus, quasi plumillus dicitur. Græci, qui capiti supponitur, πικροζελαιον vocant. Mantile autem, mappa est ad tergendas manus, dicta, quasi manus tela.

Veredarium vrbis.] Qui summo mane ad salutatoris officium surgens, vndique vrbē equo insidens excurrerat, veredarium, quasi muncinum, & cursorem vocat. Veredus enim pernix, ac velocissimus vocatur equus, quo nunciij, ac tabellarij vii solent. Post pauca, subdens de equis, ait: Equi per horarum momenta mutantur, tam nudi, tamque seroces, ut Thracij regis illum putes esse germanum. Prandium vidoribus probat & alti γαστρον è πικρον vulgo Pipizo nominatur.] Erasmus nesciens quidnam esset Geranopopa, quod scriptum inuenit, aut γερανοπία à coquendis gruibus, aut ab instrumeto quodam farinaceo γερανωπία legendum esse censet. Nos in quatuor manuscriptis exemplaribus, totidemque, antea impressis, inuenimus aut Geranopepan, aut Geronopepan: ex quibus hanc, quam posuimus, emendationem expiscati sumus, significat autem γαστρον è πικρον femin effeminatum, exolutum, ac mollem, nam quod senex is est, superius dicitur, cum ait: Senex importunus ingreditur. Prandium, inquit ergo, nidioribus probat, & altibus senex delicatus: hoc est, illud tantum prandium probat, quod nidiorē, & altitium, ac saginatatum auium escas habeat: & quia auium tantum cibum probabat, propterea Pipizo vulgo appellabatur, hinc subdit Hieronymus, vulgo Pipizo nominatur. Pipi enim corticalium auium vox est; indeque Pipizo, tam Græci, quam Latini ducitur nomen.

Vt Thracij Regis,] Intelligit de Diomede Rege Thracie, qui ferocissimos habebat equos, eosque hospitum carne pascebat. Cur mensa diuersa.] Impressi hac lectio magis placet, quam, Cur mens diuersa; aut, Cur mens aduersa, si Christi, inquit, simul corpus accipitis, cur non eadem enim mensa vescamini? Mi catella.] Sic enim molles, ac delicatae mulieres sese mutuo per blandimenta vocabant.

Festiuæ carminis metro ludere.] Festiuæ, omnia serē exemplaria habent: quadam verò, Aut lyricis festiuæ carminibus metro ludere.

Ruficium putantes omne quod nocitur.] Antea, Nascitur. Cum Apostolis Cicero.] Aliter, Cum Apostolo. Prouoluti, qui altabant.] Olim, assiterant. Lientes fateor habuisse me scapulas.] Fateor habuisse me, necessaria hoc in loco profecto verba deerant. Sed quo tua, quæ tibi sunt aliena, non serues.] Tibi, olim deerat. Mammona diuitiarum nuncupantur.] Hinc illud, Nemo potest seruire Deo, & mammona. & alterum: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. & si in iniquo mammona fideles non fuistis.

At nunc plerasque videas.] Loquitur de mulieribus, & tamen egregius ille immutator legebat, Plerosque, sicut inseruit pro Eayum, Eorum. Plenis arcibus pānos trahit.] Hoc est tritis, ac laceris induitur vestibus, quas etiam per terram trahit, cum tamen habeat arcas indumentis plenas. Cùm ad Agapen vocauerint.] Paulo superius in hac eadem epistola exposuimus, quid esset Agape. In Basilica Sancti Petri,] Pauperes ad Ecclesia fores pro cleemosynis postulantibus semper manere solitos, non solum ex hoc loco, verum etiam ex Actibus Apostolorum discere possumus. Si fuerit Deus mecum.] Sic ex veteribus codicibus, & ex Hebraica veritate emendauimus, antea enim legebatur, si fueris Dominus meus mecum. Infinita de scripturis exempla suppetunt.] Aliter, suppetunt. Ante non plures annos.] Vnum exemplar habebat, ante cōplures annos. Cœnobitæ.] κοινος, communis: εὖος, vitæ: quid in cōmuni viuant. Anachoretæ.] ἀναχωρητής, secedere: quid ab alijs separati, in solitariam secedant vitam.

Romoboth.] Si Hebraicum esset nomen, non Aegyptium, à superbo incessu dicti videntur. Prima apud eos confederatio.] Ex hoc loco discere potes, quàm toto aberrare celo hæretici qui Cœnobitarum vitam tantopere irident. Pergit ad mensas.] Falso olim legebatur, Mensam, Oeconomum.] οἰκος, domus: ἄρχων, gubernator. sic dicitur, qui rem familiarem gubernat. Vt nemo quid postulet, nemo non habeat.] Aliter: Vt nemo quid postulet, nemo debereat, hoc est, valde habeat, vitæque hanc lectionem falsam putat interpres, si atimque alteram in hac verba substituit: Vt nemo, quod postulet, habeat, prima tamen, quam maior codicum pars habet, verior mihi videtur: sensusque Hieronymi est: neminem quidquam postulare, quippe cùm hoc minime liceat, & tamen omnibus à profectis monasteriorum ita prouideri, vt nemini aliquid desit. Transfertur ad exedra latiorē.] ἐξέδρα, spatiosus quidam locus est, vbi in lectis cubare veteres solebant, dormitorum nunc vocant. Cicero libro tertio de Oratore: Tunc dedita opera, quiescentibus alijs, in eam exedram venisse, in qua Crassus post lectulo requiescit. A Pascha ad Pentecosten cenæ mutantur in prandia.] Sic habent quadam manuscripta exemplaria, & germanior lectio est, quia, A Pentecoste cenam mutantur in prandia: vt legebat Eras-

mus nam quamvis Pentecoste quinquaginta illas, in quibus non ieiunatur, comprehendat dies, in Pentecoste tamen non A Pentecoste, dici debuisse. Philo Platonici sermonis imitator.] Hinc dictū illud: aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. Essenos refert.] De Essenis, qui à faciendo nomine apud Hebræos trahunt, multa Iosephus, Philo, & Plinius, erant enim Essenii, non populus quidam interioris Iudææ, vt Plinius existimat, sed hominum genus, Cœnobitarum instar, in commune viuentium. Philo ab orando, & supplicando in etas: vocat orationibus enim, ieiunijs, continentiaque vacabant. Hoc iam vocat.] Horas canonicas vetustissimo instituto in Ecclesiam introductas, ex aliquo etiam Hieronymi locis discere potes. Ille comedit, & fronte blauditur.] Pro Fronte, olim, Forte. Nec Phileto, & Alexandro facientibus naufragium.] Locus est ex epistola ad Timotheum, antea, Phygelo, corrupte legebatur. Et mirum in modum ille, quem in latitudine pectoris tui.] Pro Ille, illum, legebat Interpres.

Vniuersa tunc profusa, cùm in Ecclesia sunt.] Audis, quod extra Ecclesiam non est salus, & quod virgines, quæ extra illam degunt, sortita sunt existimanda, non virgines. Et erant in conspectu eius quasi dies pauci: quoniam amabat illam.] Deerant olim hac verba, Quoniam amabat illam. Tunc Thecla in tuos læta volabit amplexus.] Theclam nominat, quia virgo fuit, & socia aliquando iuuenum Pauli apostoli, olim extabant, sed apocryphi, Pauli & Thecla περιόδοι.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXIIII.

Et repentino tenebrarum horrore circumdatus, Dominū vocat.] Olim, Circundatur. Nihil vilius est locustis.] Ibi Hieronymus locustas pro insectis volatilibus accipit: quas ingentes aliebat inueniri, & salitas, aut exsiccatas asserunt solitas esse, Plinius auctor est. Mirum autem alicui non videbitur, eas pro cibo Iovanni fuisse: nec expeditas pro asparagis, tenerisque plantarum cacuminibus quibus interpretabitur, si Parthos, aliasque nationes, atque adeo ipsos etiam Iudæos locustarum cibo victitasse, ex historicis ipsorum Levitico c. xi. cognoscer.

A gloria in gloriam, quasi à Domini spiritu.] Olim, quasi Domini spiritu. Mitellis crispantibus.] Mitra ornamentum capitū mulierum, torulis intortum, hinc crispantibus mitellas dicit.

Innoxius.] Quia caput à talem torturam, qua ardebat, non merebatur. Pimithio.] Cersissam vocant Latini, suci candidi genus, vide Dioscoridem, & Plinium. Videbis, inquit Aristophanes facies cicatrices, lacrimasque, ἐκπληνεία τοῦτο τὸ ἄμυδιον: si elicia hac cersussa fuerit. Soccus.] Calciamenti mulieribus genus, de quo superius diximus. Et quod possit magis astringere vestimenta, quàm si indere.] Pro scindere, cingere, perperam emendator legit, cingulum enim, auro, gemmisque distinctum scindere, praecidereque, vestes soler. Illidatur ei pro solea anarhema.] Calciamenti genus, quo pedis planta obtegebatur, ponitur pro crepida, consuetum autem est mulieribus, crepidas, cùm iratae sunt, proicere, illidereque. Et in suo morientipulvere dicatur.] Interpretes, non intelligens Hieronymum alluisse ad illum scripturæ locum, quo Deus, serpenti maledicens, ait: Pulverem, seu terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ: pro pulvere, pure, legendum censet, pusque ipsum pro veneno accipit. Satana.] ἰσὺ Satan aduersarij, inimicū: quod apud Hebræos significat, omnes serē norunt.

Statim illud è trivio, Impositor, & Græcus est.] Hic locus clarè demonstrat, supra epistola pone, legendū esse, & γεραιος ἐπιδοτής, Græcus impositor, quod dictum è trivio acceptum, ibi quoque asserit. Vastiora.] Id est, magis mordacia, salioraque, alicubi legitur, Vastiora: & in vno codice, vasti ore, sic enim maledici vocari solent. Aqualiculo.] Ventrem vocari aqualiculum, superius diximus, fartos autem pinguis aqualiculo, obesos vocat, qui, macie devisa, à scelsis, gulosisque commendabantur. Nec dedignabitur.] Sic habent quatuor manuscripta exemplaria: & ita legendum est.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXVIII.

Tituli ipsius partem ad finem secundi libri.] Finis Psalmi LXXI i. est, Defecerunt hymni, vel orationes David, filij Iesse, initium verò LXXI i. est, Psalmus Asaph. Quam bonus Deus ijs qui recto sunt corde. & ibi finit secundus psalmorum liber, eoque modo distinguunt Hebræi. De suis sacculis detrahentes.] Olim, detrahentem, sed falso. Quis possit digno eleuare præconio?] Aliter, Alleluæ, id est, stultollere. interdum, eleuare, significat diminuerē, alle Luui, Miror, inquit, si vana vestra, Patres conscripsi, ad plebem auditorias est: vos eleuatis eam. Palmatum consulem.] Toga prætexta consulum erat, palmata verò triumphantium.

Non in lacteo cæli palatio.] Alludit ad Circulum lacteum, quæ veluti viam, Deorum, vt est in fabulis, cingant palatia.

Non duobus tunicis.] Omnem hunc Euangelij locum elegantè, appositèque, ad metaphoricum sensum trahit.

panitur. Felices, inquit Fabius, Fabij pictoris nomine dicti hoc A
 Quinilius citat. Christi Mystes, Patriarchatum Symmy-
 fles, iacens, sacra discens, & alium numinum sacris imitatus. *Opposuit*
 vero, qui iudicium miseris delictis est, exponitur. Amor tibi semper
 buccina in auribus sonet.] Erasmus pro Amor, Amos hic legit: eius q̄
 buccina propterea mentione hinc fieri asseuerat, quod apud hunc propheta-
 ram de buccina memoria fiat, quasi non uultu pro clarius buccina nomen
 apud Hieroniam, Ezechielum, Osee, aliosq̄, etiā prophetas inueniatur.
 nos ex vetustissimis codicibus ita restitimus, loqui autem Hieronymum
 de amore, & non de Amos propheta, uerba, quae sequuntur, clare ostendunt.
 ait enim: Hoc amor ē scribendus, quare in lectulo tuo, quem desi-
 derat anima tua. sicut Hieronymus est: amor semper tibi in auribus cū
 buccina sonet. & serie uir sanctus Amos posuit pro Amor, sicut arbor
 pro arbor, & honor pro honor penitur. Hic iulius.] Recurunt tuba-
 genus, lituus dicitur. Inter caelestos nutritus est montes.] Allusio
 ad illud, Mons Dei mons pinguis, mons conuolutus, seu caelestis.

Quasi Aeneas.] Aeneas historiam, qui eō appelli, castrūq̄, meta-
 tus, ciuitati condenda locum nactus prope Tiberim est, ex Virgilio omnes
 norunt. Cruentis facilibus, & quadris patulis.] Ex eodē Virgilio
 haec est historia, dum enim cruentas fatales, quadrasq̄, ex pane factas cō-
 sumeret, Mensis consumimus, inquit Iulius, praedictum enim erat, accipis
 coges depilibus consumere mensas. Quadras patulas, mensas uocat, hinc
 idem Virgilius: Patulus nec parceret quadris. & commodē Aeneas quadras
 xendochio, ubi pauperes aluntur, comparat, & ad Bethlehem, id est,
 domum panis, accommodat. hoc enim significat, & uicium nostrum,
 id est domum panis adificas. Euge noltra, inquit, incedere.] B
 Quidam codices habent, Euge nosse inuita transgredieris. & ita legit e-
 mendator, mihi prima lectio magis probatur. Nos, inquit, qui in inuita iā
 sumus sanctitatis superas: statum enim summum tenes, inde addit, Pri-
 mus inter monachos. Primum sequeris Patriarcham. Intellegit
 de Abraham, qui hospites domo excipiebat, pascebatq̄, & in montanis
 habitabat. Deleitisq̄, gigantibus.] Victoram monstra intelligit.
 Nonne si rectē offeras.] Verba Dei ad Cain subratum, quod
 fratris, non eius munera Deus respexerit, ut LXX. transferunt. Sēculo
 seruiebant.] Olim seruiebant. Et parentum communium
 consilium venderet.] Quodam exemplaria legunt, Et parentum com-
 munitium habent cineres, venderet. quae lectio commoda, ac perbella pro-
 fectō est. Nunc quinque in tres, ac duas uidemus esse diuisas.
 Non allusio ad arithmeticae proportionem putat, Erasmus, sed
 ad illam separationem, de qua Christus in Euangelio Lucae loquens, ait:
 Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres in duos, & duo in
 tres. separationis nomine morē intelligit, quos quinque has separauerat
 personas, Paulam scilicet, Eustochium, Paulinam, Pammachium, quae
 quadriga est, & Blasillam. In duas enim diuisae erant Paulina, & Bla-
 silla sorores, quae iam obierant in tres, Paula, Eustochium, & Pamma-
 chius, qui superstitēs erant. Tu duarū medius.] Inter Paulam scilicet,
 & Eustochium, modeste, ut in Bethlehem proficisceretur, inuitat, uel
 leuius, ait, subuolabis, uelut ad hū aditus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXVII.

Gracchorum filius.] Gracchus Caius, & Tiberius maxime ce-
 lebrantur. Soboles Scipionum.] In fine huius epistola carmine
 hac omnia explicat. Ipsūmq̄ proprium Angelum.] Angelus eorum,
 inquit Christus, semper uident faciem patris mei, qui est in caelis.
 administratorios autem esse angelos, & propter eos qui salutis hereditatem
 accepturi sunt, missos, Paulus disertē asseuerat. Crepundiis.]
 Superius diximus crepandis esse bullas, & similia, quibus pueri oblectari
 personat. ponuntur pro uita inuita, sicut cumabula. Stemmatibus.]
 Corona, & ornamenta, insigniaq̄, nobilitatis, & praclarē gestarū rerum
 stemmata dicuntur. Iulius a magno.] Virgiliano carmine Toxo-
 tium significat. Quis Clinicozum.] Qui lecto acubant, clinici
 dicuntur, quod inde propter infirmitatem surgere nequeant. xlin enim
 lectus est, pro Clinici, Clerici, alicubi falso legitur. Cumq̄; orientis
 & occidentis Episcopos ob quosdam ecclesiarum dissensio-
 nes Romam imperiales litteras contraxissent.] Audis quod uindig,
 ex toto orbe Romam ob fidei questiones, Apostolicam consultiuri sedem,
 Episcopi uigente Imperatore mittebantur, & quod Imperatores in qua-
 sitionibus ecclesiasticis se non ingererant, nisi uir Romam pro definitione
 rerum ecclesiasticarum contenderetur. Iam carbasa tendebatur.]
 Tenissimum genus lmi carbasa est, inde vela natum ex eo facta car-
 basa dicuntur. Pontiam.] Ab ostiū Tiberinis Tyrrheno in freto duae
 occurrunt insulae, Pontia, ubi Flauia Domicilla pro Christo relegata fuit,
 & Pandataria, Methone autem Laconica urbs, sicut Malca promontori-
 um, Cythera insula est Creta opposita, indeq̄, Cyclades etiam inue-
 niuntur: ubi uersibus Virgilio explicat, Cyprius uulgatissima est insula,
 in eaq̄, Salamina urbs, ubi S. Epiphanius Ecclesia regebat. Post Seleucia
 am occurrit Antiochia Syria: cuius pars ualē ob plantitiam nuncupa-
 tur. Hodæporicon.] δὲ δὲ πορικὸν ἀπὸ τῆς ἀνάλου, & ambulatione dicitur,

opus quo res iueneri describuntur. Heliaz est ingressa turricula.]
 In Saripta Sidenorum, ubi a vidua susceperat est, turris in huius rei
 memoriam adhuc ostendebatur. Per campos Magedo Iosia
 necis conscios.] Haec historia habetur 2. Par. 35, non 4. Reg. 9, ut pu-
 tat Erasmus, ubi enim loquitur de Ochozias, qui perit in campo Magedo,
 ad Hiehu interfectus. Ruinas Dor.] Distabat a Caesarea Pala-
 stina Tyrum proficiscētibz haec urbs per nouem milia passuum.

Verba vice.] Quia Dor destructa erat, & è turri Stratōnis insig-
 nis urbs erecta fuerat. In qua Cornelij domum, Christi uidit
 Ecclesiam.] Hoc dicit, quia Cornelij centurionis domus in ecclesia uersa
 fuerat. Interpret ait Paulum salutem Ecclesiam quaerat in Cornelij
 domo, quasi ille ad Caesarienses, inter quos habitabat Cornelus, scripsit.
 equidem hoc in epistolis Pauli minime inuenio. simile quiddam de
 Cleopha Hieronymus statim addit, quod eius scilicet domum ipsemet
 Christus in ecclesiam dedicauit. Andromades spectatricem.]
 Mela auctor est Ioppenfes solitos esse Andromades apud se uersigia offe-
 dere, hanc ad saxum religatam, ut marina belluae uoranda praeretur,
 Perseus liberauit. Adiabenorū Regina.] Assyriae populi Adiabeni
 sunt, inter Tigrim, & Euphratem positi. Pratorū iudi-
 cumq̄ palatium. & Apparitores, qui magistratum circumstant ad ob-
 sequium parati. Ostendebatur illi columna Ecclesiae, portic-
 um sustinens, infecta uerum, ad quam uinctus du-
 citur & flagellatur.] Legebatur prius, ad quam uinctus dicitur, & fla-
 gellatus, nos ex Vaticanis manuscriptis codicibus ita emendauimus, dilu-
 cidē hinc apparet, ueram esse Ecclesiae traditionem, quod Dominus noster
 Iesus Christus ad columnam alligatus flagellatusq̄, fuerit, huius colum-
 nae pars Romae Exquilis in templo S. Praxedii monstratur.

Deinde pro facultatula sua, pauperibus, atque conseruis pecu-
 niam distributa.] Olim facultatula sua pauperibus, atque
 conseruis distributa. Ephrata regio uerterima, atque uersigia.]
 Ephrata Hebraice frugifera, à פרח Phara, quod est fructum ferre, in-
 terpretatur, prima enim littera addita est, hinc Graecē in eundem sensum
 κερφόφορος appellauit. Verē autem frugifera fuit, quae nobis in Bethle-
 hem uico panem uitae edidit. Vau quippe.] Vau cum uau, & non
 u ha, significat uerbum non uerbum, propterea legendum est, Audiuimus
 eum in Ephrata, non eam, sic enim habet textus Hebraicus in eo salmo.
 Ader.] אדר per hain gregem significat: per aleph, magnificum.

Gaza.] Verbum Perficum est. Pomponio eratim, Curtio pecuniā,
 Virgilio diuitias significat. erat autem Gaza in Palaestina terminus
 Chanaanorum, Aegyptiq̄, finitima. Atque inde ad dexteram
 transta Bethsur, uenit Escol.] Olim, atque inde ad dexteram trans-
 it, uenit Escol. Bethsura autem uicus est in tribu Iuda xx. lapide ad Hie-
 rosolyma in Chebron, iuxta hunc uicus est, ubi Enochus baptizatus est.
 Escol uerō botrum significat. Quercus Abraham.] Apud
 Mambra conuallem, à qua Chebron parum distat, ut legitur Gen. 13.

Cariath-arbe.] Urbem quatuor uirorum segregant, à quatuor
 maximis uirū ibi sepultis. Caleb.] Filius Iephona fuit, cui Iosue mō-
 tem Chebron in possessione tradidit. Othoniel filius Iephonae
 Kenaz.] Aza uxor Othoniel à uiro per suasa petit aquas superiores &
 inferiores pro irrigandis agris, hunc locum nos restitutum, nam pro Ke-
 naz, legebat Zenex. primo enim iudicium capite, Othoniel nunc filius
 Iephonae, nunc filius Kenaz, appellatur, ex quo patet Iephonae Kenaz,
 quoque cognominatum fuisse. Et quarum ductum.] Et aquarum
 ductu, per peram olim legebat. Vitulam contemnantem.] Hoc
 est, τεινὸν, ac τρωπὴν. Selsa, trimum scilicet amorem. Reuertebatur
 Hierosolymam. Patet tam ex ijs quae praecedunt, quam quae se-
 quuntur, ita legendum esse, non enim Paula sed Hieronymus loquitur.
 & tamen accuratus interpret, Reuertar, legit. Rutilantem mon-
 tis Oliueti lucem aspicebat.] Erasmus, pro luce, crucem legit: quasi
 Christus in Oliueti monte, crucifixus sit, uocat lucem, quia inde ad patrem
 ascendit, pedum Christi uersigia, quae nulla uir, mirraq̄, deleri poterunt,
 & templum in loco, uide ascendit, quod nunquam recto obduci potuit,
 ut ascendenti Christi patulum appareret iter, etiam post multas aetates
 in Oliueti monte monstrari, alibi produitur. Bethpage.] Vicus sa-
 cerdotum in eodem monte situs, domum maxillarum significat.

Qui feminiuum suo iumento impositum.] Seminiuum u-
 big, nos inuenimus. Olim, seminecem. Ingressa Hiericho uidit
 urbem, quam fundauit Hiel in Abiram primogenito.] Hunc
 quoque locum maxime deprauatum reliquit immutator, nam
 pro חזק Hiel legebat Hazel, historiam leges 3. Reg. 16. Iosue enim, ut
 apparat eius libri capite sexto, cum dirisset urbem Iericho, dixit: Male-
 dictus uir coram Domino, qui suscitauerit ciuitatem Hierico, in primo-
 genito suo fundamenta illius aedificat, & in nouissimo liberum ponat por-
 tas eius. Hiel autem contra huiusmodi anathema uolens Hierico insula-
 rare, euenit illi quod refert Hieronymus. De valle Achor dice-
 re.] Achor, legendum, quod dirutus res hostium est, is lapidatus à populo
 est, haec vox turbas, tumultusq̄, significat, quia in ualibus, dixit ad eum
 Iosue, exiit bet

Iosue, exturbet te Dominus in die hac. Thammafara.] Thamma etiā dicitur, vbi est in monte Ephraim, qui mons Gaa nuncupatur.

Raptum Sabinarum à Romulo tribus Beniamitica præcurrit. [Lōge ante, quā Romulus Sabinas rapuit, Beniamita, ne periret tribus, aliarum tribuum puellas rapuerunt, chorosq; in Silo duxerunt. Dosithei errore.] Hic hereticus iudaizauit, & contra Christum verum Dei filium adlatrauit. Græco sermone Augusta est appellata. [Idem enim Græcè est Sebaste, quod Latine Augusta.]

Et ante sepulcra sanctorum. [Legant hac, atrenteq; perpédāt, qui sanctorum reliquias irrident. Et inter Sochoth, atque fontē Samson.] Olim, Et in Sochoth, atque apud fontem Samson. Mōra sibi Palaestina vicus est non procul ab Eleutheropoli, vbi Michæa sepulcrum erat. Chorræ autem Palaestina populi sunt, Palaestini uero metropolis est Geth, inde Gethei, nō lēhei à lēthan, vt putat interpres. eiusdem Palaestina est etiam Maresa. Idumæa, que alio nomine Duma, Seir, & Edom, ab Esau dicta est, Gabilena deinde nomē accepit. De Lachis, è qua Rex Assyriorum in Hierusalem misit, quæ a Iosue capta fuit, latè in scripturis mentio fit. Sior stuius, quæ Hebrai שור שומן. Si, bor dicunt, turbidus seu fuscus interpretatur. eundem autem cum Nilo esse quem Pibion scriptura vocat, Hieronymus super secundum Hieremie caput, vbi de eo fit mentio, asseuerat. Gessen vberissima Aegypti regio est, vbi Iacob cum filiis, & pecoribus habitauit. De capis Thaphneos, vbi à Moyse, & Aaron tot miracula perpetrata sunt, meminit David in Psalmis, & Hieremia secundo capite. Thaphneos enim, legi debet, non Taneos. Alexandria postea ab Alexandro Magno conditoro in satorumq; dicta, nota est. Nitriam à nitro spiritaliter dictam interpretatur propter sanctorum monachorum greges ibi degentium, qui purissimo virtutum nitro homines à sordibus peccatorum purgant. est enim nitri vis absterforia, vt in Hieremia proditur, dum ait, Si luereis te nitro, & c. Paulus Aegyptiayim illi inter aphronitrum & salem tribuit. Isidorus. [Is Pelusiarum episcopus in Aegypto fuit. Pelusium autem vnum est ex ostiis Nili, & vrbis etiam, que Augustinica est appellata. Maiora autem, ita enim legendum est, Gazæ portus dicitur, ad quem ex Peluso Paula ad nauigauit. Cornicem Aelopi.] Nota est fabula Aelopica cornicis, qua surtiuis auium vestit a plumis, cum stas quisque deinde repereret, mada remansit. In qua fontes crederes lacrymarum.] Duo exemplaria manuscripta habent non incongruè, in quo fonte lacrymarum. Purpurisq; rubor genis, ceruisæ faciei candor inducebatur, sibi uero oculi dilatabantur. ωλαρυσθησθαλον inde Græci vocant.

Verturam quoque sapius faciebat. [Hoc est, as alienū alieno dissoluēbat ere, quod ita ereditor non auferatur, sed commutetur potius, vertaturq;.] Non vt aliis refrigerium, vobis autem tribulatio. [Olim, Nobis. Ego cautiorem in re familiari esse cupiebam.] Cautior antea, vitiatō codice, legebatur. Sed illa ardentior fide. [Aliter, Ardentior fide.]

Suis buccinatoribus. [Ambiuosios laudatores buccinatores vocat, quod buccina ad diuulgandas res. Principes, magistratusq; vti soleant. Conchylij genus est buccina. Reatini in conuocando ad aprouū vocationem populo ea vtuntur. Verum hæc possunt esse communia cum multis.] Si interpretem in ceteris inuenissem, mirarer cur hic pro multis, p. auis legisset: sed oscitantem vbi que potius indicare conuenit, quā reprehendere. Et liquamine, & pilcibus, & lacte. [Et lacte, olim deerat. nos ideo reposuimus, & pilcibus, & lacte.] Et lacte, olim deerat. nos ideo reposuimus, & pilcibus, & lacte. [Et lacte, olim deerat. nos ideo reposuimus, & pilcibus, & lacte.]

Horatiantum carmen est, significatq; præstantes viros, persecutionibus semper fore subiectos. Ne magnitudo virtutum altius raperet. [Congruit cum dicto Pauli, Ne magnitudo reuelationum extollat me. propterea altera mihi non probatur lectio, que erat, Ne magnitudine virtutum altius raperet. Quin Dei statim videatur auxilium.] Aliter, sequatur. Scio ei scriptas infirmitates grauissimas. [Pro Ei, legebatur, Enim. Theatrum facti sumus mundo.] Theatrum idem quod spectaculum, vt vulgata habet editio. Quo signo vocabantur ad collectam. [Collecta nomine Paulus populi conuocationē, elemosynaq; que pro pauperibus colligebatur, impartitionem vocat: ita hic pro conuentu sororum in vnum ad orandum. Ne consuetudo plus habendi.] Aliter, Ne consuetudine plus habendi. Triclinij. [Triclinium à tribus lectis, seu mensis nomen habet. locus est, vbi ad capiendum cibum conuenitur. tres autem mensæ, quia tres mensæ cum tribus lectis ponebantur, dicta sunt. Mēstrōs nō ἀστῆν, κακία ὑπερβολῆν πλεονα.] Hæc sententia, quam ipsemet exposuit, Aristoteli in Ethicis multi asseuerat. Et sibi discrimina afferret.] Olim, offerret.

Non Panegyricum. [Panegyricum dicitur genus dicendi in laude, & commendatione positum, sic dictum, quod in conuentu populi, qui de Panegyris Græcè dicitur, veluti pro vobis recitaretur. Si in altera, scilicet caritate, nequaquam erit resurrectio mortuorum.] Olim, Sim aliter. Morbidas carnes. [Hoc est, morbosas, secundum illud]

Scholias tom. 1.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Breni oratione conclusi dicens. [Dicens, antea deerat. Domini resurgens palpaerit manus.] Olim, teigerit manus. Nos euangelium seuti & exemplaria ita correximus, præsertim cum Hieronymus statim inferat: Cuius palpata sunt manus, consequenter & brachia habuit. Græci palpare dicitur. ἄνωγαν, quasi τὸ ἀναρῆσαι ἀπὸ τοῦ, Eustathio teste, quod à fidium attritatione, quod leuiter fit, ductum inuito hoc verbum fuerit.

Plectrum chordis. [Plectrū instrumentum est quo chorde percuntur, sic dictum, quod Græcè πλῆκτρον percutere significet. Exornēt docilem, inquit ill., garula plectra lyræ. ad hanc in pectinis interdū vsus erat, propterea, iam pectine pulsata eburno, ait Virgilius.]

Globos mihi stoicorum, atque ætria quadam delicamenta conungis. [Dicebat hi heretici, tenuē spirituale, ætriūq; corpus resurrecturum, non secus quām stois, tenues quosdam globos, & paritatem in peccatis, sicut hi in corporibus, sibi fixerant. In qua & Adam Iudæi conditum autumant.] Quod ait Apostolus nos resurrecturos in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi, sanctiq; appositq; exponit, pro ea ætate in qua fuit Christus dum scilicet resurgeret, quæ est ætatis xxxiii, cum tribus mensibus. asserat contrarium Irenæus: hæc enim de ætate Christi vera, catholicaq; Ecclesia sententia est: & in ea conditum fuisse Adam, & ex Iudeorum sententia Hieronymus hic asserit. Audi Israel, & tace.] σὸς πα, ἡνὶ ἐκκατὸς πῆδῶν, sic legitur Deuteron. 27. Vt docerem quod didicetam non à me ipso, id est à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesie viris. [Si hac seruarent homines, & in legendis catholica Ecclesia viris tempus consumerent, nunquam in hæreses aliquas prolaberentur. In cunis, & crepitaculis.] Infantes in cunis iacent, & crepitaculis, seu personantibus rebus delectantur. Christi flammeo. [Flammei coloris indumentum, quo mulieres, præsertim virgines, caput regebant. Crispantia maris æquora.] Aquarum planas superficies, indeq; camporum planities, æquora dicitur, crispantur autem hæc propter insurgentes fluctus. Et tumentibus fluctuum montibus.] Aliter, motibus. Sacrilegium putabat. [Olim, sacrilegium putabat. Hebræo, Græco, Latino, Syroq; sermone psalmi in ordine personabant.] Hebræo, deest in maiori exemplariū parte. Sed per omnem hebdomadam.] Quanta cura, & pietate semper catholicorum corpora humata sint, & quibus precibus, & Psalmodiū parentalia, que nunc exequia dicuntur, peracta, hinc discere potes. Illa corona de rosis, & violis plectitur, ista de liliis.] Rosas, & violas martyrio, in quo sanguis effunditur, lilia quotidianè, ac perpetua seruituti Dei, vireq; immaculata comparat. candida enim, & immaculata vita, liliorum candorem præ se fert. Hæc autem exiit de terra sua.] Hæc verba exemplarium ope non restituumus: & necessaria sunt. Et virulentias carniū.] Ita habent omnes codices. proindeq; mutare ausi non sumus. et, vt virulentias reponeremus, viri aliquid docti nos admoenerunt. Virus autem in carniū, non solum midorè, odoriq; tetram quandam asperitatem, sed etiam saporis inuicunditatem significat. Aqua marina, inquit Plinius, venustate virus deponit, id est, falsedinem, & amaritudinem: quāntum ad odorem alarum, & paludis virus apud præclaros Latina lingua accutores inuenies. Dicit ad veram Nohemi. [Verum, legebat interpres, sed falso. Nohemi enim mulier fuit, intelligit hic de sanctissima, ac omnium præclarissima Maria virgine, ad quam loqui Paulum asserit, ac dicere, vt de Nohemi legitur: Populus tuus, populus meus, & Deus meus. Exegi monumentum ære perennius.] Hoc est, perfecti. Horatianum est carmen ære enim rerum memoria olim insculpebantur, vt diutius manerent.

Agamenonnis incluta proles. [Maternum genus à Scipionibus, & Gracchis, paternum ab Agamemnone duxerat Paula. Pleraq; que nos sequimur, manuscripta exemplaria habent, Scipio quæ genuit, Pauli sudere parentes, que lectio mihi quidem placet. Pauli autem partes, Pauli Aemilij parentes intelligit, antea tamen, pro Pauli, Paulæ legebatur, dicit autem Paulæ genus duxisse à Cornelio, Aemilio, & Gracchis. hæc enim familia affinitatibus maxime iuncta inter se erant, nam superioris Africani filius, cum prole mascula cæteret, adoptauit sibi vnum de Pauli Aemilij filiis, eumq; de suo nomine Scipionem appellauit. is postea uxorem duxit Sempromia Graccham, Sempromij Gracchi, & Cornelia, sororis patris sui, filiam. & ita inter Cornelios, Aemilios, & Gracchos maxima affinitas contracta est. Honorio Augusto sexies.] Aliter, Septies, olim vtrunq; deerat.]

Scholias in epistolam xxviii. Pulcherrimum auratam. [Rectè diuitem, ac nobilem vitum, pisci aurei coloris, præstantissimoq; comparat. Orata hic piscis nunc vulgo dicitur, provenit in salis aquis tantum; que vna est ratio, quod in Velino patriæ meæ Lacu, vbi eum à Romanis satum Columella prodidit, non vixerit. Fissuras montium.] Aliter, fissuras. Leuiathan. [Superfluum esset hic Iudeorum somnia de Leuiathan pisci recensere. cæcæci generis est, & omnium corpore vastissimus. balenam nunc vocamus.]

Scholias tom. 1. In 4 draconem

relocat, Argutum, proterit ex flava bili, corpori suffusi, cum sellis egreditur vas. Quali superba mens retributione damnata sit. Olim perperam legebat, Quasi. Clinicum.] Dicitur alibi, Clinicos dici, qui ex agritudine, vel membrorum debilitate, aut multitudine lecto assurgere non possunt, nuncupatio Græca est. xlii enim lectum significat. Volsorumque provinciam.] Volsos mari propinquos vno latere fuisse, constat ex eo, quod Antium, nunc Neptunium, Volsorum fuerit caput, nos in origibus Italia, qua postea imprimuntur, latè horum historiam, orasque, explicauimus. Quasi oleum flammæ adiciens.] Corruptè ante, adieceris. Balaam aridulus.] De hoc habes Numeri. 22. Origenes eius propheta de venturo Christo multo ante stelle apparitionem Magos edocbos fuisse asserat.

Extorcit mihi negandi verecundia, vt proprium ei opus huiuscemodi disputatiunculæ pollicerer.] Verecundia, habentia manu scripta exemplaria, significat autem, propter verecundiam, ceteri libri habent, vt in impressis, Verecundiam. Vt diuersio Mariae carere nollet.] Pro Vr, olim, Et. Oriens totus intremuit.] Vnum exemplar manu scriptum habet, tuonit. que lectio mihi placet.

Ab vltima Maxotide.] Pales Maxotis ad Sythas pertinet, & à Bosporo ad Tanaim vsque distenditur, ac Phasis ostio proxima est. Tanais autem Asiam ab Europa distinguit. Massageras.] Scythia populi bifoni vltra mare Caspium, & quorum sanguinem cum lacte potantes, Caucasii rupibus praclusi. Alexandri claustra.] Intelligit de portis Caucasii, vltra quas Indæorum gentem hodie contineri, aliqui afferunt, Caspias autem falso vocatas has portas, Plinius scribit. Tyrus se volens à terra abrum pere.] Fuit enim olim insula Tyrus, propterea sit, ingruentibus fluminis, optabat rursus se in insulam redigi, Alexander Magnus continentem eam reddidit.

Maledica lingua gentiliū.] Olim, Maledicta. Stipes optabat accipere.] Sic nummi vocantur, indeque stipendium dicitur: quod, dum reponeretur, stiperetur pecunia. Necdum dictum, iam factum.] Miram facti celeritatem sic explicat Virgilius: Dicto citius iunida equora placat. Emitur hospitium, & ad hospitium turba concurrit.] Alter, Et hospitium turba concurrit. In insula Melite.] Falso legebat, Myrene, immutator. Melite enim legi debet, de qua Act. 28. Multa hodie dicitur, estque Rhodentium equitum. iacet inter Italiam, & Epyram, ante Pachynum Sicilia promontorium posita.

Sub vna æstate didici Britannia.] Quasi dicat, spatio sex mensium res inuulgata est, à Parthis ad Britanniam vsque. Etiam fama volans.] Virgilianum carmen. Sonabant Psalms, & aurata tecta templorum voceboans in sublime quatiebat Alleluia.] Interpres reliquerat vocem, tecta. Non sic Furius.] Quo modo Furius Camillus Gallos ex vrbe, qua potiebantur, elegerit, Papius Cursor Sammes prostrauerit, cæsis vno die ex eis xxx. millibus, & cccxl. captisque quatuor millibus lxxvi. & militariū signis xcvi. & quo modo Scipio Africanus Numantiam in Hispania cepit, & Pompeius, superato Tigraue Armenia Rege, & Attribudate, de Ponti gentibus triumphauerit, Linius, aliique, historici luculenter produnt.

Has officiorum inferias dedi.] Exequias nunc appellamus, cum pro mortuis sacrificatur, sedant autem à genilibus inferias, in honorem defunctorum, vnde Cicero libro tertio de natura Deorum, Tertius est, inquit, ex Idæis Daitylis, cui inferias afferunt. & Virgilius: Videntes rapit inferias, quos immolet vmbri. Catholica hodie Ecclesia in honorem sancti facit, aut in remedium peccatorum, si propter celeram, ante mortem tamen dimissa, eo indigeant homines, inferias peragit: quia sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, nam igne amburi ligna, senum, stipulam, vti qui ea edificia apposuerit, saluetur, Paulus Apostolus auctor est. Dimitti autem & in alio seculo posse peccata, leuia scilicet, quibus æterna ignis non debetur poena, luculenter, vt prodidit D. Gregorius, Christus, asserit, dum solum Spiritus sancti peccatum neque hic, neque in alio seculo habere remissionem affirmat, hoc ergo crimen in alio non dimittitur seculo, eo autem nomine desperatio, & impænitentia comprehenditur. Verum quia proprio opere probaturi hæc postea sumus, nihil hic addetur vltimus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXI.

In octo Paschali libro.] Magna fuit olim in Ecclesia de die Paschali quaestio, quo die scilicet agi, & vtrum quartadecima luna primi mensis, vnde cum Iudeis peragi deberet, & quia nondum ratio solis, & luna inuenta fuerat, proptereaque, nec redacta in Cycles, ad Alexandrinum olim Episcopum mittebatur, vt is Paschalis diem annunciret: quam operam ille egregie nauabat, vt ex sermonibus Theopilti, à Hieronymo versis, apparet, ratio, cur mitteretur in Aegyptum, erat, quod initium primi mensis statum, certumque, non erat, sed ex solis, lunæque, motu variabat: Aegypti autem, qui luna tantum rationem habebant, quæ admodum hodie Iudei observant, certum erat: & secundum cori

regulam, locutum fuisse Deum ad Moysen in Aegypto, pro cõperissimo habebatur, inuenta fuit certa deinde ratio, vt quartadecima luna post æquinoctium æquum vernum quaeretur: quia inuenta, sequenti deinde Dominico die Pascha celebraretur: aut, si ipsa quartadecima in Dominum incidisset die, ne cum Iudeis seruariet, in alteram deinde Dominicam reuocaretur. Quod miratur ratio hodie sit, æquinoctium est in causa, id enim quolibet cvr. anno per vnum diem, ob mania quædam plus ninitio interposita, retrocedit, scripsit autem Theopiltus non solum de Paschate, sed de heresibus ad Epiphaniū, epistolas, sermones, & alia multa. Non esse cristem eloquentiam.] Patis alumnū esse eloquentiam, Latiusque, ac r. in quibus rebus est florescere, Cicero prodit. Demosthenem, & Platonem.] Vnus summus orator, alter summus fuit philosophus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXII.

Et absentiam corporum crebro iunge sermone.] Sic habent quinque ante, impressa exemplaria: Erubescens verò editio, Crebro vince sermone: cui in manu scripti codices assentuntur. Quodam mundi philosophos.] Democritum intelligit, qui, Cicero in Tusc. quæst. teste, se obcecauit, vt natura secreta subtilius imaretur, idè quod postea fecit Metrodorus discipulus, & vt quidam produnt, Epicurus.

Intrauit mors per tenebras nostras.] Alter, Vestras: vt habet lxx. Interpres Hieronimo nono c. Nabuchodonosor.] Hostes barbaros reuocet, qui subuerterunt ciuitatem Dei Hierusalem: his in contraria deinde auctori Dei amicos, qui reedificauerunt: vtilium nomine viti, quibus iudeles quantuntur, horū vinites, quibus stantuntur, intelligamus. Nec mittis mercedes in periculum faculum.] Sumpta sunt ex Aggea propheta, vbi ait: Et qui mercedes congregauerunt, misit eas in faculum perisum. Ad montem Nebo.] Legendū est Nabo, est autem Nabo mons, & vrbs in terra Moab, prope Iord. nem quo in vltima mansione Iosue cum Iudæis peruenit, opposit autem in Nebo sunt montes Abarim, vt historiam hanc omnem in libro Numerorū c. 33. videre potes, meminit alibi de hoc Hieronymus, & Nabo appellat. sacra litera hodie נבו Nebo pronunciant, non Nabo. Secundam in Galgala circumcilionem.] Secunda vocatur ob tempus, non quod idem homo bñ fuerit circumcisus, ex hoc Galgala nomen habet, hoc est prope torum collis, in Christiano autem secunda circumcisio est omnium affectuum amputatio, Hierico verò historia nota est. Adonx edeb fuit vnus ex quinque regibus, quos Iosue occidit. Hui vrbs fuit, quam idem cepit: Acor, quam etiam incendit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXIII.

Non timueris Adriatici maris.] Paucis verbis maria, per quæ ad loca sancta nauigabatur, reuocet, Adriaticum scilicet, Aegæum, atque Ionium. Pannonium verò hominem ideo terrenum vocat animal, quod mediterranea regio Pannonia sue Pngaria sit. Vt manifestentur opera Dei in illo.] In illo, nos restituentur. Ergo frustra sanctificauit animam in ea.] Sic legitur in psalmo 72. Interpres pro Rege, habebat Ego. Quid inter Reges Iosia sanctus.] Nullum Iosia religione, ac vitæ sanctitate vniquam inter Reges fuisse simlem, scriptura ipsa commemorat: occisus autem fuit à Pharaone, cogitamento Neco, cum contra Regem Assyria ad Euphratem sinum castra haberet.

Beatus Antonius cum à Sancto Athanasio.] Magnum volumē de vita, & miraculis B. Antonij Athanasij scripsit: in quo hunc eandem refert historiam. Accusatus autem Alexandriae est Antonius, vt Arrianos super antiquum testimonio consuleret, inuulgauerunt enim illi, sue opinionis esse Antonium, vt auctoritate tanti viri suas hereses hominibus persuaaderent. Falsus est ille coram omni populo, in errore esse Arrianos, quod solum viri sanctissimi: testimonium ingentem hominum multitudinem conuertit. Didymus.] Preceptor Hieronymi fuit Didymus, scripsit multa, quorum aliqua, vsque Hieronymus transtulit.

In quo peccati festuca non cadit.] Allusit ad illud Euangelij de festuca, quam quis in alterius oculo vidit, reboque, pro peccato interpresatur. Nos licet hoc anno non venetis.] Alter, Ad nos licet hoc anno non venetis. Et illo comitante huic venetis.] Alter, Comitatus. Libenter suscipiam dispensationem moram, magnitudine fenoris duplicatam.] Inmutator perperam legebat, Libenter suscipiam dispensationem moram, vel dispendium moræ, magnitudine fenoris duplicati, dispendium enim nullum habet exemplar.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXIII.

Demisso Synthemate.] Synthesis, & Synthema, genus indumenti nobilit, breue, & negotiosum erat: quo Romani in Saturnalibus, toga dimissa, peculiariter utebantur, versicolor erat vestis, & variegata, hinc Græcè

hinc Graecè à compositione nomen dicit. Scaula Iurifconsultus. Quaro, inquit, an ex vniuersa veste, id est synthetice, tunica: singula, & palliola Sempronius eligere possit. vni erat equitibus, ac senatoribus. hinc epigrammatum scriptor: Synthetibus dum gaudet eques, dominusq; senatus, & alibi: Erigus enim magnam syntetibus vna fuit. Punicea indutus tunica, baltheus ambebat.] Purpuram, bullisq; ornatam cingulam intelligit. Prenderent signa verborum.] Notarij notis interdum verba excipiebant, vt loquentia celeriter, item, literarum cõpendio aequarent. Sine lenocinio.] Ornat. m. magis, exquisitam diligentiam ita vocant, à lenonibus, qui arte, ac suco quodam mulieres alliciunt.

Iulianum tirunculum.] Quis in nouum in militia Christi ira vocat. Tuorum exequias profectus es.] Quorum, pro Tuorum, legebat immutator, sed falso, exequias, vulgato hic vocat nomine, quas supra modo inferas, modo parentalia dixit. vetustissima consuetudine illas obseruatis hinc, apostolica verò traditione introductas, ex Dionysio Areopagita discere potest. Ad linguas plagas feriebatur immobilis.] Feriebatur, olim, nostram verò lectionem veriozem esse, & emendatiora exemplaria, & Horati. mi. qui statim sequuntur, versus ostendunt: dum dicitur, impavidum ferient ruina. Si fractus illabatur orbis.] Horatiani versus, stoici hominis constantiam describentes. Cuneis milium, constipat. a multitudine, qua exercitus hostium perturbatur, non secus quam cuneo lignum.

Dies quondam dominus, & ditior pater.] Hinc constat, v. superior diximus, legendum non esse, Et ditior pater: quippe cum de diuitiis patris loquitur nihil prodatur. Dominus opes, pater familiam respicit. Adhæperat, hoc est indifferentia nomen.] Deerat olim vox, Nominatur: nos ex quinque antea impressis, & vno manuscripto exemplaribus restitimus, ad hæc autem indifferentia significant, ex iustodijs, præter virtutem, & vitium, omnia esse, stoici assuebant, vt sunt diuitia, valetudo, ægritudo, vita, mors, & similia, vocabant autem indifferentia, quòd nec bona esse dicerent, nec mala. Panegyricis prosequantur.] Sollemnes orationes, quas in præconijs, hoc est conuentu hominum publice recitabantur, laudesq; alacris continebant, Panegyrici nominantur. Dedicatio ossium martyris, candidatibi vestimenta reddiderit.] Afferit eum in dedicatione Ecclesia, in memoriam cuiusdam martyris, lugubri nuntata veste, candida fuisse indutum.

Metu inopiæ referuabis.] Quidam codices habent, Referuaueris, alij, sicut Frobeniani, Referuans, omnes antea impressi, & aliquot etiam ex manuscriptis, Referuabis.] Vt euadas Aegyptiam.] Intelligit de Ioseph ad impudica domina ad adulterium sollicito: & tam illius relictum, quam Helice proiecsum pallium, pro deserendis diuitijs præteritiorum, interpretatur. Cum recti eam, & nauicula dereliquit.] Petrum reliquit uxorem, & germane deinde loco illum habuisse, omnia produit antiquitas, taliq; exemplo clericorum calibatur in Ecclesiam introductus est. hanc Petrus, vt auctor est Eusebius, cum vidisset ad mortem pro fide rapi, his verbis adhortatus est: O coniuu, memento Domini.

Hæc monilia.] Ornamenta, virginum ex auro, aut vniuersis collo appensa, monilia dicuntur. In vilibus pauperum tunicis referuatur.] Sic habent septem codices manuscripti, & ex impressis aliquot. Transalpina verò editio, Vilibus pauperum tunicis seruetur.] Equibus vnum.] De Crate Thebano intelligit, de quo alibi meminit.

Philosophus gloria animal, & popularis auræ vile mancipium.] ad gloriam enim & attentionem hæc, & alia faciebant philosophi: hoc autem à Christiano homine alienum esse debet. Proscriptio tollere.] Relegatio, damnatioq; sic dicitur. Difficile, immo impossibile est, vt & præsentibus quibus, & futuris fruatur bonis, vt & hic veniunt, & ibi mentem impleat: vt de delicijs transeat ad delicias.] Legant, ac relegant hæc hæretici, qui infelici nostro tempore se viam huius contrariam inuenisse putant.

Sed quid debeat velle, vel facere.] Vel facere, nos ex decem manuscriptis codicibus restitimus, prius impressi habebant, Sed quid debeat facere. Frobeniani, Gryphianiq; sed quid debeat velle, deerat enim, Vel facere. Et nudus in baculo suo pergit Mesopotamiam.] Voculam, suo, abstulerat in baculo suo pergit Mesopotamiam.] Voculam, suo, abstulerat in baculo suo pergit Mesopotamiam, quæ habuimus, inuenimus exemplaribus, tam antea impressis, quam etiam manuscriptis.

Vt lapsis manum porrigeret.] Alibi notauimus immutatoris hæc in re errorem, dum pro, lapsis, lapsus, substituit, quòd autem, lapsis legendum sit, ex ipsius Hieronymi verbis hic discere potes. Et sancti enim, inquit, corrunt, si fuerint negligentes. Schedulas flagitare.] Schedula, & schedula Graecè σχήδον, & σχήδον pagella, tabellusq; inscripta vocatur. Hæc te tertia, inquit Cicero, tam epistola ante oppressit, quam tu schedulam, aut literam. Domestica sanctæ Veræ.] Iuliani sortorem hanc fuisse, creditur.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXV.

Sub paludamento.] Paludamentum militum vestis erat, & Imperatorum ad bellum proficiscientium, Festus omnia militaria ornamenta

sic vocari asserit, paludatus inde dicitur. Cui paludatus hæc erit, inquit Luuius, ab vrbe profectus, Prundisium venit. Argurales libri, omnes armatos ornatosq; vt ait Veranius, paludatos vocant. In domate constitutus.] Alludit ad illud Euangelium, quo venantur è tecto descendere ad vestimenta tollenda homines, eius, quam prædicit, tribulationis tempore. Stiuam dimittere.] Pars aratri, qua per manum dirigunt, teneturq; stiuus, quòd in ea aratri stet vis, appellatur, nemo, inquit Christus, mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Camelorum prauitibus.] Camelos gibberos, ac duros pranos vocat, diuitiisq; quas iniquas in hunc eundem sensum scriptura vocat, comparat, quòd ille sarcina, omnisq; sine, & non sine iniquitate plurimum acquirantur: iuxta illud proverbium quod citat Hieronymus, dum mammona, cur iniquitatis vocetur, exponit, dicens: Omnis diues aut iniquus, aut iniqui heres, hoc autem asseritur, non quòd iniqua diuitia sint, sed quòd plurimum cum iniquitate parentur. Licet, si quis attentè verba Christi apud Lucam consideret, dum iniquas vocat, fallaces, ac non veras diuitias intelligit, ait enim: Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quòd verum est, quis crederet vobis? Verum enim iniquo opponit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXVI.

Ioannes idem Apostolus, & Euangelista.] Vt plus ponderis habeat sententia ipsa, quam citat, Ioannis Apostoli, & Euangelistæ illum esse asserit, non quòd duæ posteriores epistole illius non sint, vt interpres hic ait, nam etsi quorundam hæc fuerit opinio, ipse tamen Hieronymus vti magis veram illam non astruit, sed referat tantum, vt infra in catalogo latè, cum de ipso Ioanne, & Papia tractat, legere poterit. Sol non occidat super iracundiam vestram.] Duo nobis mandantur, primè ne irati aliquod perpetremus peccatum, alterum ne in ira maucamus vsque ad vesperam. Et tunc veniens offeres munus tuum.] Ex emendatoribus codicibus vulgatam reposuimus lectionem: altera erat, Et sic offeres munus tuum ad altare.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXVII.

Antiquus sermo.] Mendaces hoc bonum lucrantur, inquit philosophus, vt cum vera dixerint, illis non credatur. Loco motum.] Tractum est à militibus, qui, vt loco non cedant, summopere contendunt, qui enim cedunt, metum ostendant, & virium infirmitatem.

Consumpsit.] Aliter, Consumpsit. Aegrotatio.] Corporis esse aegrotationem, animi verò ægritudinem, eleganter docet: quod & Tullius in Tusce, quasi, Heliodorus.] Hic est ille Heliodorus, ad què ex eio epistolam, primam in ordine, scripsit, quod autem ait, Post argumenta testes vocabo, verè oratorum est proprium: rem enim prius argumentationibus præbant, mox testes citant. Meis sceleribus fugatus.] Vt scium à leuitatis suspitione liberet, sibi vir sanctus culpam adscribit. Hiberæ excetra.] Hydræ excetra dicta est, quòd vno excisa capite tria renascuntur, fuit autem in Lerina palude, Plautus, cum excetra, cum Anteo delictari maueim, quàm cum amore, Obrectatorem aliquem Hispanum intelligit, propterea Hiberam vocauit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXVIII.

Omne crimine caput.] Pars hominis prima, pro toto homine ponitur, multi codices habent, Mea fecere delicta, ne consortio beatorum infereretur obfessum omni crimine caput. Et antè dixeram præfens.] Olim, Et, vt antè dixerat. Morbida aberrans ouis.] Aliter, Oberrans. Lababunt gressus.] Apposuit modum labandi explicat. Nec regredi valeo.] Quia monachum professus erat, nec progredi, quia multis incothmodis præpediebatur. Quidam codices habebant, Nec regredi volo: quæ lectio est trium manuscriptorum, & duorum impressorum, ceteri omnes legunt, Valeo.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XXXIX.

Longum sermonem.] Innuit longiore fuisse epistolam, nam subdit, Consulatio longa est. Angustia schedula.] Pagella schedulam esse, supra diximus. Dico enim læsus, dico lacrymans.] Addunt multi codices, Et irascens. Et magis vult.] Aliter, & maull. Non enim egent sani medico.] Enim, nos restitimus. Et in testaceis valculis thesaurus sæpe reconditur.] Apposita similitudo, ne externa tantum consideremus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XL.

In urbem Leges.] Legij populi Pannonia sunt, quæ Pannonia finitima est patrie D. Hieronymi. Lege autem est in Africa, ex hoc, & ex stylo, Augustini esse epistolam, putat interpres, verum non animaduertit ex titulo, & ipsa epistola, constare magis ad eum scriptam, quam ab ipso, quicumq; sit ille qui scripserit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLII.

Nitriæ.] Civitas iuxta Alexandriam hac est. Cum me Thracia.] iter suum è Dalmatia in Syriam, per Thraciam, & minorè. Africam quale fuerit, miro compendio describit. Nec dum obductam rescidit cicatricem.] Hylam post Innocentium mortuum paulo post esse, his verbis scribit: & us ex Innocentij morte factam cicatricem, rursus ex Hyle obitu rescissam asserit. quem sensum Interpres minime percepit. Scalam prælagatam Jacob.] Vide quem oppositè monachivirum describat, ac laudet, contra ea que hodie adlatrant heretici. Quo velut fratre in osculo fruebatur.] Quædam exemplaria, pro in Osculo, habebant, Monoculo, & pro Lateri, Alteri: verum impressa lectio germanior est. Horrent sacco membra deformia.] Alter, Deformi. Nulla Euriporum amœnitate.] Longus, & cum amœnitate argutus tractus in mai Euripi dicitur: è cuius similitudine ad oblectandos animos in hortis, alibiq; immixta aqua, vt huc, & illuc fluere interdum, ac refluxerent, Euripi dicebantur.

Ad exemplum Ioannis Aliquid videt, dum in insula commoratur.] Intelligit de Ioanne Evangelista, quem in insula Pathmos Apocalypsim scripsisse, præter veteres omnes sanctos, & præcipitè Iustinum, & Irenæum, qui eam interpretati sunt, ipsemet asseuerat.

Ad Rheni semibarbas ripas.] Treuerim intelligit, ad Rheni ripam positam, sicut Coloniæ, ubi D. Iussit Hieronymum proditur. Pompaticis ferculis.] Sic vocat pompas, ac statuas, quæ ostentationis causa, publicè curribus ferebantur. à seruo enim ferculis dicti est.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLIII.

Turpilius comicus.] Huius ingenij monumentum nulli extat. comicum autem, & Pompeij fuisse temporibus, Eusebius testis est.

Quamquam in re non vera.] Hoc dicit, quia comœdia ficta quedam res est; veras tamen sententias continet. Cæcos Ennius appellat.] Veteri Sabinorum lingua, cæcum antiquum significat: quod nomen Aethiopia populi aliqui adhuc retinent. inde prouerbiū: Cæcum cæcum ducit: hoc est, vetulus vetulam. Carmen Ennianum citatur à Varrone his verbis: Quamprimum cæci populi carnere Sabini.

Lælius vetat.] Prodit hoc M. Tullius in libro qui Lælius inscribitur.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLIII.

Rex Attalus.] Citæ inuidia Ptolemæ, ne alibi bibliotheca fierent, clausis maribus papyrus ex Aegypto haberi non possent, membranas Etmene Pergami reperit: quarum magnam copiam Attalus Rex, eius frater, Romam misit. Quasi filius i. x. d. id est piscis.] Sic vocauerat bi, ad quos scribit, Bonosum, quod in sulam pelago circum fouente naufragam, poenitentia, & religionis causa incoleret. Terræ ex diuina sententia comedenti.] Terram, que in cibum serpentis data est, pro terrene hominibus, quos Diabolus vorat, interpretatur.

Nobis adhuc in primo ascensu flentibus.] Flentibus, alibi legebatur, sed falso psalmos graduum, qui xv. numero sunt, pro virtutibus interpretatur, & candere exponit, secundum illud, tunc de virtute in virtute. sensus est: Bonosum iam supremum virtutum gradum ascendi posse: se verò adhuc in primo inter lacrymas, & gemitus, secundum quod primi graduum psalmi significant, esse. Secundum Prophetâ.] Iob intelligit, qui virtutem Diaboli in lumbis esse propter luxuriam & impudiciam dixit. at Bonosum Hieremias inlar tulisse asserit lumbare suum, & abscondisse in petra, qua Christus est: & hoc, quia Christi gratia pudiciam custodiebat. Per vos ab vrbe vestra Arriani quondam dogmatis virus excludam est.] Ex ijs, & ex illis verbis, quibus paulo superius dixit, in patria mea rusticitatis vernacula, Deus venter est, patet non ex Stridone propria fuisse Chromatum, & Eusebium, Stridonenses tamen à nobis propterea vocati sunt, quòd vel vrbi ipsi Stridoni vicinos fuisse, vel eam incoluisse, ex ipsa constat epistola, dñi illis sororem suam Hieronymus commendat.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLIIII.

Quòd natura lynces.] Ceruarius lupos lynces nunc vocant: horum naturam ita obliuiosam esse proditur, vt si inter edendum aliud respexerint, oblitæ cibi qui coram eis est, alium querant. Parua litura.] Sic dicitur, cum aliqua deleta scripturae restant vestigia: ceterum, cum penitus quid aboleretur, imus ceris eradi dicitur.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLV.

Deputato antea in stillam situla gentium populo.] Ecce gentes, quasi stilla situle, & quasi momentu statim reputatae sunt, ait apud Esaiam Deus. Cum tu ne nutum quidem.] Ita consentientia exemplaria omnia in hoc inuenimus, propterea miror, cur hic interpres ex Euiio, & Varrone reperere voluerit, Cum tu ne My quidem, hoc est ne minimum quidem, ne vnam quidem syllabam: Eruditiores, quod vulgato vsque hodie apud nos vsurpatur prouerbio, Muth legendum esse cõtendunt, à pudòs Græco nomine, & ita apud Terentium & Plautum

A legunt, significatq; cum tu ne verbum quidem non fecit, inquit vulgus, mutuum. de qua re latius in secundo dicitur tomo.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLVI.

Tu es Simon filius Iohanna.] Sic habet vulgata editio; & ita Transalpini typographi, qua vox Hebræa est. סמון enim Iohannes dicitur. Iona autem legunt alij. Facilitatem delictorum meorum virtutum decore mutauit.] Disce ex hoc loco, poenitentiam non esse nudæ cordis lamentationem, & solam reuersionem ad mentem, vt heretici hoc tempore blasphemant, sed præter gemitus, & lacrymas, prius in vitæ mutationem. Oleum, & similia.] Flores, vt vocant, in farina purissimus similia appellatur. Et Petrus trinam negationem.] Non solum Petrus, post negationem, egressus foras sicut amatè, vt est in euangelio, verum toto vitæ sue tempore, auctore Clemente, eius discipulo, semper sub galli cantum, quo tempore Christum negauerat, ad planandum surgere solebat. Qui per scelera, atque peccata egrediuntur de Ecclesia.] Peccatores quoque catholicam, & orthodoxam retinent fidem, in Ecclesia quidem manent, vt id multis contra Donatistas asserit Augustinus, quippe cum Ecclesia cõpactur seque, que omne genus piscium comprehendit: decem virgibus, inter quas quinque saturæ sint: agro, in quo vna cum frumento & tritice etiam inimica manent. Propterea intelligenda hæc verba sunt de peccatoribus imperitibus, & obstinatis, qui cum peccent, nec ad Ecclesiam saltem per poenitentiam reuertuntur, secundum quod Hieremias dicit, Extra Ecclesiam egressi dicuntur: vnde subdit: Et noluit ultra reuerti damnatione vitiorum.

B Et tu dimisitisti impietatem cordis mei.] Aliter, Peccati mei. Vt si te iustitia, & veritas terruerint, misericordia, & pax prouocent ad salutem.] Pro, Terrerint, seruauerint, antea legebatur. nos ita ex emendatioribus codicibus restitimus, qui sensus germanior est, iustitia enim, qua peccata puniuntur, & veritas, qua quis verè peccata agnoscat, terere, non seruare hominem solent. Numerabiles autem anni vitæ illius.] Hoc est, nulli, & numerosi: & ita habent lxx. quidam codices habebant. Quanto minus mundi, si numerabiles erant anni vitæ illius.] Per unum secundum lxx. citat Hieronymus. Septies in die cadit iustus, & resurgit.] Sic citatur de poenit. dist. 3. Septies, locus superior, qui & ipse in hunc modum corrigendus est. Erasmus virumque vitiatum reliquit. Hæc omnia, quasi per pulcherrima scripturarum prata discurrens, in vnum locum volui congregare.] Per vos deat.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLVII.

Optimam, inquam, mihi iniungis prouinciam.] Perniciem, antea corruptè legebatur. Multo sale orbem desicans, Lucilianum quippiam retulisti.] Sic scripsit de Luilio Satyrice Horatius. at idem, quòd sale multo vrberem desiccavit, charta laudatur eadem. Mordax, salumq; dictum salem vocat, & desiccare, pro tangere, reprehendere, ac taxare, cuius oppositum est palpare, ac mulcere. Primum vos scire cupio mater, & filia.] Olim, pro Mater, legebatur Soror, sed falso, mater enim, & filia erant ea ad quas scribit, vt ex principio constat epistola, dum ait: Vt mater filiam, & filia matrem agnoscat. idem quoque paulo post ostendit: & in libro contra Vigilantium ita ait: Fieri enim potest, vt rursus malignus interpres dicat, si cõtra me materiam, cui rhetorica declamatione respondeat, sicut illam quæ scripsit ad Gallias, matrem, & filiam inter se discordantibus. Sed ne ceteri suspicentur vestram errare concordiam,] Sic ex sinceris exemplaribus emendauimus. antea enim legebatur. Sed ne ceteri suspicentur vestram me orare concordia: qua lectio falsa profus erat: concordæ enim erant mater, & filia, vt separate inuicè manerent. quod non probatur.

Venena serpentina tolluntur antidoto.] Aliter, Serpentino, vt intelligas Theriaca, qua ex serpente vipera conficitur, sed magis placet, Serpentina. Et quia omnes motus tuos.] Et que, legebatur antea: Quid, matrem deserens, eum eligis qui forsitan suam reliquit sororem?] Aliter, Diligis, pro Eligis. Impudentissimū est, eius te verecundiā non lequi, cuius sequi tæsteris exemplū.] Antea, Cuius sequeris exemplum. Et filiam te feniet, & sororem.] Hoc est, non solum natura filiam, sed etiam professione germanam. Sancti nonnunquam coram te vocant.] Sancti, nonnunquam, quidam codices habent. Et comatos, linteatōs; iuuenes.] Aliter, Linteatōs, hoc est vel calamistratos, vel lineis pictos. Legimus in scholis pueri.] Exemplum, eius qui amore contabuit, cuius statua ex ere in publico posita fuerat, spirantia autē dixit, veluti vna, secundum illud. Excudentiq; alij spirantia mollius ara. Iuxta maritos, iuxta adolecēntios.] Iuxta maritatas, falso antea legebatur. Quæ etiā rogata non feceris, tamen formæ putes testimoniū si rogeris.] Et hic quoque locus vitæus antea erat. legebatur enim: amen deforme putes testimoniū, si rogeris: sensus autem est, periculosum esse cum cuiusmodi hominibus virgine conuersari: quia est, de impudiciā interpellata non peccat, superbiat tamen, quòd se pulcherrimam reputari ex ea rogatione conicit.

Si rugam

D

Si rugi non habeat, si per terram, ut altior videaris, non trahatur.] Non, particula ante dicitur. Sed torofulum.] Hoc est obestum, ac bene curata cutis hominem. Quidam codices habent, Troffulum, eodem ferme sensu. veteres equidem Troffulum vocabant: quae quidem appellatio in proverbiis, ubi locum alibi, ut propinquum hominem eo nomine intelligimus.] Heuedipetam.] Sic vocant hereditatum captatorem. Quae nullo nitro, secundum Hieronymum, nulla fullo-nium herba elui potest.] Nitrum, cuius naturam Theophrastus egre-gie, & post eum reliqui etiam quinaurum alia ipsa per scrutati sunt, descripserunt, salus vi pollere, & emundatorum esse sordium, quemadmodum aphronitrum, hoc est eius spumam, constat ex Dioscoride. Fullonū verò herba, quae Borih Hebraeus dicitur, nascitur, teste D. Hieronymo in Palaestina locis humectis, habetq; eandem abstergerendi vim cum nitro: prop-terea veriusq; ad lauandas vestes usus erat. Adhibe arbitros, ami-cos, liberos, seruos.] Liberos ante, non Liberos, legebat.]

Et tertius ille ὑποκόσμος, ὑποκόσμος senem alere significat. hinc ὑποκόσμος, qui senilem etatem vel parentis, vel amici alicuius pas-sit, atque iustentat.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLVIII.

Sed proclia partis substantia.] Aliter, Perdita. Et vestimē-tum tuum fœter luxuria.] Prius legebat, Fœdat. Mimis, & Lentulis delectaris.] Hoc dicit propter Lentulum mimographorum principem. Et fracto nauigio, tabulam, per quam saluari poterat, non retentat.] Sic vocat poenitentiam, quae fracto baptismi nauigio, hoc est amissa innocentia in eo parva, peccatori necessaria est.

Auersionem dicens pro pœna.] Olim, Ducens. Solum desperationis crimen est, quod mederi nequeat.] Desperationem, seu in extremis impenitentiam, solum esse, quae veniam non habeat, ex hoc loco discere potes. nos latius in libro penitentie explicauimus. peccatum ad mortem D. Iacobus hanc vocat: & Christus, peccatum in spiri-tum sanctum, id scilicet, quod remissione caret. Crede Dei futurū esse iudicium.] Aliter, ut antea, Crede Dei filium futurum esse iudicē.

Recordare, à quo Episcopo Diaconus ordinatus sis.] Au-diant haec nostri temporis haeretici, qui Ecclesiae ordinationes derident, & se absque aliqua Episcopi nomine approbatione, manusq; impositione, Dia-conos, & Euangelistas esse profiterentur, & quod sceleratus est, Episcopus etiā ipso expellunt, & eorum vice magistratus saeculares sufficiunt.

Nicolaus Antiochenus.] Unus ex septem Diaconis fuit, vt ex Actis Apostolorum constat, auctor tamen haereticos Nicolaitarum, qui cō-munes volebant esse vxores. Tu speluncam illam, in qua Dei fili-us natus est.] Speluncam fuisse pastorem, praesepium illud ubi Sal-uator noster Christus vnicus Dei filius natus est, à nemine alio melius, quàm à D. Hieronymo, quod locum illum incolebat, hic discere possumus. Maria autem Saloma, Zebedi vxoris, speluncam illam fuisse, si Hippoly-tus, Nicephorus & alij ex veteribus prodiderunt. Obstericus nomen ex hoc illi impostum fuit. In quam autem Ecclesiae formā D. Hieronymi tē-pore sacrum illud specus redactum esset, ex his quae statim in epistola hic sequuntur, facile discere poteris. Et stabas deinceps in choro psal-entium.] Psallendi in ecclesijs antiquissimum morem, & nocturnarum precum consuetudinē, contra haereticos nostri temporis, hinc saltē discere. Nec minus fingere.] Minorum, & Atellanarum ludicia ex Li-nio superius explicauimus. Mortis est in Aegypti, & Syriæ mona-steriis.] Morem hunc Romanae Ecclesiae, quo virgines, quae saeculo enun-ciantes, Deo se vouent, crine à monasteriorum matribus amputantur, capiteq; velantur, ac obtegantur, antiquissimum esse, contra haereticos nostri temporis, ex hoc D. Hieronymi loco dilucide constat: sacrari autem Deo virgines, castitateq; vouere, apostolicum institutum esse, ex Ab-dia Babylonio in vita Matthaei Apostoli, qui ita Iphigeniam, Hircaci Aethiopia Regis filiam, Deo sacravit, clarissimè etiam liquet. Post A-postoli Petri Basilicam.] Romae in Ecclesia Apostolorum principu Pe-tri, hanc virginem, Christi summo, veloq; primum sacram, asserit: accessisse deinde eam in Bethlehem cum Paula, & Eustotio, verisimile est, subdit deinde Hieronymus, virginis professionem ter ab ea, in die scilicet crucis, resurrectionis, & ascensionis factam, ac ratam fuisse.

Et quia propter altitudinem.] Et hic quoque antiquissimus mos est; obgannat, vt liber, Erasius, vt virgines scilicet Deo sacrae mō-nasteriis, ac murorum ambitu ob custodiam virginitatis clauduntur; cum tamen hodie in Germania, alijsq; Europa locis, sanctiores isti Euangelij noui praecones, non solum monasteria diruerint, sed virgines etiam inde ductas vel polluerint, prostituerintq; vel contra eorum votum, matrimo-nium iuxerint. Et misericordiam, vt tuis verbis vtat, sanguinis deprecaris.] Hoc est, vt sanguini miseretur, vt scilicet capite ple-deretur, multa exemplaria, pro misericordiam, habet, Heminam, vt in-telligas minimum sanguinis, sex cyathos, mine dimidium.

Excetere stimulum inflammationis.] Sic finiam, ac hydra furorē quendam vocat. Et habitas in terra Naid.] Interpret, Naim hic, pro Naid, legit: & ne impressorum errorem fuisse quis diceret, addit ita

A vocatum esse opidum, ubi Christus filium viduae suscitauit: quasi D. Hieronymus ad illam abundas historiam, & non potius ad eam qua de Cain dicitur, quod egressus à facie Domini habitauerit in terra Naid, seu Nod, vt est in Hebraeo. Naid ergo, non Naim, commotionem, fluctuationemq; significat. hanc autem significationem ipsemet D. Hieronymus statim asseruit. Sic subantem te.] Vox à subus dicta, nisum in venereum significat. Horatius: iam q; subando, senta cubilia, tetaq; rumpit.

Quod tibi nouus ex Alpibus Hannibal descendit.] De-scensus Hannibalis ex Gallia in Italiam per Alpes, ex Lino notissima est historia. Nauigio te credis intuito.] Ill est, non tuto, aliqui codi-ces habebant, incauto.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XLIX.

In Dei rebus.] Aliter, in diuinis rebus. Scalmum in lacu.] Minor cymba scalmus vocatur, sicut oneraria maior nauis dicitur, quo merces vehuntur. & ita commode illam lacui, hanc vero mari adscri-bit. Nunc vnda tenebris inhorrescit.] Olim, inhorrescens, sed falso, perstat autem vir sanctus in metaphora nauigationis, propterea mali arboris, & clani, quo nauis regitur, meminit, ventum deinde, quo nauis vela ad cursum panduntur, perlegenter Spiritum sanctum esse dicit.

Cum liuidas carnes vngula cruenta pularet.] Vngula animalium instar ferreum instrumentum id erat, quo Martyrum carnes confossas, & abscissas legimus. Quia non reliquit innoxia, vnde posset negare.] Reddit rationē, cur meritò occisus sit iuuenis. propterea, Quia, non Qui, vt erat antea, legendum est. Cupio inuitum hoc corpus exuere.] Aliter, infirmum hoc corpus. Iam lassus tor-tor suspirabat in gemitum; nec erat nouo vulnere locus.] Antea pro, in gemitum, In gemit. verum mendosè. Paludamento in ceruicem retorto.] Mirè carnificē hunc depinxit cum fibula aurea chlamydis, quae quòd veluti morsu asinigenae chlamyde, mordere eam dicit: item cum paludamento in ceruicem, vt expeditior esset ad ictum, retorto, & cum ense in vulnus librato. Tertius ictus sacramentum frustra trauerat trinitatis.] Antea, Frustratus erat. Circa quorum sa-raballa.] Genus vestis fluxae apud Persas saraballum. viitur eo nomine etiam alibi D. Hieronymus. Omnium subeat mentibus.] Aliter, Mentis. Clerici quibus id officij erat.] Funerandi consuetum hodie morem egregie explicat: clericorum autem propterea id erat munus, quòd precibus, & orationibus sumis comitarentur. In lictore diabolus occurrit.] Diabolum in lictore, seu carnificis apparatus scribit, antea esperam legebat, in lictore. Recens clericis caespes ostenditur.] Antiquo tempore in cimiterijs sepeliri solitos esse mortuos, & hic locus, & Roma Calixti, Lucina, Priscilla, alijsq; nominibus celebra-ta ostendunt cimiteria: quantum autem profuit bonis ipsa in Ecclesia sepultura, legat, si quis velit, D. Gregorij dialogos, egregie rem hanc explicantis. Ad Euagrij nostri.] Huius opibus cum in Syria solitudinem D. Hieronymus secessisset, se adiutum fuisse alibi testatur.

Auxentium Mediolani incubantem.] Auxentius hic fuit, eiq; Ambrosius in Episcopatu successit, ait autem diligenter Euagrij illum op-pressum, summumq; praeterea Romae adiutum Pontificem, pro Mediola-ni, Mediolanis, antea legebat. Verum haec ipse equidem.] Carmina sunt ex Georgicis Maronis accepta.

SCHOLIA IN VITAM PAVLI EREMITAE.

Helias plus nobis videtur propheta fuisse, quàm mona-chus.] Propheta, olim deerat, nos ex vetustis exemplaribus restitimus, sensus autem est: tam Heliam, quàm Ioannem Baptistam potius fuisse Prophetas, quàm monachos. Amathas verò, & Macarius.] Praecipue Antonij discipuli fuerunt, Sarmata, quem Saraceni occiderunt, Amathas, & Macarius. Quia de Antonio tam Graeco, quàm Ro-mano stylo diligenter traditum est.] Extat infigne D. Athanasij volu-men, Graecè de vita Antonij elegantè conscriptum stylo, & de Latinis aliqui etiam de eo prodiderunt. Super extractum plumis lectū.] Aliter, super stratum plumis lectum. Dum persecutionis finem praestolareretur.] Aliter, praefolatur. Nullum ultra se perfectū monachum in eremo confedisse.] Hoc est, in vltioribus, & pen-terioribus eremi oris: propterea statim subdit: Renelatum est, esse aliū vlti-rius multo se meliorem. Credo in Deum meum, quòd seruum suum, quem mihi promissit, ostendet.] Vel, vt antea, Credo in Deū meam, quia, quòd mihi seruo suo promissit, ostendet. Nos ope exemplariū ita coreximus, veriorē autē esse hanc lectionē constet, non solum quòd antea dictū sit, esse in eremo alium multo se meliorem, ad quem videntū accederet, sed quia etiā inferius dicitur, quānā in parte hic seruus Dei habitat. Hippocentaurū.] Non à xerū, quod est stimulare, cōpo-sita haec vox est, vt patet Erasius: alioqui non hominem equo mixtum, sed stimulo tantum adactum equum significaret: sed nomen ab equo, & Centauris hominibus egnorū domitoribus, praecipuisq; in fessoribus dactū est, hippocentaurum fuisse Martem, primum Italia incolam, Aclianus propterea

propterea ipse etiam tradit, quod primus equo infedisse sit visus, fabulosum enim animal hippocentaurum esse, certior sententia est.

Haud graudem hortunculum. Quem hominem, ac multis hominibus notis hic designat, portentum postea, bestiamque appellat. monstruosum autem fuisse genus, propterea etiam credendum est, quod tales bestie, toto iam peragratu orbe, homines non inueniantur, quia scripserint de satyris veteres, & de eo qui Sylla tempore inuictus est, omnes norunt.

Quasi pacis obfides afferebat. Aliter, Offerebat.

Petulum animal. Caprarum epithetum hoc est, quibus u homo cornibus, pedibusque similis erat. Nemo cum lacrymis iniuriam, vel calumniam facit. Quadam exemplaria habebant: Nemo cum lacrymis calumniam facit. Qui inde leniter subuolans integrum panem ante mirantium ora deposuit. Transalpina editio habebat: Qui inde leniter subuolabit, & integrum panem, & c.

Milibus iuis Christus duplicauit annonam. Christus, prius dicitur. De hinc paululum aqua in fonte prono ore libauerunt. Fronte, legebatur antea. Qui falsi monachi nomen fero. Aliter, Fulsum. Vidit inter Angelorum cateruas, inter Prophetarum, & Apostolorum choros niueo Paulum candore fulgentem in sublimem conscendere. Transalpina lectio erat: Vidit inter angelorum choros, inter Prophetarum, & Apostolorum populos niueo candore Paulum fulgentem in sublimem conscendere.

Postquam euadit nulla, ut solebat, suspiria precantis audiuit. Noua hodie Evangelistarum religio non orationibus suspiria, sed poculis pocula, ac ritibus contentionibus admiscet.

Igitur obuoluto, & prolato foras corpore, hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans. Scribit consuetudinem sepelendi fideles, quam hodie Romana omnium mater seruat Ecclesia. Cum motu aurium ceruice deiecta. Olim, Reiecta.

Et manu annuens eis. Aliter, innuens. Sancti corporis oneri feruile curuauit humeros. Olim, Onere. Qui vno filo villarum inlunat pretia. Prædicitur, legebatur antea, sed falso, intelligit latifundij pretium in vnum auristulum redactum.

Cum ineritis eius. Meritum in fidelibus quod ex sanctis operibus nascitur, agnoscat: negent, vt volunt, heretici.

SCHOLIA IN VITAM HILARIONIS.

Eorum enim qui fecere. Apud Sallustium legitur: Eorum enim qui fecere, virtus tanta habetur, quantum eam. Sanctus Epiphanius. Amicus D. Hieronymi Epiphanius fuit, extantque eius luculentia aduersus hereticos opera. Ependyrem. Intima vestis, & vnde dicitur. Latini interitulum, subuculamque appellant, hanc Petrum, cum ad Christum peruenitur mississet se in mare, induitum fuisse, scribitur in Euangelio apud Ioannem. Simon Petrus cum audisset, inquit, quia Dominus est, iunxit se, erat enim nudus, & misit se in mare.

Et prorsus variarum portenta vocum. Aliter, Et rursus. Infiluit dorso eius festinus agitator. Antea, Festinus gladiator. Quod iungo, & carice tegerat. Palustres sunt iuncus, ac carex: hodieque in tegendis atregis, mapalibusque vsui sunt. Hemiritia pariter arcepi. Sesquiteriana felvis hac est, perperamque semitertiana ab imperitis medicis dicitur, genus est, vt ex Galeno, & Celso constat, maxime periculosum. Per cruceum eius, & sanguinem. Dicitur antea, Eius. Marnas corruat, seu Damonis potius nomen est, qui Gazæ colebatur. Rhinocoruarum. Quod incole incisus haberent naves, equorum quorundam instar, vicus hic dicitur est.

Ita vt nec manus agitare, nec ceruicem possent reflectere. Antea legebatur, ita vt nec manus agitare, nec ceruicem possent reflectere. Torquere ait Damonam turba, torquere. Impressa olim lectio erat, Torquere Damonum turba. Gazanus Maiomites. Maioma Gazæ fuisse emporium, superius dixerat, ideo ex sincerioribus exemplaribus ita correximus, antea enim Maramites, pro Maiomites, transalpini habebant codices, intellexisse autem de hoc emporio, statim etiam ostendit cum ait: De eodem Gazensis emporij opido. Vt propter felicem Sabinarum raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo quadriga septeno currant circumitum. Historia ex veteribus de Conso, quasi consiliorum Deo, quadriga septeno currant circumitum. Vitiatus locus hic erat antea, quippe cum ita immutator legeret: Vt propter felicem Sabinarum raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo quadriga septeno currant circumitum. Historia ex veteribus de Conso, cui propter honorem quadriga current, & Circenses fierent ludii, notissima est. De eodem Gazensis emporij opido, virginæ Dei vicina iuuenis deperibat. Eiusdem Gazensis emporij opido, legebatur antea. Tormenta quedam verborum, & portentosa figurata. Portenta, non tormenta, aliter. Cur fecisset talia, per quæ intrare Damonem potuisset. Nullam in nos habere Demones potestatem, nisi peccato aliquo, vt nocent, mereantur, ex hoc loco discere optime potes. Si quid ex prateritis iniuriis in Hilarionem esset offensæ, nouo officio deleberetur. Essent offensæ, falso olim legebatur. Bactrum camelum. Provinciam, vnde optimi maximique cameli veniunt, significat. Docebat

autem senex. Hominum causamenta à Diabolo arripit asserit, in Euangelio de porcis idem sermo legitur, quos etiam precipitio interemptos constat, cur autem id iusserit Dominus, statim exponit. Et ad profectum animæ singulos cohortabatur. Antea legebatur, Et profectu animi singulos cohortabatur. Colunt autem illum ob luciferum. Veneris stella, quæ sero apparet, Hesperus dicitur, cum mane ante auroram, & spicitur, Lucifer, seu Phosphorus Græcè appellatur, modo enim præueni solem, modo subsequitur, quod primum Pythagoram obseruasse scribitur. Barach, id est Benedictus. Eadem est Hebræis significatio, à quorum lingua non solum Syram, sed Chaldaicam quoque, Arabicam, & Aethiopicam descendere, in Aethiopica lingua instructio-nibus demonstratum. Quod postquam frater ille parus audiuit, erubuit, & annitentibus cunctis, vix ab iniuncto impetravit, vt suum quode monasterium in mansionum ordine poneret. Vox Erubuit, hic prorsus necessaria, dicitur antea.

Cumque ita vixisset lugens biennium, aliter, Duxisset. Vt benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent. Maren Ecclesia in benedicens quibuscumque rebus, quæ vsui hominum sunt, sanctum, & antiquissimum esse, ex hoc loco discit. Iustitium. Cum clausis officinis operibus remissis, agere publice diebus nefasta nihil licet, iustitium quod ipsum ius sitat, dicitur. Et baculo. Aliter, Bacillo.

Onagrorum grex. Siluestres asinos onagros Græci appellant. Martyrium fabricaretur. Sic vocat templum quod erigebatur in honorem Martyrum, seu confessorum. Benedictio itaque oleo. Olei benedicti in sanandis morbis vsus legitur ex Sulpicio in vita D. Martini, & Tertulliano etiam constat. Diuersum autem hoc erat ab eo quod pontificali benedictione sacratum. Me subito ambulasse. Aliter, Recepsisse, Conualatis. Id est, in sarcinas collectis rebus, vt asportarentur, vasorum enim nomine supellectilem omnem intelligunt, sic Casar, sic Terentius accipit. Scutarius. Iuuenem à ferendo scuto sic vocant. Vilia populis seruta. Accipit ex Horatio dum ait: Vilia vendentem tunicato seruta popello. Vt de veteribus sanctis putaretur. Vel, vt Olim, Deputaretur. Epidaurum Dalmatiæ opidum. Non longè à Ragusio Epidaurum erat, ex eoque instauratum aiunt Ragusium. Boas vocant. Genus Draconum ingentis, bobus ita appellatum. Euocato præcepisset struem lignorum scandere. Euocato populo, antea legebatur. Naues, ad prærupta delata montium pependunt. Olim: Naues ad prærupta de laterum montium pependunt. Conto regitur. Lignum est quo terra, saxisque, adacto nauis impellitur. Myoparon autem cymba est ad cursum, & celeritatem parata, sicutam hodie vocant. Hoc Salamina, hoc Curium, Hoc Lapetha. Salamina, cuius Episcopus Epiphanius fuit, insigne Cyprî vrbis ad orientem posita erat, Curium ad occidentem, Lapethus ad septentrionem, sicut Paphos ad occidentem sic enim vniuersam insulam significauit. Tunicam faceam, encucillam & palliolum. Monachorum vestes heremitarumque nostri temporis habitum antiquissimum esse, ex hoc saltem loco discit. Cuius generum, & filiam de morte liberauerat vnctione olei. Diximus de hoc oleo paulo superius, & latius in libro de extrema vnctione explicamus. Iamque modicus calor tepet in pectore. In corpore, olim legebatur.

Septuaginta prope annis seruisti Christo, & morte times? Confidentis in Christo, cui seruauerat ex recta animi conscientia, sanctusque prolata operibus hac verba sunt, non de se ipso vanè gloriantis, vt falso aliqui interpretantur. Quod Maiomam deferens. Vitiatus hic quoque locus erat. Maiomam enim legebat corrector, est autè Maioma Gazæ, Palestina vrbis, emporium mari adiacens, ad cuius portum à Cypro Sancti Hilarionis corpus Helychius transtulit. Erat enim solita peruigiles in sepulchro eius noctes ducere, & quasi cum præsentate ad adiuvandas orationes suas sermocinari. Legunt hæc heretici, & tamen nec Sanctorum templa recipiunt, aut reliquias venerantur, nec orationes ad eos dirigunt, vt orantes ipsi inueniant, volunt.

SCHOLIA IN VITAM MALCHI MONACHI. Malchus, quem nos Latine Regem possumus dicere. Melch Hebræis Regem sonat, hinc Melachim libros regum appellamus. Quasi indigena, aliunde genus, linguamque non ducens. Aborigines Latini vocant. Ad egerum Chalcidos. Chalcis in Syria ad septentrionem sita est. Imma ad orientem: Essi autem, seu Issa, litorealis est. Nunquam Diabolum aperta fronte se prodere. Diabolum transfigurare se in angelum lucis, Paulus Apostolus etiam prodicit, hic antea pro, Nunquam, nusquam legebatur. Satana cauterio notatus. Metaphora à bestis sumpta, quæ nota aliqua inueniuntur. Erpionabant nobis mælitia. Prædicitur officio fungente, pronuba enim dicitur verbis nuptiis bona ominabatur. Offerunt ad dextram specus. Aliter, Offerunt se ad dextram specus. Qui sunt qui hoc credent? Aliter, Quis vnquam hoc crederet? Sitarica. Sitaros cibus, dicitur significare, sic annonam vocat, & conuocatum. Transmissi ad Sabinum. Ad Sabinianum, codices aliqui habent.

Annotationes in catalogum.

Titulum operis ex vetustis, & emendatioribus manuscriptis exemplaribus, ita ut legitur, ideorestitimus, quod rutilicium presertim nobis visum est, ut epistole nomine opus ipsum inscriptum circumferretur. recte autem nos ita restituisse ex prima Hieronymi ad Augustinum epistola potes discernere.

Proœmium.

Vt Tranquillum sequens.] Extat Tranquilli liber de claris oratoribus, & grammaticis. Varronis autē, Santrae, Nepotis, & Hygini interierunt. Celsus, Porphyrius, Iulianus.] Docti quidem, verum perniciosissimi Christi. ne religionis hostes si fuerunt, Iulianum Cyrillus Alexandrinus, scriptis egregie impugnavit, Celsum Origenes, Porphyrium Methodius Tyri.

Simon.

Filius Ioannis.] Iona, non Ioannis, multi codices habent. Sophronius ita vertit, & tam Hieronymus alibi, quam ceteri Ecclesie nostra proceres sic interpretantur, cum columba filium Petrum dictum esse asserunt. Iona enim, non Ioannes, columbam significat, nos, quia sic est in Evangelio, nihil mutavimus. Quæ catholica nominatur.] Hoc magis placet, quam canonica; & ita Sophronius vertit. dicuntur autem catholica, quod ad omnes Christianos pertineant, & ad omnes dispersionis filios scripte sint. Libri autem eius, de quibus, & c. erat olim, nos vocem, eius, expunximus, tum quia incongrua erat lectio, tum etiam, quod nec Sophronius, nec emendati codices eam haberent.

Iacobus.

Intantum, ut camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur.] Aliter, intantum, ut in camelorum duritiem transisse eius genua crederentur. hunc sensum Sophronius quoque secutus videtur, dum ait, ὁ ἀσθενὴς ἔσται ὡς κάμηλος. Tollens ad cælum manus.] Tendens ad cælum manus, olim legebatur, verum cum nostra emendatione consentiant tam Sophronius, qui vertit ἐπάρας, quam antiqui codices manuscripti. Fullonis fuste, quo vda vestimenta extorqueri solent.] Rudia, pro vda, perpetam antea legebatur, fullonis enim ars est lautare vestimenta, totaq; contorquere, ut exsiccentur, non rudia; quæ nec etiam contorquentur, sed poliantur, tendunturque.

Eum putant conditum.] Ἰοῦν ἐκ τῶν, ipse etiam vertit Sophronius, cum tamen antea legeretur, Putauerunt.

Paulus.

Romæ pro Christo capite truncatus.] Olim, Truncatur. Propter stulti, sermonisq; dissonantiam.] Dissonantiam, legebatur prius, nos genuinum restitimus ex antiquis codicibus lectionem. hæc autem ipse etiam Sophronius sequitur; διαρρηξεν enim vertit.

Lucas.

περὶ τῶν.] Apocryphos hos esse, meministi etiam libro primo contra Iovinianum, significat autem, ita vera, ac circivitus. Coniunctum à Ioanne.] Ita legunt codices manuscripti emendatiores, transalpini tamen correctores habebant, Coniunctum apud Ioannem, Sophronius vertit, ἐπὶ τοῦ βιβλίου. Et ob id loco excidisse.] Loco, olim deerat.

Vixit octoginta & quatuor annos vxorem non habens.] Hæc verba neque in antiquis manuscriptis exemplaribus, neque apud Sophronium invenimus; reliquimus tamen, ut erant antea. Vicefimo Constantini anno.] Constantini, habet tam Sophronius, quam antiqui codices; cum tamen antea, Constantij, legeretur.

Marcus.

Ecclesie legendum sua auctoritate dedit, sicut scribunt Clemens in sexto ὑποτύπωσιν libro, & Papias, Hierapolitanus Episcopus.] Transalpina editio erat: Ecclesia legendum sua auctoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτύπωσιν libro scribit, & Papias, Hierosolymitanus Episcopus. Papiam autem Hierapolitanum fuisse Episcopum, tam hic ex Sophronio, quam infra ex ipso Hieronymo discernere potes. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta.] συνηλεκτη, est in Græco apud Sophronium, ἡ ἡμῶν λεγούσα ἐστὶ συνηλεκτη, falso legebatur antea, Salutat vos quæ in Babylone cum electa: & apud Sophronium similiter οὗ τῆ ἐκλεκτῆς, pro συνηλεκτη. Tanta doctrina.] Olim, Tanta doctrina, sed falso.

Ioannes.

Et nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Evangeliste esse: super qua re, cum per ordinem ad Papiæ auditore eius ventum fuerit, differemus.] Duas memoratas, nos in vetustis manuscriptis codicibus invenimus: verum duas memorias emendator legit, qui sensus ex Sophronio quoque elicitur, habet enim δὸ ἐμνησθε. intelligit autem Hieronymus, duas commemoratas Ioannis epistolas, ut infra in Papiæ legitur, quod si vox, memorias, magis placet, de monumentis, quod ambo Io. Evangelista fuerint, intelligas, non unum Ioannis Evangelista, alterum Ioannis presbyteri, quæ tamē nobis opinio non probatur, ipsum tamen verbum non immutavimus. Sub Nerua Prin-

A cipe redit Ephesum.] Sub Perinace Principis redit Ephesum, videntur olim errore tam Sophronius, quam Erasmus legebat, quæ Perinace ante Traianum, de quo statim subicitur, fuerit, & redierit ab exiliis. Perinace, sub Traiano deinde decesserit, ex hoc autem loco coniecturam quoque Sophronij versionem vitiatam esse, parumq; ei in catalogo credendum absque historia cognitione, & veterum exemplarium scelerate nos ita ex antiquis codicibus restitimus, nec dubitandum quin ceteris, considerato Papiæ loco.

Hermas.

Hermam, cuius Apostolus Paulus, ad Romanos scribens, meminit.] Huius liber qui Pastor inscribitur, & visiones multas ad Ecclesiam pertinentes continet, adhuc extat.

Philo.

Philo Iudæus, natione Alexandrinus.] Ἡρακλῆς ἐν ἀναξάνδρῳ περὶ Sophronius vertit, id est, natus Alexandria. De his quæ sensu precamur, & detestamur.] ἀποκαταρτυέμεθα, eodem presertim sensu, est in Sophronio, antea tamen legebatur, Testamur, significat autem ea quæ volumus, contraria scilicet his quæ optamus, precamurq; superiorum quoque alios quosdam errores expunximus, ut illum: Et ob hanc causam Ecclesiam Marci discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus, nam vocem, Ecclesiam, vii superstitiam, & verum perturbantem sensum, Sophronij, & exemplarium opæ adiuti deleuimus.

De Alexandro, & quod propria ratione muta animalia habeant.] Sic etiam est in Sophronio, prius tamen legebatur, de Alexandro, quod propria, & c.

Seneca.

Socionis stoici discipulus.] Sophronius, Socionis, legit, nō Socionis, sed vitiatam lectionem est. Quidam codices, Photionis, habebant, sed falso. Socionem enim stoicum Seneca præceptorum fuisse, Laetantius Firmianus lib. 6. prodit.

Iosephus.

Ἀρχιερωτός.] Antiquitatis, περὶ ἀνωκόρατος λογισμοῦ.] De imperatrice, seu dominatrice prudētia, hic liber, ab ipso Erasmo versus, extat.

Clemens.

Et ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.] Hæc omnia in Latinis quodam extant, cum tamē apud Sophronium desint. Quidam codices, pro, Cooperatoribus, habent Coadiutoribus. Et tertius Cleus.] Cleus, legendum est, non Anacleus, ut Sophronius legit & interpretes.

Ignatius.

Palpate rōe, & videte, quia non sum Dæmonium incorporale.] Incorporale, legendum esse, hoc est ἀσωματικόν, non corporale, seu σωματικόν, ut Erasmus ex Sophronio vitiatum legit, tum alia antiqua, quæ nos vidimus, manuscripta exemplaria, tum sensu ipse, & evangelij verba, in hunc eundem sensum prolata, docent, cum dicitur, Palpate, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet, sicut me videte habere.

Cumq; iam damnatus esset ad bestias, & ardore patiens, rugientes audiret leones, ait.] Perperam legebatur antea: Cumq; iam damnatus esset ad bestias, ardore patiens, cum rugientes audires leones, ait.

P. lycarpus.

Regente Aniceto.] Sic dicimus post Petrum fuit Episcopus, sub quo Egesippus etiam Romam venit, pro Aniceto, Anacleto, perperam alibi legebatur: quippe cum Anacleus, qui Clementi successit, sub Adriano Imperatore floruerit: quo tempore nulla erat de Paschatis celebratione controversia. Cognosce nos, quædam habent exemplaria, & ita vertit Sophronius, γινώσκεις, in quibus, ἡμῶν.

Papias.

Hic dicitur mille annorum Iudaicam edidisse δωδεκάων.] Ex Ioannis in Apocalypsi loco quodam malè intellecto, mille annorum fabula conficta est: qua dicitur, Christum, post uniuersalem corporum resurrectionem, mille annis corporaliter, ac visibiliter in Iudæa cum sanctis regnatum, conuicturumq; huius hereticos professores, ab annorum numero, Chiliastra sunt appellati: inter quos, præter connumeratos à D. Hieronymo hic, Iustinum Martyrem acerrimum assertorem & Nepotem quendam Episcopum, quem impugnavit Dionysius Alexandrinus, inuenio, errorem fuisse in tot sanctis, non heresim, quæ opinione obfinatione statuitur, veritate in Ecclesia catholica nondum definita, propositaque, dicendum est, δωδεκάων autem dicitur altera quedam, ac posterior interpretatio, tradiditque, cuiusmodi est Cabalistica, Thalmudisticaque: de qua hic Hieronymus intellexisse, fortè non ab re fuerit existimare, nam præter quod in eis Iudæi de futuro Christi in terris regno, atque conuicio, & de epulis Leviathan, multa somniantes comminiscuntur, constat alibi à Hieronymo Iudaicis δωδεκάων illas vocatas.

Artifides.

Apud philologos.] Id est eruditionis, ac sciētia amatores, studiososq; huius voluminis.

Transalpina editio habet Hierapolitanus, 1553.

huius volumen philosophorum sententiis plenum, idq; innotatum postea A fuisse Iustinum Martyrem, in epistola ad Magnum oratorem idem Hieronymus scribit.

Agrippa.

Abraxas.] Apud Irenaeum plura de his barbaris, sacriticisq; nominibus inuenies, praesertim de *Abrahas*, quo secundum supputationem Graecam, diem anni numerus continetur, id est CCCLXV.

Gnostici.] *Γνωστοί*, iustitia, quam sibi vindicabant, Graecè ita dicti sunt.

Egesippus.

Præterea aduersus idola disputans, quo primum errore creuissent, subtexit historiam.] Olim, Ex quo primum, Sophronius similiter, *ἐκ πόλεως Ἰερουσαλὴμ*.

Antoninus.

Antoninus.] Hic ab Adriano dictus est, in eiusq; honorem ab eodem erecta est vrbs, Adrianopolis postea appellata.

Iustinus.

Ἰουστίνος.] Redargutio. Sed & aliud de monarchia Dei est & alius liber, quem praenotauit Psalten, & alius de anima. Dialogus contra Iudeos.] Sic ex Mediceo, & Fesulano codicibus emendauimus olim corruptè legebatur : Sed & alium de Monarchia Dei, & alium librum, quem praenotauit Psalten, & alium de anima. Dialogus contra Iudeum. *Διατριχίδης*.] Consiuetudines, ac disputationes philosophorum ita dicuntur.

Melito.

Ἐλεγκτικός.] Exceptionum. Huius elegans, & declamatorium ingenium laudans Tertullianus.] Laudans, vox, quae est apud Sophronium *ἐπαυράριος*, deest antea.

Apollinaris, seu Apollinaris.

Sub imperatore M. Antonino Vero.] Sic etiam legit Sophronium, & Mediceus, Fesulanusq; codices, transalpini tamen typographi habebant, Sub imperatore M. Antonino secundo.

Dionysius.

Vt nō solum suae ciuitatis, & provinciae populos, sed & aliarum urbium, & prouinciarum episcopos epistolis erudiret.] Sic ex antiquis exemplaribus, contradicente ipso Sophronio, reliquimus, quem sensum genuinum esse, ea qua sequuntur, ostendunt : cum dicitur, eum scripsisse ad Lacedaemonios, Athenienses, Nicomedienses, ite ad Phrygum, & Soterem episcopos, Sophronium autem legit : Sed & aliarum urbium, & prouinciarum epistolis erudiret, vox, Episcopos, deest apud illum.

Tatianus.

Nouam condidit haesim, quae Encratarum dicitur.] Seu *ἐγκρατιτῶν*, id est, abstinentium : qui, quod à matrimonio, & quibusdam abstinerent cibo, ita dicti sunt.

Modestus.

Feruntur sub nomine eius & alia *συγγράματα*.] Compositiones. ita habent emendatiores codices. Sophronium tamen legit, *συγγράματα*, hoc est conscriptiones, verbum, *ἡ εὐδαιμονία*, quod sequitur falso adscripta, hoc est non eiusdem auctoris, significat.

Irenaeus.

Egregium commentarium.] Sic habent emendatiores codices, non Graecam vocem *σύγγραμματα*. Multos Asiae, & Orientis Episcopos, qui à decimaquarta luna.] Quis olim deerat.

Pantanus.

Reuertens Alexandriam secum detulit.] *ἐνέμωτος* etiam est apud Sophronium, antea, retulit, legebatur.

Rhodan.

Aduersum Cataphrygas.] Aduersus Phrygas ; quod est apud Sophronium, *κατὰ τῶν ἐφυρών*, alibi legitur, nos vocem apud Latinos magis vsitatam secuti sumus. sic enim supra in Apollinario, & alibi eam vsurpat Hieronymus.

Clemens.

Κατηγόρησις.] Institutionum, quibus catechumeni, quorum inde dicitur nomen, sine instruantur. *ἐποικητής*.] Impressi hodie sunt hi Clementis libri : quorum nomen, quod varia eruditione contexti sine, ita sunt appellati. *Ἐπιστολῶν ὁμιλίαι*.] Subnotationum ; seu confirmationum. *προσδοκῶνας*.] Addixit, dedicauit, ac veluti acclamauit. Cicero ad Atticum hac voce similiter vsus est. *χρονολογία*.] Temporum descriptiones, seu annales. Quod opusculum in veteribus inuenire non potui.] *ἐν τοῖς παλαιῖς*, habet Sophronius : & ita legunt codices manuscripti Medicei, & Fesulani de erat tamen antea, *ἐκ χειρῶν ὁριῶν*.] Vox ipsa antiquas generationes sonat.

Miltiades.

Et principii illius temporis Apologeticum dedit.] Sic ex vetustis codicibus emendauimus, videmq; ex Sophronio, qui habet *Κακῶν*. Principium tamen antea legebatur.

Apollonius.

Crinem fucat Propheta? stibio oculos limit? Propheta vestibus, & gemmis ornatur? Propheta tabula ludit, & tessera.] Priscilla, & Maximilian, infans feminas, his verbis notat. *ἡνίκα αὐτὴ ἐρανε αὐτὸν ἀλικυβί; & litteris quibusdam, & numero.* Quae scripsit *πρὸς Ἰουδαίους*.] Quae, scilicet volumina, antea legebatur, Quos *Ἰουδαίους* autem est raptus nectens; ac à seipso abcessus quiddam.

Polycrates.

Et pontifex eius fuit.] Sic Sophronius, *ἡ δὲ ἑστὸς αὐτοῦ ἱερότης*, ante tamen vox, Fuit, deerat.

Tertullianus.

Vidi ego quendam Paulum Concordiar, quod opidum Italiae est, senem.] *Ἰταμ* Pauli eremita, hoc est Paulo seu Paulum senioreni huic Hieronymus misit, epistola extat in primo tomo.

Origenes.

Adiutorem sibi fecisse *κατηγόρησις*.] Hoc est institutionis, qua trunculi in fide instruantur, res est haec omnia, cum tamen maxime in Ecclesia necessaria sit. Heraclan presbyterum iterum, qui sub habitu philosophi perseuerabat.] Vocem, iterum, delentimus, uti super suam, & à Sophronio etiam praetermissam. Sed & illud nemo ignorat.] *Ἰουδαίος ἀγὼν*, habet Sophronius, & ita in emendatis codicibus inuenitur, apud transalpinos tamen typographos deerat, Nemo ignorat. Philippum imperatorem, qui primus de Regibus Romanis Christianus fuit.] Hoc ipsum asserit in historia citi Lusebius, addens, quod vitam scelerebus centaminatam, infamatamque, publica eluerit, mundanumq; penitentia, sicq; facis miseris participauerit. Aquilae Pontici profelyti.] Hic ex gentibus in Iudaeam adscitus est. Quidam eundem cum Onkelos, Chaldaea translatione apud Hebraeos celebrari, esse aiunt. Iudaei, è genere Titi Imperatoris fuisse, falso, ut eorum mors est, commiscuntur, quippe cum Ponticus, non Italus, fuerit Aquila. Poterit liquido cognoscere.] *Ἰουδαίους*, antea tamen legebatur, postea.

Ambrosius.

Huius industria, & sumptus, & instantia, ad hunc infinita Origenes dictauit volumina.] Delenda mihi esse prorsus videtur haec duo uoculae, Ad hunc, verum quia Sophronium eas habet, & nos nullā hac in re exemplarium opem habuimus, manum à litura abstinuimus.

Tryphon.

Et de dichotomemantibus.] *ἰσαεπὶ τῶν διχοτομῶντων*, habet Sophronius, est autē *διχοτομῆς* sectio in duas partes, in has autē abrahā victimas fecit, historia ex Genesi notissima est, ceterum de vacca rusa historiam Numeris continetur. Olim tamen legebatur. Et de vacca rusa in Deuteronomio.

Gaius.

Quae fertur ad Hebraeos.] Scribens ad Paulinum Hieronymus, inter Pauli epistolas eam quae est ad Hebraeos, à plerisque asserit nō connumerari : ipse superius cum Clementi stylo maxime conuenire prouit. Barnaba ab aliis adscribi, vel Lucae, alibi sit, haec autem omnia refert, aliorum potius recitans opinionēs, quā suā statuens : ipse enim Pauli eā esse tam supra in Paulo, quā alibi asseruerat restatur, asserens styli dissimilitudinem ex linguaeproditisse diuersitate, Pauliq; nomen propterea ommissum, quod inuisum esset Iudaeis, & scribens ad Dardanum, eam non solum à se, & ab Orientis ecclesiis, sed ab omnibus Graecis Ieronimus scripturibus, pro Pauli epistola recipi, dulcissime asseruerat, quam epistolam omnino vide, est autem circa principium tertii tomi.

Hippolytus.

Hippolytus cuiusdam ecclesiae Episcopus : nomen quippe vrbs scire non potui.] Portuens Episcopus fuit Hippolytus, eiusq; marmorea statua una cum Paschali circulo, sex & decem annorum insculpto, aetate nostra inuenta fuit, & in bibliotheca Vaticana à Marcello Ceruino Cardinali, qui postea in Pontificem maximum assumptus est, viro sanctissimo peritè & eruditissimo, & litterarum omnium diligentissimo viduice, reposita. Sexdecim annorum circulum.] Paschatis inueniendi per aquinoctium vernale ratione nondum excogitata, satisfieri Ecclesiae à multis olim putabatur; ne semper hac de re cōsuleretur Aegyptus; si vel per sexdecim, vel per decem & nonis futuros annos illud statueretur, laborarunt etiam hac in re Theophilus Alexandrinus, & ex Latinis Beda Britannus. nunc mutatio anni statu, canonibusque ex regula Nicani concilii eratis, interdum non congruentibus, vel componendis anni, vel mutandorum canonum adlio aliqua inuenta esset. Notarios.] Notarios vocat, qui distantis verba veloci manu, ac per notas interdum persequentes, scribebant, librariorum autem, quita de scripta accuratius postea emendabant. Incredibili studio.] *ἀνεπίστατος*, intolerabilis studio, legit Sophronius, verū Latina exemplaria inter se vniuersa conueniunt. *ἐπαυράριος*.] Operu impulsorem, infigatoremq; virtus hac eadem voce Hieronymus in epitaphio Nepotiani, *ἐπαυράριος* opus, *ἀνοκῶν* impellere.

Lexians, non deeat in Pro-
lus editione
353.

Alxander

Alexander.

Et nunc mecum eundem orationibus regit.] Coadiutorem aliquem assumi posse Episcopum, ex hoc Hieronymi testimonio liquido constat. verum id tam fieri solummodo potest, cum vel senio, vel morbo aliquo, ab Episcopatu vitare peragendo prior impeditur Episcopus. ex his enim causis Valerius Augustinus, & alter Valerius Casar Augustinus, quibuslibet erat lingua, Vincentium, Oshes in Hispania natum, & Narcisus Alexandrum hunc sibi coadiutores acceperit, similiter & alij alios.

Iulius.

ἀπὸ τοῦ ὄχλου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ σπίνου πλεῖσαι.] Daniel dum summam patrociniis sumens, senes iudices separatim interrogat, vbinam Susannā cum inuene lenone concubuisse viderint, cum vnum sub ὄχλω, id est lentisco, alterum verò sub σπίνω, hoc est ilice se illam vidisse audivit, alludens ad vtramque hanc vocem, & Græcam interponens etymologiam, diuidit, inquit, primo, quod est σχίσαι, & alteri secabit, quod est πλεῖσαι, te Deus &c. ac si Latine alicui, qui illam se vidisse dixisset sub ilice, illico te perdet Deus, vel, si sub malo, malo te afficiet Deus, nisi desisset.

Theodorus.

ὁ ἀντιγόνην ἐνχαριστίας.] Quod laudes gratitudinis Origenis contineret, eiq; de conversione sua gratias ageret, ita, Suida etiā teste, vocatus est liber, qui adhuc Vaticana in bibliotheca extat. Hic est Gregorius ille qui à Græcis ob miraculorum patracionem alter Moyses, & θαυμαστός cognominatus est. περὶ ἁρπαγῆν.] Cum alius verbum id ipsam clarus dicitur, περὶ ἁρπαγῆς appellatur, extare dicitur hic liber. Sophronius ἐκπασιῶν habet.

Cornelius.

Scriptit epistolam ad Flavianum.] Quinam, quantusq; vir fuerit Flavianus, quò uie persecutionum procellis exagitatus, ex Chalcedonensi concilio, & Ephesio altero notissima historia est.

Cyprianus.

Cum sole clariora sunt eius opera.] Impressa sunt hæc Roma emendatissima anno præsente, Aldino typis, & vetustissimis codicibus, quorum vnus nongentorum ferè annorum, Veronenfis erat ecclesie.

Dionysius.

κατηχησάων.] Institutionum seu initiationum fidei: hinc catechumenorum nomen. Et Origenis valde insignis adiutor fuit.] Auditor, antea perperam legebatur. Auditor enim habet incorrupta exemplaria Medicum, & Fesulanum: & Sophronius, Condōr, similiter legit.] sensus est, Dionysium Origenem in instruendis catechumenis adiuuissse, sub Heracla, qui & ipse Origenis adiutor hac in re fuit. quapropter suprà in Origene scribitur, quòd reuersus Alexandriam Origenes, Heraclam presbyterum, qui sub habitu philosophi persequeratur, adiutorem sibi κατηχησάων secorit, tam igitur Heraclas, quam sub eo Dionysius Origenem in catechismo iuauerunt. ἑκπασιῶν.] Id est de diebus festis conscripte epistola. Ad Heraclam.] Hic est idem, de quo nunc dicebamus, Episcopus, qui post Demetrium Alexandrinam rexit ecclesiam, vt suprà in Origene scribit Hieronymus, sicut post Heraclam ipse Dionysius Sophronius Hieracem legit, & interpres Heraclam: verum vtraque lectio vitata est. περὶ γυμνασίου.] De gymnasio, seu exercitatione. Ad Armenios de penitentia, & de ordine delictorum.] Cum nec is liber, neque illi, quos Theodorus, Beda, aliq; penitentiales ediderunt, extant libri, nos similem ex veteribus collectum, aduersus hæresim nostri temporis eo, quo potuimus, ingenio composuimus, & sacramento confessionis adiunctum, edidimus.

Nonatianus.

Quod Græcè dicitur καθάρων.] Hoc est, purum, mundum, & maculis carens, catharos enim propterea se vocabant, quòd post baptismum non peccassent: post illum enim penitentes non suscipiebant.

Anatolius.

Et ex decè libris Arithmetice institutionis intelligere possumus.] Sic emendata exemplaria, sic etiam Sophronius habet, antea tamen legebatur. Et decem libris de Arithmetica institutionibus intelligere possumus.

Victorinus.

Victorinus, Pictauiensis Episcopus.] Olim, Pitabionensis, Pictauiensis in libro contra Heluidium nuncupatur: & ita habet maior exemplarium pars. alibi in Hieronymo, Pictauiensis legitur, in epistola scilicet que est contra Vigilantium.

Pamphilus.

Viginti quinque ἐξηγήσεων.] Id est, expositionum, enarrationum. Quanto magis tot millia verborum, per quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia.] Alter, que mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia. Sophronius autem, per que, vt mihi videtur, sua passionis reliquit vestigia. Apologeticum pro Origene.] Se à Rufino deceptum hoc scripsisse, in secundo Apologia contra eum libro testatur. primum enim Eusebii pro Origene volumen Pamphilo à Rufi-

A no adscriptum fuerat.

Pierius.

Constat hunc mitæ ἀσκήσεως.] Exercitationis. De Propheta Olee, quem in perugilio Pasche habitum ipse sermo demonstrat.] Alter: De Prophetia Osee, quem in vigilia Pasche, &c. Sophronius cum vulgata, quam nos etiam sequimur, editione consensit.

Firminus.

Habemus eius Symposium, quod adolescentulus scripsit Africa, & ἑδοκίμησεν de Africa vsque ad Nicomediam, hæcæmetris scriptum versibus.] Africa & olim deerat: nos ex Sophronio, & vetustis exemplaribus restituumus. ἑδοκίμησεν autē, Latine itinerarium dicere possumus.

Eusebius.

ἐὐαγγελικῆς ἀποδείξεως.] Evangelicæ demonstrationis. ἐὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς.] Evangelicæ preparationis. θεοφανείας.] Diuina apparitionis. Omnimoda historia, & eorum ἐπιτομῆ.] Olim, Omnimodam historiam, & ἐπιτομῆν, Sophronius legit. χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομῆ.] Chroniconum canonum omnimoda historia, & eorum epitome. τοπικῶν liber vnus.] τοπικῶν λόγος εἰς, est apud Sophronium, olim tamen legebatur, Liberum vnum. Pro Origenelibri sex.] λόγοι ἕξ, habet Sophronius, olim tamen erat, Libros sex: sicut statim, Libros tres, pro Libri tres, falso casibus commutarij. Eruditissimi commentarij.] Olim, Eruditissimos commentarios, sed falso, omnia hæc ex vetustissimis exemplaribus, & ex ipso Sophronio restituumus.

Methodius.

De Pythonissa, & de ἀντεξουσίω.] De eo qui sua potestatis, seu liberi arbitrij est, hunc vsque ad decem millia versuum contra Porphyrium scripsisse, alibi meminit.

Eustathius.

De Engastrimytho.] περὶ ἐγγαστριμύθου, habet etiā Sophronius, id est, de ventricoso sermone, vel verius de eo cuiusvis odi erat Pythonissa, qui ex ventre, Demone ibi manente, responsum dabat.

Marcellus.

Sub Constantio, & Constante.] Sophronius etiam ita legit, antea tamen, Sub Constante, & Constantino, legebatur. Diuersarum ὑποθέσεων.] Materiarum, seu argumentorum.

Athanasius.

ἑκπασιῶν ἐπιστολῶν.] De festis diebus scilicet conscripta. Contra Valentem, & Ursatium.] Ariana scilicet hæsi fuerunt, & Ariminensis synodi patres, se catholicos simulantes, deceperunt, lege eundem Hieronymum aduersus Luciferianos.

Antonius.

Flourit sub Constantino, & filiis eius regnantibus.] Vox, Sub, alicubi deest, verum Sophronium & vulgatam editionem secuti, nos eam reliquimus, sequitur deinde: Vixit annos centum quinque, quæ verba est tam apud Sophronium, quam apud codices multos deerant, nos tamen, cum historia cognitionis causa, tum quia in vulgata illa editione reperiebantur, minime deleuimus.

Basilus.

Scriptit contra Marcellum, & de virginitate librum.] καὶ περὶ παρθεναίας λόγων. Et coniunctionem, ex Græco, Latiniq; codicibus restituumus, deerat enim antea.

Theodorus.

Et magis historice intelligentiæ.] Vox, magis, abundare hic videtur, nec illa à Sophronio additur: verum, quia consentientia Latina exemplaria omnia ferè eam habent, propterea non amouimus.

Eusebius.

Eusebius, Emecenus Episcopus.] Episcopus, nec Sophronium habet, nec Medicum, Fesulanumq; manuscripta exemplaria: nos tamen, vulgatam secuti editionem, reliquimus: quia, vbi contrarium clarè non constat, nihil omnino è vulgatis codicibus immutamus, aut deleuimus.

Donatus.

Sub Constante, Constantioq; principibus.] Constantioq; deest apud Sophronium; nos ex manuscriptis quibusdam exemplariis restituumus.

Lucifer.

Lucifer Caralitanus.] Sic habent omnia ferè manuscripta exemplaria, præsertim Medicum, Fesulanumq; Sophronius tamen, Caralitanus, legit, est autem Caralis Sardinia vrbs. Meminit Luciferi Hilarius in primo libro ad Constantium Imperatorē, & idem Hieronymus in appendice Chronicon Eusebij, & Platina in Liberio, eum in exilium missum, quòd Nicenam fidem damnare noluerit, reuersumq; vna cum Eusebio Vercelleni post restitutum Athanasium, proditur. Augustinus Luciferianum Caralitanum ipse etiam nominat, & inter hæreticos connumerat. huius historiam late scribit Marcellinus & Faustinus in libro de schismate Vrsiani, qui liber Roma in bibliotheca Vaticana extat, sed non-

sed nondum impressus fuit autem Lucifer, exceptis iis in quibus à D. A Hieronymo editur, cat holicis, & Nicane synodi propugnator, nos de eo in libro contra Luciferianos plura diximus.

Atacius. *Ἐπιτομὴ τῶν ἐρωτησίων.* Commixtarum questionum. Felicem Arrianum. Vocem, Arrianum, nec Sophronius, neque Mediceum, Fesulanumq; exemplaria habent.

Serapion. Carus Antonio monacho. Sic emendauimus ex vetustis exemplaribus: est Sophronius, & vulgata transalpinorum editio, habent, Carus Antonij monachi.

Hilarius. Historiam Atiminenfis, & Seleucienfis Synodi continēs. Pro Ariminenfis, falso Sophronius legit, Arimynenfis, hoc est, ἀριμυνησις ὁ ὁσώδης. Sine contra Dioscorum, & liber hymnorum, & mysteriorum alius. Sophronius habet: Sine contra Dioscorum, & libertinos: & alius liber, Mysteriorum: sed vitiosa lectio est. Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem Romanum, duodecim Quintilian libros & stylo imitatum fuisse, & numero, Hilarium prodit: & in breui libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, plurimum in litteris potuisse, asserit.

Victorinus. Qui ab eruditis modò intelliguntur. Cum vulgata editione Sophronius quoque consentit: habet enim, ἡ τῶν ἐρωτησίων μὲν ὁσώδης, hoc est, qui ab eruditis tantum intelliguntur. Mediceum tamen, Fesulanumq; exemplaria legunt: Qui nisi ab eruditis non intelliguntur.

Titus. Aduersum Manichæos. Olim, Manichæum, nos ita ex Sophronio, & manuscriptis aliquot exemplaribus emendauimus.

Damasus. Multaq; & breuiâ metro edidit. Mediceus, Fesulanusq; codices habent, Multaq; & breuiâ opuscula heroico metro edidit: verum addita à quopiam puto: nam Sophronius ea non habet.

Apollinarius. Aliter, Apollinarius, verum tam Sophronius, quàm Hieronymus alibi, hoc est in apologia contra Rufinum, Apollinarium vocant. Patre presbytero. Patre Proba, habent exemplaria quaedam Brixiana, manuscripta. Sophronius cum vulgata editione consentit. Innumerabilia scribens volumina. In epistola ad Augustinum Hieronymus prodit, inter cetera autem Psalmos interpretatus est, sicut Theodorus Heracleotes, & Asterius Scythopolitanus.

Phozinus. In quibus vel præcipui sunt. In quibus vel præcipui sunt, ἡ δὲ ἐπιτομὴ τῶν ἐρωτησίων, scilicet λόγος, siæ libri olim legebatur, Præcipua.

Didymus. Commentarios in Iob. Ex Sophronio, & aliquot manuscriptis codicibus hac verba repositimus: deerrant enim antea.

Aquilinus. Itinerarium. ἡ τῶν ἐρωτησίων, conuersionem: πείρα, experientiam.

Cyrillus. Institutiones. hæc catecheses numero xviij. cum v. mystagogiis, nunc sunt impressæ. Floruit Cyrillus sub Constantio, ad quem de cruce, quæ a Hierosolymis in calo apparuit, doctam scripsit epistolam, electus est sede ab Arrianis, eiq; successit Heraclius prius, mox Hilarius: post quos sub Theodosio episcopatum recepit: sub quo etiam obiit. successit ei Ioannes, Ioanni autem Nepos, Constantinopolitana synodus scribens ad Damasum, Ambrosium, & ceteros episcopos Roma congregatos, honorifice de eo meminit: ipseq; dum viveret, concilio Seleucienfis interfuit, Græci die xvij. Martij eius celebrant festum.

Gregorius Nazianzenus. Aduersus Eunomium liber vnus. Cuius hac vulgata lectione consentit etiam Sophronius. Mediceus tamen, Fesulanusq; codices habent, Libri duo, quæ lectio transposita fuit: contra Iulianum enim Imperatorem libros duos scripsit.

Tiberianus. Canis reuersus ad vomitum suum, filiam, deuotam Christo virginem, matrimonio copulauit. Acriter reprehendit Hieronymus, quod infelici hac nostra ætate passim alibi sit, iureq; fieri, etiam ab hereticis asseueratur. Atrimonio autem copulauit, dixit, hoc est, κατὰ τὴν ἑσπερίαν, coegit vi nubere, alteri scilicet, non sibi.

Scholias tom. 2.

Ioannes. Ioannes Antiochena Ecclesie presbyter. Hic dicitur esse præclarissimus ille omnium Græcorum orthodoxorum pater, Chrysostomus, ab aureo ore propter sermonis elegantiam cognominatus: cuius scripta, quia celebris per se, ac vulgarissima sunt, operæ pretium minimum erit ea nunc enumerare, aut laudare.

Hieronymus. Conulatoriam de morte filiarum ad Paulam. Hieronymus, habet Sophronius etiam, antea, Filij legebatur. extat hæc epistola primo tomo, numero 25. & incipit: Quis dabit capiti meo. In Epistolam ad Ephesios commentatorum libros tres. Deerrant hæc olim: nas ex Sophronio, & Florentinis codicibus repositimus.

ANNOTATIONES IN SECUNDVM TOMVM EPISTOLARVM D. HIERONYMI.

Aduersus Heluidium.

IMVL & laicus & sacerdos. Sibi & laicus & sacerdos, habent multa exemplaria manuscripta: quæ lectio probatur: est vulgata lectio emendata non placuit. Lacerarer conuiciis. Olim, Lacerarer, legebatur. Et cum infecunditate fornicorum tradenda flammis. Infractusum arborum prius dixit, quod fractum careret, nunc etiam solis infecundam appellat: quæ allusio nequaquam respicit scum cui Dominus maledixit, ut putauit interpres, cum illa solis esset onusta, & fructu tantum careret, secundum quod Marcus Euangelista refert: sed è primo psalmo, in contrarium tamen sensum, accepta est; quippe cum non esset arbor viri beati, secus decussus aquarum plantata, cuius solium non decidit, & omnia quæcumque facit, prosperum habent successum.

Ut per genealogiam Ioseph, cui Maria cognata erat, origo quoque Mariæ monstraretur. Hoc dicit, quia lege prohibuitur alterius tribus uxorem ducere. Nabant, scribitur in lege, Num. 36. quibus volunt, tantum ut sue tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israël de tribu in tribum. omnes enim viri ducunt uxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ femine de eadem tribu maritos accipient, ut hereditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, ut à Domino separatae sunt. Propterea cura non fuit Euangelistæ Mariæ genealogiam describere; cum ex genealogia Ioseph, origo quoque Mariæ monstraretur.

More Andabatarum yladium in tenebris ventilans. Sumptum proverbum est à ludo quodam, in quo pugiles duo clausi, ac velatis oculis, ne viderent quæ fererent, certabant, nomen à conchris ductum videtur, meminit eorum Cicero ad Trebatium. Demonactes Cynicus loquens in eandem sententiam de duobus, quorum alter ineptè proponebat, alter respondebat, sed non ad rem: alter, inquit, mulget hircum, alter supponit cribrum. Ac ne impudenter neges ista. Olim, imprudenter, impudenter autem legendum esse, tum vetusta exemplaria, tum ea quæ sequuntur, ostendunt licet tu mira impudentia hæc in Græcis codicibus falsata contendas.

Et abscondit ea Iacob subter terebinthum, quæ est in Sichimis, & perdidit ea. Iacob, est apud septuaginta, & emendatioribus codicibus, olim, eos, legebatur. Et Heluidij explet non patitur voluptatem. Sic etiam ante Gryphianam impressionem codices vulgati habebant, non voluntatem. Si primogeniti tantum illi vocantur, qui fratres habent, ergo ab interemptione vnigeniti liberati sunt. Pro interemptione, seu intermitione, ut in alio inuenimus exemplaribus, interpretatione olim in Gryphiana editione perperam legebatur. Numquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? In impressis antea codicibus Transalpinis, pro, Mulieres, legebatur, uxores: quæ lectio falsa erat: nam est vox Græca γυναῖκες, ut alibi testatur D. Hieronymus, communis sit, sub eaque tam vxor, quam mulier comprehendatur: certum est tamen Apostolum eo in loco intelligere de mulieribus quæ Apostolos sequentes, eis de sua substantia ministrabant: sicut scriptum est à Marco Euangelista idem casilem fecisse Christo, dum ait: Erant autem & mulieres de longè afflicientes: inter quas erat & Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome, & cum essent in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei. Erasmus, nimium forsitan fauens coniugio sacerdotum, uxores, contra fidem plurimum exemplarium, hic reliquit. Geniuam autem hanc esse expositionem, ipse Hieronymus libro primo contra Iouinianum his verbis prodit: Si autem nobis illud opposuerit ad probandum, quod omnes Apostoli uxores habuerint: Numquid non habemus potestatem mulieres, vel uxores circumducendi, quia vix apud

Græcos

Græcos utrumq; significat, sicut ceteri Apostoli, & Cephas, & fratres Domini: iungat illud quod & in Græcis codicibus est: Numquid non habemus potestatem sorores mulieres, vel vxores circumducendi: ex quo apparet, eum de alijs sanctis dixisse mulieribus, quæ, iuxta morem Iudaicum, magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus ipsi quosq; Domino factitatum. Nam & ordo verborum hoc significat: Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi, aut sorores mulieres circumducendi? ubi de comedendo, & bibendo, ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus insertur, perspicuum est non vxores debere intelligi, sed eas, vt diximus, quæ de sua substantia ministrabant. quod & in veteri lege de Samanide illa scribitur, quæ solita sit Eliseum recipere, & ponere ei mensam, & panem, & caudelabrum, &c. Aut certe, si *ἡ γυναῖκα*, vxores accipimus, non mulieres: id quod additur, sorores, tollit vxores, & ostendit, eas germanas in spiritu fuisse, non coniuges. Quamquam, excepto Apostolo Petro, non sit manifeste retatum de alijs Apostolis quod vxores habuerint: & cum de vno scriptum sit, ac de ceteris tacitum, intelligere debemus sine vxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale scriptura significat. Hactenus D. Hieronymus. Et Ioseph Mater.] Ioseph mater, in exemplaribus manuscriptis legitur, sicut & in codicibus eua. angelij Græcis. Ioseph enim is vocabatur. & ita Gryphiana præter hunc locum habet impressio, cum de eo fratre tractat.

Quando illam de cruce Dominus iam viduam, vt matrem Ioanni commendabat.] Hinc constat, eo tempore, quo Christus passus est, Ioseph, virum Mariæ, iam extremum diem obiisse. Nulli dubium, duos fuisse Apostolos, Iacobi vocabulo nuncupatos.] Cui duo tantum Iacobi Apostoli fuerint, sequitur, minorem cognomento eundem esse cum Iacobo Alpha: verum Nicophorum in historia diuersum fecit, & tertium propterea Iacobum addidit. Dicitur est autem Iacobus Alpha: à patre: et eius mater similiter à patre, vocata est Maria Cleopha. Cleopha autem nomen f. simile non esse, sed hominis, ab Hippolyto Martyre dilucidè proditur. Apostoli autem Iacobum minorẽ fuisse, ita clarè ex Paulo de Hieronymus deducit, vt tertio Iacobo nullus amplius relatus inter Apostolos locus videatur. Verum quia ex Egesippo, Dorotheo, & Nicophoro tres fuisse Iacobos proditur, duos scilicet Apostolos ex xxi. numero, tertium extra numerum, quem hic Apostolum propterea forte vocat Hieronymus, sicut ipsum quosq; Paulum Apostolum dicimus: & quia cum secundus ex xxi. Simon Iuda vocaretur, proptereaq; opus nõ esset vt minor, frater scilicet Domini, et Maria Cleopha, nisi respectu alterius maioris, Zebedæ filij cognominaretur: vide qua de hac re scriptum in infra à epist. lxxi. ad Theophilum cõtra Ioannem Hierosolymitanum.

Porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna familia, id est, *πατρὶς*: quod Latini, paternitate, interpretantur.] Sic ex emendatis exemplaribus correximus, cum prius legeretur, id est, patria, quæ Latini, paternitates, interpretantur, vocant autem Græci *πατρὶς*, gentem, seu familiam: D. autem Hieronymus propterea paternitatem à Latinis dicit asserat, quia sic habet apud Paulum Apost. vulgata editio Ebd. 3. cõ dicitur, Ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur. Et consentaneum est, vt, quemadmodum *ἡ τοῦ πατρὸς* dicitur *πατρὶς*, sic etiam paternitas nuncupetur. Nõnne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simõ, & Iudas?] Virtutum hic locus antea erat, quippe cum, pro Ioseph, Ioannes legeretur. Non inquam Hagito lingue nitorem, animam quæro puritatem.] Pietatem, pro puritatem, legebat antea, nos ex emendatoribus codicibus ita loci restituimus, sicut, magis congruit cum vocabulo nitorem. Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico, quàm Ecclesie hominẽ non fuisse.] *Μοινα* sectatorem Tertullianum, alijsq; etia pluribus pollutum fuisse erroribus, omnes notat. Theodotum Byzantinum, & Valentinum.] Theodotum Byzantinum, quædam exemplaria habebant: nam Constantinopolitanus fuit, Christianusq; purum esse hominẽ asserabat, Augustinus in libro de heresibus ad Quodvult Deum, episcopum Theodotum appellat. Quæ autem blasphemauerit Valentinus, ex Irenæo, qui eius blasphemias conscripsit, discere poteris, quamvis hac voce, Valentinus, in multis exemplaribus deest. Camelum vidimus saltitantem.] Hoc proverbium in eos dicitur, qui ineptè aliquid faciunt, & indecoratè eiusmodi est camel saltatio. Maledicta sterilis, quæ nõ parit semen in Israhel.] aliter, Non facit, hæc autem senectia apud lxx. quoniam vulgata editione vbiq; ferè citat D. Hieronymus, inuenitur, cuiusmodi est, alia ei similit. Beatus qui habet semen in Sion, & domesticus in Hierusalem. Mirum autem propterea aliquid esse non debet, si in vulgata editione, qua nos vitmur, hæc, alijsq; multa sententia non continetur. D. enim Hieronymus, excepto Psalms, nostra, qua vitmur, interpretatio est, post eius mortem in Ecclesia recepta. Et diuisa est mulier, & virgo.] *ἡ ἀειπάρτα καὶ ἡ ὑπότακτος, καὶ ἡ παρθέτος*: hoc est, diuersi prorsus inter se sunt hæc duo, mulier scilicet & virgo, alij, inter quos est D. Ambrosius, cui quod editio vulgata cõcordat, aliter distinguendo, legitur: Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quo modo placeat vxoris, est diuisus est: hoc est, in multis curas distractus, mox sequitur: Et,

Mulier inuupta ac virgo cogitat quæ Domini sunt, quem locum ita etiã legendum esse, et si altera lectio suo sensu non careat, infra primo libro contra Iovinianum Hieronymus prodit.

IN LIBRUM I. CONTRA IOVINIANVM.

Et Epicurum Christianorum.] Aptè Iovinianum Epicurum vocat Christianorum, cum Epicurus philosophus summum bonum in voluptate animi, tum corporis posuerit, cuius secta Lucretius fuit. Cicero in eã multis inuehitur: et si asseruisse illum scribatur, *ἄναξ εἰς τὸν ἄνθρωπον τὸ καλὸν, καὶ ἡδονὰς* &c. quod sine iustitia ac bonitate, vera ac solida voluptas non sit. sic mēcio huius sententia in epistolis familiaribus M. Tullij Ciceronis. Apostolico vique conteteret.] Quinque & amplius exemplaria manuscripta, quæ Florentia sunt, pro vigore habent, rigore, Parturiunt montes.] Versus est ex arte poetica Horatii, dicitur in eos qui multum pollicentur, & parum præstant. Proverbiũ ductũ est ex Aesopulo Apologo. Nam cum prisci, rudeq; iam tum nascentis sæculi homines intumescētem quendam sortem montem vidissent, cõcurrentes expectabant, vt ingens aliqua monstrum inde prodiret, prodit tamẽ muis quidam paruulus, magno omnium risu. Vt scriptor, inquit Horatius, Cycclus olim: Fortunam Præmi cantabo, & nobile bellum. Quid dignum tanto feret hic promissor hiatus? Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Non sani esse hominis.] Persianum carmen hoc est, congruè Horatii. mo amicum, Orestem autẽ insani factum, ac suris ab interfecit matrem agitatum, vereres produnt. Obsecro agrum.] Hæc Ioviniani sunt verba, suos filios Neophytos gratam audientiam obsecrans, prius tamen legebat, Obscro agrum. Marcionis & Manichæi dogma sectantes.] Marcion, quod fecit etiam Cerdon, propterea nuptias damnabat, quod omnem coitum immundum diceret. Manichæus conceptum, & generationem à coniugij excludebat. in eandem sententiam ibat Encratita, Tatiano auctore, cum se à carnisbus, & omni coitu, etiam coniugali, iuxta etymon sui nominis abstinerent: fuit autem Tatanus Iustin Martyris sectator, flores in Ecclesia, quamdiu ab eius latere nõ discessit: scripsit volumina surẽ inscripta, florũq; sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodò, eius autẽ heresim Seuerus postea auxit, à quo Seueriani quoque idẽm Encratita sunt dicti. Triginta referuntur ad nuptias, nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli se complexans osculo, & fœderas, maritum pingit, & coniugem.] Diximus alibi ex Bedæ; per digitos, eorumq; iuncturas solitos esse vereres numerare, vt in primis Arithmetica rudimentis, vsq; ad hæc diem ex variarum manuum, quæ hinc excusse sunt, inflexionibus patet: quod etiam ex Plutarcho in Apophthegmatibus constat. verum, ne res facti certè non indigna pereat, ipsius Bedæ verba hic apponere placuit. Cum dicit vnum; minimum in leua digiti inflectens, in mediũ palmæ artũ figes. Cum dicit duo; secundũ à minimo ibidẽ impones. Cũ dicit tria; tertium similiter inflectes. Cũ dicit quatuor; minimum leuabũ. Cũ dicit quinq; secundũ à minimo similiter eriges. Cum dicit sex; tertium nihil minus elenabũ, medio distaxat, qui medicus appellatur, in mediũ palmæ fixo. Cum dicit septem; minimum solũ supra palmæ radicẽ, ceteris interim leuantis, impones, iuxta quem, cum dicit octo, mediũ. Cũ dicit nouẽ; impudicũ e regione cõpones. Cũ dicit decẽ; vnguẽ indicis in medio figes artũ pollicis. Cũ dicit viginti; summitatẽ impudicũ inter nodos indicis & pollicis arte figes. Cũ dicit xxx; vngues indicis, & pollicis blando coniuges amplexu. Cũ dicit xl; interiora pollicis lateri, vel dorso indicis superduces, ambohus duntaxat erectũ. Cũ dicit xlj; pollicem exteriore arti, infra Græca littera q; incuruatũ ad palmã inclinabũ. Cũ dicit lx; pollicem, vt supra, curuatũ indice circumplexum diligenter à fronte præcinges. Cũ dicit septuaginta; indicem, vt supra, circumflexum, pollicem in longum tenso implebis, vngue illius duntaxat erecto trans medium indicis artũ. Cũ dicit lxxx; indicem, vt supra, circumflexum, pollicem in longum extenso implebis, vngue vniuerset illius in medium indicis artũ fixo. Cũ dicit xc; in dextera inflexi vnguem radicis pollicis erectũ inflexes. At quo hactenus in leua. Centũ verò in dextera quomodo in leua, decem facies. Ducenta in dextera quo modo viginti in leua. Eodem modo & cetera vsq; ad nongentũ. Item mille in dextera, quo modo vnum in leua. Duo millia in dextera quomodo duo in leua, & cetera vsq; ad nouem millia. Porro decem millia cum dicitur, leuam in medio pectoris supinam appones, digitis tantam ad calcum erectis. Viginti millia cum dicitur, eandem pectori latè expansam superpones. Triginta millia cum dicitur, eadem pronam, sed erecta, pollicẽ cartilagini medij pectoris immittes. Quadringenta millia cum dicitur, eandem in vmbilico erectam supinabis. Quingingenta millia cum dicitur, eiusdem pronam, sed erecta, pollicem vmbilico impones. Sexingenta millia cum dicitur, eadem pronam femur laeuum comprehendens. Septingenta millia cum dicitur, eandem supinam femori superimpones. Octoginta millia cum dicitur, eandem pronam femori superimpones. Nongenta millia cum dicitur, eadem lumbos comprehendens, pollice ad inguina verso. At verò centum millia, ducenta millia, & cetera

De Iacobi vnde Victorium in iudice aliorum tenentur.

vsq; ad nongenta millia, eodem quo diximus, ordine in dextra corporis parte completis. Decies autem centena millia cum dicitur ambabus sibi manibus cōterris inuicem digitos implicabis. Hactenus Beda. Appuleius in secunda Apologia sua oratione, aliam ab hac Hieronymi, & Beda diuersam quadamtenus numerationem refert, dum ait: O mendacium virginitatis exitio puniendum! Dimidia tanta Aemiliane mentiri, falsa autem se sequi. Altera si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computacionis gestu errasse, & quos circulare debueras digitos, aperuisse. cum vero quadraginta, quas facilius ceteris porrecta palma significatur, ea quadraginta in dimidio auges, nō potes digitorum gestu errasse: nisi forte triginta annorum Pudentillam rarus, binos cuiusq; anni consules numerasti. Diuersam autem numerandi rationem propterea diximus, quod quadraginta aperta laeva manu significari, & triginta per digitorum indicis scilicet & pollicis apertionem monstrari Appuleius scribat. De decem vero, quod pollicis indicisq; circulatione, corona in se fit, cum Beda ille consentit. Matrimonium autem ideo per triginta significari D. Hieronymus asserit, quod in eo numero leni molliq; contactu pollicis indicisq; vnguis, veluti exofculantes se coniunguntur, sicuti viduitas, viduarumq; afflictio exprimitur ex indicis supra pollicem depressione. Et virginitas corona, que centenario numero significatur, ex circulo, quo in dextra vnguis indicis in medio artu pollicis figitur. Centum verò, & quidinceps est numerus in dextra numerari solitum esse, illa Satyrici carmina, vbi de Nestore, quem trecentos annos, hoc est tria hominum secula vixisse Homerus prodit, in hac verba scribit: Felix nimium, qui per tota secula mortem distulit, atque suos iam dextra cōputat annos. A modo filios faciam. Ita verterunt septuaginta interpretes Esai. 38. vbi enim nos habemus, Pater filius nō faciet voluntatem tuam: ibi verterunt: A modo filios faciam, qui annunciatum iustitiam tuā, auctor ipse Hieronymus in hoc eodem lib. inferius, & super Esaiā. Quādiu impleo mariti officii, nō impleo cōiuentis. Ira ex emendatoribus codicibus emēdauimus. prauo enim ac heretico serē sensu legebatur: Quādiu impleo mariti officii, non impleo Christiani: veluti coniugum copula Christianorum non sit. Continentis enim legendum esse, non solum manuscripta exemplaria nos admonuerunt, sed etiam ipsa Erasmi ana impressio, qua in Apologia Hieronymi pro libris suis aduersus Iovinianum, dum eandem sententiam repetit, ita habet: Orote, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipere non permittit? Quando impleo mariti officium, non impleo continentis. O verè digna vox Apostoli, & Petra Christi. Vbi que Hieronymus petram pro Petro Apostolo exponit, & ita super eum fundatam ecclesiam asserit: & tamen eius interpretis sententiam illius nimis improbat, & ad fidem Petri, non ad fidem Petrum Christi dictum trahit, asseritq; nullam ecclesiam minus Romana laborasse heresibus in scholii epistola, qua ad Damasum est. vbi D. Hieronymus contrarium prodit, ait enim ibi vir sanctus: Profigato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta Patrum seruatur hereditas. & rursus: Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudinē tuā, id est cathedra Petri, communionē confocior: super illam petram edificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit rogante diluuiō. Et iterum ad id ipsum, quod erubescit fuo nomine. Interim, falso autē legebatur, sicut eodem in loco, Hoc autem dico iuxta intelligentiam, pro iuxta indulgentiam. Felix qui audit Apostolum volentem, non ignoscetentem. Ita ex emendatoribus restitimus exemplaribus, quam lectionem etiam ea que sequuntur, statim probant, ex Apostoli verbis, cum dicit: Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum: qua hic interpretatur Hieronymus: Paulum virginem permansisse, multi ex veteribus colligunt, nec te moueat, quod Ignatius vxoratum eum faciat, vt refert enim Ambrosius Cumaldulensis, id in antiquissimis exemplaribus non inuenitur: cuiusmodi erat exemplar Marthie, Vngariorum Regis. Si quid donauit propter vos in persona Christi. Sic Græca, sic Latina tam manuscripta, quam edita exemplaria habent. Erasmius, dum confessionem sacerdotalem, quam vbi que eadem semper improbat impudentia, ac improbitate, tollere conatur, libros vitauit, ac scripsit: Si quid donauit propter vos coram Christo. Et Petrus Apostolus sicut coheredes. Dispensatores, legendum est, non coheredes, vt tam ex Græcis, quam Latinis codicibus constat, & ita etiam in emendatis manuscriptis exemplaribus inuenitur. Mulier alligata est legi. Prius legebatur, Mulier alligata est viro, emendata exemplaria cum Græco, vulgataq; consentient editione: quamuis in Vaticano antiquissimo, ac mille annorum Græco codice, tam, Viro desit, quam, Legi: sed tantum legatur, Mulier alligata est, & ita legit Basilius in lib. de virginitate. Et si nupserit virgo, non peccat: non illa virgo que semet Dei cultui dedicauit. Sed, vt in alius legitur exemplaribus, qua se semel Dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit, si autē hoc de vi-

duis dictum obiecit, quāto magis de virginibus praualebit, cum etiā non liceat, quibus aliquādo licuit: virgines enim, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quā in celsæ. Audiant hæc nostri temporis nouatores, qui omnia monasteria reserarunt, vt inde sanctimoniales abductas, matrimonio iungerent: qui sibi post calibatus emissum votum, licitum esse credunt vxores ducere, & e sacris profana ad libitum facere. incestum vocat hanc copulam D. Hieronymus, cum quis virgines sacras, Deoq; dicatas, suis iungit amplexibus, ipsi ne adulterium quidem, sed rem omni iure rationeq; permissam, ad eodē impietatis, & heresibus profecerunt, appellunt. Exuentes nos veterem hominem cura actibus suis. Sicut autē est, est in Græco, & ita habet emendatiora manuscripta exemplaria, prius tamen legebatur, cum operibus suis. Si autem transfertur Enoch, & seruatur in diluuiō Noë, non reor iccirco translatum Enoch, quod vxorē habuerit, sed quod primo inuocauerit Deum, & crediderit in saluatorem, de quo Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos plenissimè docet. Ob fidem translatus fuisse Enoch, non ob coniugij meritum, Apostolus docet his verbis: Fide Enoch translatus est, ne videret mortem: & non inueniebatur, quia translatus illud Dominus. ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo, sine fide autem impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator. Quod autem addit hic D. Hieronymus, iccirco translatus Enoch, quod primo inuocauerit Deum, & crediderit in saluatorem, nisi hac vox, Primus, ab aliquo siolo addita sit, quod magis reor, aut ex hoc Apostoli loco rem secretius examinat am eruat, quod efficacius. S. inuocauerit Deum, & auctoritate Genesios, vbi legitur de Enos, Iste cepit inuocare nomen Domini, Hebræam veritatem ipse secutus, alter intelligat, scilicet: Tunc captum esse inuocari in nomine Domini: lapsus memoria videtur, ex nominum similitudine orto errore; quippe cum is qui cepit inuocare nomen Domini, Enos fuit, filius Serph multo etatibus antiquior, ac alter profus ab Enoch, filio Lared, qui fuit translatus. Seth enim genuit Enos, Enos genuit Cainā, Cainam genuit Malalehel, Malalehel genuit Lared, Lared autem genuit Enoch: & ita Enoch abnepos Enos fuit, hanc historiam ipse non ignorauit: ait enim superior, Seth, Enos, Cainam, Malalehel, Lared, Enoch, Mathusale, Lamech, Noë, omnes habuisse vxores. Et hæc vox εὐσπὸς eius emarcuit. Neruum femoris laterum appellat, eodē nomine εὐσπὸς, seu femur ipsum vocat, pro emarcuit, εὐσπὸς, hoc est, obtortuit, verterunt LXX. ἠσπὸς verò, quod legitur apud Hebræos, luxatum vertunt. hunc neruum contractum aliqui, in ἠσπὸς distipatum vocant, distertq; ab eo quod Plinius latum vocat, hanc hispaniam & Iosephus explicat, & Eucherius in commentariis super Genesios ἀδὲς εὐσπὸς late exponit. Euangelica in vicinitate moriuntur. Olim: Euangelicam ciuitatem moriantur, sic ex emendatioribus antiquis libris correximus. Rachel enim iuxta Bethlehem, quam euangelicam ciuitatem vocat, in via sepulta est, non in ipsa ciuitate, vt constat ex Genesi. Sephora, quæ interpretatur auis. ἠσπὸς ideo autem interpretari dicit, quod, ἠσπὸς autem significat: quamuis passerem interdum editio nostra habeat, fuit autem hæc filia Raquel, sive ter hoc, sacerdotis Madian, vxor scilicet Moysi. Nec sacerdotis vidua in domo iubetur sedere patris sui, nec secundum nosse matrimonium. Leuit. 22. vnde aliquid amplius commentans historiam hanc h. usq; D. Hieronymus, sic legitur: Si filia sacerdotis cullibet ex populo nupta fuerit, de iis quas sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur, sin autem vidua, vel repudiata, & abq; liberis, reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consueuerat, alteri cibis patris sui, Ex his verbis, vt existimo, collegit illam in domo patris viduam debere manere, & ad secundis nuptiis abstinere. Si soror virgo moritur sacerdotis, quo modo ipsa ad patris exequias, ita pater ad eam iubetur accedere. Leuit. 21. sic dicitur: Ne contaminetur sacerdos in moribus ciuium suorum, nisi tantum in consanguinitate & propinquitate, id est, super patrem, & matrem, & filium, & fratrem, frater quoque & sororem virginem, qua non est nupta viro: sed nec in Principe populi contaminabitur. Si Pontifex ad exequias filia virginis accedere non prohibetur, ergo nec filia virgo ad illius parentalia, hoc argumento historiam hanc ex hoc loco vir sanctus elicit, nam alibi ea non reperitur, aut ea tamen legebatur, Quo modo ipse. Qui vxorem duxerit, & qui plantauerit vineam, velut propagines filiorum prohibetur ad bella procedere. Deut. 20. 24. vnde hac hausit D. Hieron. scribitur: Cum accepit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitas iniungitur publice: sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lateret cum vxore sua, rursus Deut. 20. Quis est homo qui plantauit vineam, necdum fecit eam esse communem, de qua vesi omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Et despeculis mulierum ieiunantium, quasi de purissimis corporibus virginum, Luther in taberna-

excoquitur, ut ex eius libro, qui adhuc extat, disci potest. idē apud Græcos Paxamus fecit. meminit eius Suidas. Et purpuram coloris eius, putet regna cælorum. Hæc verba, coloris eius, non sunt superflua, & addita, ut putat Erasmus: sed significanter Iovinianum hic ridet D. Hieronymus, asserens illum putare, purpuram esse regna cælorum, quod calum purpuræ colorē habeat. Excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribu Leui. Sunt qui putant, etsi codices nō suffragentur, hūc locum vitiatum esse, & pro Leui legendum esse Manasse, quippe cū Manasses à Ioanne addatur. Nos secretiori mysterio propterea Leui repositum esse, à D. Hieronymo dictum putamus, ne videretur à calesi hereditate, sicut è terrena erat, exclusus esse, vel quod antea maledictione patris expunctus esset è numero, sicut fuit etiam Simeon, quem propterea Moyses inter suas benedictiones non nominat; scriptum est enim de eis: Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia: in cōsiliū eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, &c. Harpalicen quoque. Aiunt hanc, Hebro flumine traiecto, patrem, à Gebu captum, mira celeritate liberasse. Virgilij autem de eā carmina ex primo Aeneidos libro sunt hæc. Vel qualis equos Threissa fatigat Harpāice, volucremq; fuga præteritur Hebrum. Namque humerū de more habilem suspenderit arcum Venatrix, dederatq; comam diffundere ventis, Nuda genu, nodosq; sinus collecta fluentis. O decus Italiae virgo. Maronis hemistichion dūm xi. Aeneidos libro Camillam, Volsorum Reginam, Turno contra Troianos supplicat ferentem, late describit. Chalcicæus quoque filia illa Leod. Aeream domū Chalcicæus significat. Hanc virginem, Leodisitam fuisse, morte voluntaria pestem, Dorum iram, placasse, hinc & ex Suida constat. licet Sitas tres virgines filias, Theopen, Eubulen, & Pasithean, illum pro liberanda à peste Græcia, dedisse asserat, fuit autem xas Orphei filius, ynam autem eius filiam xaxaxōv, à Pallade fortē cognominatam, ex hoc Hieronymi loco conicere possumus. Iphigenia autem Agamemnonis filia fuit, quam immolavit in Aulide. Sibylla dicitur appellatū. Hoc est Dei cōsiliū, Acolico sermone Sibylla dicitur. Aeoles enim dōdōv appellant, & dōdōv pro dōdōv cōsiliū. extant autem multa Sibyllarum carmina metro Græcè cōscripta, præsertim Erythræa: Cithæanā autem tum Virgilius, tum etiam Cicero, dum de post. xij. quandam eius refert, ubi de futuro apud Romanos Rege mētio erant. Cassandra filia Priami fuit, quam post diruta Troiam secum Agamemnon abduxit; Euripides in Hecuba cecidit; quod vates esse Apollinis, vocat. Chryses vates ipse etiam, & sacerdos fuit Apollinis: eius filiam Chrysidem rapuit Agamemnon; sed, immissa in eius exercitum pestilentia, restituere coactus est. Homerus Iliadis primo. Diana Taurica. Virgines habebat: eoque raptam fuisse Iphigeniam legitim virginem, ut in templo intineret. De virginibus autem Vestalibus, late pene Livium, aliisque historicos, qui volet, inueniet. Lucani poëtae patrui. Senecam intelligit, Nerōni præceptorem. Triginta Atheniensium tyranni, cūm Phidōnem in cōiūio necassent. Nota est historia, Atheniensis, ab Euagorā, Lacedæmoniorum duce, victos, triginta in urbem recepisse tyrannos, qui postea à Thrasybulo sublati sunt. ab his Alcibiadem, & Theramenem interfectos etiam constat. Sunt qui hic pro Phidōnem, Philonem potius legant, qui armamentarium Athenis miro opere extraxit, ut Plutarchus in vita Syllæ auctor est. Phidōnis autem nomine duo celebres legimus, ynam, quem à Argiutorum tyrannūm Herodotus prædit fuisse, alterum; qui nauale arthenis fabricatus est, mille nauis capax. Lamiacū bellum. A Lamia, Thessalæ urbe, vbi id gestum est, vocat. Aristocles Orchomenij tyrannus. In Bœotia est Orchomenium oppidum, mons, ac lacus etiam celebri. Theophrastus de plantis Orchomenij lacus millea prodit. Orchomeniorum Rex Erheocles fuit: Stymphalus autem Arcadiæ lacus, ac oppidum est; à quo Stymphalides autē mira magnitudinis, quæ omnem Arcadiam deusfarant. Aristomenes Messenitus. Messeniorum dux is fuit, vir maxime callidus, & contra Lacedæmonios fortissimus, captus tandem ab iis, & occisus est: cuius execratiō pilosus fuisse inuentum produnt. Scedasi filie. Scedasi in Leuētris proditur habuisse, viri fuit pauper, sed probus, cōsuisse sibi illam mortem idē scribitur, quod Ephori de stupro filibus illis vindictam sumere noluerunt. Vide Plutarchum de hac re in amatoris narrationibus. Locides virginēs. Mōs erat apud Locrenses, ut quotannis virginēs aliquot religionis causa ad Troiam mitterentur. Septem Milesias virginēs. A Mileto Milesia dicitur: quæ vrbs à Nêleo adificata in sinibus Carie, & Ionia fuit; vir auctor est Herodotus. Nicanor. Alexandri magni præfectus fuit. Apud Gymnosophistas. Philosophorum genus apud Indos hi sunt, à Budda quodam originem trahentes, de quibus Philostratus in vita Apollonij Tyanaei multa. Doctissima finxit Græcia. Addidit hoc epithetum, ut ostendat nō remere à Græcis fectum, Mineruam è Iouis capite, & Bacchum è semore hatum; quippe cum artium inuentrix par sit ut è cerebro, & Liber ex im-

audica corporis parte nasceretur. Perfectionem. Perfectionem Platonis matrem fuisse constat, Aristonem verò patrem, concubere cura vxore virum prohibitum animi, quod in somniū vidisset Apollinem cū illa cœntem: prouide à contactū eius abstinent, quoad Platonem peperit, quem ex Apolline conceptum fabulati veteres postea sunt. Laertius in vita Platonis hæc eadem refert. Quid loquar Nicerati coniugem. Heracleotes Niceratus fuit, & alterius vni cū Antimacho Colophonio, Lysandri Lacedæmoniorū duci, immanis tyranni, laudes magno suo probro cecinisse scribitur. Teuta Illyricarum Regina. Teusam hanc Florus appellat, & contra Romanorū legatos, nauiumq; præfectos, multa ignominiose fecisse scribit. Alcibiades ille Socraticus. Notissima est Alcibiadis vita ex Platonis eius cōdiscipuli scriptis. Pharnabazus autem Phrygiæ præfectus fuit, & concubina Amandra vocata est. Vide Plutarchum in Alcibiadis vita. Regulus Sidonis. Notissima est Sidon, Phœnicis vrbs, ex Euangelio, opulētissima autem, potentissimaq; olim fuit, terra, marisq; late imperans. Extorsit acinacem. Perseus gladius sic vocatur, hinc Flaccus: Insignis manū is, insignis acinace dextra. Xenophon. Extat hæc historia libro septimo apud Xenophontem, erat autem Panthea mulier apud Cyrum captiua. Iustam causam putauit vxor. Constat ex libro primo Herodoti, à Candaulo, siue Myrsilo, Sardium tyranno, vxorem iudam, inquam tamen huius rei, Gygi amico ostensam: ex qua re indignata illa Gygi propositū, ut aut mortem susciperet, aut, occiso marito, regnum inuaderet, hoc autem posterius ille magis probans, insidijs adortus Regem occidit, regnumq; illa occupauit. De Rhodogena Philostratus in Imaginibus meminit. De Alceste, quæ pro Admeto Rege marito occubuit, Euripidis comædia extat. Laodamia autem Acastis filia fuit. Duellius. Cn. Duellius, imperator aduersus Carthaginenses electus, nauis hostiū cepit, & victoriam referens, Romam cum triumpho intrauit. huic solū honoris causa, prælucente tæda, ac præcinente tibicine domi à cenauerit solitū esse proditur. Marcia Catonis filia minor. Sic habent omnia que vidimus exemplaria. Porcia tamen videretur legendum, sine enim Catois filiam à Porcio Catone vocatam legimus, de qua statim, nam Marcia, ut statim subdit, vxor, non filia Catois fuit. Marcia inter Hortensium Catonemq; discurrit. Marciam Hortensius ab eius viro Catone & vxorem sibi petiuit liberorum procreandorum gratia, & impetrauit, ea cum peperisset, ad priorem virum Catoem rediit. Hæc est igitur Marcia inter vtrunq; discurso. Porcia sine Bruto non potuit. Porcia Catois filia fuit, & ex cinctio marito Bruto, carbonibus gutture hausit interit. Plutarchus in vita Bruti. Sylla Felicis. Sic enim cognominari volebat. Hoc in loco miram Erasmi negligentiam, vel inscitiam potius licet animaduertere, Sylla, inquit, plures habuit vxores, primā Cæciliam, Metelli Pōt. Max. filiam, deinde Alciā, tertio loco Caliam, paulō post Metellam. Paucis verbis multa peccat. nā prima Sylla vxor non Cæcilia, sed Iulia fuit, Cæcilia verò quarta: nō enim dua sunt Cæcilia, & Metella, ut ipse existimat, sed vna eademq; modo Cæcilia dicta nomine gentilitio, ut omnes femina, modo Metella, à patris cognomine, quod si totā Sylla vitā, à Plutarcho scriptā, accuratè perlegisset, quintā præterea Sylla vxorē, Valeriā, non omisisset. Huius generis plurima deprehendimus, in quibus ille, historia, & rerū Romanarū ignorantione, lapsus est. Cn. Pōpæo. Reuerfus in Italiā, de vxoris infamitā certior factus, eam repudiavit. Totæ Euripidis tragædiæ. Dux malas experius vxores Euripides, omnes suas tragædijs maledictis infeminas resperxit, hinc iudicis, seminatū for cognominatus est, eius autē, quā Hieronymus citat, sententia est in Andromacha tragædia, vxorē yuuaradōv cōdidi à τὸν δόραρ, Paspheā, vxorē Minos, Cretensium, Regis, et solis filia fuit, Clytemnestra Agamemnonis cōiux, quæ, regis hē adulteri ope adiuta, virum à Troia reuerfus occidit. Eriphyle autem, Adrastī soror, Amphiarāum virum, ad Thebanum bellum accedere nudentem, eo quod si illic occubiturum præciderat, propterea q; latentem, monili quodam aureo corrupta, prodidit. Metrodoros, discipulus eius, Leontium habuerit vxorem. Epicuro moriens Metrodoros filius commendauit, Laertius metricem fuisse Leontion, & à Metrodoro vti pellicem ascitam scribit. Iouem Gamelium, & Genethliū violet. Iouem & quod cū nuptiarum, yuuaradōv, quod genitorum liberorum esset cura, Iupiter vocabatur; sicut Stator à sistenda Sabindrum exercitu, non quod eius beneficio stent omnia, ut voluit Seneca, quem Iouem ille, inquit, proferus, qui libenter sederit, offendit. veluti dicit: Nemini ergo libenter, seu vtro sedendum est; si sic Iupiter Stator qui vti sibi homines vult, ut tunc fecit contra Sabinos, offenderetur. Hinc locum nec illi qui Hieronymum reprehenderunt, quod Statorē Iouem à stando nuncupasse videretur, cum argumentum, à sistendo illum dictum ostendat, neque Erasmus, qui Hieronymum multis defendere conatur, intellexerunt: omnes enim putarunt, vocasse Iouem Statorē, quod libenter sedeat, siue stet: cum tamen sedendi nomen à hominem, qui sedeat, non ad Iouem ipse traherit. Totā amoris infestatio. In phadro Platonis Socrates Lysiam corrigi, quod vtiliores

dixerit non amantes, quam amantes. ipse enim honestum ab inhonesto amore distinguens, illius commodum, huiusq. multa recenset in commoat.

Xytilus.] Pythagoricus philosophus is fuit, cuius librum sub nomine Xytili martyris à Rufino versum, divulgatumque fuisse alibi prodit. Xestus tamen dicitur apud Græcos, non Xytilus. Corneliam Græcho.] Tiberij Græchi hæc fuit insignis vxor pulchritia, quam vir, vt testatur Plutarchus, ita amauit, vt eius vitam sua prætulere, è duobus anguibus mare occiso. Alteri Bruto.] M. Iunio Bruto, qui Cæsarem occidit. nam prior, qui Superbum regem eiecit, L. Brutus fuit. Et hic labitur Erasimus in historiâ ait enim Porcia maritum Decimum Brutum fuisse. huiusmodi ignorat, eodem tempore duos Brutos fuisse. Decimum, & Marcum, quorum Decimo vxor fuit Polla quedam, vt epistola Ciceronis docent, Marco autem Porcia, Catonis Vticensis filia, atque omnes quidem Bruti tamis gentis fuisse: licet in mendosis quibusdam libris Decimus Brutus, pro Decimo, vocetur, in quam forteam incidit Erasimus, gentis Decia appellans illum Brutum, cui Decimo prænomen, nomen autem Iunio fuit. Hæc Plutarchus, Dio, Cicero, & alij. Tanaquil.] Vxor Tarquinij Prisci hæc fuit, de qua penes Latinum multa. Theano autem Brontini & Crotonia filia, Pythagora vxor sapientissima fuit, vt cuius nomine aliquot extant epistolæ: Cleobulina Cleobuli ex Lindo, fuit, vt Dicitur prodicit, ex Caria, vnius ex septem sapientibus, filia & nepis Etagara fuit, ipsa etiam doctissima mulier, & patre minime indigna. fuit autem hexametrorum enigmatum Yates, fecitq. eius mentionem Cratinus. huiusmodi fuit etiam Gorgunte, & Timoclea, soror Theagoris Theban: cui multa, capti Thebæ, Alexander Magnus donauit, quod à milite quodam ad concubitum sollicitata, in puteum, quod, velut ei thesaurum ostensura, traxerat, illum protexit. Fortuna muliebri.] Templum, festumq. diem Fortuna muliebri tunc Romani statuerunt, cum Veturia mater, & Voluntia vxor duos complexa filios, vna cum ingenti mulierum agmine, Coriolani, qui Volscis se adiunxerat, vrbemque ipsam Romam iam capturum videbatur, animum flexere. Tertullianus in fine libri de Monogamia, à quo hæc haust D. Hieron. Fortuna, inquit, muliebri coronam non imponit nisi Veturæ. addidit ibidem in eundem sensum de Pontifice Maximo, de Flaminia, & de Cereis sacerdotibus.

Nullum flaminem barbarum.] Flamen sacerdos erat, ab eo Deo cui seruebat, cognominatus, vt Dialis, Martialis, Quirinalis. sic dicitur, quod per æstatem, loco pilei, filo tantum caesariem prædicam gestaret. De Flaminibus ita in Pontificum libri cauebatur: Diuisque aliis alijs sacerdotibus, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunt. Hierophanta autem, quod nomen sacrorum demonstratorem Græcis significat, sacerdos apud Athenienses genus fuit, sicut flaminis apud Romanos. Theodorius Erychidem Hierophantem apud Laertium reprehendit, quod circa mysteria impius esset, cum illa nondum initiatis hominibus aperiret.

IN SECYNDVM LIBRVM CONTRA IOVINIANVM.

QUI CYMQUE autem tentati fuerint, ostendi eos.] Ita habent emendata exemplaria manuscripta: ante a tamen, Ostendit, legebatur. Ego sum, inquit, via, veritas, & vita,] Sic omnes codices manuscripti: ante a tamen legebatur, Ego sum, inquit, via & veritas. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non solum pro Ioannis, aliorumque peccatis, sed etiam pro totius mundi.] Ilbrumq. pro illorumque, prius in Gryphianis libris legebatur: sicut infra: Volumus venire ad vos, pro Voluimus, & rusus: Gustauerunt Dei donum caeleste, pro, Gustauerunt donum caeleste. & paulo post: vt obliuiscatur boni operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. hæc enim omnia cum ex manuscriptis exemplaribus, tum è sacrorum Bibliorum lectione correximus. Nouit Dominus pius de tentatione ei pere.] Olim, Ervere.

Superba enim vanitatis loquentes.] Olim Superbia, & alia quedam leuora correximus. Saginantur in eo nationes Æthiopiæ, & partiantur enim Phœnicum gentes.] Job 40. secundum LXX. ἀνθρώποι δὲ ἐν αὐτῷ ἔσονται: περιτρυφῶνται δὲ αὐτῷ ποταμῶν ἔσονται. Editio nostra habet: Concident eum amici, diuidens illum negotiatores. ante legebatur, Partiantur: & statim, Transierunt; pro Transierunt. Qui propter iustitiam.] Pythagoras animas è corporibus in corpora transmutant, quam hominum transire putauit: que iustitiam dicitur esse. Hierocles, eius sectator, rem alius interpretatur, magisterum ab errore ita descendit, quod ex vitis, vel virtutibus id accideret, ut iustitiam ille dixerit, cum animus aliorum induit mores. Fel hyæne oculorum restituit claritatem, & stercus eius, & canum, putrida curat vulnera.] Et canum, nos addidimus, canis in hoc versibus exemplaribus, Florentinis præser-

tim, consentientibus. Que autem hic ex animalibus describuntur medela, ex Dioscoride, Plinio, Galenique, tum in ἀλλοίς, hoc est, de natura simplicium medicamentorum, tum alibi copiose explicantur.

Antiboleem & Theophrastum.] Non extant, vnde hæc haust D. Hieronymus, Aristotelis & Theophrasti scripta. nam & libri duo Aristotelis de plantis, quorum ipse, & Laertius meminuit, interierunt, & de animalium natura, vnde multa Plinius Secundus accepit, maior pars, scripsisse etiam illum de medicinalibus libros duos, auctor idem Laertius est, in libris etiam Theophrasti, quos, Theodoro Gaza interpretare, de plantis habemus, nulla profus de huiusmodi ex animalibus medelis mentio fit. fiebat autem in alijs, quos de animalibus naturæ, huiusque plures illum scripsisse, Laertius tradit. Marcellum Sicilem, & nostrum Flauium.] Sicilem à patria cognominat, cuius fuit etiam Eustathius, Episcopus Antiochenus. Flauium autem grammaticum intellegit, qui de medicinalibus versus scripsit, vt idem Hieronymus in catalogo, qui de Firmiano Lactantio loquitur, testis est. Audi, ieciro sues, & apros, & ceruos, & reliquas animantium creatas, vt milites, athletæ, nauæ, & sectores, metallo-rumque flores, & ceteri duro operi mancipati habentur cibos.] Olim, sado errore, pro Sectores, Rhetores, apud correctorem legebatur. Non πύρρον.] Pugilem, πύρρον appellatur Græci. Et quo modo apud nos atragen, & fecudula, mul-

lus, & scarus in delicijs computantur, ita apud illos, εὐλαφῶν comediff, luxuria est.] Sicut ex auibus, ita ex piscibus delicatiores agnos nominat. Atagen Francolinus nunc dicitur, & nullus, seu ἄγλα, trilla Rome appellatur. Prius Scatus, legebatur, non Scarus, est autem scarus piscis, Oppiano Plinioque auctoribus, qui solus dicitur ruminare. εὐλαφῶν, & verò vernis est: qui lignum comedit, seu corrodit, vnde illi nomen. Teredinem Latini vocant. Quia per desertis, & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperuntur, locustis vesci mortis est. hoc verum esse, Ioannes quoque Baptista probat.] Vbiq. disertè vir sanctus explicat, quid sit locusta qua vesceretur D. Ioannes Baptistæ: & tamen non desunt qui exprober pro summitatibus germinantium plantarum ibi exponendis esse, velut venerata locusta sint, multum contendunt, ignoantes scriptum in Levitico esse: Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet retrò longiora crura, per qua salt super terram, comedere debet, vt est bruchus in genere suo, & attacus, atque ophiomachus, atque locusta, singula iuxta genus suum. Millepedas.] Genus verum pilosum, multo mixtum pedibus, millepeda est, ἑκατόπους à Græcis dictum. Lacertus autem viridis, de quo Virgilius, Nunc etiam virides occultant spineta lacertos, Ramarrus, seu, vt alibi, Ratanus vulgo appellatur. Quali Platonis pollicium legerit, & Catonis sectetur exemplum.] Plato in rep. communes volebat esse vxores: quod imitati sunt apud nos postea Nicolaïta. Cato Hortensio suam communicauit coniugem, vt priori dictum est libro. Massagetis eandem quæ fuisse consuetudinem, & occidi ab eis, deauraque solitos esse senes, Herodotus in fine primi libri auctor est. Derbices, populi sunt iuxta Caucasum montem: quos senes maiores lxx. annis vorare solitos esse, Strabo latè in secundo describit. Tibareni autem, qui, Herodoto auctore, vna cum Méschijs, Xerxis & Darij tempore, militauerunt, Scythia populi iuxta Chalybes sunt, vt ait Pomponius, meminuit horum Nymphodorus, & Valerius Flaccus in quinto. Leonto, Cyno, Lyco, Busris, Thmuis.] A leone, cane, lupo, bone, & hirco vrbes in Ægypto sic dicta. Leontopolim, Cynopolim, Lycopolinque Græci appellant. Busrin verò, à Busride Rege ad Niliripam conditam, Thebas cognominant. Thmuis autem, ab hirco Ægyptiacæ nuncupata, Mercurio, quod in fugientibus è celo Dijs, sub hirco specie latuerit, sacra erat. Intravit mors per fenestras nostras.] Aliter, Vestras, vt habent LXX. quos D. Hieronymus sequitur, διὰ τῶν θυρίδων ἡμῶν. & infra, Comædorum, Comædiarum vice, restitimus. Cyphi.] Meminit huius odoramenti Dioscorides, fiebat que hæc compositio ex melle, vino, vna passu, cypero, iunco, bryo, calano odorato, cardamomo, lapatho, vitroque impero, resina, felici, asphalto, myrrha, & bitumine. Oenanthe.] Pro vniu flore, qui suauis odoris est, non pro herba passinaca simili, hic accipitur: dictaque est ἀνάνθη quasi ἀνὰ ἀνὰ, vini flos. colligitur è Libyca, siccaturque sub vmbra, coniecto eo in dolium, odoratum redditur vinum: sit ex eo flos etiam oleum œnanthinum Dioscoridi dictum. Muscus, & peregrini muris pellicula.] Odoramenti genus, quod muscus dicitur, quid sit, & ex cuius feras sanie colligatur, notissima historia est. hic autem muscum pro paruo mure, coloris flauis, qui odoratissimus est, & in siluis versatur, accipit Volaterranus, muris verò peregrini nomine, alium exterum, cuius pellicula oleat, intellegit. Muris autem nomine etiam felis magnitudine feras Latini intelligunt, vt est Mus alpinus, marmotta nunc dicitur, & Ponticus, Armellinus nuncupatus. & is, ex cuius restibus Cibetum abradunt. Cùm esset diues.] Diuitem fuisse Platonem,

Platonem, ad alios quoque proditum est. Et ipse Plato in Apologia, qua Socrates adversus accusatores causam suam agit, pradem se esse oblatum iudicibus ad Socrate, vna cum Critone, & Critobulo, & Apollodoro, restatur. Vnde & historicus, Anima, inquit, imperio, corporis seruitio magis vitium.] Quomodo, ubi poetam dicimus, Virgilium significamus, & ubi oratorem, Ciceroem; sic, ubi historicum, Sallustium Crispum, & ceteros. nam sine dubio, etsi Livius inter Latinos maximè laudatur, nec Curtius, Tacitus, Velleius contemnuntur, alius ob aliam virtutem: tamen gravitate, & prudentia Sallustius excellit. itaque Velleius, & Quintilianus Thucydidi Sallustium opponunt: Quintilianus autem maioris historie auctorem esse Sallustium, quam Livium, asserit. Tacitus vero, rerum Romanarum floridissimum auctorem Sallustium appellat. Augustinus etiam, de civitate Dei, Sallustius, inquit, nobilitate veniatis historicus. Hippocrates in Aphorismis.] Libro secundo, Aphorismo 44. δι παχέας, σφοδράς, inquit Hippocrates, κατά φύσιν, ταχύνονται γυμναστίαι μάλλον τίσιν. & libro primo Aphorif. 3. εν τῶν γυμναστίαισιν αἱ ἐπ' αἰκρον δειλάς σφαιραὶ, ἢ ἐν τῶ ἰσχυρῶν, ὅν γὰρ δύναται μένειν ἐν τῶ αὐτῶν, οὐδὲ ἀρκεῖται. ὅσοι δὲ οὐκ ἀρκεῖται, οὐκ ἐπι δύνανται δῶν τὸ εἶλον ἐπιδιδόναι. λέγεται οὖν δῶν τὸ χεῖρον. τῶν οὖν εἰνεῖται τὴν ἐναῖον ἄνθρωπον ἐν γυμναστίαισιν ἢ ἐπὶ σφαιραῖς.

Vnde & Galenus, &c. dicitur in exhortatione medicinar.] Invenies hanc Galeni sententiam in oratione statioria ad artes, cap. vitium. quo in loco athletas a misero, quem Graeci ἀθλοῦ, sive ab ipsa potius miseria, quam ἀθλοῦτα vocant, auctos esse existimat. eosque non solum illi vivere non posse, verum nec etiam intelligere, an animum rationis participem habeant: propterea quod cum carnis sanguinisque mole se onerent, animam quasi largo cano suffocant, perinde ac bellua essent. Bibere, & comedere non ad deliciarum ardorem, sed sitim, famemque restinguere.] Depravatum hunc locum nos exemplarium ope ita restitimus. prius enim legebatur: Bibere, & comedere, non deliciarum ardor est. Quod attingit ad sententiam, vitium, Bibere, & comedere, ad sitim tantum, & famem restinguendam, quod ait Hieronymus, omnibus placeret. nam exortum est novum genus, ita remotum a Christiana continentia, ut singulis diebus cibo, & potu libidinem excitare conentur. ex quo emergunt peccata, & contemptus Christianarum legum, quas Ecclesia catholica rectissime servat. Quae λέγει δὲ λατρία dicitur.] Sic temeritatem vitium appellant medici. quamquam diata nomen ad usum quoque Latini sermonis transit. Itaque Cicero in epistola quadam ad Atticum libro quarto. Ego, inquit, diata curari incipio: chirurgia dedit.

Milonis illius Crotoniatæ vires.] Hic est Milo ille Crotoniatæ, qui bonam humeris tullei dicitur, ut ait Valerius. Idem tantum in Olympico certamine illi nuda dextra occidit, totumque eum eo die comedit. eundem, cum conspisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. tandem, cum in silva vidisset ingentem arborem; caudice discissam, immisis manibus penitus discindere cupiens, reclusis fissuris, cum manus recipere non posset, a feris dilaniatus est. Plinius, & alij. Fabricij continentiam, Curtij paupertatem.] De Fabricij continentia sic Cicero Parad. 1. Quid continentia C. Fabricij? quid tenuitas victus Man. Curtij? Et paulo post: Veniant irrisores huius orationis, ac sententia: Et iam vel ipsi iudicent, vitium se horum alicuius, qui marmoris tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui celato auro, & argento, qui Corinthiis operibus abundant, an C. Fabricij, qui nihil eorum habuit, nihil habere voluit, similes esse m. Continguntur etiam ad Plinio Fabricius, & Curtius, tamquam omnium continentissimi, lib. 9. cap. 35. Computet, inquit, nunc aliquis ex altera parte, quantum Curtius, aut Fabricius in triumphis tulerunt: imaginetur illorum ferulas: & ex altera Lolliam, vnam in hoc vicisse malit? Curtium vero repudiasse Samnitum dona, quos deiserat idem Cicero in Paradoxo, & in libro de Senectute, & de Rep. libro 3. & Plutarchus in Catoe tradiderunt. Paupertas autem illius voluntaria fuit, nam, ut scriptum est ad Columella libro 1. Cum ei populus, ob victoriam eximia virtute partam, premij nomine quinquaginta soli iuger a deserret, septem iugeribus contentus fuit: qua popularis erat, ac plebeia mensura, ex lege Licinia, propterea Plinius quoque libro 18. cap. 3. Curtij, inquit, post triumphos, immensumque terrarum adiectum imperio, nota concio est, perniciosum intelligi civem, cui septem iugera non essent satis. hac autem mensura plebi post exactos Reges assignata est. Polenta & cardamo.] καὶ δαιμονοφασίας Latini vocant, vulgus hodie aegyptium, hoc est acretum, meminit huius rei Xenophon in Pedia Cyri. Phariseos, Sadduceos, Phariseos.] Primos a divisione, quod habuit, vitæque a ceteris divisi essent, & secundos, quod se iustos facerent, & tertios ab opere, cui vni tantum in silentio vacabant, & ceteris Hebraei ap-

pellarunt. Eubulus quoque, qui historiam Mithrae multis voluminibus explicuit. Mithram solem à Persis, apud quos colebatur, cognominatum, alibi etiam diximus. Martianus: Te Serapis Nilus, Memphis veneratur Osrin, Diffusa sacra Mithram. Bos ex antro carminibus eductus Mithrae immolabatur. vnde Papinius: Sen Persei sub rupibus antri indignata sequi torquentem cornua Mithram. Vide epistolam v. i. Divi Hieronymi, & quæ ibi nos annotamus.

Audissetque Socratem de paupertate disputantem.] Has tres voces, De paupertate disputantem, nos ex antiquis exemplaribus adiecimus. sic enim de eo refertur historia. fuit autem Antisthenes, ἀποκρίων cognominatus, Cynicorum princeps, & Diogenis præceptor, qui, ut Cicero libro tertio de oratore restatur, patientiam & duritiam in Socratico sermone admiravit. hunc solum ex omnibus Socraticis discipulis Theopompum laudasse, Laertius scribit. ἵππεύς: vulgo appellatus sit.] Quod in diem viveret Diogenes, nihil de crastino sollicitus, sic dicebatur. festivit autem pauperis dolium, prætorium appellavit. Quodam verò tempore habens ad potandum cautu ligneti.] Sic legendum est, non, Cantharum ligneum; quippe cum cantharus Bacchi poculum esset, & canthus, ut alij habebant codices, nihil ad rem faciat. κοῖλον εὐλαίου Graeci appellant. sicut videtur τὸ Λαοῖς vocat Laertius panis concavum, in quo cum puerum edentem lenticulam idem Diogenes vidisset, catinum abiecit, sicut prius abiecerat κοῖλον εὐλαίου, hoc est, ut idem vocat Laertius, cotylam, in hunc, quod Cynicus esset, veluti Canis morfu obisset, ita lassisse Nicanor dicitur: δὲ βῆρας, ἀγέλας, τῆς ἐλαίας σὲ μύρον; ἐσθίεις, ἴλε, ἐλαστὸν με κυνός ἐδάξ.

Ut, dum sibi intelligunt licere omnia, non desiderent mag-nopere quod non licebat.] Postremam negatam vocem, exemplarium ope expunximus, quod contrarium à vero haberet sensum.

Quis non pascet carnibus? Olim, vescet. nostra autem translatio habet: Quis dabit nobis ad vescendum carnes: LXX. verò: ἡμῶς Λαοῖς κρέα: quod vox, Vescet, si reperiretur, optime explicaret.

Et domos optimas edificavit.] Sic LXX. ἀμύλας γαλαῖς: & ita etiam habent codices antiqui, antea legebatur, Opimas. Ut Ionathas, qui causa victoriam exiterat, deprehenderetur forte, & ignorantis crimen declinare non posset.] Hac Latine loquendi recta regula est, & sic emendata exemplaria habent. Prius autem legebatur, ut Ionathan, qui causa victoria exiterat, deprehenderetur fors, &c.

In foribus Evangelij.] Rectè, in Evangelij foribus, dicitur, quippe cum de Anna filia Phannellis, in principio Evangelij Lucas scripserit, ipsaq; natum viderit Dominum, & in eum, antequam dimicaretur Evangelium, crediderit. Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicat.] Egrogie diuus Hieronymus argumento, quod ex hoc Pauli loco novatores aetate nostra, contra præscripta nobis ab Ecclesia ieiunia, eliciunt, respondet: loquitur enim ibi Apostolus de seditibus adhuc iudicantibus, propterea quod solos cibos, à Mosia lege concessos, recipere, ceteros verò, uti prohibitos, auerarentur. idem in diebus, ac temporibus faciebant, sanctius esse putantes sabbatum, neomenias, scenopegiam, aliosq; per legem sanctificatos, quam reliquos anni dies. in hunc eundem sensum alibi contra iudicantes Galatas dicit Apostolus: Dies observatis, & mensæ, & tempora, & annos. timeo vobis, ne forte sine causa laboraverim in vobis. At catholica Ecclesia Marcionem, & Tatianum Encratitas reprobandos, nec aliquos, velut immundos, reiecit cibos, nec diem aliquem per se, altero sanctiorem existimat. aliud enim est, ieiunia quibusdam anni temporibus, fidelibus servanda proponere, quod ipsum in Quadragesima institutione fecisse Apostolos, omnis consensit antiquitas; aliud, cibos aliquos, diesq; uti immundos, aut profanos, reijcere, ac reprobare.

Hierosolymana Cithio, Iudæam Cypro, Christum Xenone commutat.] Hoc dicit, quia Zeno ex Cithio, seu Cyro, ut habet Laertius, Cyri oppido, fuit, insignis profectus philosophus, & Stoicorum princeps: vite autem tam abstinentis, ut de eo ita scriptum reliquerit Philemon in comædia Philosophi:

ἔτις ἄρτιν ὁ Λοῦν ἰσχυρὰς, ἀπὸ τῶν ἰδῶν.
φιλοσοφίαν κερῆνιν γὰρ οὐτὸς φιλοσοφεί,
σενεῖν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει.

Et A trebatu, & Laodiceæ indumētis ornatus incedis.] Delicata & molle lineæ vestes apud Atrabates, & Laodiceenses sivebant: qua gloria insignes sunt etiam hodie aliqui inferioris Germaniæ populi; ut Lilla oppidum, & Hollandia provincia. Vnuquisque in suo sensu abundet.] πανοσοφείδω, est in Græco: ita vulgata editio, emendatæq; exemplaria habent. Olim, Abundat. Ut alius Lucifer fit; alius Arcturus, alius Orion, alius Mazuroth.] Locus est apud

Scholæ tom. 1.

Iob. cap. 9. Nos ibi habemus: Qui facit Arcturū, & Orionem, & hyadas, & interiora austrī. מוריר autem pro Zodiaco poni, ipsemet Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali, interpretatur. Oves, quae stant à dextris, vadunt ad regna calorum.] Sic habent omnes serē manuscripti codices, congruē cum Euangelio, vbi dicitur, venire benedicti patris mei. Apud Gryppium tamen legebatur: Oves quae stant à dextris, ad regna calorum intraducuntur. Si in diluuiō liberatus est Noë, & omnis orbis interit, omnes caro erant.] Si, pro sed, omnibus manuscriptis exemplaribus consentientibus, reposuimus: sicut eorum ope in sequenti statim versu vocem, Esse, addidimus, cum ait: Aut non eiusdem esse meriti dices filios Noë, & Noë. & post pauca, alia quaedam minutiora, ipsam opitulanti bus, emendauimus. Parabola autem seminis,] Olim, Seminatio. In Euangelio autem Luca multo plura, id est πολλά & παύσα, sic legitur apud Lucam, non πολλά & παύσα. Et in volumine Ezechielis.] Locus est cap. 44. in hac verba: sed & Leuita, qui longē recesserunt à me in errore filiorum Israhel, & errauerunt à me post idola sua, & portauerunt iniquitatem suam, erunt in sanctuario meo aditu, & ianitores portarum domus, & ministri domus. Ipsi mactabunt holocausta, & victimas populi, & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrent eis: pro eo quod ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domus Israhel in offendiculum iniquitatis. Rectè autem Triumphantem Ecclesiam, & caelestem Hierusalem ab Ezechiele describit, Dicit Hieronymus asserit, dum ille multis capitibus, quae de reparando templo, inſtauranda Hierusalem, & diuidenda tribubus terra, supernè monitus viderit, copiose enarrat. Hoc in caelis, hoc in ministerio Dei.] Falso prius legebatur, Myſterio loquitur enim de Angelorum familia. qui omnes, secundum Paulum Apostolum, sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Non æquè Deus omnes inhabitat.] Aliter, Non æquè Deus in omnibus habitat. Et qui in terreno fuerint, eos esse à sinistra.] Olim, Ad finitimum. Iam in illarum arbitrio est. Aliter, Nam in illarum arbitrio est. sic enim habent aliquot codices manuscripti, Vnicuique secundum proprias virtutes.] dicitur, est in Matthaeo: & virtutes, habent emendatioribus codicibus manuscripti, vires tamen legebatur antea. Vt vult noster Zeno.] Vbi que vir sanctus Iouinianus Zenonem vocat, quod scilicet, vt Zeno, omnia peccata ac merita paria faceret. Stoicorum enim, quorum Princeps fuit Zeno, sententia erat, paria omnia esse peccata. Qui hominem interfecere nolentes.] Corruptè prius legebatur, Qui homines interficere nolentes: nam, hominem, & non homines, est apud LXX. quos Hieronymus vbi que sequitur: & interfecere, legendū est, ipsa orationis structura demonstrat. Si omnes qui à dextris sunt vnū corpus, & vt vulgo dicitur, & vñ vnū, nequidquam Episcopi, frustra presbyteri, sine causa diaconi sunt.] Hunc locum partim alij, partim Erasmus vitiauit. Nec nos, nisi post impressionem, quo modo restitui deberet, à quibusdam codicibus aduerti, cognouimus. ita enim legi debet: Si omnes, qui à dextris, sunt, vt vulgo dicitur, & vñ vnū, nequidquam Episcopi, &c. hoc est, si omnes beati vnus cumulus erunt, & inter beatos nulla erit differentiā, frustra legitur sacrorum ordinum datur distinctio. Ob vocum similitudinem ortus est istius error, vt pro & vñ vnū, legeretur, & vñ vnū: quae dua vocula Latine interpretata textui immixta postea sunt. Verum quia incipit error, negare episcopos, presbyteros, & diaconos, etsi diuersa sint membra, vnū corpus efficere, idē contra Apostolum erat; Erasmus, & vñ vnū legi non posse existimans, cum id Latine antea dictum esset, pro & vñ vnū, substituit & vñ vnū, id est, vnus pulvisculus: quod proverbium à nemine quidem Graecorum vsurpatur, quamuis in vsu sit p̄ia vñ vnū. & si vsurparet, vulgi tamen non est adagium, quod esse, testatur Dicit Hieronymus, sicuti est, vnus cumulus, quod Graecè dicitur & vñ vnū. Inuenerunt nos in restituendo loco quinque ex Florentia manuscripta exemplaria. Numquam nos Aristippi multitudo terrebis.] Aristippus Cyrenaicus philosophus fuit, & Socrates auditor potius, quam imitator voluptatis enim, & gula ita deditus fuit, vt Xenophon in eo, veluti in asserentem voluptatis, scripserit, & Theodorus quoque in libro de Sectis eum acriter sit infectus. Multitudinem verò ideo dixit; quod multi hōe vñ vnū genus sequantur. Habitauit cum habitantibus Codat.] Quia cum vulgata LXX. editione, quam Dicit Hieronymus sequitur, consentit, nihil mutauimus, quamuis tria manuscripta exemplaria, Habitationibus, habeant, & ipsemet, tabernaculis, quod est apud Hebraeos תבניות, postea perierit. Fictus ariolus stultorum naves verberat, & obtocto fuisse dentes mordentium quatit.] Diximus alibi, circulatores fort, veluti aliquid forti è diuinatos, non aduertentium nasos, visus excidendi causa, ferre, & fuisse, quem in eorum ora, tanquam aliud quiddam potius facturi, coniecerant, ex improbitate cōtorio, imperitorum dentes vexare solitos fuisse, est autem ariolus, qui veluti ex ara futura praedicit. Vniuersus pene error de Chal-

daeo, & Syro, & Graeco sermone proccesserat.] Hoc dicit, vt ostendat, è quavis potius lingua, quam è Latina, vsque ad ea tempora haereticos prodidisse. Latine enim fuit Iouinianus: ante enim verò omnes pene haereticos ex officina Chaldaei, Syri, Graeci, prodire sermonis. Ananias filius Azur. Locus est cap. 28. Hieremia: significatq; hoc in mundo homines non esse palpandos, aut felicium rerum promissionibus decipientes: qui enim hic ligneas sibi pollicetur catenas, & in viuendo felicitatem, ferreas postea inueniet: quia animam suam perdit quicumque eam amat. Vade, inquit Dominus ad Hieremiam, & dic Anania: Catenas ligneas contriisti, & facies pro eis catenas ferreas. Et nucleum sumplexistis.] Multa pollet substantia nuclei, praesertim pinei: propterea inter res, quae vires praebant, nucleos annumerat. Plures succenturiatos.] Secunda centurie milites, qui in insidiis erant, vt prima centuria militibus terga vertentibus opem ferrent, & incautum hostem aggrederentur, succenturiati dicebantur: & ij etiam qui supplebantur centuriarum causa in numerum militum postea adlegebantur, sicut velites leuis armaturae milites erant, vt rotarij, accensi, & ferent. vij. qui, Aliano auctore, inter grauis armaturae, & pelatos milites, medij erant. Amazones.] Quod Amazones, sinistra manū exerta, dextra enim carebant, vt expeditis pugnarēt, ea parte ambusta, ac nudo brachio, & genu, ad bellū parata profuſerentur, mū in Iouiniani sectatrices mulieres, quae ad libidinem parata, incedebant, rem torquent. Vpupas.] Quod semper serē in simo, ac fœtidū rebus versetur hac aui, eam nominant. est autem cristata, & coloribus variegata. Quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti.] Audiant haec haereticis nostri temporis, qui omnia volumina sua aduersus Romanam aedificiū, minus, ac iniurijs repleuerunt, veluti ea nunc sit, contra quam multū Dicit Iouannes in Apocalypsiolim inuictus est in insidiam enim, ac ebriam tūc sanguinis martyrum Romam Euangelista coniciit maledicta, vt quae Christianos persequeretur, & Christum blasphemans, eius religionem extinguere omni tormentorum genere conaretur: verit, postquam ad Christum conuersa est, eam blasphemiam, vt ait hic Dicit Hieronymus, Christi confessione deleuit: & mater omnium Ecclesiarū facta, Apostolice voce laudata, haereticos hodie, vbi olim credentes, non tam persequitur, quam, vt ad veritatis viam reuertantur, cunctis suis viribus conatur. Roma aut fortitudinis nomē est apud Graecos, aut sublimitatis iuxta Hebraeos.] Ipsi Graecorū significat, רומא verò, seu רומא Hebraicè sublimitatem. nam & Roma, de qua scriptum est, Vox in Rama audita est, sublimis, excessamq; significat רומא משרש רום. Quod de idolo deriuatum est.] A loue Iouinianum dicitur, commode asstruit, idēq; relictiūdum fore, sicuti Iupiter, omnisq; fœlsa deorum religio ex vrbe quodam expulsa fuit. Sub Numa Pēpilio.] Pythagora, Spartia, non Samij, qui multis annis post Numam fuit, vt Cicero, Linius, Dionysius, Plutarchus testantur, doctrinam, & continentiam imitatum esse Numam, Plutarchus auctor est.

SCHOLIA IN APOLOGIAM AD PAMMACHIUM.

Ad philosophiam nostri dogmatis.] Concertationem de nuptijs & virginitate, Christianam dogmatū philosophiam vocat. Obuius, vt aiunt, manibus excipio.] Porrectis manibus ad id quod auidè homines cupiunt, accedere solent, inde huic proverbio locus. Anteuillam.] Floruit omnino ante Ciceronem M. Antonius, non tamen Cicerone admodum puero nam Antonius occisus est anno Urbis dcccxxvi, quo anno Cicero annos natus erat circiter viginti. Breui & solo.] Libellum illum M. Antonij oratoris significat, in quo scripsit disertos se vidisse multos, eloquentem verò neminem. de quo sic in Oratore M. Antonius, cui vel primas eloquentia patrum nostrorum tribuebat atas, vir natura peracutus, & prudens, in eo libro quem vnū reliquit, disertos ait se vidisse multos, eloquentem verò neminem. Idem in lib. 3. de Oratore: Ego verò, inquit Antonius, inueni tandem, quem negaram in eo, quem scripsi, libello. Iccirco, te post Dominum faciente, damnatus est.] Diximus in Argumentis, Pammachij opera Romae Iouinianum damnatum fuisse. Id ipsum volū esse maritatas, quod virgines.] Maritatus pro maritatas, multa manuscripta tam hic, quam alibi, habebant exemplaria. placuit semel monuisse lectorem, quando à nobis nil immutatam fuit. Lineati, & vt ita dicam, tenue dicendi filū, &c.] Sicut pictores lineis vel rectis, vel super alias ducentis sese exercent, ita in filo textores faciunt. vnde Horatius, Tenui deducta poemata filo, ad filum, ad perpendicularum, & ad amū, vulgo dicitur. primum non solum, ad textoribus, sed etiam à lignariis ducitur: secundum ab iis qui domos extruunt: tertium à fabricarum, & lapidarum regula. Cicero in libro de amicicia, Nos autem, inquit, à te potius, quamquam etiam ab istis saepe quaesui, & audiui: sed aliud quoddam expectimus filum orationis tuae.

nis sua. Nimirum ut omnibus Latini sermonis ornamentis Hieronymus excellit, sic translationibus & similitudinibus abundat. A Manichæo terga mea confossa sunt.] Hoc dicit, quia Manichæi nuptiis detrahebant: quod ipsum fecit etiam Marcion, & Tatianus, & in secūdis Montanus. Alius superædificat.] Superædificauit, corrupte ante a legebatur, nos ex emendatis codicibus ita locum restituumus. maior enim vis in præseni verbo, quam in præterito, indicatur. Quia & ipsa digitorum coniunctio.] Diximus supra in primo contra Iouinianum libro, quæ ex Bedæ de numeris accepimus. Bedæ verò ipse, in principio opusculi, Diui Hieronymi ad hoc ipsum pertinentia verba citans, ut eius, & aliorum sacrorum interpretum sententias explicet, se librum edidisse præfatur. Quia quanto maior est difficultas, experte quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto maius & præmium.] Sic ex manscriptis codicibus emendauimus: olim enim legebatur, Quantoq; maior est difficultas, &c. Sic supra. Numquid argenti non erit argentum, si aurum pretiosius est? qua in re omnia ita consentiebant exemplaria, ut mirum sit Erasimum emendatum aliquid non habuisse, quo locum hunc apertissimum restitueret postet. habebat enim ipse. Numquid argentum non erit aurum, &c. & in margine adnotauerat: Vide nunc, argentum, legendum sit. Et quisquam tam iniquus lector erit.] Gryphiani codices habebant, Et quis vniquam tam iniquus lector erit. infra etiam, Ne voculam, ab exemplaribus adnotari, delectimus, vbi dicitur: Verum ne in principio cautus, in reliquis forsitan improvidus fuerim. & alia similiter leniora correximus.] Et Petrus Apostolus, sicut dispensatores, ait, multiplicis gratiæ Dei.] Pro dispensatores, coheredes, tam hic, quam alibi, in hæc Petri auctoritate, apud Frobenium, & Gryphium legebatur. Vulgata editio eo in loco sic habet: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni & uerbi dispensatores multiformis gratiæ Dei: coheredes enim, quod est *συνεπιούριοι*, hic nihil ad rem. Mulier, inquit, alligata est.] Sic legebant aliquot etiam libri veteres. deerat enim vox, *τῷ ἰησοῦ*. alibi tamen Diuus Hieronymus cum vulgata consentiens editione legit, Mulier alligata est legi. Virgines Vestæ & Iunonis Vniueræ.] Sicut Vestales virgines ex antiquo instituto, Roma à Numa primum recepto, numquam ita, qua Iunoni sacra erant, semel tantum nubebant. Ita virginitatem exultimus, ut nuptiarum ordinem seruariemus. Olim prætilimus. Quod si indignè accipiunt mariti, non mihi irascantur, sed scripturis sanctis, immo episcopis, & presbyteris, & diaconis, & vniuerso choro sacerdotali, & leuitico; qui se nouerunt hostias offerre non posse, si operæ seruiant coniugali.] Vbiq; vir sanctus inculcat, non posse, qui sacris initiati sunt, uxores ducere, & hæc in Orate quoque fuisse consuetudinem, non secus quam Magnus ille Basilus attestatur, alibi asseuerat. Et nos hodie non erubescimus quotidie contentiōibus Ecclesiam exagitare, an propter hæresim concedenda sint hodie alicubi sacerdotibus matrimonium. Aliter teneant modum in disputando, aliter virgam in docendo.] Erasmus, Resfragentibus, ait, exemplaribus, nodum lego, non modum, nam & athletarum, & palestrarum nexu vocantur. Qui disputat, in hoc tenet, & dissimulat nodum, ut illaqueat aduersarium: qui docet, virga emendat, si discipulus non obtinere nodum pro difficultate aliqua accipit, ex Cicero omnes sciunt: tenere autem nodum, ut veluti quis atletam illaqueet, pro dissimulare, & syllogismus aduersarium comprehendere, vbi apud bonos auctores inueniatur, equidem, ut ignorantiam meam fatear, non inuenio. Modum, habent exemplaria cuncta quæ vidimus, ideo nil immutauimus. Legimus, o eruditissimi viri, in scholis pariter.] Propterea superius Pammachium condiscipulum appellauit. Roma enim pariter in scholis didicerunt. Et Aristotelea illa de Gorgiæ fontibus manantia.] Gorgiæ, quo nomine dialogum Plato inscripsit, primus omnium Athenis de omni re propoita ex improviso respondit. fuit autem Gorgiæ Leoninus Antisthenis præceptor, eumq; in arte oratoria Aschines imitatum fuisse prodicit. Plura esse videlicet genera dicendi.] Sic habent omnes codices manuscripti quos vidimus, disputant tamen, aut differendi, legendum esse, contēdit Erasmus, & ueraciter dicendi genus illud prorsus est, quod exercitatoris causa fit, cuiusmodi sunt tria illa genera, quæ in primo Elenchorum Aristoteles vocat *δυσπραγίων*, *ἐπιεικῶν*, & *ἐπιεικῶν*: hoc est disputatiuum, tentatiuum, & contentiosum. *δυσπραγίων* verò id, quod *δυσπραγίων*, hoc est doctrinale idem appellat. constat enim *δυσπραγίων* ἢ *ἐπιεικῶν* ἐπὶ *ἐπὶ* ἐκείνου *μαθητῶν* & *ἐπὶ* *ἐπὶ* τὸν ἀποπροσέβην *δὲ* *ἐπὶ*. sic & dogmæ professionis sua principis, à quibus egredi non licet, immititur, verum Hieronymus, quale utrumque sit, egregie per semet explicat. Qui de Socratis fonte manantes diuersis cucurrere ritulis.] Socratis præclarioris discipulos quatuor Hieronymus enumerat: Laertius deinde, præter Platonem, Xenophontem, & Antisthenem; receperat, diuer-

sis verò cucurrere ritulis ideo dicit, quod præter diuersa dicendi genera, quæ unusquisque eorum scribendo secutus est, diuersa à Socratis discipulis exorta sunt sectæ, Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum, immo ab vno tantum Platone decem prodidisse sectas, idem Diogenes prodicit. Quam lubricis problematibus.] Lubrica dicit, quod interdum ambiguæ, ac veluti non subsistentibus argumentationibus in disputando vrantur. Videmus exempla captiua seruire tibi ad victoriam, quæ suis in voluminibus non dimicant.] Olim, Seruierunt, mendosè legebatur, virum autem est, quam egregiè disputantis Apostoli artem hic explicet D. Hieronymus. Captiua autem dicit, quia veluti mancipia ab hoste capti, proposito suo applicet. Conuersio eius ad virum sit.] Mendosè autem legebatur, Ad vnum virum sit, nos ita ex manuscriptis exemplaribus, & ipso D. Ambrosii libro de viduis, quem Hieronymus citat, emendauimus, præterquam quod ita etiam in Bibliis inuenitur in locis.] Si igitur bonum coniugium feruitus est, malum quid est?] Et hic quoque locus ex eodem D. Ambrosii libro, quem citat, à nobis in pristinam veritatem restitutus est. hæc enim absque vilo sensu legebatur: Si igitur bonum coniugium feruitus, malum quidem. Denique nuptias dicit, quasi necessitatis sarcinam, declinandas.] Olim mendosè legebatur, Declinandam. Et noctem flumine purgant.] Persus taxans eos qui cum sedulo operam darent ut pure orarent, nihil tamen à diis nisi ridicula peterent, ita scribit secunda Satyra. Hæc sanctè ut poscas, Tibertino in gurgite mergis Mane caput bis, terq; & noctem flumine purgas. Et tenebræ quoque lucent apud eum.] Olim, apud Deum. Probet se vnusquisque, & sic ad corpus Christi accedat.] Quanta animi sanctificatione ad sacram Eucharistiam, & quam puro accedendum sit corde, ex hoc loco discere quis facile poterit, obseruandumq; est, quod vir sanctus, semper Christi corpus, idq; omni oratione maius appellat, non vtiq; *εὐχριστόν*, aut imaginem, vt olim Iconoclastæ à septima Synodo, & hac aetate nouiores à Tridentina damnati, vocare ausi sunt. Inuentæ sunt Plautinæ familiae.] Quidam codices, Fabula, habent: quod Plauti persone procioces in consuetis sunt, præsertim quæ viles sunt, vt coqui, serui, leuones, &c. Plautinas famulias dicit, pro factiōnes, sic in sequenti epistola, obtristatorem quendam Plautina familiae columen vocat. Horatius Plautinos sales appellat. Quorum Hilarius.] Extat Cypriani nomine hic liber ad Fortunatum inscriptus: verum non Cypriani, sed Hilarij esse, cum ex stylo, tum etiam ex hac D. Hieronymi constat auctoritate: præter quod Hilarij amicum Fortunatum fuisse, Hilarij, ex prænotata apte sacros ordines vxore, sicut vtiq; illum scripsisse, libro adhuc extante, omnes norunt. Quidam, filius imperitus historie, Cyprianus, pro Hilario substituerat. An forsitan Pythagoram.] Quot, quantum de numeris, præsertim impari, Pythagorici dixerint, cuiusmodi ternarius, ac septenarius est, ex Hierocle Pythagorico, & alijs lato constat. Et Architam, Tarentinum.] Pythagoricus fuit Architas, & Platoni amicus, & veluti Pythagoricus multa de numeris tractauit: primusq; ut Plato, in libro de rep. testatur, cubum in geometria inuenit. Radice ter liquidum.] Carmentis est ex quinto Virgiliana æneidos, de columba volatu. Qui irrigat torrentem vel funium, vel pinarum.] Locus est Toletus 3; Egger omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Vox Hebræa Sittim, modis fones, modo spinas significat: LXX. *επιεικῶν*, hoc est funium, veterunt: Symmachus verò spinarum, alij valem Sittim pro loco. Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes. Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eligantur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici.] Audimus hæc, & legimus, & tamen de connubio sacerdotibus concedendo, aut, vt quidam male aiunt, reddendo, quotidie disputamus. Et ne de Græcorum consuetudine nobis applaudamus. Si qui, inquit Cyrillus Hierosolymitanus catechesi xij. apud Iesum benefuguntur sacerdotij, abstinent se à muliere, ipse Iesus quo modo ex viro & muliere proditurus esset? Græci enim sacerdotes à principio agami fuerunt, neque postea cœperunt nubere, vt ait Epiphanius, nisi mali, & qui canones, probatamque veteris Ecclesiæ consuetudinem reiecerunt. Si substantibus nobis adcoitum.] Obscenum verbum est, à subus tractum. Græci dicunt: Pinius fabationem dicit. est autem visus in libidinem.

A D DOMNIONEM; EPIST. LI.

De tritio, de compitis, de plateis, circumforaneum, rumigerulū, vastum tantū ad detrahendum.] Tritū viarum coitus, sicut quadrinū quatuor; triniū erat; & compitū multarū; in is enim locis, O o } velut

Disserit Pamelius Cyprianum scribens.

veluti in latinis, & frequentioribus, versari, & obloqui homines solent. A inde hominibus in γὰρ ἀπὸν apud Græcos, prognobili, ac vili, eleganter autem Ovidius vno carmine & compitam, & erium expresse, cum ait: Seruet ut in ternas compita secta vias. Vstrum autem vocat argutum, & diacem. τὰ ἐργα Græci appellant. Non sunt in disputatione, inquit Cicero, vstri, non veteratos, non malitiosi. Non legitte quidem τὴν ὄψιν Aristotelis, non ἀδὲ ἰπυυέτας, non τὴν ἀδὲ, non saltem Ciceronis τὴν ὄψιν. ἑρμηνεύοντας, predicamenta nos dicimus: ἀδὲ ἰπυυέτας, de interpretatione, seu enunciatione exponimus: & τὴν ἀδὲ, localia; quod hisce libris Aristoteles argumentorum, & probationum sedes penat. Cicero, Aristotelem secutus, τὴν ὄψιν, sine locos, ad Trebatium inscripsit: verum, qui a iureconsculto scribebat, exempta omnia ad formam accomodavit. Per imperitorum circulos.] Dum enim homines in vnum ad loquendum conveniunt, coronam quandam, & circulum ex se, vt facilius audiantur, faciunt.

Multicircularumque οὐρανοσφαιρα.] Compositio Latini vocant. Adidit, Multicircularum, quia eruditorum, proborumque etiam viro- rum οὐρανοσφαιρα sunt, cuiusmodi Platonis est, & Xenophontis. Vfus est Græca voce, quod odiosior sit. Syllogismos texere.] ἡ ἀπορία, habent hic quaedam manuscripta exemplaria post vocem Syllogis- mos. significat autem insolubilis. Homerus, ἄλυτα τὰ βάρη, pro vile multa sunt, dixit. Aristoteli ἀπορία λέγει dicitur, pro ratione cui respondere non possit. vni codex habebat, ἀπορία ἀπορία, veluti optimos. Erasmus ipse etiam inuenerat alicubi, O sanofistu, Græcam vocem La- tinitus literis descripsit, putauitq; non secus quam ἀπορία ἰπυυέτας, hoc est cornutos syllogismos, significare velle. Qui melio- rem styli partem eam legerim, quæ deleteret, quàm quæ scriberet.] Significat se plurimum sudasse in exercendo stylo, & sepius dele- nisse, vt corrigeret, quàm scripsisse. fiebat autem hoc olim in ceratis ta- bulis, vbi æreo stylo scribebant, facileq; quod non placebat, eo inuerso, debeant. Vnde Flaccus: Sape stylum vertens, iterum, quæ digna legi sint, Scripturus. Frustra ergo Alexandri verti commenta- rios.] Intelligit de Alexandro Aphrodisiaco, cuius multi in Aristotelem commentarij extant. Per εἰσαγωγὴν introduxit ad logicam.]

Artem, quæ homines ad cognitionem alicuius rei inducat, εἰσαγωγὴν Græci vocant, cuiusmodi & Porphyrij libellus, sic inscriptus, institutio- nem, veriusq; introductionem nos dicere possumus. Habui cate- chistas.] ἁγιογραφία, quod est institutio, catechista dicitur is qui vna voce hominem instruit, sicut qui in mysterijs nostra religionis instituitur, catechumenus apud nos appellatur: qua voce vsus est Apostolus eo in loco vbi ad Galatas ait: Communicet autem is qui catechizatur ver- bo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Gregorium autem Na- zian- zenum Constantinopoli, vbi tunc erat Episcopus, iam iuuenis audivit, vt ipsemet in commentarijs super sextum caput Esaiæ propheta asserit, negavit hoc alibi interpres, sicut de Didymo præceptore olim Rus- sianus. τὴν ἁγιογραφίαν, ἁγιογραφία, ἁγιογραφία.] Spiritus plenus, ac veluti lymphatus πνευματικός dicitur, sicut à Deo ἁγιογραφία, hoc est numine afflatus, ac sanctificus, & à nemine, sed tantum à se ipso edoctus, ἁγιογραφία. Multitudine libroꝝ Chalcenterum, Didy- mum scientia scripturarum, omneque sui temporis vincat tra- ctatores.] Ita esse hanc lectionem commate distinguendam, cuius fa- cile patere poterit, & non Chalcenterum Didymum, vt exponit Eras- mus. Chalcenterum autem, quæ vox à ferreo intestinis ducitur, Origenem vocat, non Didymum grammaticum, Adamantinum eodem sensu, alibi sape Origenem Hieronymus cognominat; vt in catalogo, Varroni- que ob scriptorum multitudinem comparat: dat autem Origeni libro- rum multitudinem, Didymo verò scripturarum scientiam, Didymus autem Alexandrinus fuit, præceptor & ipse D. Hieronymi, insignis sci-

entumuirales dicuntur, quæ coram centumuiris ex xxxv. Romæ tri- butus electis, quinque scilicet ex singulis, tractabantur, vt de testa- menti, vsucapionibus, manumissionibus, & similibus. In digitis partiri caulam.] Sic fecisse scribere Hortensium, præclarissimum, post M. Tullium, oratorem, digitis enim cautos, sicut numeros olim partie- bantur. Rugasset frontem,] Viri præclari oratoris gestus, ac- tionesq; quæ sint, describit. Cuius de ore Veneres fluunt.] Præclare Veneres dixit, hoc enim nomine plura explicat, quod Venus amoris, deliciarum, gratiarum, voluptatumq; omniū Dea habita sit. Sic Quintilianus de socrate dixit, Eum scilicet omnes dicendi Veneres se- curum esse. Comico sale, ac lepore.] Pulcherrimum apud comicos est, dicaces pariter, ac lepidos illos esse. τὴν ἁγιογραφίαν pellamus Attilio iudice.] Hoc est, scriptores omnes ex alio etiā- mus, cum seuerissimum censorem habeamus Attillum, fuit autem Ari- lius M. Atrilij Reguli filius, censor scilicet acerrimus, qui multos equi- tes Romanos graui affecit nota, vna cum collega L. Furio Philipo: vt auctor est Valerius Maximus libro secundò, capite, de Censoria nota.

Ipse quoque Iustinianus οὐρανοσφαιρα ἁγιογραφία.] Hoc est, scriptor absque literis, & venustus Græci expresse ob affirmatam vo- cem, quasi Latine diceret, litteratus illiteratus. ἁγιογραφία enim ἀγνοεῖν venit. Quantus in clypeum affurgat, quo turbine torqueat hastam.] Metaphora à militibus tracha, strenuè disputantem homi- nem, egregie explicat. Fortis est, & in disputando nodosus, & tenax.] Non à nexibus, quibus aduersarios ahieta illaqueent, vt rur- sus interpres somniat, aucta metaphora est, sed à lignis, quæ quo nodosio- ra, eo fortiora sunt, propterea firmididit, Tenax, hoc est durus & con- stans, quod lignorum etiam est. Obliquus, & acuminatus pug- net capite.] Pugiles modò obliquum, modò acuminatum, hoc est, ele- uatum iactant caput: hoc autem faciunt, ne seriantur, non vt collu- scantem illaqueent: quando armis, non laqueis, contra id quod tertio repetit Erasmus, pugnantur. Cirratorum esse dictata.] Cirratos à cirris, comatos adolescentulos veteres vocant, alluisti autem ad illud Persianum: Ten cirratorum centum dictata fuisse. Gnathoni- ci, vel Phormionici.] Gnatho apud Terentium insignis adulator, & Phormio impudentissimus parafitus est. Postum genuinum dentem iningere.] Intimi in genis dentes, qui escas conficiunt, genuini dentes, Cicero auctore, dicuntur. Persius: Secuit Lucilius vrbem, Te Lupe, te Muri, & genuinum fregit in illis, cum antem ad hoc carmen alluisset D. Hieronymus, forte, Infringere, legendum est, non Infigere.

Et nos saepe manum ferule subduximus.] Iuuenalis carmen est, tractum autem est à discipulis, qui ferula manibus, dum errant, ver- berantur, significatq; & nos etiam in scholis sumus, & didicimus. Fenum habet in cornu, longè fuge.] Carmen ex Satyra Horatia- na hoc est, de poeta mordaci, translatio à boue cornuata, cui, ob si- gnium, quod cornu pereret, fenum apponebatur in cornu. Dorsum meum postui ad flagella.] Locus est ex Esaiâ: Corpus meum, sine dor- sum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, & faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Nunclibe- rē & impudenter.] Olim, imprudenter, mendosè legebatur. Pedem pedi contulerit.] Id ipsum est, quod altero prouerbio dicitur, manum manui conferere: pro ad pugnam, & certamen descendere. Procul Epicurus, longè Aristippus. Quod voluptatum amatores, hi philosophi fuerint, quemadmodum & Iovinianus, hoc dicit, de vtro- que philosopho leges apud Laërtium. Subulci non aderunt, facta scrofa non grunniet.] Quod subulci cum suis versentur: sic enim impudicos, & Veneri deditos vocat, propterea de scrofa etiam sub- dit, huiusmodi enim erant Iovinianisæ. Ernos tela pater.] Distichum est ex Virgilio Æneide.

AD PAMMACHIUM PRO LIBRIS ADVERSUS IOVINIANVM; EPIST. LII.

NESCIT VOX MISSA REVERTI,] Hemistichium Horatianum hoc est, Quem meos respiciunt. Id est, quem ante pollicitus sum, eo enim instigante, vt subdit, apologeticum scripsit. Narem contraxeris.] Offensionis signum est, narem contrahere, sicut securitatis, frontem cor- rugare. περυσίον.] Id est, decisionem, cum vniq; explosis erroribus res definitur. Dionysius, Pierius.] Dionysius, Alexandrinus vrbis Episcopus, sicut eiusdem presbyter Pierius fuit. Vide de ambobus in catalogo. τὰ ἅπαντα λέγων ὁ πῦλος ἀντικρὺς ἀγαλλεν κηρύσσει.] Id est: Hec dicens Paulus aperit celibatatum predicat. τὸν ὡσημειώ- τω.] Id est, Commentariorum. Samuelem quoque, & Mela- chim.] Samuelem vocant Hebræi duos primos Regum libros, quod à Samuelis historia initium capiant, veniantq; vsque ad mortem Da- uid, quem idem Propheta vixit in Regem: ante historiam enim secundi,

licet theologus, non simplex grammaticus, vt idem patuit interpres. Aristarchus autem, cui eruditionem tribuit, Alexandrinus fuit gram- maticus sub Ptolemeo Philometore, Aristophanis grammatici item di- scipulus, aiunt eum scripsisse commentarios supra mille, tanta autem eruditione, ac tam exacti iudicij eum fuisse, & hanc prodit, vt Homeri versus non putaretur, quem ipse non probasset. Carneadem a- liquid referēs.] Carneades Cyrenæus, Philocomi filius fuit, professione autem Stoicus: adeo autem, Diogene auctore, in philosophia valuit, vt oratores quoque ad eum audiendum conuenirent, & in questionibus dis- putationibusq; esse insuperabili. scribitur Gellius, & Quintilianus, cum eum M. Cato Romæ auisset, vii legatum ab Atheniensibus cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico missum, dixisse, ab eo viro ca- uendum esse: quia ob eloquentiam, & disserendi facultatem facile, qua- cumque vellet, impetrare posset. Hereditaria, vel centumui- rales cauta.] Si in his, inquit, fori causis versatus esset hic nebulo cir- cumforaneus, omnes lites, & hereditatum questiones inuertisset, loqui- tur autem per ironiam, quippe cum imperitissimus esset. causa autem

Quod Diaboli his nominibus intelligatur, propterea ait mystico sermone describitur: וְיָרֵךְ tamen pro cetos, seu balena Britannica maiori, vel potius omnium maxima, ab Hebraeis accipi omnes sciunt. Draconem verterunt Lxx. ubi dicitur, draco iste, quem formasti ad illudendum ei, seu ad ludendum in eo f. mari. & alibi: Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis: in confregisti capita draconum, dedisti eum escam populis Aethiopiae. Marinam esse belluam ipse etiam Iob ostendit, dū ait: An extrahere poteris Leuiathā hanc? Et Esaias dicit: in die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathā serpentē uictō, et super Leuiathā serpentē tortuosum, & occidet eum qui in mari est. Quae autē, & quāta de Mestie cōtinuo, quod ex escis Leuiathā expectat, Iudei dicat, uanū profectō esset hic recensere. de eo tamen scriptū est: Saginantur in eo nationes Aethiopi, & partuntur eum Phoenici: ugentes. Vbi nos habemus: Concident eum amici, diuident illum negotiatores. Behemoth quoque, quod plarium numero בְּהֵמוֹת Hebraei dicunt, multitudinem terrestrium ferarum significat, Elephantem tamen, ueluti alterum animal in terra maximum, eo nomine quidam accipiunt: de quo multa apud eundem Iob. ponitur tamen & ipse pro Diabolo. Cerberum, & Stryphalides.] Hac omnia monstra ab Hercule superata fuisse, poetae, aut, si sub his nominibus eorum partem uox uoxque intelligat, etiam historiis scribunt: hoc est, tricipitē canē apud inferos, Stryphalides pro liogiosas aues, quas ex Stryphalide Arcadiae lacu, eis crepitu pepulit, ingentem aprum in Erymantho, Arcadiae monte, in Nemea silua iuxta Cleonae leonem, & hydrum, seu excoriatum Lemae paludis, multorum capitum: Chimeraem autem, qua mediis in partibus hircum, pectus, & ora leo, caudam serpentis habebat, Belerophon, Glauci filius, deuicit, fuisse autem dicitur mons Lyciae, in cuius cacumine leones, sicut in medio caprae, & in radicibus serpentes habitarent: quem quia Bellerophon primum habitabilem reddidit, Chimeraem monstrum uicisse, fabulati sunt veteres. Cacum, in signum latronem v. l. l. Aeneidos Virgilius describit, eumque semihominem fingit. ubi & de Geryone ita canit: Nam maximus rictor, Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus, Alcides aderat. Huic propterea fuisse tria corpora, fabulata est antiquitas, quod Rex trium insularum Hispania fuerit, Balaeridum uidelicet duarum, & Ebusi. Et quo modo Euphorbus in Pythagora.] Panthoi filius fuit Euphorbus, a Menelao apud Troiam vulneratus. Pythagoras, qui primus ueterum λογιστήριον somnauit, huius animam in se demigrasse dixit, & clypeum suam post tot annos agnouit, aiebat enim, se primum fuisse Aethalidem, mox Euphorbum, deinde Hermetimum, & Pyrrhum Delium piscatorem, postremo post Pyrrhum factum esse Pythagoram. Mutus Quintilianus.] Hoc dicit, quia ex eodem uico Calagurritano Quintilianum, insignem oratorem fuisse, Eschubius, & alij ex ueteribus proauit. Misceat aquam uino.] Caiponem eum nominauit, & quia sic faciunt mali canpones, propterea dixit, misceat aquam uino, quod est pure impuram admisceat doctrinam. unde & Esaias: Vinum tuum mixtum est aqua. David, & Idithun, & Asaph, & filiorum Chore cantica audire arguetur.] Videtur hic dicere, quod psalmi, eorum, quorum nomina praeferebantur, sunt, & non omnes David: cum cantica David, Idithun, Asaph, & filiorum Chore nominauerit: secutus hac in re aliorum etiam ueterum opinionem, ex ipsis tamen titulis apparet, multos psalmos, etsi a David compositi fuerint, ab his tamen, vel pro his cantatos fuisse: ut cū in xxxviii. dicitur: Canticū David pro Idithun: & in xlvi. et xlvi. pro filiis Chore psalmus David: et similitur. certa igitur opinio est, omnes psalmos, praeter paucos, qui titulis distinguntur, a David fuisse compositos, & his uis ad canendum datos. Asaph enim, Heman, & Idithun, principes cantorum fuerunt ab ipso David constituti, ut in citharis, & psalterijs, & cymbalis canerent, quemadmodum in περπαλετισμῶν libro coninetur: sicut filij Chore, & Merari iamatores fuisse produntur, quamobrem cum caneretur psalmus, Constemini Domino, & inuocate nomen eius scribitur, Asaph, & fratres eius praecinisse, Heman uero, & Idithun ad finem cuiusque uersiculi respondiisse: Quoniam in seculum misericordiae eius. Quae faciunt Orientis Ecclesiae? quid Aegypti, & Sedis Apostolicae, quae aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes, aut, si uxores habuerint, mariti esse desistunt.] Ex hoc loco patet, D. Hieronymi tempore etiam in Oriente calibes fuisse sacros Ecclesiae ministros, & non coniugatos, ut dicitur: & Graecos post id tempus, praeter canonibus, nuptias sacris ministerijs misuisse: quae res etiam a D. Basilio asseneratur, ut in epistol. ad Gregorium. hoc ipsum asserunt etiam Eusebii libro primo de demonstratione Euangelicae, Maximus in responsis ad Thalassij quaestiones, Ephrem Syrus in epistola quadam ad monachum, qui dicebat, melius esse nubere, quā uiuere: item Epiphanius contra Catharos, & alij. Ut qui de Iatronum, & conuenarum natus est femine.] Conuenaduntur populi, qui est uariis oris in alterum quendam locum conueniunt, ut fecerunt illi qui ex Aquileia, Patauio, & Opitergio uenerias condiderunt,

intelligi autem D. Hieronymus de conuenis Gallia Aquitaniae populi, & quorum numero Calagurritani erant. De Vectonibus, Arrebacis, Celuberisq. descendens.] Vectones Hispania populi sunt Yacceti, & Celtiberi proximi, Strabone, Plinioq. auctoribus. Ieues eos cognominat Lucius. Arrebacos, & Celtiberos eis non secus quā hic Hieronymus iungit Plinius, dum ait: Ad Tagum Carpentani, iuxta eos Yacceti, Vectones, & Celtiberi, Arrebaci: oppida ora proxima, Vrci, adscriptumq. Betica Borea. pro Arrebacis, Arbaci habebant transalpini impressores. Sui nominis.] Intelligit de Pompeopoli, olim Soloe, postremo, Solino auctore, Traianopoli, quod Traianus ibi decesserit, appellata. urbs Ciliciae est apud Melam, a Rhodijs, Argiujsq. primum, post a piratis, assignante Pompeio, habitata. Hieronymus inter Ciliciam & Isauriam propterea eam ponit, quod in finibus Ciliciae Isauriae proxima sita sit. Quis enim, o insanum caput, aliquando martyres adorauit? Intelligit de eo cultu qui Deo debetur: unde subdit: Quis hominem putauit Deum? & rursus: non quod meliores non essent, olim mortuis hominibus Ioue atque Mercurio, sed quod sub gentilitatis errore, honor eis Deo debitus deferretur. Venerandos autem eos, & tūc deuias, ut Theologi vocant, adoratione colendos esse, utique per se satis explicat hoc in opere D. Hieronymus. Dicit in libello tuo, quod, dum uiuimus, mutuo pro nobis orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio.] Mirum est, quantum hodie Pigilantus totus, plusquam Pythagoras in Euphorbo, in quibusdam reuixerit: quippe cum infelices, nedum martyrum, sanctiorumq. reliquias despiciant, praeciantq., uerum eorum etiam orationes, ac preces aspernentur. Hanc autem impiam, hereticamq. sententiam quia per se ipse Hieronymus confutat, non est cur hic ego aliud addam. Et proponis mihi librum apocryphum, qui sub nomine Esdrae.] Hoc dicit, quia tertium, ac quartum Esdrae librum, non esse ex Hebraeorum canone, in ipsa quoque super Esdrae praefatione ostendit huius uerbis: Nec quemquam moueat, quod uisus a nobis liber editus est, nec apocryphorum tertij, & quartij libri somnūs delectetur: quia & apud Hebraeos Esdrae, Nehemiaq. sermones in unum uolumen conuertuntur: & qua non habentur apud illos, nec de xxxi. i. libris, sunt procul abicienda. est enim locus ille, quem Vigilantius citabat, ex septimo capite quarti libri, uerum loquitur post iudicij diem: ut scias neque illum etiam librum haeretice fauere opinioni. Nisi forte Balsamum mihi, & Barbelum.] Haereticorum prodigiosa uocabula, quemadmodum & Abraxas, & Leusibora, de quibus Irenaeus lib. 1. Theofautum Manichaei.] Duae naturae, ueluti & quodam thesauro erutas, Manichaeus assererat, boni scilicet, & mali, tamquam uel sciret malum nihil aliud esse, nisi defectum quendam a bono, ut illi contra hunc errorem Augustinus, qui in eo aliquamdiu fuit, inuehitur. Quam inepta etiam & ridicula sint, quae Basildes, antiquissimus haeticus, dixerit, quem in Iouiniano renatum D. Hieronymus asserit, ex eodem Irenaeo, Epiphanius, & alij discere quis facile poterit. Legito fictas reuelationes omnium patriarcharum, & prophetarum.] Semper falsa uerba, uti tritico zizania, immixta sunt: eiusmodi sunt, quae hodie xii. patriarcharum nomine testamenta circumscribuntur. Deuotioque mentis eius recipitur.] Et si interdum necessarii non sint cerei, coargui tamen eum qui accenderit, non debere, ex hoc loco discere potes. Sic oleum & ceram penes D. Athanasium in quaestionibus pro fidelibus defanctis, sic ad D. Thecla imaginem candelas accendi solitas, apud ueteres patres leges. Quamobrem recte a Hieronymo subditur: Et quicumque accendant cereos, secundum fidem suam habent mercedem, dicente Apostolo, Vnusquisque in suo sensu abundet. Abundet, quod Graecis est περισσεύειν, pro abundat, hic etiam reposuimus. Illud sicbaridolis, & iccirco detestandum est, hoc fit martyribus, & ideo recipiendum est.] Audis, qua facilitate argumentum hoc, quod hodie nouatores quotidie aduersus nos ingerunt, a Diuo Hieronymo dissoluatur. Qui super mortuorum hominum Petri, & Pauli, secundum nos ossa ueneranda, secundum te uilem puluisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratu altaria?] Missam sacrificium esse, ut recte Tridentina Synodus statuit, & super altare, in quo martyrum, sanctorumq. reliquia posita sint, celebrari solitam, clarē hic audis, sic restantur, Clemens epist. 3. ad Iacobum: Ignatius ad Smyrneses: Dionysius Ecclesiasticus, cap. 3. Martialis ad Burdegalenses: Irenaeus lib. 4. cap. 32. 34. Cyprianus de cena Domini: Eusebius de demonstrat. euangelicae libro 1. capite 10. & libro quinto, capite 3. Epiphanius in tertio, tom. 2. & ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum: Chrysostronus multis in locis, praesertim homilia 26. in Mattheum. de prodicione Iudei, & Eucharistia in Euenis, de sacerdotib. libro sexto, capite 4. item 2. Timoth. homilia 2. Prima Corinthiorum homil. 24. sic Anacletus, Alexander, & Fabianus Papae martyres, & omni antiqui-

antiquitas. Iuxta te, immunda omnia oleant, atque.] Hæc verba de certis in multis exemplaribus manuscriptorum: nos, transalpina editionem secuti, quædam non incongruum habere ut sensum, nihil mutavimus. Et cum auctore huius hæreseos Eunonio.] Eunonium, qui spiritui sancto detrahebat, contra quem D. Basilius scripsit, auctorem fuisse etiam huius hæreseos, quæ hodie notatores sanctorum martyrum templa reliquiasque contemunt, non secus quam olim Vigilantius, hinc saltem discere. Caina hæresis.] A Cain primo Adam filio Caini hæretici dicti sunt, quod in eum sui dogmatis referrent originem. lege Irenæum, Epiphanium, & alios veteres. Paucorum culpa non præiudicat religioni.] Propter abusum aliquem, quæ rectè in Ecclesiâ sunt instituta, si mutari, aut aboleri deberent, vi volunt hæretici, nihil prorsus regneret in actum, ne baptismus quidem ipse. Aut Nocturnum, iuxta Plauti Amphitryonem.] Deum, qui noctem moderatur, Nocturnum appellat Plautus. sic enim in Amphitryone, dum iuppiter cum Alcmena concubaret, loquitur Sosias: Credo ego hac nocte Nocturnum obtormisse ebrivum. Mercurius, quod noctem illum stare inisset, & Græci dictus est. In cunctis pæne epistolis suis loquitur, & præcipit in Ecclesiis gentium per vnam sabbati, hoc est in die Dominico, omnes conferre debere.] De collectis, quæ ad sustentationem sanctorum fiebant, plena sunt Pauli apostoli epistolæ: quod autem die Dominico, hoc est vna sabbati fierent, sola ea quæ est ad Corinthios prima, meminit. propterea non ad vnam sabbati, sed ad collectas tantum, Hieronymi sententiam referas. Ut qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, nisi solum Deum.] Intelligit de leuitis, & sacerdotibus, quibus ex lege prohibitum erat, prædica, fundosisq; possidere: ex qua causa decime, primitiæ, & vicimarum partes illis concedebantur. Ego cum fugio, non vincio in eo quod fugio, sed ideo fugio, ne vincam.] Mendose apud transalpinos impressores legebatur, Non vincor in eo quod fugio: cum statim subdatur: sed ideo fugio, ne vincam.

AD MARCELLAM, ADVERSUS MONTANVM, EPIST. LIIII.

Quæ tibi quidam Montani sectator ingessit.] Vocem, Quæ, hic repetimus prius enim erat, post verbum, Pollicetur. Montani sectator.] Montanus, spiritum paracletum, quem Dominus apostolis promiserat, in se & duas feminas, Priscam, & Maximillam descendisse dicebat, cunctaq; quæ de eare testimonia erant, ad illud trahebat tempus. Hieronymus quinquagesimo post resurrectionem Domini die, hoc est, in ipsa Pentecoste id factum esse, clara, dilucidèq; ostendit scripturarum auctoritate. Non enim, sicut vos existimatis.] Existimatis, antea mendose legebatur. Petrus, super quem Dominus fundavit Ecclesiam.] Multis hic Erasmus contendit, Ecclesiam super Petrum fundatam non esse, sed super Christum: Verbaq; illæ, Super hanc petram, non super Petrum, sed eius de Christo confessionem intelligi debere asserit. egregius certe Hieronymi interpretes, qui sensum eius inuenit. Quis enim iustificatur, Super Christum fundatam fuisse Ecclesiam? assus est id superius Hieronymus, cum Romanam doctrinam à Petri suæ doctrinæ, illamq; supra petram Christum fundatam esse dixerit. Petrus enim alterum post Christum fundamentum ab ipso Christo, vti prima fidei petra, ob confessionem, quam primus habuit de eo, in ipso edificio Ecclesiæ positus est. & ob hanc differentiam, ad fabricabo, inquit, non fundabo Ecclesiam meam: quippe cum ipse etiam super ipsum Christum fundatus esset. ridicula expositio illa est, super hanc petram, id est, super istam de me confessionem, si sic Petrum ipsum consentem, excludat. idem enim Græce est Petrus, & petra, & Syro sermone Cephas, quippe cum Cephas, teste D. Ioanne Evangelista, Petrus interpretetur. proptereaq; exponendum est: Tu es petra, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Sciant à nobis non tam prophetiam repelli.] Non reiciuntur prophetia post Christum, quippe cum multi postea futura prædixerint: sed illi tantum reiciuntur prophetiæ, qui contrariæ, & aduersæ diuinis prædicationi scripturis, quorum dicta scripturarum aliqua auctoritate improbari possunt. Nos vnam quadagesimam secundum traditionem apostolorum; toto anno; tempore nobis congruo ieiunamus.] Error est credere, à Thelephoro Papa institutam fuisse, vi quidam scribunt, Quadragesimam: is enim addidit tantum dies aliquot, à clericis amplius quam fieret à laicis, ieiunandos, vi constat ex eius epistola, non eam instituit: quippe cum apostolica traditione illi ad nos usq; manarit: vi præter Hieronymum hic sateat Epiphanius. Secundos, quos appellant Cenones.] Iconomus, habens quidam hic codices manuscriptorum, non Cenones, verum incertum, quæ verior lectio sit. Cenones Phrygium forte vocabulum est. Illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti, nos, dum penitentiam agimus, facilius veniam promeremur.] Si generatim tantum, & non spectatim, singulis expressis facinoribus fieri soletur olim confessio, vi alibi in scholiis super Epitaphio

Fabiola conceidit Erasmus, profecto non habuissent Montanista, unde erubescerent. Quæ dicuntur de lactete puero.] Minuitur pueri corpus perfodiebant, ex eoq; sanguine facinorosa: Eucharistia madefaciebant, si corrigisset puerum mori, pro martyre haberetur, vi vivere, pro magno sacerdote. hinc illa de puero occiso, qui comederetur, in omnes Christianos diffamatio, vi ex veteribus Iustinus, Minucius, & alij, dum id obijciunt respondunt, meminere. Abscissum, & semivivum.] Quod ex Phrygiæ Montanus esset, hoc dicit: quippe cum Phrygiæ Cybelis sacerdotes castrari solerent. Pepsus autem, unde is est propheta Prisca & Maximilla sterunt, vicus Phrygiæ creditur fuisse, ignobilis quidem ille, & à nemine veterum, nominatus, sed qui tamen ab eia Hierosolyma appellatus sit, quod promissionem de Spiritu sancto Hierosolyma factam, eo in loco dixerint adimpletam. A Pepsu, Pepsiani hæretici dicti sunt.

RIPARIO, EPIST. LV.

Christi te aduersum hostes Catholicæ fidei bella bellare.] Hostes Christi hæreticos vocat. Catilinau.] Catilinau Rufini, Origenis hæresim propagare conantem, appellat, ait autem illum à Palestina fuisse expulsum: quod factum esse, Theophili Alexandrini, & Epiphani, S. Ioviniana Cyprî Episcopi, & era, infra ipse Hieronymus monstrat. mirè autem quadrat, quod Catilinau conuersionem vocat, quippe cum per feminam Marcellam, hac quoque Roma detecta fuerit. Quod cum Lentulo.] Sic vocat non Arri, sed Origenis defensorum: intelligit autem vel Ioannem vel Macarium, vi reor, Hierosolymorum Episcopum, quem alibi dicitur, hoc est verè acceptor vocatum fuisse dicit, sicut talem præceptorem, qualis Rufinus fuit, non incidit. Videtur autem Erasmus totam Catilinau historiam ignorare: nam electo virtute Ciceronis consule Catilina, remansit in Vrbe consulatus homo P. Cornelius Lentulus Sura, vi conuertos ad nocturnum Urbis incendium, & eadem ciuitate incitaret, quæ re patefacta, in carcere strangulatus est. Ad eum igitur Lentulum respexit Hieronymus, cum de altero hæretica præstantis dicit, qui in Vrbe remanserat, loqueretur, ita ficto nomine, vi prægeret in similitudine, quia iam Catilinau nominat alterum hæresiarum. In Ioppe remorantur.] Marius Palesina vrbs est Ioppe: ibi autem remorabantur Origenes, non Arri, vi putas prior interpretes, defensores, sortè vel ad fugam parati, vel quia mercatorum aliquorum collatio hæreticæ, quæ ibi veluti in emporio quopiam vnebant. Non lingua, sed gladius dimicandus.] Hoc ait, quia Rufinus per litteras mortem Hieronymo comminatus fuerat, nisi taceret, vi ipse met asserit in Apologia.

APRONIO, EPIST. LVI.

Nescio qua tentatione.] Neque Hieronymi styli hac redoles epistola, & in manuscriptis exemplaribus, quæ nos vidimus, non inuenitur, verum quia eandem rem, quam superior tractat, & impressa iam fuerat, eam minimè loco amouimus. puto autem ab aliquo D. Hieronymi familiari eam scriptam, nam præter quod eandem tractat materiam, Innocenti, cuius in Apologia contra Rufinum, & alibi Hieronymus mentitur, mentionem facit. Eueram nobilem domum.] A Gothis fortè, quas suo tempore omnia subuertere, alibi conqueritur. Et licet venena pectoris non amiserint.] Intelligit de Origenistis, qui Theophili Alexandrini, & Epiphani opera damnata os amplius aperire non audebant, licet pectoris venenum adhuc non amississent.

DAMASO, EPIST. LVII.

Indiscissam Domini tunicâ.] Sic vocat Christi Ecclesiam sibi in unum consentientem, & mutuo in dogmatibus concordem: à Christi indiscissibili tunica allegoria ducta. Christi vineam exterminat vulpes.] Exponit illud quod est in Cantico canticorum: Capræ nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas. Poterat de apro id ipsum dicere, de quo scriptum est: Exterminauit eam vineam aper de silis, & singulari ferus depastus est eam, verum magis placuit vulpi similitudo propter astutiam Arrianorum, qui Hieronymum in verbo capere volebant, vi infra subdet. Vnde olim Christi vestimenta suscepit.] Innuit, Roma se baptizatum fuisse, nam candida veste huiusmodi baptizatus, indui solet. Vbi cumque fuerit corpus, illic congregantur aquilæ.] Christi didicim pulcherrimè ad Romanam Ecclesiam trahit, ad quam, veluti ad matrem, vndique fideles omnes conuenire debent, vi anime sua pabulum, & questionum fidei veritate recipere possint, quando sic semper fuisse consuetudinem, omnis prodi antiquitas. Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum seruat hæreditas.] Id dicit, quia Romana Ecclesia, hac Christianitate defensa, Ego autem rogavi pro te, vi non deficiat fides tua, numquam hæresis maculata est: est, non minus alij eam laborasse, Erasmus hic mentiatur. Quamquam igitur tui me terrear magnitudo.] Tanta est Romani Pontificis auctoritas, atque maiestas, vi ab ea terretur sanctissimus etiam vi potuerit. Super illam petram edificat Ecclesiam scio.] Miro præconio Romani Pontificis auctoritatem

auctoritate commendat: & ubique pari sententia super Petrum fundant confiteri Ecclesiam: quod ipsum illustrius etiam Cyprianus, & Hilarius asserunt. tergiversetur, vt libet, Erasimus. Quae Syriam iuncto Barbarie sine determinat.] Determinat, apud maiorem codicum partem, lectione haud omnino incongrua, inuenitur.

Non noui Vitalem, Meletium respuo, Paulinum ignoro.] Paulinus primum, mox Meletius, postremoq; Vitalis, eodem omni tempore, Antiochie fuerunt Episcopi, quilibet scilicet factionum suarum. Vitalis Meletij prius discipulus, mox Apollinari heretico adhaerens, ab eo suum in locum relictus Antiochia Episcopus est, vir alioquin, vt scribit, peritissimus, et vite sanctissima. refert Nazianzenus in epistola secunda ad Chelidoniu, dum Apollinariae haeresim impugnat, sub B. Damaso venisse Romam Vitalem, simulataq; haeresi, ab eo in communionem susceptum, talisq; communionis fidem secum in Orientem portasse. verum, cognito homine, malaq; eius fide detecta, quod fraude communionis fidem extorserit, cognitum etiam est. Paulinus ipse etiam diu latuit: in contentione vero, quam de aduersa simul sede habuit cum Meleto, detectus est Ariarianus, itaq; ex his tribus solus Meletius repertus catholicus est, suaq; fidei in multis persecutionibus longum cunctis praeiudicium documentum. extat propterea de eo Chrysostomi eucomium, & a Graecis inter sanctos nunc colitur. Gregorius Nyssenus fuisse eum in Constantinopolim ad scribendum concilio. Mirum autem alicui non sit, quod D. Hieronymus vt hereticum illum se respere scribit, nam cum ex Sebaste Armenia ab Arriani Berthaeam Syriae primum, mox Antiochiam translatus fuerit, ab eisq; quod illi obiciebat Paulinus, ordinatus Episcopus esset, diu pro heretico habitus est. longa deinde persecutio orthodoxum illum dedit, sicut Paulinum Arrianum. Si quis vero plenius horum trium historiam discere malit, legat Theodoretum, & Nicephori Callisti libri noni c. 48. & capit. duodecimum vndecimi, & tertium, quartum, & deinceps, duodecimum. Post Nicenam fidem.] In concilio Niceno, omnium aecumenicorum primo, ac celeberrimo, Arrianorum haeresis, qua filius patri consubstantialis negabatur, damnata est. quam fide omnis vbique postea Ecclesia, Alexandrina praesertim, qua tale genuerit monstrum, amplexata est. Campensibus.] Cum in sine epistole, Campenses cum Tharsensibus hereticis copulatos esse scribat, constatq; Cilicia insignem urbem fuisse Tharsum: non ab re fuerit, Campenses a Campis iudem Ciliciae, quorum Ptolemaeus mentionem facit, existimare esse dictos: Campasq; eam partem Ciliciae esse, qua inflexo sinu Isthmorum, ad oram Syriae, qua vicina est Antiochia, desecit. Interrogamus, quid tres hypostasales posse arbitretur intelligi, tres personas subsistentes, aiunt. Respondemus, nos ita credere.] Magna fuit olim apud veteres concertatio, quidnam significaret *ὁμοούσιος*, alii pro essentia, alii pro substantia illam interpretantibus. D. Basilus de vtriusq; differentia, epistolam maximam eruditione plenam ad Gregorium Nyssenum fratrem ex de causa scripsit. docet autem in ea multum, *ὁμοούσιος* essentiam, seu substantiam in genere, *ὁμοούσιος* vero substantiam in subiecto aliquo, seu potius substantiam significare, ita vt vsia pro natura, hypostasis pro persona accipiatur: & ita non esse erroneum, tres hypostasales confiteri, quam confessionem a Damaso, vti catholicam, susceptam esse, Flavianus apud Nicephorum asserit. Abhorruisse ab hypostasali voce diu olim Latinos, quemadmodum hic abhorreat Hieronymus, & similiter Graecos a persone vocabulo, testis est Gregorius Nazianzenus, qui tantum disidium a D. Athanasio primum scribit compositum, dum vtriusque lingua homines docuit, idem esse penes Graecos hypostasim, quod penes Latinos personam, & ita communicata vocabula sunt, & iam persone vox a Graeco suscepta, quam a Latinis hypostasis.

Non sufficit sensus, ipsium nomen efflagitant.] Quamuis hypostasis vox ambigua videretur tunc D. Hieronymo: sensus iam non erat ambiguus, tres scilicet hypostasales, si pro personis sumeretur vox, confitendo. Caetero vnionis inuenitur.] *Μία* signa, quibus diuersae res, eadem ob eandem inuisionem notam, consentur, explicuit, & profanum exemplis sacro accommodauit negotio. Non timebo tres hypostasales dicere, si iuberis.] Tanti facit Romanae Ecclesiae auctoritatem, vt etiam, quod erroneum sibi videretur, amplexurum se polliceatur, si Romanus Pontifex iusserit: & tamen hodie, etiam quod sanctum, & catholicum est, noua vides argumento, quod ab ea emanat sede, subsannant, reiciuntq;. Nihil aliud hypostasim, nisi vsiam nouit.] Substantia vocant eruditi, quod non est accidens, accidentiq; vti contrarium opponunt, dicuntq;, eo nomine aiunt, vel quod per se sit, & non insit, vel quod accidentibus substat. sustentatur enim accidens a substantia: ead; ita indiget, vt sine ea esse non possit: cum tamen substantia propria, ac per se sit, accidentiumq; minime indigeat, vocatur autem substantia Graeco *ὁμοούσιος*, verum quia non ea, qua in genere, sed in subiecto aliquo inest, hoc nomine intelligitur, pro persona, quod Hieronymus Latine, sicut et Basilus, et Gregorius Nazianzenus, sic Graeci omnes tractatores accipiunt: & in hunc sensum a B. Hilario, interdumq; ab Augustino tres substantiae, pro tribus personis, quas Graeci hypostasales vo-

cant, in vna essentia, naturaq; diuina nominantur. Pro substantia accipit Paulus in epistola ad Hebraeos cum dicit, *ἡμετέριος ὁμοούσιος*, figura substantia. & fides est *ὁμοούσιος*, substantia verum sperandam. & ad Corinthios: *ὡς τούτοις ὁμοούσιος*, in hac substantia gloria. *ὁμοούσιος* vero omnium consensu essentiam significat. Et quis rogo ore sacro illego.] Quisq; pro quis, scilicet habebant exemplaria: in impressione lectionem reliquimus. Id enim quod subsistit, non habet aliunde, sed suum est.] Quisq; ex Florentiae manuscripta exemplaria habent: ad id enim quod subsistit, non habet aliunde, & c. qua lectio non placuit, propterea ommissa est. Vna est Dei, & sola natura, qua verè est.] Quae est vna & vna natura est, habent sex manuscripta ex Florentia exemplaria: qua lectio ipsa etiam placet. Iungatur cum Beatitudine tua Vrsicinus.] Vrsicinus Damaso in Pontificatu competitor fuit, contentioq; in Sicini basilica vsque ad ferrum venit: vicit tamen Damaso, Vrsicinusq; Neapolitanum Episcopatum accepit, opponit autem Damaso Vrsicinum, & Auxentio Ambrosium, veluti Arianos, & eorum aduersarios. Auxentius enim Mediolanensis ante Diuum Ambrosium fuit episcopus. Transfigurauit se Angelus Satanæ in Angelum lucis.] Hac semper serè est hereticorum consuetudo, vt bonum aliquid pro se ferant, et malum deinde latentur ferant, habentes litum scilicet et melle gladium, & vt est apud Comicum, altera manu panem ostendentes, altera lapidem iacentes. sic faciunt hoc tempore non iatores, dum Iesu Christi sanguine, & per eum partem nobis iustificationem, qua nihil carius, nihil pretiosius habemus, scioscijs verbis, non tamen ad animarum consolationem, & salutem, sed ad sanctorum operum demolitionem extollunt, Christianamq; libertatem, qua a sceleribus, criminibusq; liberatio est, in carnis libertatem conuertunt, seruitutem, qua ex peccato exoritur, rursus nobis parantes. Per crucifixum mundi salutem.] Quaedam exemplaria habebant, per crucifixam mundi salutem.

HIERONYMVS DAMASO, EPIST. LVIII.

Importuna in Euangelio mulier, &c.] Vel loquitur de Chanana muliere, qua multa importunitate, filia sanitate a Christo obrinuit, vel de ea vidua, qua longa auiditate a iudice, quod volebat, impetrat. Ab amico panes amicus accipit.] Hanc historiam habes apud Lucam Euangelistam cap. vndecimo. Fecit homicidij poenam martyrium.] Sic emendauimus, poena enim mendose antea legebatur.

Christi vestem in Romana vrbe suscipiens.] Rursus asserit, se Roma baptizatum fuisse, & eleganter baptismum, Christi vestem appellat, in quem sensum dictum est ab Apostolo: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et ne putes alterius hanc de me fuisse sententiam, quod mereret ipse constitui.] Ne putaret Damaso, Hieronymum propter aliquod scelus, iudicium sententia in illam solitudinem relegatum, erat enim tunc Damaso ignotus, sua sponte se de accessibus scribit, quippe veluti talem sibi ob adolescentiae crimina irrogans poenam. Caelum, non animum, mutat, qui trans mare currit.] Horatii carmen citat: hoc autem dicitur in eos qui commutato loco, felicitatem, quam quaerunt, nequaquam inueniunt: quippe cum frustra transseant maria, & longinqua adeant regiones ob inueniendam felicitatem, si fidem semper, quo homo angitur, animus circumferatur, accommodat autem sibi propterea eam sententiam, quod in remouissimis, & ab humano consortio alienis oris, requiem, quam querebat, inuenire nequirit: non quod ipse animus aut non potuerit, aut noluerit mutare, sed quia humani generis hostis eosque illum persecutus vivere in pace non sineret. Hinc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat.] Omnis factio ad se rapere D. Hieronymum propterea festinabat, quod inuenis esset maxima eruditionis, & sanctitatis, & in magno apud omnes pretio tunc haberetur. In tres autem partes scissam Ecclesiam propter Meletium, Vitalem, atque Paulinum, omnes simul Antiochia episcopus, asserit. Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes.] Quia in contrariis dogmatibus, omnes cum Romana Ecclesia sentire, impossibile erat. Vt qui Apostolos honore sequebatur, sequebatur & merito.] Audi, quam clare consteatur, Apostolorum honorem in Romanum Pontificem translatum esse: propterea optat, vt Petri, & Pauli, qui Romanam suam martyrio illustrarunt, ac decorant urbem, meritum, ac lauream assequatur. Ita te alius senem cum Petro cingat.] Alludit ad praedictum Petro a Christo suum his verbis martyrium: Cum autem senueris, alius cingat te, & ducet quod non vis. Ita municipatu caeli cum Paulo assequaris.] Non alludit ad id quod Paulus natus in Tharsu Ciliciae, Romanae vrbi municipis fuerit, sicut in actis Apost. scriptum est, vt scholasticus putat, sed ad caelestem municipiatem, de quo dicebat: Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus: & alibi, Nostra autem conuersatio in caelis est, vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Municipia vero erant epida, quorum incolae,

rum incolæ, Romam profecti, honores adipiscabantur. Distabant à coloniis, & præfecturis: quia vinebant suis legibus, & suos magistratus habebant: colonia vero, præferunt Romanæ, Romanis videbantur legibus, & magistratibus, præfectura erant, ut ait Festus, in quibus & ius dicebatur, & iudicia agebantur, & erat quædam earum resp. neque tamen suos magistratus habebant, sed ab urbe missos. Gellius lib. 16. cap. 13. Municipis, inquit, sunt ciues Romani ex municipiis, suo iure & legibus suis videntes, municipiis tamen cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capebendo appellati videntur, nullis alijs necessitatibus, neque vlla populi Romani lege adstricti. Primos autem municipes, sine suffragij iure, Carites esse factos accepimus. Apud quem in Syria debeam communicare, significes. Qui eiusdem fidei erant, non solum suscepta simul sacra Eucharistia, mutuo inter se communicabant, sed interdum symbolo etiam aliquo dato, susceptoq;: cuiusmodi Roma erat fermentum, quod singulis diebus Dominicis ad presbyteros, qui erant in Parochijs, ut auctor est Innocentius primus, mittebatur.

EX DIALOGO CONTRA LUCIFERIANOS.

Proximè accidit, ut quidam Luciferi sectator. Lucifer Caralitanus ex Sardinia Episcopus fuit, vir catholicus, & aded Arrianis infensus, ut propter tale odium ipse etiam lapsus in errorem postea sit, assertens Episcopos ab Arrianis redeuntibus, sub nulla penitentia, ac satisfactione, nisi depositio Episcopatu recipi debere, & eis qui aliter fecissent, non communicandum. Arrianorum etiam baptismum aded improbat, ut baptizatos ab eis, nisi per manus impositionem, & invocationem Spiritus sancti suscipere nollet. initium autem erroris sui fuit propter odium Episcoporum, qui in Ariminensi concilio in subscriptionem Arriani dogmatis consenserunt. Alioqui prius à Constantio, Mediolanitanum degente, ut constat à Senero Sulpicio, vna cum Eusebio Vercellensi missus in exilium fuit, quod in damnationem Athanasij subscribere se noluerit, mansit autem Antiochia, & Paulini, eius vrbis episcopi, partes fuit. Naxianus enim in vita Basilij ait cum vna cum Eusebio Vercellensi scilicet, ex vrbe Roma Casarem ad sedandos tumultus, qui propter Eusebium Casariensem, & D. Basilium, de Episcopatu excitati fuerant, missum. Erasmus Augustinum quo reprehenderet, inuenit; quis autem fuerit Lucifer, inuenire minime potuit: cum tamen nec D. Augustinus errauerit, Luciferum Caralitanum Episcopum inter hereticos connumerando: & Luciferianorum heresis non à Lucifero Smyrneni, ut ipse putat, sed à Caralitano exorta sit. Factum de Ecclesia lupanar. Cum Lucifer nec Episcopos ab Arrianis redeuntibus, nisi depositio Episcopatu, reciperet, nec sacramenta ab eis data probaret, scripsitque multos à talibus Episcopis cum baptizatos, tum etiam ordinatos in Ecclesia: lupanar ex ecclesia factum aiebat, proptereaque se ab omnium communionem separabat, de qua re ita scribit Sulpicius libro secundo historie sacre: Ceterum Lucifer tum Antiochia longè diuersa sententiæ fuit. nam internum eos qui Arimini fuerant, condemnavit, ut se etiam ab eorum communionem se creverit, qui eos sub satisfactione, vel penitentia recepissent.

Nec ob Sardorum tantum mastrucam Dei filium descendisse. Hinc Sardorum episcopum fuisse Luciferum constat. Sulpicius in eodem libro: Interea Mediolanum conuenitur, vbi tum aderat Imperator. eadem illa contentio nihil inuicem relaxabat, tum Eusebium Vercellensem, & Lucifer Caralensem Sardinie, episcopi relegati. Mastruca autem Barbarica vestis genus est, Sardorum, qui ea videbantur, lingua ita appellata: Strigium hodie Hispani, Germani vero thenenem appellare dicuntur. Cicero in oratione pro Scæuro, Quem purpura, inquit, regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit, ab ea mastrucatus, qui mastruca veretur, dicitur: Mastrucatus, inquit Plautus, & plenus puluere est. & Cicero de prouincijs consularibus: Res in Sardinia cum mastrucatis Latrunculis à propretore vna cohorte auxiliaria gesta. Porro, volens regerere concilium, hoc nomine vsus Hieronymus est, quod Luciferianus ille, spurco, ac fordido vocabulo, Ecclesia Christi, lupanar factam esse dixerat. Et corpus atreclare Domini. Eucharistiam clavis, & eruditus verbis hic, & vbiq; vir sanctus corpus Christi appellat: & tamen nouatores hodie figuram patris, & virtutum corporis vocare audent: quam Iconoclastarum ante Berengarium fuisse heresim, ex Nicæna alterius œcumenicæ Synodi sine discere poteris. Qui penitentiam agit, priora condemnat. Contemnat, legebatur antea, non exemplarium ope genuinam restitutus lectionem. Atque ita eum qui traditus fuerat Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fieret, indicta in populo oratione, alatio reconciliat. Loquitur de reconciliatione penitentium post exomologesim factam, & penitentia leges expletas: hac enim sacerdotum fit manus: de qua nos latè in libro de confessione, & antiquarum penitentiarum lege ex Paribus diximus. Quomodo potest peccata dimittere, qui ipse peccator est? Luciferiani verba sunt

A hac, non Orthodoxi, ne putes sceleratum sacerdotem peccata dimittere in Ecclesia non posse: quippe cum ea virtute Spiritus sancti, non sacerdotis merito, dimittantur. De eius manu hodie Eucharistiam accipere, quem heri quasi idololatram respicebas. Melior lectio hæc est, Brixianorum codicum opere restituta, quam prius impressæ, vbi pro idololatram, Idolum habebatur. Meis cassibus concluderis. Cassum Latini pro vacuo, & inani acceperunt, ut lumine cassum hominem apud Virgilium, & virginem dote cassam penes Plautum. hinc casses veru dicta sunt, quod vacuas habeant maculas. Tu autem cum conditum ab eo cibum deuoras, cur insulsum arguis conditorem? Apposite, ut metaphora salis respondeat, sic sacram vocat Eucharistiam, que sacerdotum ore consecrata, populi in spiritali cibum dispensatur: verum quia prius Deo ut suauissimum, gratissimumq; offertur sacrificium, propterea subdit: Quamobrem ore te, ut aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptismus probas, aut reprobos eius baptismus, quem non existimas sacerdotem, neque enim fieri potest, ut, qui in baptisate sanctus est, sit apud altare peccator. Hoc autem ait, quia Lucifer episcopus, sacerdotibusq; ab Arrianis reuersis, sacramenta administrandi, facultatem omnem adimebat; baptismum tantum eorum probans, verum nec id quidem sine noua manus impositione, & Spiritus sancti inuocatione. Omnes propositionum verstrarum calles ad vnum compitum confluunt. Sicus callis obdurata, veluti que occalluit, semita est: sic compitum locus, quod plures confluunt via, appellatur. Bethelada, lacus Iudææ. Loquitur de piscina cuius mentio est apud D. Ioannem Euangelistam. hac enim Hebraicè בֵּית־עַלְמֵי, hoc est, domus effusionis appellatur. ait autem, quod sicut illius piscine aqua aliquem nisi ab Angelo prius mota, non fenebat, ita sacramenta virtute diuina, non merito hominis, ministrantur; proptereaq; verum ab hereticis confertur baptismus, nec opus esse illud aut iterare, aut per inuocationem Spiritus sancti suppleri. Quibus verbis & Cypriani sententiam de iterando hereticorum baptismate improbat, & eos confutat, qui ex aliquo illius locis, male perpenis, afferunt, D. Hieronymum putasse, necessariam esse in sacerdotibus rectam etiam vitam, ut vel absoluant, vel Eucharistiam conficiant. latè enim hic ea repræbatur opinio, quod si abbi contrarium videatur asserere, ideo facit, ne dum de sola sibi sacerdotes potestate obblauduntur, rectam viuendæ deserant viam; & quod potestate constringunt, exemplo deficiant.

Paruulus de serpentibus lufit. Alludit ad illud Esaiæ cap. 11. Delectabitur infans ab vberes super foramina aspidis, & in cavernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet, sic enim exprimit virum cui nihil etiam ab infantia scelerum nocuit. Ita tu peruerse religiosus. Corredtor legebat: Ita tum in peruersum duceris irreligiosus: sed malè: necesse est enim, ut verbi sequentis, id est, tribu, casus hic sit. hac enim sunt Hieronymi verba, ita tu peruerse religiosus: dicente ipso ioanne, illum oportet crescere, me autem minui, dum serui baptismus plus, quam habuit, tribuit, Dominicum destruis, cui nihil amplius relinquas. Nam & multa alia, quæ per traditionem in ecclesijs obseruantur, auctoritatè sibi scriptæ legis vsurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantie significationem, &c. Hac, que de obseruatione baptismi asserit, ex Tertulliano accepit, multa autem esse in Ecclesia, que non scripto, sed veterum ad nos venerint traditione, prædit non solum hic D. Hieronymus, & Augustinus in epistola ad Lianuarum, verum etiam illis longè antiquior Origenes, dum tabernaculi instrumeta cur velata humeris sacerdotum portarentur, in libro Numerorum exponit. Sed nil præclarior hæc in v. Apostolice testimonio, dum Theosalonicensibus scribit. Fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermone, siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios, dum de velando, aut non velando capite differit, loquens de traditione, qua vsu, & consuetudine seruabatur, non scripto: Si quis autem videtur, inquit, contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei, & inferius: Cetera autem, cum venero, disponam. Et per omnem Pentecosten] Pentecosten vocat, tempus quinquaginta dierum, quod est à Pascha vsque ad aduentum Spiritus sancti: quo tempore, ob resurrectionis Christi gaudia, neque ieiunat, neque genus fleat Ecclesia. Episcopus si imponit manum, is imponit qui in recta fide baptizati sunt. Loquitur de sacramento confirmationis, quod, manu ab Episcopis super baptizatos imposita, confertur, de qua re infra copiose. Alioqui si ad Episcopi tantum in inuocationem spiritus sanctus defuisse, legendi sunt qui in viculis, aut castellis, aut remotioribus locis, &c. Etiam à presbyteris in baptismate confertur spiritum sanctum, non tantum ab Episcopis in confirmatione, his verbis ostendere conatur: confertur tamen vrbique diuersis ex causis, videlicet in baptismate pro remissione peccatorum, in chrismate vero ad robur, & armaturam fidelium. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pedit. Summum sacerdotem Episcopum vocat: cuius auctoritatem maiorem

C

ceterorum sacerdotum potestate esse, ubi etiam clarè diserteq; testatur. sic Apostolorum locum Episcopi nunc tenent, lxxii. discipulis, quibus post B. Damasus presbyteri succedere, sic Aaron, & ceteri deinde Pontifices, id est, sacerdotes maximi, leuitis superiores semper fuerunt. Inde venit, vt sine christumate.] Vt etiam in eisdem esse consuetudinem vt in baptismo christum etiam addatur, non solum ex hoc loco contra hereticos nostri temporis discere potes, verum etiam id. assensu Cyrilli Catechisi Mystagogia tertia, Innocentius primus ad Decentium, Gregorius ad Laurentium Caralitanum, Ambrosius de Sacramentis, Synodi Afrasiceusis, Balaicensis, Valentia, & alie multe: item Rabanus, & his omnibus antiquiores Patres plurimi, quos proprio deinde opere suis loquentes verbis uti debemus. Quod frequenter, si tamen necessitas cogit, cum etiam licere laicis.] In necessitate laicos etiam baptizandos habere, & maiorem matore aliquo presente baptizare non posse, similiter, vt nunc Ecclesia consuetudo est, hic à B. Hieronymo auis. Reuera de Platonis, & Aristophanis sinu in episcopatum allegantur.] Reprehendit, quòd quis statim à studio secularis philosophia, & à poetarum lectione, sine aliqua sacrarum literarum eruditione in Episcopatum eligatur, electusq; deinde, non rectè, ac sincere predicando euangelio, sed demulcendis tantum auditorum auribus vacet. Malum profectò hoc est, verum inuadutos, aut mutos habere Episcopos, longè peius est. De his enim Esaius propheta, immo per Esaiam Dominus ad decurandos greges, curatis prius, quòd tibi bonis pastoribus careant, iuste ait: bestias, iratus ait: Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudèntissimi nesciunt satuitatem. ipsi Pastores ignorant intelligentiam, omnes in viam suam declinantur. Vnde si quisque ad auaritiam suam, à summo, vsq; ad nouissimum. Certè si vigilarent, & latrarent Episcopi, nec tot hereses quoties insurgentes, gliscerentq;, neque tantam in Ecclesia morum haberemus deformitatem. Dormiente enim patre familiaris, inimicus homo & zizanius supereminat. Accedit, quòd Arriana heresis magis cum sapientia sæculi facit, & argumentationum riuos de Aristotelis fontibus mutat.] Non solum Arriana heresis, sed omnis formè alia heresis sacris scripturis inimicitur, dum se nequaquam sacra scriptura auctoritati, verum ipsam sacram scripturam humano ingenio, terrenèq; ratiocinationi nititur accommodare. & hæc vna positissima ratio sacra scripturam nostro tempore genuit. Quapropter pulchre dictum est, Philosophos Patriarchas esse hereticorum, hoc autem verum esse, D. Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus egregie explicat catechesi quarta. Præterea cum sollempne sit, in lavacro post Trinitatis confessionem interrogare: credis sanctam Ecclesiam, &c.] Olim, in sanctam Ecclesiam legebatur, vocetam, in pluries hic repetitam non propterea amouimus, quòd emendatiora exemplaria eam non habebant, & rectius est vt in Symbolo vni tantum Deo, ad exprimendam maiorem fidem, illa apponatur, quamuis Cyrillus catechesi xviii. i. c. vitatur, & id versò post D. Thomas ostendat. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus.] Defecit in me spiritus, habebat antea transalpini impressores, nos, exemplarium, & ipius Psalterij ope, genuinam restituimus lectionem. & in secundo post hunc versu, Nunc, pro Non, reposuimus. Si Ecclesiam per totum orbem diffusam non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet: nimirum pauper factus est.] Hæc verba, Per totum orbem diffusa, olim deerant, nos suffragantibus ea reposuimus exemplaribus. Meminit autem Sardinia propter Luciferum, qui in Sardinia Caralitanus erat Episcopus, is enim cum omnem Ecclesiam obreceptos Arrianos Episcopos lupanari factam esse asseneret, solam Sardiniam, quòd ea talem non suscepit luem, Christo remansisse dicere videbatur: quem admodum, solam Africa olim mansisse Ecclesiam, Donatista assuerabatur. Et totum simul possidet mundum.] Olim non, Simul, sed Semel, legebatur. Quo modo ad Angelum vniuersa terre crucis trophæa collata sunt?] Angulum terra Sardiniam insulam vocat, & Celtiberiam Hispania partem: in his enim mansisse Ecclesiam, quòd Episcopus Arrianos non recepissent, Luciferiani aiebant. Nimirum aduersarius potens concessit Christo Iberiam, & Celtiberos, luridos homines, inopem que provinciam deditignatus est possidere.] Antea vitiatas erat hic locus: non enim, Inopemq; sed Aethiopiæq; legebatur, nos, ope quatuor exemplarium manuscriptorum, que Brixia sunt, genuinam restituimus lectionem, rationem enim, vt par erat, sic explicat, cur has tantum oras diaboli, qui totum, secundum Luciferum, possidebat orbem, Christo reliquerit: quippe veluti inops hæc esset provincia. est autem Iberia, Hispania pars, ad Iberum sinuum adiacens secundum Strabonem: qua ora, quòd Celta Galia populi eam olim possederint, Celtiberia cognominata est, luridos autem homines vocat, quòd sub nigro colore sint, hoc autem per ironiam dictum est: cum absurdum sit credere, Diabolum totius mundi dominum esse, & ab eo hanc tantam oram

A Christo concessam. De Aethiopia verò hic intelligi nullo modo poterat, cum provincia illa remotissima à nobis sit, & Ne Luciferi quidem nomè agnouerit, nedum vt partes eius sciret quod, si de ea intellexisset, Aethiopes magis, quam Celtiberos, nigros vocasset.] Sciant illam fidem nominari.] Fidem pro fiducia, hoc est, ardentiori credulitate accipit: hoc est pro fide viva, que spem, caritatemq; in se continet: à qua hominem iustificari nemo ambigit. Que omnia hic diligenter contra nonatores attende. Hæc est fides, quam ratò inueniri Dominus pronunciauit.] Typographi transalpini falso legebant antea, Quam raro inueniant Deus pronunciauit. aliose enim ad illud quod est in Euangelio, Putas ne, cum venerit filius hominis, inueniet fidem super terram? & ita rectius est, vt legatur Inueniri, quam inueniam, sicut nos ex antiquis codicibus emendauimus. Sub Rege Constantino, Eusebio, & Hippato consulis.] Constantio, legendam est, non Constantino, is enim Constantini Magni filius fuit, & Arrianus: ab eoz, Ariminensis Synodus, de qua citè tractat Hieronymus, congregata est. Eusebii autem, & Hippatii consules fuerunt anno Christi cccclvii, hoc est Constantij xxii. Tertia die refulxerit à mortuis, ascendit in cælum.] Ope antiquorum codicum nos reposuimus, A mortuis, ascendit in cælum: verba, que in nostre fidei symbolo sunt, deerant enim antea. De vix verò nomine abdicando, verisimilitatio præbebatur.] Callidè Arriani, vt quousq; id est, consubstantialis, tollerent, nomen veritas, id est, substantia nomen procurauerunt auferri: quasi non satis proprie dici possent, Deum substantiam esse: cum tamen & apud Græcos & ὁὐ, & in sacris literis, ΠΡΩΤΗ ΠΡΩΤΗ ΤΑΜΕΙΩΝ tam clare dicatur Deus. Valens Murstenis Episcopus.] Quidam codices habebant, Murstenis Episcopus: verum falsa est lectio: quippe cum Muria Galatia ciuitas sit, si Sozomeno credimus, & Valens alibi in tripartita historia iugoz, non Marforum qui Italia populi sunt, dicatur Episcopus. Non ignoro, Nicephorum, cum de eo, & Prefatio, seu Trisino loquitur, Pannonia eos vocare episcopos, asserereq; ex Mareotide, quo ab Eusebio misit fuerunt, venisse Romæ, & Iulio Pontifici reconciliatos fuisse, scè tamen, vt postea appertuit, Epiphanius Valentis de fide sua confessionem amplius recenset. Apud Aduriam autem, Cilicia urbem, Magentium, qui Constantem occiderat, à Constantio superatum, Sozomenus, Orofius, & Sulpicius referunt: que causa insinuandi se in amicitiam Principis Valentis, quod Sulpicius solus addit, occasio fuit, solus enim ipse & formidone à Principe amouit, & primus victoriam, quam à nuncio quodam homine accepit, veluti ab Angelis acceptam, renouauit: quapropter Valentis meritis se vicisse Imperator aiebat. Nec te similitudo nominum decipiat, quòd à Constantino, Magno scilicet, Romæ apud pontem Miluam Maxentium tyrannum superatum omnis prodat antiquitas, alter enim à Magentio hic Maxentius fuit: & iam, vt constat ex Sozomeno, Paulo Orofio, & aliis, obierat Constantinus Magnus, cum Magentius superaretur, falso autem penes Sulpicium Constantinus pro Constantio legitur, dum hanc describens historiam, ita ait: Sed principes mali istius habebantur à Singiduno Præfatus, Valens à Muria, ab Heraclia Theodoros, Stephanus Antiochenus, Acacius à Casarea, Menophanes Epheso, Georgius Laodicea, Narcissus à Neapoli. Hi ita palatium occupauerunt, vt nihil sine eorum nutu ageret Imperator: obnoxios quidem omnibus, sed præcipue Valentis deditus: nam eo tempore quo apud Muriam superaretur, falso armis certatum, Constantinus descendere in conspectum pugne non ausus, in basilica Martyrum extra oppidum sita, Valente tum eius loci episcopo in solatium assumpto, diuersatus est, &c. Quo id si quis à nobis fictum putat, sermone publica seruetur.] Actè Ariminensis huius concilij à D. Hilario conscripta fuerunt: Valentis autem & Præfati doli catholico, sicut D. Hieronymus testatur, deceptos esse, omnis prodat antiquitas. Sulpicius addit, lxx. tantum fuisse in ea Synodo Arrianos Episcopos, ceteros omnes catholicos: cumq; du inter se Catholici, Arrianiq; sine vitulitate aliqua dimicarent, frequentibusq; concilijs nihil proficeretur, placuit, vt ex parte Catholicoz decem legati Constantinopolim ad Imperatorem mitterentur, vt, qua esset partium fides, & Episcoporum sententia, posceret, sciretq; quo modo cum hereticis pax nulli miri posset, fecere hoc ipsum similiter Arriani, miseritq; legatos numero pares, verum callidiores quam ii qui à Catholicis mitterantur: quippe cum Catholici adulescentes essent, parum docti, parumq; cauti. Imperator, persuasus ab Arrianis fidem conscripseram, quam ab eis susceperat, subscribendam à Catholicis mandat, præcipiens interea Tatro præfecto pratorio, qui nomine Imperatoris Synodo aderat, vt cunctos Episcopos ad amplectendam eam fidem compelleret, & si qui pertinaciter resisterent, dummodò is numerus intra xv. esset, in exilium cogeret, reuerfis tali cum iustione legatis, maior rerum, consistorumq; perturbatio exorta est, ita vt partim radio peregrinationis, septem enim mense iam Arimini federant, partim inbecillitate ingenij Catholicis vidèti, in hereticorum partem inclinare ceperint, descendentibus à principio aliquot, deinde cæternatim alijs multis, verum cū non propterea vincere

Constantia habet Eusebii.

possent

possent heretici, presesq; & mina Tauri profecti ceteros catholicos A
vera fide nihilominus amoverent, Valens, & Praxius ad dolam, quo ca-
tholicos deciperent, cucurrerunt. finxerunt enim se id ipsum, quod catho-
lici credebant, de filio Deservire, quoniam de sola tantum Vsa voce
abicienda, vel non, inter eos vel scri. post quod ea que hic plene, & exu-
beranter refert D. Hieronymus, secuta sunt. Athanasius, cuius de hac re
pulcherrima exeat epistola, in itinere etiam a reditu coactos multos ca-
tholicos ad se secundum hereticorum fidem subscribendos, asserit. Italia
autem insignis vrbs Ariminum est, Adriatico mari adiacens, intra Pi-
saurum, Rauennam, & Cesenam posita. Tunc Hilarium, de
prelio reuerentem, Galliarum Ecclesia complexa est.] Hilari-
us, quod hereticorum conuulsum maximè obsteret, & tribus ad Impe-
ratorem datus libris, veritatem defenderet, ac Seleuciensis in Oriente cõ-
cilij Patres, ne Ariminensium professioni se subscriberent, retineret, remis-
sus in Galliam est, veluti perturbator pacis, sine absolutione aliqua im-
periali. hoc autem diuino factus est cõsilio, vt qui exul in Oriente Arria-
nos confregerat, eos, reuersus in patriam, pluribus conuocatis ex pro-
uincia Synodus, penitus extirparet. Tunc ad reditum Eusebij
lugubres veltes Italia mutauit.] Pudet referre, quam hic ineptiat
Erasinus, & quam temere, quasi nullus extet historicus, ceteris de rebus
calculum ferat, non contentus paulo superius dixisse, hypostasis nomen ab
Arrio inuentum, propterea q; reiectum à catholicis, cum catholicum esse
nomen, & à catholicis ad exprimendam personam usurpatum, quod nō
norit, nunc loquens de hoc Eusebio, ait eum Nicomediensem fuisse Epi-
scopum, & catholicum illum faciens, Constantium, Constantini Magni
filium, ab eo rebaptizatum ferri asserit, quod prius Arriani eum baptiza-
uerint, statim deinde se reprimens, ac vltimò obfirmato vestigio, quorsum
eat ignorans, nautam in tenebris homini similes, subdit, alterum huius
nominis ferri Eusebium, Casarea Palestina. Mira hominis caritas, qui
pro vno catholico Episcopo duos nobis substituatur Arriothos. Quis enim
nescit, Eusebium Nicomediensem, & Eusebium Casariensem, nedum
Arrianos, verum Arrianorum antesignanos fuisse? qui hoc ignorat, nescio
quid non in rebus sacris ignoret. Sed condonemus hoc scribentis festina-
tioni, qua detentus videre ex historijs nequiuert, quis hic fuerit Eusebius,
& an illi quos nominat, Arriani, vel catholici fuerint: alteram verò scordi-
am excusare quo modo poterit? Nam si vel ex Nicomedia fuit, aut ex
Casarea Palestina, numquidnam Nicomedia, vel Casarea Palestina in
Italia sunt, vt ad eius in Ecclesiam suam reditum lugubres veltes Italia
mutari? Omitto alterum de rebaptizatione Constantij errorem. Hac
obiter, iuuanda Ecclesie, non persequendi hominis causa, commemorauit.
Hic autè Eusebius, de quo D. Hieronymus loquitur, Vercellensis fuit E-
piscopus, vir maximè orthodoxus, & precipuus Arrianorū hostis. relega-
tusq; est vna cum Lucifero Caralitico, Sardinia Episcopo. longam de eo
mentionem inuenies apud omnes veteres historicos, presertim Sulpiciū,
& Nicephorum, nec omisit eum D. Ambrosius: Maximusq; Episcopus
Taurinensis duas de eo editit homilias, relatus est autem inter sanctos,
eiusq; festum celebratur calendis Augusti. Et Euzoiius diacono-
sus, qui post Eudoxium Antiochenus Episcopus fuit.]
Euzoium Eudoxium Antiocheno episcopatu successisse, constat ex hi-
storica tripertita, Socrate scilicet lib. 2. c. 43. 44. & Sozomeno lib. 4.
c. 12. Quia omnia Lutiis explicat Nicephorus Callistus lib. 9. c. 48.
Hieron. qui hereticos Arrianos hic recenset, omittit Meletium, qui illā
sedem medius inter vtrumq; tenuit: catholicus enim erat, & ab impe-
ratore Valente inde electus, in exilium actus est. fuit autem vterq; horū
Arrianus, sed Eudoxius Aetiana erit factionis. Hic locus antea ab Era-
sino corruptus fuit. legebat enim: Et Euzoiius diaconus, qui postea sub
Theodosio Antiochenus Episcopus fuit. quasi Arrij tempore, cuius fami-
liaris fuit Euzoiius, Theodosius Imperator vixerit, deceptum eum alter illius
temporis Euzoiius, de quo in catalogo fit mentio: qui catholicus fuit, &
Nazianzenus ad eū scribit, nos suffragantibus cum historijs, tum ex-
emplaribus, ita emendauimus. libenter enim sciemus, cum quidem licet,
auctoritatem antiquorum librorum testimonio historiarum confirmare.

Et tres conflores de exilio reuerentes.] Perspicue intelligit
de D. Athanasio, Hilario, & Eusebio Vercellensi, qui Arrianorum perse-
cutione in exilio fuerunt. hi enim tres catholica fidei propugnatores fue-
re maximi, & per eos ferè solos orthodoxa mansit religio.

Cogor de beato Lucifero secus quidquam, quam & illius
meritum, & mea humanitas poscit, existimate.] Propterea Luci-
ferum commendat, quod catholicus fuerit, & Arrianorum acerrimus
persecutor. actus est enim eam ob causam, illi instantibus, in exilium vna
cum Eusebio Vercellensi: & Paulinum Antiochie Episcopum, quem Dama-
sius in Episcopatu postea confirmauit, elegit: vnde inter eum & Euse-
bium dissensionis fuit origo; vt latè Nicephorus tradit.

In tali circuitu Ecclesie, in tanta rabie lupotum, segrega-
tis paucis oculis, reliquum gregem deseruit.] Doleret in
extrema necessitate Lucifer Ecclesiam deseruerit, hoc enim fecit, dum se
à ceteris, paucis retentis omnibus, segregauit, asserendo reliquum Ecclesie

corpore factum esse lupanar, noluit enim communicare Episcopi reueren-
tibus, qui Ariminensi concilio, quamuis decepti, subscripserunt: & qui
ij erant quamplurimi; & ipse eos pollutos, ac Diaboli membra factos
asseruerat, propterea totius Ecclesie corpus lupanar esse dicebat. Segre-
gatis autem paucis omnibus ideo dicit, quod ipse à communione ceterorum
discedens, cum paucis scilicet amicis suis remansisset: ij autè fuerunt Sardi,
quorū ipse erat Archiepiscopus, & ex Hispanis Celtiberi tantum, vt su-
perius dictum est. hos enim reuersus ab exilio infecit. nam Sardiniam
reperit esse eum post dissidium cum Eusebio Vercellensi, ob Paulini Antio-
chie Episcopi electionem, initum, Nicephorus lib. decimo, c. 17. distri-
prodit. hac autem duo loca, mirum est, quam se ipsa inter, retentur, ge-
nuinamq; esse ostendant locutionem, vbi pro, Aethiopia, Inopem provin-
ciam, substituitur. Hoc illum amore glorie, & nominis in
posterum transmittendi, fecisse.] ait maledictorum esse sententiam,
Luciferum amore glorie se à communione Ecclesie eo, quo supra dictum
est, modo segregasse: propterea se id minimè affirmare.

Et pro similitate, quam aduersus Eusebium propter An-
tiochenam dissensionem suscepit.] Suprà in epistola ad Dama-
sianum, LVII. & LVIII. breuiter à nobis relatum est, quanto dissidio An-
tiochena Ecclesia pressa sit, propter Paulinum, ceteris, & Pitaleonem,
omnes eiusdem vrbs, vno eodemq; tempore Episcopos. Cum itaque, vt
constat ex Nicephoro, & Sulpicio, Eusebium Vercellensem, & Luciferum Ca-
ralitanum, Antiochie propter religionem catholicam, quod simul mis-
suerant, exularent, intercessit eam ob causam inter eos dissidium, quod
Eusebius Paulini electionem, quam Lucifer fecerat, vt restaret Nice-
phorus, improbare, declinauit propterea ab Eusebio commune Nic-
phorus, & se tandem in Sardiniam recepit. vbi Luciferianorum sectam fundauit,
eamq; in Hispania vsq;que partem effudit. & iam Sulpicius cum Ni-
cephoro refert Antiochie cepisse Luciferum à communione reliquorum
se segregare. Non omitam postremo, hunc quoque locum emendatum à
nobis esse: legebat enim antea: Hoc illum non amore glorie, &c.

Verbis eum à nobis dissentite, non rebus: si quidem eos
recipiat, qui ab Arriani baptismate consecuti sunt.] Vide, quam
Luciferi fidem, ac zelum faciat D. Hieronymus, vt eum condemnare nō
ausit: propterea non in eum, sed in eius sectatores dialogum inscripsit: ait
enim, verbis tantum, non rebus à catholicis Luciferum dissentite: pro-
pterea quod, si Arrianorum baptismate nō improbat, nec Episcopos Arria-
nos, qui illud acceperunt, improbare possit: & ita Episcopos ab Arrianis, si
in ceteris sint catholici, non abiciat reuerentes. Apparet autem, mori-
timum fuisse Luciferum, cum hoc dialogum inscripsit vir sanctus.

Quid aduersum Hilarium dicendum sit, qui ne baptiza-
tos quidem recipiat ab Arrianis.] Hic Romana Ecclesie diaconus
fuit, & antequam Arimini Synodus celebraretur, baptizatos à Mani-
chæis recipiebat: postea, ob hereticorum odium, Arrianorum baptismate
improbare cepit: de qua re libros etiam contra Ecclesiam edidit, & Cy-
priani sententiam secutus est. Quia post se nullum clericum
diaconus potuerit ordinare.] Cum diaconus fuerit Hilarius, & à
diacono nemo possit ordinari, clarè apparet eius successorem in Ecclesia
nullam esse posse. Ecclesia autem non est, qua non habet sa-
cerdotes.] Sacerdotem, legebat antea, aperte autem vir sanctus
asserit, nullam esse ecclesiam, vbi sacerdotes, hoc est Episcopi non sint. sic
D. Ireneus, ex longa Romana vrbs successione, ibi verum esse Ecclesiam
prodit: sic Tertullianus in libro de prescriptionibus hereticorum, & ali-
bi: sic reliqui fidei nostri veteres asserunt: & tamen hodie, ibi esse Ec-
clesiam nouatores aiunt. vnde Episcopus eiecerunt, & Montanistarum
more, Cenones, hoc est vanos quosdam, & nullius auctoritatis homines,
substituere, quos modo concionatores, aut verbi Dei ministros, modò dis-
pensatores appellant. ij enim, vt statim subdit D. Hieronymus, ipsi sibi
& laici sunt, & Episcopi. Vt in illa omnium animalium gene-
ra, ita & in hac vniuersarum & gentium, & morum homines
sunt.] Multis ostendit, in Ecclesia bonos pariter esse & malos: quam
temè peregre egredere etiam prosequitur D. Augustinus contra Donatistas, &
eius sectæ hominem Petilianum; cum Ecclesia comparatur decem virgi-
nibus, quarum quinque sint satue, & agro, in quo zizania etiam segeti
inmixta sint; & sagena missa in mare, & ex omni genere piscium con-
greganti, &c. Quæ professio sicut olim Donatistas in Africa, & Luci-
ferianos in Sardinia, & Celtiberia ingulauit, ita posteriori tempore Vici-
lianos in Anglia, & Hussitas in Bohemia, & nostro Lutherianos in
Germania consodit. Emittere de arca coruus, & non rediit.]
Sic habent lxx. Interpretes: & par est credere, hoc coruum cadu-
entibus detentum, vt Sulpicius quoque retulerat, fecisse. hodie tamen Hebræi ha-
bent, eum quiddam, vbi consisteret, non haberet, rediisse semper, quosque
aqua diluuij cessauerint. Hieronymus nigrum altem pro Diabolo ex
Ecclesia electo, interpretatur. Quotidie in industria rusticana.]
Persistens in agri metaphorâ, cui Ecclesia comparatur, qua re rustica
nocent, hostibus, malisq; Ecclesia nunc egregie accommodat. abigere au-
tè aues sonitu, & imaginibus exterrere, crepitare flagelli, ac formidine

Erasmus Eusebium Vercellensem vocat in Frobenij editione. 1553.

B

C

D

rendere, nihil aliud professi est, nisi prauos, & hereticos homines propo-

positi ac iustitias panis deterrere, ne sacro Ecclesie corpori noceant.

Quibus exeantibus.] In fine seculi, eiecit in artatum impro-
bis, Ecclesiam sine macula, & regere manere, Augustinus etiam, mal-
tus in locu, prae se in contra Donatistas, diserte probat.

Ad antiquam consuetudinem reuolui.] Mutasse Episcopos,
qui cum D. Cypriano de rebaptizandis hereticis stauerant sententia,
& ad antiquam, nouato decreto, redidisse consuetudinem, aperte hic tes-
tatur D. Hieronymus, fecisse id ipsam etiam Cyprianum, simile vero est
credere, sicut de eo hoc idem non temere creditur Augustinus.

Tunc Simon Magus, & Menander, discipulus eius.] Insti-
tus, & Clemens in recognitionibus, & alij ex veteribus, has Simonis
Magi ineptias multis testantur: se enim Dei virtutem, vel potius incog-
nitum Deum esse asseuerabat. coarguit autem eum huius haereseos B. Pe-
trus Apostolorum princeps, Caesarea Palaestina primum, deinde Romae,
meminit autem eius Lucas in Apostolorum actibus. Menander eius disci-
pulus fuit, praetertorij, similia docebat, vt testatur Epiphanius, asserens
se virtutem Dei esse, missum profalute omnium, & vt assecras suos a po-
restate Angelorum, qui mundum creauerant, eriperet: aiebat enim, se
maiores praetore interea faciens, mundum non a Deo, sed ab Ange-
li factum, Simon, eum qui mundum creauerat, creationis gloriam igno-
tato illi a quo missus fuerat, praeiurisse Deo, quem se esse dicebat, asse-
rabat. Haec autem blasphemia, mirum est, quam apposite diuini-
tusq; inuenit Petrus Apostolus apud eundem Clementem confutes ar-
gumentis. Cyprius, Hierosolymitanus Episcopus, cuius Synodus Consttan-
tinopolitana, ad Damasum scribens, honorifice meminit, ita de Simone
Catechesi sexta scribit: Et omnis haereseos auctor, & inuentor est Si-
mon Magus: Simon, qui, vt est in actibus Apostolorum, inestimabilem spi-
ritus gratiam argento se comparare posse existimans, audivit: Non sit
tibi pars, neque hereditas in sermone hoc, & quae sequuntur. De quo
scriptum est: Quod ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: si enim
essent ex nobis, permansissent nobiscum. Hic autem cum esset Romae,
posteaquam ab Apostolis reiectus est, & Graecam Selinem quandam
meretricem circumducens, ore nefandam primus ausus est dicere, se ipsum
esse Deum, qui in monte Sina tamquam pater apparuit: ac deinde apud
Iudeos non in carne, sed in imagine tanquam Christus Iesus visus est,
atque postea tanquam spiritum sanctum a Christo mittendum se esse
promissum. & ita seduxerat ciuitatem Romanam, vt Claudius illi fra-
tuam erexerit, cum ea inscriptione in lingua Romana: Simoni Deo
sancto. Dilatato autem errore, per amicorum bonorum illam calamita-
tem cori exit, Petrus, & Paulus, cum essent praesides Ecclesie, & osten-
tantem sese istum Simonem statim extinxit. cum enim predicaret Si-
mon, in calum sese ascensurum, & vehiculo Demonum in aeternum esset
sublatus: flexis genibus serui Dei, & concordiam ostendentes, de qua
dixit Iesus, Quod si duo ex vobis concordauerint, de quacumque re,
quam petierint, fiet ipsis: Concordia hoc telum per orationem emittentes
in Magum, deterrerunt illum in terram. Nec mirum est, Petrus enim
erat, qui clauis regni caelorum portabat: non est mirandum, si Paulus
enim erat, qui in tertium caelum raptus fuerat, & in paradysum, & au-
dierat arcana verba, qua non licet homini loqui, ex aere in terram de-
presserant eum, qui se appellabat Deum, deinceps ad infernum detruden-
dum. Hucusque D. Cyrillus. Dositheus Samaritanus.] Hic
Samaritanorum Princeps prophetas non recipiebat, sed Moysis tantum
legem, sicut fecerunt postea Sadducei, qui ex illius radice nati carnis
amplius resurrectionem negabant, vide de eo Iosephum.

Nomen quoque a dissidio susceperunt.] Sicut Sadducei, quod
Hebraice est שַׁדְדַּי in isti interpretantur, ita Pharisei פְּרִישִׁי diuisio-
nes, quemadmodum de Phares nomine scriptum est, Quare diuisa est
propter te materia. שַׁרְשֵׁי autem interpretes, ac expositores legu signi-
ficant.

Saturnum quendam.] Antiochiae ortus est Saturni-
nus, & eadem quae Menander, commentus est. Vide apud Epiphanius:
apud qui etiam de Ophitis, qui colubrum, Ad seductorem, colebant.

Et Gnoitam Carpocratem.] Hic locus antea vitiatus, coniectu-
ri interpretis addo confusus fuit, vt vix restitui poterit, post Ophitas,
aliqui in exemplaribus legebatur, Chaldaeos: ipse Caianus pro Chal-
daeis substituit, eos scilicet qui Cain & Iudam coluisse produntur; Cain
quod fortissima virtus fuerit, Iudam, quod pio consilio Christum pro-
didit, hanc tamen vocem in si holis tantum, non in ipso Hieronymo
posuit, nos est scholiis etiam expungendam asserimus, non apud veteres: re-
peritiam codices. Chaldaeos etiam vocem propterea non apposuimus, quia
praeter quod assuta ab imperitis hic fuerat: pauci enim, nec multa fidei
codices eam habebant. Chaldaeus pro Astrologis non pro hereticis sumuntur.
Post vocem, Ophitas, legebatur prius & Choitam, & Carpocratē,
interpretis vel Gnoitas, vel Serboitam, vel Choitam Carpocratem legit,
veluti ita dictus sit, quod Christum terrenum, hoc est simplicem dixerit
hominem. Talis est solis coniecturis caput fructus, vt, vbi homo consistere
animo possit, minime inueniat. Legendum est autem, vt suffragantibus

A manuscriptorum exemplaribus nos emendauimus, Guditam Carpocratē me-
fuit enim Carpocrates Gnoita, sive Gnosticus, vt testis est Epiphanius
libro primo c. 27. hoc autem sibi propterea sumptum hereticum sibi no-
men, quod magnam sibi scientiam vindicarent cognitionem, inter alios
vero errores affirmabat Carpocrates, vnum esse principium, & perenni-
vniuersum, ignotum, & innominatum, mundumque, & quae in munda-
do sunt, Angelos habuisse factores; descensuq; eos a superna virtute,
Christumq; non a spiritu sancto, verum a Ioseph genitum fuisse, ceteras
eius blasphemias vide apud eundem Epiphanius, Irenaeum, & Euse-
bium Caesariensem. Egestipsum hunc quoque vna cum alijs hereticis, e-
ditis libris, confutasse, Haymon in quaio memorabilium rerum testatur
libro. Et Cerinthum, & huius successorem Hebionem.]

Epiphanius libro primo c. 28. scribit Cerinthum similes Carpocrati ha-
buisse blasphemias, asserens legem vna cum prophetis ab vno Angelorum
datam fuisse, Christumq; ex Maria, & Ioseph coepisse, nec esse aeternum
Dei Patris verbum, debebat autem haec bellus in Asia. D. Iohannes contra
eum, & Hebionem Christi diuinitatem negantes, praclarissimam eua-
gelium suum scripsit: & oborta haereseos occasione aeterna Dei veri di-
uinitatis sacratissimum lumen mundo inuenit.

Quo B. Cyprianus ob hereticos rebaptizandos in episto-
lis suis reliquit.] Falso antea legebatur, Ob hereticos non rebaptizan-
dos: nam Cypriani & Patrum Africanae Synodi decretum erat, vt bap-
tizati ab hereticis rebaptizarentur, cuius concilij decreta D. Augustinus
dam ea resellit, omnia ponit, D. Hieronymus hic Cypriani errorem pere-
grete excusat: quippe cum non propterea se a comunione contrarium
asferentium separauerit, ipseq; in odium Sententiarum, pro honore, &
veritate catholice, bono id fecerit animo. Hilarium Deucali-
on orbis.] Apposite Hilarium diaconum, orbis Deucalionem appel-
lat: quastotus mundus in hereticorum baptisinate, veluti in altero orbis
diluuio, periturus fuisset, nisi ab vno Hilario per alterum restitueretur
baptisina, nota est enim Pyrrha vxoris, & Deucalionis mariti fabula,
quo modo in Parnassimontis vertice diluuij tempore cymba seruati, ia-
ctis post terga lapidibus, humanum restituerunt genus.

Et a Manichaeis baptizatos recipiebas.] Roma etiam com-
prehenso fuisse olim Manichaeos, indeq; statim eiectos, Leo Papa in ser-
monibus suis testatur. huius haereseos inuentor Manes quidam Persa fuit,
paulo ante D. Cyrillum Hierosolymitanum, qui eius historiam laie ca-
techesi sexta persequitur, hoc est Probi imperatoris tempore. Rex Per-
saram, quod filium, quem sibi seruare promiserat, occidisset, excorari il-
lum fecit, corpore bestis protecto, & cute, in star viui, ante portas iussit en-
sa, tres reliquit post se discipulos, Buddam, Hermem, & Thomam, qui
euangelium, quod Thoma Apostoli nomine circumferebatur, composuit.
Libri alij, capitum scilicet vnus, alter mysteriorum, & tertius thesau-
rorum, quos Manes habuit, Scythianum quendam, Aegypti cernentem,
auctorem habuerunt. vacabant Manichaei diuinationibus, & com-
munibus impudicisq; lauacris: Christum solum hunc visibilem esse dice-
bant, proptereaq; solum adorabant, & mane Orientem saluabant, libe-
rum arbitrium tollebant: resurrectionem Christi non veram, sed phan-
tasticam esse contendebant: Deum veteris testamenti, malorum inuen-
torem vocabant: & cibos, quos Deus creauit ad vtendum cum gratiaru
actione, vti mali blasphemabant, eosq; nisi prius execratos non succi-
piant. Manes praeterea, quod nomen Persarum lingua hemillam si-
gnificat, sicuti insanu Graeca, cum Curbicus antea vocaretur, magia va-
cabat, Demones inuocabat, & se spiritum sanctum esse asseuerabat: co-
uictus in Mesopotamia ab Archelao Episcopo primum fuit, reliquas Ma-
nichaeorum blasphemias breuitate causa omittimus.

Et nouum balneum aperis.] Sic vocat nouum, quod Hilarius
predicabat, baptisimum. Cum Praxea, cum Hebione, cum
Cerintho, Nouato.] De Cerintho, & Hebione iam diximus: contra
Praxeam, vide quae reserat Tertullianus. Ne uatus autem peccantes
post baptismum non recipiebat ad penitentiam, si mortifero aliquo pec-
cato lapsi fuissent. D. Cyprianus de Nouatianis, qui eius tempore cepe-
runt, in multis epistolis multa. Exceptis Pauli Samosatani disci-
pulis.] Hos solos legimus non susceptos a Nicana Synodo, sed rebapti-
zatos fuisse, propterea quod in baptismi forma peccasset, no enim bap-
tizabant in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Montenses, sive Campitas.] In sti in dissimilibus rebus, vt Mon-
tanos, ob vilem haereseos fedditatem, a campis potius, quam a montibus,
cognominandos esse dicat. Cum & Diabolus de scripturis ali-
liqua sit locutus.] Haec enim hereticorum consuetudo est, vt scriptu-
ras non secus quam quod Diabolus in tentando Saluatoris nostri Christo se-
cit, inueniant, & ad praeterea eorum torqueant sensum: cum tamen nos
in legendo, sed in intelligendo viu eorum consistat. Non recipien-
dos qui calciati sint, & duas tunicas habeant.] Quam facile fit ex
Euangelio haereseos firmere, hoc in summo ostendit exemplo: Christus enim
& calciatos incedere Apostolos, & duas habere tunicas prohibuit, ve-
rum quotquot homini necesse sunt, vnus tunica nomine intelligitur,
vt cum

ut eum locum D. Hieronymus interpretatur, & discalciatos ambulare, ad consilium, Apostolica perfessione simile, non ad necessitatem pertinet Christianorum. Vterq; notrum palam refert, tu mei, ego erroris. Ante mendosae Palmam refert in mei, & ego erroris.

Ad auitum, quid canendum sit in libris *πρὸς ἀπὸν*.

Seu bene, seu malè dixisset ille qui scripsit. Intelligit de Rufino, prout autem nominis, ne maior inter eos accendatur odium: ille enim has Origines verterat libros, veram detractis additisq; nonnullis.

Inter scorpiones, & colubros incedendum. Verè, qui legie libros *πρὸς ἀπὸν*, inter colubros ambulat, & scorpiones infinitis enim blasphemis pleni sunt, ita vt mirum sit, talium virum in tantas decidisse ineptias. deficiant enim, vt libet, Eusebii Casariensis, Socrates historicus, Ioannes Hierosolymitanus, Rufinus, & alij: ab omni enim Ecclesia reiectus est vt hereticus, laborantibus maxime hac in re Theophilo Alexandrino, & Epiphano, Salaminae Cypri Episcopi, & D. Hieronymo presbytero. In cassidra corpora relegetur. [Est, Religiosa, multi manuscripti habebant ead. es, nos impressam magis retinimus ledionem, quòd Origines veluti in exilium quoddam huc è celo, propter scelera tibi perpetrata, animas mille affirmabat. Omnes rationabiles creaturas ex hominibus posse fieri.] Sic habeat plura, ac meliora exemplaria, non, ex omnibus: quippe cum ex hominibus, non ex omnibus mundi rebus, rationales: reaturas, Demones scilicet, & Angelos fieri posse, Origines assueveret, hoc est ex rationalibus rationales.

Qui affecit *πρὸς ἀπὸν*. Sic anima de corpore in corpus transmigrationem, seu verus transanimationem, quod ponebat Pythagoras, Graeci vocant: de qua res nos supra à ex Diogene Laërtio diximus.

Non iuxta Epicurum vno tempore plurimos, & sui similes. Hanc Epicuri opinionem ipsemet Epicurus in epistola, quam ad Herodotum scripsit, aperte recenset, putans se id ex atomis, à quibus asserit mundum fieri, quasi vs infiniti sint, & in infinitum serantur, probare posse. *ἀσάφεια* id est non vaga, minime mobilis, sic vocat firmamentum seu octauum Sphaeram, quòd stella qua in ea sunt, fixa sint, ac minime moueantur. *ἀσάφεια* autem quòd zonis, ac veluti cingulis distinguatur, similiter ipsum octauum celum, cum Sphaera, que ab eo comprehenduntur, appellatur, quòd superioribus calis oppositas habeant Zonas.

Non punit in supplicis, sed in conscientia peccatorum. Pro, Non punit, Non potuit, manifeste errore antea legebatur, sicut paulo inferis, Cui necesse fuerit, pro, Cùm necesse fuerit.

Malis replentur spiritibus. Replentes, falso antea legebatur.

Quem rerum ordinem, totius mundi regit prouidentia, dum aliae virtutes de sublimioribus cortuunt, &c. Hic locus ope Brixianorum codicum restitutus est: vitiatas enim maxime erat: nã transalpini typographi ita habebant: Quem rerum ordinem, & totam mundi prouidentiam. Quando receperit gloriam filij Dei, J Filiorum Dei, legendum est, secundum illud Apostoli, Et gloriamur in spe gloria filiorum Dei: prius tamen, Gloriam filiam Dei, legebatur.

Quòd si legas, Gloriam filij Dei, non est ipsa etiam incongrua lectio, quippe cum sancti, qui Christi coheredes sunt, recepturi sint gloria filij Dei, de quo scriptum est, quòd in gloria sit Dei patris: & alibi: Vt sciatis, que sit spes vocationis eius, & qua diuina gloria hereditatis eius in sanctis.

In libro Numerorum. Intelligit de ordine quem circa mouendum bellum, Deus per Moysen, Israeliticum populum c. 10. Numerorum docuit. Pater, qui me misit, maior me est, in omnibus verum esse contendit. Hic hic locus viri, sus erat: legebatur enim: Pater, qui me misit, maior est omnibus, astruere enim volebat blasphemiam, quam ab eo Arrius postea accepit, minorè scilicet patre filij esse: propterea Euzangelij locum citauit, at nullibi scriptum inuenimus: Pater qui me misit, maior est omnibus: sed aut, Vado ad patrem, quia pater maior me est: aut, Pater meus, quod dedi mihi, maior omnibus est.

Et ructum cum illa deprauatione lapsos se ad meliora correxerint, dissolui in nihilum. [Lapsum sed, antea perperà legebatur.

Et qui in alio loco filium, & Spiritum sanctum, non vult de Patris esse substantiam, ne diuinitatem in partes secare videatur: naturam omnipotentis Dei angelis, hominibusq; largitur. Originem Arrij, & Eunomij fontem fuisse, quorum primus in filij, alter in Spiritum sanctum, hoc eodem modo blasphemabat, satis hinc constat: propterea subdit, ab his qui Arrium, & Eunomium impugnant, hanc quoque Origines impietatem consulari, scripserunt autem contra Arrij mibi, verum precipue Athanasius, Eustathius, & Hilarius, sicut contra Eunomium Basilium: in cuius sectatores egregia etiam extat Gregorij Nazianzeni oratio. Fuit autem Eunomius Eudoxij discipulus, & Aetij successor: qui prater blasphemiam quam contra Spiritum sanctum tulerat, asserbat, teste Socrate in quarto Ecclesiastica historia libro, Deu de sui subiecta nihil amplius scire, quàm nos sciamus. & vt in fine tertij Epiphanius addit, rebaptizabat promiscue omnes, tam scilicet eos qui ab Arriano, quàm qui à catholicis baptizati essent. Hæresim quoque

Manichaorum propterea ab Origene fluxisse Hieronymus asserit, quòd illi etiam, vt testis est libro secundo Epiphanius, *περὶ ἑρμηνείας* vsque in ipsa bruta animalia ponebant, & vnum Deum ab altero, veluti illi oppositum discernabant. Origenem, eiusq; sectatores Proclum, & Aglaophonem Methodius Martyr, Tyri Episcopus, primus omnium oppugnauerunt, presertim in his que erant contra resurrectionem. Calcias pedibus. Appositi è, calcias pedibus Hebraeorum in Israel, ad veram repositionem rerum pergendam esse, ait, propter scorpiones, & colubros, qui in via euntibus insidiantur, vt mordeant, vsus est autem hac metaphora propter varias, prorsusq; Origines hæreses. infelicem huic vinum infelicitior exitus secutus est. Serapi enim in Alexandria illum iam sentè litasse, Epiphanius, & Suidas testes sunt. Arcuato scorpij vulnere. Arcuatum vulnus propterea dicit, quòd scorpius iuxta arcum, dum mordet, eandem insidet, sicq; venenum effundat. Legat prius huic librum. Audiant hæc qui hereticorum libros passim sibi legendos fore contendant, & salubrem parentis Ecclesia prohibitionem despiciunt, venenum enim aureo etiã haustum poculo, nisi presumpta antidoto, semper nocet.

Epiphani ad Ioannem Hierosolymitanum, epist. 11.

Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiã. Hæc inter cetera sunt verba, que malè à D. Hieronymo versa Rufinus cauillabatur: Græcè enim sic scripsit Epiphanius: *ὁ δὲ γὰρ ἵνα ἀπαμάρτησῃ τὸ πνεῦμα τὸν κατὰ πρόσωπον φέρειται*. Vide infra de optimo genere interpretandi, epistola c1. Cleri eorum non proderunt eis. Sic verterunt lxx, quod nos Hieronim capite duodecimo nunc ita legitimus: Hereditatem acceperunt, & non eis proderit.

Scribebantur & epistolæ bibline iuxta Esaiam. Hoc est, epistola ita grandes, ac granes, vt essent libri in Israel, volumina vocat Hieronymus, in Hebræo est *ספרים* hoc est, in vastis papyri, quod lxx. *ἑσθλας* Casbalas: transfulerunt, accipientes ΝΒΓ pro epistolis, quippe cum in papyro illa scriberentur, & *ברברי* non *ברברי* legentes, in sententiam Phornuui philosophi in libro *περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως* accedens Cyrillus Alexandrinus, super illo Esaiæ capite (liber tamen non est impressus,) postquam fabulam Adonidis à Venere quaesit, quod Ofrids, & Isis nomine occultebant Aegyptij, multis retulit: scribens de Biblio, quæ ex Strabone, Plinio, & Eufstathio, & ex sacris etiam literis, constat verbum esse Libano monti vicinam, ait, quòd ad eam ex Aethiopia per mare & Aegypto Diabolica arte litera vasti inclusa perferebantur, quibus mulieribus, vt desisterent à plancu, de quo Ezechiel meminit, significabatur, Adonidem Veneris amatum iam inuentum, in Biblio coli solitum Adonidem constabat etiam ex Plinio lib. 5. c. 20. In monasterio fratrum. Excusat se, quòd diaconum quendam, mox eundem presbyterum ordinauerit: asserens etiam ad diaconum Ioannem Hierosolymitanum Episcopi non pertinere, erat autè hic Paulinianus frater D. Hieronymi, degebatq; tunc, cum ordinaretur, in monasterio peregrinorij, Epiphanius nomine uicupato: vt latius id ipsum testatur Hieron. infra ad Theophilum epistola lxxi.

Et sancti presbyteri Hieronymus & Vincentius propter vetecundiam, & humilitatem nollent debita homini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quæ Christianorum præcipua salus est. Intelligit de sacrificio Missæ. Hæc autem Vincentius socius D. Hieronymi fuit, vsq; in epistola ad Panmachium contra errores Ioannis Hierosolymitanum inuenies. Sacrificandi autem ministerium recuasse ambo, propterea dicit, quòd animarum, vt reor, curam declinarint, quippe qui contemplatione Maria magis elegerant, & Deo arctius vacare disposuerant, vt ambo, quod sequenti constat epistola, in Argis, & solitudinibus adolescentiæ peccata desentes, Christi misericordiam steterent, nam celebrasse D. Hieronymum missas, multis in locis ipse prodit, & ad eam vsq; relictam sibi à Nepotiano sacram vestem, supra in eius epitaphio epist. 111, inuenies. Cùm igitur celebraretur collecta in ecclesia ville, Conuentionem ad orandum collectam vocat: quo nomine ecclesiastica historia vitur: & eius vestigium adhuc apud nos manet, qui orationes, que sunt in missa, collectas dicimus, in quem sensum dictum est ab Apostolo, Non deserentes collectionem nostram, hoc est *ἐπισημαίνοντες*, apud Iustianum *συναγωγῆς τῶν κολλητῶν*, hoc est cunctum conuentus, appellauerunt.

Per multos Diaconos apprehendi iussimus, & teneri, os eius: ne forte liberati se cupiens, adiuraret nos per nome Christi. Qui uidebantur in populo viri boni, etiam renuentes ordinabantur, sic D. Augustinum, sic Paulinum per vim inflammata plebis legitimus presbyteros factos, verè autem hæc Dei erat vocatio, cui illi tandem non poterant non acquiescere, si sic hodie homines quærentur, talesq; eligerentur in clerum, qui vocati potius, quàm gradum luct; aut honoris gratia ambientes accedere, præclarè vtique cum Christiana republica ageretur. Nec quisquam, inquit Apostolus, sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Nilus meus es tu.

De re capitulatione Eunomij ante Nicenam. lib. 11. cap. 11. Et Socratum lib. 6. cap. 25.

ego hodie genuit. quemadmodum & in alio loco dicitur, Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. Et cum ministraret in sanctis sacrificijs, rursus eum ingenti difficultate, tentore eius, ordinavimus presbyterum.] Ministrum sancti sacrificiorum Diaconum vocat. ordinatio autem fiebat cum oratione, & maxime impositione, quemadmodum nunc Ecclesia vivit. Sic septem Diaconos a Judaeis hodie refertur verbis: Hos statuerunt ante consuetudinem Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Cur non haberent qui sibi Domini sacramenta conficerent.] Quod supra sacrificium appellavit sacramentum nunc vocat: sacra enim sancta, & h. v. ista dum Deo offeruntur, sacrificium; dum autem a fidelibus sumuntur, sacramentum dicitur. huius rei praclarum Paschalis agno signum habuimus, is enim quarta decima die primae mensis immolabatur ad vesperam primum, ut sacrificium, deinde ut sacramentum manducabatur. & Melchisedec pane, vinumq; primum bibat, erat enim sacerdos Dei altissimi, postea ita a litariis vescebatur. Numquam autem ego ordinavi Diaconissas.] Hac vox saepe apud Patres, & vetera Concilia invenitur, vocatur autem ita mulieres, quae in templo, ut est in actis Apostolorum, infertuebant, nomine dicitur diaconissae, hoc est, a ministrando illis imposito.

Quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus, & pro te quoque dicimus.] Vetusissimam esse consuetudinem, ut in missarum sacrificio pro cunctis oraretur fidelibus, hinc & ex omni constat antiquitate. Apostolus, (ab Apostolis enim haec fluxit consuetudo,) obsecro, inquit, primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. &c. Augustinus, ut ex hoc Pauli loco hanc Ecclesia eruat consuetudinem, has quatuor voces, quae Graece sunt, & dicitur, προσευχης, εὐχαριστίας, ἑρωτησεις, & προσευχης, quatuor, quae sunt in missa, orationis species recte accommodat. *Προσευχης* dicitur ἑρωτησεις.] Id est, a refrigerando, quod calidam calorem amiserint, huius sententiae videtur fuisse etiam Pythagoras, a quo Plato primum, mox Origenes haec hausit, cum enim animam, ut testatur Lactantius, aetheris aulsionem, ac frigidam propterea aetheris participem esse diceret, a refrigerando utique illam vocatam fuisse assererat, sed rectius est, ut vix ita, quia respirando, frigidumq; aethrem attrahendo dicitur, ea nuncupata sit. cadaver autem dicitur corpus, propterea Origenes assererat, quod σῶμα, veluti τῶμα, dictum esse existimaret. *σῶμα*, id est corpus, *σῆμα*, id est monumentum, interpretari.] Cuncta ad haeresim suam vastè Origenes torquebat, ut enim persuaderet, animas è calo lapsas, & in corpora veluti in carcerem relegateas, *σῶμα*, veluti *σῆμα*, hoc est carcerem, seu tumulum vocatam esse dicebat. Plato in Cratilo latius de his disserit. Et aliae haereses numero obtegunt.] Propterea obtegunt a nominat, quod Epiphanius cuius haec est epistola, contra obtegunt haereses scripsit. tot enim vsque ad sua tempora pullulant. Numquid cortisarius, aut scortisarius legatur.] Ex omni ligno quod est in paradiso, comede.] Sequitur postea, sic verus: Similia sunt lignis aliis, & arboribus, sicut flumina similia sunt fluminibus, & aquis, expunximus autem eum, tum quia nullus in manuscriptis erat exemplaribus, tum quia sensum, aliis verbis expressum, ipse sic positus maxime perturbabat.

Dicente Origene de aquis quae super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis, & rursus, aquas, quae super terram sunt, hoc est sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est demones.] Et si Augustinus de Genesi ad litteram hanc eandem Origenis sententiam querendo referat, non tamen eam statuit, verè autem aquas super caelos esse, asseuerante id sacra scriptura, nemo catholicus infuitur, quocumque modo, ut rectè asserit Petrus Lombardus, ibi illa sit, hinc caelum crystallinum vocatum, Theologi statuerunt hinc apud sacra litteras, caelum *εὐρησ*, quod ibi aquae sint, appellatur: & sibi incredibile hoc videatur, aliud, ut Cyrillus Hierosolymitanus ait, vultò incredibile credendum tibi proponimus, in aqua scilicet illa substantia, solis, lunae, infinitarumq; stellarum ardentes, collucentesq; ignes, hoc est duas maxime inter se aduersas, contrariasq; naturas esse credere, ac profiteri oportere. Rursumq; in decima generatione post annos bis mille ducentes quadraginta duos, legetur, tot enim anni ab orbe condito vsque ad diluuium computantur à Graecis omnibus; quibus Sulpicius etiam in primo, & alij ex Iatinis assentiunt: cum tamen ex sacro Genesii libro secundum veritatem Hebraicam multo pauciores anni sint, hoc est, MDCXVI.

Et rursus post annos mille centum, & vnde decem plus minus, in nouo legimus testamento, quod non perdidit homines imaginem Dei, Iacobus enim Apostolus, & frater Domini, cuius & supra meminimus, infuit nos.] Hunc locum,

A suffragantibus cum manuscriptis exemplaribus omnibus, tum etiam ipsa historia veritate cogente, ita etiam restitimus: cum antea videtur sanè mendo legitur, Post annos trecentos vnde decem, equis enim tantum, temporumq; imperitus est, ut nesciat, à Salomone, à cuius tempore numerandi initium hic sumitur, vsque ad D. Iacobum, Christi: S. uatoris nostri fratrem, multo plures intercesse annos, quam post trecentum & vnde decem? certum autem est, & à Salomone ad Christum fuisse annos plus minus mille & quadraginta: reliqui Iacobi vix adhibentur. Lego Eusebium, Bedam, Fregulphum, Marianum Scotum, & alios, qui cum Graeco, tum Latino de temporibus scripserunt.

Cum ergo vidissem, in Ecclesia Christi, contra auctoritatem scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud.] Mirum est, quom ex hoc loco Iconomachi hoste exellent: cum tamen ipsa verba planè demonstrent, non Christi aut sancti alicuius, sed parit tantum hominis eam fuisse imaginem: immo, si que diligenter lectum expendet, constabit ex eodem contrarium maxime. cum enim scriptura dicat, Inueni tibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiae: in d. i. a. g. depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam: non enim satis memini cuius imago fuerit: dicere videtur, talem fuisse illam imaginem, qualis solet esse vel Christi, vel alicuius sancti, quae in ecclesiis depingi solita sit. contra Iconomachos autem satis erit legere Syradum secundam Nicenam, & Ioannem Damascenum de imaginibus.

Hieronymus ad Pammachium aduersus errores Iouannis Hierosolymitani. epist. LXXI.

Facessat itaque Nouatus, errantibus manus non porriges.] Eleganter ait, Errantibus manus non porriges: quippe cum Kotatus, à Nouatio Nouatiani cognomento καδαπα, peccantes post baptismum ad fontem tantum minime reciperet. Fuit autem is Africanus, ex Carthagine scilicet urbe, primumq; philosophia operam dedit, mox presbyter factus est. auent eum ab immundo spiritu arripit solitum fuisse, quod spiritum sanctum in confirmatione non suscepisset. hic, ut latè de eo post alios Pacianus, Barcelonensis Episcopus, testatum reliquit, fraudatus primò in Carthaginiensi Ecclesia videtur, spoliatiq; pillis, pecunia Ecclesia denegata, patre q; extra domum procello, fameq; mortuo, nec sepulto, demumq; vxore grauida, calce percussa, proptereaq; abortiente, Romam venturum sedente iam Cornelio Papa, quoniam vnam malorum hominum cathedram inuasit, asserens indignum ea sede Correlinum, quod lapsus communicauerit: indeq; capta occasione haeresim suam fundere cepit. D. Cyprianus, uti haereticum ex ecclesia sua transfugam hominem episcopus libellusq; maxime persecutus est. Montanus cum infans feminis prosternatur.] Priscam, & Maximillam, quas à se, veluti à Paracleto spiritu, afflatas, prophetissas Montanus reddidisse assererat, infans appellat feminas. Sed Elias, qui interpretatur Fortis Domini.] Sic exponitur apud Hebraeos *אליהו* quippe cum *יהוה* quod verè est ex Dei nominibus *יהוה* hoc est fortis significet, & *יהוה* ex quo aluelua componitur, Dominum, cui cum in fine additur *yahiam* *יהוה yahiam*, ut dicimus *יהוה yahiam*, intergrum ferè reddidit.

Scribunt saeculi litterae, amantium caeca esse iudicia.] Platonis dictum id fuit, à Cicerone Latine redditum. Propter scandalum nominis, quod vobis de damnare simulabant.] Veluti de sola voce, & non de re questio esset, sic Arriani fingebant, eodè modo à Valente Mursensi ex Pannonia Episcopo, Patres catholici Ariminensi in synodo decepti sunt. Quod spiritus totius corporis tegebat.] Spiras vocant gyros, ac reuolutiones, quales in serpentibus, dum se ipsos circumuolucendo colligunt, videmus, quam rem egregie Virgilius expressit, dicit: Nec rapit immensos orbes per humum, neque tamò Squinicus in spiram tractu se colligit anguis. Tolle occasionem volentibus occasionè.] Hec vox vltima à nobis restituta est: deerat enim antea.

Ordinationis esse certamen.] Propter Paulinianum, fratrem D. Hieronymi, quem primò Diaconum, mox presbyterum, etiam inuitum Epiphanius ordinauerat, hoc dicit, congregaretur enim Ioannes Hierosolymitanus Episcopus, quod homo in sua diacesi, ab alieno Episcopo ordinari minime se inconsulto, deluerit: cum tamen falsum esset, eam in sua diacesi ordinatum. Ab Euerchio archidiacono, vel postea Episcopo Cyprì à Valente non tangebatur.] Tanti nominis tantaq; sanctitatis fuisse Epiphanius scribit, ut presbyterum insignis haereticus Eutychius audiret, & Episcopum factum Valens Imperator, qui nec Basilio Magno pepercit, ita reformidaret, ut tangeri non auderet. Contra Phoinum.] Phoinus, Marcelli auditor, Christum ex Maria initium habuisse, non antem fuisse antea, assererat: quapropter cum iure à Patribus condemnatum fuisse, Socrates, Epiphanius, Sulpiciusq;, qui eius historiam persequuntur, testantur.

Ad omnes oculorum dolores vno vtuntur collyrio.] Proverby loco dicit hoc solet: non enim eruditii medici est, vno ad omnes oculorum morbos vti collyrio, atque medicamine. Nunc quasi auribus lupi apprehederis, nec tenes potes, nec audes dimittere.]

Confectio. a natione. Quod in d. i. a. g. scribit, p. 11. a. m. a. m. a. m.

Egregie

Regie ipsemet explicavit, quid significet adagium, Lupum auribus tenere: quod in re ancipiti, periculosum, dici solet. Lupus enim cum breves habeat aures, & fera sit quam maxime noxia, nec teneri, nec dimiti potest sine periculo. vitur eo proverbio etiam Suetonius in Tiberio.

Maligni omnino reticere, quam aperte, quod rectum fuerat, confiteri.] Pro rectum, Te dicitur antea legebat. Miserabilis preteritatus.] De preteritatu, qui obiit, cum designatus iam esset consul, in primo etiam tomo dictum est. Post hac autem verba subiungit Erasmus: In hunc extat iocus Ciceronis. nam admirabantur vigilantem consulem qui toto consulatu suo somnum oculis non vidisset, quod, in inito consulatu, mox, eodem die, sui mortuus. Non intellexit Ciceroni locum Erasmus, cum eum describeret, non enim ait Ciceroni consulem illum eodem die mortuum esse, verum eodem die & consulatum suscepisse, & deposuisse. perierat enim extremo anno Fabius consul: cuius in locum Caninium Rebilum surrexit Caesar dictator voluit, qui per aliquot tantum horas, id est usque ad exitum anni consulatum gereret. Ciceroni autem verba sunt hac in epistola ad Curium, lib. 7. sam. Consulem hora septima renunciantur, qui vsque ad Kal. Ian. esset, que erant futura mane possidit. ita Caninio consule sicuti non neminem prandisse, nihil tamen eo consule mali factum est. fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit. Idem ex Plutarcho, & Macrobio colligitur. atq; hoc totum diximus, ut Erasmi pateat inscitia in Cicerone intelligendo, non ut Ciceronis eum locum ad hunc Hieronymi preteritatum pertinere existimemus. nam hic preteritatus, sub Damaso Papa, ipsius Hieronymi etate vixit: Caninius autem Rebilus, qui paucas horas consul fuit, Ciceronis etate. Laciniosis periodis.] Hoc est sinuositas, in quem sensum Alexandriam laciniosam appellat Plinius, quod vrbus esset tortuosa, & implicata. Aut, si locutus est talia, damna, quibus exheredit.] Perperam legebat antea: Aut, si locutus est talia, eum damna, qui dixerit. Etosam fidem artificis sermone contextis.] Male Erasmus, Enodem, hic legendum fore putavit, pro simplici, ac nihil distorti habente fide: cum contrario proysu sensu id Hieronymus dixerit. vocat enim etosam loannis fidem, hoc est non integram, neque sanam, hereticus enim us erat, verum heresim, ne deprehenderetur, artificii occultabat, contexebatq; eloquio. Qui diligit patrem, aut matrem super Christum, non est eo dignus.] Non est Deo dignus, transalpini habebant typographi: verum falso, eo enim, hoc est Christo, legendum est, sicut habent emendati codices. alludit enim ad illud Christi dictum: Qui amat patrem, aut matrem super me, non est me dignus, qua lectio ubique similiter, sicuti non est reposita, reponi debet.

non habet. a. 1553.

Certe David etiam de aspectu caelorum dubitans, Videbo, inquit, caelos.] Hac viso ad perfectam pertinet cognitionem, nam est oculis cali conspiciantur; multa tamen sunt qua de eis a nobis hic ignorantur. Num Eunomij εἰς τὸν τὸν tibi impedit heresim.] εἰς τὸν dicitur is qui Deum negat, quod talis sine Deo sit. Diagam ita appellatur antiquitas, quod nullos Deos esse putaret. Theodorum etiam post eum εἰς τὸν appellatum, Cicero in primo de natura Deorum testatur: in quam sententiam Lucianus quoque deinde concessit. De Eunomio nos superius diximus, scripsit contra eum D. Basilus, illeq; ut prodiit Pboition, scriptis respondit, verum viuentis Basilio casus non est libri edere. hic eo insaniarum processit, ut, personam in Trinitate Deum esse negans, ne Deum quidem, ut Nazianzenus quoque testatur, credere videretur. illuc enim asseriones eius videbant, ut verè de ipso dici posset, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Et omnia vna saluta continuare.] Frequenter D. Hieron. saluta nomine vitur pro dicendi genere ac stylo. hic autem pro vno impetu, talisq; ut neque glutienda aut expuenda saluta sit tempus, accipit. Perjus, cuius poemate plurimum vir sanctus delectabatur, pro gustu intelligit, cum ait: Nec tenuem solers turdorum nosse saluam. Hieronymus ad orationis gustum transtulit. Ruginis leonis nostri.] Apostolum Paulum ita cognominat, quod & sententiarum gravitate, & maiestate verborum, & mysteriorum sublimitate grandiloquus sit. eundem tonitruum appellat gentium, recte autem addidit, Gentium, quod eorum Apostolus fuerit: ne quis forte pro Ioanne Euangelista, vel eius fratre Iacobo, intelligeret. hi enim εὐρυ βρω, hoc est filij tonitru, a Christo cognominati sunt.

Missio archidiacono precepisti.] Archidiaconi potestas magna est in Ecclesia Christi, oculis enim Episcopi appellatur; eiusq; cum vniuersarum facultatum administratio concessa, eum ordmandorum examinatio iure premissa est. precedit autem potestate Archiepiscopi: verum: & antiquissimam esse dignitatem eius, hoc loco clare apparat. Nonne, cum de anastasi pergeretis ad crucem.] Hoc est de resurrectionis loco ad locum, vbi Christus cruci affixus fuit. inuisibant enim sancta Hierusalem loca, Epiphanius ut aduena, Ioannes ut comes. Offerens paruulos, pedes deosculans, fimbrias vellens.] Magni enim nominis Epiphanius erat, propterea & paruulos illi benedicendos offerrebat populus, sicut Christo idem fecisse legimus, & pedes humi prostratus osculabatur, & fimbrias illi tangebatur, vellebatq;.

Nempe contra Anthropomorphitas.] Sic cognominati sunt heretici, qui Deo corpus quoddam tribuebant, & in eam sententiam oculos, manus, pedes, & ceteras membrorum proprietates, qua de Deo sunt in scripturis interpretabatur, vox Graca est, & ab hominis dicitur forma. fuisse in ea stultitia Nitire monachos multos, prodit Nicephorus, praesertim quatuor, longos a corporis statura cognominatos, Ammonium scilicet, Dioscorum, Eusebium, & Euthymium. Theophilus Alexandrinus propterea eos persecutus est, & Nitire monachos contra Dioscorum occupavit, scribitur, Serapionem, cum hanc deposuisset stultitiam, solutum esse dicere, Absulerunt a me Deum meum: scilicet, quod corpoream illam Dei molem, quam animo sibi conceptam saepe videbat, doctus quod corpore careret Deus, amplius mente non afficeret.

In Niephor citatione libri. Locos est lib. 1. cap. 10.

Gorgiam Leontinum.] Siculus rhetor fuit Gorgias, Empedoclis discipulus, sacerdoti autem, & aliorum philosophorum, & rhetorum, ut Quintilianus testatur, preceptor, extat hoc nomine dialogus Platonis, meminitq; de eo Cicero in Bruto, & in libris de oratore.

Nunc est mirari Demosthenem.] Non est mirari Demosthenem, legendum est: in hunc enim sensum postea subdit, Frustra suspicimus Tullium, sensus autem est: Non est quod Demosthenis contra Aeschinem orationem miremur: multo enim tempore illa exarata fuit, atque elaborata, mirari autem magis debemus Ioannis extemporaneam, ac omnia ecclesiastica dogmata complectentem, concionem, hoc autem per ironiam Hieronymus dicit. Refert enim Cornelius Nepos.]

Non est, legit Erub.

Ciceronis aequalis Cornelius Nepos fuit, scriptisq; illustrum virorum vitas: quarum tamen non extat nisi Pomponius Atticus, ad quem tot Ciceronis conscripta epistola sunt. En Lylliasen Gracchum.] Lyllias Syracusanus genere, Cephalus filius fuit, Athenis tamen natus. oratorem prope perfectum hunc fuisse, Cicero in Bruto asserit, sicut planè perfectum, & cui nihil omnino defuerit, Demosthenem, Hieron. in hunc sensum, sicut Gracchum quoque illum nominat, quod & insignes oratores fuerint, & in dictione extemporati valuerint. Lyllias ingenij monumenta nunc aliqua extant, vniam sic ipsius Gracchi extarent. Intelligit autè de C. Graccho, insigni oratore, Hieronymus, non de Tiberio fratre: de quibus vide Plutarchum. Quintus, inquit, noster sufflammandus est.] Vitiatum antea erat hic locus, sufflammandus enim, pro sufflammandus, legebatur. Erasmus, sufflammandus est, inquit, pro eo quod est, tacite ammonendus, ut desinat, sensum enim ille agnouit, non mendum, sufflamen autem machinae genus est, quo nimia curus velocitas retineri solet. ut vntur autem ea in descensu aliquo: indeq; verbum sufflammandus, pro cohibere, ac retinere. Q. igitur Aterius iam promptus in agendis causis erat, & expeditus, ingeniumq; ita in numerato, ut dicitur, habebat, ut eleganter, & apposite dictum sit ab Augusto, retinaculo eum, seu sufflamine indigere. Vincium quoque in numerato ingenium habere, idem dixit Augustus. Hac omnia ad verbum Hieron. à Seneca in quarto declamationum sumptis. Idem Seneca de morte Claudij: Ixionis miseroriam sufflammandam. & Iuuen. Sat. 8. & 16.

Per quadraginta dies instruit soltes caatechumenos, & Cyrillus Hierosolymitanus, & omnis quoque restatur antiquitas. Baptizabantur autem illi, nisi aliqui mortui fuisset periculum, ijs tantum diebus, quibus ad benedicendos fontes accedi hodie solet à clero, hoc est in vigilia Paschatis, & Pentecostes. & hac ratio est cur in sequentibus statim ab his diebus, pro nuper regeneratis, orare inter Missarum sacrificia Ecclesia solet. Post laciniosa disputationis labyrinthos.] Laciniosam disputationem vocat, hoc est flexuosam, sinuosamq; seu distortam, propterea rectè labyrinthi nomen subditum est. Quo modo tua dicta miratus sit, & catholica declarauerit.] Propterea ad Syriacum Papam dogmatum suorum confessionem Ioannes Hierosolymitanus Episcopus misit, quod ad Romanam sedem, vti ad omnium supremam, ac apostolica auctoritate pertinet, quaestiones fidei decidere, & maiores causas indicare: quod à Nicena quoque Synodo sancitum fuisse, omnes norunt. sic ex Alexandria Athanasius ad Iulium, & Marcum: sic ex Constantinopoli ad Innocentium Chrysostomum, & cum Africano concilio Augustinus, sicut olim ad Stephanum, Corneliumq; Cyprianum: sic ad Damasum ex Antiochia Meletius, & eius aduersarij Vitalis, atque Paulinus: sic alij ad alios Romanos Pontifices scriperunt. Nicephorus, qui Syriis tempore fuisse Ioannem ipse etiam prodit, hac serie Hierosolymitanos episcopos numerat, Macarium, Maximum, Cyrillum, Ioannem, Petrum, Macarium, hic postremus Macarius, est ille, quem verè εὐαγγελιστὴν, id est euangelistam, seu beatum futurum fuisse alibi scribit Hieron. si in Rufinum praepositor non incidisset. Cyrillus autem, cui successit Ioannes, is est cuius Catecheses nunc leguntur.

Angelos quoque, qui non custodierunt suam principatum, sed dereliquerunt proprium domicilium.] Vox, Proprium, antea debeat nos, ab antiquis exemplaribus aduocati, eam reposuimus: ἀγγέλους τε, inquit Iudas Apostolus; τοὺς γὰρ τῆς οὐρανοῦ τὴν ἰσχυρὰν ἀγγελῶν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον; ἕτερον μέγαλον οἰκητήριον αὐτοῖς αὐτοῖς καὶ τὸ ζῆλον τῆς ἡσυχίας. Igitur in iudicium magni dei, non dei,

non Dei, legentium hoc in loco Hieronymi est. De Scammate, & loco cetrantibus egrediens, in peregrinis, & longè alienis disputationibus immoretis? Scammate, scholasticè hic legit. & qui auctorem, quem sequitur, non invenit, putat militare verbù fuisse scammata, à scando dictum. Nos autem veterum exemplarium ope, Scammate, restitimus. scammata autem scdm s̄m̄ dicitur, quod est fodere, dicitur: quòd locus esset fontis, vallog, ch̄ en̄ scriptus, à quo milites egredi non liceret. Hesy chius in hanc sententiam st̄ aditum, agonemq; interpretatur. Si de Marcionis argueris hæresi, quæ alterum bonum, alterum iustum Deum ferens. Serens, non ferens, inter se legebatur. Marcion autem antipissimus hæreticus, de quo Irenæus, & Epiphanius latè, veteris testamenti vnum, noui alterum esse Deum dicebat. hunc bonum, illam autem iustum appellans. & vt sciremus non esse locum, qui torqueri in alienum sensum non possit, Apostoli Pauli ea profusa sententia verba citabat: Vix enim pro isto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. Illud Acriani, & Emeriani negant.] Sunt qui putant legendum hic esse, Acrianos, quos Arianos fuisse Epiphanius testis est, assertens sua adhuc ætate vixisse Acrium. præter Arii autem hæresim, aiebat Acrium Episcopum presbytero maiorem non esse. Pascha minime peragendum, nec seruandum ieiunium: & nil prodesse mortuis viuorum suffragia. Vide de his etiam Augustinum in lib. de hæresibus ad Quodvultdesum. Verùm falsa est horum opinio. Acrianos enim, siue hæresiarum, quos nos Semiarianos dicimus, à Basilio Ancyrano, & Georgio Laodicea originem ducentes, aiebat Spiritum sanctum creaturam esse: propterea Constantinopolitana prima Synodus eos *μεγαλοδοξους* appellat. & vna cum Ancyrana condemnat. dicti sunt autem Semiariani siue Semiariani, quòd Ariani omnino non essent, sed ex parte eos sequerentur. substantiam enim in Deo minime, quod Ariani fecerunt, negabant: verùm in eo Arianos sequebantur, quòd filium non *ἀουτότου*, sed *ὁμοούσιον*, id est similis substantiæ dicebant. Synodus Constantinopolitana *ἡκαπύσι* vocat. Hieron. Græca primùm voce vsus est: mox ea Latinis characteribus expressa est. Vide de his latè Epiphanius lib. 3. bar. 73. Sed antè Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Barchus, Circitor, Eques, deinde Tiro.] Militarium officiorum exemplo, quo modo retrograda mutatione ex Angelis secundum Origenem animæ ferent, eleganter hic Hieron. explicat. Summa enim secundum imperatorem in exercitu dignitas penes Tribunalium erat, in summum verò locum Tiro occupabat. & ita inter Tribunalium, & Tironem, ex ordine sequentibus, Primicerius, Senator, Ducenarius, Barchus, Circitor, Eques, ex quo sebat, vt Eques Tironem proximè antecederet, Tribunalium Imperatorè proximè sequeretur. Primicerius igitur proximus dignitate Tribunalium erat: propterea Ammianus Valentinum ex Primicerio protectorem Tribunalium nominat. Ducenarius autem teste Vegetio lib. de re mil. erat is qui duabus centuriis militum præerat, sicut vni Centurio: Barchus verò amonæ, seu militum conmeatus præfèctus erat: Còs enim amonæ, seu viduus à Græcis dicitur: inde *Κούριος*: sicut Circitor, còsios exercitus, dicitur quòd circuiret castra, ne quid detrimēti militibus reciperent. Hæ sunt strophæ vestræ, atque prestigie, quibus nos Pelusiotas, & iumenta, & animales homines dicitis, quia non recipimus ea que spiritus sunt.] Ducius, pro Dicitis, Transalpinis typographi primū habebant. Pelusiotas autem vocat pigros, terrenosq; à Peluso Aegypti rube, Nilii orientali ostio adiacente. Impelle, inquit, item contra Iouinianum, si yales, Pelusioten, vt mandaret cepe. Et tam grandis in medio prætermissa fidebra.] Inæqualia & aspera loca, quòd sine saltu præteriri non possunt, salebra dicitur. Hic, inquit, Cicero, si definire, si diuidere potueris, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantis salebris insidisset, hoc est in tantis difficultatibus, asperitatibusq; *ἐσχατὰς* Græci vocant. Aristoteles autem *πυγματὰ γῆς* dicit, sicut terra diuisioem *ἐσχατὰς* Homerus appellat. Et illud Zachariæ, Qui forratur spiritum hominis in ipso.] Pro Zacharia, Esaiæ, apud Transalpinos typographos perperam antea legebatur. Et autem hic locus capite duodecimo Zacharia propheta, Græcèq; & Latina versio cum Hebraica veritate consentit. Dixit, ait propheta, Demiruc extingens calam, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo: hoc est, *ויצר רוח אדם בקירו*, ex quo loco, mirum est, quantum Ecclesia catholica de animarum origine sententiæ statuatur. & Origenem, eorumque qui eum traduce illam putabant, in quam Augustinus inclinauit, destruat in opinio. Si enim illa Deus in ipsamet homine format, seu fingit, sequitur quòd neque è calo veniat, neque è carnis raduce, sed, vt affirmant Theologi, vna cum ipso corpore fundatur, fundendūq; creatur. Nos simplices, & philofarcas dicere.] Hoc est, carnis amatores, quos enim amās, *σάρξ* verò carnem significat, vocabant autem ita catholici Origenista, quòd eiusdem carnis crederent, expectarentq; resurrectionem, cum ipsi corpus quoddam aliud ab eo quòd abierat, dicerent resurrecturum. Manes nomen infantia.] *μαρς* apud Græcos infantium significat. huc autem Manis nomen Hieronymus torquet, quod facit etiam

A Cyrillus Hierosolymitanus, cum tamen Persicum nomen sit Dianes, eodè homilia significetur, vocabatur autem antea Cynicus: propterea perperam penes Augustinum, aliosq; scriptores Cynicus dicitur. nos de eo superius diximus, sicut etiam de Marcione, & Valentinus aliqua. Apelles autem Tatiari audior fuit: & à Philumena muliere Energetumena persuasus, vbi Marcion duo principia esse dicebat, vnum tantum ipsè asseuerabat, & Moysaicam legem scriptis editis impugnabat; prophetiasq; à Diabolo venire affirmabat. Rhodus Astianus plura de eo apud Nicephorū lib. 4. c. 29. Poma, folia non videntur in femine, sunt tamè in ratione seminis, quam Græci *ἀνδρῶν σπέρμα* vocant.] Quidā hoc in loco, Græca Latinis respondentiæ reddentes verba, *σπέρμα τῶν λῶν*, hoc est seminis rationem supponunt: quam lectionem incongruam esse, & explendæ lacuna causā ab imperitis aliquo adscriptam, rectè ante nos Erasmus agnouit. Græci *σπέρμα τῶν λῶν*, pro nugari, & verba inaniter fundere, accipiunt, quam obrem sicuti D. Paulum Athenienses, ita Demosthenes Aeschinem *σπέρμα τῶν λῶν* appellauit. verum cum emendatiora exemplaria, ac omnia manus scripta, cum impressis codicibus consentientia, *ἀνδρῶν σπέρμα* habeant, nil placuit immutare. sic autem vocant Græci vim seminis, ex quo tanta in infinita prope plantas, tamq; varia in omnes, suo generi congrua, vita vna cum augmento iuggeritur atque administratur, non secus quam ex parua similla, quæ *ἀνδρῶν* Græcè dicitur, ingens succendatur ignis. Hesy chius in hanc sententiam *σπέρμα τῶν λῶν* vocat *ἀνδρῶν*. Sic & in ratione humanorum corporum manent quædā surgendiantiqua principia. & quasi *ἀνδρῶν*, id est feminarium mortuorum, simi terræ cōfouetur.] Vitiatum antea erat hic locus: legebatur enim *ἀνδρῶν*. Erasmus agnouit mendum, verum, quo modo illud tolleret, non inueniens, ad coniecturas confugit: putauitq; legendum esse, vel *ἀγρίων*, vel *ἀγρίων*, vel *σωτήριον*, vel *ἀνδρῶν*: omnia proflux absque sensu, & exemplarium. *ἀνδρῶν* autem, quòd nomen a flore, qui *ἀνδρῶν* Græcè dicitur, dictum est, significat seminum quoddam, ex quo mortua, consumptaq; corpora, rursum suo tempore enascantur, effloreatq;. Quando dixit, vtra figurabit, id est *μετασχηματισίς*, membrorum, quibus nunc vitimur, diuersitas denegatur.] Iocus Fante est ad Philippenses. *ὅς ἐστὶ μετασχηματισίς τῶ σῶμα τῆς τρωπαιώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γὰρ ἐστὶ ἀνδρῶν σῶμα τῶν ἀγρίων τῶν δὲ θεῶν ἀνδρῶν*. id est: Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ. sic enim habent nunc Græci vulgari codices. Hieronymus habet amplius, claritatem, nisi vox illa addita potius fuerit, vel duplicata, propterea quòd *δὲ θεῶν* dictio modò pro gloria exposita sit, modò pro claritate, significat autem *μετασχηματισίς*, non in aliam figuram traducere, vt hic scholasticè exponit, (si enim sensus Hieronymi sensui aduerfaretur) sed eandem formam transferre: propterea, membrorum, quibus nunc vitimur, ex hoc verbo negari Hieronymus asserit diuersitatem, vtra enim translationem tantum, non etiam mutationem hic significat. Mulieribus leues genæ.] Sic ope exemplarium hunc locum emendauimus. muliebre, enim legebatur antea in impressis Transalpinis codicibus. at quia dixerat Viri, rectius est, vt Mulieribus deinde dicatur, non Mulieres. In Symbolo fidei, & spei nostræ, quod ab Apostolis traditum non scribitur in charta, & atramento.] Symbolum, quòd paruum cognominamus, ab Apostolis compositum. & Clemens in Apostolicis traditionibus, & Cyprianus, dum illud exponit, & omni prodit antiquitas, in Nicæno pœtica concilio, quæ erant contra Ariū, per Hermodenem & in Constantinopolitano primo, quæ erant contra Macdonium de Spiritu sancto, per Neozianzenum, Episcopos ambas à Synodis electos, addita sunt. Damasus deinde, quòd Florentino concilio postremo confirmatum fuit, aduersus Græcos, qui Spiritum sanctum esse filio procedere instabantur, apposuit vocem illam, Filioq;. Et vos cum essetis aliquando alienati à Christo, & inimici sensus eius in operibus malis, reconciliauit in corpore carnis suæ per mortè.] *ὅτι ὅταν ποτὲ ὄντας ἀποδοξισμένους, ἔχοντες τῆ θείας ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, καὶ δὲ ἀπεκαταδὲξεν ἡ τῶ σῶμα τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τῆ θείας*. sic est in vulgatis Græcis codicibus, deest autem, Eius. Enoch translatus est in carne. Elias carnes raptus est in cælum: necdum mortui, & paradisi iam coloni, habent quoque membra, cum quibus rapti sunt, atque translati.] Translato esse Enoch, & Eliam, nemo dubitat, asseuerat id facta scriptura multo in locis, quò autem translati sunt, non hominibus, sed Deo notum esse, D. asserit Cyprianus, Quòd autem asserat hic D. Hieron. in paradysum translato esse, in terræ estremè videlicet, communis omnium sententiæ est. cui Ecclesiastici auctoritas, dum de Enoch scribit his verbis: Enoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, vt det genibus sapientiam. Vterque autem in testimonium contra antichristum vnius seruatur, de qua re scribens in Apocalypsi Iam. ita ait: Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta annis facis. & infra: Et cum finierint testimonium suum, h. est, quæ ascendit de abyfso, faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & ceciderit eos, & corpore eorum

corpore eorum iacebit in plateis civitatis magna, quae vocatur spiritua-
liter Sodoma, & Aegyptus: ubi & Dominus eorum crucifixus est. & vide-
buntur de tribubus, & de populis, & linguis, & gentibus: & iacebunt
corpora eorum per tres dies, & dimidium: & corpora eorum non sinent
poni in monumentis: & inhabitantes terram gaudebunt super illos, &
iocundabuntur, & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetae
cruciverunt eos, qui inhabitabant super terram. & post dies tres, & di-
midium, spiritus vitae a Deo intrabit in eos, & steterunt super pedes suos,
& timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos, & cetera.

Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plum-
bi lamina, vel celte scalpantur in silice? Quod est in Hebraeo יָרָח, in
eternam significat, & nos habemus celte, ita forte יָרָח pro celte anti-
quis inter pretantibus, non enim spernenda est cor perit simorum homi-
nam, quae fuerunt LXX. totq; eorum temporum, & ita ubique terrarum
peruulgata expositio. est autem celte scalpellum quo marmora, & du-
rissimi scalpantur polunturq; silices: quo verbo vsos fuisse olim veteres,
ex Epitaphio Serrij Polensij Paraftis, quod apud Salonam Dalmatiae
vrbem in lapide mira magnitudinis incisum est, constat his verbis:
HÆC OLIM SYA VOLVNTAS, VOLENTES VOS
LEGERE HOC SCRIPTVM. VAM QVID LOQVOR?
IMMO SCVLPTVM, QVAM AEGRE VERITAS AD-
HVÇ SE MECVM CONCILIAT. NAM NEQVE HIC
ATRAMENTVM, VEL PAVRVS, AVT MEMBRA-
NA VLLA ADHVÇ, SED MALLEOLO, ET CELTE
LITTERATVS SILEX, SILENS ADHVÇ QVID HIC
LATET LATE. Quando omnis caro videbit salutare
Dei, id est Iesum Deum.] Salutare Dei, de quo frequens est in sacris
litteris mentio, pro Iesu, cuius nomen ab יהוה potius nomine, & tan-
tum littera in medio sic apposta יהוהו deduci multis ostendere con-
atus est. vtrumq; vitiatum antea hic erat locus, nam pro Id est, legebatur,
Et Nos, exemplaribus, ac ipsa etiam veritate suffragantibus, ita restitui-
mus: Salutare enim Dei ab ipso Iesu saluatore diuersam non est: quam-
obrem statim se ipsum exponens subdit: Tunc & ego videbo redempto-
rem, & saluatorem, & Deum meum. Mixtis si de infantibus,
& senibus in perfecti viri etate resurrexerit fiat.] Ex hoc Apostoli
testimonio, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis
filij Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi
omnes, sine infantibus, sine senibus, in ea etate resurrexerunt, quare resurre-
xit Saluator noster Christus, Catholica credit Ecclesia. quam rem D.
Augustinus in posterioribus de ciuitate Dei libris, vbi de resurrectione doctè,
copiosèq; tractat, Hieronymo assentiens, multis exponit.

Aceruatim testimonia ponam.] Ex LXX. silicet interpretatione,
quam semper citat, propterea lectorem monitum rursus generatim
hic volo; vt, sicuti ex capitibus locorum, lateri à nobis adscriptis, citata
in vulgata editione testimonia non inueniant, ad LXX. versionem, Graecè
scriptam, quando Latina non extat, qua passim vtitur D. Hieron. acce-
dat. haec enim, qua nos vtmur praeter psalmos, Hieronymi interpretatio
est, multis tamen in locis vitata, & aliorum versionibus mixta: quam
ipse vti suam, necdum ab Ecclesia receptam, citare minime poterat.

Sed & ipsum resurrectionis vocabulum significat, non aliud
ruere, aliud seiscitari: & quod adicitur in mortuorum, car-
nem propriam demonstrat: quod enim in homine moritur, hoc
& viuificatur.] Pro Proprium, Prophetas, falsò transalpini habebant
& ytopographi, nam praeter quod vulgatum id fidelium dictum, non Hiero-
nymie, quem proximè citauit, aut alterius prophetae, ea sunt verba; dissen-
ti etiam à Hieronymi sensu, vt, Prophetas, legatur: probare enim ille
vult, propriam, & eandem hominis, qua ceciderat, carnem, non carnem
tantum resurrecturam: & hanc ob causam subdit, Quod enim in homine
moritur, hoc & viuificatur. admonuerunt nos erroris exemplaria, aliquot
manuscripta, nam sine exemplaribus nihil vsquam à nobis mutatum est,
nec satis fuit exemplaria, quantumuis emendata, antiquaue habuisse,
nisi ad ea ratio quoque, & rerum, historiaq; veritas accesserit, claudicat
enim qui in restituendis antiquis scriptoribus, his duobus innoxius pedi-
bus non incedit. Edom aut terrenus interpretatur, aut cru-
entus, Bofor aut caro, aut in tribulatione.] Bofor certe terrenum si-
gnificat, quem admodum & בָּרָם, quod ex אֶדְוֹמָה id est terra factus
esset, pro cruento autem, sine sanguine etiam exponitur, si hoc nomen à
רָם hoc est sanguine, ducatur, nam & rubrum colorem, Edom notare,
ab eoq; primo homini nomen impositum, quod talis esset Damasceni agri,
ab quo ille formatus sit, terra, Iosephus testis est. Quia Rufum significet
רָדוּם, nullus profectò ignorat, ait enim ex persona Iesu sacra scriptura,
Da mihi de coctione hac rufus, quia opido lasus sum, quò ob causam vo-
catum est nomen eius רָדוּם Edom, at quòd Bofor, seu Besor, aut vt nunc

A dicimus, Bofra, modò carnem significet, modò in tribulatione, id profectò
verum non erit, nisi hoc nomen diuersis, quod in eiusdem classis li-
teris fieri solet, scribasur characterebus, & mutetur in B. Caro enim
dicitur בֶּסָר, in tribulatione verò בְּצָרָה Besara, hoc autem, de
quo loquitur, nomen, scribitur nunc בְּצָרָה, erat autem Edom prouincia,
Bofra verò illius metropolis, propheta appositè ad virtusque significatū
allusit, vt à sanguine, & tribulatione Christum ascendisse in caelum di-
ceret. Quando hac eum oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam.

Apollonius Tyaneus.] Pythagoricus philosophus is fuit, &
Rhodi vixit, floruit sub Vespasiano, & eius filius, Plutarchus Ciceronis,
& Caesaris condiscipulum facit, huius vitam Damis, peregrinationis
illius comes, primùm, mox Philostratus scripsit, mendacis, & fabula-
mentis plenam: si tam enim magna ex parte fuisse proditur, vt celebrè
aliquem Magum Philosophum habere gentiles, quem Christo Saluato-
ri mundi opponerent, & vt vera, diuinaq; Christi miracula, falsis,
diabolicisq; huius Magi signis extenuarent, insingens enim q; respondit ei
ex parte Eusebii Caesariensis, vt aditur autem, non solum eum, cum ante
Domitianum staret, repente non compareret, sed etiam, cum Epheci
degeret, Romaeq; Domitianus obruncaretur, Caesaris cade à Demonibus
et nunciata, inter disputandū statim clamasse: Euge Stephane pul-
chre Stephane percutite peccatorem: pulsasti, vulnerasti, & interfecisti.
Roma autem magno in pretio eum fuisse, sicuti Simonem Magū paulo
antea, constat ex marmore quod nostra etiam etate Graecè inscriptum,
prope arcum cui à Camillo nomen est, iacet, propheta enim in eo nunc-
cipatur, nam & pronuntiasse eum aliqua, ea silicet, qua vel natura
cognitione, vel ingenij acumine, coniecturūq; vel tanquam res ab ipsis
perpetrande sciri à Daemonibus futura possunt, Philostratus in ea testa-
tur vita. Carneades aliquis ab inferis excitandus, vt p̄be-
rat rerum in aqua fractum videri, porticus longius angustio-
res, rotundos procul turrium angulos, columbarum colla ad
singulas conuersiones colorem mutantia.] Cyrenaeus philosophus
fuit Carneades, sed ethica potius, quam Physica nauauit opera. Gellius
scripturum eum aduersus Zenonis, Stoicorum principis, libros, helleboro
albo prius expurgasse asserit caput ne quid ex corruptis in stomacho hu-
moribus, ad sedem vsque animi recunderet. Non perscisse autem opus
propterea reor, quòd Diogenes nihil eum, sed discipulo illius tantum
aliqua conscripisse affirmat, horum autem insigniores fuerunt Mentor
Bithynius, & Clitomachus, obiit, Apollodoro teste, anno sui aetatis
LXXXV. quarto silicet CLXII. Olympiadis, multo venenato, ob nuncia-
tam Antipatri mortem, hausto. Quo eodem tempore deflectione quoq;
luna contigisse, pro miraculo habitum fuit. Hic noua academia princeps
fuit, Academicis autem nihil cerid sciri posse affirmabant, quando nec id
quoque certum esset quod oculis cerueretur. hoc autè his exemplis qua
recensuit Hieronymus, approbant. Lynceus, vt fabulae ferunt,
videbat trans parietem.] Apparait filius, Id est, frater, vnus silicet ex
Argonautis Lynceus fuit, Valerius in Argonauticis nihil eum pene-
trasse scribit: referuntq; de eo alij quòd nouissimam, primamq; lunam
eodem die in Arietis viderit signo, & ex Libycana haecula classem Puni-
cam à Carthagine exeuntem, Aristophanes, quòd per abietem Castorem
dolo occidentem fratrem viderit, fabulatur. Pandatus terram quoque
oculorum acie eum penetrasse fingit, quamuis autem acutissimi visus is
fuerit, multa tamen à potius contra veritatem adiecta sunt; propterea,
quòd trans parietem viderit, fabulam enim adscribit Hieronymus.

Aquila & vultures transmarina cadauera sentiunt.] Triduo
etiam autè, aut biduo volare vultures, vbi futura cadauera sunt, Plinius
testis est, in quam sententiam scripsit Plautus: tam quasi vulturus triduo
prius praediuinabant, quo die esuriturū fierent, idem praesus fieri ab aquila,
qua eiusdem serè sunt generis, veteres produnt, quòd autem ad cadaue-
ra congregentur, Christi quoque testimonio asertum habemus, cum ait,
Vlicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquile, qua similitu-
dine Christus corpus suum, pro nobis mortuum, cadauer, & fideles, qui
ad alta, vt testatur Chrysostomus, contendere debent, si eius mortis in
die iudicij participes esse volum, Aquila vocat. Cato & sanguinis
regnum Dei non possidebit.] Declarat se ipsum statim Apollolus
cum subdit: Neque corruptio incorruptione possidebit: ne quis pro carne
corpus tantum acciperet, & non potius hominem carni, sanguinūq; hoc
est huius mundi vanitatis, & concupiscentiis mancipatum, rectè hoc
explicat Hieronymus, & Augustinus multis in locis. Scribit ad
Theophilum.] Taxat Ioannem, quòd ad Theophilum Alexandrinum
in reprehensionem Epiphani, & Hieronymi pro ordinatione Pauliniani
scripsit: cum ex Decretis concilij Niceni Palaestina metropolis Cesa-
rea sit, & Palaestina cura, in qua Hierosolyma quoque comprehenditur,
ad Antiochenum non Alexandrinum Patriarcham perineat: propterea
Caesariensem Episcopum, Ioannis, qui Hierosolyma praesul erat, Metro-
politum appellat, hic locus, concilium ipsum, quae sit Palaestina Metro-
polis interpretatur, ibi enim dicitur, Quia consuetudo obrinuit, & an-
tiqua traditio, vt Aelia Episcopus honoretur: habeat honoris consequentiā,

salua Metropolis propria dignitate. In portu, ut dicitur, naufragium.] Sic dicitur, cum in ipso statim negotij ingressu quis impingatur, aut cum, ubi nullum erat periculum, naufragatur, simile huic proverbio est, in portu impingere. Vincentio presbytero reddita sunt. Amicus sociusq; D. Hieronymi Vincentius fuit: qui, Constantinopoli relicta, in agris, & solitudinibus yna cum eo aliquandiu versatus est. Romam cum eodem accessit, & in eius conitatu Hierosolymam rediit. Vide tertium aduersus Rufinum a apologia librum, & in hac eadem epistola paulo inferius. Vt verbum exprimamus de verbo, Deicolam possumus dicere.] Hoc est θεολόγος, vel, quia religiosissimum nomen, ut id est θεολόγος, θεολόγος vocat, unde inferius loquens de eode, Homo Dei, inquit, & presbyter θεολόγος. intelligit autem de Isidoro, qui cum esset Origenista, ex Alexandria a Theophilo missum se, procuratore id Ioanne, aiebat. verum cum nullas legationis literas ostenderet, sed suas tantum in defensionem Origenis divulgaret, hereticorum commentum detectum fuit. procuraverat autem inter Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, & Epiphanium, Hieronymusq; pacem Archelus comes: sed Ioannes venire in colloquium sanctissimorum, & eruditissimorum hominum noluit, uti vir, qui Origenis errores, quos profitebatur, defendere coram non auderet. nam esset ex ordinatione Pauliniani fratris Hieronymi, discordia initium preterderet: fidei autem causa ortum inter eos dissidium erat. Ioannes enim, qui clam Origenem animis fidelium imbibendum curabat, hanc persequendi viros catholicos nactus est occasionem, quod Epiphanium hominem in suis degenem dicebat, quod tamen verum non erat, Paulinianum, eo inficio, diaconum primicum, quos presbyterum ordinasset.

A tanto pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amisi.] Ex hoc constat, Ioannem, Hierosolyma Episcopum, excommunicasse D. Hieronymum, & sacrificandi munere interdixisse. Verum heretici hominis sententia contra sanctissimum virum, cum, defendenda orthodoxae fidei causa, tam excepisset, benedictio potius fuit, quam maledictio: ita ut de eo recte dici possit: Qui maledixit tibi, sit ille maledictus; & qui benedixerit tibi, benedictionibus repletus. Et rursum: Beati estis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudente, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Si enim, ut dicitur per Malachiam, Dominus malorum sacerdotum non iustis benedictionibus maledixit, non debitis hereticorum maledictionibus illum benedicere, credendum quanto magis est? Vt futura concordiae fides iaceret fundamenta.] Nullam omnino in eundem concordiam, in qua fides primum catholica salua non sit, discant ex hoc loco Christiani hodie principes.

Ab eodem Epiphanio scripta veniunt, vtabique satisfactione fidei nullus ei temere communicaret.] Hoc dicit, qui heretico homini, aut de heresi suspecto, absque fidei satisfactione communicandum non est. Quando autem ceptum est de ordinatione Pauliniani.] Hic incipunt epistola Ioanni verba, quae ex Graeco Latina D. Hieronymus reddidit. Si de me, & de presbytero Vincentio.] Vitatus autem erat hic locus, innocencio enim, pro Vincentio legabatur, Vincentio autem, ut nos ex antiquis exemplaribus restitimus, legendum esse, constat ex hac eadem epistola paulo superius, ubi ait: Vincentio presbytero literae reddita sunt. ite ex epistola Epiphaniae, hanc ipsam procedente, ubi ait: Et sancti presbyteri Vincentius & Hieronymus propter verendum, & humilitatem nollent debita nomini suo exercere officia. & in tertio Apologia contra Rufinum, cum ait: Mense Augusto, stantibus Eresijs, cum sancto Vincentio presbytero & adolescente fratre, & alia monachis, qui nunc Hierosolyma commorantur, nauim in Romano portu securus ascendi. & c. Fuerit autem ne Vincentius, presbyter ille Persa, eo tempore Palaestina degens, quem, relicta Macedonia impetrate, ad catholicam fidem conuersum Nicephorus cum caput Ioannis Baptistae sub Theodosio Imperatore repperit, scribit, an alter potius quisvis Latinus, mihi adhuc incertum. Sin autem de Pauliniano tibi sermo est, vides eum Episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed alienum, eius videlicet, a quo ordinatus est.] Loquitur de Pauliniano fratre, quem Epiphanius Salamina, seu Constantia Cypri Episcopus diaconum, & presbyterum ordinauerat. ex hoc enim tam atroces inimicitias in sanctissimos viros Ioannes excitauit, veluti ad sua pertinere dicebat locus in quo ordinatus erat, cum verò Eleutheropolitani, non Helensis territorij is esset, vt ex sequenti statim discas epistola.

Fac a te ordinatum, idem ab eo audies, quod a me, misclo homine, sanctae memorie Episcopus Paulinus audiuit. Num rogavi te, vt ordinaret? si sic presbyterium tibi vis, vt monachum nobis non auferas, tu videris de iudicio tuo.] intelligit de Paulino Antiochia Episcopo, a quo se ordinatum presbyterum ait, venit cum eode, Epiphaniae etiam comite, ob ecclesiasticas aliqua necessitates Romam; vt in epistaphio Maxella & epistaphio Paula ipsemet prodit. Quod autem ordinatus Antiochia fuerit, ex eo etia constat, quod superius in hac eade

A epistola asserit, se ideo Antiochiam, & Vincentium presbyterum reliquisse Constantinopolim, vt sacerdotij munus (hic enim est eius sensus) non in celeberrimis vrbibus exercentes, sed in agris, & solitudinibus, adolentia interea peccata desentes, Christi in se misterio dicitur steterent. Qui locus Epiphaniae verba mirum in modum declarat, ubi in superiore epistola asserit, Hieronymum, & Vincentium noluisse nominis suo debita exercere sacrificia, & laborare in ea parte ministerij, quae Christianorum praecipua salus est. Nec te moueat, quod Paulinus postremum haereticus vel decessus sit, vel effectus, vt Nicephorus, Nazianzenus, & alij asserunt Graeci, & quod ad Damasum scribens Hieronymus dicit: Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum: quia Paulinus, vt laici veteres produnt, & praecipue D. Basilus in epistola ad Terentium comitem, quae iam non est impressa, ab Ecclesia Romana semper catholicus habitus fuit: & vt catholicum confirmatum eum a Damaso Papa in Antiochena sede, Meletio expulso, praeter Basilium, & Nicephorum Socrates etiam testis est. Quae cum ita sint, auctoritate Romana Ecclesiae, cui obsequentissimus is semper fuit, Hieronymum Paulino adhaesisse certissimum est: nam & Damasum omnib; bis obsecrauerat, vt, cum Antiochia communicare deberet, Paulino scilicet, Vitali, aut Meletio, sibi scribere dignaretur, confirmatum autem ab Apostolica sede Paulini, Meletio electo, Basilus, & Nazianzenus, qui de ea re dolent, propterea non conuenerunt, quod Rom. Ecclesiae ignotos fuisse homines existimabant: & quidem recte. Fuit alter Paulinus, Treuerorum, apud quos se mansisse, & Hilarij ingens de Synodus volumine suapte manu conscripsisse ad Florentium Hieronymus testatur, Episcopus: verum ab eo ordinari non potuit: quod is tempore Hieronymum praecesserit, floruit enim sub Constantio, & post Synodum apud Arelatem, & Biteras Galliarum actam, missus in exilium sit, quia, vt scribit Sulpicius, in Athanasij damnationem subscribere se noluerit. Sin autem sub nomine presbyteri tuis mihi propter quod saeculum dereliqui: ego habeo quod semper habui, nullum dispendium in ordinatione Paulus es.] Hic est horum verborum sensus, si me ordinat presbyterum, vt monachus amplius non sim, hoc est ea mente vt animarum cura intendam: ego certe eundem habeo animum, quem semper habui, mihi scilicet tantum & Deo in proposito monachi vacare: adeo quod nihil ex hac ordinatione perdidit: & tu similiter, qui me ordinasti, nullum dispendium in me ordinando passus es: id est nihil propterea quod me ordinasti, perdidisti: ita vt neuter nostrum aliquid amisit. Circa dies Pentecostes.] In vigilia enim Pentecostes baptizari catechumeni solebat, sicut etiam in Paschatis vigilia, nisi aliud propter mortis periculum fieri conuigisset. Nos ne sumus qui Ecclesiam scindimus, an ille qui viuus habitaculum, inortis sepulcrum negat, qui fratrum exilia postulat? Ioannes in eam recordiam, suorumq; contra D. Hieronymum, & ei adherentes veterat fratres, vt viuos eos non susceperet, & mortuis sepulturam negaret, excommunicauerat enim eos omnes, & exilium ab Imperatore contra eos amplius impetrauerat.

Rogo, quae est tanta caecitas, & Cimmericis, sicut aiunt, tenebris in uoluta?] Scythiae populi, non procul a Bosforo Cimmerici sunt: in tenebris autem esse dicuntur, quod solem ipsum ob nubium, nebularumq; densitatem numquam videant, si Homero poetarum principi credimus, is enim ita illos describit Odys. lib. 11.

Εἴδα δὲ κίμαρας ἀνδρῶν ὄμιος τε, πόλις τε, ἦέρι, καὶ νεφέλη κεκαλυμμένοι. ὑδρόπαι ἀποτοῦ ἠέλουος καὶ δῶν ἐπιδέρουται ἀπὸ νεοῦ, ὑδρὸ ὄπῳτ' ἀν σείχῃσι πρὸς ὑπερῶν ἀερόεντα, ὑδρὸ ὄπῳτ' ἀπὸ ἰσῶν ἀπὸ ὑπερῶν πρὸ τῶν πύλων ἀπὸ δῶν ἰσῶν ἰσῶν τῆταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Hinc Cimmerica tenebra proverbio celebrantur, pro densissima caligine. Non ignoro, Ephorum, apud Strabonem, & Festum inter Baias & Cummas prope Auernum possessis etiam Cimmericos; homines in antris & speluncis degentes: qui ex illis numquam nisi noctu praedandi scilicet causa egrediebantur.

Hieronymus aduersus Ioannem Hierosolymitanum, ad Theophilum. epist. lxxi.

Quantum, inquit, ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.] εἰ δὲ αὐτῶν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρήνην ὄντες. Ex nobis, Transalpinorum lectio erat, non ex vobis, & tamen cum emendatis manuscriptis codicibus Graeca, Latinaq; consentit editio. Et Propheta: Pax pax: & vbi est pax?] Sic habent septuaginta in eo Hieremia loco, εἰρήνη, εἰρήνη: καὶ ποῦ ἴσῳ εἰρήνη; Nos autem, Pax pax, & non erat pax.] Si munera nostra absq; pace offerre non possumus, quanto magis & Christi corpus accipere?] Qua conscientia ad Eucharistiam Christi accedam, & respondebo Amen, cum de caritate dubitem portigentis?] Luculentissimis verbis Eucharistiam, Christi corpus appellat, & quod Amē, responderetur, quod significat fideliter, ab iis qui eā accipiunt, meminisse.

Quo modo.

Quo modo, inquit Apostolus, dicit, Amen, super tuam benedictionem? *ἀπὸ τῆς ἐπιχρισίας.* Super tuam Eucharistiam, est in Græco, & verbo etiam *ἐυχριστίαν* eo in loco Apostolus vivit, *ὅτι μὲν γὰρ καλὸς εὐχριστίαις, εἰ δὲ ἔτερος δὲν ἀνοδοῦσθαι.* Ad aduentum, vt reor, tuum, non pauer monachorum turba, sed gaudet, cum certatim tibi procedunt obuiam: & de eremi latibulis exeuntes, sua te cupiunt humilitate superare.] Ex hoc loco clarè patet, Theophilum ex Alexandria in Syriam perrexisse, vt disidium quod erat inter Ioannem Hierosolymitanum, & Hieronymum, aliosq; monachos Palestina componeret. misit eam ob rem Isidorum presbyterum ad monasteria cū literis, quæ tamen non fuerunt reddite. legebatur hic locus antea: Ad aduentum igitur, vt reor, tuum, non pauer monachorum turba, sed gaudet. certatim tibi, &c. Amari enim patens debet.] Amare, habebant transalpini tyrogaphis, sed falso. nam subditur, Amari patens & Episcopus debet, non timeri. Lum bis patris habere se putat digi- os grossiores.] Vm prouerbij hoc habet, in eos videlicet, qui se longè maioribus suis prestare putant, & minima sua facta ingenibus parentum gestus præponunt. Duxille Israëliti exercitus.] Intel- ligit de Moyse, qui mansuetissimus omnium hominum fuisse scribitur.

Antequam ordinaretur frater meus.] Paulinianus scilicet, frater D. Hieronymi, minor nati, qui à B. Epiphano presbyter ordinatus fuit. Intellexi, & probaui dispensationem tuam, quod Ec- clesiasticæ paci consulens, quasi Sireneos cantus obturata aure pertranstis.] Theophilus dispensatio fuit, quod cupiens illum ab Origenis secta ertere, & pacem inter eundem & monachos componere, Ioannis errores dissimulabat, & veluti Sireneos cantus obturata aure transibat. verum videns se nihil proficere, postremò Origenem damnauit. Vitiatus autem erat antea hic locus, sic enim legebatur: Intellexi te, & probaui dispensationem tuam. Quasi super aristas graditur.] Sic dicitur de homine qui gradum non figit, & sententiam certè non statuit: quoniã is qui super aristas graditur, ne ab aristi ledatur, pedè minimè firmat.

Qui ab adulescentia in monasterij clauis cellulis, magis esse voluerim aliquid, quàm videri.] Ab adulescentia se monachum factum, & in monasterij cellulis versatum, aperit hic Hieronymus asserit. putet autem hoc, valdeq; duplicet nostris temporis nouatoribus, ipsi enim, ne Hieronymum aliquem habeant, aut Basiliū, aut Gregorium, & innumeros alios sanctos, religionis nostræ proceres, qui de cellulis monasteriorum prodierunt, monasteria omnia aut profanarunt, aut solo aquareunt.] Syrophantam iactat.] Sic vocatur calumniator, mendax: indeq; *συροφάντης*, seu *syrophantari*, vt est apud Plantum, deducitur. Verbo data est origo a seruo quopiam, qui cum multas clam domino comedisset ficus, alium tamen famulum eoz comedisset calumniabatur: sicuum enim comestorem *syrophantari* Græcè significat. De *syrophanta* ædilem fieri, an consulem.] Tacite, arguetq; inuit ip- sum Ioannem quoque fuisse *syrophantam*, & de *syrophanta* factum consulem, hoc est Episcopum: cum tamen, si *syrophanta*, mancipiumq; fuit, tunc quem is calumniabatur ordinatum, non fuerit factus nisi adilis, hoc est, presbyter, viuit autem his nominibus, vt ostendat multo peius fuisse, *syrophantam* factum fuisse Episcopum, quàm presbyterum: cum presbyteratus minor episcopatu dignitas sit, non secus quàm adilitas consulatu. cur abutit autem adiles ades tam sacras, quàm priuatas, aqueductus, cloacas, & ne morbosum animal venderetur: ludos etiam publicos exhibebant.

Sicut enim interpretationem, & idiomatica scripturaru Origeni semper attribuit, ita dogmatum constantissimè abs- tulli veritatem.] Quo modo laudari, aut improbari Origenem, clarè hic attestatur. Monasterium enim sancti Epiphaniij nomi- ne vetus dictum,] Olim, *Vetus ad dictū*, vetus vocat. quod aliud etiã postea extruxerit Epiphanius. In Eleutheropolitano territo- rio, & non in Helieni situm est.] Et sic, contra canones ab alieno Episcopo fratrem suum ordinatum non esse, probat, in ora Syria montis Libani hoc esse territorium ex eo conicio, quod Eleutherum flumini e a in regione Plinius ponat. in hoc territorio circa vicum Besanduceum ortū fuisse B. Epiphanium Episcopum, qui fratrem Hieronymi ordinauit pres- byterum, eiusq; Zebenum fuisse Episcopum, cum Abacuc, & Michæa reliquæ reperita sunt, diserte Nicephorus testatur libro 12. c. 48. 49.

Post viginti quinq; annos à Leuitica tribu eligi in sacerdotium peruidebit.] Hanc aetatem gerendo sacerdotio aptè esse, sicut eam que est 30. annorū, Episcopatu, ex hac auctoritate rectè post alios patres Tridentina nostro tempore statuit synodus, locus autem, vnde hoc hausit Hieronymus, est octauo Numerorum capite. Hoc est, inquit Moy- ses, lex leuitarum a 23. annu, & supra, ingredientur, vt ministrant in tabernaculo faderit. Aut, si in hoc testimonio solo Hebrai- cam sequitur veritatem, nouerit triginta annorū fieri sacerdotem.] Hoc dicit, quia pro 25. anni 30. esset in Hebraica fortè olim ve- ritate, nos hodie Hebraeam cum vulgata editionem consentientem habemus, id est, כֹּהֵן וְעֹשֵׂים שָׁנָה. Ne per antiphrasim à suo nomine discrepare videatur.] Hoc est à contrario sensu, cum pres-

byter suum significet. Immo categoria.] Id est, accusatio. *κατηγορεῖν* enim accusare significat; item exprobrare, & multa alia.

Cur nomine Sanctitatis tuæ contra nos pro terrore abun- tantur?] Vocula, Pro, deera antea. Per Isidorum presbyterū litteras nobis miserat.] Accesserat quidem in Syriam Theophilus, sed non ad monasterium D. Hieronymi, ed enim Isidorum cum litteris paci- ficatum miserat: ne redderentur autem, à Ioanne procuratorū fuisse, cre- dendum est, fuit autem Isidorus, antequam cum Nitria monachis, Dios- coroq; Antropomorphita sentiret, aded Theophilo charus, vt post mor- tem Nestaij Constantinopolitanum Episcopum illum creare summo- nere, vt testatur Nicephorus, conatus sit. Qui nunc diluit quæ suo consilio olim disincta sociavit, probat è nunc ad alterius voluntatem tunc copulata discerpere.] Codex ami Douini MCCCCCLXII. excusus non habet voculam, Tunc, & in Transalpin- a editione pro Qui, Cui, perperam legebatur. Nupcr nobis p. flu- lauit, & impetrauit, exitium: atque vinam implere potuisset.] Ab Imperatore, vt reor, Theodosio impetravit, sed res effectum sortita nõ est, quod veniatem sorte Imperator postea agnouit. Apostolicam cathedram habere se iactans.] Hierosolymitanus scilicet, in qua Iacobus cognomento Iustus, frater Domini, extra XI. num. etiam Apostolus, cathedram tenuit: & post eum Simon Iuda, similiter frater Domini, vt Mathæus, & Marcus Euangelistæ testantur, qui ex numero duodecim Apostolorum, si Dortheo Martyri, Tyri Episcopo, credimus, fuit, in crima Simonem Chananæum, seu Zelotem, qui inter duodecim in euangelio commeneratur, ab hoc Simone Iuda, de quo in eo catalogo non fit men- tio, distinguens, eo argumento Apostolus postea annumerat, quod Simonem Iuda, & Iacobum Alphae eundem facit. Et ita Iacobum Iustum, prin- cipium Hierosolymæ episcopum, à duodecim Apostolorum numero, vt reli- quid serè omnes faciunt, excludit, & duos nihilominus Iacobos, hoc est, ynum zebedæi, alterum Alphae ex Maria Iacobi dicta filium, illis annu- merat. hac autem tanti martyris auctoritate, mirum est quàm eorum reuerit as, ac petulantia retundatur, qui Clementis epistolam ad Iaco- bum, fratrem Domini, à tot summis antiquissimis Pontificibus, & aliis scriptoribus citatam, probat, inq; vti apocrypham reuincunt, nam est Iacobus cognomento Iustus, primus Hierosolymæ Episcopus, vt constat ex Hieronymo, septennio antequam scripta fuerit epistola, mortuus scribitur: viuebat tamen, in sede illi succedens, Iacobus alter, frater similiter Domini: ad quem scriptam fuisse ista regeneratione negari potest. Dorthei sententiam id confirmat, quod scribit Iudas Iacobi scilicet frater dicitur, ita enim se Iudas in epistola sua inscribit: ita Iacobus Iuda dicitur necesse est. nam quod fratres fuerint Simon, & Iudas, id est Iacobus, & Iudas, aperit, Mathæus & Marcus Euangelistæ testantur, dicit: ille ait, Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas? & alter: Nonne hic est Iacobus, filius Mariae, frater Iacobi, & Iosephi, & Iudæ, & Simonis: ex quibus sequitur, vtrumq; Iacobum fratrem Domini fuisse, primum scilicet Iosephi fratrem, cognomento Ius- tum, Apostolum extra 12. numerum; & alterum Iudæ fratrem, qui Iacobus Alphae dicitur, in numero. Verum cum in hoc numero, plures si- quidem fuisse Iacobos Egesippo etiam teste constat, Iacobus Zebedæi ex Salome filius, frater Ioannis Euangelistæ, quem Herodes occidit, iugens quoq; esset Apostolus, vt Iacobi nomina inter noscerentur, ad huius disse- rentiam is qui dicebatur Iustus, frater scilicet Iosephi, propter etiã mi- nor cognominatus est. Sed quia ante hos ambos Iacobos, Hierosolymita- nam Ecclesiam Apostoli, vt ex Egesippo refert Hieronymus, & ex Apo- stolis eorum princeps Petrus, sicut Lucas in actū commemorat, precipud gubernauit, mirum alicui non sit, si sedes Apostolica Hierusalem hac etiã ratione appelletur. paruo autem tempore ab Apostoli gubernatam Hierusalem, ex eo constat, quod Ignatius Stephanum Iacobo, vti Di. conum vrbis Episcopo ministrasse scribit. Et quasi scriptum triplex.] Al- ludit ad illud Salomonis, Funiculus triplex diffusile rumpitur. quod dicitur appositè fidei, spei, & caritatis vinculo accommodauit. Iccirco & nos patrias nostras dimisimus, vt quieti, & absque vllis simul- tatiibus in agris, & solitudine viuereamus.] Loquitur non solum de se, qui Dalmatiam, & Stridonem patriam vnd cum Pauliniano fratre dimisit, sed etiam de Vincentio, & aliis monachis, qui secum solitariam ducebant in monasterio vitam. Vt Pontificis Christi, qui ta- men rectam fidem prædicant, non dominorum metu, sed pa- trum honore veneremur.] Vide, vt hæreticis pastoribus veneratio- nem & obsequium detrahat, catholicis autem omnem obedientiam tribuat.

In præfationem Rufini in libros *περί ἀποχρῶ* Origenis. In quo etiam frater & collega noster ab Episcopo Dama- so deprecatus.] In quo, scilicet Origenem vertendo, prius legebatur. In quod, Fratrem autem & collegam D. vocat Hieronymum, quod ipse etiam Rufinus presbyter esset laudat autem eum, vt ita Origenem quoq; quem Hieronymus prius predicauerat, secum laudet, quæ prima ac serè sola discordantium inter eos fuit origo.

De Iacobi vide indicem aliorum to- morum.

De Iacobi vide indicem aliorum to- morum.

De Iacobi vide indicem aliorum to- morum.

Vt cuius legendi Origenem, & avidissimè perquirendi desiderium commoveret. Olim, Cuius, non Cuius.

Sed ille, vt video, in stylo proprio placens. Hieronymum, quòd in vertendo Origene non laboraret, sed in Latine, eleganterq; scribendo se totum occuparet, quasi de suo sibi blandiretur stylo, taxat.

Sed tua vis fidelissime frater Macarii.] Macarius Beatus Græcè significat, eius, versione suam περί ἀρχῶν Rufinus dicitur. ὁ ἄγιος, hoc est verè Macarium, potuisse dici, si in Rufinum præceptorem non incidisset, alibi Hieronymus scribit. Quem Pamphilus pro libris ipsius Origenis scripsit.] Rufinus, vt Origenem mundo legendū obtruderet, Apologeticum Eusebii Casariensis pro Origene, nomine Pamphili Martyris vertit, inuulgantiq; falso tamen, cum nihil Pamphilum scriptum reliquisset, ipsemet Eusebius prodiderit. fuit autem huius opinionis ipse etiam Hieronymus antea, quòd librum Græcè hoc titulo prænotatum in bibliotheca ipsius Rufini viderit: agnitum postea errorem acriter impugnauit, & Rufinum, eius causa, mendaciū coarctauit.

Quod ab eo ceteris locis fideliter, piè de Trinitate futeo definitum.] Contrarium alibi dictum ab Origene ab ijs quæ hereticè in libris περί ἀρχῶν scripsit, probari non posse, Hieronymus, dum Rufino respondit, in faciem illi hæc verba regerendo, insinuat.

PAMMACHIVS, ET OCEANVS HIERONYMO. EPIST. LXIII.

Non tam nobis, quàm vniuersi qui in Vrbe habitant.] Vrbeni Romanam intelligit: Romani enim Pammachius & Oceanus, & nobilissima insuper familia erant. Vt quæ etiam in his schedulis.] Et si septem ex Florentia manus scripta exemplaria, & aliquot ex Braxia, ita legant: legi nihilominus etiam potest, Et quæ.

HIERONYMVS PAMMACHIO, ET OCEANO. EPIST. LXIIII.

Aduersarios talione mordere.] Cum par pari, vt dicitur, redditur, & similis in alterum regeitur pœna, Talio semine genere appellatur, inde retaliare verbum apud Gellium, quòd Græci ἐπιβιβάζει dicunt. Montanum cum eo, Maximillamq; non sequitur.] Montanum, & infans eius feminâ Priscam & Maximillam, secutus Tertullianus est, qui fuerint eorum errores, alibi Hieronymus explicauit, & tamen magistrum eum appellare Cyprianus solebat, vt qui interpretem locutaret, non dogmatisten.

Alter eorum dimidiatam Christi introduxit œconomiam.] Eleganter, proprièq; dimidiatam Christi œconomiam introducunt ab Apollinario dixit, quòd is dimidium tantum Christum nobis daret, carnem scilicet, quando animam eum suscepisse insinabat, eiusq; loco verbum fuisse assererat. fuit hic Laodiceus Episcopus, damnatusq; est Romæ à Damaso, & Alexandria à Petro, cum hoc decreto: Vt, si quis filium Dei humanitatis, vel deitatis diceret minus aliquid habuisse, anathema esset. Alter impietatis Arrii apertissimus propugnator est.] Arrianum fuisse Eusebium Casariensem, & Arrii partes in Nicæno concilio fuisse nemo ignorat. eam impietatem, viuente Constantino Magno, suppressit potius, quàm deposuit, eo autem mortuo, & Constantio ad eam heresim declinante, omni mixto concilij reputationem extenuare conatus est. Nam præter quod Constantium nondum eo tempore baptizatum, contra omnem scribit antiquitatem, veluti qui ab Arriano Episcopo baptizari in Iordania postremò vellet, & contra Siluestrum Papam, qui Synodum congregauerat, scripsisse proditur: xx. tantum illius concilij in historia recenset canones, & quòd propter dissidium Paschatis id coactum fuerit, in vita Constantini assererat. Apollinarianum Laodiceum audiui Antiochiæ frequenter, & colui.] Tanti discendi studio flagrabat Diuus Hieronymus, vt post Italiam, Gallias, Palestinamq; peragrata, Constantinopoli Nazianzenum, tunc illius vrbis Episcopi, audiuerit, Antiochia Apollinarianum, Alexandria Didymum, Hierosolymæ Barrabanum.] Mihi alterum exhibebat Nicodemum.] Quòd notu ad eum docendum Barrabanum accederet, sicut ad Christum Nicodemus, hoc dicit. Habetur liber in manibus, ante 20. annos editus.] Ad Damasum, dum Esaiæ hanc visionè exponeres, suppresso Didymi nomine eam opinionem reprobat. Contra Amasium velstrū scribere.] Origenè sic vocat, contra quem statim, vt pater, styllum mouit. Suū esse οὐκ ἔγνω.] Sicut mysta dicuntur qui sacris, ita symysta qui eisdem sacris initiati sunt, confacerdotes, nos dicere possumus. Mendaciū inter se Origines fœderentur.] Mysteria sic vocant, sed Bacchi propriè Orgia postea sunt dicta, ἄπο τῆς ὄργης, quòd à furentibus hominibus peragerentur: & quoniam fœderata fiebant sociate, propterea, Mendaciū inter se Orgis fœderentur, dixit Hieronymus. Synesius Philosophia arcana Orgia appellauit, & Plato in Phædro ὄργια, pro carnis uoluptatibus perageret & vsus est, nominat autem

A Platonem, quòd is in libro de Rep. vult ciuitatis custodes callere mendiandi artem, vt vbi è Rep. fuerit, populo imponere sciant, sicut hoc ipsum in libro primo contra Rufinum explicat.

Sextus Stromateon liber.] Decem libros Stromateon Origenem scripsisse, sicut Clementem Alexandrinum octo, proditur. verum Clementis extant, Origenis verò nequaquam. Stromata autem vocat variarum rerum libros, & commentaria: quòd stragula, & huius nominis vestes ita ex variis coloribus, historiisq; compositæ intertexerunt.

Quasi non eodem spiritu & Apollo Delphicus, atque Loxias oracula fuderint.] Ambiguè & in vtrumq; euentum Diabolus in oraculis, ne mendaciū, cuius ipse est pater, argueretur, loquebatur, hanc ob causam propter obliqua responsa, Apollo λόξιος vocatus est. λόξιος enim obliquum apud Græcos significat. Mithici, quòd obliquo motu Sol, qui Apollo dicitur, Zodiacum excurret, Loxiam dictum esse magis voluit, quam vtramq; opinionem post Macrobiū in libro de Diis, Phornutius huius verbis refert: λόξιος δὲ καὶ περιεκελευσέντων τῶν χρησμῶν, ὅτι δίδωσι, λόξιος αὐθιγασα, ἢ ἄπο τῆς λόξισμῆτος τῆς ἀπορίας, ἢ ποιήματα διὰ τῆς ἑσθέρου ἀκούου. Quid autem Cræso Delphicus, post alia oracula, responderit Apollo, dum Persicum animo expeditionem versaret, latè in primo Herodoti persequitur:

B Pyrrho autem Epirotarum Regi ad hunc modum respondisse, memoria prodium est: Dico te Aacida Romanos vincere posse.

Vt Orthodoxus corpus audiens, carnem putet, hæreticus spiritum recognoscat.] Sic tempestate nostra heretici faciunt. Christi enim corpus dum in sacramento Eucharistia audiunt, non carnem, & verum, sed spirituale & corporis potius ἀντίτυπον, figuramq; interpretantur: cum tamen, vt in Nicæna altera Synodo contra Iconomachos, huius heresim auctores, Epiphanius testatur, nusquam inueniatur, quòd vel Christus, vel Paulus, aut alij ex Apostolis, vel ex Patribus aliqui, ἀντίτυπον illud vocauerint, sed verum corpus. & si apud Eustathium, & quosdam alios ita inuenies; inuenies etiam, quòd ante consecrationem sic vocant, Græcorum scilicet sequentes consuetudinem; qui dum panem, vinūque ante consecrationem offerunt in Missa, proponentes, inquirunt, ἀντίτυπον corporis, & sanguinis Christi filij tui. Vide latè hæc de re Ioanmem Damascenum, qui aliam etiam huic tergiversationi rationem offert. Et putres attritare axillas.] Aliter, Maxillas: & ita habent cuncta Florentia manus scripta exemplaria, nos vulgata in lectionem non mutauimus, eo quòd potius dicat: hoc enim ad axillas, quæ putent, propterea quòd sudore corrumpantur, magis quàm ad alas pertinere. Et putasse in Apostolis, quod in Pythagora, & Platone, & Empedocle legeram.] Id est, quòd Apostolorum dicta de anima, & mortuorum resurrexione, horum philosophorum more, qui aliter ea intelligunt, & officiosum in similibus rebus, cum è Rep. fore existimant, mendacium admittunt, interpretatus sum, & ita sub nomine Christiano introduxerim dogma gentilium. explicat hunc sensum Hedibia, quæstione 10. Lactantius in libris suis, & maximè in epistolis ad Demetrianū, Spiritus sancti omnino negat substantiam, & errore Iudaico, &c.] Rescè Lactantij errorem Iudaicum appellat: Iudæi enim neque filium, neque Spiritum sanctum esse credunt, resimantq; quæ de eis sunt, aliò torquent nobis ex multis sacra scriptura clarissimè & eruditissimè pro Trinitate assertionibus, satis esse illud vnum, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et mu vltra non faciã.] Hoc est, ne syllabam quidem mutorum proferam, iuxta illud Eniij, Neque, vt aiunt, mu facere audent; hoc est ne verbum quidem, si enim mu faciunt, dum in verba prorumpere conantur, constrictis enim labijs, Mu, seu My, dicunt, vnde & eorum nomen dictum creditur, prouerbioq; vsurpatur, sicut & illud, Ne Gry nomen. interdumq; cōiunctim pronunciat, Neque My, neque Gry. Non desunt tamen eruditi, qui, ybicumque hoc occurrerit nomen, sine apud comicos, sine alios veteres scriptores, Muth, non Mu dicant esse legendum, quasi à μῦθος, quòd verbum significat, vox veniat, & vulgi iam prouerbium præcisum retineatur nomen, quo dicimus, non faciam Murtum, quadam exemplaria Mutum, quadam Nutum habebant. hanc posteriorum lectionem non hic, sed alibi retinimus.

Alitū medicū grandes morbos non esse curandos, sed dimittendos naturæ, ne medela languorem exasperet.] Sic dicunt de quartana febre: cum si initio medela adhibeatur, ita exasperatur, vt ex vna plures fiant. & Galenus exponens octauum primi libri Aphorismum, ait, quòd solam prognostica arte vitetur medicus, vbi mors imminere videtur.

Centum quinquaginta anni propè sunt, ex quo Origenes mortuus est Tyri.] Vtque ad Gallum, & Volusianum angustor vixisse Origenem, idem Hieronymus in catalogo scribit, anno scilicet suo ætatis LXIX. successerunt autem ij Decio, Suidas & Epiphanius scribunt illum extremam in arate Serapii litasse, cum ab Idolorum cultoribus capto data fuisset oprio, vt vel hoc faceret, vel ab Aethiop e, quæ illi interca ostēderit, muliebria patētur, eo dedecore cōfusus Hierosolymā inde secessisse scribunt.

scribunt: verum cum ibi quoque conuictus a fidelibus velleretur, Tyrum, ubi & obiit, perrexit. pudore autem, & amore animi confectum obisse verisimile est, nisi de eius morte nemo meminit. *σπουδαίως, & τήνως.* Diximus supra, decem libros Stromatum Origenem composuisse. Disputationes autem maiores, seu commentarios *τέλους* vocauit.

Vt magis Hippolyti sententias, Basilijq; sequeretur, Inteligit de Hippolyto Martyre, qui in Hexameron scripsit: quem secutus postea Basilus est, & post Basilium in Latinis Ambrosius. fuit autem Portuensis Episcopus Hippolytus: nec mirum, Latinum locum Græco homini concessum, ignoratum à Græcis. Roma enim Papam illum in catalogo sanctorum, seu Martyrologio, vocant: quod Roma vicinus sit portus: Hieronymus etiam, cuiusdam vrbi fuerit Episcopus, non inuenit: inuenitur tamen alij, qui & produnt eius statua arate nostra cum sedem annorum circulo, quem pro inueniendo Paschate ediderat, litteris excuspto, reperta fuit: quam & nos vidimus, & adhuc etiam extat, fuit autem Origenis coetus. Alexandria Ecclesiasticam scholam tenuit. *Catechismi doctrinam, Ecclesiasticam scholam vocat, in ea auctoritatem, postquam è Roma, ubi sub Zepherino fuerat, rediit, Heractum presbyterum sibi adiutorem ascinuit. Mille, & eo amplius tractatus in Ecclesia locutus est. Edidit innumerabiles præterea commentarios, quos ipse appellat *τέλους* aliter. Parcas fidei, quæ Apolthi voce laudata est. *Hu verbis Rufinum tacite taxat, quod Origenis hereses Romanis auribus, Latinum illum reddendo, iniecerit.**

Et quid adhuc *ἀπολογισμῶν* aliena esse, quæ displicent? Sic hodie quidam faciunt, alium vel Erasimum, vel similes defendere ab erroribus volunt: aliena enim esse dicunt, quæ displicent: quasi salua hominum abscondi possit, & auctorum nomina libris adscripta nihil hæc in re fidei faciant. *αἰπολῶν* autem idem est quod causari. Perperam hoc in loco quidam codices habebant, *ἀπολογισμῶν* est autem *ἀπολογία*, quo nomine Polybius vitur, *ἐκλόγος, ἐτυμολόγος.* Quo modo igitur inter se dissentire potuerunt, vt Eusebius in toto opere suo Origenem Arriani probet dogmatis, & Pamphilus Nicæna fidei, quæ fuit postea, defensorum. *Pro Defensorem, Defensor est, ante a apud Erasmus legebatur, sensus est: nullo modo fieri posse, vt Pamphilus Martyr Origenem catholicum faciat, & ab Arrianorum, quorum ipse fons fuit, blasphemiam liberet, & ita Nicani concilij defensionem reddat: cum Nicænam concilium post Origenem celebratum fuerit: & Eusebius in toto opere Origenem Arriani fuisse dogmatis probet, hoc autem argumento concludit, initium sexti libri non esse Pamphilij, vel Eusebij, sed vel Didymi, vel aliorum qui vt catholicum defendere Origenem volebant: Pamphilus enim, præter quod nihil scripsit, non dissensisset si scripsisset, ab eo in vno eodemq; opere Eusebius, propter inaximam, quæ inter vtrumq; erat, amicitiam, & coniunctionem.*

Scilicet vt martyrio deleteret errorem. *Sic de D. quoque Cypriano aliqui dicunt: quem tamen ante mortem in Ecclesia Romana sententiam venisse, alij ex eo credunt, quod idem fecisse eius Episcopos Hieronymus contra Luciferianos testatur.*

HIERONYMVS RVFINO, EPIST. LXV.

Qui sæpiissime figuratas controuersias declamaui, *Cum quid præter veritatem, vt verum, fingitur, figuratum dicitur, eiusq; significationem declamationis etiam nomen explicat: quod est cum fida re quilibet in se in dicendo exercet, hoc autem apud Quintilianum, qui de declamationes edidit, inuenire facile erit. Frater meus Paulinianus necdum de patria reuersus est. *Germanus D. Hieronymi hic erat: quem ab Epiphano ordinatum presbyterum supra vidimus, miserat autem, vt alibi testatur, eum in patriam, Stridonem scilicet, vt semidivitas patrimonij res venderet: quo haberent unde se alerent, & monasterium perficere possent.**

IN APOLOGIÆ ADVERSVS RVFINVM LIBRVM PRIMVM.

ὁ ἀσύνθετος δὲ ἀσύνθετος. Hoc est, venenum mortiferum. *Vt* estis non intelligere prudentia eius, & prædicationis diahyrica strophis in scholis sæpe iussit. *ἄσυνθετος* est distrahere etiam significet, non tamen ab hoc significatu, vt putauit Erasmus, diahyrica prædicatio dicitur, sed ab eo quod est conuictari, & obiectare: quod prædicationis ex diametro opponitur, & quia id illudendo, ridendoq; fieri solet: propterea Hefychius pro *διδασκαλῆς* & *ἰδωλῶν* eius *ἀσύνθετος* exponit. Stropha autem obliquum tortumq; sermonem significat, cum scilicet aliud dicitur, quam in animo sit: velut si quem laudando vituperemus, rectè igitur Rufini de Hieron. prædicatio, diahyrica dicitur: quod ea laus vituperatio Hieronymi, & obiectatio esset, eum

A enim de Origenis hæresibus suspectum reddebat.

Male, ait, facta gratia nequidquam coit. *Carmen ex epistolis Horatij hoc est, ducta est autem similitudo à vestibus, quæ discripta resarcuntur, significat autem, quod gratia male redintegrata, non perimmet, sed rescinditur, vt vestis male facta.*

Columnis Ecclesie prætermisiss. *Hilarij, Ambrosij, & Victorinij, columnas vocat Ecclesie, quod catibuli, & eruditissimi essent: sic autem vocari solent ij quibus veluti fulcris res aliqua inniuitur, sicut columnis domus, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, inquit Apostolus, qui videbantur columna esse, dextris dederunt mihi.*

Vt, dum peregrina sectatur, pene sua amisserit. *Taxat Rufinum, quod ad Græca lingua uicauerit, vt Latinam pane amisserit, probo autem datur ita sectari peregrina, vt propria quis amittat.*

Aliud est, si pro iure amicitie accusis tacere debui, & litatam ab eo faciem, atque, vt ita dicam, hæretico factore confersam, ne simplici quidem aqua diluere. *Ita ut ab eo, scilicet Rufino, qui Hieronymum hæresis læbe conserferat, quæ lætio germanior est quam prima, vt legebatur, et dum iurata habeo faciem, Nec hominis est, nec ad hominem. *Ciceronis id dictum est, significatq; ne que hominis esse, neque ad hominem pertinere.**

Et *ἀπολογία* Marciobis de meis opusculis fabricatus est. *ἀπολογία*, Hefychio teste, significat *ἀπολογία, ἀναλογία, μάχη*, hoc est componere, congregare, complacere. Marcion ex Euangelio, & Pauli epistolis, loca multa pro astruenda hæresi sua collegerat, & in vnum congregarat: quæ compositiones, *ἀπολογία* vocat Hieronymus, easq; sigillatim Epiphanius, quem esse, explicat. incongruum autem est hinc inde auctoritates mutilatè colligere, & in alienum torquere sententia: quod sit, cum neque ea, quæ antecedunt, neque que subsequuntur, considerantur, conqueritur nunc in sanctus, quod Marcionis instar Rufinus ex opusculis suis quædam, vt reprehenderet, collegerat. Erasmus, *ἀπολογία*, inquit, insinuat, ut sentit enim illum tenuisse Marcionis hæresim ex suis libris, hæc sunt eius verba.

Prior translatio laudem auctoris continet, secunda vituperationem. *Primum vocat quam Rufinus, secundam quam ipse ex libris *ἀπολογία* Origenis fecerat, Arrianorum autem principum Origenem, & Eusebium Casariensem Arrianae factionis signiferum appellat, quod antesignanus Arrianorum hic fuerit, & ille, vt alibi testatur, fons Arrij. Pro eruditione, qua polles, & ineluctus *σωτηρίας* in occidente laudaris, ita vt *κορυφαίος* te omnes tuae partis nominent: non reor te ignotasse Eusebij *σωτηρία*, & Pamphilum Martyrem nihil omnino operis condidisse. *σωτηρίας* compositor, & *σωτηρία*, compositio, que & *σωτηρία*, & *σωθείς* appellatur, verum *σωτηρία* compositio est elaborata, & magno cum iudicio, ordineq; digesta. *κορυφαίος* autem antesignanus, principemq; aliqua in re significat, *ἄριος* tuis *κορυφαίος*, quo vertice capitis intelligitur, Petrum Apostolorum *κορυφαίος* propterea Magnus Dionysius vocat, sensus est: Tu, qui vt optimus scriptor, vel, vt verbum verbo reddatur, compositor librorumq; coaceruator, & scriptorum omnium in occidente princeps haberis, puto non ignores ea quæ ab Eusebio Casariensi composita sunt, proptereaq; an eius, vel Pamphilij potius is qui pro Origenem circumferitur, liber sit, scire optime possis.*

Quod fecisti in libris *ἀπολογία*, hoc facito & in isto volumine *ἀπολογία*. *Id est falso inscripto, scilicet Pamphilij, cum is Eusebij sit, hoc est, multa aliqua in eo, & dele, & ad sensum, vt liber, tuum interpretare. Palinodium Stesichori more cantato, *Id est, recantationem, sic enim Stesichorus poeta fecit, cum, vituperata carminibus Helena, oculis orbatus esset: eam enim rursus laudauit, & sic oculos recepit, fuit autem is lyricus poeta valde insignis.**

Methodio Episcopo. *Olympi primum Lycie, & postea Tyri Episcopus Methodius fuit, martyriusq; vitam suam, scripsit librum contra Origenem: eiusq; aliqua hæc in materia apud Epiphanium inuenies. Et hæc ipsa opuscula in Latium vertens, meæ lingue hominibus dedi: *Latinos sua lingua homines vocat, non Dalmatas, vt multi existimant: eorum dicendi genere sæpe vitur, idq; facit, quod ipse inter diuersarum linguarum degeret homines.**

Nunc ex eo Arrianus sum, quia Eusebius, qui hos libros condidit, Arrianus est? *Legendum videtur Num, non Nunc, verum sine exemplaribus nihil immutare ausi sumus. Plautino in me sale ludere. *Quod argutus sit Plautus, & scommatibus plenus, hoc dicit. De Hieronymo Sardanapalium nomines. *Abyriorum Rex fuit Sardanapalus, vt ita omni luxurie generi deditus, & quantis feminis corruptior, vt proterbij instar nominetur. Gregorium, vtrum eloquentissimum, non potui nominare. *Intelligit de Nazianzeno, quem præceptorem habuisse semper gloriatur, & exultat, auduit autem eum Constantinopoli, tunc cum eius vrbi esset Episcopus, vt ipsemet in commentarijs Esate propheta capite sexto testatur: quod ignorasse Erasmus miror.****

Ὁλογεσμίτου

Ostegeſimum quoque nonum pſalmum, qui ſcribitur, oratio Moyſi hominis Dei, & reliquos vndecim qui non habent titulos, ſecundum Huius expoſitionem, cuiusdem Moyſi putat.] Hi omnes vndecim, qui ſequuntur, pſalmi, hoc eſt à xc viſque ad c i. apud Hebræos non habent titulos; apud quos eſſe eos ἀνεπιγράφοις & Theodoretus. & reliqui probati ſidei ſatentur auctores. vulgata apud nos editio à lxx. eos accepit. Ἀντίπαλον meum docebo ſenex, quod puer didici.] Adverſarium hoc vox ſignificat, hoc eſt ἐπιπρόιον, καὶ ἐχθρὸν: idemq; proſus eſt ſenſus ſi legatur ἀντίμαχον. quod autem legi poſſit vel ἀνομιέροντα, vel ἀδολογιέροντα, ſomnium eſt Eraſmianum: nam præter quam quoddam ſenſu careret hæc lectio, apud cuncta, que nos vidimus cum impreſſa, tum manuſcripta exemplaria, aut ἀντίπαλον invenimus, aut ἀντίμαχον.

Chryſippus & Anipater inter ſpineta verſantur.] Quod difficile in ſcribendo hi fuerint, & argumentorum ſpinetis impliciti, hoc dicit. ſic enim Ἡρακλειτοſophος vterq; fuit, & in dialectica inſignes ſcriptores, præſertim Chryſippus. Demotheſtes & Aelchines contra ſe invicem fulminant; Lyſias & Iſocrates dulciter fluunt.] Paria principum oratoria in arte ſcriptorum connectens, quid cuiſque eorum proprium ſit, luculenter enarrat.

Ad ſtruendam mihi calumniam cernuus.] Cum qui pronus, & veneratibus rem aliquam inſpectat, cernuus dicitur. hinc illud, Τάτων ergo ſacramentum veneremur cernui. Parupendens ὑπερέκατα poſt anfractus reddere.] Vocat anfractus perplexas, ſτεχνοςας, & orandi excuſiones: ſicut ὑπερέκατα, cum quis orationis fines tranſgreditur, ac veluti ſui oblitus, aliò diſſerendo abit, qui autem ita euagatur, niſi ad propoſitum poſtea redeat, & hyperbata ſuo loco reponat, ingeni dignus eſt reprehensione, non ſecus quam qui multis conſonantibus orationem exaſperat, horridamq; eam reddunt, vel crebro vocabulum coitu hinc ac, hoc eſt hiantem, aperiamq; officium. Nec aſper, inquit Cicero, verborum concursus ſit, neque hiatus.

Naum agere ignarus nauiſ timet.] Horatii carmen hoc eſt, ex epistoſa ad Auguſtum. Abrotanum agro non aude, niſi qui didicerit, dare.] Nota herba eſt abrotanum ex Theophrasto, Dioſcoride, Plinio, & Galeno: & niſi in quantitate peccetur, quamvis Homacho noceat, periculosa non eſt: propterea vitiatum codicem puto, & pro Abrotano, Helleborum legendum eſſe. Quod medicorum eſt, promittunt medici, tractant fabulilla fabri. &c.] Et hi Horatianum verſus ſunt. Ferula manu (ſubtrahere.] Id eſt, ſubducere, ſecundum illud Satyrici: Et nos ergo manu ferula ſubduximus: ſic enim pueri in ſcholis faciunt, dum vibrant ferulam præceptorum manu, ne verberentur, ſubtrahunt. Et inter paruulos ἀδολογιέρον artem loquendi diſcere.] Adim, Minerua, γέρον ſenex, quaſi dicas, diſcipulo ſenex, præſidet enim ſtudij Minerua. vel dicitur, quaſi Athena, hoc eſt Græciæ literarum incumbendo ſenuerit. Quamvis Cræſos quis ſpiret, & Darios, literæ marſupium non ſequuntur.] Quod diſſimili Reges hi fuerint, hoc dicit. antea pro, Quis, legebatur, Qui.] Ut à cane Rho diſceret.] Nota eſt hæc Demotheſtis hiſtoria, quod cum eſt, literam pronuntiare nequiret, à canibus eam didicerit, illi enim, cum ſunt irati, hæc præſtrepunt litteram.

Cur neſcite pudens præci, quam dicere malo.] Prudens, falſo legebatur antea, qua leſione nec verſus conſtabat, nec ſenſus.

Loquitur & Sapientia, quam ſub nomine Salomonis legimus.] Philoniſ iudaicus dicitur hic eſſe liber, qui Salomonis ſententias collegit, propterea Salomonis nomine circumfertur, ſimilem alterum, Eccleſiaſticum inſcriptum, teſus, filius Sirach, compoſuit, ut ex principio, ſineq; libri conſtat: qui quod ſententias Salomone dignas continet, Salomon ipſe etiam vulgo dicitur, in eccleſiis autem tam ſi, quam veri Salomonis libri, Proverbia ſcilicet, Eccleſiaſtes, & Canticum canticorum, Sapientia aq; omnes leguntur nomine. Non tu in trivium indocte ſolebas Tridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.] Virgiliani ex Bucolicis hi verſus ſunt: quibus mirum eſt quam pulchre, eleganterq; paſtoris in canendo, ſufficianaq; perſonando cithara, imperitia redarguitur, accommodat autem hæc Ruſino, quod cum Græcè, Latineq; indoctus eſſet, ſe tamen, vri doctiſſimum, apud imperitum vulgus iactabat. Quasi non citratorum turba, Mileſorum in ſcholis figmenta decanter, & teſtamentum ſuis, Beſſorum cachinno membra concurat.] Cirrati pueri à Perſio vocantur, quod coma cirros portent, Mileſios pro laſciuia accipiunt, & opulentis, quod tales fuerint huius nominis populi, eorum autem figmenta ſunt veluti Attellane, ac laſciuie fabula. Beſſi Thracia populi ſunt, multis nominibus diſtincti, pro ſeris autem & imperitis hic ponuntur, quod ad leſionem teſtamenti Porcelli (hoc enim nomine adhuc circumfertur liber) veluti ad doctam aliquam fabulam attenti maneat, & cachinnis toto corpore excitare videntur.

Quotidie in plateis fictus hariolus ſultorum nates verberat, & obrorto ſcorpione dentes mordentium quatit.] Senſus eſt: ſi ficti diuinatores & circumſoranci quod

tidie in plateis ſpectatores habent, & auditores, dum diuinatio prætexu homines decipiunt, nates illi verberat, do, aut adnata aliqua materia, quam ſcorpionem vocat, mordentium dentes ex impropiſo quatendo; quid mirum eſt, ſi indoctorum hominum, qualiſ Ruſinus eſt, libri lectores, laudatoresq; inueniant? Ogius mendaciorum ſcederari.] Quod mendacium admittit ex Platonis ſententia Origeniſta, idq; ab ipſo didicerit Origenes, hoc dicit, origia autem pro ſaris poſuit: quod inſtar cultorum Bacchi, cuius ſacra ergia dicuntur, Origeniſta mendaciuſi ſcederantur. Et nos igitur illius præcepti memores, loquimini veritatem vniſquique cum proximo ſuo, non debemus dicere, quis eſt proximus meus.] Nos, legendum hic eſt, non Vos. Barholomæus, filius Ptolemaei, & Barſabas, & Bariehu, & Barrabas.] Non Barſabas, ſed Barſibus, antea legebatur, nec etiam Bariehu, ſed Barſibus, nos à quibusdam exemplaribus admoniti, ex nouo, vnde Hieronymus haſit, teſtamento ita correximus: De Barſibus Lucas meminit: erat enim cæcus quidam.

Ὁς ημεῶν Καθημεῖος ὁ τυρεὶς ἐκείνου παρὰ τὴν ἐξέρ, eſt non neſciam alibi ſcripſiſſe Hieronymum, eo in loco legendum eſſe Barſem, idq; Syriacè exponi, filium cæci, ſeu cæcitat. De Bariehu variant exemplaria: aliqua enim, ſed falſo, vt teſtatur Hieronymus, Barieſus legunt, hoc eſt, filius Ieſu. ſuit autem hic Magus quidam, qui erat cum Sergio Paulo proconſule in inſula Cypri: deq; eo Lucas in Apoſtolorum actis meminit. Pro Barrabas, legendum eſſe exiſtimo, vel Barnabas, vel Barſabas, de quo idem Lucas ſcribit, aſſeritq; filium conſolationis ſignificare, quod ſic Hebraicè ſcribentibus eſt ברנבה Barnabas, vt conſolationis filium ſignificaret, nam & facile, h, in, b, tranſmutari poſuit. Barnabas enim filium prophetae, vel ſicium venientis, teſte Hieronymo in libro de nominibus Hebraicis ſignificat.

Vt per ſingulos proſectus, & honores, aſcenſiones, & deſcenſiones vel creſcat aliquis, vel decreſcat: & ſub alia, atque alia poteſtate, virtute, principatu, & dominatione fiat.] Aſcenſiones hæc, & deſcenſiones ipſemet ſtatim interpretatur, pro ſortitione ſcilicet diuerſorum numerum, & officiorum, non pro diminutione, aut augmento gradus, idq; Eccleſiaſtica Hierarchie, quo modo ſit intelligendum, monſtrat exemplo: ne quis Ruſino ſimilis, ſanctiſſimo viro, hinc calumniam ſtruat, nam & angelos ab angelis regi, & illuminari, & gaudio ex hominum ſalute accidentalit ac in Dei viſione creſcere poſſe, D. Thomas, & omnium Theologorum ſchola conſtituit.

Dicamus quòd illam catnem, quæ viſura ſit ſalutare Dei, anima diligit, & nutriat, & foueat eam, diſcipulis erudiens, & cæleſti ſaginans pane, & Chriſti ſanguine irrigans.] Propriè ſacra Euchariſtia qui ſunt in nobis eſſe dicitur, Origenes explicat. Chriſti enim corpus animam ſaginat, & ſanguis irrigat, multo preſtantius, quam id animalium carnes, vinumq; in nutriendo faciunt mortali hoc corpore, accepit autem hoc à Chriſto, qui ſimili ſemper, cum de carne ſua, & ſanguine loquitur, vitium ſimilitudine, & terreni alimenti proprietates cæleſti accommodat cibo. Genuinum ſemper inſigere.] Inſigere, legendum eſſe puto: nam præterquod genuinorum dentium, qui molares dicuntur, proprium non eſt inſigere, cum acuti illi non ſint, ſed potiùs inſigere, (ſrangunt enim cibum, ac molunt) à Perſio præterea, cuius poemate plurimum vir ſanctus delectatur, hoc accepit: ait enim ille, Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum ſregit in illis. Qua in re alibi exemplaria noſ inuariant.

Sin autem contra inuidioſ loquor, & L. Lauium, vel Aſinium Pollionem de genere Corneliorum, ſyli mei multo conuulnerat.] Aemulum Terentij Laninium ſuiſſe, & Ciceronis Aſinium Pollionem, à Seneca in declamationibus prodiit. Pollionis filius Aſinius Gallus, Plinio lunare teſte, libros de comparatione Pollionis patris, & Ciceronis edidit, in eiq; patrem Ciceroni prætulit, reſpondit eis poſtea Claudius Ceſar, vt in eius vita Tranquillus teſtatur. ſed inter Pollionis ac Tullij ſcripta quid diſſerit, vtriuſque ſcripta declarant. extant enim Pollionis epistoſa tres ad Ciceronem, edia libro decimo epistoſa, ſam, quin ipſe Pollio in epistoſa quidam ſatetur inuidere ſe familiaris ſuo, qui cum Cicerone ambulet, & iocetur, nec ſe ab eo, cum præſentis copiam habuerit, ne veſtigium quidem vllum eſſe diſceſſuram pollicetur, nec verd Quintilianus, aut Tacitus, aut quiſquam omnino eorum qui veteres oratores nominant, Pollionem Ciceronis comparare, vel ſimilem eſſe dixit. verum de hæc re alibi.

Hiſtricoſe, & liuidæ mentis hominem.] Male quidam hic legunt, Hiſtricia. ſignificat autem hiſtricoſus ſpinuſum, & qui iacula ad ſerendum parata habeat, non ſecus quam hiſtrix animal ſpinas. Calpurnius: Venit & hiſtra a ſpinis hiſtrice barba.

Nimirum iſte eſt Saluſtianus Calpurnius.] Alibi Lanarium hunc cognominat. Scholiaſtes, quis hic fuerit, ignorans, ſiſticia eo in loco putauit nomina, & à calidiſ ſarnis, & lamionibus ducta. Saluſtianus autem dicitur, non quòd Saluſtium iſ perſecutus ſit, ſed quòd Saluſtius de eo meminerit. ſuit autem Calpurnius Lanarius

Lanarius dolosus, ac pessimus quidam vir, ab eoq; per fraudem Salina- tor occisus est, ut in vita Sertorij scribit Plutarchus. Et imiteris aliquando Crallum, quem semel in vita dicit rissile Lucilius. Rissile enim, alibi refert, tunc scilicet, cum asinum carduos comedentem videret: idemq; in illud proripit proverbium: Similes habent Labra lactu- cas. Plinius auum Crassi, qui in Parthis interemptus est, hunc fuisse tes- tatur: verum ne semel quidem eum rissile scribit.

Et Orbilius fruentem de auiæ sinu tractum esse cap- tiuū. Orbilius nomine præceptorem suum intelligit. fuit autem Orbi- lius Beneuentanus, Cicronis tempore, grammaticus insignis, verum acer, sanusq; in discipulos, plagosum propterea vocat Horatius. vixit ad centesimum vsque ævum, reliquitq; post se Orbilium filium, & ipsum grammaticum, auctor Tranquillus. Oletet testa ingenioli tui, quo semel fuisset imbuta. Adhuc ad illud Horatij: Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testæ ævū.

Lanarum conchyliam nullæ aquæ diluunt. Ex conchyliorum genere murices, purpureq; sunt, & quarum sanguine lanæ tingi omnes norunt, trabeæ, Regumq; purpure inde sunt. Idcirco autem conchyliorum sanguis variat secun- dum regiones, ubi prouenit: propterea & purpuream variare colorem, variet; apud veteres scriptores accipi, egregiè solus, quod sciam, Vir- tuius explicat. Septem modos conclusionum, dialecticæ me- elementa docuerunt. Quatuor enim argumentandi sunt forme, Syllogismus scilicet, Enthymema, Inductio, & Exemplum: & tres ma- teriæ, aut enim materia semper & necessaria est vera, & sic conclusio erit Demonstratiua, aut falsa omnino, & erit Sophistica: aut parum vera, & parum falsa, & sic erit Topica. Quid significet ætologia, quod non pronunciarum possumus dicere. Oratio, quæ verum, aut falsum plene significat, ætologia à Grecis dicitur, dignitatem, aliqui vertunt. Varro prologium in Aristoteli, Cicero pronunciatum: eo autem vocabul. transper se uti attestat us est, quoad melius inueniret. Propo- sitio igitur, seu plena, & perfecta verborum sententia, quæ necesse sit aut verum aliquid omnino esse, aut falsam, ætologia appellatur: ut si di- camus: Paulus Apostolus doctor gentium fuit: quod est verum: & Iudas Iaqueo se non suspendit: quod est falsum. si aliquid propositioni conne- ctatur, vocatur ætologia συνήκειον, ut, si ambulat, ergo mouetur, sicut dis- iunctum dicitur διζευχόμενον, quod est eiusmodi: Exerçitatio aut malum est, aut bonum; aut neque bonum, neque malū. Verum quia hæc opposita inter se sunt, & saltem vnum ex his disunctum falsum esse oportet, quod vt oppositum consideratur, dicitur ἀντιθέσιον, & quod falsum est, ἀναρθεσιον vocatur. vide latius apud Cellium lib. 16. cap. 8.

Soritarum gradus, Pseudomeni argutias, sophisma- tum fraudes, & σοφιστικὴν Græcè dicitur, quod cumulare, seu coaceruare, inde Sorites Syllogismus, quem coaceruationis nos dicimus: cum scilicet paulatim, sensimq; addendo, magnum tamen repente, qui non sentiatur, cumulus, acervumq; efficiamus. ut si dicamus: Pignori aurei diuiti non faciunt. Quid si vnus addatur? non erit diues. Quid si alter? non. Quid si tertius? non. & sic deinceps, ita vt diues postea sit, nec probetur. Iudæ duos, etiam mentiens, decipiensq; exponitur: insidiosus enim est Syllogismus, ac se ipsum destruit, ut si dicatur: Cretenses semper men- daces. si verum hoc est, non sunt mendaces: quia Epimenides, qui hoc dixit, Cretensis fuit. Si falsum, non dixit verum Epimenides. igitur Cre- tenses mendaces. Pro sophismatum autem fraudibus, elenchos intelligi, hoc est: sophisticos syllogismos, qui multis modis hominem decipiunt, Distinctio, Amphibolia, Aequiuocatio, compositio, accentus, & figura Distinctionis: extra Distinctionem vero, ab accidente, ab eo quod est secundum quid, ad id quod est simpliciter, ab ignorantia. Elenchi: a petitione prin- cipij, & consequente: Ab eo quod est non causa, pro causa: demum ab eo quod est plures interrogationes vnā fore. Hos tredecim sophisticatum modos, seu παραλογισμῶν, Aristoteles primo Elenchorum numerat.

Bibendum mihi erat igitur de Lethæo gurgite. Vt possem scilicet oblitisci, nota est antiquorum fabula, quæ dicitur quæ ex Lethæ infero- rum fluvio bibisset, omnium statim præteritorij oblitisceretur, propterea Sed τὸ τῶν ἀδύτων, hoc est ab obliuione, fluvio datum est nomen. Et virum discretissimum Gregorium pari eloquij splen- dore transferre. Intelligit de Nazianzeno, præceptore suo: quo nemo doctior, elegantior, & discretior apud Græcos in Ecclesia fuit, non solum profæ, sed etiam carissime: quapropter iure Theologi sortitus est nomen, reprehenditq; Rufinum, quod talis, tamq; viri scripta in Latinum ser- monem transferre ausus sit, huius translationis Gennadius etiam me- morat. Spinas Cleantes, & contorta Chryssippi. Rectè Cle- antem Chryssippo prius nominat, eius enim fuit præceptor, ipse autem Crateris pimum, mox Zenonis discipulus, utque autem discretissimus dilectissimus fuit, & sophistam autem peritissimus: propterea vni spinas, alteri elenchos contorta tribuit. Et quoniam Stoici logicam sibi vindicant. Stoici enim fuerunt, Cleantes, Chryssippus, Antipater, vt eorum principem Zenonē omittam, omnes Logica peritissimi, eam autem aspernatos fuisse Epicuro, & Cyrenaicos, ex Meleagri, & Clu-

A machi sententia Lanarius refert, & arguet vno verbo duos Rufino obijci- errores, imperitiam scilicet, & intemperantiam, dum eum Epicureum vocat. Aristoteles, qui physicam, logicamq; ad intelligentiam maximè necessarium esse iudicauit, circa verisimilia, & probabilia oratoria, ac dialecticæ vsus est, & circa ea que sunt verba, analytica, & philosophia.

Et Heraclitum me legere patem. Ephesus natione fuit Hera- clitius, & ne a vulgo peripeteticum librum ita obscure scripsit, vt orato- rios, hoc est tenebrosos, sit appellatus. Rex Darius Hystaspis filius, vt librum intelligere possit, eum ad se venire rogauit. sed ille accedere no- luit, proiecitque eum librum in templo Dianæ Ephesie, quidam scribunt, dispersebat autem in eo de mundo, & naturæ totius causis, & motibus, expulserunt tamen illam Anaxibenes, Heraclides Ponticus, Sphaerus stonius, Praxiphanes, Nicomedes, Dionysius, & Diodoros grammaticus.

Obicit mihi somnium meum. Quod alibi ad Epistolum scribens dixerit, non fuisse illud somnium, non contradicit, quod hic som- nium vocet: quia & verum, & vanum somnium reperitur; & quinegas fuisse vanum, non negat fuisse verum. nam etsi somnium ibi etiam vocet, tamen in eo vapula se scribit: propterea non simpliciter somnium negat, sed tantum vt conuertitur, vñ am celestias loci, & san- ctorum de toto orbe conuentus, sineret me diuinas scripturas legere. Qui fidelium ad loca sancta peregrinationes reprehendunt, dicant ex hoc loco contrarium. Adorabimus, inquit David, in loco ubi steterunt pedes eius. Quæ in depomptionem omnium Chri- stianorum, & verbis, & opere feceris. Hoc est, in approbium, & ignominiam. Pompe autem contraria est depomptio: propterea sicut pompa sollempnis apparatus, & ostentationem plenam gloriæ habet, ita depomptio dedecus, & ignominiam continet.

Cur in baptisinate dixerit vniuersa peccata dimitti, & mortuo bimarito, nouum virum in Christo resurgere. Episto- la, ubi hoc dixit, ad Oceanum inscribitur, reperiturq; infra num. 83. vbi de ea re nos aliqua dicemus. Concaua verba trutinatur. Hoc est, vana, & inania ponderat. tractum est autem hoc à Persio, dum ait: Atque exporrecto trutinatur verba labello. alibi: Instatis lucis spm- tibus verba trutinant, idem Hieronymus dixit. Petre Chocicum, & nati supercaelestem. Quædam terrenum, lucemq; significat, hoc est, puluor, ylior. Neque enim ambigus faceret otium, qui latemus in cellulis. Episcopatum sacerdotium vocat: quem etsi cur- cibus nominibus si quis alius in mundo promereretur, eo tamen propterea dignior erat, quod illum non appeteret, & pulchre, ne sui causa eã senten- tiam protulisse quis crederet, se nec xorem habuisse, nec episcopatu optare scribit. De ascensore montis Domini. Illud ad illud Davidis, Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?

IN SECVNDVM LIBRVM APOLOGIÆ ADVERSVS RVFINVM.

Sancto Anastasio, Romanæ vrbs Episcopo. Anastasius Sy- ricio successit, sicut Syricus Damasci. Rufini autem ad Anastasium epi- stolum, quod quarto inuenies. Meum possimum inuadat pedes ap- prehendere solent, vt liberentur. Nisi foris parentes militari, vulgariq; sermone, cognatos, & affines nominet. Mirum est, quod aiate etiam D. Hieronymi vulgus eodem, quod nunc significatu pa- rentes diceret. Iccirco, patria derelicta, Aquileia habitat. Ex hoc loco apparet, Rufinum habuisse quidæ cognatos & affines Aquileie, verum ipsum in aliquo portus Aquileia vico, quam in ipsa Aquileia, na- tum esse, nam opidulum eius patriam libro tertio inferius nominat. Lege- batur antea Aquilegia pro Aquileia, vñ Erasmus correctione passim. Nos genuinã vestrumus lectionē hinc illud: Et in Ledæo felice Aquileia Timauo, nam & Græcis ἀνωκεῖνα dicitur, & sic habebant codices manu- scripti. Et lassulus post triginta annos Delicatus protulit nomē, vt Rufinum, veluti nimis delicatum, argueret. eamq; ob causam esse vocem adunxerit, quod huius vehiculo à sedendo nuncupatio data sit. & Flaminia iter mollissimum dixit, propter ipsum esse illum, non vt putauit Erasmus, propter viam, minime montuosam: cum in via Flaminia mon- tes occurrant Apennini. Per Flaminiam enim viam, cui Aemilia succe- debat, Romam ex Aquileia contendebatur, sacra autem via Apie, Fla- miniaq; quod scholiastes facit, conuenerunt non debet, vt enim non egrediebatur viam verò Flaminiam, quæ a portu Fluminaria, nunc portu Populi dicta, initium habuit, & Ariminum vsque per Vmbriam peruenit, à C. Flaminio iterum consule, qui ad lacu Thrasymenum cum xv. Romanorum millibus Punico secundo bello ab Hannibale cesus est, in censura stratum esse, restantur Linius, Festus, Castodoros. de qua Ci- cero in Philippicâ xii. Tres via sunt ad Mutinam, à superno mari Fla- minia, ab infero Aurelia, media Cassia. strata verò est de manibus Ligurum bello deuictis.

Memoranda co- clusionum, & disinctioem auctoritate co- planantur.

Si cepit ex traduce.] *Apposito arguit mortales fore animas, si illis ex traduce, hoc est ex sui sui corporis prodirent, iure igitur ab Ecclesia optime laudantur.* Vrietas quod negavit.] *Quid pro Quod, falso antea in presumerat.* Cum ipso pariter eterni ignis hereditate potestur.] *Ridiculi profecto est dicere, petiri supplicij: cum eo, quod capimus, et optauimus, petiri dicimus, non quod volumus.* Acyrolotus.] *Interpretatio locutio item falsa, et que rem non attingit, acyrolotus dicitur: δειδολογία, et δειδολογία pro ἀπολογία, et ἀπολογία pro ἀπολογία.* Tollisq; arbitrii libertatem.] *Libertatem nos habere arbitriam, nemo est qui ignoret: aliqui non differemus à bellis, et iustum Deum non esse in iudicio, hoc autem si contra gratiam plus debet extollitur, in Pelagij, si in getur, in Manichei heresim caditur. Vide quæ aduersus Pelagium in iem Hieronymus, et Augustinus, qui latius rem petierunt, scripserunt, sunt enim nostro tempore, qui in alteram hanc decidunt sententiam, extat et D. Bernardi de hac materia brevis quidam, verum utilis liber.* In Ecclesiaste quoque legitur: Si Spiritus potestatem habentis acenderit super cor tuum, locum tuum ne dimiseris.] *Ecclesiastico pro Ecclesiaste, falso legebatur, est enim hic locus Ecclesiaste capite decimo.*

Habes carbonis ignis, sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorio.] *Sic transulerunt lxx. Esaiæ 47. v. vobis habemus: Nō sunt primum quibus calefant, nec focus ut sedeat ad eum, sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueris, hoc est: ὅτι ἔχεται ἀδρακαε πυρὸς, ἀδρακαε ἐπ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ.* Ignem veni mittere in terram, & quam volo ut ardeat.] *Quem, pro Quam, falso & hic, & alibi legit Erasmus, nos eo in loco habemus, Et quid volo, nisi ut accendatur, legiturq; in eandem Hieronymi sensum. Græcus autem nunc vulgatus codex habet, πῦρ ἄγειν βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τὸ θέλω ἐἶναι ἀνίγειν, id est: Ignem veni mittere in terram, & quid volo sicut accensus est? cum Græco Eusebii consentit, at veteres omnes cum Hieronymo, quæ propter apparuit vulgatum codicem esse, & ita legi debere: καὶ τὸ θέλω ἢ ἀνίγειν, nam, τὸ θέλω, pro πῦρ ἄγειν, Theophylactus etiam interpretatur, hanc autem lectionem eum habuisse, quamuis ibi quoque impressor vitio error, ostendit expositio quam adiungit, dum ait, ὁμοιωθῆναι γὰρ τὴν ἀναίτιον τοῦ τοῦ πυρὸς, eodē modo Hieronymus hunc locum citat Ezechielis 28. & ne impressor vitio id accidisse quis putet, auditur Ezechielis primo quo modo eū interpretatur. Deus ignis consumens est, ad quem mittendum super terram Saluator venisse se dicit, & in nobis, omnibusq; credentibus ardere desiderat.*

Perditio factus es, non eris in æternum.] *ἀπὸ αἰῶνος ἐξ ἄνευ, καὶ ὄχι ἀπὸ αἰῶνος ἐπὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Locus est Ezechielis 28. vbi nos habemus, Nihil factus es, & non eris in perpetuum. Loquitur enim in persona Principis Tyri contra Diabolum. Quis autē dedit tibi ut reddā ei?] Locus est Job 41. quamuis Interpretis correctio habebat, Quis autem dedit tibi, & reddā ei? citat autem, quod nunquam, nisi lectorem premonerit, facit, secundum Hebraicam veritatem, quam ipse transiit in Græco enim est, ἢ τὸς ἀντιστοιχεῖ μοι, καὶ ὁπωρεῖς; Theophrasti verba mirabor.] Adeo eloquens, & suavis in dicendo Theophrastus fuit, ut, veluti diuina esset eius oratio, nomen sortitus sit, cum prius Tyrannus, mox Euphrastus vocaretur. Aristotelis discipulus, & schola successor fuit, extant eius libri tantum de plantis, & de lapillis vnus verum tot scripsit opera, ut præceptorem suum hac in re superari, vitam autem extarent, Diogenes ea sigillatim commemorat.*

Quia in Capri commentarijs.] *Insignis grammaticus Caper fuit, scriptus ab eo libri enucleati sermonis, & dubij generis, vocat Seruius in Virgilium. Quasi nouum aliquid protulisset, adiecit.] Protulisset, legendum est, non protulisset: quamuis eā quoque lectio sensum suum habeat, si Rufini verba attendamus, ait enim, scribens ad Anastasium summum Pontificem. Ego verd, cum hac singula legerim, Deo restitudo, quia vsque ad presens certi, vel definiti aliquid de hac questione non teneo, sed Deo relinquo scire quid sit in vero, & si cui ipse reuelare dignabitur. Ego tamen hac singula & legisse me non nego, & adhuc ignorare confiteor, ut sit sensus, quasi nouum aliquid antequam in hac postrema verba prorumperet, dixisset, adiecit, &c.*

Verpretermittam ἑμῶν αἰμάτων.] *Recte ante nos interpretis ex Donati sententia scripsit, inter decem orationis vitia referri Cacemphaton: idq; fieri, cum dictione, qua alicuius rei obscene significationem habet, qui vitur: ut si dicat, Arrige aures, quippe cum arigo per se obscenum sit verbum: hanc autem obscenitatem Hieronymum in traduce huiusmodi sententiæ putauit animi aduertere, verum si quis diligenter Hieronymi sensum attenderit, orationis vitium, & incongrua locutionis etiam modum eum in Rufino reprehendere inueniet, quod est, semini traducem dare, & traduci fusionem: cum semen non traduci, sed nasci dicatur, & traduce crescit, potius quam distendatur, vnde subdit: Scio inter Christianos verborum vitia non solere reprehendi, Euphonia enim ἑμῶν αἰμάτων opponitur, & ἑμῶν αἰμάτων non solum incongruam continet locutionem, verum etiam obscuram, ἑμῶν enim, Eusebio teste, idem prorsus est*

A quod ἀνυπαρξίας ἢ ἐπιφανῶν, inde ἑμῶν αἰμάτων. Scio inter Christianos verborum vitia non solere reprehendi.] *Ratio est, quia religionis vestra res suis verbis, suisq; proprietatibus explicanda, non autem orationis lenocinio, & exquisito elegantia suco, obstruenda, deturpandaq; sunt. Arcefilaum, aut Carneadem putes.] Arcesilaus Puanus ex Aeolide Theophrasti discipulus fuit, primusq; auctore Diogene, in vitramque partem differere coepit: propterea medicum inuexisse dicitur Academiam, qua propter sermonum contrarietates, negationes contineret. Carneades Cyrenæus fuit, & Chrysippi, Stoicorumq; libris primis, max et hica operi dedit, magis enim in v. orationibus, quam in natur. libris se occupauit. Academicus enim fuit. Academicorū autem proprium erat, nihil affirmare, sed probabilia tantum segeti. Quod veritatem è vita tollerent.] *Propterea Academicū verisimiliare perierunt, quod veritatem, cum afferent eā cōprehendi nō posse, è vita tollerent. Veritatem pro vitam, ut recte coniecerunt Transalpini typographi, exemplarium ope reposuimus. Nescio me legisse, Lactantium ὁμοειπεῖν ἑμῶν αἰμάτων dicere.] Hoc est, simul satam, & vnā cum semine emissam, ex traduce, aliter dicitur.**

Propter hoc, quod de eisdem rebus in aliis auctoris eiusdem locis catholice dictum legeram.] *Olim, legerem, at rectius est ut scribatur, Legerem, sicut sequenti pagina, vbi eadem verba repetuntur, eadem Transalpinorum habebat impressio. Tu etiam causas reddis, quasi ex persona eius qui scripsit; & Didymi interpretaris ὀχλῶν.] Pro ὀχλῶν, Erasmus ἑμῶν, seu ἑξῆς αἰμάτων legit: & ut errorem errori connectat, pro commentario in librum Exodi interpretatur: veluti Didymus eo nomine in expositionem Exodi librum ediderit. At qui vnquam ex libris, quos exposuit, commentariis ipsi nomen imposuit: ut scilicet ex Genesi Genesiorū, ab Exodo Exodion dixerit, & huiusmodi? Nullus profecto. ὀχλῶν igitur genuina lectio est, quam nos exemplarium ope restitimus. significat autem ὀχλῶν commentarium, quem non in Exodum, sed in Libros Origenis περὶ ἀρχῶν Didymus edidit, de qua re tertia ab hac pagina his verbis idem Hieron. meminit: Quid respondebit pro Didymo, qui certē in Trinitate catholicus est? cuius etiam nos de Spiritu sancto librum in Latinam linguam vertimus. Certē hic in his quæ ab hæreticis in Origenis operibus addita sunt, consentire non potuit, & in ipsis περὶ ἀρχῶν, quos tu interpretaris es, libris, breues dicitur commentariolos, quibus non negare ab Origene scripta, quæ scripta sunt: sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur, & quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur, taxat igitur Rufinum Hieronymus, quod ipsos Didymi commentarios interpretari ausus esset.*

Et cicures Enniani] *Quod rudes homines describat Ennius, ex agrēstibus primis illis temporibus mansuetos: quales fuerunt Oscii, quorum ipse linguam etiam didicit: quam cum Græca, Latineq; adiunxisset, propterea tria se habere corde, ut ait Gellius, gloriabatur. Septuaginta homilias eius transtuli, & nonnulla de tomis.] Tripliciter esse Origenis opera, idem Hieronymus in præfatione commentariorum Ezechielis testatur, hoc est, ὀχλῶν, τόποι, & ἐπισημῶν. tradidit autem in scholis breuiter ea quæ sibi videbantur obscura, aut difficilia. in tomis autem latius disputauit, & tota ingenij sui vela spirantibus dedit ventis.*

Papa Anastasius in epistola quam contra te scribit ad Episcopum Ioannem.] *Hierosolymitanum intelligit Episcopum, qui tantopere Hieronymum in sensum fuit, ad quem in reprehensionem Rufini, quod Origenis περὶ ἀρχῶν libros venterat, Anastasius Papa, qui Syriaco successit, scripsit. hanc epistolam inuenies tomo quarto, ante Rufini in Hieronymum inuectiua.*

Laciniose disputationis fastidia fugiens.] *Hoc est flexuosa, & sinuosa, & implicata, & superfluentia. tales enim solent esse in vestibus appendices, quæ lacinia dicuntur.*

Statim è portu egrediens nauem impexit.] *Prouerbij loco dicitur, & in portu, hoc est in tuto, naufragium facere, vel statim è portu, hoc est in ipso negotiorum initio.*

Defideriorum vir Macari.] *Non fuit Hierosolyma Episcopus is, ut alibi ex aliis diximus, sed alter quispian Rufini discipulus, ad quem & Apologiam Eusebij Pamphili pro Origene, & libellum de adulteratione librorum eius, & illorum librorum versionem scripsit. epistolas tomo quarto inuenies.*

Ad populum phalaris, apud te intus, & in cute noui.] *Perficam carnem est: significatq; apud indoctum vulgus iactare te potes, quando ego te intus & extra nouerim.*

Libros edidit, qui appellantur ἀναρρητοῦς, id est, recognitionis.] *ἀναρρητοῦς, quæ Brasimiana erat lectio, reconsiderationem potius, seu reconceptionem, ut ita dixerim, non recognitionem significat. Clemens Papa Martyr, Petri Apostoli discipulus, sic libros quosdam, quas Rufinus vertit, ut ex eis patet, inscripsit. hi autem ab aliis eiusdem Clementis, qui iumentarij*

quæ itinerarij Petri nomine scribuntur, & inter apocrypha reponuntur, diversi omnino sunt, etsi librorum numero pares inveniuntur. Græcum enim itinerarij volumen, diversum ab hoc, ipsamet vidi. hoc dixi, qui plurimi hac in re decipiuntur. Non statim illos hæreticos indicabo.] Audis quantum sanctis viris, & Ecclesie Patribus tribuat D. Hieronymus: ut ex erroribus, qui in libris eorum reperiuntur, non statim illos hæreticos indicet, sed errores aut ex simplicitate animi, aut ex librariorum mendis venisse, aut quòd alio sensu dicti sint, iudicet. Nos hodie cum minimum inuenimus in aliquo sancto errorem, statim in coactia, & blasphemias erumpimus. Cumq; illa epistola tota Demetrium Alexandrinæ vrbs possidicem laceret.] Intelligit de ea Origenis epistola, quam Rufinus in defensionem Origenis citauerat. fuit autem Origenis tempore Demetrius, post Iulianum scilicet, & ante Hersclam, viriq; in episcopatu annis circiter xli.

Commatico, Id est concilium, & τὸ νόμον: quòd Rufinus quædam ex opere præciderat. Itaque & nos cupimus increpari à Domino eos qui nolunt cum humilitate à proximis increpari.] Hoc est qui superbi sunt, proptereaq; increpationes auersantur. has enim duas voces, cum humilitate, quinque exemplarium ope nos reposuimus. Ite, fraudulenter amputatis superioribus, ex quibus inferiora dependent.] Vocula, Ex, ante a deerat.

Sic cepit transferre epistolam, quasi hoc sensus esset exordium.] Quasi hoc sensu superioris esset exordium, legebatur aures, verum absque vero sensu, nos ex exemplarium germanam restitimus lectionem, significat autem: quasi inde sensus inciperet, cum ille superioris incepisset, amputarat enim Rufinus superiora, ex quibus inferiora dependebant, & ita sensus initium inferius fecerat. In quo duos Andabatas digladiabat inter se spectasse me fateor.] Andabata clausis digladiabat oculis, & ita, qua parte alter alteri scriberet, minime perspiciebat. Ne Andabatam quide destruere poteramus, inquit Cicero ad Trebatium. Errans in eo quòd ποσολῶν asserit.]

ποσολῶν, id est ἐξ ἑσθῆς, eminentium, excellentiamq; significat. error Candidi erat, quòd Patrem excellentiorem Filio diceret, significat etiam ποσολῶν integumentum, tunicam, seu loriam, penes Aristotelem, & Theophrastum, sicut Luscianus episcopus pro salute, & tutela accipit.

Venit ad Latinos, & ponit primum Hilarium confessorem.] Sic per ordinem hos scriptores Rufinus enumerat in epistola ad Macarium de adulteratione librorum Origenis, quam quarto tomo inuenies.

Quis Imperator hanc Synodum iusserit congregari? Erasmus monet hic Iulianum, ut discat Imperatorum iussu solitas esse olim Synodos congregari: & ut venient magis fundat, non addit, quòd addendum erat, uti executores Apostolica sedis, non vii talis rei auctores hoc illos semper fecisse, hoc autem verum esse, Constantinopolitana prima Synodi epistola ad Damasum & Episcopos in vrbe Roma sub eo congregatos his verbis, ut præclat in quinto, c. 9. testatur Theodoretus, diserte ostenditur. ἡ ἡμῶν, ὁ ἐδίκησεν ἡμῶν πρὸς τὸν θεὸν δεσποσάτω βασιλεὺς καὶ ἐπιτοκοῦ.]

Et nos, inquit, ut propria membra conuocasti per litteras Dei amantissimi Imperatoris. Encyclia enim illa. Pape, qua vocantur ad Synodum Episcopi, dicebatur epistola, eo quòd per circuitum omnium ferretur orationum: sicut huius rei Nicæna altera Synodus Actione sexta, como primo mentionem facit. Non enim, inquit, Iconoclastarum Synodus cooperorem habuit, vt hæc que nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius sacerdotes: neque per Vicarios, neque δι' ἑκωντῶν ἐπιστολῶν καὶ ὁμοῦ ἐπὶ ταῖς συνόδοις. Nam Apostolica tantum sedis esse concilia congregare, Nicæna magna Synodus satis clarè, vt Athanasius, qui inter fuit, ad Marcum, & Iulium Pontifices summos testatur, per se id ipsam explicuit: & veterum rerum omnes manifestò testantur historia. non enim huius operis est omnia res id concilia recensere, à quorum scilicet Romanorum Pontificum vel congregata, & approbata, vel dissoluta, & reprobata auctoritate illa sunt. tractantur hanc materiam ex catholicis viris auditi multi, verum disertius, & copiosius cunctis in Ecclesiastica hierarchia Pighius.

Cum mihi mea ingeratur fabella à Synodo videlicet, & sub nomine cuiusdam amici Damasi Romanæ vrbs Episcopi ego petar.] Hunc locum sicut non intellexit, sic etiam emendare Erasmus non potuit, nam & fabellam, & tabellam legi posse asserit: statimq; ipse alteram hac Rufini variorem admittens fabulam, tabella, id est, mensula, inquit, quòd in mensa id dictum fuerit: propterea vt prandiorum sermones temere ingeri Hieronymo, qui omnia Synodorum acta optime calleat, à Rufino a synodo id est, qui Synodorum imperiustinus sit, pro, cuiusdam, etiam, eiusdem legit. Verum vt & genuinam, quam restitimus, lectionem, & hanc eandem historiam plenè percipias, operæ pretium erit ipsius Rufini verba, qua hic D. Hieronymus improbat, ponere. Damasus Episcopus, inquit ille, cum de recipiendus Apollinarianis deliberatio haberetur, editionem Ecclesiastica fidei, cui ydem editioni, si Ecclesia iungi vellent, subscribere deberent, conscribendam mandauit cuiusdam amico suo presbytero, viro disertissimo, qui hoc illi ex more no-

gotium procurabat. necessarium visum est dictanti in ipse editione de incarnatione Domini, hominem Dominicum dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinariani, nouitatem sermonis incusare caperunt. Ad esse sibi cepit qui dictauerat, & ex auctoritate vera scriptorum catholicorum viro um consutare eos qui impugnabant. Accidit, vt vnus ex ipsis, qui nouitatem sermonis causabantur, ostenderet in libello Athanasij Episcopi scriptum esse sermonem, de quo quasi habebatur. Quasi suasus ille, cui probatum fuerat, rogauit sibi dari codicem, quo & alii ignorantibus, & contradicentibus satisfacere, accepto codice, inuidium excogitauit adulterationis genus, locum ipsam, in quo sermo iste erat scriptus, rasit, & ipsum sermonem rursum rescripsit, quem raserat. Codex redditus simpliciter receptus est. Moverit iterum pro eodem sermone questio, ad probationem codicis præferat, inuenitur sermo, de quo erat questio, ex littera in codice positus. Fides proferentis, eadem codicem derogatur: eo quòd littera illa corruptio, ac falsitas videretur indicium. Sed quoniam, vt iterum eadem dicam, viuenti hæc facta sunt à viuente: continuo egit omnia, vt scelus commisi sceleris nudaretur, & nequitia macula non innocenti viro, qui nihil tale gesserat, adhaereret, sed in auctorem facti, atque in vberiorum eius insaniam radendarer. Hæc tenus Rufinus: ex cuius verbis facile erit hunc Hieronymi locum intelligere, tum restituere. Synodo autem ideo dixit, quòd Synodica consultationis occasione, qua in re ipse Damaso sermonebat, vt epistola xi idem testatur, hæc exorta fabellam sit. Roma autem à Damaso contra Apollinarianos, qui mentem in Christo desuisse dicebant, Synodum congregatam fuisse, sicut alexandria à Petro, Haymo libro decimo de Christianarum rerum memoria, & Theodoritus, qui eam ponit in quinto, & omnis testatur antiquitas, in ea autem Synodo hæc fidei confessio, quam reuersi Apollinariani aprofiterentur, conscripta à Hieronymo fuit.

Quòd Athanasij librum, vbi Dominicus homo sit tipus est, ad legendum acceptum, ita corripuit, vt in littera id quòd raserit, rursus scriberent, vt scilicet nec ab illis falsatum, sed à me additum putaretur.] Corripuit, & scriberet, legendum est, sicut legebatur, raserim non corripuit, & scriberet, quippe cum ydem Apollinariani a qui dederit, & corripuit, ydem rursus scripsissent: quamuis ab vno tantum rem actam Rufinus aserat: verum cum ipse à Hieronymo historiam audiuerit, vt statim hic subditur, rellius est vt Hieronymo quam Rufino nos credamus, quamuis absonum non erit, vt consuetudo dicendi modo, ab Apollinarianis factum dicat Hieronymus, quòd ab vno tantum eorum factum est. hos errores post excusa exemplaria, cum hæc scilicet commentarum, ex Rufini epistola, iuncto hoc Hieronymi loco deprehendimus: propterea prelo emendari non sunt.

Et quasi nimum Philitionis, vel Lentuli, ac Marullistropham eleganti sermone conficam.] Quamuis, inquit, & Rufine verè à me tu hanc historiam inter ciborum sercula audieris: noli tamen, vbi de veritate fidei nostræ dogmatum tractatur, talem immiscere fabulam: (sic enim, vt testimonij sui rem excusare, vocat) ne, qui talia facti ignari sunt, vt figmentum à te potius inueniant, & excogitatum putent, cuiusmodi esse solent mimorum, & comædiantum fabulamenta. Philition autem Nicæus fuit, & arate Socrati floruit, comædiisque seu mimos ad risum homines incitant es scripsit, remq; adeò ridiculè pertractauit, vt ipse quoque præ nimio risu mortuus sit. Lentulus quoque mimographus fuit, sicut & Labinus: verum de eo, præter Hieronymum, equidem, qui meminere, non inuenio. M. autem Marullius similiter mimographus Antonini Castri tempore floruit. vide apud Crinitum in libro de poetis Latinis, c. 77. vbi ex hoc Hieronymi loco de Iuliano quoque mentionem facit. Stropham autem vocat obliquum sermonem, mimi enim, sub alterius persona, alios taxant.

Post Cypriani Ἀδελφῶν παρῶν.] Hoc est, Cypriano falso inscriptum librum, cum Nonatiani esset: de quo supra.

Denique quidam esse ipsis.] Epiphanium, Salamina Cypri Episcopum, intelligit. Anastasius, & Theophilus.] intelligit de Anastasio, summo Pontifice, cuius in condemnationem Origenis adhuc extat epistola; & de Theophilo Alexandrino, qui Origenis similiter damnauit errores. Quis est ille qui velut necessitatem euangelizandi per omnes gentes, & per omnes linguas habere se putat de Origenè malè loquendi?] Pro Velut, vel, legebatur antea, cum tamen paulo superius, vbi eadem verba ponuntur, Velut, esset adscriptum. Et me trilinguem bilinguis ipse ridebis?] Egregiè in bilinguis nomine ludit, vt obtricatorum potius Rufinum vocet, quam in dualibus linguis peruenit.

Scribit frater Eutebius se apud Afros Episcopos, qui propter Ecclesiasticas causas ad comitatum venerant, epistola quasi meo scriptam nomine repetisse, in qua agerem penitentiam, & me ab Hebræis induclum esse testaret, vt Hebræa volumina in Latinum verterem, in quibus nulla sit veritas.] Non Reperisse, sed Recepisse, corrector legebat: & tamen, Reperisse, legèdam, cuius ex ipso orationis contextu patere potest.

Quorum psalmos iugi meditatione decanto.] Cum plus
 ceteris sacre scripture libri in ore omnium psalmi versentur, & qui
 sunt iam a Christianis omnibus in Ecclesia decantarentur, mirum locum
 non sit, si i tantum ex omnibus lxx. libri adhuc in usu Ecclesia perseue-
 vent. indeq; euenit, vt Hieronymus ipse, ne a ceteris discesseret, eos caner-
 ret, & Romane Ecclesia emendatis canendos dederit. ait enim paulo
 inferius: Psalterium quoque, quod certe emendatissimum in lxx. In-
 terpretes nostro labore dudum Roma suscepit, rursam iuxta Hebraicū
 vertens, prefatione muniri. Vniuersi tractatus mei horum
 testimoniis texti sunt.] Sacram scripturam secundum lxx. sicut
 esse citare D. Hieronymum, ex hoc loco discit propterea, eorum inter-
 pretationis ope, additis manuscriptis codicibus, multos nos ex eius scri-
 ptis errores sustulimus. Hec mihi mater mea, vt quid me genu-
 uerit, virum qui iudicat, & discernat omni terra?] Alibi nos
 diximus sic habere lxx. Hieremia cap. 1. 5. vbi nos ex Hieronymi inter-
 pretatione habemus. Ve mihi mater mea: quare genuisti me virum rixae,
 virum discordiā in vniuersa terra? Quare nec oculus vidit, nec
 auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quare preparauit
 Deus diligentibus se.] Quod nunc in Græco est ἀνέει, & ascendit
 transferri potest, ascendit, vbi que transfert Diuus Hieronymus. sic
 infra sequenti statim pagella, & tomo tertio epistola cvi. i. nemq; e-
 pistola ci. iiii. in prefatione Pentateuchi ad Desiderium, vnde hic hau-
 sus est locus, propterea, ne variarent exemplaria, a manuscriptis codici-
 bus admoniti, hoc etiam in loco, Ascenderunt, restitimus: quando, A-
 scendit, legebatur. Proprium αὐτῶν αὐτῶν desiderant.] Composi-
 tum opus, editionemq; significat: hoc est, proprium opus desiderant.

Iberas nenas.] Iberia regio est inter Colchos, & Albanos, Plinio
 auctore, postea nenas autem, seu nugas ideo Iberas vocat, quod cum
 ea regio, vna cum Colchide venenorum sit ferax, maleficiorum multa
 fabulamenta de ea ferrentur. Quia in Platonis dogma cadere
 videbatur.] Ex Platonis dictis, quem a Diotima sibylla doctum aiunt,
 aliquam Trinitatis haberi cognitionem, Marsilius Ficinus, eius & inter-
 pres, & commentator, multis asserit in locis. Propterea ne Ptolemæus,
 viuis Dei cultor, a Platone incitatus, in hanc sententiam descenderet,
 lxx. Trinitatis mysterium interpretatione sua obuularunt.

Et nescio quis primus auctor, septuaginta cellulas Alex-
 andriae mendacio suo extruxerit.] Rectè dixit, Primus auctor: si qui-
 dem non constat vnde accipere tot Ecclesie nostre proceres, qui hoc
 asserunt: quorum illi prior est Iustinus Martyr, qui ea se vidisse asserit:
 item Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius, Augustinus, & multi alij.
 cum enim per cclxx. circiter annos natuū atq; Christi Ptolemæus Phi-
 ladelphus, sub quo sacri libri à lxx. translati sunt, precesserit, & aliquot
 post Christum vixerint annis, qui hoc aiunt, mirum est, tanto in tem-
 pore non extare aliquem, qui hoc prodar, & a Philone & Iosepho taurū
 pratermissum miraculum, præsertim cum ex cellulis, singulis interpreti-
 bus ad habitandam assignatis, illud minime poterit.

Aristeas eiusdem Ptolemæi ὑπερασπιστής.] ἄνωγος κλυπεύ, inde
 ὑπερασπιστής, protego, defendo, & ὑπερασπιστής, protector, defensor, ἀντι-
 διάκωπος, quod defensionis causa iūctus excipiat, circumfertur nunc hic
 Aristee liber, in quo talis versio continetur historia. Aliud est,
 si contra se postea ab Apostolis vfurpata testimonia pro-
 bauerunt: & emendatiora sunt exemplaria Latina, quàm
 Græca, Græca quàm Hebræa.] Hoc est, aliud profectū esset, si prin-
 cipia ista negarentur, & emendatiora dicerentur exemplaria, quæ hau-
 sta sunt, quàm illa, vnde hausta sunt. Origenes non solum exem-
 pla composuit quatuor editionum.] Epiphanius in libro de mē-
 suris, & ponderibus, sex sacrorum librorum reuerset editiones: Primam
 lxx. Secundam Aquila, qui ob astrologiam ab Ecclesia electus ad Iu-
 daismum abiit, & circumcisus est: vixit enim sub Adriano: Tertiam
 Symmachii, qui Scueri tempore floruit, & Samaritanis relictiis, apud
 quos vti Samarites circumcisus factus est, rursam apud Iudeos circum-
 cisus fuit. Quartam Theodotionis Pontici Marcionista, qui sub Com-
 modo relicta heresi, ipse etiam ad Iudaismum abiit: Quintam, quæ Seue-
 reri Caracalla tempore Hierico in dolis, sine auctoris nomine inuenta
 est: Sextam, quæ similiter sine auctore, & in dolo Nicopolis reperta est,
 eo scilicet tempore, quod inter Antoninum, & Alexandrum Mamaea
 intercessit. Has sex editiones Origenes in vno collegit libro, & per toti-
 dem columnas aliusvtriusq; postas, distribuens, ἐξῆρξεν à numero ap-
 pellat: sicut duabus alij postea additis, octupla quidam alius. Hoc est
 verum sit, non est tamen verum, vt exapla. hū legendum sit, non exem-
 pla, vt vult Erasmus: quippe cum de quatuor tantum editionibus, non de
 sex, mentionem hic faciat, & à quatuor τετραπλά, non ἐξῆρξεν à dedica-
 cantur, nec etiam verum est, quod somniat, in prima columna Hebraica
 verba Hebraicis literis descripta fuisse, & in secunda eadem similiter
 verba, sed Græcis characteribus expressa, audisti enim ipse ex Epiphanio
 veritatem, & hic D. Hieronymus de altero Origenis labore intelligit, quo
 quatuor tantum primas composuit editiones, duabus postremis minus

A celebratis omisit. & hoc est illud opus Origenis, quod Tetrapla Suidas
 appellat. Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flu-
 mina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Præteriorum locum hunc
 esse, alibi asserit D. Hieronymus, à lxx. omisum, at in prouerbiis ad pro-
 positum non reperitur nisi hic: Aqua profunda verba ex ore viri, & tor-
 rens redundans fons sapientia: quod in Hebræo ita dicitur,
 מים עמוקים רברו פי איש נדול נבע מקר חכמה. Silium no-
 minatum.] Quod in libro παραπλοσιμίων ingenus nominum multitudo
 reperitur, hoc dicit. Per versusum cola.] Membrum κῶλον Græci
 vocant, absolutamq; sententiam eonominem intelligunt: sicut κἀμπεύ
 incisionem, partitionemq; orationis, καὶ τὸ κἀμπεύ, quod est incidere.

Iuxta Hiberniam.] Hibernia Thebanus tibicen fuit optimus,
 hoc autem cum Aristhenes audisset. At homo nequam est, inquit: non
 enim, si probus foret, tibicen esset. refert hoc Plutarchus in Pericle. An-
 tigenidis cancrii discipulus hic fuit: verum cum parum populo probare-
 tur, proptereaq; canere amplius noller, Antigenides, mibi, inquit, cane,
 & Musis, meminit Valerius, cum loquitur de fiducia sui.

Et per Origenis laborem ἐν ἐξῆρξεν.] ἐν ἐξῆρξεν, ab exem-
 plariis admoniti nos repositimus, sic etiam legitur epistola cix. hoc est
 in prefatione super Esaiam, vnde hac sumpta auctoritas est. miror au-
 tem, Scholiasten ignorasse, propterea denso hanc vocem incipere accen-
 tu, quod sex significet. Exemplaria habere omnia.] Perperam
 hic corrector, Exempla, legebat. Sed quod alius sit in ecclesiis
 Christi credendum psalmos legere, aliquid Iudais singula verba
 calumniantibus respondere.] Vides, quantum deferat antiquitati
 iam in ecclesiis recepta, vt psalmos, qui in eis dicebantur, sicut nunc etiā
 dicuntur, canunturq; non existimet amouendos fore ex usu ecclesiasticū,
 sed se ad confutandos Hebræos illos vertisse. Quæ cum hanc
 editionem legeritis.] Falso Qui, non Qua, legebatur, hac enim in
 Esaiam prefatio ad Paulam, & Eustochium scripta est; & iam epistola
 cxvi. vnde sumpta est, Quæ, habet.

Quod autem refero, quid aduersum Susannæ historiam, & hymnum trium puero-
 rum, & Beli Draconis fabulas, quæ in volumine Hebræico non
 habentur, Hebræi soleant dicere, quæ me criminatur stultum, se
 Lycophantam probat.] Non reiecit hæc vt apocrypha, sicut falso mul-
 ti existimant, & ipsemet hic explicat, sed, quid Hebræi contra ea dixe-
 rint, enarrauit. Sycophanta verò vanum, improbumq; significat crimi-
 natorem, vt alibi latius explicauimus.

IN TERTIVM LIBRVM APOLOGIÆ
 CONTRA RYFIVM.

Sed vae homini illi, per quem scandalum venit.] Vox, illi,
 superest; dees enim apud Martiæum, vnde verba sumuntur.

Mihi vindicta, & retribuam, dicit Dominus.] Sic habet
 Græcus etiam codex, ἐμοὶ ἐκδίκησις: quamvis Latinus legat, vindictam.
 Attamen, antequam respondeam epistolæ tuæ.] Transal-
 pina editio habebat: Et tamen, antequam respondeam epistolæ tuæ.

Vetustissime monachorum.] Vetustissime monachorum, quæ-
 dam habent exemplaria: quæ lectio etiam placet: nam senem fuisse tunc
 Rufinum, paulo post asserit, verum transalpinam editionem immutare
 non placuit, cum ipsa quoque congruum habeat sensum.

Hoc à Salvatore didicisti, vt verberanti maxillam præbe-
 res & alteram?] Hoc est, Nonne didicisti à Salvatore, &c. aliqui cō-
 trarius esset sensus, Syllabam autē Er, nos exemplarium ope addidimus.

Stomachati sunt.] Hoc est, indignati, ac turbati, in quem signi-
 ficatum Cicero etiam vitur, dum ait: Si enim stomachabere, & mole-
 ste ferere; plura dicemus. Et tamen præcellerim suum & col-
 umnam Ecclesie vocat, & exponit cum eo prædicationem,
 ne in vacuum curreret, aut cucurrisset.] Cum eo, nos repositimus;
 deerat enim apud correclorem, cum tamen necessario essent voces.

Contuli, inquit Paulus, cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus.
 Hoc est verum dilemma tuum.] Dilemma, argumentum est,
 quod vtriusque aduersarium capit: dictum non à duobus cornibus, vt pu-
 rat Erasmus, sed quod vtriusque capit. Dicit enim bis significat, & ἀνι-
 μα capture, καὶ τὸ λαμβάνειν. Iccirco ne Cereales, & Ana-
 basij tui per diuersas provincias cucurrerunt, vt laudes meas
 legerent?] Nuncios Cereales vocat: quod nomen à Cere & deducit, non
 quod illa Neoptolemus ad spargendum, serendumq; triticum, in vni-
 uersum miserit mundum, vt putat Erasmus, sed quod ipsamet Ceres rap-
 tam, Proserpinam siliam, vbi que, etiam vsque ad inferos persecuta dū-
 catur, traxit autem hanc vocem à Cere D. Hieronymus, alio profectū
 sensu, quàm veteres fecerint, qui rei frumentaria profectos, Cereales
 dixerunt; imitatus hac in re Virgilium, qui Cereale papauer dixit, vel
 quia Ceres ad obliuionem doloris eo vsa sit, vel quod esset papauer sit,
 sicut frumentum, Anabasios autem veloces appellat nuncios, qui equis,
 curribusq; consensu velociter aliquid perferunt. ἀνὰ καὶς enim Græcè
 ascensum

ascensum significat. Non te pudet proemij.] *Paranij*, legebat
ante, que vox ab *Erasmo* inuenta est, & incongrue hic posita, pre-
 ferim cum proemium iniuriarum scilicet sit illud de quo meminit. *πα-
 ρανίων* autem siue *παρῳγία*, temulenta debacchatio est, seu iniuria, *con-
 tumeliā*, ex vino, ut ait *Hesychius*, orta: sicut, *παρῳδία* idem est,
 quod *ἄρῳα*, ἢ *λοιδόρῳα*, & *πείρω*, & *ἀμαρτῶδης*, *μαδῶδης*, *ὑβριστῆς*,
λοιδῶρ, & *ἐκλυτος*. Ut sūbitum Demaratu, & Crasum non per-
 timecat.] Nominavit duos ditissimos Reges, *Crasum*, & *Darium*, nūc
 duos opulentissimos privatos recenset homines. Demaratus autem non
 fuit ille, quem *Patrocli* nepotem vocant, ut falsò putat *Erasmus*, sed al-
 ter negotiator *Corinthius*, ditissimus vir, qui, ut auctor est *Liuius*, *Cyp-
 selli* tyrannidem fugiens, magna divitiarum vi comportata, in *Hetrur-
 riam* commigravit, & à *Tarquiniensibus* populo benignè susceptus est.
 fuit hic *Tarquinijs* præci pater, meminit autem eius etiam *Plinius*.
 Habes enim, per quod *Danaës* est victa pudicitia, quod *Giezi*,
 magistri prætulit sanctitati.] *Danaën* terrā inclisam per aurum à
 Ioue corruptam, notissima historia est. nec minus penes nos *Giezi* avari-
 tia cognita est, qui à *Naaman* Syro munera multa accepit, eaq; plurū
 fecit, quàm *Elisei* magistri sanctitatem. Quamuis mutes,
 quamuis corrigas, catholicas non probabis.] Sic habent emen-
 data exemplaria, non Catholica, ut legebat corrector, loquitur enim de
 epistola. Quia, inquit, inemendate, & nondum ad purum
 digestæ erant schedulæ.] Inquit, pro, inquit, legebat *ante*, at ad
Rufinum loquitur, non de *Rufino*. Et in præfatione laudasse me
 fateor, & etiam nunc laudare nisi tu, &c.] Et, secundo loco hic
 posita, nos exemplarium ope reposuimus. *συγγραφεὺς ἀποδύμα-
 τῶν*.] Id est, scriptor illiciteratus, & imperitus. *Athenogeronta*
 meum scitica, & plagis litteras docere contendo.] Hoc est, se-
 nem discipulum, qui scilicet *Athenis*, id est, *Græcis* litteris incumbendo,
 senescit, & nihil didicerit. scitica autem flagellum est de loro confectū,
 quo acius pueri à præceptore verberantur. Hoc modo & tu bi-
 linguis eris.] Arguit obtrivatore, calumniatoremq; *Rufinum* fore,
 & in duabus linguis peritum, eadem explicat voce: licet peritiam eius
 velle deinde extenuet. Sed refestinate eo, qui ad te remea-
 bat.] Refestinate, legebat *Erasmus*, verum, Refestinate, legendum esse,
 sicut quinto ab hoc versu idem legebat, aperit ipsemet *Hieronymus*, dum
Rufini *περὶ ῥητορικῶν* hic taxat, quod in sermone, verborumq; redun-
 dantia vitium est. re enim syllaba bis inepè hic à *Rufino* repetita est,
 dum dicit, Refestinate, remeabat. Et interim audacter fruitor
 imperitia tua.] Sic habent exemplaria emendatoria, & ut *Stomachan-
 tis*, irridensiq; quàm pronunciantis tantum sit sensus, magis congruum
 est, alter, ut *antea*, *Erneris*. Et te in omnibus nequaquam so-
 læcissimæ, ac barbarum, sed mendacem, subdolum, impudentem
 esse conuincam.] *antea*, & te nequaquam solæcissimæ, ac bar-
 barum, sed mendacem, subdolum, impudentem conuincam. Solæcista
 autem dicitur is qui vitiosè loquitur. & solæcissimus, ἑτε τῆς ἀρθῶν
 διαλύτης.] Vis fere totas argutiarum tuarum strophas.]
 Sic exemplarū ope correximus, totas enim, nō totas, *transalpina* habe-
 bat editio. *γομοροφῶπος*.] Id est, trophæum serentes: veluti qui de hoste
 Ecclesie *Origene* victoriam reportavit. intelligit autem de *Anastasio*
 Papa, & *Theophilo* Episcopo *Alexandrino*. ij enim *Origenem*, tamquam
 hæreticum, condemnarunt. *Origenis* κηρυξ.] Id est præconem:
 sic enim *D. Hieronymum* *Rufinus* appellabat. Nisi illud & *Lati-
 norum* auribus ingeras.] Illud scilicet volumen de quo supra memi-
 nit, illum, legebat *antea*. Vt forsitan tu persuadere conabe-
 ris.] Tu, nos addidimus. nam & *emphasi* habet, & ita exemplaria
 quædam legendū esse admonuerunt. *συγγραφεὺς*.] Id est, compositionē,
 opus de quo superius.] Mala enim ostendere interdum non do-
 centis est, sed verantis: ut caueat lector, nō vt sequatur errores.]
 Vitantis, *transalpina* lectio erat. Hoc est, quod destruit stro-
 phas ingenio tui.] Id est *versutias*, artes. Et tamen miro, quo
 modo probauerit Italia, quod *Roma* contempit; *Episcopi* sus-
 ceperint, quod *Sedes Apostolica* condemnauit.] *Fides*, non *Se-
 des*, *transalpina* legebat, & tamen vbi de auctoritate ac iudicio agitur,
 rectius est vt *Sedes Apostolica*, quàm *fides*, legatur, vt nō ab *necessariis*
exemplaribus moniti restituimus, vnde supra contra *Vigilantium*. Quid
 faciem *Orientis Ecclesie*? quid *Ægypti*, & *Sedis Apostolicæ*? Quæ
 epistola holographa tenetur.] Id est, integra. Quod si verum
 est, suspectam mihi facis conversionem tuam.] Aliter conuer-
 sionem, vt habent multa *manuscripta* exemplaria, si præceptores tuos,
 inquit, nec accusas, nec multas: igitur conuersatio tua suspecta mihi erit,
 propterea quod inter eos hæretici aliqui sint, vt *Didymus*. *Rufinus* enim
 ultra sex annos vixisse *Alexandria*, ibiq; præceptores habuisse *Didymū*,
Serapionem, *Menitem*, *Paulum* *Petri Martyris* discipulum, duos *Maca-
 rios*, *Isidorum*, & *Pambanum*, ipsemet libro 2. Inuectiuarum meminit.
 Quid si conuersionis nomen magis placet, hoc asserit; quia *Rufinus*,
 sumpto monachi habitu, à mundo ad Christum conuersus esset: vt sit

A sensus: Suspecta erit mihi hæc tua conuersio, suspectamq; vta genus,
 quod proficeres, si præceptores tuos nec accusare placeret, neque multare;
 cum aliqui ex illis hæretici, alij hæresis suspitione commaculati sint.
 Cur eam in Romanæ Ecclesiæ chartario non requisit?] Intelligit
 de bibliotheca, quam *Romani Pontifices* semper habuisse, vt nunc
Vaticanam habent, hinc constat. seruabantur enim ea non solam li-
 bri, sed etiam litteræ, quæ ob fidei quæstiones, & ecclesiasticorum nego-
 riorum contentiones vndiq; *Romanæ ad Apostolicam* sedem deferreban-
 tur. Nequaquam araneorum mihi opponas casticulos.] *Par-
 ua* retia sic vocat. *Casses* enim retis sunt, quod vacuas habeant macu-
 las, ita dicta. Primum, vt non reciperet expostitionem fidei
 tue, quam omnis, vt scribis, Italia comprobauit, & baculo tua-
 rum vt noluerit litterarum contra canes tuos.] *Voluerit*, pro *No-
 luerit*, falsò legebat *antea*. sensus autem perspicuus est. Et quo tibi
 maiorē faceret inuidiā, ausus sit criminari hos ipsos, præfatio-
 nis tuæ testimonio roboratos.] *Quod*, nō *Quo*, legebat *transalpina*
 typographi, sensus per se dilucidus. Non est, non est meus liber.]
 Antea, Non est meus liber. repetitio illa, Non est, quam nos exem-
 plarium ope reposuimus, magnam *emphasi* habet. Syrii iam in
 Domino dormientes profers epistolam, & viuentis *Anastasijs*
 dicta contemnis.] *Romani summi Pontifices* si fuerunt, successuq;
Syritius Damaso, & *Syritius Anastasius*. Hæc est tota tua simplici-
 tatis.] *Fox*, tota, exemplarium ope, vt magis sensui congrua, repetita
 ad nobis est. Darentque consilium, vt non ad Protei columnas,
 sed ad Ionæ portum nauigarent: illum enim fugientium, &
 turbatorum, hunc securi hominis esse cursum, malui, per *Ma-
 leas*, & *Cycladas* *Cyprum* pergere.] *Transalpina* editio erat: *Hæc*
 enim fugientium, & turbatorum, illum securi hominis esse cursum. re-
 tæ congruebant, correctionem nostram veram esse, sensus ipse per se
 ostendit, fuit autem *Proteus Rex Ægypti*, *Pheronisq;* in regno successit.
 ab eo retentam *Helenam*, vt marito *Menelao* seruiretur, cum vires-
 pestatis ad *Canopicum Nilis ostium Paris* appulisset, *Herodotus*, qui
 latè in secundo hanc historiam profequitur, enarrat de *Protei* autem co-
 lumnæ *Virgilius* lib. xi, ita scribit: *Atrides Protei Menelæus ad vsq;* co-
 lumnas *Exulat*. sunt autem iuxta *Ægyptum*. *Ionæ* autem portum *Iop-
 pen* vocat, non *Tarsis* oppidum *Silicis*, vt delirat *Erasmus*: quando *Tar-
 sis* apud *Ioniam* pro mare simpliciter, vt ibi, & ad *Marcellam* testantur
Hieronymus, non pro *Tarso* *Silicis*, accipitur: & si acciperetur, non legi-
 mus apud eum prophetam, portum *Tarsis*, sed *Ioppe*, vnde ille fugiens
 à Domino nauem conscendit, nauigatio igitur *D. Hieronymi* sub tercio
 mundi circulo fuit, in *Iudeam* scilicet, non ad *Ægyptum* vergens, hoc est
 iuxta xxxv. latitudinis parallelum, & gradum Meridiam Lxv. com-
 prehendit enim is circulus *Siciliam*, *Lyciam*, *Laconiam*, *Maleas*, *Gythium*, *Cy-
 cladas*, *Delum*, *Chium*, *Gnidum*, *Cyprum*. intra terras igitur, & insu-
 las *Græciæ* nauigauit, *Peloponnesi* *Maleam* promontorium primum at-
 tingens, *Creta* à meridie relicta, mox *Cycladas* insulas per aquor insu-
 las, & cerè securior cursus fuit intra insularum terras, quàm per altum
 pelagus nauigare. *Ioppe* autem *Ionæ* portus inter *Asur*, & *Accaron* in
Samaria positus est. Vidi multa miracula: & quæ prius ad me
 fama perulerat, oculorum iudicio comprobauit.] Olim iudicio.
 Præferim cum habeas testimonia scripturarū, & ego non
 verbis tuis quæ simulare potes, & impunito iactare mendacio,
 sed scriptis Ecclesiasticis arguendus sum.] Olim Testimonium,
 & Arguendus sum. In laudes *Epiphanijs* pertonas.] *Personas*,
 legebat *Erasmus*. *Anthropomorphites* autem dicitur is, qui Deo huma-
 num tribuit corpus, de quæ supra. Cur non illud verius fit,
 quod te primum monuerit? Quod voluerit emendare, & ad
 rectum iter reducere, vt *Iudæ* osculum non refutaret, vt prodit-
 torem fidei frangeret patientia.] *Fidei*, nos reposuimus exemplariū
 ope, sic autem *Rufinum* vocat, quod *Origenista* esset, & propterea fide
 prodiderit. Numquid nosse potuimus, quod ingrediente te
Romam, vir nobilibus fomniaret, nauim plenam mercium inflatis
 intrare venis? quod omnes aduectum fatuum quæstiones,
 non fatua solueret interpretatio? Vox, fatuum, deerat *antea*, nos
 ex codicibus *manuscriptis* eam reposuimus: & quidem necessaria hoc in
 loco est. Quod absque nomine dictum est, in se dictum re-
 fert.] *Transalpina* editio: Quod absque nomine dictum est, in se re-
 fert. Et decalice *Babylonis* cunctis gentibus propinare.] Sic
 vocat hæreticorum doctrinam, sumptum est autem ex *Hieremias* proph-
 etia, vbi ait, *Calix aureus* *Babylon* in manu Domini, inebrians omnem
 terram. Et popularitatem tuam.] *Gratiām* apud populum, &
 amicitiam sic vocat. *Plinius* in epistolis, *Plautusq;* hoc vrinum nomine.
 Fullo & coriarius moneant pigmentarium, vt naribus ob-
 turatis tabernas suas prætereant.] Quod fullo, qui pannos nocuos ab-
 lauit, & coriarius, qui pelles concinnat, ac perficit, semper in serore, &
 pigmentarius, qui vnguenta, inter odores versentur, hoc dicit, turpe enim
 est, eum qui semper inter fauores versatur, proptereaq; eos non sentit
 moneri

monere alios, qui sentiant, ut ab illis caveat. Grammatici quidam Alinum habuit Romæ. Olim, qui est. Et prolixius fumos meos increpas.] Olfentationis doctrinam fumos vocat: unde paulo inferius: Tu, qui per singulas paginas fumos meos ventilas, non intelligis, videre nos calidius tuas, & turbinas et paulo post: Fumos quoque meos frequenter irrides, eo quod fumum me fecere quod nescias, &c. Et apud Calpurnianum discipulos doctrinam gloriam teneas.] Rufinum Calpurnii saepe appellat, à Calpurniis prædicator, de quo supra ex Plutarcho diximus. & eius discipulos vocat Calpurnianos, interdum alii quæptam, peto Macarium, vel Apronianum, Rufini amicos. Ad Ethicam transiens.] Socrates, quem tamen in cunctis naturalibus rebus perissimum fuisse Xenophon scribit: se ob ingenij tarditatem ad moralæ philosophiâ, relicto naturalibus, transisse, apud Platoni ipsomet testatur. Magister meus, &c. tur.] Didymum intelligit, quem Alexandrius et Hieronymus, & Rufinus audiverunt. Te multo tempore Pharus docuit, quod Roma nesciuit.] Aliter, nesciret: sed, Nesciuit, magis placuit: propterea quod sequitur, Intraivit ægyptus, quod Italia huc vsq; non habuit. Scribis, apud Ecclesiasticos tractatores, tres de animabus est: sententias, vñ, quam sequitur Origenes; altera, quam Tertullianus, & Lactantius: licet de Lactantio aperitissime mentiaris: tertiam, quâ nos, simplices, & fatui homines, qui nō intelligimus, quod, si ita sit, inultus à nobis arguatur Deus.] Fox, Qui, deerat apud Erasmus, necessariam autem hic esse, uti nos ex antiquis codicibus esse posuimus, facile omnibus patebit. Aristippus nostri temporis, qui plenam cunctarum mercium nauem Romanam inuehis portui, & sella publicè posita, Hermagoram nobis, & Gorgiam exhibes Leontinum.] Portu, olim. Aristippus Cyrenæicus fuit, & Socratem audivit. aduersarius est ei Xenophon condiscipulus, ut adeo doctus, & exercitatus ingenio fuisse fertur, ut statim se loco, tempore, personæ, accommodaret. habuit autē multos discipulos, quib; ab eo Cyrenæici sunt appellati. vide de eo apud Diogenem. Hermagoras verò, & Gorgias rhetores fuerunt, qui sella posita, profitebantur se, de quacumque re interrogati essent, ex improposito responderent. Ut ille Barthocabas.] Historia est apud Iosephum. & de Salmonæ apud Virgilium in vi. Vidi & crudelis dantem Salmonæ pœnas, Dum flammam Iouis, & sonitus imitatur Olympi, fuit autem Aoli filius, & Rex Ehidus. Et nos fumosos arguis, de quibus forte dicatur: Qui tangis montes, & fumigant: nec intelligis, quid fumus in propheta significet locustarum: & quod pulchritudo oculorū tuorū, amaritudinem fumi nostri ferre non potest.] Fumos venditare, est, se inanis apud vulgus iactare. Rufinus reprehenderit in Hieronymo fumos, hoc est, inanis illius doctrinæ ostentationem, asserens quod doctorū enumeratione rudi imponeret vulgo. fumus enim magnū aliquid videtur, cum iam nihil ferè sit. hanc ob causam sub fumi nomine variè Hieronymus ludat: appellat enim se montē, qui caelus, hoc est lasus fumiger, id est, iræ euomat, & tangentem repercutiat: sicut scriptū est psalm. 17. Quoniam iratus est eis: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbonis succensi sunt ab eo. Prophetam autem hic D. Ioannem Evangelistā apponit: Ita enim in libro prophetiæ sue. i. Apocalypsis, ita scribit: Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ: et obcuratus est sol, & aer, de fumo putei. & de fumo putei exierunt locustæ in terrâ, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpionum terra. Hac autē similitudine ostendit, quod est fumus habeat, ex suis tamē fumis locustæ, hoc est, scripta procedēt, que Dei iussu Rufinum scorpionum more lethaliter percutiant. Tibi Calpurnioq; respondi.] Hic Calpurnium maledicam quandam Rufini amicum intelligit, sorte Apronianum, ad quē inuēctuarū libros in Hieronymum Rufinus scripsit, vel Macarium, cui libros ad hæc, & Apologiam pro Origene dicauit, sed magis reor hoc nomine vocare Palladium, de quo in proœmio aduersus Pelagianos meminit, interdum verò ipsum quoque Rufinum sic appellare videtur. Tua nauis Romanae vrbis reuelatione promissa.] Falso, Vrbis, legebatur antea: Roma enim promissa fuerat. et sic cuiusdam fuisse reuelatū, Rufinus aiebat. Mathematicorum venerat soluere quæstiones, & soluit idem Christianonum.] Olim, Quæstionē. Vide, quid inter tuum, & meū inter sit somnium.] Sit, pro Inter sit, falso antea legebatur. Peccate enim, hominis est: in fidiâ tēdere, diaboli est.] Secundū, Est, ope exemplarium abstraximus: ut singularum etiam minutiarum rationem reddamus. Ut impleretur in te Græcum prouerbiū, ut sus doceret Mineruā.] Aliter: Et sus doceret Mineruā, prior lectio magis placuit, ne quid diuersum vni ab altero videretur. Et rursum emptas gradū pecunia.] Elegantiōr est hæc lectio, quā, Magnā pecunia: & ita habebant emendatores codices. Putat me tuū esse Symmytē.] Id est, iussu sacri iuratiū, & eorundē secretorū partem em. hereticū scilicet.] Vt cōtota in amicū iacula, meo suscipiā peccatore.] Olim, suspiciā, impressorū forē incuria. De libris autē hæc apud debes & mihi gratias agere.] Olim, mihi & gratias agere. Tu me, amice, tu cōpulisti.] Secundū, Tu, Brixianorū

A codicū opt, ad maiorē emphasim nos addidimus. In excusando mēdacio tuo.] Elegantiōr ita habent multi codices, quā esset antiqua lectio, in excusando mendacium tuū. Scortū quidem nummū.] Id est, coriaceum. Vbi sodalitiōrū mentio fit.] Sodalitiōrū, & collegiorū multa est apud veteres mentio: eamq; antiquis etiā marmora latē testatur. nulla enim Roma ars erat, quæ nō haberet collegium, & sodalitā. Caius, qui ciuitatē collegij sum, sodales vocari asserit. Χρυσά & χρυσάειρα.] Id est, aurea præcepta. sic enim Pythagore, que extant, inscribuntur præcepta. Iamblichus.] Pythagoricus est Chalcide Syriæ philosophus is fuit, Porphyriūq; discipulus. vixit Roma Const. mini mageni tempore, secunda scq; post præceptorem obtinuit, nec ab eo quidquā differre visus est, nisi quod venerē dicendū, vt ille, non habuit. vita autē eius asserunt, modē stitq; permagna fuit. extant eius, Pythagore Platoniq; dogmatum multi. Lydiades.] Tarentinus fuit Lydiēs, aderat q; cum Pythagora, cum ille obtruncaretur: profuisse etiā Theōstas Diogenes scribit, ibiq; Epaminonda præceptorem fuisse. illaq; anigmata, que diligentissimē Aristoteles in suis libris profequitur.] Diogenes quoq; ex Aristotele hæc Pythagora Symbola profequitur, & ex nostratibus Clemens Alex. in trinitatis in strumatum libris. Per viam publicā ne ambules.] Exit, viam publicā, in Diogene legitur: verum cum non sit interpretetur, propterea Hieronymo magis crediderim. Et quia Pythagorica dogmata legisse me dixeram.] Scripsisse aliqui Pythagoram, ex Heraclito Physico, Heraclide, et tunc Chio, Diogenes refert, hoc est, rerum historias, de natura scilicet, item de institutione, de ciuitate, item de anima, de pietate, & quadam aliam nihil tamen bonum extat, nec etiā D. Hieron. extabat tēpore. multos eius discipulos fuit. Id est, disciplinas, seu scientias nihil aliud esse, quā reminiscenias, de quare Plato multa. huc autem propterea asseuerabat, quod animas antea fuisse diceret, & de corporibus in corpora irā transigrare. nam se Ethalidem primū fuisse, mox Euphorbum, teridē Hermotimum, quartū Pyrrhū Delium piscatorem, & ad extremum Pythagoram, ex Heraclide Pontio Diogenes refert. Venit ad Magnam Græciam.] Calabriam nunc vocamus, quod Græci eam oram tenebant, Oenotriū primū, mox illi genuit eruditissimos semper viros, ut atate nostra Guilielmum Sirletum, cum quo has omnes Hieronymi emendationes contulimus. vir enim est adeo in Græcis, Latinisq; omnium generum literis, sacris præsertim, & veterum patrum lectione versatus, ut, quem illi comparem, hac tempestate habeam neminem. sacrum nunc Cardinalium ornāt collegium, quo sola prohibitas eruditioq; hominem nuper enexit, anno scilicet MDLXV. quo hæc commentabamur. Nec necesse est, vt in ecclesiasticis tractatibus rē tribunaliū ventilemus.] Olim, Tribunalē. οὐνοῦ καὶ εὐνοῦ εἶμαθα ἔπος, τοῦτο δὲ ἐπαύρηται.] Est in libro Iudicū, significatq; Quale & dixerit verbum, tale & audies. Fecerunt hæc & Fulvia in Ciceronē.] Aliter, Hoc, Fulvia autem Antonij vxor fuit, quam Ciceronis abscissum caput discriminali acu, id est eā qua crines discerni, ac separari solent, perfodisse veteres prædunt. idem autem fecisse in Ioannem Herodadē, solus, quod equidem sciam, Hieronymus hic asserit. Sic Eustathius Antiochenus filios, dum nescit, inuenit.] Propterea quod acerrimus Arrianorū hostis esset Eustathius, hæc de illo prædunt heretici, sicut de Athanasio, quod Athesij lectoris manum præcidit. lege historiam Ecclesiasticā, Theodororum, et Nicephorum Callistum. Aduersum impiffimos Celsum, atque Porphyrium quanti scribere nostrorum?] Contra Celsum Origenis scripta præcipuè laudantur, & Methodij Tyri Episcopi, contra Porphyrium. ambo enim vt ethnici, nō vt heretici religione nostrā impugnantur. Diuinis vocibus in modū David citharizantis lenite furorē peccatoris tui.] Sic enim legitur fecisse David erga Sālū, cū ab inimicū spiritū vexabatur. Loquatur sapiens Salomō.] Ex Proverbiis Salomonis citat loca omnia que hic sequuntur, verum, vt motus sui est, secundum LXX. editionem: ad quam, si videre ea cupies, accedere te oportet. nos certē in inuenientis illis non parum laborauimus. Qui custodit os suū, seruat animam suā.] Suam, deerat antea. Manis manui inferens nō erit impunitus.] Manu, deerat antea. nos eō in loco habemus: Etiā si manus ad manum fuerit, non erit innocens. Qui operatur thesauros lingua mendacij, vana factatur, & veniet in laqueos mortis.] Et distinctio, & lectione maximē vitiatas apud Erasmus erat hic locus. legebat enim ipse sic: Postea impletur os eius calculo, qui operatur thesauros, lingua mendacis vana factatur, & veniet in laqueos mortis. locus est Prou. xxxi. pro, Qui operatur, ἐμπροθύ est apud LXX. Nos habemus, Qui cōgregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Et qui confidit in cordis audacia, stultissimus est.] Hic etiam locus deprauatus apud Erasmus erat: pro Audacia enim, Auaritia legebat. nos et exemplariū, & LXX. interpretationis ope genuinā restitimus lectionem. locus est Prou. xxvii. vbi LXX. ita habent: ὁς ἀκούει τὸν ἀκούοντα καὶ ὁ ἀκούων ἀκούων.] Nos habemus: Qui confidit in corde suo, stultus est. Molas leonum confringet Dominus. ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens.] Hic quoque

quoque locus perperam legebatur apud Erasmus: *Cōstringet Deus: Ad nihilum deveni.* est enim *ψαλμο LVII.* Et in Græco legitur: *τὰς πύρας τῶν λέοντων σωμαθλάτων οὐ κύριος. ἐξεδουλώθησαν ἔς ἰδὼς διαπερῶντων.* Constringet, habet vulgata editio. Græcus autem codex, *Conspexit.*

IN EPIST. LXVI. AD CTESIPHONTEM,
CONTRA PELAGIUM.

Pythagoræ & Zenonis.] Pythagoras, ut paulo inferius subdit, hominem Deo aequabat, & de eius dicebat esse substantia. Diogenes, athenis anulsonem esse animam, asserit dixisse Pythagoram, propterea quod immortalem, quod immortale esset id a quo anulsa esset. Deos, ut sidera omnia, sic magis æthera, à quo sidera sunt, Deum appellasse illum existimo. ἀπερὲναι autem, hoc est, perturbationum, & affectuum, seu passionum vacuitatem, eam ipse, quam Zeno introducebat. Academici novi.] Veteris academici princeps fuit Plato, media Arcefilaus, nova Lacydes Cyrenæus, Arcefilaus successor: sicut Cyrenæica princeps fuit Aristippus Cyrenæus, Eliacæ Phædon Eliensis, Megaricæ Euclides Megarensis, Cynicæ antisthenes Atheniensis, Eretricæ Menedemus Eretrienfis, Dialecticæ Clitomachus Chalcædonius. Hinc metuum, curpiuntque, dolent, gaudentq. &c.] Egregie Virgilius præcipuos quatuor animi affectus, duo scilicet præsentium rerum, dolorem, & voluptatem, & duos futurarum, spem, & metum, hoc carmine expressit.

Philosophi Patriarchæ hereticorum.] Hoc euenit, quia, dum humane rationis motus philosophorum more sequi Christianus vult, fidem, quæ rationem omnem exsuperat, amittit. & certè ætate nostra hæc vna persuasio mouatres induxit, ut ratiocinationi terrena sacram accomodantes scripturam, non scripturæ, ut par erat, ratiocinationem subiucientes, Christi corpus in altaris sacramento negauerint, & sexcentis aliis per Patres sopitas excitauerint hæreses. Præsertim cum Apostolo dicat. *Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione dedunt.* aiunt enim, ad comparationem Dei nullum esse perfectum: quasi scriptura hoc dixerit, mox subdit: *Neque enim ait, &c.* Manichæus electos suos, quos inter animas Platonis in caelestibus collocat, dicit omni carere peccato, nec, si velint, posse peccare.] Tres ex Florentia manuscripti codices, unus ex abbatis monachorum Casinensium, alter ex bibliotheca S. Marcæ, & tertius Resulanus, non Animas, sed Ideas Platonis habent, nos tamen propterea ab impressa lectione non recessimus, quod ceteri cum Florentini, tum Brixiani vulgatam retinebant, & constat Platonem scripsisse, Animas olim in caelestibus apud Iouem vixisse, indeq. quædam fractis alis delapsas, in humana demersas corpora: in quibus si degenerassent, in brutorum corpora demigrarent, donec rursum purgata ad caelum redirent. hanc opinionem Origenes in libro *de ἀρχῶν* secutus est: & *μετὰ τὸ χωρὸν* nō solum Pythagoram, sed Platonem quoque predicasse Diogenes auctor est. Quod autem Manichæus diceret, quod anima ceterorum in brutorum corpora

retraderentur, suorum autem auditorum in electos reuoluerentur, aut maiori compendio in *εφεσ* electorum, ut inde purgata in nulla amplius corpora relegerentur, Augustinus testatur. Priscillianus in Hispania patet Manichæi.] Gnosticorum propagator Priscillianus fuit, cum eoz. Instansius, et Saluianus Episcopi consenserunt. Gratiani Imperatoris decreto post Cesar augustanum Synodum, ubi damnati fuerunt, ab Hispania expulsi, Romam, ut se Damaso purgarent, venerunt, verum ne in conspectum quidem Pontificis admisi sunt, & Mediolani quoque ab Ambrosio non fuerunt suscepti. Iacius fuisse scribitur Priscillianus, sicut & Helpidius eius socius mox Labilensis episcopus, procurantibus sociis, creatus est. Seuerus Sulpicus, qui latè hæc historiam persequitur, ex Ægypto à Marco quodam Memphite in Hispaniam inuectam hæresim protulit, eiusq. auditores primum fuisse Agapen, nō ignobilem seminam, & Helpidium rhetorem, ab eisq. Priscillianum primò institutum, occisus est tandem Imperatoris iussu ab Enochio præfecto Priscillianus, cum eoz. Felicissimus, & Armenius cleici. Prosper, occubuisse cum eo Eucratia, Delphidij rhetoris coniugem, addit, item Latronianum, aliosq. sui erroris consortes, & Vrbicam lapidibus vulgi furore extinctam. Tum pater omnipotens fecit: imbribus æther.] Versus, quibus Vir-

Scholæ tom. 2.

gilius Iouis cum sua lunone coitum explicat, Hieronymus, videndi causa, ad Priscillianistarum detorquebat turpitudines. Qui quidem partem habent Gnosticæ hæreseos.] Gnostici, siue Gnoitæ, sibi soli ditinuarum rerum scientiam vindicabant: ex qua re tale suscipere nomen. Verum eozū origo antiquiora, quæ Priscilliani, habet tempora: propterea de Basilidis impietate hæresim venire Hieronymus ait. Gnosticum etiam fuisse Carpocratem, & Hieronymus supra, & Epiphanius, cuius ope locum illum correximus, testes sunt. Augustinus, propter communes, mixtosq. concubitus, à Nicolaitis Gnosticos exortos putat, ad eum turpissimas libidines suis in sacris exercebant, ut propterea à cæno Cōpōpōtū sint appellati. dicebant autē Gnostici, animam naturam, substantiamq. Dei esse, & bonum, malumq. Deum profitebantur. Euagrius Ponticus hyperborita.] Hunc esse existimo, quem Gemadius in catalogo suo enumerat, & cuius libros aliquos, præsertim de monachis, & Anachoretis, se asserit in Græco in Latinum translulisse: quod fecisse etiam Rufinum, Hieronymus scribit, nec mirum, si eum ad eum commendat, cum Rufinum quoq. Hieronymo præterierit, & amulationis stimulo eum excitatum scripsit, Origenis enim symmysiaq. ambo fuerunt.

Scribit ad eam, cuius nomen nigredinis testatur perfidia tenebras.] Melaniam intelligit, quæ vna cum Paula Hieronymum secuta Hierosolymam accessit: verum à Rufino decepta Romanam rediit, & sanctissimi viri amicitia relicta, eius fama obrectare cepit. Euagrius.] Alter est hic ab Euagrjo hyperborita, Versus, quos statim citat, Lucretij poetæ sunt. Vnum Ioannē in ipsius libri posuit principio.] Chrysolomum, ut opinor, intelligit, sanctum enim & catholicum asserit illum fuisse. Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris, & Romanæ Ecclesiæ Episcopi, prænotauit.] Extant huius sententia aliquot, quas Rufinum translulisse Gemadius refertur. Xestium tamen, non Xystum, aliqui appellant Græci. Cum ad virtutum venerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati, quæ hominum sunt.] Veneris in somnis imaginationem intelligit, quam etiam à perfectis interdum vitari non posse, nemo est qui ambigat, nec propterea perfectio ipsa amittitur, cum, quod consueti, approbantq. non sit animo, vel cui causam vigilis ipsa non præbit, peccatum non habeat, ut latè hanc rem Gregorius, aliq. ex patribus explicant. Erasmus, qui reprehendit hic Hieronymi sententiam, & veluti sibi aduersantem notat: cum tamen neque id Angelica, quod alibi dixit, repugnet in virginibus vitæ, nec si contrariam, quod ipse castior fortè sanctiorq. Hieronymo optasset, nullis sententiam, humano quis ingenio, aut Pliniana aliqua herba, propterea hoc assequi possit. huiusmodi enim animi in somnis imaginationes sola Dei gratia, ut quoidam sub noctem postulat Ecclesia, non plantat, aut remeum aliquo propelluntur. Qui vetustissimum cœnum, quasi nouam suscipiunt temperaturam.] Sic ex Mediceo, Fesulanog. & quibusdam Brixianis codicibus correximus: & certè nouitati vetustas opponenda erat, non venustas, venustissimum, transalpini typographi legebant. Simon Magus hæresim condidit, Helena meretricis adiutus auxilio.] Recenset mulieres aliquot, quarum auxilio hæreses multa in Ecclesiam introducta sunt, ut hoc exemplo Rufinus taxet, quod Melanice opera Origenes ipse quoque hæresim fundat. De his omnibus lege Epiphanius, Theodoretus, Ecclesiasticam, & Tripartitam historias, Philastrum, & alios, qui de hæresibus scriperunt. De Helena, præter alios, Clemens in recognitionibus latè meminit, & veluti Helenen, hoc est, lunam, dictam vult: è celo enim secum illam descendisse, Simon aiebat, proptereaq. ex numero dierum luna discipulos primum ipse elegit. Augustinus Selenen ipse quoque eam appellat. Nicolaus Antiochenus.] Unus ex septem diaconis hic fuit, primusq. Platonis politiam de communicandis vxoribus in Ecclesiam introduxit, inuehitur in eius sectatores Nicolaitas Ioannes in Apocalypsi, dereliquit, quos hic refert, hereticis, alibi à nobis dictum est. Arius, ut orbem deciperet, sortorem principis antè decepit.] Id est, ait Erasmus, Imperatoris Constantij, quem in suam traxit factionem, vsus opera sororis. Plures errores, quam verba, nam nec Arius sub imperio Constantij vivebat, proptereaq. illum in hæresim trahere ipse non potuit: nec Constantij, sed Constantini Magni soror illa fuit, nomine Constantia, cuius precibus reuocatus tantum ab exilio Arius est, non ipse Imperator in hæresim traductus. Socrates, Theodoretus, Nicephorus, & Haymon libro nono, c. v. Zoroastris Magi studiosissimum.] Magia enim Priscillianum vacasse, præter alios Seuerus etiam Sulpicus testatur. Legem enim Deus in adiutorium posuit.] Sic habent lxx. Esaiæ cap. 8. ubi nos habemus, *Ad legem magis, & ad testimonium.* Per solæcis morum.] Solæcisinos à syllogisinis, uti falsa à veris, discernit: praua enim, et inuerta orationis compositio, solæcisinos dicitur. Principium sapientiæ timor Domini: qui expellitur, atque destruitur caritate.] Perfusa caritas foras mittit timorem, inquit Ioannes Apostolus, non tamen intelligit Hieronymus de eo qui reuerentiâ erga Deum habet, sed qui Deum ut iudicem reformidat. Aura est enim, siue vapor pau-

Q. 2.

lulum apparens.] *ἀπαρτῶν ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῶν ἐπιτομῶν.* Iacobi 4. Quod erat impossibile legi.] *Sic habet vulgata editio 1. τὸ ἄρρητον.* Græcus tamen, qui nunc circumfertur, codex habet legi, id est, τὸ ἄρρητον. *manu scripta exemplaria variant nos Brixiana vii vulgata fauchia fecuti sunt.* Erasmus vt à vulgata recederet, Græcum vitiatū vt reor codicem secutus est. quod fecit in eo quoq, quod sequitur, dicens, Et de peccato condemnauit peccatum in carne. nos enim in vulgata legimus, de peccato damnauit peccatum in carne. deest enim copula, Et. Nunc autem nequaquam ego operor illud.] *Vocem, Ego, è Græca & Latina editione, moniti ab exemplaribus, nos restitimus.* Vt non, quæ volumus, illa faciamus.] *Sic est in vulgata: & Græca vox, τὸ ἄρρητον, magis illa significat, quàm ipsa.* Accusa eū iniquitatis, cur Achā, filius Charmi, de Hierichuntina præda aliqua furatus sit.] *Falsò hic habebat Erasmus, pro Achan, Achar, & pro Charmi, Charin.* כח כרמי est in Hebræo, & ita nos habemus Iosue vii. & ipsemet Hieronymus in libro de locu Hebræico, sub verbo, Emec Achor, cogarguit eos qui huncipsum Achar seu Achor, & non veriùs Achan appellant, cum tale eius fuerit nomen. Frustra blasphemias, & ignominantiū auribus ingeris, nos liberum arbitrium cõdemnare, damnetur ille qui damnat.] *Multis in hoc vsu sanctus arbitrij libertatem defendit: & tamen Nouatores non erubescunt passim illam conuellerè, & infuturi.* Rostrorum popule.] *Hoc est, qui pro rostris, & in plateis versantur, tria exemplaria legunt, Nostorum: verum, quia non placet, nihil mutantur.* Forsitan vestra dicemus, & frustra ingenij vestri acutis stylum.] *Sic ex Brixianis codicibus emendauimus. Erasmus enim legebat: Et iccirco ingenij vestri acutis stylum: contrario profectò sensu.* Gloriam in partibus, & parturitionibus dailis Domine.] *Sic habent LXX. Osee ix. vbi nos habemus, Gloria eorum à partu & ab vtero, & à conceptu.* Quid dabis illis? vuluam sterilem, & vbeta arentia. Eodem Osee cap. vbi nos habemus, Quid dabis eis? dabis vuluam sine liberis, & vbeta arentia. Suo quali mus proderit iudicio.] *Ita Parmeno apud Tarentum: Ego meomet iudicio, quasi forex, bodio perij. arrodendo enim aliqua mures, etiam in tenebris, se ipsos produunt.* Alter contra præceptum Domini ex ore Hieremie occurrit Nechao, Regi Egyptio, & interfectus est.] *Syllabam, Ex, nos ope exemplarium reposuimus, intelligit de Iosia, de quo scriptum est: Noluit Iosias reueri, sed preparauit contra eum, Nechao scilicet, bellum: nec acquiescit sermonibus Nechao ex ore Dei, id est, quos locutus est ei Nechao vt reuerteretur, ex ore Dei, hoc est, secundum quod Hieremie ex ore Dei id ipsum monuit: ob Iosia præterea mortem lamentationes Hieremie insuit.* Illudque per te sanctæ & illustri domus conciliabulum precor, atque commoneo, ne per vnum, aut, vt multum, tres homunculos, suscipiant tantarum feces hærecon.] *Familiam Ctesiphonis precatur, non ipsum Ctesiphontem, propterea perperâ Erasmus legebat, illudq, te per sancta, & c.*

IN LIBRORVM PROOEMIVM ADVERSVS PELAGIANOS; SCHOLIA.

παθή.] *Passiones, propriè: perturbationes autè, eleganter, inde ἀρδὲναι imperturbatio. Græcè τὸ πάθος vocant.] Quod in desinēter orarent, sic dicti sunt. Pfallianus à pfallendo Augustinus appellat. Cum postheri vniuersique quod senserit.] Sic habent quatuor ex Florentia manu scripta exemplaria, & quaedam ex Brixia. Olim, Proposuerit. Palladius scullis nequitie.] *Hic fortè est quem Calpurnium interdum vocat Hieronymus, nequitiam autè pro contemptu posuit. sic nequam, id est, nullius pretij, & quia non tā liberi homines quam serui solent esse improbi & nequam, ac peiores etiā serui quàm liberi, deprauante animos fortuna: ideo, seruili nequitie, dixit, & vt contemneret, & vt vituperaret. Quin potius omnes, qui catholicā sectam ar fidem, optamus, & cupimus damnari hæreticim, homines emēdari.] Olim, Dammare.**

IN PRIMVM LIBRVM CONTRA PELAGIANOS.

Dic ergo simpliciter, quòd Eū auferas gratiam: quidquid enim tollis in partibus, necesse est vt & in genere neges. CRIT. Non nego gratiam, &c.] *Falsò legebat Erasmus, Cux Dei auferas gratiam, sensus patet, & cum vetustis consensit exemplaribus. δὲ ἄρα, Possibilitas vulgo dicitur, sicut ἀδύνατον id quod impossibile est; & ἀσπύγια alitio ipsa. Diodorus id solum posse fieri dicit, quod aut fit verum, aut verum futurum sit; & quidquid futurum sit, id fieri necesse est.] Pro Necesse esse, Necesse est, falsò legebatur ante. fuit autem Diodorus cognomen Cronus, qui primus inuolutum & cornutum differendi genus inuenisse scribitur. mortuus est, teste Laërtio, animi marore, quòd in conuicio Ptolemai Soteris, dialécticas quasdam propositas sibi quæstiones solvere nequiuert. vixit Platoni tempore, audivit, Socratem, & Apollonium Cronum, à quo cognomen sortitus est. Quinque disseras in dialéctica habuisse filias, idem alibi prodit Hie-*

Aronymus. Execratum est me vestimentum meum.] *Olim, Execratū est in me. locus est Iob 9. vbi nos habemus, Et abominabuntur me vestimenta mea. Mixtas esse cum tritico.] Scilicet, palea. Olim, Mixtos, Iustificati gratis per gratiam ipsius.] *δικαιοῦντο δωρεὰν τῷ αὐτῷ χάριτι. Rom. 3. Transalpini: Iustificati grati per Dei gratiā, qua lectio nec cum vulgata Latina, neque cū Græca editione consensit.**

Super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est.] *Vbi que concorditer Diuus Hieronymus super Petrum asserit fundatam Ecclesiam. id ipsum Cyprianus multis in locis sentietur, item Anacleus epistola tertia, Leo epistola 87. & omnes veteres. Diuus Augustinus, quòd aliter ea Christi verba exposuerit, ex sententia Ambrosij, qui in hymno de gallo gallinæco, Petram ipsam, Petram vocat, in libro veteratationum, expositionem suam suscipit, ac tenuat. Non quia iam accepi, aut iam perfectus sum, persequor autem, si comprehendam, in quo & apprehensus sum à Christo.] Sic habet vulgata editio, & cum Græca consensit. ὁὐχ ὅτι ἦν ἕλεον, ἡδὴ τετέλεσται. δὴ ὅτι ἦν, ἐπὶ τῷ καταβάσει, ἐπὶ τῷ καταβάσει τῷ ἕλεον ἡδὴ τετέλεσται. Olim, Et, copula deerat, & Sim, pro Sim, legebatur. Perfecti sumus.] Sic habet vulgata editio, & Brixiani codices, in Græco deest vox, Sumus. ὅτι: ὁὐχ ἕλεον τῷ τῷ ὀρονῶσαν. Emulamini dona maiorā.] *Charysmata meliora nos habemus, i. Cor. 1. 2. & Græcus codex κρείττονα legit. κρείττον enim, κείρον, & κάλλιον significat. nos absque exemplarium ope, quæ data nobis regula fuit, nihil immutare ausi sumus. fortè Hieronymus κείρον habebat, non κρείττονα. Iustificata est Zodoma ex te.] *Ex Eccliel cap. 16. loquens contra Hierusalem, Sodoma, & Samaria illam comparans, maior a esse ipsius, quā illarum scelera ait, ita vt postea subiungat: Iustificata sunt enim à te. Denique omnipotens Deus, cui docet Apostolus iuxta dispensationem carnis assumptæ subiciendum filium, vt sit Deus omnia in omnibus; perpicuè demonstrat, nequaquam sibi cuncta esse subiecta. vnde & propheta subiectionem sui in finem præsumit, dicens: Nōne Deo soli subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Et quia in corpore Ecclesie caput Christus est, quibusdam adhuc repugnantibus membris, videtur corpus quoque capiti non esse subiectum.] *Sensus clarus ac dilucidus est, & tamen apud Erasmum deerat vox, Nequaquam scdo profectò errore, exemplaria nos admonuerunt. Magister vester, & ἀρχαῖο. Antiquus, priscus. Origenem intelligit, & festiniter ad vocem libri ἀρχαῖο ἀλλοῦ, vnoq, nomine sultum etiam illum vocauit. ἀρχαῖο enim sultum quoque significat. Plato in Euthydemo, ἀρχαῖος, inquit, καὶ ἀρχαῖος ἄλλοῦ τῷ δὲ ὄντι. inde ἀρχαῖος ὀρονῶσι, seu ἀρχαῖος ἀττικῆ apud Aristophanem, ex quibus clarè constat, nō de Platōne, vt hoc quoq, suspicatur Erasmus, sed de Origene Hieronymum intelligere. Immemor es sponcionis tuæ.] *Responsionis, falsò habebat Erasmus: nam subdit: super fortissima quæstione, cui pollicitus es te in consequentibus responsurum, omnino tacuisti, obliuionem simulans, & c. Deus possibiles dedit humano ingenio omnes artes.] *Humano generi, legebat Erasmus, nos ex tribus Florētie codicibus, præter alios ex Brixia, ita correximus. vnde subdit: Qui nostrum, quamuis sit ingeniosus, poterit omnia comprehendere? Altronomiam, astrologiam, arithmeticam, musicam.] *Vocem, musicam, ex iisdem codicibus nos reposuimus, de qua, vii de philosophia parte, multa Plato, & Augustinus in lib. de Musica inscripto, Astrologiam autem ab astronomia dicitur, veluti vna de astrorum cursu, altera de iudiciis humane vitæ pertractet. *θεωρητικὴν autem artes mechanicas vocat, dictæ sunt autem ita à camino, qui καύω & ἀέρας incendere: quòd sic primum dictæ sint quæ igne perficerentur: mox ad omnes alias artes que manu fiunt, vox tracta est. *θεωρητικὴ enim, Heschio teste, omnis ars que igne, præcipuè autem quæ camino perficitur, dicta est. & θεωρητικὴ ὀρονῶσι, aut faber ararius. *δὲ ὄρονῶσι, ἔκτερον.] *Præceptiones prima pars continet, secunda rationem quæ præcepta ipsa morbo accommodentur, tertia ipsam experientiam: opus enim est primum inuenire, deinde disponere, postremò experiri. Galenus in methodo, & alibi de hac re latè. Cornelius Celsus hanc tertiam partem subdividit in διακρίσιν, ὀρονῶσι, ὀρονῶσι, & ὀρονῶσι. morbo enim laborantem hominem, aut dicta, & ratione victus curamus, aut pharmacia, aut manuum operatione, hoc est emplastris, sectionibus, & inuisionibus, quæ postremò omnium sunt adhibenda, & eam ob causam extremo loco de his tractat idem Cornelius. Filios habentem subditos cum omni pudicitia, & iterum: Non Neophytum.] *Et iterum, in multis exemplaribus desunt, ob intermissum tamen versiculum videntur voces necessaria: superflua autem, quòd inuuant, veluti alibi citatur Apostolus, cum idem tamen sit locus, & ipse dum statim declarat, veluti conuincimur citatum declarat testimonium. Quisque tamen, quod libet, sequatur, & amplectatur, meliores tamen codices, vt Medicus, Vesulianus, alij etiam manu scripti, eas voces non habent. Et cõstituas per ciuitates presbyteros.] *Et, copulam, ex Græco, Latinq, reposuimus. Sine crimine, siue*************

sine accusatione, hoc enim magis sonat ἀπολογία.] Ἀπολογία, Græci ἀπολογία interpretantur, id est, immo ceterum: qui scilicet accusatus, vocatusq; in iudicium non sit. Ἐπαλογία enim crimen, accusationemq; significat. ἀπολογία.] Id est, qui docere aptus sit, quam interpretationem rectè Tridentina œcumenica Synodus secuta est. docilem vulgus vocat; interdumq; docibilem, quas voces alicubi in Hieronymo ipso inuenies. ex Latina enim, ut hic ait, simplicitate, eas ponit. Apud D. loānem, ubi nos habemus, Erunt omnes docibiles Dei, ἀπολογία δὲ θεοῦ, est in Græco, at in Esaiā, vnde acceptus est locus, Docti, non Docibiles legitur. voxq; cum Hebræo conuenit: וְכָל בְּנוֹי לְמוֹרֵי יוֹדוּ. & omnes filios tuos doctos à Domino. Ut filios habeat subiectos cum omni pudicitia, vel filios carnis, vel filios fidei.] Dei, non fidei, legebat Erasmus. at cum loquatur de Episcopis, qui filios in euangelio gignit, rectius est vt legatur, fidei, sicuti nos ex Florentinis, & aliis exemplaribus restitimus. in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, inquit Apostolus. & iam vt eius dicantur filij, quod non ab alto, sed ab ipso per fidem geniti sint, necessarium est. Non enim sufficit Episcopum propriam habere pudicitiam, nisi ea filiorum.] Vox, Episcopum, ex Brixianis codicibus, vti necessaria, reposita à nobis est. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.] Ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἀσπύρη, est apud LXX. quos Hieronymus sequitur: & sic habent Brixiani codices: & iam cum præcedentibus in psalmo tempus conuenit: & ita liber expositionum in psalmos, qui Hieronymi nomine circumfertur, habet. Hebraicus codex, ministrabit, legit. cum quo vulgatam Latinam, qua LXX. est, congruere miror. vnde hic illā vtiatam existimo. ἀσπύρη.] Id est, intentionem, cum quid profertur veluti exag gerando. Quid faciet, qui gaudet ad vitia, qui emendare non audeat: qui conscientiam suam non metuit, & quod cunctus populus clamitat, nescire se simulat.] Clarus est sensus, Erasmus tamen factò errore legebat, Qui conscientiam suam metuit. Brixiani nos codices admonuerunt. Quod que sequitur, ἠνέβητο.] Neophytus, noua plania, homo nuper ad fidem conuersus. Sed semetipsum exinanituit.] ἀνὴρ ἐστὶν ἐν ἑσώτερῳ. Sic etiam vulgata habet editio. Erasmus tamen legebat, sed se exinanituit. Et stultitiam ἀσπύρη argumentationis ostendat.] Id est, non consistentes; vt, cum proponitur res qua esse nō possit, huiusmodi enim argumentum, quod quidem vitium est, ἀσπύρη dicitur, sophisticus est Syllogismus. Iuxta Protei fabulam, vigilante capiam, an dormientem?] Allusit ad fabulam quam in quarto Georg. Virgilius explicat, cū ait: Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe, &c. edoctus enim Aristæus à Cyrene matre, Proteum vinculis cepit, veram dormientem. Non enim dicit eos æternis igitibus exurendos, sed à terra deficere.] Eos, vocem ex Brixianis codicibus restitimus. Milonis humeris intumescis.] De Milone Crononata, quod Olympia botem in humeros sustulerit, nota est ex Valerio historio. Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas, & diabolo tribuit penitentiam: quid ad nos, qui ad diabolum, & satellites eius, omnesque impios, & preuaricatores dicimus perire perpetuo, & Christianos, si in peccato præuerti fuerint, saluandos esse post pœnas?] Pœnas Purgatoriij intelligit, quibus fideles, qui in peccato præuerti, nondum peracta penitentia scilicet moriuntur, expiandos omnis credit ecclesia. sic Paulum Apostolum intellexisse, cū dixit, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, Synodus Florentina, & alicubi Augustinus fatetur. Vide eundem Augustinum in libello de agenda cura pro mortuis, in fine libri noni confessionum, in Enchiridio, item Gregorium, Ioannem Damascenum, & omnes veteres, quos nos dicato postea proprio recensimus opere. Iungis præterea duo capitula inter se discrepantia: quæ si vera sint, os aperire non poteris: Non habentem sapientiam, & intellectum scripurarum, nisi qui didicerit, scire non posse.] Sic legebat Erasmus. Nos à Brixianis codicibus admoniti, has voces, non habentem, vti quæ sensum perturbarent, amouimus. explicat se ipsum fratrem, quod nec sapientia, nec scientia sine magistro haberi possit. Nisi fortè humilitate solita magistrum tuum iactas Dominum, qui docet omnem scientiam: & cum Moysè in nube, & caligine facie ad faciem audias verba Dei, & inde nobis cornuta fronte procedas.] Repetenda est vox; Nisi, id est, nisi audias, quo sensu, legendum esset, iactas. Procedas, pro Procedis, ex Brixianis codicibus nos reposuimus. Edictas, quia nō inuenimus, non mutauimus. Stepicopus, presbyter, & diaconus, & felicis ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum cum candida veste processerint?] intelligit de albis tam casualis, quam camisis, qua in Missarum celebratione vsui sunt. Quis enim mūdus à sordibus sine finibus etiam diei fit vita eius in terra.] Sic habet LXX. Job 25. Qui viderit mulierem ad concupiscendū eam.] Vox, Eam, deerat: vulgata tamen editio habet, & Græcus similiter coedex, ἡ πόρνη ἐστὶν δουλοῦ αὐτοῦ. In penitentia, qua imitatur baptismatis gratiam per ineffabilem clementiam Saluatoris, qui

non vult perire quemquam, nec deletatur mortibus peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant.] Quanta sit virtus penitentia, qua continet in se contritionem, confessionem, & satisfactionem, nos latè proprio opere pertractauimus. Hieronymus baptismi imitationem eam appellat. Respondet stultæ interrogationi tuæ liber Sapientia: Altiora te ne quaesieris.] Ecclesiasticum, librum Sapientia vocat, ex quo & hoc, & alterum, huc adiunctum, testimonium citat: nam tertium, vbi ait, In simplicitate cordis quaerite Deū, ex ipso Sapientia volumine sumptum est. Noli esse sapiens multum, & noli argumentari plusquam oporteat.] Ecclesiastici capite tertio, vbi nos habemus, In pluribus operibus tuis ne fueris curiosus, LXX. habent: ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἔργων σου μὴ ἀεὶ ἐρεῖς, qui idem profecto est sensus. & Ecclesiastici vii. legitur, Neque plus sapiens quam necesse est, ne obstupescas. alia loca, ex quibus hæc acceperit Hieronymus testimonia, adhuc non inueni. Et in alio loco: in sapientia, & simplicitate cordis quaerite Deum.] Falso legebat Erasmus, Et in eodem loco. nam alibi hoc quā primum ponitur testimonium: vnum enim Ecclesiastici, alterum Sapientia est. Qui libri quoniam Salomonis non sunt, propterea subdit: Ne forte huic volumini contradicas. Itæ sunt quæstiones, de quibus & in alio loco scribit.] Scribit, scilicet Paulus Apostolus. vox, Loco, deerat ante. O homo, tu quis es qui respondeas Deo?] Sic à codicibus admoniti vulgatam restitimus lectionem: Respondes, enim legebat Erasmus. nec refert, quid ἀπολογία ἔστω. Sit in Græco: quando, Respondes quoque in istis temporibus est. Respondetque, Lugens, & gemens vadam ad infernum.] Olim malè hæc verba distinguantur, sic scilicet: Respondetq; lugens, & gemens. Vadam ad infernum. Nos habemus: Descendam ad infernum meum lugens in infernum. Anima si peccauerit in conspectu Domini non sponte ex omnibus præceptis Domini, qua non oportet fieri, feceritque vnum ex eis.] Sic legimus Leuit. 4. & ita habent emendati codices. Erasmus tamen legebat, qua oportet fieri: & rursum infra, pro offeret, offert. Factum est quoque die octauo, & vocauit Moyses Aaron, & filios eius, & seniores Israël, & dixit ad Aaron, Tolle vitulum de bobus pro peccato, &c. Sic quoque legitur Leuit. 9. Prius tamen, Moysen, legebatur, & pro peccato, non pro peccato. Tollite hircum de capris vnum pro peccato, & vitulum immaculatum anniculum in holocaustum.] Olim, Vitium, non Vitium. Qui offeret ea in conspectu Domini.] Leuit. 12. Vox, ea, deerat. In die quoque consummationis eius offerretur agnus in holocausto, & agna pro peccato.] Loquitur de Nazareo, qui votum suum impleuit, locus est Numer. vi. Nos habemus, offerat oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculum immaculatum pro peccato. prius tamen legebatur, cum holocausto. Etiam minuta quæque perse quimus, vt nihil sine codicibus, & ratione muratū à nobis fuisse consistet. Die quoque decimo eiusdem mensis septimi, quando ieiunium est vsq; ad vespertam.] Habetur Num. 29. Prius non quando, sed quoniam, legebatur, at veror est lectio, quam nos ex Florentinis codicibus restitimus. Non in iustitia tua, & directione cordis tui iustitias, vt possideas terram eorum.] Deut. 9. vbi nos habemus, neque enim propter iustitias tuas, & equitatem cordis tui, ingredieris vt possideas terras earum. Olim pro Directione, dilectione legebatur, nos ex Brixianis codicibus, & LXX. ita restitimus. Fac Deo calumnia quare vnus peccauerit, & pars populi trucidata sit.] Ios. 7. loquitur de pœna propter peccatū Achab. olim, Fac ergo calumnia nos ex Florentinis codicibus locum correximus. Isobeth Saulis filius interfecit dolo à Rechab, & Baana filiis Remmon Berotitæ.] Fædo errore, non Isobeth, sed Mephinoseth, bis hic legebat Erasmus, historiam vide 2. Reg. 4. Miphinoseth enim, non Mephinoseth, vt ipse legit, Ionathas filius fuit, non Saulis; neque à Rechab & Baana occisus fuit, sed diu post mortem patris superuixit, vt clara est historia ex primo Regum libro. hic autè, quem Rechab, & Baana occiderunt, Ἰωνάθης appellatur. Brixiani codices nos admonuerunt. Et qui prophetabant ex dimidio Zarai.] Sic habet LXX. 1. Paralip. 2. vbi nos legimus, Et dimidium requiritiois Zarai. Olim, prophetabat, non prophetabant, legebatur. In Prouerbiis legimus.] Citat, vt eius est moris, secundum LXX. propterea, si loca inuenire cupis, ad eorum editionem accessus oportet, nos lateri capita eam ob causam apposuimus. Filius malus iustum se facit, & non lauat exitum suum. Tot vbique erroribus ac mendis operæ Dni Hieronymi repleta ac conspurcata relicta sunt, vt ea semper referre profecto pigeat, præterirem propterea multa silentio, nisi mutationum reddendā apud lectores nobis ratio esset. sic legunt hunc Prouerbiorum locum LXX. hoc est, ἡνὶ ἄθετου: & ita habent emendati codices manuscripti. Erasmus tamen legebat, Et non lauat exitum suum.

dixisti, & quasi quibusdam discussis nubibus, clarum visus es veritatis lumen aperire.] Sic ex Brixiani codicibus emendatumus, apud Erasmus enim deat vox, discussus, & aperire legatur. Numquid & de Evangelio poteris hoc approbare, ut puniatur quisquam pro eo quod nesciat: & ante penas luat, quam reus sit conscientia?] Pro conscientia, ignorantia prius legatur. nobis hac manuscriptorum codicum lectio magis placuit. Quid enim à me audisti, ut hoc autumes? Et lex enim Patribus data, pro tempore iusta, & sancta est: & veniente evangelij perfectione viliora cessarunt.] Est, vocem nos reposuimus, ex Brixiani tamen codicibus. sine exemplaribus enim, quod semel testatum sufficit, nihil est immutatum. Tacere tibi videor, qui tantis exemplis docere te volui?] Pax, Tibi, à nobis reposta est. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.] Sic etiam vulgata habet editio. alibi tamen ipsemet Hieronymus Græcam magis sequitur lectionem. Gratia Deo, sicut sit. vel, Gratia Deo, sicut ego. in xpiis dicitur. per Iesum Christum Dominum nostrum. Deprimat terrena habitatio sensum multa cogitantem.] in παλατιοῦ. Sic habent LXX. Sapientia nigro cap. & Brixiani etiam codices. & sic etiam legatur in epitaphio Paula apud eosdem transalpinos typographos, quibus vulgata assentitur editio. vox Græca cerè magis cogitantem, quam curantem, vti legatur Erasmus, significat. oportet enim idem est, Hesiobio teste, quod μεμνησθαι: & oportet, vt perissimè Græca lingua testatur, idem est quod ἐπινοῦν, ἀναλογησαί, θεωρεῖν, hoc est, consideratio, tractatio, & speculatio de rebus incertis, & ambiguis. Quasi ego hoc ex persona genets humani accipiam, & non ex persona peccatoris.] Loquitur de Paulo Apostolo, quem in persona peccatoris, non sua, dixisse asserit. Non enim, quod volo, operor. & scio quod non habitat in me. & cetera qua seipsum ad Romanos persequitur capite. Peccatorum autem, non peccatoris legebat ante. qua lectio falsa est. sequitur enim statim. Et quis tibi hoc concedet, vt ex persona peccatoris hoc loquatur Apostolus? si enim ex persona peccatoris hoc accipis, debet dicere: Miser ego peccator, & non miser ego homo. Verumtamen in imagine petri anstus homo.] Sic habet vulgata editio, sic etiam LXX. in eiusdem ἀποστόλου τῆς ἀποστολῆς. & sic etiam vocem Hebræam תְּרַחֵם ex ipsius rei contextu Hieronymus exponit. Erasmus habet, per ambulat: qua lectio cum nulla congruit lingua. Quare oblitus es, nec fecisti iniquitatis meæ obliuionem, & emundationem peccati mei?] Sic habent LXX. Job. 7. וְאֵי זָכַרְתִּים מִן תִּשְׁמַרְתִּים מִן. & alique ex Brixia codices. emendationem tamen legebat ante. Si lotus fuero nibe, & mundis manibus, satis me forde tinxisti.] Nibe, non Niue legebat Erasmus: cum tamen Hebræi, Græci, Latinus manuscripti codices, & ipsa etiam Ecclesia vulgata editio, Niue apud Job eo in loco habeant. & quod amplius est, alibi Niue in ipsemet Hieronymo scriptum reliquerat. vt supra in primo lib. contra Pelagianos, quarta à principio pagina. Et si purificatus niue, & lotus manibus, satis me forde tinxisti. Tam enim inuolutus dictator est.] Olim dictor, impressoriam, vt rcor, incuria, fœcordiaq. Insuperissimus enim omnium hominum sum, & non est hominis prudentia in me.] Prox. 30. Vulgata editio. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. τῆς ἀποστολῆς dicitur.] Circumlatio, νόμα, & δῆμος, sic enim rectè humana vocantur res, quod semper in circuta verantur. Iosephus Machabæorum scriptor historie.] In eo enim libro, quem Erasmus vertit, scribit de animi perturbationibus. Quam ob causam idem Apostolus scribit Deum solum esse sapientem.] in 1. Tim. 1. Soli sapienti Deo honor, & gloria, &c. deest tamen in multis Latinis vulgata editionis codicibus vox, sapientia, propterea reponenda est. Et nos in Iesum Christum credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.] in 1. Tim. 1. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Christi daretur credentibus.] in 1. Tim. 1. & cetera. Sic Græca, sic vulgata habet editio. Concludit tamen legebat ante. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis.] in 1. Tim. 1. Qui enim in lege iustificamini, legebat Erasmus. nos expaximus vocem, enim, quod sensum turbet, & nec exemplaria antiqua, nec Græca, aut Latina editio eam habeant. Qui autem dixerit Raka, quod interpretatur vanus.] in 1. Tim. 1. in anem, apud Hebræos significat, vt ibi, cum dicitur: Et populi meditati sunt inania. רַק רַק וְדַבַּר מִן הַרְבֵּה וְרַק וְרַק non ita graue est verbum, vt stultum significet, hoc est רַק. minus enim est hominem inane dicere, quam fatuum. Propterea eo in loco Matthei, Christus à lenioribus inchoans, & ad grauiora ascendens primum iram in fratrem prohibet: mox iram cum verbo Rak, id est, quia frater, verbi etiam lenis iniuria offendatur; postremò iram cum verbo

A magis iniurio, quo scilicet vocetur fatuus. & diuersis eam ob causam in ira generibus, diuersas comminatur penas, hoc est primo generi graue iudicij, secundo grauiore conuictij, tertio grauisimè Gehemæ. non est interea hic omittendū, vulgatam apud nos editionē manere eo in loco Matthei esse. legendū enim est: Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. ha enim voces, sine causa, desunt apud Latinos Hieronymus tamen eas hic habet, & in Græcis codicibus legitur: ἅπασι ὁ ὀργίζων ὁ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐπιθύσσει, & ἅπασι τῷ κλητοῖ. Cauete ne iustitiā, hoc est elemosynam vestram faciatis coram hominibus.] ex Hebræi verbi proprietate hoc venit. apud Hebræos enim תְּרַחֵם iustitiam, & elemosynam significat. Epistolæ Bibliæ volitant trans flumina Æthiopiæ.] Diximus de hac re supra. Esa. 18. vbi nos habemus in vasis Papyri, quod Hebræicè dicitur בְּרִי בְרִי לֵךְ. hoc est Babilus epistolæ, loo ὁ habentes: quæ mutatio in multis aliis factorum librorum loci facta est. angustū enim longæ vetustate corrosos, expunctisq. facile ex ב factum est כ, & ex כ, factum est ק. ex qua re considerari potest, quantum faciendū sit LXX. & veteris Ecclesiæ interpretatio. בְּרִי etiam, quæ vox papyrum significat, pro epistolis LXX. translulerunt. in papyro enim eo tempore scribebatur. & ita hunc locum Bibliæ epistolæ interpretati sunt. pro longis, prolixisq. Hieronymus accipit, si ut accepit eum Epiphanius. sensum alium ex Cyrillo Alexandrino nos si præposuimus. Et cerè Petrus Apostolus caligas habuisse narratur.] Pro caligamentis hic accipit: quæ Christum non habuisse, in epistola ad Euslochium vbi verbus testatur est. Et Hieronymus, & Iesus Nane nuda in sanctam terram pedibus iubentur accedere: & discipuli sine caligamentorum onere, & vinculis pellunt ad prædicationem noui euangelij destinantur; & milites, vestimentis tesu forte diuisis, caligas non habuere, quas tolleret, nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat seruus. Veteres tamen militem caligam pro creta, hoc est tiliarum regimento accipiebant. à quo Caligula Imperatoris cognomen datum, omnes simus. Quamuis & aliis vitiis carere possumus: hypocriteos maculam nō habere, aut paucorum est, aut nullorum.] Sic emendatumus à Brixiani codicibus adiuti: prius enim apud transalpinos typographos legatur. hypocriteos maculam habere non posse, &c. Apostoli vna hora vigilare non possunt, somno, in grōte, & carnis fragilitate operati: & tu potes logo tempore omnia simul peccata sperare?] Vocē simul, ex tribus Florentinis, & quibusdam Brixianis codicibus reposuimus. Vt non nō dixerit, iuxta veteres hæreticos, sed verè Dei filius, hominis filius crederetur.] Hoc dicit propter Marcionem Appellatū, & Manicheos, qui Christum non verum, sed apparens tantum, & phantasticum habuisse corpus affirmabant. τῷ δευτέρῳ enim idem profus est, quod apparere. In quibusdam exemplaribus, & maximè in Græcis codicibus, iuxta Marcum in fine eius euangelij scribitur. Postea cum accubissent vdecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem, & duritiā cordis eorum, quia his qui viderant eum resurgentem, non crederunt: & illi satis faciebant dicentes: Sacculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus, veram Dei apprehendit virtutem: iccirco iam nunc reuela iustitiam tuam.] Ab illis verbis, Et illi satis faciebant dicentes, nos nihil amplius in Euangelio Marci, aut alibi habemus: reuelata enim sunt ab Ecclesia ea quæ sequuntur, quod genuina habita nō sint. σκῶλον, & σκῆπτρον apud Græcos ex offensione & ruina nomen accepit.] Vel à σκῆπτρον claudicare, quod ex offendiculo in via apposto, quæ sū in illud impingit, claudicat, & ita in ruinam tendat. vel ab obliquitate, quasi σκῆπτρον, quod impingentes alicubi & in obliquum, & in ruinam ferantur. Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua.] Sic est in vulgata editione, & ita Græcus habet codex, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. Olim deficeret. ἀντίθεον esse te doceas.] Id est, Deo contrariū, & aduersarium. In Euangelio secundum Ioannem in multis & Græcis, & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere.] Hoc idem asserit etiam Diuus Chrysostomus, quod deat apud aliquos Adultera historia, sicut etiam apud Lucam, quod Angelus apparuerit Christo de celo, confortans eum: vt paulo superius dixit Hieronymus. virumq. hodie habet Ecclesia, & tamen appendicem illam in Marco, de qua supra à modo dicebamus, non habet: vt scias ad illam solum pertinere, quid recipi, & quid reici à fidelibus debeat. quod Gelasius Papat in probandis, reprobandisq. libris, & Euangelij scisse nemo ignorat. At Iesus inclinans se, digito scribebat in terra.] Se, Olim deat. ex vulgata editione, & Brixiani codicibus nos reposuimus. nā est in Græcis desit, ἔγραψε ἐπὶ τῆς γῆς enim in eis legitur: necesse est tamen, vt translatur in Latinam linguā verbum, secum eam habeat vocem. alioquin ambiguus esset sensus, sic Augustinus, sic Gregorius, sic alij legunt. Et Paulus sibi affumeret in Euangelij ministeriū.] Sic Græcus codex, sic vulgata editio. Act. 15. Syleam autem legebat ante. Volunt loqui in Asia, & prohibentur à Spiritu sancto. tentant ire in Bithyniam, & non eos permittit

permittit spiritus Iesu.] Olim, Voluerunt loqui, lectio quam nos ex manuscriptis codicibus restituumus, magis conuenit cum verba, tentant. & rectius est, vt vrbobz, idem sit tempus. Nunc cœpi vel pœnitentiam agere, vel scientie limen intrare.] Sic ex Brixianis codicibus emendauimus. lumen legebatur antea. Plantati in domo Domini.] Prius, Plantato. Semper respice ad clementiã tuã, & infirmitatem carnis diuino auxilio sustenta.] Desunt in vulgata editione hac verba. locus est 2. Reg. 7. Qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo, & fecit placitum, &c. Olim, Ambulabat. locus est 3. Reg. 14. Et venit ad Asa regem Iuda: de quo scriptum est: fecit Asa rectum in conspectu Domini.] Aca perperam apud transalpinos legebatur, NON, Asa enim is Rex vocabatur. 3. Reg. 15. Non fuit, inquit, res, quã non ostenderit eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Sic legitur apud Lxx. Esaiã 39. vbi nos habemus: Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.] Apud Erasimum legebatur: In domo Domini. Brixiani codices nos admonuerunt. Ablorpi sunt iuncti Petræ iudices eorum, audient verba mea, quoniam placuerunt.] Sic habem Lxx. interpretes. Psal. 140. ἀκούσονται τὰ φωνὰς μου ὁ ὁσὶν ὁσὶν. & hoc modo legisse D. Hieronymum ostendunt verba que sequuntur: & obediunt sermonibus Dei, qui per se suauissimi sunt, placuerunt igitur legendum esse, non poterunt, vt transalpinii typographi habebant.

Iudices populi Iudæorum Moyses, & Aaron, deuorati sunt à peccato populi iuxta Petram, de qua aquarũ fluẽta manarunt: & certè isti iusti fuerunt, & obediunt sermonibus Dei, qui per se suauissimi sunt. Denique sequitur de cadaveribus in solitudine mortuorum.] Vitiatum hunc locum reliquit Erasimus, ita vt, si eius lectio fuisset vera, amplius aliquid in contextu desideraretur. legebat enim: Et certè cum isti iusti fuerint, & obediunt sermonibus Dei, &c. Loquuntur nauæ, atque vectores in libro Ionæ.] Sic ex Brixianis codicibus emendauimus: vectores enim legebatur antea. & iam ex ipsa Iona propheta constat, vectorem ea fuisse verba, nõ gubernatoris nauis, de quo superius meminerat. scriptum est enim, Et remigabant viri vt reuertenterent ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumescibat super eos, & clamauerunt ad Dominũ, & dixerunt: Quæsumus Domine ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti, & tulerunt Ionam, & miserunt in mare. Nam vnum tantum ea in naui fuisse vectorem, non plures, constat ex eodem Iona primo capite: & ita fit, vt nullo modo, vectores, legi possit. Quasi paliurus est.] Genus spina Paliurus est, vnde Virgilius, & spina vrgens paliurus acutis, creditur esse arbutum illud quod lauri fronde acutissimis vndique circum folia spina cingitur. Iesus filius Iosede, quod interpretatur iustus Domini.] ירוק Domini iustum significat, si primam syllabã apud Hebræos pro ירוק est Domino accipiamus. alioqui iustitiam tantum exponit. Lapidis sancti voluunt super terrã.] Sic habet Lxx. interpretes Zacharia 9. vbi nos legimus: Lapidis sancti eleuabuntur super terram. In Idumæam descendet, quæ interpretatur vel sanguinaria, vel terrena.] אדם, que vox Idumæam significat, sanguinariam, אדם ducatur, interpretatur, sicut terram, si ab אדם.

Victima Domini in Bofra, quæ interpretatur caro, & interfectio eius multa in terra Edom, id est, in sanguine.] Hoc dicit, בשר carnis significat. Qui loquitur per eundem Prophetam.] Vocem, eundem, ex Brixianis codicibus propterea nos reposuimus, quia idem Hieremias propheta est qui nunc citatur & qui antea plurius citatus erat. alioqui sine hac voce diuersus videretur esse propheta qui citatur. Respondetis mihi: homo sum in mortali carne.] Sic ex Florentinis pariter & Brixianis codicibus emendauimus, & ita legi debere constat ex textu. Pelagianum enim Critobulum alloquitur, non tertium alium absentem: vnde superius, Cur cum metuis, quem nosti iam iamq; periturum: carcerem reformidas, cui paratur paradisi? mox sequitur: Respondetis mihi, olim verò legebatur, Respondetis. Vnde & nos dicimus esse iustos, esse sanctos viros, & post peccata placentes Deo, nõ fuisse tantũ merito, sed eius clementiã, cui omnis creatura subiecta est, & indiget misericordia eius.] Clementiã, pro clementiã, legebatur prius, & in principio hoc modo, Vnde & nos dicimus esse iustos sanctos viros.

SCHOLIA IN TERTIVM LIBRYM CONTRA PELAGIANOS.

IN euangelio iuxta Hebræos.] Nazarenorum euangelium hic citat, quod facit etiam in catalogo, in vita Iacobi fratris Domini. Septies in die suscipe illum.] Sic habet etiam Lucas Euangelista. Et si septies, inquit, in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pœnitentia me: dimitte illi, quæ verba magnam afferunt etiã sape labentibus peccatoribus salutis consequenda spem; si post peccatum ad pœnitentiam reuertantur: non enim dixit Christus septies tantũ, vel

septuagies septies, sed septies, & septuagies septies in die, dimitte illi: vt ex hoc Nazarenorum Euangelio testatur Hieronymus, quamuis apud Mattheum desint illa verba, in die. quapropter miror Nonatum hereticum in tantam venisse sauitiam, vt ne semel quidem lapsus post baptismum reciperet, cum Christus nẽdum semel in vita, sed septies, & septuagies septies in die recipi ab Ecclesia pœnitentem debere dixerit. Ignatius vir Apostolicus.] Rectè Apostolicum vocat virum: vixit enim Apostolorum tempore, & Ioannis Euangelistæ discipulus fuit. scripsit litteras ad sacratissimam Virginem, Dei genitricem Mariam, & alias, quæ extant. Posuisti, posse hominem sine peccato esse si velit.] Vox, posse, deerat antea. & tamen necessaria est, vt ex Critobuli propositione constat. vnde infra, Tu enim dicis non esse hominem sine peccato, sed esse posse. & paulo inferius: Hoc quod asseris posse hominem sine peccato esse, si velit: & idem multis aliis in locis. Cum è contrario ego tibi tribuam quod negasti, esse hominem sine peccato per Dei gratiam, & tamen per se esse non posse.] Et hic quoque postremũ reposuimus, esse: legebatur enim prius & tamen per se non posse. Numquam mihi liberum arbitrium extorquetis, quod semel concessit Deus. nec valebis auferre, quod mihi tribuit, posse si voluero.] Olim, quod mihi tribuit Deus, posse si voluero, Nos ita ex Florentinis tribus, et Brixianis quibusdam codicibus correximus. superius enim vox, Deus, iterum repetebatur.] Et ego tibi concedam posse hominem nihil aliud nisi de virtutibus cogitare.] Vocem, aliud, nos ex Brixianis codicibus reposuimus. Aut enim impossibilitatis iuxta te.] Iuxta te, ex Mediceo, Fesulano, & aliis codicibus reposuimus. referuntur autè ad vtrumq;, hoc est, aut quia non paruit, aut, secundũ tuã sententiam, facere incidit Deus, vt statim dicat.

Ergone liberum tollo arbitrium, qui in tota disputatione mea nihil aliud egi, nisi vt omnipotentiam Dei cum libero arbitrio conseruarem?] Audiant hac heretici nostri temporis, quibus impossibile videtur, vt cũ Dei omnipotentia liberum subsistere possit arbitrium: illa enim ideo liberum non tollit arbitrium, quia opus suum, ac gratiam Deus non destruit: sicut nec homo per liberum arbitrium ab solutiã Dei remouet voluntatẽ, cũ Dei gratiam liberũ sequatur, non precedat arbitriũ, & sine ea ne liberum quidem esse possit. Gratia enim Dei, vt rectè Prosper Aquitanicus ait, non abolet, sed adolet liberam hominis voluntatem: & ipsum liberum arbitrium inuauat, sustentaturq;, gratia, non tollitur, aut eneruatur: & quod alterum inuauat, contrariũ illi quod inuauat, esse non potest. Ergo si non fecimus quod præcepit, aut voluit nos adiuuare Deus, aut noluit, si voluit, & adiuuit, & tamen nõ fecimus quod voluimus, non nos, sed ille superatus est. si autè noluit adiuuare, &c.] Et hic fædo errore legebatur antea, & tamen fecimus, vox enim negatiua deerat. Non intelligis dicitur tuum in grande blasphemiarum decidisse barachum: vt ex vtraque parte aut inualidus sit Deus, aut inuidus.] Hinc patet, duas illas voculas, iuxta te, rectè à nobis fuisse paulo superius additas, ex Pelagianorum enim dictis ea prodibat, sententia, vt vel inualidus sit Deus, vel inuidus. dicitur autem, vt alibi diximus, Syllogismi genus est, quod vtriusque aduersarium capere potest, vnde & illi nomen. Vis audire rationem? Deus præsentia iudicat, non futura.] Certior quidẽ tantã curiositate diuersitate, quibus de diuina voluntate discutitur, & quibus ex futuris præiudicata sententia, veluti non rectè quãdam fecerit, in Deũ arroganter, ac temere homo insurgit, inueniri responsio nõ potest, quam Deũ præsentia, non futura iudicare: illi enim cuncta semper præsentia sunt, nõ præterita, aut futura: hac autè responsio non solimulatur, quas ex parte hic Hieronymus refert, verũ etiam omnes, quæ de diuina prædestinationis iudicio excitantur, quæstiones mirè tranquillat, ac sopit. Prudentissimum philosophorum.] Prudentissimum philosophorum Platonem vocat, quem ita imiratus est Philo: vt de eũ dictũ sit, aut Plato Philonem imitatur, aut Philo Platonem. septem autem ab eis, & aliis etiam desiniri hominum atates, infantiam scilicet, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, virilitatem, senectutem; & quæ decrepita dicitur, omnes sciunt. Vt quod Graeci dicunt, αὐτὸς ὁσόν.] Hoc est sua spontis, sua voluntatis. De supplantatore Iacob rectissimè Dei nomen accepit.] Vitiatum hic etiam penes transalpinos typographos locus erat. legebat enim, De supplantatore, rectissimus Dei nomen accepit, nos ex tribus Florentinis, iunctis aliis Brixianis, locũ suo sensui redintegrauimus. accepisse autè Dei nomẽ propterea Iacob dicitur, quod Israël sit appellatus. interpretatur enim ישראל vincet Deus: inquit enim scriptura, Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuũ, sed Israël: quoniam si contra Deũ fortis fuisset, quanto magis contra homines praualebit? inualuit autem vsus, quod factũ fuisse contra scripturæ auctoritatem miror, vt Israël exponatur, videtis Deũ: quem errore alibi ipse etiã Hieronymus cõsultat. Vnde loquitur & Moyses, vidi Deũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea: non propitietate nature, sed dignatione miserentis. oritur ergo nobis sol iustitiarũ.] Loqui asserit Moysen in persona scilicet Iacob, Iacob enim nõ Moysis hac sunt

verba, vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. verum dixisse ea Moysen propterea asserit, quod à Moysen scripta illa sint. quem a modum dicitur in Evangelio: Non legisti, quia qui fecit hominem ab initio, masculinum, & feminam fecit eos. & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, et adhaerebit uxori suae. & dixit, scilicet Deus, qui fecit hominē, dixit autē in adā, quippe cū ea verba, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, ab Adam prolata sint, non ab ipso Deo. sic Chrysolomus, sic alij hunc locum exponunt. Ipsi autē fuisse memoria D. Hieronymum, ut falso quidā existimant, propterea dici non potest, quod paulo inferius idem apertius asserit, & hic de ipsius tantum Iacob tractat historia, neq; eam egredietur: immo per ordinē alias ex Genesi illustratim iungit. hanc autem sanctissimi viri fuisse mentem, clarius patet inferius, ubi ait: Quare Moyses qui prius dixerat, vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: postea deprecatur, ut eum videat cognoscens? quem quia dixerat se vidisse, audit à Domino: non potes videre faciem meā, prius dixerat, scilicet in Iacob, alioqui non addidisset, prius, cū verba Moysi eodem temporis momento prolata sint. repetit hanc eandem loquendi formulam etiam in tertio tomo. Graeci & Brixiani codices habent, Vidi Deum, & ita vox Hebraea יהוה significat; in Latinis tamen codicibus legitur, Vidi Dominum. Ut cunctam medicorū adhibeamus diligentiam, & castigatis viam cibis, & morborum fomitiibus careamus, & cruditate.] Olim, crudelitate, Vt theatrales praestigias.] Praestigia dicuntur, cū oculis illudantur, ac veluti illi praestitū sint, verū à falso discerni nō potest. addidit autē, Theatrales, quōd in foris, & theatris in magna hominū frequentia populo his artibus illudantur. Quae vnum eundemq; hominem, personarū varietate mutata, in Martē, Venetēq; producūt. In tragædijs, comædijsq; sepe fit, ut vnum idemq; histrio nūc praebeat ut Venus, nunc ut Mars. Et benedicam ei, & dabo tibi ex ea filium, & benedicā ei.] Bū benedictio vocatur, Sa: e enim primo promittitur, deinde filio. Nos habemus, & benedicam ei, et ex illa dabo tibi filium, cui benedicimus sum. ex Hebraeis codicibus, à Brixianis exemplaribus admoniti, nos primas illas tres voces, Et benedicam ei, reposuimus, deest enim apud Erasimum. Scimus, quia cū apparuerit, similes ei erimus, quoniam eū videbimus sicuti est.] Sic Latina, sic Graeca apud Ioannem habet editio, & in Hebraeis etiam est. prius tamen apud Erasimū legebatur, quando eū videbimus. Et postea Seraphin ignitum carbonem forcipe comprehensum defert ad prophetæ labia purganda.] Perperā prius legebatur, Seraphim, plurimum numero, cū vnum is fuerit Angelus. Et forcipe, pro forcipe: quippe cū forcipe pili, ac panni praecidantur, sicut forcipe calida quaque, ac igniti carbones, si alibi vnius numero Seraphin relinquimus, fecimus vbi oportuit, Graecorum hac in re secuti cōsuetudinē, qui vnius numero Seraphin, plurimum Seraphim dicūt; hac est, vbi apparuit, ita legitur, qui citabatur, ut in expositione sexu Esaiæ capituli ad Damasum tomo tertio patebit. Sic docuit Apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credere audeat loqui: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.] Tria contra haereticos nostri temporis hoc ex loco discere potes. Primum quōd Missa sacrificiū sit: alterum quōd antiquitus habuerit Ecclesia praefationem illam qua ante Dominicā orationem vitur, in qua dicitur, Praeceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audentes dicere. Tertium, quōd ex Apostolorū traditione, Dominica oratio in Missa dicatur. hoc postremum constat etiam ex Dionysio Areopagita, & D. Gregorius ad hanc orationem solitos fuisse Apostolos corpus Christi conficere, testis est. Nos quia proprio opere hanc rem persecuturi sumus, & nunc Scholasticis tantum officio fungimur, nihil hic dicimus amplius. Statim in prima comunione corporis Christi dicunt: Et dimitte nobis debita nostra.] Confuso ordine, ac perturbato sensu legebatur prius ex transalpina typis, statim in prima corporis comunione Christi dicunt. Et tamen iubentur dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris: nō humilitatis mendacio, ut tu interpretaris, sed pauore fragilitatis humanæ suam conscientiam formidantis.] Olim, formidantes, rector autem, arguitorq; est sensus, si formidatū legatur: ut nos Brixianorum codicum ope reposuimus. Qui iuxta Ionam prophetam manum dexteram nesciūt, & sinistram.] Sic habent lxx. Iona 4. vbi nos legimus, quid sit inter manum dexteram, & sinistram. Nihil à nobis mutatum ex Transalpina editione hic est, quod Graecis codicibus, quos Hieronymus sequitur, congruebat. Antonius orator egregius.] De hoc multo Cicero in libro de oratore. Alioqui stultissimum est, super fide mea, me ex alterius pendere iudicio.] Vocem, me, ex Brixianis codicibus nos reposuimus. Quod cū circa vniuersos obseruandum sit, atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos, & recens natos obseruandum puta.] Hic quoque ex istādem codicibus vocem, tum, reposuimus. In siluam ne ligna feras.] Proverbijs loco ab Heratio hoc usurpatur, sicut à Graecis illud, Nō feras Athēna. Etiam infantes in remissionem peccatorum baptizā-

dos in similitudinem prauaricationis Adam, creatis.] Sine hic voce, creditū, quam nos reposuimus, nullus fuisse orationis sensus, patet ex contextu. Libet in sine huius libri lectorem monere, Erasmi Antidotum, quod hic ille appingit, venenatum esse pharmacum Antidoti nomine, Ecclesiae propinatum. sursum enim ac deorsum Hieronymum, ac Theologos omnes verbat, ut velistim, vel illos inscitia coarguat: & dum Hieronymum defendere conatur, clanculum Theologos imperitiā notat: ipse, veluti mirabundus cur hoc & illa Hieronymus dixerit, aut non dixerit, lektorū sstir, ac illi velleat aure, quid credi aut nō credi veller, latenter monet. audiat autem hic, sine peccato actuali Mariam Virginē, & Ioannem Baptistam fuisse, non repugnare ei quod Hieronymus dixerit, solum Christum absque peccato fuisse, cū quod Christi beneficium accipitur, Christi ascribendum sit muneris: & quod singulari quodam privilegio quis assequitur, contra regulam non sit. Nec etiam feminas in Ecclesia psallere, contra Hieronymi sententiā esse, si de antimonialibus, ut nunc fit, intellexeris: nā praeceperat quod alibi hoc ipsum Hieron. asserat, ha in hominum frequentia psallere non dicuntur. non enim immixta viris, ut sit apud hereticos, sed claustrū à populo, ac turba separata id agunt. Quod autem ipse postremū reprehendat Hieronymum, quod nimis callumiosē taxauerit Pelagium, quod gloriam vestium, & ornamentorum ille Deo dixerit esse contrarium, cū ipse Hieronymus peiora his alibi scripserit, ridere hic magis libet hominem, quam resellere.

S C H O L I A IN EPIST. LXVII.

Et secundum Nitriæ monachorum agmen contagione pestifera liberauit.] Nitriæ aliquos monachos Origenis haeresum late infectos, & propterea Alexandrino Episcopo imiticos fuisse, late Nicephorus in historia persequitur. Rufinus, quem ibi fuisse Hieronymum alibi scribit, excitatum, ut reor, ignem magis succendit. erat autem Nitriæ Aegyptius, vocat hic autem Theophilus secundum agmen, quod hoc ut primum Origenistarum morbo non laboraret.

S C H O L I A IN EPIST. LXVIII.

MEMENTO Beatitudo tua, quod eo tempore, quo tacebas, numquam ab officio meo sermo cessauerit.] Quo tacebas, habent quinque manuscripta exemplaria, tria scilicet ex Florentia & dua ex Brixia, sensusq; congruit cum epistola. tacuisse enim olim Epiphaniū, & Origenis errores ut postea fecit non constat, epist. 70. ipsemet prodit. alia exemplaria vulgati consensu codicibus. quod eo tempore quo nobiscum manebas, numquā ab officio, &c. Verum quia cum Hieronymo mansisse Theophilum, ut alibi diximus, non satis constat, & de silentio ipsum loqui, ex epistola liquet: hanc potius lectionem amplexi nos sumus. monemus autem propterea lectorem, ut quisque quod magis placet, sequatur. Sed tamen scito nobis nihil esse antiquius, quā Christi iura serpare, nec patrum transferre terminos.] Olim, transire terminos, verūm transferre, habet maior exemplarium pars, & congruit cum scriptura Deut. 19. Non transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua. Super nefaria haeresi quod multam patientiam geris, & putas Ecclesiae visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet.] Olim, quam in multa patientia geris: sed falso, sensus patet.

S C H O L I A IN EPISTOLAM LIX.

NAMQUE Origenis haeresim in monasterijs Nitriæ quidam nequam, & furiosi homines ferere, & fundere cupientes, prophetica falce succisi sunt.] Olim, fundere cupientes, at vox fundere, quam habent emendatoria exemplaria, magis congruit.

S C H O L I A IN EPISTOLAM LXX.

Et dispersos regulos vsque ad suas latebras persecutos.] Olim, dispersos, in pressorum, ut reor, incurios, serpentis autem genus Regulus est: Basiliscus Graeci nominant.

S C H O L I A IN EPISTOLAM LXXI.

Nec timeamus subite odia quorundam. Non enim debemus hominibus placere, sed Deo.] Olim, Nec enim debemus.

S C H O L I A IN EPIST. LXXII.

Quod cū à nobis Romam nauigaturus exiret.] Est Theophilus Alexandrinus esse Episcopus, Romam tamen, vti ad communem matrem, confugebat. sic Theophilus praedecessores Petrus, & Athanasius, sic ceteri omnes omnium ecclesiarum fecere Episcopi.

S C H O L I A IN EPIST. LXXIII.

Scito enim filicariissime, Amalech vsque ad stirpem esse deletum,

deletum, & in monte Raphidim erectum trophæum crucis.] Origenem vocat Amalech, & Nitriam montem Raphidim. historiam autem ab Exodo accipit, quando in monte Raphidim orante Moysè, Iosue Amalech Regem superavit, dictumque à Domino est, Delebo memoriam Amalech sub celo. פרוקרוס autem remissa manus, aut medicina manuum interpretatur.

SCHOLIA IN EPIST. LXXIIII.

Hoc quasi μελετρο me occupare nolui.] Scilicet in scribendis litteris. αματρο autem dicitur, id quod præter opus animo conceptum sit, veluti paruum aliquid, ac non ita necessarium. Exodum tenes, quem illi שמרת ארץ vocant.] Quid sic eius libri initium sit, ex principis enim librorum, ipsi libri nomina imposuere Iudei.

SCHOLIA IN EPIST. CONTRA VIGILANTIVM, LXXV.

OMNIA legentes, quæ bona sunt retinentes.] sensum potius quam verba illius Apostolici dicti citat, Omnia probate, quod bonum est, tenete. Dimisit Ægyptum, & cunctas provincias reliquit, in quibus sectam tuam libera plerique fronte defendunt.] Olim, & proprias provincias reliquisti. Verum omnia manuscrip- B ta exemplaria legunt, vt nos emendauimus. Hic autem Vigilantius, ne quem nomen idem in errore adducat, vt sepe contigit, & Hieronymus ad eò Vigilantio, vt reor, fuit contra quem Hieronymus alibi scripsit, meminit de eo lib. tertio Apologia contra Rufinum his verbis: In Vigilantij nomine quid somnie nescio. vbi enim eum scripsi hereticum apud Alexandriam communiōne maculatum? Da librum, profer epistolam, nusquam omnino reperies: & eadem licentia, inimo impudentia mentienti, quæ putas omnes tuis sermonibus credituros, addi: quando testimonium de scripturis in eum tam inuicose posuisti, vt ego id repetere meo ore non audeam. & infra: Ego in Vigilantio tibi respondi: eadem enim accusabat qua tu postea & amicus laudas, & inimicus accusas, & c. intelligit autem his verbis de hac epistola. Vercellensis Eusebii, qui omnium Psalmodorum commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet hæretica prætermittens, optima queque transtulerit.] Insignis vir, & maxime Arriani infestus Eusebius Vercellensis fuit. exulauit autem pro fide vna cum Lucifero Caralitano Episcopo, hic ille est Eusebius ad cuius reditum lugubres Italiam mutasse vestes alibi Hieronymus scribit. extant aliquot Maximi Taurinensis homilia in eius laudem. τῶ σοφωδῶ ἠραβίω.] Cranium, hominis verticem vocant, Caluariam alio appellant nomine. sapientissimam autem Caluariam iucundissima figura propterea Vigilantium Hieronymus vocat, quod stultum hominem, Caluariam vulgus vocat, & pro ingenio, quod in ea parte capitis viget, accipit. Et quasi censoria virgula, alios eicere de bibliothecis, alios recipere.] Bibliothecis, habent omnia manuscripta exemplaria, non bibliotheca, vt erat impressum. Virgam autem censoris, eius vocat auctoritatem, qua de senatu, cum ius esset, homines remouebat. Scilicet gloriari cupis.] In hoc quoque omnia consentiunt exemplaria, & elegantior dicendi modus est. olim, Sed gloriari cupis. ἄσων τῶν ἀετιέων σου, ἢ ἡσποιοφορίων.] Vox, seu, decet antea, & aliqui codices habebant, τῶν σου τῶ ἀδλον, ἢ ἡσποιοδον, addebaturque statim, Paruulorum quoque voce cantatum nos vulgata magis retinimus lectionem, sensus est: Omnia tua preclara factiora, & pompam tropheorum, deserta autem ἀσποιοδον significat, & res etiam preclare gestas. Presbyterorum tibi Vincentij, & Pauliniani.] Vincentius amicus Hieronymi, & itineris comes, Paulinianus autem frater fuit. ἀσποιοδον sermonem tuum intelligerem.] Id est incompotum, ac male cōcinnatum. ἄσων τῶν ἀετιέων.] Astinus ad Iyram. Prouerbum est, cum significare volumus hominem ad rem aliquam profus ineptum, quid enim ineptus, ac insuauius, quam asinum ad Iyram cantorem adhibere? Ego reor, & nomen tibi ἄσων ἀσποιοδον impositum. Id est, a contrario sensu, quod minime scilicet vigeat, sed potius dormitet, eo scilicet modo, quo Parca, Euménides, Iucus, & bellum dicuntur.

SCHOLIA IN EPIST. LXXVI.

Ego Origenem propter eruditionem sic inter dum legendum arbitror, quo modo Tertullianum, Nouatū, Archobii, Apollinarianū, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores Græcos pariter, & Latinos: vt bona corū eligamus, vitemusque cōtraria.] Recenset aliquos hæreticos homines, partim Græcos, partim Latinos, quod autem dicit legi posse eorum libros, vt bona inde eligantur, ac mala respuantur, non propterea passim id ab omnibus fieri posse, contra illud quod alibi dixit, intelligi debet: quando non omnium ead doctrina, illud ingenium est, vt apud instar ceram, ac mellicolligere tantum sciam. Mater Ecclesiæ præceptum eam ob causam manauit, ne sub alimentis specie venenium su-

A manus: & sicut Deus veteri in lege, quid comedendum, aut non comedendum ab Hebræis esset, præfixit; ita nunc Christus per Ecclesiam, quid legi, aut non legi possit, rectissime statuit. Omnia probate, quod bonum est, tenete.] πᾶντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν ἠγαπήσατε. Sic habet etiam vulgata editio, & ita nos ex Brixianis codicibus restitimus. Olim, Quæ bona sunt, tenete.

SCHOLIA IN EPIST. LXXVII.

Quod genus hoc hominum est.] Virgiliani versus sunt, hoc enim poeta plurimum delectatur. scripsit autem hanc epistolam cum iuuenis Syria eremum incoleret, quo tempore scripsit etiam illas duas que sunt ad Damasum, numero 57. & 58. Homousion prædicans Trinitatem.] Hoc est, vniu substantia, hoc enim Arriani negabant, sicut Personarum trinitatem Sabelliani, vexabatur autem Hieronymus à Presule Antiochie, & Campensium; propterea subdit, Times ne eloquentissimus homo in Syro sermone; vel Græco ecclesias circumeam.

SCHOLIA IN EPISTOLAM LXXVIII.

QUEM Demetrius Alexandri vrbe pepulit, toto orbe fugat Theophilus.] Origenem intelligit, qui vitens à Demetrio Alexandrino Episcopo expulsus dicitur. Demetrius enim contra Origenem, quia alibi ordinatus fuisset presbyter, à Casarea, & Hierosolymorum scilicet Episcops, per vniuersum scripsit orbem, & Alexandria eum recipere amplius noluit, quem igitur ex alexandri vrbe vitum Demetrius pepulit, mortuum cum declarasset eum hæreticum, toto orbe fugauit Theophilus. laudat autem Theophilum, primum quod ad hominem talis nominis Actus Apostolorum, adde tu, & Euangelium, Lucas scripsit; & quod amorem Dei hoc nomen significet. Vbi hæretic, quæ sibilabat in mundo, & me, & Papam Theophilum sui iactabat erroris, latratuque impudentissimorum canium ad inducendos simplices, nostrum mentiebantur assensum; Oppressa est eius auctoritate, & eloquentia.] Hoc est Theophilus Alexandrinum Episcopi auctoritate pariter & eloquentia oppressa est, eloquentissimum enim fuisse Theophilum ipsemet Hieronymus statim ait, dum in vertenda eius epistola multum se laborasse restatur, vt verborum elegantiam pari interpretationis venustate seruaret. ex Erasmi autem emendatione legebatur, Oppressa est eius auctoritas, & eloquentia: clario quidem errore. Quid maledictorum pannos hinc inde confusi, & eorum carpit vitam, quorum fidei resistere non valetis?] Hanc quoque locum ex Brixianis codicibus restitimus, sicuti præcedentem ex quinque Florentinis, maledictorum enim legebatur antea. Ne rursum hæretici mentiantur.] Olim, mentiamur impressorum, vt reor, culpa. Porro contra Apollinarium succincta fides, & pura professio.] Laodicens Syriæ Episcopus fuit Apollinaris, eumque Antiochia Hieronymus audiuit, nec tamen contentiosum eius dogmatis sensum propterea vnumquam suscepit, vt alibi ipsemet restatur, corpus enim sine anima Filium Dei suscipere aiebat, essens diuinitatem animæ sanctam officio. Quamquam celebris sermone vulgatum sit, beatum quoque Papam Anastasium.] Vocem Papam, ex multis manuscriptis codicibus, Florentinis præsertim, nos restitimus.

SCHOLIA IN EPIST. LXXIX.

HÆRESIS Celestiana diglutata est.] Pelagij sectator Celestius fuit, illiusque hæresim in Africa disseminauit, tam vehementer autem, vt ab huius nomine Pelagianorum hæresis, Celestiana sit dicta. Anianus Pseudodiaconi Celedensis.] Pelagianus hic etiam fuit, & contra D. Hieronymum scripserat. Doctrinone sanctæ & venerabilis filia vestra Eustochij.] Ex hoc loco patet, in vltima iam ætate hanc à D. Hieronymo scriptam fuisse epistolam. Exceptis verbis tinnulis, atque emendicatis.] Hoc est, sonoris, delicatisque, & qua magno studio ab aliis emendicata sunt. In illa miserabili Synodo Diopolitana.] Olim, Diopolitana, Laodicenum concilium intelligit. Apinianus & Melania plurimum vos salutant.] Altera hæc est Melania ab ea que cum Romana esset, Hierosolymam cum Paula accepit. secessit enim illa in partes Rufini, & Hieronymi nomini adeo infesta esse cepit, vt sepius eius nomen tæxet vir sanctus quod à nigredine dictum sit, & inferni tenebras præfagiat.

SCHOLIA IN EPIST. LXXXI.

CAPTA Hierusalem tenetur à Nabuchodonosor, nec Hieremias vult audire consilia.] Eleganter hanc historiam proposito suo accommodat, cum enim ab exercitu Nabuchodonosor Hierusalem teneretur; Iudeorum reliquie ne in Ægyptum contenderent, Hieremias propheta diffusit, vocat autem Hieronymus Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, Nabuchodonosor.

donofor. is enim cum esset Origenista, vrbem ipsam potestate, ac factione sua oppressam, ne respicere ab heresi posset, veluti seruum ac vincum tenebat; & quod amplius erat, Aegyptium, & terrenas res desiderabant vrbis ciues, celestium, & diuinarum diuitiarum loco.

SCHOLIA IN EPISTOLAM LXXXII.

SVPER animæ statu.] Quatuor de animarum origine recetes opiniones: postremam, quæ Ecclesia est, ipsa in libro contra Rufinum & aduersus errores Ioannis Hierosolymitani Episcopi tenet, quod scilicet quotiæ de Deo creentur, vna cum corporibus, secundum illud Zachariae, 12. וְיִצְרָא אֱלֹהִים בְּקֶרְבוֹ. Qui formas spirituum hominis in ipso. Vide D. Thomam in prima parte summa quæst. CXXVII. Augustinus tamen in alteram sententiam, quod scilicet ex traduce veniat, magis videtur inclinasse. Vrbis Romanæ vastatione confusus est.] Intellegit, quando per Alaricum capta fuit Roma, mox per Adolum, quod fuit non multo ante mortem D. Hieronymi: postquam, rursus per Gensericum, iterum, per Ricimerum Gothum capta, ac vastata fuit. Quod iuxta inelyum oratorem.] Ciceronem intellegit, qui pluribus in locis hanc sententiam recenset.

SCHOLIA IN EPIST. LXXXIII.

NYMOPAM fili Oceane putabam.] Multum in hac epistola contendit D. Hieronymus, vt probet vxorem ante baptismum non imputari ei qui ordinandus est, nec digamum propterea censeri, quod eam ante quam baptizatus esset, haberet, si ei post baptismum iunxerit alia. Verum Ambrosius, Augustinus, & Innocentius primus, contrarium asserunt: vt ex eod. lo. Gratiiani plurimum in locis constat: impugnavit autem ex iis vrbis hanc sententiam magis præcipue Innocentius, scribens contra eam pluribus verbis Victori Rothomagensi Antistiti, item Rufo, Eusebio, & ceteris illius sedis Pontificibus seruata fuisse postea consuetudinem, nemo est qui neget. Hieronymus in fine libri primi Apologiae aduersus Rufinum, dum argueretur ab eo, quod talem protulisset de digamia sententiam, eam quidem a se vt veram asserit dictam, vniuersisq; autem iudicio remisit, si alteram magis sequi vellet. ait enim: Sed interrogari à fratribus, quid nobis videretur, respondimus, nulli præiudicantes sequi quod velit, nec alterius decretum nostra sententia subuertentes. ceret ex epistola constat stomachatum Hieronymum hac scripisse: quippe qui ferre non poterat, vt cum vita prohibita, scientia præcellentia, multaq; aliarum animi, tum corporis dotes Carcerium Episcopi commendabilem omnibus facerent, iis omisit, sola ex vna ante baptismum vxore, et altera post, dignam illi obiteretur, acriter inuehens in eos qui cum camelum deuorent, culicem postea magna cum diligentia deglutiant: cum alia multa sint, quam in Episcopo magis, quam hac minima, queri debeant: nõ quod ista quoque seruanda non sint, sed quia in omnibus rebus ordo quidam esse debeat, vt sicut minor a maioribus non anteponuntur, ita omitti maior a non debeant, vt minor a seruentur. & ceret tolerabilis fuit iam electum Episcopum, diuq; in sacerdotio ministrantem, vti vnum omnium ratione commendatissimum, ab hac inuidorum calumnia vindicasse, quam si iam eligendum ita defendere Hieron. voluisset Antistitem. Si ego bonus sum, quare oculis tuus nequa est?] Vox, sum, olim deerat: ex Brixiani codicibus, & Matthei euangelio nos restitutum. Et consurgit mihi Caina heresis.] Esti Cainis fuerint heretici qui Cain colebant, sicut alij qui Adam, & Iudam Iscariotem, Hieronymus tamen vocat hanc heresim Cainam, quod aliquid in baptismate non dimissum retinet, sicut Cain peccatum suum asserbat maius esse quam vt dimitti mereretur. Nosti problema tuum.] Olim, Problemata, tuum dicit, quod Oceanus illud excitaerit, vt statim subdit, Brixiani codices non docuerunt. Vt Ariminenfis Synodi multitudo superaretur.] Hac erat Synodus, inquit Erasmus, in qua Valens Imperator palam abnegauit Arianam heresim in frequentissimo Episcoporum, & Laicorum cætu, vt Ariminenfis concilij multitudo pene in prouerbium abiierit, hac ille, decipit eum, vt arbi-ror, quod Valens Mursensis Episcopus aliquid simile, vt catholicos deciperet in ea synodo, egerit, vt in dialogo contra Luciferianum Hieronymus supra dixit, sub Constantio enim non sub Valente Ariminenfis Synodus celebrata est: neque nos vsquam legimus, Valentem Imperatorem, qui Arianus fuit, se vel ibi, vel alibi recantasse. Cornutum, vt dicitur, Sylogismum, vt quocumque me verterem strictius teneret.] Aliter, strictus, vt habent quatuor ex Florentia exemplaria: qua lectio mihi placet, cornutus autem dicitur Sylogismus, qui veluti duobus exporrectis cornibus, instar sic ordinati exercitus, aduersarium ita petit, vt quod diffugiat inuenire non possit, quando in alterutrum incidat necesse est. Chryssipei sophismatis.] Pseudomembris Sylogismus est; vt cum dicit se quis mentiri: aut verè, inquit ille, mentiris, aut non, si verè, ergo verè dicit, minimè itaq; mentiris, si non mentiris, tamen in eo quod dixisti te mentiri, mentiris, aiebat itaq; Chryssippus, omnem qui mentitur, verum dicere, propterea quod verè mentitur. Gradatim intu-li.] Sic sit in Sylogismo, qui à nobis Gradationis, à Græcis fortis dicitur,

cum sensum multa adiciantur, quæ acerrimum efficiant, quo aduersarius ex improviso postremum obruat. Pisoniano vitio.] Obicit Pisoni Cicero, quod cum oris hesitantiæ, & lingua balbutiem haberet, tacere tamen non posset, & ita nec loqui, nec tacere sciret. Baptizatos, inquam, Apostolus eligit in episcopatum, an catechumenos?] Olim, elegit, & hic & paulo inferius constat tamen ex contextu orationis ita legendum esse, vt nos ex Brixiani codicibus emendauimus. Nioben putares.] Nota est fabula, quod Niobe nimio fletu ob amissos omnes liberos in saxum versa sit. Palaphatus suam sibi super sepulcras filiorum posuisse statuam Nioben ait, propterea illam versam in statuam sabulatos fuisse veteres. Exoletorum greges.] Eos qui adulti muliebria patiuntur, sic vocant veteres. Sed Scotorum, & aſotorum ritu, ac de Rep. Platonis, promiscuus vxores, communes liberos habeant.] Zæros impudicus & intemperans dicitur, aliqua exemplaria habebant hic, Atticorum, quædam Atticorum, verum cum tale quippiã de iis populis nõ legamus, Astorum lectionem magis probauimus. Astorum Transalpini typographi impreſſerant: verum de hac voce nihil etiam certi, & Erasmus Astorum vocem ipse etiam magis probauit. Culicem liquantes, & camelum glutientes.] Sic dicit Christus saluator noster de iis qui de minimis magnum iniiciunt scrupulum, & magna non curant. Ille, si prior vxor viuere, aliam non haberet.] Olim, Aliam coniugem non haberet, verum in cunctis tam Florentinis, quam Brixiani codicibus deerat vox Coniugem, & rectè. Te subantem ad coitum.] Subare à subis ducitur, significatq; sum more in libidinem rapi.] Omni pistillo retius.] Quod retusum pistillum, quo pinſitur, sic dicit: acutoq; retusum opponitur, propterea obtusum, hebesq; ingenium, omni retusum vocat pistillo, commoda similitudine. Quantam vim habeat baptismi.] Olim, Quantum, typographorum scordia. Malo non minus magnum requirendus est.] Proterbitum est, ab iis qui ligna findunt, tractum, cuneis enim illa post securis ictum finduntur, verum cū in nodum aliquem malum inciditur, qui findi non possit, fortior ad eam rem additur cuneus, è fortiori scilicet ligno, vel ferro.] Quædam iuxta Græci sermonis ambiguitatem.] Quod tam vxorem, quam mulierem omnem sic Græci vocent, hoc dicit. Coniugales ergo tabulae, & iura dotalia, non coitus ab A postolo condemnantur.] Olim, Condemnatur. Qui si fore ditari ab Imperatore stolam illius meruerint.] Hoc est si dignitate aliqua ab Imperatore ornati fuerint, ancillas quas concubinas habebant, vxores ducunt etiam inuiri: si autè dignitatem hanc assequi nequiverint, retinent eas semper vt concubinas, & ita secundum imperiale rescriptum inuent, vel non inuent matrimonium. eueniebat autem hoc, quia cum dignitate aliqua honestatos relinquere illi filios poterant, tunc vt illos legitimos natos efficerent, eorum matres matrimonio sibi iungebant.] Quædam Samaim ex aquis sortitur vocabulum.] Quædam hoc est quod ibi aqua sunt, sic firmamentum vocant Hebraei: aquas autem quæ supra celos sunt, Crystallinum calum Theologi nunc vocant. in quam sententiam de crystallo hic subdit Hieronymus. Pharao cum exercitu suo nolens populum Dei permittente exire de Aegypto, in typo baptismatis suffocatur.] Vocet, permittente, eam in cunctis manuscriptis, Florentie præsertim exemplarium vacaret, & hic superuacanea esset, amonimus. Et postquam ad aquas uenerint, & lymphaticos faciunt.] De rabioso cane id produit veteres, quod & lymphaticos vocat, timet aquas faciat eos quos momorderit: propterea aqua, marina præsertim, illos immergunt medici: Regulos Basiliscos vocat D. Hieronymus, quos in Cyrenaica nasci prouincia, visu necare, sibi omnes alios serpentes fugare, & veneni eorum vim etiam per hastam vsque ad ipsum hominem penetrare, nihilq; magis illis aduersari quam mustelas, Plinius auctor est. Quæ autè accidunt iis qui à quolibet veneni genere laſi sunt, Dioscorides in sexto latè persequitur, pro & lymphaticos omnia Florentia exemplaria & lymphaticos habent, sed falso; lymphaticis enim magis conueniunt & lymphaticos, quod aquarum aspectu lymphaticis sunt: vt & lymphaticos Græci eos vocant: veteres ex aspectu Nympha alicuius, quam quis in aquis viderit, lymphaticos fieri fabulati sunt: quod aquas abhorreere primum incipientes, si fuerent, sensus est, quod venenata aliqua ita fugiat aquas, vt iis quos, quos momorderit, aquarum timorem incutiatur. aludit autem sub venenatorum nomine ad illud Euangelij, quod spiritus malus ambulat per loca arida, & in aquas. Iuxta Salim, quod interpretatur pax, siue perfectio.] Quæ pax, & pax perfectio cum puncto dages. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto.] Vox, sancto, deerat antea. Brixiani codices, vt reponeremus, nos admonuerunt: locus est in Euangelio Ioannis. Latus Christi percussit iuxta, & baptismi, atque martyrij pariter sacramenta funduntur.] Baptismi propter aquam, martyrij propter sanguinem: aqua enim, & sanguis è Christi latere manauit. Quo modo ergo in lauacro omnia peccata merguntur, si vna vxor supernatat?] Quia vxorem habere non est peccatum, aiunt Innocentius, Ambrosius, & Augustinus,

vocem, ergo, nos reposuimus. Quotquot enim baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus, conscripti enim ei sumus per baptismum in mortem.] Sic habet vulgata editio: & Græcus codex, εις τὸ θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν: σωθῆναι οὐκ ἀπορῶν δὲ τῆς βαπτίσματος. & εις τὸ θάνατον, apud Erasmi verò vtrubiq; legebat, in morte, significat autem in mortem, hoc est, in similitudinē mortis Christi. Toties novitatem legimus, & tamen maculosum nomen vxoris non potest vlla novitate deleri?] Sic habent quinque ex Florentia exemplaria, & aliquot Brixiana. olim enim pro s. amen legebatur tam. Sobrium, siue vigilantē, ἡσυχίαν quippe vtrumque significat.] ἡσυχίαν, sobrium, vigilantemq; significat, ac etiam sapientem, Hesychio auctore, & ἡσυχία sacrificia, & altaria, quæ absque vino erant, ac ligna etiam quæ non erant ex vite: quod ex aqua potu vigilia, sobrietasq; prouocant, sicut ex vini potu somnolentia, & ebrietas, nominis significatio copulata est. ἔπιπαιε est prioris verbi.] Intenso ἔπιπαιε dicitur: magis enim res augetur, quàm dicitur, Episcopi non solum esse debere irreprehensibiles, hoc est sine vitio, verum etiam ornatum, scilicet virtutibus. Percussorem autem Episcopum ille cōdemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella.] Vocem, sūt, nos reposuimus, locus est Esaiæ 50. vbi nos habemus, Corpus meum dedi percussentibus, & genas meas volentibus. Non vt claras patinas struā: nō vt phasides aues lētis vaporibus coquat.] Exsculptas, ornatasq; sic vocat: argenteo, auroq; & simili alia pretiosa materia id febat: calumq; insinuatū ad eam rem cōmodum vocabatur. Phasides autem aues, & huiusmodi, lentis vaporibus coqui, gula, Appicianamq; inuentum est: cur autem id fieret, ipsemet Hieronymus egregie explicat.

Heri in amphicheatro, hodie in ecclesia.] Reprehendit D. Hieronymus, quod è laico statim in Episcopos, homines assumantur. id ipsum facit etiam D. Gregorius scribēs Brunichilda Francorum Reginae, Hormisdas scribens Hispani Episcopis, Innocentius, ad Aurelium, Leo primus epist. 8. Celestinus epistola tertia: quamuis interdum, vbi necessitas exigit, & magna in laico aliquo virtutum elucet merita, fieri id possit, Ambrosio teste, ipse enim hoc modo electus fuit, & Nicolaus, & Severus, & alij quos diuina vocatione ad id munus assumptos legimus. Dudū fauor histronum, nunc virginum consecrator.] consecrari ab Episcopo virgines sanctimoniales solere, ex hoc loco discant heretici, sicut ex epistola 48. quid capillis tonderentur, flammæ velarentur, professionem, vt dicimus, emittentur, claustris, murisq; quod Erasmus negat, & improbat, continerentur; & simul communiterq; viuerent, orarent, ac psallerent. Carthaginensis tertia Synodus sacra ante xxv. annos tam diaconos, quàm virgines prohibuit: & Pius primus, Inone, Gratianeq; referentibus, eandem sententiam probat. Sinon mœchamur, sed occidimus, transgressores legis sumus: quia qui totam legem seruauerit, & offenderit in vno, sit omnium reus.] Vox, Quid, à nobis ex Brixianis codicibus reposta est.

SCHOLIA IN EPIST. LXXXIII.

Omissio Volcatio.] Volcatium commentarios in Cicionem scripsisse, Seneca, & Hieronymus alibi testatur: quod ipsum fecit & Asper, & Donatus in Virgilium. plures autem hoc nomine præcellentes fuisse scriptores, Gallicanus, Terentianus, Epidius, & Scidigitus. Verfusitasque verborum, parabolæ, & obcurum sermōnem.] quaedam exemplaria habent, versusitasq; verborum parabolæ. Epimenidis poete abulus versiculo est.] Cretenis fuit Epimenides, & Agisarchi filius, dormisse eum in antro quodam annis lxxv. pronerbio adhuc celebratur. Pythagora tempore eum fuisse Apuleius testatur, meminit huius Plato, & alij ex veteribus, dum autē Cretenes vocat, quod Simple, veluti seras, ac belluas intelligit, & iam vulgò receptū est, vt malos homines, malas appellamus bestias: sicut pignos ventres, pro desidiosis, & gula datis. Callimachus, quem dimidium huius versus vsurpasse Hieronymus asserit, Cyrenensis poëta fuit, Hermocratis grammatici discipulus: vixitq; vsq; ad Prolemaum Euergeten, Regia bibliotheca præfectus.

Menandri ponit senarium: & dicitur in dicitur xgens à dicitur xgens.] Iambicus trimeter est, citatus ab Apostolo: antea contra metri ratione, & dicitur in dicitur, nos dicere possumus: Mores bonos colloquia corrupit mala. τὸ δὲ γένος ἐστὶν αἰώνιον.] Arati hemistichium in Phanomena, à Cicerone & Germanico versis, opus Græcè, & Latine extat, ex eius initio accepit Virgilius carmē illud: ad Ioue principium Misa, Iouis omnia plena; sicut hoc hemistichium Paulus, scribitur de eo Ad. 17. Iezraël, qui vocatur semet Dei.] Sic exponitur ἡσυχίαν, quo nomine fuit etiam ciuitas in tribu Iuda. Iulianus Augustus septem libros in expeditione Parthica aduersum Christum euomuit.] Cyrillus Alexandrinus iu libris respondit, testimonisq; philosophorum, & poëtarum eius insanas mirifice consuevit, meminitq; operis vniq; Hieron. si legisset. Quamquam Nazarenū nostrum, & vtriple solebat dicere, Galilæum statim in prælio senserit, & mercedem lingue puditissime ab eo in illis perfoissis accepit:] Pro, cōto in illis, contu-

melius prius legebat, Erasmus agnouit mendum, & ex parte, quo modo restitui deberet, diuinauit: legit enim, conto perfoissus, veram quid repouendum esset, pro, melius, quod dimidium est huius dictionis, contumelios, ne somniauit quidem, nos à duobus exemplaribus admoniti, locum restitimus. & cerē facile fuit, vt ex cōto in illis, contumelios scriberetur, rectē autem emendatum fuisse locum, non solum per Orosium, qui in sermo primo, à quodam hostium equite cōto itum Iulianum intrerisse, asserit, sed per ceteros quoque id ipsum prudentes constat historicos, in illis autem illum fuisse percussum Fregulphus probat, & fides scriptor aperte testatur: isdemq; vti nos emendauimus, vtiur verbis: quam historiam ab hoc Hieronymi nondum vitio loco illum habuisse, verisimile est. Quadratus Apostolorum discipulus.] Multos et propositum nominat, de quibus in catalogo legere potes. Quem imitatus postea Iustinus.] Extat hoc Iustini opus: vinam similiter extaret Quadratus, & Aristides, & alij multi, quos hic, & Iulianus in catalogo recenset. Pantæus Stoicæ sectæ philosophus, & præcipue eruditionis gloriam, à Demetrio, Alexandriæ Episcopo, missus est in Indiam.] Demetrio, falsè apud Erasmus legebat, Demetrius enim is vocabatur, vt habent emendatiores tam Florentia, quam Brixia codices. vnde de eo in catalogo, dum scribit de Origenē, Pantæoq;, Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, vir meo iudicio omnium eruditissimus.] Vocem, vir, ex Brixianis codicibus nos reposuimus, Clemens & Græcè, & Latine impressus nunc est. Numenio, Cornutoque confirmans.] Intelligit de Numenio Pyrrhonis Heliensis discipulo, quem ex præceptoris disciplina scripsisse, sicut Timonem, & Nasiphanē condiscipulos, Diogenes Laërtius testatur. Cornutus autē ex Africā Leptites genere fuit: scripsit multa & in philosophia, & in rhetorica: stornit Roma sub Nerone, à quo vna cum Mysone philosopho interfectus etiam est. Hippolytus quoque & Apollonius, Romanæ vrbs senator.] Falsè apud Erasmus, Senatores, legebat, Hippolytus enim inatione Græcus fuit, & Pontuensis Episcopus, & Hieronymus in catalogo scribens de Apollonio, Apollonius, inquit, Romana vrbs senator, sub Commodō Principe à seruo Seuero proditus, quod Christianus esset, & c. exemplaria tria ex Florentia, & ex Brixia aliquot, nos adhaerent. Theodori, qui postea Gregorius appellatus est.] Intelligit de Gregorio Neocæsaria Ponti Episcopo, qui ab Origene adfidentem conuersus naufragio in euæxistis illi inscripsit, agit enim in eo illa gratias, quod ad Christum eum conuertit, liber Vaticanam in bibliotheca adhuc extat, hic rot miraculis, & signis polluit, vt inde Suidæ præpositi nomen conseruetur sit. Apologeticus eius, & contra gentes libri cum eam sæculi continent disciplinam.] Ex octo manuscriptis exemplaribus sic correximus, obrinent, non continent, legebat, ante.

In libro, cui titulus Octauius est.] Post Arnobij volumē illi adiunctus inuenitur liber, falsosq; Octauus, relictus octauus sit liber, inscribitur. Iunencus presbyter sub Constantino.] Hic quoque liber adhuc extat. Qui fortè, propter amorem historiarij Sallustij, Calpurnius cognomento Lanarius sit.] Est diu, multumque ad Erasmus questum sit, inueniri tamen nunquam potuit, quisiā fuerit Calpurnius Lanarius, de quo Sallustius meminit: propterea ipse à calidis furnis, & lamionibus huiusmodi cognomentum ductum esse existimat, vt luxuriosum simū, & ferocem, tyrannicumq; hoc nomine Hieronymus intelligat, fuit autem Calpurnius Lanarius pessimus quidam vir, & obtrētator insignis, à quo Sallustiorum per dolum esse occisum, Plutarchus in Serrorio testi est. Paulus Manutius, vir eruditissimus, & non minus Latina lingua diligentissimus asserit, vt alibi innum: eris in locis fecit, pro Calpurnio Calpurnium restituit, sic certissime fidei testantur marmora, sicut etiam Plutarchus, cum à Calpo, Nuama filio, Calpurnius didos vult, celebres sunt apud Plinium Calpurnus Bestia, à quo uogres aconio interemptas M. Cecilius cōquereretur: & Calpurnius Flamma, tribunus militum in Sicilia, qui grammata corona donatus est. Hieronymus verò hoc nomine vt alibi diximus, Rufinum ipsum interdum, quod hic facit, ita vocari videtur, interdum Rufini potius quendam amicum, Roma degentem; Apronianum, vt reor, cui inuictuarum in Hieronymum libros Rufinus inscripsit.

SCHOLIA IN EPIST. LXXXV.

Legimus in E (ia: Fatuus fatua loquetur.] Citatur à Gratiano Dist. 93. c. legimus, verum mendose aliquibus in locis, eandem sententiam Euripides protulit, dum ait: μορφοῦ δὲ μορφοῦ λέγει. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos & Episcopos, quis patiatur menfarum, & viduarum minister, vt supra eos se timidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisq; cōheatur?] Mendosè pro Quo patiat, legebat, ante apud Erasmus, Quid patiat, quod mendosè euit ex Gratiano tollendū est, sensus patet, vt nos ex manuscriptis exemplaribus, Medice præsertim, & altere abbatiæ monachorū Casimensū, quæ est Florentia, restitimus. Erasmus pti ad

per. hunc locum vitarum, & pro mensarum, & viduarum minister, vnum minister, & viduarum iudex, aut tale quippiam legit. hoc autem ait, quia daturum illi videtur, vt Diaconi, qui loco viduarum electi sunt, vt constat Act. 6. viduarum tantum ministri, & non potius successores dicantur. At Hieronymus non ed respexit, sed potius quod viduus ex facultatibus Ecclesie alteratur secundum illud Apostoli: Si quis fidelis habet viduus, subministrat illis, vt non grauetur Ecclesia, vt iis que vere vidue sunt, sufficit. Diaconorum autem munus erat Ecclesie bona in pauperes distribuere: sicut à D. Laurentio Sixti Pontificis iussu, & ab aliis apud veteres legitur factum: quod nunc ad Archidiaconum tantum, vt ad primum Diaconum, delatum postea est. hanc autem Apostolicam fuisse consuetudinem, ortum ex eo tempore quo Diaconi viduarum loco vt mensis perpetua ministrarent electi primum sunt, asserente id Luca, omnes sunt. despectas autem in ministerio quotidiano fuisse ab Hebrais Græcorum viduas, Beda, Rabano, proderunt id significat, quod vel Hebrai viduas suas Græcorum viduis vt prouiores, digniores, preserebant; vel labori suarum parcendo illas tantum quotidiano ministerio grauant. Notent autem heretici nostri temporis postrema hic Hieronymi verba; quod ad sacerdotum preces Christi corpus, sanguis, conficiatur: corpus, inquit, sanguis, non figura, aut virtus corporis, vt ipsi blasphemant. Propter hoc reliqui te Creta.] Sic habet vulgata editio, aliter, in Creta. Quod autem postea vnus electus est, qui ceteris præponeretur, in schismatis remedium factum est: ne vnusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumpere.] Sub Episcopo presbyteri conuenerunt, sicut exploratissimum est, ita ab ipso Hieronymo non est ignoratum. ait enim in fine epistolæ. Vnde ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione Episcopi, & Diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in Episcopo & presbyter continetur. Maiorem etiam presbytero Episcopum esse, aperit, quod negauit Erasimus, præter alios locos idem hic testatur Hieronymus; dum in excellentiori gradu collocatum, ac veluti Imperatorem quandam Episcopum esse asserat. Decretum hoc ipsum sanctissimè Tridentina œcumenica Synodus, dum ego illic cum Illustr. & Reuerend. Ioanne Cardinali Morono, viro, cui soli, vt aperiret, & clauderet tantum concilium, Deum concessit, adesset, ita enim Sessione 23. statutum est: Episcopos scilicet presbyteris superiores esse, illorumque, non presbyterorum, ceterorumque, clericorum munus esse, ordinare, confirmare, & alia que ad faciendum. Non distat ergo à Hieronymo Synodus, nec Hieronymus à Spiritu sancto positos in Ecclesia Dei negat Episcopos: cum id de presbyteris, quos Episcopos esse contendit, aperte asseruerit: & Episcopos inter se pares facit, quo ad ordinem scilicet, non cum Episcopis presbyteros, vt male multi intelligunt: neque Diaconos Episcopis, vt somniat Erasimus, æquat. Dum autem ait vnum à ceteris assumi, qui postea sit Episcopus, electionem talem respicit qualis hodie in Germania fieri ab ecclesiarum capitulis solent. Quod autem Erasimus ait Hieronymum minus tribuere Episcopis, quam temporibus his illi possideant; & quod minus etiam tribuisset, si nostros vidisset antistes: facit ille secundum consuetudinem suam, vt antidoti nomine venenum fundat: nam Hieronymum & Episcopis, & presbyteris in maximum semper detulisse honorem, multis in locis puto eum legisse vt in epistola prima ad Heliodorum, in secunda ad Nepotianum, & alibi, quem honorem nunc etiam si viueret, deserret, dignitas enim & auctoritas à Christo illis relicta, nec tempore, nec scelere committantur: nisi vnà cum hereticis contrarij dicere velimus. Nam & Alexandria à Marco Euangelista vsque ad Heraclam, & Dionysium Episcopos.] Demetrio, sub quo Origenes floruit, Heraclius successit, & Heraclius Dionysius. Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod presbyter non faciat?] Quod hic omisit, in Dialogo contra Luciferianos posuit; scilicet, quod baptizatos etiam confirmat Episcopos, ait enim ibi, ex orthodoxa persona: Non quidem ab initio hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, vt ad eos qui longe in minoribus vrbibus per presbyteros, & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem sancti Spiritus manum impositurus excurrat. & infra: Quod si hoc loco queris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi, non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vno baptizate tribui: dicte hanc obseruationem ex auctoritate descendere, quod post ascensum Domini, Spiritus sanctus ad Apostolos descendit, &c. cum verd illi subdit, etiam à presbyteris, & Diaconis dari Spiritum sanctum, intelligi in baptizate: cum scilicet presbyteri, aut Diaconi baptizant. Siue Alexandria, siue Tanis.] Ægypti vrbes hæ sunt. Gratianus habet hic amplius, vnormata; sed additicia vox est, & forte à Burchardo vnormatiensi episcopo, vnde multa ille hausit, apposta. Ceterum etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbescentibus vitiis, inter presbyteros absente Episcopo sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiniis benedictiones presbyteris dare.] Legendum est, vt habet Gratianus, benedictiones coram presbyteris dare. vt enim presbyteris presentibus sedebant, ita etiam benedictiones diaconi dabant, quod autem presbyteris diaconi benedicerent, & cogitare stultum, & credere erroneum est.

SCHOLIA IN EPISTOLAM LXXXVI.

Quamquam ergo percipiam omnino te nosse, tamen exiguum quoddam tui munus habeo, presentiam videlicet corporis: quam ipsam etiam posteaquam te beatissimum nunc Episcopus, tunc verd iam episcopatu dignus, frater Alipius vidit, re uenansq. à me visus est; negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam.] Patet ex ipsa selectione, ita, vt nos restitimus, legendum esse: olim enim legebatur, exiguum quiddam tui munus. ait enim etsi exiguum quoddam illius habeat munus, presentiam scilicet corporis, alterius relatu percepta, tamen omnino, & perfectè accipere Hieronymum videre. Communiore spiritus quo in vnum necimur.] Aliter, nimirum, verum communiore magis respondet verbum necimur, quam nitimur. Si enim obscura sunt, te quoque in illis falli potuisse creditur. Si autem manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur.] Ita habent sex ex Florentia, & nouem ex Brixia codices: & ita legit Hieronymus infra epistola 89. dum hac eadem Augustini reperit verba, dicens: Porro quod dicit non debuisse me interpretari post veteres: & nouo vteris syllogismo: aut obscura fuerint que interpretati sunt LXX. aut manifesta, si obscura, te quoque in illis falli potuisse credendum est: si manifesta, illos in eis non falli potuisse perspicuum est. apud Erasimum verd legebatur, si autem manifesta, suspensum est te voluisse explanare, quod illos latere non potuit: que verba Hieronymi sunt, non Augustini, vt infra inuenies; & ex eo in hunc locum à sciolo quodam translata sunt. Quamquam in nihilo me illi præulerim.] In vocem nos ex Brixianis codicibus reposuimus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM LXXXVII.

Epitaphium tamen appellari dicebat frater.] Epitaphium, falso antea legebatur, constat ex textu, & codices id ipsum testantur. Si eorum tantum hominum vel vitas, vel scripta ibi legissemus.] Ibi, id est, in eo libro, deerat tamen antea vox, ibi. Si enim ad scripturas sanctas admittenda fuerint velut officiosa mendacia,] Vox, velut, in maiori exemplarium parte deest; propterea nos vt superfluum amouimus. Ideoque genibus, quod in fuitos à fide reuocarent, onera gratia, & non necessaria, nullo modo imponenda esse censebat.] Transalpini ex Erasimiana correctione typographe bilebant, Onere gratia, & non necessario. Brixiani codices nobis suffragari sunt. Et paulus, vt dicitur, cane.] Hoc est, recantationem, hoc verbo offensum Hieronymus in maximam exarsit iram: & se iam senem, & vndecumque eruditissimum, à inuene tunc, nec ita in scripturæ sacris exercitato, reprehendi, ferre vix potuit. Christiana tamen caritas vtrumque postea conciliavit, & vt pacatè de rebus sacris differrent, effecit. Si semel creditum fuerit posse honestè atque pie scriptores diuinorum librorum in aliqua sui operis parte mentiri.] Sic ex quinque Florentinis, & aliquot Brixianis codicibus locum correximus, olim, posse honestè atque pie accipi scriptorem.

SCHOLIA IN EPISTOLAM LXXXVIII.

Eandem ipsas rursus mittere volui, credens eas ad te non pertenuisse.] ad te, ex Brixianis codicibus reposuimus. Quia continuo dum proficisci disponent, episcopatus sarcina detentus, ac deinde in breui defunctus est.] Olim, Dispositus. Factusque est tantus tumultus.] Olim, Factus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM LXXXIX.

Tres simul epistolas, immo libellos per diaconum Cyprianum tuæ dignationis accepi.] Olim, Libellos breues, vox, breues, vacabat in omnibus exemplaribus. & certè cum libellus breuis sit liber, non indiget vt apponatur ei vox, breuis. Vt pane in prociñdu hæc, qualiacumque sunt, effutire compellat, & tumultuario respondere sermone.] Olim, Compelleret, nobis tamè hæc lectio magis placuit, quam ex sex Florentinis codicibus manus scriptis, & aliquot Brixianis accepimus. Ad ipsas causas veniam.] Sic habent omnia Florentia exemplaria, & ex Brixia maior pars, aliter, ad ipsam causam. Prætermitto Didymum videntem meum, & Laodiceum de ecclesia nuper egressum.] Olim, Apollinarium Laodiceum, qua lectio falsa omnino est, nam præter quod hæc vox, Apollinarium, in cunctis deest exemplaribus, non fuisse illud à Hieronymo appositam, Augustinus hinc referens epistola infra epistola 96. his verbis restitit: Nam Laodiceum, cuius nomen taces, de ecclesia dicti nuper egressum.] Quo dicto ostenditur nullum hominem secundum naturam esse pollutum, sed equaliter omnes ad Christi gratiam potuocari.] Olim, Omne, non Omnes, impressorum sorte vitia. Nunc autè quid tentatis Deum, imponere iugum super discipulo-

discipulorum.] Cum vulgata editione Græcus etiam codex consentit: *αὐτὸν δὲ τὸ ἀπέστειλεν τὸν δευτέρου ἡμετέρου ἡμετέρου* apud Erasmus tamen deest vox Deum. Separatim autē iis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Quare separatim, & non publicè: ne forte fidelibus, &c. Sic legi debet, & ita habent omnia manuscripta exemplaria. apud transalpinos verò typographos legebatur, Quare separatim, & publicè. Quod lancea, & vt dicam, phalaricè mole percussus est. Phalarica genus est teli, quæ instar hastæ valido præfigitur ferro, lato pedes tres, Vegetio teste, cui adiuncta erat materia ex sulphure, resina, stupra, & viramine, vt vnâ cum vulnere incendium quoque sequeretur. neruis autem tortilibus magno impetu in hostes mittébatur. Virgilius in nono, Sed inagnam fridens cantoria phalarica venit, Fulminis acta modo. Si circueidamini, Christus vobis nihil proderit.] Sic habet vulgata editio, & Græcus codex, *χρῆστος ὁ υἱὸς ἐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς*. apud Erasmus tamen legebatur, nihil prodest. Ex quo apparet, qui sub lege est, non dispensatū, vt nostri voluere maiores, sed verè, vt tu intelligis, eum spiritum sanctū non habere.] Olim dispensatione. Sequitur in epistola tua: Quapropter non ideo Petru emendauit, quod paternas traditiones obseruaret.] Vox, Quapropter, ex Britannicis codicibus restituta est. Observationes, in quibus, legis, quas more patrio celebrabant, sicut ab ipso Paulo celebratæ sunt.] Olim Celebrant. Inter vtrumq; indifferēs, ambulare, egerere alui herora, capitis naribus purgamenta præficere.] Olim falso legebatur, Digerere alui herora. Sed aut bonum est, aut malū.] Olim, Sed aut bonum est, aut malum est. Dum enim metuis Porphyriū blasphemantem, in Hebionis incurris laqueos, iis qui credunt ex Iudæis, obseruandam legem esse decernens.] Porphyrius, inquit Erasmus, legem damnabat, quemadmodum Manichæus, & Marcion. Quid legem, instar Manichæi, & Marcionis, damnaret Porphyrius, qui ne in legem quidem, neque in Euangelium credebat, & contra Christianos quindecim exarauit libros? Nō enim hæreticus, veluti qui in Christū crederet, & non in Moysen, fuit Porphyrius, sed et hinc, & deorum falsè additus religioni, Logium & Plotini auditor, & Amelii in Philosophia studii cōdiscipulus, quæ autē, et quæ in philosophia scripserit, ex Suda discere cuius facile erit. vixit Roma, floruitq; Aureliani temporibus vsque ad Tacitum, & Probum, vide de eo Augustinum de ciuitate Dei lib. decimo, cap. 28. At hic censor, ex his Hieronymi verbis istum est expiscatus errorem: veluti Hebionis sententiam Porphyriū sententia ille opponat, at nōne superius Hieronymi hac in re sententiā legerat? ait enim ibi: illa vel maxima causa subinoducunt, vt Porphyrio rēspōndeat blasphemanti, qui Pauli arguit proccacitatem, quod Principem Apostolorum Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione cōstringere, quod malefecerit, id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse, qui alii arguit delinquentem. Hæc itaq; Porphyriū, de qua nūc loquitur, blasphemia est, non quod legem dānauerit. Et miror, quō modo septuaginta interpretum libros legas, nō puros, vt ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos; siue correctos per obelos, & asteriscos.] Origenes vbi quid minus in lxx. erat, ex aliis restituit, ex Suda illa defugiens, vbi amplius, obelus ac verubus expungendum fore ostendit. Esi sex Braxia manuscripta exemplaria Correctos hic habeant, nihil tamen impressa olim lectio non displicet, in qua corruptos legitur: veluti Origenes lxx. editionem ideo corripuit, quod Iudæi, atque blasphemii hominis versione illam, vt sciam asserit, maculauerit: præsertim cum emendare, et corrigere idem sit, & sententia Hieronymi in Augustinum hic sensus magis cōueniat, sic enim tantam in lxx. fidem magis illi enervat, aut potius legendū censo, correptos, hoc est, reprehensos, quàm lectionem sex codices manuscripti ex Florentia habent, et iam ea in eundem recidit sensum. monuimus, vt vnusquisque quod liber sequitur: & vt cognoscat lector, etiam varias lectiones, quas sensum aliquem probabilem habebant, minime à nobis fuisse omisissas. Eusebius Vercellensis.] Meminit tribus aliis in locis supra de hoc Eusebio, quem Arrianorum persecutione vnâ cum Lucifero in exilio Antiochia fuisse, ex Sulpicio, & Nicephoro omnibus constat. hic est ille Eusebius ad cuius reditum omnem Italiam lugubris mitasse vestes asseruit. Erasmus quia Vercellensis ibi nomen non legit, de Eusebio vel Casariensi, vel Nicomedensi, qui ambo Arrianorum duces fuerunt, intellexit, error ibi à nobis expunctus est. Vt cogere tur episcopos, ea quippe ciuitas erat, Iudæorum testimoniū flagitare.] Falsum est, ciuitatis nomen, vt opinatur Erasmus, hic deesse, & à Hieron. vti barbarum, & ignotū expunctum. immo consulto Augustinus omisit, ne odiosum Hieronymo faceret Episcopum: & Hieronymus ipsa eadem Augustini hic refert integrè verba, nec aliquis ex eis omittit: vt videre poteris supra in ipsa Augustini epistola, quæ est numero 88. Vtrum autem illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus Græcis responderit, quod & Græci, & Latini habebant, atque dicebant.] Olim, habent, subintelligitur autem fuerint: id est vtrum imperitia, an malitia

A fecerint, propterea nihil in textu deest, vt opinatur Erasmus, verba hæc Augustini sunt, eaq; integrè Hieronymus repetit, sumptā autem sunt ex epistola 88. Nisi forte, vt ante annos plurimos cucurbita venit in medium, asserente illis temporibus Cornelio, & Asinio Pollione, me hederam pro cucurbita transtulisse.] Ab radendam ex hoc loco, & copulam esse, ex ipso Hieronymo super quarto Iona cōstitas capitulo, ait enim ibi, dum de hederâ loquitur: In hoc loco quidam Cantaboli, de antiquissimo genere Corneliorum sunt, vt ipse iactat, de stirpe Asinij Pollionis, dudum Rome dicitur me accusasse sacrilegij, quod pro cucurbita hederam transtulerim. innuit videlicet, ne, si, pro cucurbitis hederæ nascerentur, vnde occultè, & tenebrosè biberet, non haberet. & reuera in ipsis cucurbitis vasculorum, quæ vulgo Squacomarias vocant, solent Apostolorum imagines adumbrare: ex quibus & ille non suam sibi agmen assumpsit. Quod si tam facillè vocabula commutantur, vt pro Cornelis seductis tribubus, Amiliij consules appellentur: miror, cur mihi non liceat hederam transferre pro cucurbita. Hæc ille, vocat autem per irisionem huiusmodi obtrectatorem Cornelium Asinium Pollionem, quod ex horum familiaribus se venire iactaret: duarumq; propterea in vno homine familiarum iungit nomina, vt sic magis illium irideat. hic verus Hieronymi sensus est, & sic Hieronymus ab ipso Hieronymo tuto exponitur, verum quid hic præclarus ille interpres? arbitror, inquit, legendum, illius temporis Cornelio, & Asinio Pollione, hoc est Critici, & censoribus literatorum: quasi dixisset, illius temporis Aristarchis, optime quidem, & ita egregie, vt ipse melius Hieronymo Hieronymi intellexerit mentē. Eo in loco, vbi cetera triginta interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hederam transtulerunt, id est *κωδὴ*, in Hebræo volumine *קקאי* Kikain scriptum est: quàm vulgo Syri elceroa vocant.] At hoc virgultij seu arbutusculæ genus esse, folio pampini, & densissima umbra: suoz, se, absque pedamento aliquo, iranco sistinere, & paucis diebus in arborem excrescere. Plinius aut hanc, aut aliquam huic similem hederam scribit, dum libro 17. ita ait: Est & rigens hederâ, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum ob id vocata ciffos.

SCHOLIA IN EPIST. XC.

Sed quia id non est datū, peto, vt hoc ipsum quod in Domino quàm possumus, simul sumus, conferatū studeas, & augeri, ac perfici.] Quam possumus, id est, quāntū possumus, olim: Quam possumus: & non, Simul sumus, sed, Simul sumus, legendum censo. Domine carissime, & desideratissime, & honorande in Christo frater.] Olim, desideratissime,

SCHOLIA IN EPIST. XCI.

Et imiter Stesichorum.] Stesichorus poëta, ob vituperatam Helenam, oculos amisit: recepit autem eos, recantatis iis quæ contra illam scripserat. *ἔμψιχέων*.] Conatus, aggressiones, argumentationesq; parum à Syllogismo differentes, sic vocant rhetores, vt cum quis à campo in forum descendere disit, & se ad argumentorū disponit ordinē. Quintilianus ex Valgio aggressiones, & ex Cælo argumentū ipsum *ἔμψιχέων* appellat, sic Philo, sic Ammonius interpretatur: inde, apud Aristotelem Problemata *ἔμψιχέων*, et *ἔμψιχέων*, quæ facillè, aut difficile astruuntur. Nostram peram non videres.] Mantica genus est, cuius pars altera à fronte pendeat, à tergo altera: cuiusmodi apud nostrates Reatinos pastores, & agricola, & mendicantes religiosi vbiq; per Italiam ferunt: dicitur autem, anteriori in parte, aliorū, in posteriori nostra non portare scelera: propterea quod in alienis vitij cognoscendū oculatissimi, in nostris à lappa promissus sumus. Persius: Vt nemo in sese tēat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo, & illud: Nec videt mantica quod à tergo est. Memento Daretis & Entelli.] Nota est ex quinto Aeneidos libro apud Virgilium historia, quo modo Dares, Troianus iuuenis, Entellum senem ad cæstum certamen pronouauit: illeq; grauatim ad pugnam assurgens, iuuenē nimis exultantem, insultantemq; vicit: ita vt occisurus fuerit Daretē, nisi Aeneas prælium dīremisset. Bōs lassus fortius figat pedem.] Tractū est hoc à vultu, frumentum, manipulatim in area, coniectum, calcantibus, ac tritruantibus, quōd enim illi magis lassifuerint, magis etiam fortiter pedem figit, & ita melius grana è spicis excutiant. Misit mihi temeritate solita sua maledicta Calpurnius, cognomento Lanarius, quæ ad Affricam quoque studio eius didici peruenisse.] Aperiē hic Calpurnij nomine Rufinum, & maledictorum nomine inuectiua eius intellegit. Erasmus rursus, quis fuerit Calpurnius, non inueniens, à culinis, hoc est calidis furnis, & Lanionibus ductum nomen existimat, & Persij carmen hoc ad propositum suum inuertit: Continuo Crassum videt Vulphernius ingens, Et centum Græcos curto cēuisse licetur. diximus de hac supra epistola 84.

SCHOLIA IN EPISTOLAM XCII.

Sed in insula Adriæ.] Atriam nobilem Tusciorum colonā portus nobilem, à quo Atriatium mare, quod nunc Adriaticū, & illā Adriagū dicimus,

dicimus, & insulas in eo multas esse, omnes scimus. Suggerebant nō simplici animo à te factum, sed laudem, atque rumusculos, & gloriam populi requirentem, vt de nobis crederes.] *Falso prius apud iransalpinos typographos legebatur, requirentem.* Litum melle gladium.] *Prouerbiū est; quo significatur, blaudiendo aliquem ledere.* Quod Hannibalem exultantem Q. Maximus patientia sua fregit.] *Ex Euiō notissima est historia, quod Fabius Maximus cunctando certamenq; subterfugiendo Hannibalem fregit. de qua re scribens Virgilius dixit, Vnus qui nobis cunctando restituit rem. Cantando memini.] Virgilij carmina sunt ex Bucolicis accepta.*

Berzellai ille Galaadites.] *Historia est 2. Reg. 19. Berzellai enim Galaadites senex iam octogenarius inuitatus à David vt secum ad requiescendum contenderet in Hierusalem, renuit, asserens se iam decrepitem esse, nec sensus ad discernendam amarum vel dulce habere. propter eam rogauit Regem, vt beneficia qua ei ille collaturus erat, Chamaam filio suo inueni conferret. hoc autem exemplo ostendit D. Hieronymus se, cū senex sit, nec appetere amplius huiusmodi honores, quos ei Augustinus offerebat, nec oblatos suscipere.* Quod autem iuras te aduersum meliorem me scripisse, neque Romam misisse.] *Quot; impresorum vitio, falso antea legebatur.* Addis præterea; te paratum esse, vt, si quid me in tuis scriptis mouerit, & corrigere uolueris, fraternè accipias; & non solum de mea in te beneuolentia gauisurum, sed, vt hoc ipsum faciam, deprecaris.] *Vox, De, à nobis reposita est.*

SCHOLIA IN EPISTOLAM XCIII.

Cvius exemplaria illuc peruenisse commemorasti.] *Aliter, uenisse.* In quibus multa in me comperi tua beneuolentissimæ caritatis, & tuis nonnullius animæ tuæ offensionis indicia.] *Sic habent meliora exemplaria. Olim, nonnullius à me tua offensionis indicia.* Et sic rescribere, hoc est, & sic ledere.] *Rescribere, & non scribere legendum esse præter exemplariū fidem, ostendunt verba qua statim sequuntur, Nisi enim rescribendo lassifies.* Nullo enim modo diu te opinatus fuero, quod te non arbireris lassum, si sic tamen rescribis vt lædas.] *Falso antea legebatur, Quid te non arbitrans lassum, si tamen rescribis vt lædas.* Si enim non immeritò iudicasti me iuste expostulatum fuisse, si temere crederes esse litteras meas, quæ non essent mee.] *Non iudicasti, sed, uidiisti, falso antea legebatur.* Quapropter etiam forte bos, vt tibi uideris, lassus fenectute corporis, non vigore animi, tamē in arca Dominica fructuoso labore desudas.] *Desudans, falso legebatur antea apud Erasimum.* Vt si non possent misceri nostra colloquia, litteræ saltē essent crebriores.] *Pocem, saltē, nos reposuimus.* Vacare autem studiis diligentius, quam que populi audiunt infirmandi, propter ecclesiasticas occupationes omnino non possum.] *Non minus hanc Augustini epistolam multis erroribus deturpatā reliquit Erasmus, quam in Hieronymi epistola fecerit. instruendis, hic antea legebatur.* Que tibi enim iam fida pectora toto ore fundantur, in cuius sensus tota se proiciat secura dilectio?] *Et hic quoque locus à nobis, tribus iuuantibus exemplaribus, restitutus est. legebatur enim antea, tuto refundantur, verbo incongruo. fundantur enim dicendum fuisse, non refundantur, sensus patet, eumq; quem nos restitimus, ueritorem esse, sequentia hac ostendunt verba, tota se proiciat secura dilectio. Amicorū enim uerorū est, vt cuncta mutuo comunicent, etiam secreta pectoris, & nihil ab amicis abscondant. idē ait, toto ore. Quando non, ubi non, cui nō hominum formidandū?] Olim, formidandam.* Quæ quandoq; concordēs delere non poteritis.] *Aliter concordantes.* Si autem non possumus dicere, quid mihi emendandum uideatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cum suspicione inuidiæ, aut læsione amicitia; quiescamus ab his.] *Antea possum.* Prorsūque, quod ad ipsas res, quas nosse volumus, auinet, si quid uerū me tenere vel scio, vel puto, vel credo, in quo tu aliter sentias, quantum dat Dominus, sine tua iniuria conabor asserere.] *Olim profus, non profusq; & sentis, non sentis.* Cōsolante te conscientia.] *Vox te, olim deerat.*

SCHOLIA IN EPISTOLAM XCIII.

OROSIUM presbyterum.] *Hic est Paulus ille Orosius qui ad Augustini preces septē historiarum conscripsit libros.* Sed incidit tempus difficultum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui.] *Sic habent omnia manuscripta exemplaria, & hanc lectionem sequentia statim uerba ueram esse ostendunt. Olim, melius sit.* Et iuxta Appium, canina excerceret facundia.] *Appium Claudii oratorem intelligit, cuius Cicero meminit. Et facundiam caninam, obreclatōriam, & rabidam eloquentiam uocat.* Itaque duobus libellis tuis, quos meo nomine dedicasti, eruditissimis, & omni eloquētiæ splendore fulgentibus, respondere non potui.] *Olim, ad tempus respondere non potui, qua tamen uoces in omnibus exemplaribus*

vacabant. & iam in tempore, non ad tempus dicendam fuisset. Sanctæ ac venerabiles filia tua; Paula, & Eustochium.] *Aliter, Eustochiū & Paula, in uerso ordine. Paulam enim uetulam, Eustochiū matrem intelligit, quam hoc tempore diem obiisse non constat: et si diu fuisse agrotam, supra epistola xci. scribitur: nisi iuniorē sorte Paulam intellexit, Paula ex Toxotio filio neprem, qua vt Hierosolymam mitteretur, epistola septima Hieronymus obsecrauit. quod si uerum esset, Eustochium, & Paula magis legendum esset.*

SCHOLIA IN EPISTOLAM XCVII.

Si ille qui te primum gladio petiit, stylo repulsus est, vt sit humanitatis mee, atque iustitiæ, accusantē reprehendens, non respondentem.] *Olim falso legebatur, Si ille qui me, nam quamuis ita Hieronymus scripserit, vt cōstat superiori epistola xcvii. Augustinus tamen dum repetit uerba, personam mutat. & iam si uera illa fuisset lectio, dicendum etiam erat, vt sit humanitatis tue. sic enim à Hieronymo usurpantur: vnumq; sine altero inueniri ab Erasmo non debuit.* Maius aliquid expeto à benignitate uirum tuarum, prudentiāq; tam doctā, & otiosā, annosā, studiosā, diligenti.] *Olim, falso legebatur diligentia, non diligenti.* Quid nobis uideatur contra conatur asserere, si hoc aliquantum securiore libertate dicamus.] *Olim, aliquanta, forte pro aliquanto.] Abst hoc à pia humilitate tua, & ueraci de temetipso cogitatione.] Vox, tua, deerat apud iransalpinos typographos, nos ex Mediceo, & aliis codicibus reposuimus.* Hoc si ita est, dicamus, quod ablit, fatius esse credere mentiri Euan-geliū, quam negatū esse à Petro Christum: & mentiri Regnorū librum, quam tantum prophetam à Domino Deo tam excellenter electū, in cōcupiscenda, atque abducenda uxore aliena commississe adulterium.] *Olim, turbato legebatur sensu, electum, & in concupiscenda. copula enim, & uacat.* Quod uiq; nefas est, vt credentes in Christū discendantur à propheta Christi, tamquā eius doctrinā detestantes, atq; damnantes, de quo ipse Christus dicit, si crederetis Moysi, crederetis & mihi.] *Falso antea apud Erasimū legebatur, A prophetis Christi, de Moysē enim tantū sermo est, vt ex sequentibus, & etiam antecedentibus uerbis constat, non de prophetis in genere: unde ait, tamquā eius doctrinā detestantes: & de quo ipse Christus dicit, Audierunt autē de te, quia dictionē doces à Moysē.] Discessionem hic & paulo superius reposuimus, vt Brixiani aliqui codices habent, et nostra etiā editio, cui Græca etiā uox, ἀποστασία conuenit. uerum ita legisse D. Augustinum hunc locū, constat ex superioribus uerbis, cū ait: Nefas est vt credentes in Christum discendantur à propheta Christi. Sed ambulat & ipse custodiens legē.] Sic habet uulgata editio. Græcus codex, ἄλλο αὐτοῦ ἐξ ἀποστόλων νόμον οὐλάσας, amplius aliquid significat, quā quod exprimi possit uerbo ambulat, uel sequeris, vt legebatur antea, hoc est ordinatē, ac pariter incedis. σοῦ αὐτοῦ enim idē est quod τῶ αὐτοῦ, & per ordinem disponere σοῦ αὐτοῦ dicitur, & σοῦ αὐτοῦ, eodem in ordine esse, & σοῦ αὐτοῦ, & σοῦ αὐτοῦ, qui eiusdem sunt ordinis. ἀλλὰ σοῦ αὐτοῦ, inquit, hoc est, eodem modo, eodemq; quo ipsi ordine, ac ueluti sub eodē iugo positus, ambulat & ipse custodiens legem. Docentes non per illa hominem iustificari, sed per gratiā Iesu Christi.] Per illa, scilicet legalia, de quibus supra dicit, qui sic ea uolebant obseruari, tamquam sine his in euangelio salus credentibus esse non posset, &c. apud Erasimū legebatur, per illa. Nisi quia sic illa omnia simulatoriē gerebatur.] *Olim, simulatoria.* Vellem me doceret benigna sinceritas tua, utrum simulatē quiscquā sanctus orientalis cū Romā uenerit, ieiunet sabbato, excepto illo die paschalis uigilie. Quod si malū esse dixerimus, non solū Romanā Ecclesiam, sed etiā multas ei uicinas, & aliquāto remotiores dānabimus, ubi mos idē tenetur, & manet.] *Falso legebatur antea, Multa ei uicinia, & aliquanto remotiora. sermo enim est de ecclesiis, Dum autē Augustinus ait, excepto illo die paschalis uigilie, non significat, quod sabbato sancto Roma non ieiunaretur, vt multi falso intelligunt, sed quod per totū orbē, etiā in Oriente eo die ieiunaretur: & ita non poterat dici, quod sanctus orientalis Romā uenit, simulatē sabbato sancto ibi ieiunaret: dubiū enim erat de aliis omnibus anni sabbatis, in quibus ab orientalibus ieiunari consuetum non erat, an simulatē in illa Roma ieiunarent. quod autem in die Parasceues, & sabbato sancto, ubique ieiunaretur, ex Apostolorum exemplo uenit, quos eo biduo ieiunasse, Innocentius primus scribens Decretio Eugubino Episcopo, his uerbis ostēdit: Vig. cōstit. Apostolos biduo isto & in mare uisisse, et propter meritū Iudaorū se occultasse, quod uig. non dubiū est intamū eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio Ecclesia habeat isto biduo sacramēta penitus nō celebrari. hac ille, Sabbati autē ieiuniū, quod Romæ in reliquis anni temporibus seruabatur, à Petro cū Simonē Magū disputacionib; ac signis aggressorius esset, primo instituit, alibi Augustinus testatur: die enim Dominico cōstituitur cū eo erat, ppter ea vt fideles præcedēt die oratē pro Christi uictoria, ac ieiunaret, Ecclesia mādauit. Innocentius autē, vt rectē institutū ieiuniū defendit, non primus, vt multi putant, instituit.**

Quod

monent. *Falsionem veteres vocant,*) *falsò Falatos,* & *Falsicos* eius op-
 pedanos appellat. *h.istori,* quam hic refert *Dionys Hieronymus,* ex *Lino*
 notissima est. Et ut in fabulis legimus, auro ad Danaën pe-
 netretes.] Imbre auro in Danaës fuditur infusus fuisse Iovem propterea
 fabulati sunt veteres, quòd auro pudicitiam virginis expugnauerit.
 Alias te hæreticum, alius te infimulat dogmatum peruerforè.]
 Te, *sc. anatum,* vocat apud omnes codices, & nos ut vocem superfluam
 abrafimus. Hic totius negotij tui cardo versatur.] *Aliter,* vt ha-
 bent oïdo ex Florentina manuscriptori codices, *Totus, non Totius.* Ha-
 ctenus sic locutus sum, quasi aliquid de epistola commutane-
 rum.] *Vozem, sic,* ex omnibus manuscriptori exemplaribus nos reposuimus.
 Faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligat.] Ex prologo Terentij in
 Andriæ. *Ne autè confirmadi vox est,* quæ si dicas, *adeo, valde.* Putari
 mihi suscipiendū laborè, vilem studiosis, mihi quidē ipi non
 necessarii.] *Nō, vox vtiq. hic necessaria,* dicitur olim penes *Erasmum,* in
 enim labor vtilis quidē futurus erit studiosis, non autē Ciceroni necessa-
 rius: quæ enim necessitas vt has duas orationes vir eloquentis p.rens è
 Greco veteret: exemplaria etiam omnia habent, vt nos emendauimus.

Non enim me annuere ac lectori putauī oportere, sed
 tamquam appendere.] *Annumerat, qui omnia verba,* appendit au-
 tem, *qui sensum tantū lectori reddit.* pendendo enim, *ponderis tantum*
summa redditur, non singula quæ ponderantur. Numquid hærent in
 verbis, ac non decorem magis, & elegantiam in translatione
 conferuant? quam vos veritatem interpretationis, hanc eruditi
καλοῦσθε nuncupant.] *Maximè hunc locum deprauatum inueni-*
mus, diffinitione potius orationis, quàm verborum mutatione. legebat
 enim hoc modo: *Nunquid hærent in verbis, ac non decorem magis; &*
elegantiam in translatione conferuant, quàm veritatem interpretati-
onis? Hanc eruditi καλοῦσθε nuncupāt, est autem καλοῦσθε incepta, ac
malamitatio. Accedunt hyperbatorum anfractus.] Verborum
 transiensus ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ dicitur: *Ἐπὶ γὰρ* si quidem transgredi, transgredē-
 dè q̄, significat. *Quintilianus propterea verbi transgressionem appellat.*
 hoc autē contingit vel ordinis inuersione, vel verbi redundancia, vel etiā
 interiectione, præter quàm vel cōparationis ratio, vel decor postulat. An-
 fractus autem sunt dubij, ac in se recurrentes viarum inflexus, obliuio q̄,
 circuitus. Quòd si cui non videtur linguæ gratiam in inter-
 pretatione mutari, Homerum ad verbū exprimit in Latinū.]
 Gratia, *falso antea legebatur.* Nec affedit litteræ dormitanti, &
 pudica rusticornum interpretatione se torcit.] *Omnia exemplaria,*
 etiam ea quæ *Erasmus vidit, rusticornum habent:* & tamen ipse contra
 illorum fidem pro rusticornum, *Xusticornam,* & sola animi coniectura,
 substituit. quod quidem tolerandum est, si saltem pro auro argenteum
 reddidisset, sed ipse ne es quidem pro auro reposuit, & quod detestabilis
 est, *Xusticornum quoque significatum inuenit, ac falsauit.* Nam est *Xu-*
stici athletæ apud Suetonium sunt, qui in *Xysto,* hoc est porticu ex-
 ceant, vnde ipse didicit, vt pro circumforaneis, parumq̄ doctū postea ho-
 minibus *Xystici* accipiuntur: rusticornum igitur legendum est, & id vox,
 putida, ad rusticos, non ad athletas pertinet. præter quod rusticornum, ac
 imperitorum hominū est, se in litteris potius ac syllabis torquere, & eorū,
 quæ dicuntur, sensum negligere. Talitha cumi *תליטה קומי.*] *Locus*
est Marci quinto capite, significatq̄, Puella surge, verba Latini vel ex Sy-
ro & Hebræo, vt ait Hieronymus, vel, quod idem est, ex Chaldaeo vstrato
tunc apud vulgus Iudæorum, ex lingua quam in captiuitate Babylonis
didicerant, cuiusmodi sunt etiam serè omnia, quæ Hebræica esse putan-
tur in euangelio. *Grecus etiam codex habet, ταλιθα, κῆμ.* apud *Erasmū*
tamen legebatur, Tahita cumi, qui error expungendus est etiam ex nouo
 capite *Actuum Apostolorū,* vbi Dorcadi dictū est à Petro, *Tahita surge.*
 & in Græco codice legitur, *ταλιθα ἀνάστα.* *Vt ἐμπροσθεν* face-
 tet.] *Significantius, & cum maiori energia.* Hoc in Hieremiā
 penitus nō inuenitur.] *Eusebius in libro De demonstratione euange-*
lica decimo, librarij errorem fuisse asserit, vt pro Zacharia scriberetur
Hieremias: vel malitia à Iudæis ex Hieremiā quoque hac eadem verba
ablata: veluti vterq̄, prophetæ, isdem serè verbis de eadem re prophetā-
uerit.] *Decorum pretium, quo appreciatum sum ab eis.*] Sic
 habent manuscriptori codices: prius tamen quod, non quo, legebatur. qui
 error ex commentarijs super hunc *Zacharie* locum etiam est abrahdæus.
 nobis sciam faciunt & vulgata. Bibliorum editio, & ipsa quoque Latine
 loquendi regula. Sed in *Osee* propheta iuxta Hebraicam scri-
 bitur veritatem.] *Pax, propheta, à nobis reposta est.* Si quis in
 verbo non offendit, ille perfectus est vir, potēs refrenare omne
 corpus.] *Ἐν τῷ δὲ κατὰ τὸν ἁγίον τὸ σὺ δὲ αὐτῶν.* his manuscriptori cōfen-
 tium codices. Olim, & potest refrenare. Respondeat *κατὰ τὸν ἁγίον.*
 Sermonis artifices sic vocantur, à *Dadalo* ingenio q̄ architecto: *Græci* pro
 vario & ingenioso propterea accipiunt, hinc *Dadala* Circe apud *Virgiliū;*
Dadala *Mimerus* apud *Ennium;* et *Dadala* terra penes *Lucretiū.* *Plau-*
tus loquedados ipse prius *Hieronymo* huiusmodi appellat homines. *Qui-*
dā à *δαδὸν* dixerunt, quod est variare, non à *Dadalo* tractum existimant

A *noimen.* *Cicero* in *Oratore.* Hæc tractasse *Thrasymachum Chalcædoniū*
 primū, & *Leoninum* ferunt *Gorgiam, Theodorum* inde *Byzantium,*
 multosq̄ alios, quos *κατὰ ἀδελφῶν* appellat in *Phædro* *Socrates.* Et
Nazareus de radice eius crescit.] *נצר* *Nezer,* quod *Hebræis* vir-
 gultum, aut, vt nostri interpretantur, *strem* significat, pro *נצר* *Nezer* *Hie-*
ron. interpretatur, cuius sententia crucis titulus, qui *Rome* in tēplo san-
 ctæ crucis in *Hierusalem* adhuc, licet non integer, asseruatur, plurimum
 fauet, *נצר* enim ibi, non *נצר* hoc est per *Zade,* non per *Zain* litteram,
Nazareus scribitur. *Sacrilegium* est vel celasse, vel ignoraſſe
 mysterium.] *Aliter, sacrilegiū.* Si verba calumniatur.] *Omnes*
codices manuscriptori sic habent, & locutio magis propria est. Olim, *cali-*
niantur. Magis hoc admiraberis.] *Aliter, sic magis admiraberis.*
καταπαράνομος.] *Cum res alio explicatur sermone, liberiusq̄, copiosius, ac*
dilucidius exponitur, καταπαράνομος dicitur. *נצר* *נצר* *נצר* *נצר*. Sic *ba-*
bemus in *psalmo,* vnde *Christum* sumpsisse verba dū clamaret in cruce,
Hieronymus asserit, alij *vulgati* illum ex *Chaldaica* vsm, in hunc scūi-
 cet *מואין*, *שבתך* *שבתך* *שבתך* *שבתך*, vt est in euangelio, magis volum.
 Beatus qui habet semē in *Sion,* & domesticos in *Hierusalem.*
 Sic *translulerunt* *lxx.* locum illum *Isaiæ* *31.* vbi nos habemus, cuius est

B *ignis in Sion,* & *caminus eius in Hierusalem.* Sed quid faciemus ad
 authenticos libros in quibus hæc nō feruntur adscripta? *Aliter,*
 non fuerūt adscripta, authentici autē libri dicuntur, qui cū potestare, &
 auctoritate cōscripti sūt, propterea eo nomine *Iulianus* Imperator suas
 cōstitutiones inscripsit. *ἀδελφία* enim *Græcis* potestas, & auctoritas est,
 et *ἀδελφός* dominus, & *ἀδελφός* dominus. Porro quata dimiferit,
 vel asterisci testes, vt dixi, sunt, vel nostra interpretatio, si à
 diligenti lectore translationi veteri conferatur: & tamen vires
 Septuaginta editio obtinuit in ecclesijs, vel quia prima est, &
 ante *Christi* facta aduentum, vel quia ab *Apostolis,* in quibus
 tamen ab *Hebræo* non discrepat, vsurpata.] *Non, vires, sed iure,*
falso antea apud Erasum legebatur. *Aquila* autem *profelytus.*]
Aquila sub *Adriano* Imperatore, hoc est quadragesimū triginta annis post
 septuaginta interpretatus fuit, vt *Epiphanius* in libro de mensuris, & pun-
 deribus testatur. *profelytum* vocat, quod ab *Ecclesia* propter astrologia
 studium expulsus, *Iudæis* factus sit, & abnegata *Christo* circumcisus
 fuerit. *καὶ μὴ παροισμὸν ἔλαβεν.*] *χῆμα* fundo, inde *χῆμα* fusio,
 ὄρεα & ὄρεα, *astatem;* *Galenus* secundam tantum, quæ autumno pro-
 xima est, astatis partem significat, inde *ὄρεα* seu *ὄρεα* non simplici-
 ter *poma,* & arborum fructus, vt putat *Erasmus,* sed qui mollis sunt
 cortice, & in medijs proueniunt astibus, vt *armeniaca,* *præcoquia,* *per-*
sica, *pepones,* *cucumeres,* *cucurbita,* qui, vt aiunt iurisconsulti, seruando
 seruari non possunt: de quibus *ape,* variisq̄, in locis apud *Galenum,*
 præferim in libro *De facultatibus alimentorum* secundo, capite secundo
 sit mentio. *καὶ ὄρεα* renite, ac splendeo: inde *καὶ ὄρεα* splendentia.

C Atqui non solū *Hebræi* habent *ἀρρα,* sed & ille *καὶ ἄρα*
 qui *Gyllabas* interpretatur & litteras, vt dicat *σεῖς τὸν ὑπερῶν;* *καὶ*
σεῖς τὸν γῆν.] Sed ille *καὶ ἄρα* sine copula, & legebatur antea: pro-
 pterea sensus *Erasmo* obscurus fuit, significat autem hoc dicto *Hierony-*
 mus quod non solū *Hebræi* habent articulos, sed ille etiam *καὶ ἄρα*,
 qui *Gyllabas,* litterasq̄, persequitur, hoc est quod ipse quoque in transla-
 tendo ex *Hebræo,* illi apud *Græcos* vsus sit, quod *Latini* facere non pos-
 sunt: quo modo autem articulus ipsi *καὶ ἄρα* vsus sit, exemplum pon-
 nit in hoc versu, *σεῖς τὸν ὑπερῶν;* *καὶ* *σεῖς τὸν γῆν,* hoc est concutit, non
 concute, vt vult interpret, *calum,* & concutit terram, veluti in primo *Ge-*
nesios versu de *Hebræorum* articulis nos exemplum habemus, dum dici-
 tur, *בראשית ברא אלהים את השמים והארץ.* *καὶ* autē vo-
 cat, vt superior dictum est, hominem qui dum scrupulose littera dormi-
 tanti adheret, verbaq̄, ac *Gyllabas* contentiose persequitur, & elegan-
 tiam sermonis, & sensum perdit. Cuius rei exemplum nos ex

D nostro sermone capere possumus.] *Olim, carpere.* *Column*
 litterarum.] *Hoc est culmen, sic Terentius in Phor.* *Eho bone custos*
salue column nostræ familie, & *Plautus,* *senati column dixit: hoc est,*
decus, ornamentum, ac veluti columnam, & basim. Et nostrorum
 temporum *Aristarche.*] *Alexandrinus grammaticus,* à *Samothracia*
 tamen oriundus *Aristarchus* fuit, floruitq̄, sub *Ptolemao* *Pbilometore*
Olympiade *cxcvi.* *Aristophanem grammaticum* audiuit, obiitq̄, in *Cy-*
pro intereunte aqua, anno sue ætatis *lxxi.* ciborum abstinentia se ip-
 sum interimens, scripsit commentarios supra mille, vt hæc omnia prodit
Suidas. *Athianus* tã castigato cum iudicio fuisse testatur, vt *Homeri* ver-
 sus non pararetur, quem ipse non probasset, inde pro *Critico*, & magno
 aliquo censore eius nomen vsurpat. Hæc est *Plantina* eloquen-
 tia, hic lepos *Atticus.*] *Aded* *Plauti* stylum veteres commendauerunt, vt
 ex *Epio* *Stolone* *Quintilianus* scribat, *Musas* ipsas non alio quàm *Plau-*
tii sermone locuturas fuisse, si *Latine* vniquam loqui voluissent: &
Gellius in septimo, *Latina* & *lingua* & *elegantia* parentem illum appellat,
leporem Atticum ideo nominat, quod *venustus Atticis* peculiaris sit.
Oleum perdit, & imēfās qui boīc mittit ad cērōma.] *καίρου*
 vnguentum

ANNOTATIONVM

TOMVS TERTIVS.

SCHOLIA IN EPISTOLAM AD PAVLINVM, CIII.

vinguentum erat ex oleo, & quarundam terrarum generibus confectū, quo athleta vnguebatur: oleum enim agilitatem, terra robur præstabat. hic tamen non ad vnguentum, vt exponit Erasmus, sed ad locū vbi athleta vnguebatur, qui ipse etiam *κρίσταλλα* ab eo vnguento dicebatur, Hieronymum reor respexisse. Et iam vox *Aditit*, locū potius, quam vnguentum respicit. vritur in hunc sensum ceromatis nomine Plinius, dum ait, quidem palastras athletarum in aginibus, & ceromata sua exornat. Proverbium de boue ideo dicitur, quod hoc animal certamini, ac palestra profus ineptum sit. propterea qui laudē bouem nutrebat, & vngendum ad illum athletarum locum mittebat, & oleum & impensas perdebat.

Sed Rufini, & Melanias magistrorū eius.] Melania, que vna cum Pauli Hierosolymā accesserat, Diuog, Hieronymo amicissima fuit, Rufini suasu, & obsecrationibus ab eo recepit, & Romam reuersa est: vbi vna cum Rufino sanctissimi viri inuidens nomini, eius vitia, ac scriptis semper detraxit. Quod autem Erasmus ad nigrum, & rufum colorem hic alluisse Hieronymum scribit, quid dicat profus ignorat.

Et alterius sapientis: Te ipsum intellige.] Hoc est, *πρόσωπον*, quod Chilonis fuisse creditur dictum. è celo, inquit Satyrus, descendit *πρόσωπον*. In loquendo simplicitatem excusabit sanctimoniam magnitudo, & syllogismos Aristotelis, contorta q; Chryssippi acumina resurgens mortuus confutabit.] Mirum est, quam hic inepti. Erasmus, cum tamē Hieronymi sensus clarus, ac perspicuus sit. cum enim dixisset. Qui sermone imitari se dicit Apostolos, prius imitetur virtutes in vitallorum: subdit deinde: Sic enim sermonis imperitiam, ac rusticitatem, sanctitatis magnitudo excusabit: & syllogismos contra se motos mortui suscitatio confutabit, hoc est, si mortuū ad vitam reuocabit, hoc vno signo cuncta syllogismorum prosterneret acumina: quia magis huic crederetur miraculo, quam omnibus contra se excitatis argumentis, ac syllogismis, etiam si Chryssippi, & Aristotelis illi fuerint. Verum in hac tanta luce, ac rei ipsius claritate, audiamus quæ sint Erasmi somnia. resurgens mortuus confutauit, sic enim legit, nō confutabit, siquidem illi, inquit, docent hoc necessario consequi, mortuus est, igitur non viuere: quod à priuatione non sit reditus ad habitū. at Christus ea confutat, qui viuunt, cum verè fuerint mortuus, hæc ille. Nulli dubium est Christum resurrectione sua omnia quorūcumque sapientū confutasse argumenta, & stultam reddidisse huius mundi prudentiam: sed quid ad huius loci propositum: loquitur enim hic de illis qui sermonis simplicitatem, Apostolorum excusabant exemplo, asserens si in hoc imitari placet Apostolos, imitetur eos primū in signis, & miraculis: quia sermonis imperitiam sanctitas magnitudine, & acutus syllogismos alicuius mortui suscitatio sic poterunt excusare. Quam Demosthenis, & Tullij Philippicas tibi scribete.] Hoc est, inuectiua, sic enim in Philippum orationes i scriptis Demosthenes, & eius exemplo Cicero eas quas in Antonium edidit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CII.

Asino quippe lyra superflue canit.] Proverbium est, in eos qui ad rem aliquam di. endā, vel faciendam inepti sunt. quippe cum nihil inceptum, & absurdum, quam asini canit ad lyram. Sed Latinorum codicum viti. sitatem, quæ ex diuersitate librorum omnū cōprobatur.] Corruptam sacrorum Bibliorum lectionem librorū vitio asserit, propterea, sancta à Tridentina synodo sancitum est, vt erroribus abutis, emendandis, & vitiis imprimitur editis.] Sintq; in hac re tantum simplices, vt Christi, verba existimant rusticana.] Apud Erasmus vox, re, deer, at, legebaturq; & pro vi, falso quidem, vt ex textu ipso constat. Numquid in lancibus idola cæata descripti?] Quod autem, argento simulq; alia pretiosa materia, in lancibus hac sculpebantur, calarenturq; hoc dicit. Verum ne Flaccus de nobis rideat.] Vox, de, à nobis reposta est. Amphora cæpit in fitui, currente rota cur virens exit?] Cum magnum quid explicare faceret, ag gredimur, & tamen paruum, & exile, quid facimus, sic Horatius exprimit: à sigulis tracta similitudine, qui interdum vas magnū incipiunt, & rota velocitate præcepti paruum tantum formant.

Reuertimur ad nostros bipedes asellos.] Sic vocat rudes, & imperitos homines. Illi gaudeant Gallicis canterijs: nos solutus vinculis, & in saluatoris ministerium præparatus, Zacharias asellus ille delebet.] Mysterium, non Ministerium, falso antea legebatur. Canterius autem equum castratū significat, vnde Canteriū nōrem in Sabinis dictum esse M. Varro auctor est. Gallia autem nomen adiunxit, propterea quod ex ea provincia, vt hodie ex Britannia, tales equi egredierentur, vocat autem Zacharias asellum, quod Zacharias propheta de asello cui Christus insedit, vaticinatus sit. Beatus qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant.] Sic habet Lxx. interpretes Isaiæ 32. vbi nos ex Hieronymi translatione legitimus, Beati qui seminat super omnes aquas, immittentes pedem bouū, & asinū.

V. à principio amicitiarum fidem probatæ fidei, & veteris amicitia præferbant.] Sensus clarus est, & oratio perfecta. Erasmus tamē, solita reuerentia, legendum putat: Quæ à principio probatæ amicitia fidei, & veteris amicitia noua præferbant argumenta. Sic Pythagoras Memphiticos vates.] Iuuenem in Aegyptum perrexisse Pythagoram, scribitur, & Memphis etiam degisse, ibi, ut Memphiticorum vatum arcanos secretorum libros, de innumerabilibus saculis observationem didicisse, contendit deinde Babyloniam, & Persidem, vt cursum siderum & Magorum disciplinam perciperet, iussit etiam Cretam scribitur, ibiq; vna cum Epimenide in Idam antrum descendisse. Trogus accessisse enim etiā Lacedæmonem scribit, vt Lycurgi, & Minou leges disceret: post hæc ad Olympicum descendit certamen. & Italiam denique aduauiganit, vbi & mortuus est, in domo scilicet Miloniæ Crot. nate, vt inter alios opiniones Laërtius refert. Sic Plato Aegyptum, & Archytam Tarentinum.] Platonem discendi gratia in Aegyptum perrexisse, omnis prodit antiquitas. Plutarchus videtur gratia oleum, vt ibi videret, secum apportasse scribit. Archytas autem Tarentinus Pythagoricus fuit, Platonemq; geometriam docuit. Tarentinorū temp. illum rexisse, & numquam ab hoste in conflictu aliquo superatum, ex Aristoxeni testimonio proditur. Eariq; oram Italia, quæ quondam Magna Græcia dicebatur.] A Græcis, qui eam possederunt, dicta sic fuit, cuiusmodi fuerunt Oenotrii, Lapyges, Messapij, & alij multi, Erasmus, dum quod Itali, illius ore incola, Græcæ ob Græcorum commercia loquerentur, Magnam Græciam dictam scribit, quid loquatur profus ignorat. historia clara ex veteribus est, & omnibus conuersissima, nos secundo libro Originum Italia Latè id explicamus. Captus à piratis, atque venūdatus.] Quod Plato à Polide Lacedæmonio Aegina venditus sit, eumq; Anniceus Cyrenæus xx aut, quem admodum alij volunt, xxx. emerit minis, à Laërtio proditur, verum, quod à piratis captus fuerit, hūc illum vendiderint, à probato aliquo, præter Hieronymum, qui existet, auctore non proditur. Dionysij enim tyranni ira, quæ Plato reprehendendo offenderat, traditum Polidi vt in Græcia venderetur, Laërtius, & ceteri, qui eum sequuntur, vt Marcellus Ficinus & Guarinus Peronenfis in Platonis vita, scribunt. Veriorem autem esse Hieronymi quam Laërtij sententiā, ex ipso Platone ego colligo, siquidem primo ex Sicilia reditu, quo Polidi Platonem traditum à Dionysio vt venderetur, proditur, hoc esse non potuit: amicitia enim à Dionysio tunc discisset Platone ipsi semper Plato epistola tertius, quæ est ad Hieronymum, his verbis asserit: Conuenimus vt donum remearem, sintiq; bello, quod tunc erat, ego & Dio Syracusam rediremus, tu autem nos adnotares. Neque etiā credi potest, quod si Italia à Dionysio Plato semel passus fuisset, rursus ad eū accessisset: sicut Dionys Syracusam cauit, & vt dixerim in philosophia studiū inueniret, illum ad eum rediisse constat ex epistola eius septima, quam Dionysio protulit, & amicus scribit, in ea enim cum profectioes omnes suas in Siciliam, & ex ea reditus diligenter connumeret, nihil tamē tale se à Dionysio passum alicubi asserit, in secundo quoque ex Sicilia recessu nihil huiusmodi ipsi contigisse, apud eum legitimus, sicut in tertio Dionysij permissu se recepisse, & ab eo etiam comite adiuuatum, eadem septima epistola ipsi semper prodit. Archytas enim Tarentini, & aliorum amicorum, non Polidis Lacedæmonij nani tertio illum euectum è Sicilia, in eadem epistola clare, diserte q; ipse scribit, discit autem quod parum bene animatum tunc in eū Dionysius esset, si insiguitur Platoni, magis quam Laërtio: de Platone credimus, referat, vt à pirata illum potius captum, & ab eis Polidi Lacedæmonio, sicut à Polide postremō Anniceo Cyrenæo venditum illum credamus, & forte pirata illi vel sub Polide fuerunt, & Platonem, vt Atheniensem Lacedæmonij inimicum, ceperunt, vel à Dionysio in ipsum postremō recedentem inmisit sunt. Ad T. Liuitium.] A Gadibus, extrema Hispaniarum ora, hunc Liuij videndi causa venisse, Plinius iunior in epistola ad Nepotem scribit. Apollonius.] Tyaneum intelligit, cuius vitam Philostratus octo voluminibus cōplexus est, verum nugacissimū fabulamentis, & inanis somniis refertam. Eusebii hoc Casariensis ei ex parte respondit. Philon amne transfmissio.] Hoc est Gange: sic enim Gangem sacra appellat scriptura.

Pervenit ad Brachmanas.] India populi Brachmanes sunt, multarum gentium, vt inquit Plinius, cognomine: vel verius India sapientes, Porphyrius Platonius eos qui generis successione studio religionis, & sapientia vacabant, Brachmanas qui verò ad idem electione tantum accederent, Samaneos dictos fuisse scribit. horum vitā Bardesanes

Babylonium litteris mandavit. & Strabo de eisdem multa prædicit. creatum interiturumque mandum credebant. à Deo tamen administrari, ac regi: vitamque, nostram nihil aliud esse, quam vitidum quendam hominis conceptum, & mortem ortum ad alteram vitam, si quis tam recte philosophatus esset. Vt Iarcham in throno sedentem auro, & de Tantalii fonte potantem. Princeps horum sapientum Iarchas dicebatur. Philosophus Apollonium Tyanicum ita ab eis acceptum refert. Iarchas auro throno, aureis eius statuis exornato sedebat, infra enim alij sapientes humilioribus sellis. is Apollonium nominatim ad se vocatū primo salutatur: deinde de philosophicis rebus mutuo disserunt: ostendit postea Apollonio Iarchas suam Tantalii nomine subscriptam, longā cubitos quatuor, similem manu phialam porrigentem, in hanc perennis humor ita distillat, ut nunquam ita aqua superas exundet: ex hac aqua Philosophi illi bibunt, antequam eant cubitum: & ex eadem propinant, cum aliquem in amicitiam recipere volunt: tota postremo de herbaceis iacentes somnos ducunt. Tantalii autem fontem vocat Hieronymus phialā illam, aqua plenā, quod Tantalii inscriptione notata sit sterua, que phialam tenet, Tantalii autem nomen statuae indium fuit, vel quod Deorum amicitissimus Tantalus fuisse scribatur, ita vt eos hospitio sapē suscepit, vel quod ita hospitalis, vt deficiētibus epulis, Pelopem filium vt Diis apponeret occiderit: vel quod apud inferos hac pena damnatus scribatur, vt aquam labro proximam semper habeat, & nunquam ex ea bibere possit. Vt Gymnosophitas. Cum Cicero libro quinto Tusculanarum quaestionum de Gymnosophitis ita scribat: *Que barbara India vastior, aut agrestior in ea tamen gente primum hi qui sapientes habentur, nudi acateme agunt, & Caucaſi nives, hyemalēque vim perferunt sine dolore; cumque ad flammam se applicauerint, sine gemitu adstantur: & Hieronymus in Aethiopia illos fuisse asserit: apparere & India & Aethiopia philosophos Gymnosophitas fuisse dictos, quod nudi vitam traducerent. Et famosissimam solis mensam.] Herodotus in tertio apud Aethiopes Macrobius fuisse solis mensam testatur, ad quam visendum se legatos misisse simulant Cambyses Rex, dum eis bellum inferre cogit, ibat. erat autem hac mensa huiusmodi, in subtribanis pratam quoddam omnium quadrupedum assa carne refertum visebatur, quam per noctem singuli cuius magistratus clam populo afferebant: ad eamque ubi illuxisset, cuiusque epulatum licebat accedere: indigena à terra epulas subministrari credebant, & veluti diuinum, solisque, id esset munus, solis mensam illam vocabant. Habet enim nescio quid latentis energie viua vox.] Sic habent omnes manuscripti codices, non *ερεπείας*, quod verbum iam ad Latinos venit, & Latiorum more instellatur. est autem energia viua quadam, & efficacia *ἔνδ' ὅδ' ἐρεπείων*, quod est efficere. Vnde & Aeschines cum Rhodi exularet. Atheniensis orator fuit Aeschines, Demosthenis annulator, diuersus tamen ab eo Aeschine, cuius vitam Diogenes scribit. ille enim esu disertissimus esset orator, Socraticus tamen fuit, & Platonis condiscipulus, & Socraticiorum more dialogos multos composuit. octo huius nominis Diogenes fuisse scribit. huncque, de quo Hieronymus meminit, tertio commemorat loco. Plutarchus in Demosthene, post Alexandri magni discessum, Demadem ac ceteros Alexandri amicos plurimum potuisse. Athenis, Demosthenis potentia omnino suppressa, scribit. verum quum accusatus Demosthenes ita absolutus fuisset, vt ne calculator quintam partem Aeschines iulerit, missus in exilium Aeschines fuit, Rhodon silicet, & Ioniam, ibique rhetoricam docuit. Legem Domini, & prophetas didicisse se gloriatur. Alter, legem Moysi, vi habent Brixiani codices.*

Arma enim militiae nostra.] τὰ ζῶν ἔργα τῆς στρατείας ἡμῶν, enim, deest at olim, nos ex antiquis exemplaribus reposuimus.

Et captiuas omnem intelledum.] καὶ αἰχμαλωτῆς ὄντες πᾶν νόημα, captiuam tamen legebat antea, sed falsus locus est. 2. Cor. 10. Ne negligat gratiam, quae data sit ei per impositionem manuū presbyterij.] ἡ χάρις ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν, sic etiam habet vulgata editio. 1. Tim. 4. prius tamen legebat, presbyterij. Aggeus propheta, immo per Aggeum Dominus, interroga, ait, sacerdotes legem: in tantum sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege, & in Deuteronomio legimus: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi, Multum exultauimus de restitutione huius loci. apud correptorem enim non Aggeus, sed Malachias, legebat, & non, interroga, ait, sed, interroga autem, vnumque autem falso. Antiquissimus sacrorum Bibliorum codex, quem Carolus Magnus Ecclesie Sancti Pauli Roma in via Ostiensis donauit, nos primum admonuit, interroga ait, legitur in eo, aſſicam enim p̄ incipio operis hanc habet epistolam. & iam in hanc sententiam subdit Hieronymus, interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi. At quod Aggei non Malachias hoc sint verba, omnibus conperissimum est. scriptum est enim Aggei capite secundo, Hec dicit Dominus exercituum: interroga sacerdotes legem, dicens, si uenerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tegerit de summitate eius patrem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum,

A aut omnem cibum, nunquid sanctificabitur? respondentes autem sacerdotes dixerunt, non. & dixit Aggeus, si tegerit pollutus in anima ex omnibus hiis, nunquid non contaminabitur? & responderunt sacerdotes, & dixerunt: contaminabitur. cum ergo dicat Hieron. quod propheta, quisquis fuerit ille, seu potius per prophetam ipse Dominus sacerdotis de lege interrogauerit, idque, tantum in Aggeo, non in Malachia legatur, clarū est, Aggeum legendum esse, non Malachiam, & alicuius scoli temeritate, falsam primò lectionem inductam, propterea quod Malachia dictum, quod labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius, magis vulgatum esset, quam istud Aggei. quae res etiam Erasimum decepit. Atqui nunquam talem Hieronymi sententiam in Malachia inuenies, quod scilicet per Malachiam Dominus sacerdotis interrogauerit: immo de huiusmodi interrogatione legis ne verbum quidem apud illum prophetam: & tamen omnis Hieronymi vis in interrogandi verbo posita est. Cur dicitur Paulus vas electionis: Nemp̄ quia vas legis, & sanctarum scripturarū armarium est.] Olim, Nemp̄ quia legis. Et erant iuxta quod scriptum est *θεὸς ἰδὺντος*. Sic legitur Isaię 54. ex septuaginta interpretatione, & etiam apud Ioannē Euangelistam c. 6. Prius tamen unica dictione legebat, *θεὸς ἰδὺντος*.

B Sapientiam autem non saeculi huius, nec principum istius saeculi, qui destruuntur.] Sic habet vulgata editio 1. Cor. 2. & similiter Græcus codex, *ὁὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τοῦ τῶν ἡγεμόνων*: quibus manuscripti Hieronymi exemplaria etiam consentiunt, apud Erasimum tamen legebat, *Que destruitur*. In tres partes scinditur, *τὸ δόγμα, τὴν μάθησιν, τὴν ἐπιπέπαιαν*. Prima enim pars decretum continet, hoc est id quod de quolibet morbo definitum est, secundā rationem seu compendium quoddam, quo ad finem peruenitur. Tertia verò ipsam experientiam. Homocentonas, & Virgilio-centonas.] Centones, vt testatur Ausonius, vocantur quaedam carminum structura, ac compositiones variis id loci, sensibusque diuersis confaricatae, vt ex eis sic compositis vnus praeceat sensus, quem seuncta illa non reddunt carmina. vox tracta est à centone, quod genus vestis stragula est, aut operimenti, ex variis rebus compositum, put a lana, tomento, & pannis; cuius vsus erat ad ictus hostium infringendos. Centonesque, inquit Casar, imicerunt, ne aut tela tormentis missis, tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis laterium discerent. Cato pro rusticis accipit vestimento, dum ait. Trei centones quatuor, sex calcitrax, non in stragula. Erasmus, quod Græci *κέντρονες* hos vocent, Homocentonas, & Virgilio-centonas legi debere existimat; Græcam enim compositionem esse maualt, proptereaque, Græcam seu Latini dictionem debere. Nos receptam consuetudinem magis probamus, sicuti enim abiectio, non centones sed centones Latini vocant, à Græcis enim vocem duci existimatur; ita eam litteram in compositione seruare non debent. praterquam Latinam potius compositionem esse, non Græcam, si quis contendere vellet, iure reprehendi aut posse, ignoramus. cuiusmodi enim sunt apud Latinos, Homocidium, Lapidicina, Latusclausus, Melliloquus, Mellifluus, Nubigena, & innumera alia: quis enim Græcum esse centonis nomine affirmare certo potest? non enim desunt qui Latinum potius esse nomen, & à multiplicitate rerum, quae in huiusmodi vestibus infarciebantur, centonem dictū existiment. Vt cumque constat apud Suidam *κέντρονα* & *σῦρα*, & carcar quo equus impellitur significare, & vestem similem pro iumentis, & qui eam confuit, item calumniatorem, & qui de alijs detrahit similiter appellari *κέντρονα*: inde *ἐμπερικέντρονα* tamen ex Homeri carminibus contexta opera, quā etiā Homero magis accipi, nec falsum in eo *ἐμπερικέντρονα* pro *ἐμπερικέντρονες*, vt putat Erasmus, legitur: quādo & *κέντρον* idē significat. Vnde Hesy chius Græcorum vocum certissimus interpret, *κέντρον* *βάλλει*, ac *υἰός* exponit: & ita Homocentona, quod est apud Suidam, non ita tamen Homocentonas sed Homocentonas etiam significat, cuius nominis Plinius in epistola ad Vespasianum, & alij ex veteribus meminerunt. Homeri enim flagellum vox Græca significat: sic enim vocatus fuit Zoilus quidam malignus poëta, qui aduersus Homeri libros scripsit. Proba Falconia ex Virgilio centones huiusmodi composuit: & in centone nuptiali Ausonius Gallus idem scribit. Gelasius Papa cum Synodo 122. Episcoporum Roma habitā, huiusmodi centonem de Christo Virgilianis carminibus compaginatū inter apocryphas reiecit scripturas.

C Iam redit & virgo.] Carmen Virgilij in Bucolicis est. *Cumana Sibylla vaticinium de Christo, & virgine Maria: cuiusmodi erant illa, quae per *ἀποκρίματα* composita sunt, qualia etiam à Cicerone citantur: in eis enim de Christo, & eius iudicio differi scribitur; & ex primis versuum litteris haec verborum cōpositio prodit. in *ὄνομα χριστός, θεὸς ἰδὺντος, σωτὴρ, σωτὴρ*. hoc est, Iesus Christus Deus filius, saluator, vixit. Verum sicuti ad Casarem ista infelices magis, quam imperitii eius saeculi homines traherant, quod Res. sine eius regno salus esse non possit, de Christo enim Sibylla id dixerat, ita illi Virgilius alio versu, extant Græcē Sibyllarum carmina, citanturque à Iustino, Lactantio, Clemente Alexandrino, & alijs ex veteribus multis, immo ab ipsis Apostolis in publicis concionibus citatis Sibyllas idem: Clemens testatur, ita enim de Christo apud gentiles etc.*

gentiles variatam sunt clare atq; dilucidè, vt propheta penes Hebraeos
 id fecerint parum aperius. an autem ea à posterioribus, quæ nunc de iudicij
 die Erythrae, aut Cumana Sibylle nomine circumfertur, eadem cum ea
 de qua Cicero meminit, vt quidam putant, fuerit incertum. hoc vnum
 ex Cicrone constat, à vñsto quodam Sibylle interprete compositam, &
 Sibylle nomine in vulgus prolata: ni Cicero etiam ipse desiderio abigē-
 di potius è Rep. tyrannum, quàm illum: pro vero Rege recipendi hoc di-
 xerit. Vide librum eius de Diuinatione secundum, & Augustinum de ci-
 uitate Dei libro 18. c. 22. Videlicet manifestissima est Genesis,
 in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diui-
 sione terræ, de confusione linguarum, & de descensione vsque in
 Aegyptum scribitur Hebraeorum.] Falsò legebatur antea ex interpretis
 correctione, De confusione linguarum, & gentium vsq; ad exitum scribitur
 Hebraeorum. non enim exitus Hebræorum ex Aegypto, statim post
 Genesim, sed multa post Exodi capitula describitur. Quatuor ex Florentia
 exemplaria in huc eundem sensum, quem ex alijs codicibus repositimus,
 habebant, & descensione vsque ad Aegyptum gentis scribitur Hebræorū.
 dicit autem Hieronymus Genesim manifestissimam, non per ironiam, B
 sed verè; significatq; in promptu esse, ac patere, vt de Exodo, ac
 Numeris situm dicit, hoc est non ignorari librum: non quiddam res que in
 libro describitur, mystica intelligentia manifestissima sint: hoc enim
 modo nullas sacra scripturae liber manifestissimus est. Hucusque
 Pentateuchus, quibus quinque verbis loqui se velle Aposto-
 lus in Ecclesia gloriatur.] Sic mysticè omnes veteres exponunt illi
 Apostoli verba 1. Cor. 14. Sed in Ecclesia volo quinq; verba sensu meo
 loqui, vt alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. Eras-
 mus tamen, vir semper sui similis, non solum taxat sacerdotes, quòd ma-
 gis faciant verba, que nec ipsi, qui sonant, intelligunt, sed etiam D. Hiero-
 nyum notat, quòd haec verba Pauli nonnullis in seruat vim: cum A-
 postoli mens fuerit, factus esse in Ecclesia quinque verba, que intelligun-
 tur, proferre, quàm decem millia, que ab audientibus non percipiuntur.
 hoc autem dicendo, verè ostendit se illum esse de quo alibi scribit Aposto-
 lus, Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus Dei: stultitia enim
 est illi, & non potest intelligere, quia spiritus inuider ex aminatur. in hunc
 modum Lullianus, & Porphyrius, acritim Christianorum hostes, Apo-
 stolos accusabunt, quòd loca quaedam ex veteri testamento in suum, què
 probare volebant, torsissent sensum, quibus à patribus plenè, copiosèq;
 responsum est. Profa incipit, versu labitur, pedestri sermone fi-
 nitur.] Vide de hac re infra in præfatione super Job, ubi latè id explicat.

Propositione, assumptione, confirmatione, conclusione de-
 terminat.] Hi partibus constat rhetoricus syllogismus. Primo enim
 rem proponimus: mox rationes pro ea assumimus: tertio testibus, & alijs
 confirmamus modis: postremo concludimus, quid iam ex dictis prodaturum
 sit. Veniam ad Iesum Naue, typum Domini non solum gestis, sed etiam nomine.
 trāsit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo.] Olim, Veniam ad Iesum Naue,
 qui typus Domini non solum gestis, sed etiam nomine. trāsit Iordanem,
 hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo. Et post euer-
 sionem prioris populi, effusum iri spiritum sanctum super ser-
 uos Dei, & ancillas.] Vox, iri, ex antiquioribus exemplaribus à nobis
 reposita est. futuram enim tempus Iobelis verba respiciunt. Sed & su-
 per seruos meos, & ancillas in diebus illis, inquit, effundam spiritum meum,
 & dabo prodigia in celo. Ainos pastor, & rusticus, & ruborum
 mora diltingens, paucis verbis explicari non potest.] Olim, De-
 stringens. Abdias qui interpretatur seruos Domini.] Olim,
 Seruus Dei. nam, כריתו seruum Domini significat, sicut כריתו seruum
 Dei. Nomina prophetarum qua sequuntur, ipsemet Hieronymus
 exponit. Iona enim columbam; כריתו Atichæas pauper. sive percus-
 sus, propter eam, coheres Christi. כריתו Nabum consolator: חבקוק
 חבקוק לuctor. ספחיהו Sophonias speculator, sive secretum Domini:
 אגג Aggeus festiuus, & Latus: כריתו Zacharias memoria, seu memor
 Domini, significat: sicut כריתו angelus, sive nuncius meus: כריתו
 Salomon, pacificus: כריתו Edras adiutor: & כריתו Nehemias consola-
 tor à Domino, seu consolatio Domini. Splendor eius vt lux erit.
] Olim, Et lux erit. Vt post equos rufos, nigros, albos, &
 varios.] Locus est Zachario vt in quadriga, inquit, prima equi rufi, in
 quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadri-
 ga quarta equi varij, & fortes. & ita etiam habent lxx. interpretes
 antea tamen legebatur, post equos varios, rufos, & albos. locum aliqui
 scilicet corrupti, quòd ex primo Zacharia capite, non ex sexto historiam
 acceptam putant: nec considerant, quòd ex ordine illam re censet Hiero-
 nyumus, & post candelabri mysterium, quòd quarto continetur capite,
 ad equos deinde descendat. nos ex Brixianis codicibus genuinam testi-
 monium lectionem. Et totius mundi Philoſtor.] Loquitur de Da-
 nièle, quem כריתו אש hoc est, desideriorum virum Deus appellat.
 Hieronymus in hunc sensum amatore historiarum totius mundi eum
 vocat. quòd opem enim quoniam israhel, Iesuchio teste, significat. Erasmus

et si sensum perceperit, in illè tamen, Philoſtoros, legendum censuit. olim
 Philoſtoros legebatur. Nā quòd Philoſtoros, antiquiores habent codi-
 ces, mendum est, sicut quòd alij legerint Polyhistor, hoc est multarum hi-
 storiarum: quòd nomen Appioni grammatico datum est, & ita Alexan-
 der quoque historicus vocatus est. David, Simonides nosſter,
 Pindarus, & Alcaeus; Flaccus quoque, Catullus, & Serenus,
 Christum lyra personat.] Vt David absolutissimum ostendat fuisse
 vatem, lyricis præcellentibus poetis comparat, & vt lyricos hos fuisse in-
 tellegamus, lyra nomen commodè admiscet. Simonides Cæus præca Me-
 licus fuit, de hoc enim non de Simonide Lambico intelligit, ab eoq; olti-
 uam in lyra chordam inuentam tradiderit, eius obitum latè explicat Ci-
 cero in libro de oratore. Pindarus notissimus est, sicut Catullus, & Ho-
 ratius Flaccus, vniuersis, vt vocant, lucerna. Alcaeus Atheniensis fuit,
 & vt quidam volunt, primus lyricæ carmine ludere cepit. Aulus Serenus
 lyricus ipse etiam fuit, & vt Terentianus est auctor, eleganti-
 ac facili ingenio, & ad iocos, amorisque describendos accom-
 modato: Maritimus Capella, ac Nonius sapsus eius carmina citant.
 Cherubim, quòd interpretatur scientiæ multitudo.] כרוב
 Cherub, quasi magister, exponitur, & quasi multiplicatus: quòd simul
 iunctum scientiæ multitudinem significat. Hoc tantum scio quòd
 nescio.] Sic Socraticum illud verè exponit, hoc vniuerso quòd nihil
 scio. Non sum tam petulant & hebes, vt hæc me noſſe polli-
 cear, & eorum finctus in terra capere, quorum radices in celo
 fixæ sunt: sed velle fateor, sedenti me præfeto, magistrum re-
 nueps, comitem spondeo.] Vt, in terra, hic vtique necessaria, ex
 Brixianis codicibus recuperata est, sedenti autem otiosum vocat homi-
 nem, ac nihil agentem: cui tantum se præſent in docendo. Codex ta-
 men à Carolo Magno ecclesie Sancti Pauli donatus, habet, Sed enim me
 præſeior. Et ineptè aliquid de Hermagore tumiditate effu-
 tiam.] Est eadem ſi significatio, magis tamen arriſte voce ſuſtiam,
 quàm effundam. Hermagoras Zeolides fuit Carion cognomente, rheo-
 ror egregius, sexq; de arte oratoria scripsit libros, & alia nonnulla. do-
 cuit Roma post Cæciliam, & sub Augusto iam senex deceſſit. meminit
 huius Cicero libro primo de inuentione, & in Bruto, & Quintilianus
 libro tertio de ſcriptoribus artium rhetoricæ: Theodori fuit auditor, & ſua
 ſcientia fretus, plus pollicebatur, vt constat ex Cicrone, quàm præſare
 poſſet, propterea tumiditatem tribuit illi Hieronymus. nam quòd timi-
 ditare, hic legi poſſit, vt putat Erasmus, falſum proſus est, & non minus
 ab historia, qua de Hermagora fertur, quàm à ſenſu, & verbis Hiero-
 nyimi alienum. Credenti totus mundus diuitiarum eſt.] Hoc
 est, vniuerſa que ſunt in mundo ſua ſunt, ac ſibi pro diuitiis ſeruiant, in-
 xta illud, Nihil habentes, & omnia poſſidentes. nam quòd penuriam
 tum, ac reconditam duntaxat ſepellectilem mundus hic ſignificet. eo
 ſenſu quo mundum muliebrem vocamus: ſonnum eſt interpretis.
 Vidua duo terra miſit in Gazophylacium.] Olim, ad Gaz-
 ophylacium.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CIIII.

CVM Danièle fortitus est nomen.] Quid Daniel desideriorum
 vir sit appellatus. Desiderius enim hic, ad quem scribit, vocabatur.
 Ita ingenium eius vinum probantes.] Quid verusta vna nouis
 præferantur vni. vnde in Euangelio; Nemo bibens vetus statim vult nouum:
 dicit enim, vetus melius est. sic Horatius taxat eos qui libros assi-
 mant annis, & Saryricus ait, Atque vni cedit Homero, propter mille
 annos. Hieronymus ita euenire lxx. interpretationi asserit, quòd propter
 antiquitatem à multis ceteris præferatur editionibus. Asterisco &
 obelo opus omne distinguent.] Asteriscus stellula est, obelus verus.
 illa quòd minus erat additum ostenditur, hoc, quòd amplius, iugulatur.
 Proprium ceteris ex dilegerant,] Quarta compono, simul or-
 dino: hinc ceteris ex dilegerant,] Quarta in Prouerbis.]
 Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua
 viua, inquit Christus Ioannis 7. hæc verba vnde hauserit, ignoratur; &
 fortè ex illis que perierunt accepta sunt. Hieronymus in Prouerbis apud
 Hebræos, non autem apud lxx. asserit hoc inueniri: vbi autem inueniatur,
 non prodit. Nos vbi in Prouerbis simi ignoramus, nisi de illis intel-
 legerit, Aqua profunda verba ex ore viri, & terrenus redundans fons sa-
 pientia. fons enim redundans aquam vinam vt habeat & statat necessè
 est: & nulla maior sapientia, quàm credere in Christum. Apocry-
 phorum deliramenta seclantur, & Hiberas nenas libris authen-
 ticis præferant.] Apocryphum, receditur, & occultum significat, quòd
 tales libri clandestini, ac domi legerentur, nec essent digni qui in publi-
 cum prodirent. ἀποκρύβει enim Græcis idem est, quòd abscondo. Hiberas
 autem nenas portentosas appellat nugas, quòd apud Hiberos semper
 segmentum aliquod magicum narraretur, non secus quàm apud Theſſa-
 los, & Circæos. Quia in Platonis dogma cadere videbatur.]
 Quid apud Platonem duplex deprehendatur diuinitas, immo Trinitas
 ipsa, vt ex eius dictis Marſilius colligit, nam & τριθεός vñ, id est pa-
 tris, & filius, & spiritus sanctus, & τριθεός vñ, id est pater, & filius, &
 spiritus sanctus.

ternam mentem, per quam vitia purgantur, ex Platone, ut testis est Augustinus, Porphyrius etiam predicabat. addebatq; inter hos tertium quendam alium esse, & ita tres Deos predicabat. lxx. autem procurantur ut Ptolemæus vnicuique Dei cultor, ex eorum interpretatione elicere non possit, duplicem esse divinitatem: propterea testimonia, quæ erant de filio Dei, et etiam de Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacerunt, ut Hieronymus asserit: feceruntq; id, ut Regi iustificarent, & arcum suum non vulgarent. Et nescio quis primus auctor Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scripturarum.] Reclè dicit, primus auctor, quis enim hoc primo prodiderit, ignoratur: nam quod ita à veteribus post Christum creditum sit, nulli ex veteribus affirmant, ut Iustinus martyr, Epiphanius, Cyrillus Hierosolymitanus, Augustinus, & alij. Cùm Aristæus eiusdem Ptolemæi *μεγαλειδος*, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint.] *ἑρμηνεύς* de satellitibus, ac protectores, à *χρησίου*, qui *ἄνδρος* Græcè dicitur, hic autem Aristæus liber nunc etiam Latine translatus circumfertur. Nisi forte putandum est Tullium Oeconomicon Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte orationem afflatus rhetorico spiritui transulisse.] *ῥοξ*, orationem, olim deerat, œconomicon autem Xenophontis, qui liber de re domestica administranda tractat, non solum Cicero, sed etiam Columella, trāsulit, vtraq; autem versio interitit. Aliud est, si contra fe postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerit, & emendatiora sunt ex plaria Latina, quæ Græca, & Græca quæ Hebraica.] Hoc est, si hoc quod pro receptissimo habetur, principij negaretur, aliud profectò esset. hoc autem dicitur veluti maxime absurdum, & *ἄδύνατον*, tamquam si nos diceremus: aliud est, si euangelium non credas, & veriorum putas esse Platonem quam Apostolum. quasi dicamus: si hoc nobis principium infuturum fuerit, actum est de te, nec tecum de fide disputare possumus, cui enim dubium est, fontem ipsum riuulis puriore manare, et quo lignus aqua sicut à fonte, eo minus sapere de fide. sic Græca ex Hebræis, minus Hebræis, sic Latina ex Græcis trāsata minus Græcis pura sunt, nisi scilicet origines ipsæ vitiatæ sint. quod multis in locis euenisse, hæc illi linguarum periti optime norunt. nos in fr. ex epla ponemus.

SCHOLIA IN EPIST. CV.

TANDEM finito Pentateucho.] Quod quinque libros continet, sic dicitur. *ἅπτε* quinque, *ἑνὸς* volumen. Grandi fœnore liberati.] *ἥσ* est vsura, quæ temporis intervallo augetur. Iosue Ben Nun.] *בן נון* id est filium Nun. Patris nomen Hebræi semper apponunt, ut familiarium Romani, vtrumque fit, ut ab aliis eiusdem nominis homines internoscantur. Et ad Iudicum librum, quæ Sophrim appellat.] *שופרים* iudicium, inde *שופר* index, & *שופרים* iudices. Ad Ruth quoque & Hester, quos eiusdem nominibus effertur.] Non iudicum titulo, vel sonant interpres, hos libros Hebræi proferunt, quia enim vniquam hoc audiuit? sed eisdem, hoc est Ruth, & Hester nominibus. Sed pro virili portione offerre linguæ mæx hominibus.] Lingua sita homines Latinos vocat: nec Dalmatas, ut falsò aliqui putant, intelligit.] Ut pro Græcorum *ἑρμηνεύς*.] Diximus alibi, sex sacrorum Bibliorum versiones Origenis studio simul per totidem columnas iunctas, & *ἑρμηνεύς* nuncupatas, quæ hæserint, ex Epiphaniis ibidem explicauimus; hoc est, lxx. Aquila, Symmachi, Theodorionis, Quinta Hierico in dolo inuenta, & sexta Nicopoli similiter in dolo reperia. Erasmus quia hæc postremas duas ignorauit, substituit ex suo cerebro pro eis duas alias, quæ non sunt, versiones, primam quæ esset Hebræa Hebræicis litteris scripta; & secundam quæ similiter esset Hebræa, verum Græcis characteribus conscripta. miræ hominis leuitas, qui quicquid sibi in mentem veniat, pro veritate mundo ingerat. vide Epiphanium in libro de mensuris, & ponderibus, & Nicephorum libro 5. c. 11. dicta sunt autem *ἑρμηνεύς* ab *ἑρμηνεύς*, quod sex significat, & *ἑρμηνεύς* simplicia: quod sex simplices, & sincera essent editiones: sicut octapla ab octo editionibus sunt appellata. Cesset arcuato vulnere contra nos insidetur scorpium.] Arcuatum dixit ab arcu, quod in modum arcus insidetur scorpium, dum mordet. Et nos ad patriam festinantes mortiferos Sirenatum cantus surda debeamus aures transire.] Alludit ad Vlyxi fabulam; qui cùm in patriam Ithacam reuertetur, à Sirenibus, ut testatur Homerus, dulci cantu reuocabatur: & ut ad se magis accederet, hoc carmine orabatur: *ἄδωρ ἄδωρ ἰδὼν ἑπὶ πλοῦσιν ἄδωρ ἄδωρ ἄδωρ ἄδωρ ἄδωρ*. ponit autem Sirenes pro illecebris, ac deliciis huius mundi: quæ quia noxie sunt, & mortem homini comparant, propterea mortiferum nomen annexuit.

SCHOLIA IN EPIST. CVI.

VIGINTI & duas litteras esse apud Hebræos, Sytorum quoque lingua & Chaldaeorum non testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est.] Confines sibi esse linguas, Hebræam, Syriacā, Chaldaicā, Arabicam, & Æthiopicā, nos in Æthiopia lingua institutionibus, quas Roma sub titulo tertio summo Pont. edidimus, demonstrauimus. Hebræa fons omnium est, quauis Chaldaicæ Babylonicæ id ipsum sita at-

tribuunt, quod in adificatione turri in lingua, quæ in operariis, ac mancipiis confusa, seu, ut magis proprie res explicetur, in multis diuisa est, in Rege, eiusq; familia illibata remansit. verum Hebræam non Chaldaicam illam fuisse linguam, ut ceteri omnes ego existimo: Abraham enim qui inde in Palaestinam veniens, secum eam attulit, Hebræicè, non Chaldaicè locutus est. hanc rationem veriorum alter esse propterea etiam ego existimo, quod Hebraica lingua simplicior sit, cetera magis composita: tribus enim litteris omnium ferè verborum radice apud Hebræos coartatur: latius patet penes alios. & iam magis congruum est prius existimare fuisse id quod simplex est, quam quod compositum; & quod breuius est, quam quod longius, quando de simplici compositum aliquod fit, & è breui longum, non contrā. Certumque est Ezdræ scribam, legitque doctorem, post captam Hierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias litteras reperisse, quibus nunc vtimur.] Certa omnium sententia proditur, sacros veteris testamenti libros ab Ezdra reparatos fuisse. Hieron. alias ab eo reperiatis asserit litteras. At ex secundo eius libro, capite octauo, citatos tantum ab eo libros constat, non reparatos, licet ut scriba reparare etiam potuerit: sed non probatur congregatusq; inquit scriptura, omnis populus, quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum, dixerunt Ezdra scriba vt asferret librum legis Moysi, quam praeceperat Dominus Israël. Attulit ergo Ezdras sacerdos legem coram multitudinē virorum, & mulierum, cunctisq; qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. & legit in eo aperte in platea, quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum. & infra: Leuita silentium faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo, & legerunt in libro legis Dei distictè, & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cùm legeretur. postea subditur quod ipse Ezdras vnā cum Nehemia, & leuitis interpretabantur populo legis partem, de sollemnitate scilicet illius diei, additurq; in fine: Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi sacerdotes, & leuita ad Ezdræ scribam, vt interpretaretur eis verba legis. Adde quod verisimile non est, vt ex sola lxx. annorum captiuitate, amissa lex Moysi fuerit: praesertim cùm numquā in ea viri sancti, & propheta, quibus id cordi erat, defuerint, vt fuit Daniel, Sydrac, Misach, Addenago, Ezechiel, Aggæus, Zacharias, & alij. propterea D. Hieronymus inuentorem tantum aliarum litterarum Ezdræm hic facit, hoc est emendatorem duntaxat legis, non nouum auctorem, ac velut perditæ recuperatorem. Hebræi celebratum fuisse ab Ezdra magnum quoddam scribam concilium, quod eorum lingua vocant *כנסת הרריה* in eod; interfuisse asserit eos quos diximus viros sanctos vnā cum Marochoa. longamq; conrotationem habent an in eo reparata lex, & puncta cum apicibus inuenta fuerint, vnā cum ea quam de litteris habent, superstitionosa magis quā necessaria obseruatione, vide quid de hac re scripserit Elias Germanus Hebræus.

Cùm ad illud vsque tempus idem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint.] Quales fuerint hi prisgi Samaritanorum, & Hebræorum characteres, ad hoc apparent reliquæ in scilo quodam argenteo Moisaico quatuor drachmarum, qui circumfertur. in eo enim ab vno latere Hebræicè scriptum est, Hierusalem sancta: ab altero, Siclus Israël. characteres ab Hebræicis nostri temporis longè diuersi sunt. pro v enim habent, M. pro h habent 7. pro iod, veluti digamma in versum hoc modo 3. & similia. Kos tantum aliquo modo Hebræici, quoniam est, retinet similitudinem. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio sub Leuitarum, ac sacerdotum censu mysticè ostenditur.] Hoc dicit, quia, vt constat Numerorum cap. 3. hæc fuit sacerdotum, ac leuitarum summa, millenario tamen numero. virginti enim duo millia censu fuerunt: propterea primogeniti, pro quibus leuita substituti sunt, quotquot hunc numerum exceperunt, quinque scelus, hoc est xx. denarius pro quolibet solutus, feruitutem, ac ministerium tabernaculi redemerunt. Et nomē Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie antiquis expressum litteris inuenimus.] Intelligit nomen *יהוה* quod quatuor scribitur litteris: & propterea, quod quid sit Deus, magis ceteris nominibus exprimit, *יהוה* ab Hebræis vocatur, plus enim de Deo dicere nõ possumus, quam quod ipsem dixit de seipso. *יהוה* *יהוה* *יהוה* *יהוה* sunt qui sum. quæ significatio hoc nomine explicatur, sicut quod nihil illi desit, ipseq; sibi vni sufficit dum vocatur *יהוה*. à Græcis primū *ω*, alterum *ω* *ρ* *α* *ν* *σ* *ρ* *α* *ν* *σ* *ρ* *α* *ν* dicitur. Sed & Plalmi.] Omnes plalmi quos hic recenset, cū alphabetice litteris singulorum in eis capita incipiunt, sequuntur vt numero XXI. contexti sint. tot enim alphabeti Hebræici litteræ.] Quibus eorum inchoant versus, sunt. Porro quinq; litteræ.] Quinq; esse apud Hebræos litteras, quæ aliter in principio, & medio, alit, r in fine verborum scribantur, nemo, qui prima Iudaorum attigit elementa, ignorat. Vnde & quin que à plerisque libri duplices æstimantur, Samuel, Malachim, Dibre Haiamim, Ezdras, Hieremias cum Kinoth; id est, lamentationibus suis.]

Hos quinque libros, qui duplices sunt, quinque dupliciter mystice adscribitur. Samuel enim duos continet libros, & totidem Malachim apud Hebræos. Latini Regum nomine appellat. scribitur, ut ceteris nihil amplius relinquatur. idem est enim hoc, quod callidos, & versutos homines versutos, & calliditate supplantare, & veteratores veteratores fraude decipere. Cicero pro Murena: Invenit est scriba quidam Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus edificandos fastos populo proposuerit, & ab ipsis carnis iuriconsultis eorum scientiam compalarit. Idem pro Flacco: hic hercule cornicis oculam, ut dicitur. nam hinc Hermippam, hominem eruditum cinem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide pecuniam sumpsit a Fufijs. huiusmodi est Prouerbum illud apud Aristotelem in Politicis, καὶ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ πρὸς τὸν ἄλλο ἢ τὸ πρὸς τὸν ἄλλο. Dicitur autem hoc propterea quod oculatissimi sunt cornices. & ubi oculatissimi contra ducendi occasio tollitur, idem est quod eorum confingere oculos, ut amplius quod reprehendant, non videant. Hoc ipsum presertim Hieronymus, libros sacros ex Hebræo in Latinum vertendo: ita enim Iudæorum confixit oculos, ut ipsi quo modo nobis illud erant amplius non haberent. utitur hoc prouerbio etiam Macrobius, & alibi idem Hieronymus. Hefychium laudat auctorem.]

Primus apud eos liber vocatur in ihs, propterea Gesenius appellantur in principio. Exodum, & וְיָרָה שְׁמֹרָה & hac nomina. Leuiticum, & וְיָרָה שְׁמֹרָה, id est sancta scripta: dicta sunt autem ita, quod aliud proprium quo censentur, non habeant nomen: non quod hac sanctis, alia Deo tribuantur, proptereaque minoris sint auctoritatis ista quam illa; omnis enim scriptura sancta est, & ut ait Apostolus, diuinitus inspirata. verum cum prima pars legem continet, Lex dicitur. Secunda à prophetis, qui sunt in ea, nuncupatur. Tertia cum nec legem habeat, nec prophetas, sanctarum scripturarum censetur nomine. sic in celo Angelorum nomen, quod omnibus aliis commune est, in eis tantum mansit, qui alio non censentur nomine. Tertius est Salomō, tres libros habens. Prouerbia, quae illi parabolas id est מִשְׁלֵי Mille appellant. Quartus Ecclesiastes id est עֵקֶל coelestis. Quintus est canticum canticorum, quem titulum שִׁיר שִׁירֵי שִׁיר Sir hasirim appellant. Alter, Ecclesiasten. Salomonem etsi tertio connumeret ordine, in tres tamen partes, propter tres illius libros diuidit. וְיָרָה autem apud Hebræos idem est quod apud Græcos Parabole, & apud nos Prouerbia: sicut קהלת Græcè ἐκλογαὶ λόγων, Latine concionator dici potest, quod in eo libro Ecclesiam, concionemque Salomon de vanitate mundi instruat; & quod ipse domi sensu, foris populo explicet. Canticum autem canticorum propterea dicitur, quod eximium quoddam canticum sit, & cetera omnia cantica superet, ac precedat. Qui liber apud nos Paralipomenon primus, atque secundus inscribitur.]

¶ In tabernaculo Dei offert vniuersique quod potest. In templo Dei, legebatur antea, sed falso. dum fabricaretur enim à Moyse tabernaculum, nondum à Salomone templum, hæc de quibus scribit, oblationes factæ sunt, ut constat Exod. 35. quid enim in pretioso illo, ac ditissimo Salomonis templo, pelles, & pili caprarum facerent? subdit in hunc sensum, se ipsum suam exponens Hieronymus: Unde & tota illa tabernaculi pulchritudo. Florentini codices nos admonuerunt. Vel Paraphrasen, si ingratum.] Paraphrasis est cum quid latius liberiusque exponitur, & seruato sensu Latini enagatur.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CVII.

Si septuaginta interpretum pura, & ut ab eis in Græcum versa est, editio permaneret.] Alibi quoque conqueritur editionem Septuaginta interpretum vitiatam, ac in varijs exemplaribus variam circumferri, quod idem & nos de sacris Bibliorum libri à Hieronymo versis dicere possumus: multa enim librorum, & impressorum incuria irreperunt in eos menda: nonnulli etiam ex alijs editionibus interposita: quæ res ecumenicam Tridantinam Synodum mouit, ut mandaret Scholia tom. 3.

A rursus eos quam emendatissime edi oportere. Illudentibusque Iudæis cornicum, ut dicitur, oculos confingere.] Prouerbum est, de his qui in re aliqua adeo docti, & ingeniosi scribunt, ut ceteris nihil amplius relinquatur. idem est enim hoc, quod callidos, & versutos homines versutos, & calliditate supplantare, & veteratores veteratores fraude decipere. Cicero pro Murena: Invenit est scriba quidam Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus edificandos fastos populo proposuerit, & ab ipsis carnis iuriconsultis eorum scientiam compalarit. Idem pro Flacco: hic hercule cornicis oculam, ut dicitur. nam hinc Hermippam, hominem eruditum cinem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide pecuniam sumpsit a Fufijs. huiusmodi est Prouerbum illud apud Aristotelem in Politicis, καὶ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ πρὸς τὸν ἄλλο ἢ τὸ πρὸς τὸν ἄλλο. Dicitur autem hoc propterea quod oculatissimi sunt cornices. & ubi oculatissimi contra ducendi occasio tollitur, idem est quod eorum confingere oculos, ut amplius quod reprehendant, non videant. Hoc ipsum presertim Hieronymus, libros sacros ex Hebræo in Latinum vertendo: ita enim Iudæorum confixit oculos, ut ipsi quo modo nobis illud erant amplius non haberent. utitur hoc prouerbio etiam Macrobius, & alibi idem Hieronymus. Hefychium laudat auctorem.]

¶ In tabernaculo Dei offert vniuersique quod potest. In templo Dei, legebatur antea, sed falso. dum fabricaretur enim à Moyse tabernaculum, nondum à Salomone templum, hæc de quibus scribit, oblationes factæ sunt, ut constat Exod. 35. quid enim in pretioso illo, ac ditissimo Salomonis templo, pelles, & pili caprarum facerent? subdit in hunc sensum, se ipsum suam exponens Hieronymus: Unde & tota illa tabernaculi pulchritudo. Florentini codices nos admonuerunt. Vel Paraphrasen, si ingratum.] Paraphrasis est cum quid latius liberiusque exponitur, & seruato sensu Latini enagatur.

B Egypti episcopus Hefychius fuit, passusque est sub Diocletiano, & Maximiano vna cum Phileæ, Pachomio, & Theodoro similiter Aegypti episcopi. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat.] Pro Luciano, Iuliani perperam apud censorem legebatur, fuit enim Luciano presbyter Antiochenus, qui, ut auctor est Hieronymus in catalogo, in scripturarum studio tantum laborauit, ut quadam exemplaria scripturarum, vsque ad ipsius Hieronymi tempus Luciane annunciantur. Passus est autem Lucianus sub Maximini persecutione, Origenesque de eo honorifice meminit.

C Et certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, & regione singula verba describens, ut vnus discentiens, statim ceteris inter se contentientibus arguatur.] Exemplaria habent Brixiani codices, Florentini vero, & Transalpini Exempla. Quod autem scholasticis suspicatur neutro modo legendum esse, sed potius Exapla, verum esse non potest. sex enim editiones exapla continebant, hic vero quatuor tantum conuexa erant, ut ipsemet Hieronymus ait. τέτραπλα igitur vera huius operis nuncupatio fuisse; in quem sensum à Nicephoro Callisto libro quinto, cap. 11. τέτραπλα appellatur. Hieronymus in catalogo, duplicem hac in re Origenis fuisse laborem ipse etiam scribit, cui Epiphanius quoque accedit. Primum, in quo quatuor, hoc est Lxx. Aquilæ, Symmachii, & Theodotiani interpretationes posuisti secundum, in quo ihs duas alias iunxit, quæ iam scilicet, & sexta in doctis inuentas: quod opus ἐξάπλα appellatur, à sex editionibus, sicut prius τῆς τετραπλα, seu τέτραπλα à quatuor vocatum est. In Psalmis autem etiam septimam immixsit, si Nicephorus verum asserit. nam Hieronymus immixsisse Origenem septimam scribit, sed an in Psalmis tantum, non prodit. Epiphanius octaua etiam meminit, non tamen quod Origenes illam addiderit: quod opus sicut ἐξάπλα nuncupat, ita illud quod septem continebat, ἐξάπλα appelleretur necesse est. Canino dente.] Genuinos & intimos molares eosdem dente Cicero ostendit dum ait, Dentibus in ore constitutis manditur, atque ab his extenuatur atque molitur cibis, eorum aduersi acuti morsu diuiduntur: eas intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Plinius nouissimos genuinos esse ipse etiam dicit. Canini autem, eodem Plinio auctore, inter latos, & acutos dentes positi sunt: & ita verum non est quod ait Erasmus, genuinos & caninos eosdem esse dentes. Et per vestium cola digererem.] κόλα membrum, versuum cola, id est versuum membra: quod quilibet versus à versu, veluti membrum à membro diuidatur. Hebræi Pasuch versus appellant, & quo vnus ab altero dissimulatur, Athenach, quod in eo spatio lectori requies detur. Iuxta Itheniam canens.] Meminit de Ithenia Plutarchus, Apphæius, & Valerius, quod Antigones præceptor et dixerit, cum parum commodè sciret populo canere, erat enim tibicen, Mithi cane, & musis.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CVIII.

A Troade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad ostia Tiberis nauigauerunt.] Troas regio in qua Troia fuit: Leucate promontorium Epiri: & Acroceraunia eiusdem Epiri montes, verum in fronte, à Pindi finibus ad mare vsque extens: extremoque suo promontorio secundum Europæ Iunum à tercio, hoc est mare Adriaticum ab Ionio dirimētes: Horatius infames, appellat scopulos: & Lucanus, Scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent, altissimi perhibentur esse montes, proptereaque sepe fulminibus percuti: vnde & illis nomen.

De Tibertate quandam legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi; & contuli cum eo à vertice, ut aiunt, vsque ad vnguem.] Auctorem, pro Doctorem falsè legebatur antea. A vertice autem vsque ad vnguem, Prouerbiū est, quo

totum negotium, id est à capite ad finem explicatur. Scindum quòd apud Hebræos liber Paralipomenon unus sit.] Libro, legebatur antea imperforum incuria. In Bruto Ciceronis.] Sic vocat Cicero librum in quo de claris oratoribus scribit.

Optima enim quæque, ut ait Plinius, malunt contemneri plerique, quàm discere.] Non erubescit vir sanctus etiam Plinii citare: cum n. s. uti quidam hodie placulum esse putent gentilibus vii testimonij: quod tamen D. Hieronymo familiare admodum est.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CIX.

Vitesiq; eorum supercilium.] Arrogantiam criticam, & superbium iudicium eorum qui tantum aliena carpere norunt, supercilium vocat. e. a enim oculi parte sarcelia, & complicata, huiusmodi contemptus exprimitur. Et ipsi facere nihil nouerunt.] Olim, ipse, tyrographorum somnolentia. Nec Apocryphorum tertij, & quarti libri somniji delectetur.] Tertius, ac quartus liber Ezra inter apocryphas scripturas reuicetur: propterea Tridantina generalis Synodus, primum tantum, & secundum canonicum esse dicit. Quòd verò circa discrimen vltimū illi legantur à nobis, ut obicit Erasimus, falsum est.

Nec de viginti quatuor senibus, sunt procul abijcienda.] Verbum, habentur, repeti hic debet, hoc scilicet modo: Vt quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus, scilicet habentur, sunt procul abijcienda, alioqui in sine deesset aliquid, forte, sint. Viginti quatuor autem seniores, de quibus mentio est in Apocalypsi, viginti quatuor sacra scriptura libros significare asserit: his enim canticum diuine semper canitur manifestati.] Clauis, quod dicitur, oculis,] Proverbum est in eos qui nihil respicientes vi libri faciunt, & dicunt ex animi impetu omnia.] Iudæos & Hebronitas.] Non significat semiuudæos, & semichristianos, sed verè iudæos. Aquila enim, Symmachus, & Theodotio, omnes postremo circumciderant se, & Iudæi effecti sunt, Aquila scilicet fidem abnegando ex Christiano, Symmachus ex Samaritano, & Theodotio ex Marcionista, seu Hebronista, vide Epiphaniū in libro de mensuris & ponderibus, hos duos postremos Iudæos, antea hereticos vocat alibi D. Hieronymus. Et per Origenis laborem in ἐξαρτῶς ecclesiis dedicantur.] Dedicasse ecclesiis Græci has editiones dicuntur propterea quòd ab ecclesiis legerentur, non quòd ex admittione Origenis in ecclesiis legerentur, quòd asserit Erasimus, nam etsi eas in vno volumine posuerit Origenes, non legebatur tamen in ecclesiis, excepto Daniele, nisi lxx. editio, vnde infra epistola cxii. loquens de iisdem interpretationibus Aquila, Symmachi, & Theodotio, ait: & tamen in ἐξαρτῶς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris. & in epistola cxvii. Græci post lxx. translatores, Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vi lxx. magis ex collatione eorum intelligant.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CX.

Vt librum Chaldaeorum sermone conscriptum.] Tobia hic liber vulgò impressus circumsertur. Hebræi extra canonem, historia scilicet tantum loco habent. His, quæ Hagiographa memorant, mancipantur.] ἀπό παλαιῶν sanctas significare scripturas supra diximus: ibi quæ cur tertiam tantum illarum partem sic vocetur, etiam explicauimus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXI.

Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquiesci petitioni vestra.] Discre ex hoc loca potes, ad Ecclesiam pertinere recipere, vel rejicere libros: multos enim, quamuis in canone Hebræorum non sint, pro canonicis ipsa recepit, vt Tobiam, & de quo nunc loquitur, Iudith, qui abdo à Tridantina Synodo, vt factum fuerat aliàs, recepti sunt, etsi inter canonicos, suo scilicet tempore, non receptos, infra epistola cxv. scribit Hieronymus. Et triumphali laude, perpetuis eam præconiis declarate.] Quòd victoriam de obruncato retulerit Holoferne, triumphalem illi laudem tribuit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXII.

Expresserint.] Scilicet, Aquila, Symmachus, & Theodotio olim tamē, expresserint. Sed ex ipso Hebræico, Arabicoq; sermone, & interdum Syro.] Quamuis liber Iob Hebræicè scriptus sit, admixte sunt tamen interdum harum etiam linguarum locutiones: vt de Chaldaea enenit in Daniele, hoc autem enenit ex persona eorum qui loquuntur. ἡ ἑξαποστολικός.] Id est figuratus: quia non sit simplex oratio, Dionysius Halicarnasæus scripsit librum πρὸς τὸν ἑξαποστολικόν. Vt si velis anguillam, vel muræulam.] Elaborantur enim ista &

manibus tanto citius, quanto fortius strinxeris, quòd lenissima sint cutis, & in angustum sine squamis finiant. Hexametri versus sunt.] Si quis huius rei experimentum sedulo, & secundum Hieronymi regulas fecerit, inueniet, sicut ego inueni, verum esse quòd ille dicit, esse scilicet in Iob hexametros versus ex Spondeo, Daçtulo, & aliis pedibus, vt Tracheo, Lambò, & Proceleumatico currentes: non enim syllabarum, sed temporū in eis habetur ratio, vt scilicet duæ breues pro vna syllaba longa ponantur: nam & Proceleumaticum, hoc est quatuor breues, pro Daçtulo, qui ex vna longa, & duabus breuib; constat, poni, omnes sciunt: quòd eadem ratione in spondeo etiam sit apud Iob. Interdum quoque ihythmus ipse dulcis, & tinnulus fertur numeris legè solutis.] Olim, nuntius pedum solutis, nos ex Brixianis codicibus ita emendauimus, accepit enim id ab Horatio, qui scribens de Pindaro ait, Numerusq; fertur lege soluta. Paruum comma quòd remanet.] κῆρυξ incisio Latine dicitur, κῆρυξ ἄνω ἢ ὑπὸ κάτω, sic partem orationis vocamus, & in versu, cum post duos aut tres pedes syllaba aliqua superest.

Alcæi, & Sapphus.] De Alcæo lyrico poeta supra diximus. Sappho autem mulier fuit ipsa etiam lyrica carmine insignis, Etesia genere, & Alcæo coæua, Tarquinij scilicet Prisci tempore, à qua plestrum inuentum proditur: scripsit præter versus lyricos, etiam iambos, epigrammata, elegias, monadesq;. altera iunior, Mitylenæa fuit, cui egyptiam testimonium Antipater Sidonius reddidit, scripsit ad Phæonem amicū infigne carminum opus. Vt qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus.] Et qui, falso legebatur antea. Vncialibus, vt vulgo aiunt, litteris.] Hoc est magis, nam mensuras etiam vncia respicit, & vt alibi diximus, pondera omnia, ac numeros, sic autem legendum esse, vñ initialibus, quòd scholasticus refert, constat ex eo, quòd onera libros tales appelleret, ex magnis enim litteris magni etiam prodeunt libri, qui petiit onera sicut quam codices.

SCHOLIA IN EPIST. CXIII.

Aut palmarum folia complicarem.] Aegypti, & Africani ex palmis multa conficiunt, vt ex corticis filis, & frondibus flabella, vestes, funes, & flores. Paulum Thebeum sic sibi pro indumento palmarum folia complicasse, testatur Hieronymus in eius vita descripta.

Pro flabello, calathis, sportellisq;.] Hæc omnia, similiaq; manachi, ne vacarent otio, suis conficiebant manibus, canistrum enim calathum dicimus. Duplicia sunt ei vniuersa reddita.] Constat ex fine libri Iob, quòd Deus vniuersa qua amiserat, duplicata illi reddidit.

SCHOLIA IN EPIST. CXV.

Quasi aut æquum sit me vobis esurientibus & aliis laborare.] Et, vti supersua vox, expuncta à nobis fuit. Fertur & πατριος Iesu filij Sirach liber, & alius λευδὲρ ἡ γαγος, qui sapientia Salomonis inscribitur.] Panaretos, falso & hic, & alibi penes Erasimum legebatur. Panaretos enim vocatus est liber, quem Ecclesiasticum dicimus, quòd de omnibus tractet virtutibus, sic vocat illum D. Athanasius in epistola vbi catalogum sacrarum librorum ponit, & ita etiam Ioannes Damascenus λευδὲρ ἡ γαγος autem significat falso inscriptum: quòd falso Salomoni liber ille inscriptus sit, cum sit Philonis Iudæi.

Quæ non in tertium vas transfusa coacuerint.] Aesculus vina qua sapius transfunduntur, est in Proverbio.

SCHOLIA IN EPIST. CXVII.

Et aliquid simile habere de Psalmis, & operibus Salomonis.] Psalmi breues quosdam habent sententias, qua versusum instar apud Hebræos sunt, propterea quòd nec περιὸδὸς, nec perpetuam recipiunt orationem: non enim pedum regulis, vt fit apud Græcos, Latinoq; conuertantur, inceduntque, sed eo excurrunt modo, quo apud Etruscos, vt nunc vocant, ea carmina qua soluta appellantur, sic accidit Salomonis operibus, præsertim Cantico canticorum: in quo non solum concisus versusum instar sententias inuenies, verum etiam fines medio respondentis; vt est illud שְׁלוֹמֹה בְּיָמָיו יָדָה עֲרֻלָּתוֹ, Erculum fecit sibi Rex Salomò. huiusmodi sunt apud nos carmina qua leonina dicuntur, vt illa qua in apside sancti Petri, super eius sepulchrum Roma in hac verba leguntur: Summa Dei sedes hac est, sacra Principis ædes, Mater cunctarum decus, & decor ecclesiæ. Vt per cola scribantur, & commata.] κῆρυξ membrum, κῆρυξ incisio, in oratione cola sunt vbi sensus perfectus est, commata vbi imperfectus, perfecta enim oratio membris cūctat, imperfecta commatibus, sunt enim commata veluti iunctura in brachiis, cola verò ipsa brachia.

SCHOLIA IN EPIST. CXVIII.

Hieremias propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem

quidem apud Hebræos Esaię, & Osee, & quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est.] Falsò legebatur antea apud Transalpinos typographos: Hieremias propheta, cui hic prologus scribi, sermonetur quidem apud Hebræos. Quadruplici planxist alphabeto.] Lamentationes Hieremie quadruplici cõstant alphabeto, propterea quòd quatuor continentur capitibus, qualibet scilicet suo capite ab alphabeti litteris per ordinem versus apud Hebræos incipiunt. Latini nominatis Hebræicis litteris, quotquot illa fuerunt, id expresserunt, aliter enim id facere nequiverunt.

SCHOLIA IN EPIST. CXIX.

Sed veterò ne illud eis eueniat quod Græcè significantius dicitur, vt vocentur φεζολδοποι, quod est māducantes sannas.] Mirum est quòd in hoc loco restituendo laborauerimus. legebatur enim prius senecias, non sannas, quæ vox cum nec Græcè nec Latine aliquid sibi vellet, pugnat, sunt super ea multi tanta varietate, vt non solum quid significaret, sed quid etiam significare potuerit, incertius postea quam esset antea, factum sit. Senecias, dixerunt, est immundum animal, seu immundus mus, labium senis seu corrosum, rōbrū quod est sub aure piscis, aut illa piscium, sic enim nescio quid vocant, salina desluens per genas, herbe genus, cui nomen senecio, & Italorum lingua fabula inepta. Erasmus ipse etiam diu super hac re tortus, ad comiecturas confugiens, salann pro vera lectiōnem substituit, & versus vnū à Hieronymo abscidit. pro φεζολδοποι enim, φολολδοποι substituit: verba autem, quod est māducantes senecias, vt ab imperito aliquo adiecta, expunxit. Alius quidam Parisiensis Theologus, cuius opera factorum Bibliothecæ libri Parisi anno Domini MDLII. impressi sunt, vir quidem doctus, & laboriosus, partim Erasmiū secutus, partim non, φεζολδοποι ipse etiam legit, addiditq; postea, vt Græcam vocem exprimeret, de suo: Quod est conuiciis gaudentes, sic error errorem gignit, legendum est igitur, vt cuncta manuscripta habent exemplaria, φεζολδοποι, quod est māducantes sannas. Cum autem Erasmus ait, compositionem hanc apud Græcos non consistere, cum potius dicendum esset, λολδοποιος, sicut dicimus λολδοποιος, ostendit se Græcas litteras non satis bene didicisse: perfecta enim apud illos voces in compositione commutantur, vt δροφίος, οιδόδεος, δροφίδης, δροφίος, & similia. in hanc sententiam inuenies apud Hesy-chium, φεζολδοποιος, & φεζολδοποιος, voces quæ à φεζολ incipiunt, hoc est qui hominem comedit, & φεζολδοποιος: inuersa compositione dicitur, & qui multum māducat: hunc autem loquendi modum à Demosthene Hieronymum accepisse existimo: ille enim in oratione περὶ σαρδάνων vocat Aeschinē aduersariū suū λολδοποιος: quòd ei obtrectando conuiciis vesceretur, ac saturaretur. Sanna autē quod idē prorsus sit cum dōctio, ac λολδοποιος, nemo est qui ignoret, inde enim subannandi verbū ducitur. Postica, inquit Persius, occurrere sanna. posticam enim sannam vocat, conuicium quod à tergo homini inferitur. & Iuuenalis, in nunc & dubita, qua sorbeat aera sanna Tullia. De Iob verò quòd scriptum sit ipsum bibere subannationem quasi aquam, alio modo: quòd reciperet scilicet, non inferret conuicia, intelligi debet. sannas autē hic legendum esse patet ex ipso Hieronymo, qui ante hunc versus ait, Si autem amici mei & hunc subannauerint, dicite eis, quòd: nemo eos compellat vt scribant, sed veterò ne illud eis eueniat quod Græcè significantius dicitur, vt vocentur φεζολδοποι, quod est māducantes sannas, à sanna enim subannatores dicit sic egregie explicat.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXX.

Slue quia sermo Chaldaicus est.] Incipit Chaldaicus sermo in Daniele, capite secundo ab eo loco vbi scriptū est, Responderuntq; Chaldaei Regi Syriacè, Rex in septem iterum viue, extendit urq; vsque ad visionem anni tertij Regis Balthasar, quam Daniel vidit in Susis, hoc est vsque ad caput octauum. Hieremias pericopcn.] Sectionem. περὶ βιβλίου enim idem quod refecto significat. Cum me in linguæ huius piftinum reclusissem.] Prouerbij loco vsurpari solet prore maximi laboris, quòd in piftendo frumento ingentes subirentur labores, quapropter mancipia ad huiusmodi opus irudebantur, non enim prisca ac rudis illa atas inueniat, quo modo aquis vel etiam vento, vt in Gallia, & inferiori Germania fit, frumentaria mola verteretur. Ad vocem Græcam alludit Daniel, cum interrogasset vnū ex illis sacerdotibus, dixissetq; vbi vidisti eos colloquentes, illiq; respondisset, sub scchio, subinferendo, ecce Angelus Domini scindet te medium; & scchio enim leniscus est, & scchio idem quod scindet; & aliter qui dicit se vidisse eos concumbentes sub primo, περὶται, hoc est, scerete: περὶ enim idem est quod seco. Discophorum.] Discum asserens, δισκοφοπος Græcè dicitur, est autem discus vas quo carnes seu prandium fertur.

SCHOLIA IN EPIST. CXXI. Quem Ezdrā scribam, legisq; doctorem Hebræi autmant.] Hanc opinionem quòd Malachias Ezdras fuerit, latius in præfatione quam commentarijs super Malachiam prophetam D. Hieron. præfixit, securus est, asserens & tempus, & titulum, & ea quæ in Malachia volumine continentur, Ezdræ optimè conuenire. Dorothæus tamen, cum quo Augustinus consentit, Episcopus Tyri, qui sub Constantino Magna vixit, diuersum ab Ezdrā illum facit, scribens quòd post reditum populū à Babylone natus sit in Supha, vocatumq; asserit Malachiam, quòd velus angelus quidam à populo habitus sit. מלאכי enim angelum meum significat: & si לxx, & γγλος εὐρωδ, id est angelus eius, & alij, atque angelus, interpretati sunt. Osee synchronon.] οὐγγγλος eiusdē temporis hominem significat, contemporaneum vulgus appellat.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXXII.

Quæ vel Samaria, vel Israël sæpè memorantur.] Olim, vel quæ Samaria. Auditus autem.] Spiritualem auditum, qui corde, non aure percipitur, intelligit, vt qui propheta plurimum fieri solebat, secundum illud, Locutus est Dominus in me.

SCHOLIA IN EPIST. CXXIII.

Senis mutare linguam.] Quòd difficile sit seni mutare linguam: eam enim tenera atas facile arripit, dura autem difficile. A salua quam imbibit.] Saluam gustum animi vocat, quòd salua ea quæ à capite descendit, sapit, & qualia illa sint, ex gustu suo nobis referat. Tu qui summus sacerdos es.] Non refert quòd Hieronymus Demasum, summum sacerdotem vocauerit, non summum Pontificem, quòd non sine dolo notat Erasmus, quando duo sunt in Romano Pontifice quæ considerentur, ordo scilicet, & iurisdicctio: quo ad ordinem par ceteris Episcopus est, & hoc modo summus tantum sacerdos vocari potest, hoc est Episcopus: quo verò ad iurisdictionem, primus omnium est, caput, & vnimersalis Ecclesia Pontifex: in eo enim tota iurisdictione Ecclesie residet, & ab eo in reliquos Ecclesie Pastores, veluti à capite in membra, & à fonte descendit in riuos: cum Petro enim soli onēs Ecclesia commendata sint, sequitur, vt super oues nullus Pastor iurisdictionem habeat, nisi illam à Petro suscipiat, hinc vnuersissima, & à Apostolis vsque accepta consuetudine, seruatur, vt potestatem in populos exercere nullam possint Patriarchæ, & Archiepiscopi, nisi pallium à corpore sancti Petri per Romanum Pontificem prius acceperint: & hæc est stola illa Pontificalis, quam se Roma accepisse Athanasius Alexandria Patriarcha testatur, hanc autem distinctionem, qua omnia hæreticorum in Romanum Pontificem argumenta soluantur, si nouisset Erasmus, non dixisset, sacerdotis nomine Episcopus hic intelligi, & non medicis auctoritatis illorum saculo fuisse Romanum Pontificem: quasi non semper eandem potestatem haberit, & quidem supremam, aut vnā cum tempore illa mutata sit. Nos latè omnia hæreticorum argumenta confutauimus in libro quo Martino contra Papatum scribenti respondimus, edetur autem suo tempore. Tertio gradu ad nos vsque peruenit.] Tertio gradu vetus testamentum ad nos peruenisse dicit, propterea quòd Hebræicè scriptum illud sit, deinde ex Hebræo in Græcum translatum, & tertio ex Græco Latinum factum sit. Quos à Luciano & Hesy-chio nuncupatos.] Vide supra epistolā cxi. vbi de hac re scriptum. Quatuor tantum euangelia, quorum ordo est iste.] Euangelia legendum est, non euangelistas, vnde subditur, codicum Græcorum emendata collatione, emendata scilicet euangelia. Codicum Græcorum emendata collatione, sed & veterum. Quæ ne multum à lectiōnis Latinæ consuetudine discrepant, ita calamo temperauimus, vt his tantum quæ sensum videntur mutare, correctis, reliqua manere paterecur vt fuerat.] Hic locus vitiosus erat antea, cum distinctione, tum vocum transpositione, ita enim legebatur, sed & veterum, nec quæ multum à lectiōnis Latinæ consuetudine discrepant. Ita calamo temperauimus, & c. veluti post vocem discrepant, perfecta est oratio. Canones quoque quos Eusebius Cæsariensis Episcopus, Alexandrinum secutus Ammonium.] Hic quoque locus vitiosus erat, habebat enim, Eusebius Cæsariensis Episcopus Alexandrinus, secutus Ammonium, quasi Eusebius Alexandrinus fuerit Episcopus, nec satis fuisse vocasse illum Cæsariensem Episcopum, Ammonius ipse fuit Alexandrinus, non Eusebius, vide catalogum. Ex minio discolorum numerum.] Rubrica genus minium est, eodē rubra reddebantur litteræ. Cerulas miniatulas appellat Cicero. Et cum cietis, recurras ad volumina singulorum.] Vocem, & nos reposuimus.

SCHOLIA IN EPIST. CXXIII.

Itaque quoniam Etherio tabellario ad me remisso, nullam iam te

viam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Hieron. in commentariis super Matthæum, dum hunc locum pertractat, ait, adscriptum fuisse prius, per prophetam Esaiam dicentem: mox, quod in Esaiæ locis non inueniretur, Esaiæ nomen abrasum, veram autem lectionem fuisse, per prophetam Asaph. Asaph enim, hic psalmus est.

Taurum homicidam; & iumentum homicidæ cum eo. Si bos, inquit scriptura, percussit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedent carnes eius. & alibi: Mulier qua succubaverit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo.

Nos autem derelinquentes Capharnaum, agrum quondam pulcherrimum, & cum Iesu egredientes in desertum pascamur panibus eius. Alludit id illud quod Ioannis 6. cap. scriptum est: Turbam qua panibus in deserto saturata fuerat, rursum Capharnaum accessisse, ut et terrenis panibus manducarent. carnalis enim, non spiritalis hominis est terrena tantum petere. asserit hoc Hieron. ut doceat spiritaliter quoque esse intelligenda qua de quadraginta duabus mansionibus scripta sunt. contendere enim Capharnaum pro peregrino tantum terrenorum, cibo, non probatur à Deo: quapropter reprehendit huiusmodi qui pro tali cibo ad se Capharnaum venerant, Christus, dum ait, Quantis me non qui vidisti signa, sed qua manducasti ex panibus, & saturati estis. operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem filius hominis dabit vobis. כפרנאום autem non agrum pulcherrimum significat, tunc enim כפרנאום scribitur, sed propitiationem aut villam consolationis.

Si insipientes sumus, & iumentorum similes hordeaceis. Multis ostendit sacram veteris Testamenti scripturam, non debere secundum litteram tantum intelligi, & exponi, sed habere sensum sacramentalem, & qui recondita mysteria infinita contineat. hoc autem asserit, ut has quadraginta duas Hebræorum mansiones, seu potius castrametationes, iter quo ex hoc mundo ad caelum, veram promissionis terram, contenditur, significare ostendat. alioqui littera tantum mortua adherere, idem est prorsus quod iumentorum modo, hordeaceis alimentis pasci, & hac in re turbam, & imperium vulgus sequi, quod à Domino hordeaceis, non triticeis panibus legitimum exaturatum.

Exterminator transit, & terram Gessen pastoralem, & pluvius irrigatam, non audent attingere. Si verum est quod Erasmus hic ait געסן Gessen Hebræis significare terram complutam; fateor neminem præter eum Hebræicam scire linguam. verum illi, qui vix Hebræica elementa attigerat, satis fuit ex his verbis Hieronymi hanc extorsisse interpretationem. געסן enim nomen propinquandi significationem habet. vocavit autem propterea terram illam pastorem D. Hieron. quod Iacob tributa fuerit à Pharaone, ut ibi pecora sua pasceret, propterea quod optima esset, & herbis fecunda. Pluvius autem irrigatam, cum Aegyptus Nilo irrigetur, non pluvius, propterea dixit, quod terra Gessen cum mari mediterraneo in primis Aegypti oris proxima sit, & nebulas multas, quibus subiectam Aegyptum Plinius scribit, & rorem, quo perfundatur etiam in magnis aestibus, habeat copiosum.

Appellatur ipsa sollempnitas Phasæ, quam nos transitum appellare possumus. פסח Hebræicè transitum significat. Et tam in transitu ab Hebræis celebratum est Pascha, azymiq; panes ab eis comestis sunt, quod, cogentibus Aegyptiis, fermentari illi non potuerunt. ad hoc etymon alludit Ioannes Evangelista, cum dixit, ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.

Quas Græci ἀσπίδες vocant. Quod dum castra mouentur, tentoria, vasq; omnia exercitus cōponantur, tollanturque: ab ἀσπίς enim ἀσπίς, indeq; ἀσπίδες ducitur. Per has currit verus Hebræus, qui de terra transire festinat ad caelum. יצרי quod est Hebræus, יצרי id est à transiendo nomen ducit. נפתלים in hunc sensum à Græcis vocatur.

Nec mitum, si in illo numeri sacramento pertentiamus ad tegna caelorum, sub quo Dominus atque Saluator à primo Patriarcha peruenit ad Virginem. Loquitur de numero quadragesimo secundo, quo mansiones omnes terminantur, dicens non sine mysterio hoc factum esse; cum eodem numero à primo Patriarcha ad Virginem Christus peruenit. tot enim ab Abraham vsque ad Christum, ambobus scilicet numero inclusit, generationes apud Matthæum sunt. Quid enim sacratius, diuinusq; excogitari potest, quam eodè numero nos ad Christum redire, quo ipse descendit ad nos? ad Christum enim reditur, cum ad veram promissionis terram ex hoc mundo peruenitur.

Prima mansio.

Quando hiems præterit, & abiit sibi. Sic est in vulgata Ecclesiæ editione, & idem apud lxx. inuenitur. δ χειμῶν παρήλαθον, δ χειμῶν ἀπὸ τῆς ἐπιπέδου ἐλάττω. antea tamen legebatur, præterit, & abiit sibi.

Secunda mansio.

Tunc non comedimus de fermento Aegypti, de fermento malitiæ & nequitiae. Olim, de fermento Aegypti, malitia, & ne-

quitia, has enim duas voces, de fermento, ex Florentinis codicibus reposuimus.

Tertia mansio.

Tu dirupisti fluuios Eiham, id est fortes. Versus est ex psalmo 73. טו דירופתים אמתים יך דעווארפן, טו דעווארפן אמתים יך אמתים. Hebræi verò, אתה בקצת מועד ונחל אתה הובטת חרות, אמתים ונחל אתה הובטת חרות, hoc est: Tu dirupisti fontem, & torrentem: tu exiccasti flumina fortia. olim apud Transalpinos typographos; ex Erasmiانا correptione, legebatur; Flumina Eiham, id est fortes. cum dicitur dum sit; aut flumina fortia, aut fluuios fortes. vox אמתים vitiosa est hoc in loco apud Hebræos, אמתים enim seu אמתים legendum est, scilicet ut in fine in littera sit, non n. sic enim legitur Exodi 13, & Num. 33, apud eosdem Hebræos, vbi de loco hoc mentio fit: sic habent hic lxx. interpretes. & ita interpretatur Hieronymus, dum perfectionem asserit significare. Perfectionem enim non significaret, nisi ה mem littera vox clauderetur. Præparemus nobis fortitudinem, assinamur perfectum robur, ut inter errorum tenebras, & confusionem noctis, scientiæ Christi lumen appareat. Dies quoque noster nubem, & noxigenem habeat protegentem: ut his ducibus ad sanctam terram peruenire valeamus. Hoc dicit, quia scriptum est Exod. 13, cum tractatur de hac mansionem in Eiham, Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux esset iuneris utroque tempore. Numquam desuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem. apud Brixianos codices desunt haec voces, Et nox ignem. & quidem rectè, nam ignis qui in tenebris, & noctis confusione populum præcedebat, iam explicitus est, cum Christi lumen, illum esse Hieronymus enarrauit, quapropter rursus de eo scribere superfluum videtur: præter quod vox, protegente, ad nubem tantum referri posset, non ad ignem. ea enim in die homines ab æstu protegentur. & iam Hieronymi spirituali sensu est; ut postquam in huius mundi nocte, ac ignorantia tenebris Christi nobis scintilla illuxit, nosq; non amplius tenebrarum, sed lucis filij facti sumus, ambulantes in hac diei, quem propterea nostrum vocat, claritate, nubem comitantis gratia nos protegentem, ac in accepto salutis munere conuenientem habeamus. Aliquis imperitius, cui videbatur ignis nullam iussisset factam mentionem, has voces textui primo immiscuit, nos ut male inscriptas remouimus.

Quarta mansio.

Beel-Sephon. Beel-Sephon est apud Hebræos, de quo Exodi capite 14. & Num. 33. Ex amaritudine nuncupatur. Multa sunt apud medicos paruum simplicia, paruum composita medicamenta, qua ab amaritudine nomen habeant: Intubum, seu Cicorion, de quo Virgilius, Et amaris intubæ fibris. מצפפון, eo quod subamarum sit, vocant. est & isop מצפפון, & מצפפון Galeni, & alia similia.

Quinta mansio.

Deinde Apostolis omnibus. Vocat hoc in loco Paulus, ut rectè Hieronymus exponit, Apostolos, secundum, non primos Christi discipulos, hoc est lxx. non duodecim. posse autem eos, Apostolos vocari ex eo patet, quod Apostolus missus exponatur, de illis autem scriptum est: Designauit Dominus & alios lxxi. & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quod erat ipse venturus.

Sexta mansio.

Soph autem & rubrum, & scirpus vocatur. Soph iuncti, virgultiq; cuiusdam, quo litore illius maris abundet, ab Aethiopiis, apud quos idem sit adhuc nomen, ego etiam audiri, ab eo autem virgulto, mari inditum nomen creditur. Plinius à colore potius vel arena, vel aquæ, vel ab Erythra Rege Erythraum, quod rubrum significat, dictum magis existimat.

Septima mansio.

Nonam mansio. קפוא, id est pulsatio dicitur. Sic exponitur דפכא Dapchacat at רבקה adhesionem magis significat. קפוא autem pulsatio, sicut קפוא pulso interpretatur.

Vndecima mansio.

Amalec militat, ad crucis signum superatur inimicus: remissis orantis manibus, victor hostis insequitur. Vox, orantis, olim deerat, loquitur de Moyse, quo, expansis in modum crucis manibus, orante, Israël vincebat. Florentini, iuncti etiam Brixiani codicibus, nos admonuerunt. Dat consilium Septuaginta seniorum; & in typum Ecclesiæ de gentibus congregatæ, legis imminutio euāgelio suggerente completur. Mirum est quam paucis verbis multi Hieronymus fidei mysteria comprehendat: qua in re ceteris omnibus Græcis, Latinisq; præstare illum equidem sine dubio existimo. Moyses

populum regebat. verum quis solus tantum subire onus non poterat, lxx A
 seniores, veluti adiutores sibi affecit. Moyses legem significat: quae quidem
 debilis erat, & immatura: nihil enim ad perfectum addidit: lex huius legis
 defectus, ex euangelij diuinitis suppletur: ad euangelium enim pertinere
 Septuaginta seniores Hieronymus interpretatur. Propterea videtur quod
 Moyses ostendit, Christus sanatur, antea non immunitio, sed immunitio
 hic legebatur. Nos ope exemplarium locum correximus.

Duodecima mansio.

Moyse ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de
 monte dicens. Vox enim, olim deerat. Distributio, & oblatio
 principum in hac mansione descriptae sunt. Olim, Descripti.

Decimatercia mansio.

Nec hic virulentias Aegyptiorum. Sapē hac voce D. Hiero-
 nymus vititur. nam virulentias caninum alibi dixit, ubi de eo nomine à
 nobis tractatum est. à nidore enim, & tetro odore, qui virus dicitur, no-
 men descendit. aliarum virus, dixit Plinius, & virus paludis, Columella.
 vocem ductam existimant à viro, hoc est adulto, grandaevoque, iam homi-
 nis: quod à talis odor post coitum, & annos incipiat: deest enim in puero,
 errant igitur qui virulentias caninum, pro virulentias legendum esse in
 Hieronymo existimant.

Decimaquinta mansio.

Virga Aaron & florem profert, & folia: & in aeternam me-
 moriam virens siccitas conseruatur. Pro conseruatur, conserua-
 tur, falsè legebatur antea, nam prater exemplarium fidē, legitur Num.
 17. Refert virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in
 signum rebellium filiorum Israël. de qua re etiam in epistola Pauli ad
 Hebraeos, similis habetur mentio.

Decimasexta mansio.

Decimasexta mansio est, quae interpretatur Graeco sermo-
 ne ποικίλας, Latinè mali punici diuisio. Sic locum ope Brixia-
 norum codicum correximus. prius enim non ποικίλας, sed ἀποκοπήν scri-
 ptum erat. Erasmus locum vitiauit, & coniecit, vt seruetur ibi in
 signum rebellium filiorum Israël. de qua re etiam in epistola Pauli ad
 Hebraeos, similis habetur mentio.

Decimaseptima mansio.

Decimaseptima mansio est, quam in laterem possumus
 vertere. Lateres, legebatur antea, at חבבך nomen loci, laterem, non
 lateres significat: & sic habent Brixiani codices.

Decimoctaua mansio.

μυροειδής appellatur. Id est, parua Genesis, quae verba omnes
 Florentini codices textui immixta habent. nos vulgatam retinimus
 lectionem.

Decimanona mansio.

Decimanona mansio interpretatur Ecclesia. Pro-
 pterea Ecclesiae, seu concionator, qui verba Ecclesiae, ac fidelium caeteris
 facit, קהלה appellatur: à congregando enim nomen deducitur.

Vicesimaquarta mansio.

Et contemptorem oculum effodiunt corui de conuallibus. Allusit
 ad illud quod scriptum est Prou. 30. Oculum qui subsannat pa-
 trem, & qui despiciit partum matris suae, suffodient eum corui de torren-
 tibus, seu conuallibus, & comedent eum sicut aquila.

Vicesimaseptima mansio.

Christi autem vincula voluntaria sunt, & vertuntur in am-
 plexus: qui que hic fuerit colligat, dicitur sinistra eius sub ca-
 pite meo. Olim, non quique, sed quicumque.

Vicesimoctaua mansio.

Porro quod veritatis filios stridoris, ad illum sensum re-
 fer, quod timore supplicij. &c. Olim, refert.

Tricesima prima mansio.

Et profecti de Ioubartha, castrametati sunt in Ebron חבבך. Tricesima
 prima mansio interpretatur translatio, id est transitus, siue transitio. Sic legendum esse tum vox Hebraea, tum ipsè Hie-
 ron. qui alibi חבבך interpretatur, nos docent. vnde hic subdit
 ad hanc venit verus Hebraeus, id est transitor, siue transitor, qui dicere
 potest, Transiens videbo visionem hanc in agnam. Hinc quoque locum
 falsauit Erasmus, & παράδεισος vocem substituit, aut potius παράδεισος,
 vitumque enim dicit: & primam vocem transitum, alteram praterue-
 lationem interpretatur: ambatum significatione à vero distortuens sensu.
 si enim παρά, prater, & εἰς, venio significat, vnde fit vt ex his verbis
 iunctis transitus nascatur, & non potius aduentus, aut, vt ita dicamus,
 prateraduentio? sic quoque παράδεισος à παράδεισος, è Xenophonte, &
 omnibus Graecis, obsequitationem, irruptionem, inuersionemque, in hostes,
 item prateritionem, seu, vt ex Hesychio aliquid dicam, praterexcursio-
 nem, sonat: quae omnia nihil ad rem, in quo non quod Graecae linguae pro-
 prietates ignorantur, sed quod Hieronymum, ubi ipsemet se exponit, at-
 que interpretatur, mutare falsareque, ausus sit, admiror.

Tricesima secunda mansio.

Tricesima secunda mansio transfertur in ligna viri, seu do-
 lationis hominis, quod significatius Graecè dicitur εὐλαμπή-
 ος. Olim, dolationis. Vt lignum, inde ὑπερβολή, seu, vt ita dicam,
 lignatio, ὑπερβολή autem virum significat. Graeca autem vox εὐλαμπή
 significat, lignorum serax: quod multa in eo loco remera, lignatae inae-
 quantur: vt ipsemet Hieron. exponit: quod cum verum sit, vt non est vt
 Erasmus ex suo cerebro substituit εὐλαμπή, id est lignationes
 viri: prout eam significationem Hebraica continent verba, nam: prater-
 quod Hieronymi expositioni hac lectio repugnat, ad hanc etiam est,
 cum eam exemplaria nulla progignat. Vnde in solitudine mult-
 tudo lignorum, nisi quod seduli, & diligentis magistri disci-
 plina monstratur, carentis ligna informia, & dolantis, facien-
 tisque, vasa diuersa. Pro seduli, seculi, falso antea legebatur.

Tricesima quarta mansio.

Vtraque mansio ὑποκοπίσινος appellatur. Id est, diminutiue,
 quod vna cum imaginacula, altera ab ore ὑποκοπίσινος appellatur, similiter di-
 minutiue. ὑποκοπίσινος enim idem est quod blandior, ac per diminutio-
 nem loquitur, ita enim qui oblandiuntur, cuiusmodi sunt ὑποκοπίσινος, id est
 puella, loqui solent. Apud Platonem libro 2. de legibus, & lib. 5. πελαγία,
 itemque apud Demosthenem sumitur ὑποκοπίσινος, pro rem aliquam
 turpem honesto appellare vocabulo, ita vt nuncupatio illa auaritia ob-
 blandiatur.

Tricesima nona mansio.

Et de Marthana ad torrentem Dei; & de torrente Dei ad
 excelsum. Et de torrentibus Dei, aliter, quae lectio magis placet, si. men-
 ad torrentes Dei, ante legatur, sic enim rursus hic vocat Hieronymus: &
 ἄλλοι torrentes, non torrentem sonat.

Quadragesima secunda mansio.

Succedit Deuteronomium, secunda lex. Exponit quid si-
 gnificet Deuteronomium, id est, secunda lex, olim, Deuteronomij.
 Quis potest tanta nosse mysteria? Qui in extremis legis,
 & huius vitae finibus constitutus, &c. Id est ille intelligere potest
 qui in extremis legis, & huius vitae finibus constitutus sit. olim falso pro
 qui, legebatur, quis.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXXVIII.

Tertium Phinees meretur in praemium. Pro eo quod Phi-
 nees Iudaeum cum scorto Madianitide concubentem alio traiecit, ven-
 trem hostiarum in praemium accepit, prout ex capite Numerorum 25.
 secundum veteres translationes, & Hebraeorum traditionem proditur.

Voluptas & concupiscentia, iuxta eos qui de phycis di-
 putant, consistit in icore. Tres anima partes, rationalem videlicet,
 irascibilem, & concupisibilem, tribus corporis partibus triuim mem-
 bris, rationalem cerebro, irascibilem cordi, concupisibilem icori. prima
 pars nos Deo similes reddit, dua postrema peccidibus. Hieronymus ex
 Platoni Platoniorumque, in Timaeo sententia hoc accepit: in quam con-
 currens etiam Basilius Magnus, icor concupiscentiae instrumentum vocat:
 quapropter opus non fuit Erasmo, vt voluntatem, hic pro voluptate,
 legendum censeret: quippe cum voluntatem, & cogitationem à corde ve-
 nire ex Christi sententia Hieronymus dixerit. Nam est non nesciam
 alias aliorum hac in re fuisse opiniones, rectius tamen est ab auctore, quem
 quis interpretatur, ubi fieri potest, non discedere: certissimum autem est
 per sanguinem, culus origo omnis à icore est, animantes concupiscere,
 & affici voluptate.

Ipsum quoque peccusculum appellatur
 εὐλαμπή, id est additamentum, siue praecipuum, & egregium:
 תנופה Thenupha quippe hoc magis sonat. Leuitici capite octa-
 uo, ubi nos habemus, Tultque peccusculum etenans illud coram Domino:
 lxx. interpretes legunt, ἡ λαβὴν μωσῆς τὸ εὐλαμπή, ἀεὶ δὲν ἀπὸ εὐ-
 λαμπή. & septimo capite, ubi nos legitur, Peccusculum elenationis, &
 armum separationis: Septuaginta habent, εὐλαμπή τὸ εὐλαμπή, καὶ
 τὸ εὐλαμπή τὸ εὐλαμπή, elenationis vox admonet nos, vt magnum
 diuinumque, mysterium, quod in hostiarum oblatione ex praecipuo diuino
 obseruabatur, silentio non pratereamus. nulla enim re magis insigni sacri-
 ficium Christi, quod in cruce peractum est, explicari potest, eleuabatur
 enim primò in altum hostia, mox ad dextram, sinistramque, latitudinis
 partem super aram efferebatur: תנופה eleuatio illa; haec verò in partes
 extensio תנופה appellatur. Erasmus hinc quoque locum ob sacrarum
 litterarum imperitiam deprauare conatus est, legēbat enim, ipsum quo-
 que peccusculum appellatur εὐλαμπή, id est additamenti. & hoc,
 quia septimitantum capitibus, non etiam octauum in Leuitico Graeca anim-
 aduertat verba.

Venter receptaculum ciborum, in scorto
 Madianitide sacerdotali pugione confixus. Confusus, habent
 septem ex Florentina manuscripti codices, & aliquot Brixiani: & iam
 ἐπεὶ μοι est apud lxx. & Naziar. et. us in sermone περὶ τῆς εὐ-
 λαμπῆς sci ibi de hac re, σὺν εὐλαμπῆς dixit, olim legebatur, cōfusus.
 Et ostendit

Et ostendit mentibus consecratis Deo totum quod curamus, quod voramus, in seculum projici.] Sic ex Brixianis, & quatuor Florentinis codicibus emendavimus. olim enim ex Erasmo legebatur: Totum quod curimus, quod satagimus; quod voramus. ex curamus, primo factum fuit, curimus quod verbum quia improprie positum videbatur, ut intelligeretur, satagimus, additum est.

Vt nulla debilitate insignes sint.] Segnes, pro insignes, legebatur antea. Erasmus eam, quam hanc lectionem magis probavit, verum suo more, qui melioribus omisso, priora semper se se fecit. insignis, de morbo quolibet ac vitio dici potest, ac non eodem modo, segnis, num propterea segnis quis erit, quod grandem, parvum, aut tortum habeat nasum? aut albuginem in oculo, aut parvam in corpore scabiem, lentiginem, aliamque similem maculam? hi enim omnes ad sacerdotium accedere propter hanc vitia prohibentur, Levit. 21. Quod autem insignis in malam etiam sumatur partem, nemo est qui ignoret, cum insignem latronem, insignem meretricem dicamus. Et e contrario vidua, cuius cum Sara defecerunt muliebria, propter continentiam, & castitatem recipitur in domum patris, & de tempore aerario alitur.] Exponit illud quod Levitici 22. capite scriptum est, Si filia sacerdotis cuilibet e populo nupta fuerit, de iis que sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur, sui autem vidua, vel repudiata, & absque liberis, venerata fuerit ad domum patris sui, sicut patris consueverat, aletur cibis patris sui.

Iam tunc reiciebantur Phygellus, & Hermogenes, & recipiebatur Onesimus.] Onesiphorus, legendus est, non Onesimus: nos post impressum locum, dum hac commentaremur, animadvertimus, exemplaria enim minime iuvantur. Erasmus non solum Onesimum legit, verum ita ait: Hunc servum Philemonis Paulus ad Christum converterat, Paulusque serverat in vinculis, itaque huic summo studio Philemoni commendat in epistola ad eum scripta, aliud nomen ad illum nomen, quod Græce significat vilis. Hieronymus enim non ad eum Pauli locum, sed ad alterum respexit, in quo de Phygello, Hermogene, & Onesiphoro merito sit. is autem locus est in secunda ad Timotheum epistola, capite primo; ait enim ibi: Scis hoc, quod aduersi sunt a me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygellus, & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sepe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit; sed cum Romam venisset, sollicitus me quaesivit, & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Deo in illa die. & quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti. Et iam Hieronymus sensui magis congruit Onesiphori, quam Onesimi historia loquitur enim de sacerdotibus, qui pauperes, & indigentes recipere in domum, & ad comitatu debent, quod Onesiphorus erga Paulum praestitit: Onesimus enim illi in vinculis tantum corporis obsequio ministravit. Fuit autem Onesiphorus, Dorotheo Tyrî Episcopo teste, vnus ex Lxx. Caronia deinde Episcopus: sicut Hermogenes Megarensum, & Phygellus Ephesiorum: ut etque autem ad haresim declinavit, Simoniq; Mago Phygellus adhaesit. Hominum quoque primi partus redimuntur: & quia condicio vna nascendi est, pretium æqualiter offertur.] Et, de ea antea. Super patre, & matre pollui nobis non licet, quanto magis super fratribus, fororibus, consobrinis.] Olim, Fratre, & similibus quadam alia minuta hic correximus. Et quia debuit negligentia sentire cruciatum.] Olim, negligentia, falso legebatur. *περιουσία*.] *ουείδος* crux, *περὶ* circum, quod de morali ad crurum in iura, hoc est vsque ad genua pertingerent. Brasas, Feminalia ipse etiam Hesychius interpretatur. & quod ad pedes vsque etiam pervenit, *περιουσία* vocat.

Secunda ex lino tunica est *πυλῖδος*, id est talaris.] Quod ad pedes vsque perveniat, sic Græcè dicitur, sit sapè de ea mentio apud sacras litteras, huius similis est, & hinc habuit originem ea qua in sacrificiis vestitur, albula, seu camisia nunc appellata: quam Christus, dum ea ab Herode illusus induceretur, altaris ministerio sacrauit.

Rotundum pileolum, quale pictam in Vlyssæo conspiciamus.] Vlyssum, locum, seu porticus fuit, ab Vlyssi dictum: quod ibi Vlyssæa historia depicta, non diversa vestimentorum forma expressa essent, ut putat Erasmus. Nam quod propter Penelopen in texenda vestibus & auleis peritissimam, variis formis depingi solerent indumentis, quod interpres addit, somnium est, constat ex Plinio Vlyssæm pileo solitum esse depingi: hunc autem Nicomachus Aristodemi filius, ac discipulus Vlyssi primus addidit, talem igitur fuisse hunc pileolum Hieronymus ait, qualis in Vlyssis imagine depingi solet.

Alluas habens manicas, & in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgo capitium vocant, oris firmissimis ex se textis, ne facile rumpatur.] Ne facile rumpatur, sicut, et alaris tunica, olim, rumpatur, & induitur, pro induitur. Septuaginta *ἑπτακῖς*, id est super humerale appellat. Aquila *ἐπιπλάκεια*.] *ἑπτακῖς* humerus, *ἐπί* super, inde *ἐπιπλάκεια* super humerale, *πλάκεια* laticium ex quo vestes texuntur, quod nomen Reatini mei, quorum & raca est origo, adhuc retinent, inde *ἐπιπλάκεια* vestis albis superior, de qua re alibi diximus, nã quod *ἐπιπλάκεια* hic legi debeat, ut vult interpres, mihi non suffragantibus exemplaribus minime probatur, pra-

A scribit cum Aquila *ἐπιπλάκεια* & *ἐπιπλάκεια* idem vertisse indumentum refert Hieronymus, infra epistola 130. In modum Caracallarum, sed absque cucullis.] Ab hoc vestis genere Imperator Antoninus, Septimij Severi filius, Caracalle cognomine sortitus est.

Scrutans eos qui de lapidum atque gemmarum scripsere naturis.] Olim, perturbato loquendi ordine legebatur, scrutans eos qui de lapidum scripsere naturis, atque gemmarum. Xenocrates, Theophrastus, Plinius, & quos Plinius 37. historia sua libro commemorat, & ex nostratibus Epiphanius Salamina Cypri Episcopus, hanc materiam tractaverunt. Lyncurium invenire non potui.] Plinius ex lyncum vrina in gemmam carbunculis similem glaciata, lyncurium nubi alibi ex aliorum sententia prodit: quod cum lynces cognoscant, vrinam imidentes terra operire, eoque celerius gemmam solidari. Demonstratur de maribus solum, & igneam, & feminis languidum, & candidum lyncurium nasci ait. Ipse Plinius contra Demonstratum, Dioclem, & Theophrastum suam promens sententiam falsam esse quidquid de lyncurio scribitur, affererat: hoc vnum tamen constat, ab vrina lyncum lyncurium appellari. Quod Aquila *δολύριον*, Syrmachus *δολύριον*, interpretatur.] Propterea existimo Syrmachum *δολύριον*, hoc est, secundo rinctum, coccum appellasse, quod *κόκκος* nomen, & coccum, & secundum significat, *κόκκος* tinctura, *δολύριον*, quod bis tinctum est: sic vocabatur in purpura satur, ac plenissimus color. Quidam codices, & in ipsa olim lectio habent *δολύριον*, verum non placet: at multo minus Erasmi placeat sententia, qui pro cocco, cocineoq; colore, lapillum quemdam substituens, *δολύριον* legendum censet: cuius mentionem fieri a Theophrasto afferit: quasi de lapillis hic tractat D. Hieronymus, & non potius de quatuor coloribus bysso, hyacintho, purpura, & cocco. Quia de tertenis paulatim ad excelsa sustollitur.] Sustollitur scilicet, aer, vnde subdit, & ipsa vestis hyacinthina a capite vsque ad talos veniens, indicat aerem de caelo vsque ad terram sursum, sustollitur, falso legebatur antea.

Et singulis versiculis singula assignant tempora.] Olim, & in singulis. Arceturum, & *μαζολοθ* Mazoloth, hoc est Zodiacum circulum, & cetera aliorum nomina legimus.] Sic habent septuaginta lob capite nono, Hebraicam vocem, quo Zodiacus significatur, relinquentes, quod ipsam & alibi fecerunt, ut in voce Chabrata, qua Hebraei *כברת* vt constat Genesis capite 35. & 48. & 4. Reg. 5. quibus in locum nos habemus, verum non placet, aut delecto terra tempore, mirum est autem, peritissimos homines, in hac voce, capb littera, non pro littera, qua inserunt, sed pro radicali, vt vocant, accepisse; quippe cum *כברת* transulerint: cum potius litteram esse qua seruit, hodie creditur. A septuaginta *ἑπτακῖς*.] Id est, vt ipsemet exponit subculat: quod sub aliis vestibus eam induimus, sic a Græcis dicta est, *ἑπτακῖς* *ἑπτακῖς* ἰσάτιον, propterea interpretatur.

Quod ad genitalia nostra, & verenda lex non mittit manum.] Mirè feminalium historiam rei sacra accommodat: quod virginitas scilicet praecipua non potest, propterea feminalitas, vt in ceteris seceræ vestimentis, fratrem Aaron Moyses non induisse, sed quod ipsemet Aaron ex suis senioribus apti meruit, vnde subdit: Qui vult sacerdos esse, ipse se vestiat. Ecclesia enim virginitatem, calabaturnq; sacerdotibus non praecipit, sed ad sacrum ordinem non recipit, qui enim non proficitur, ordinem enim sacro calabat us annexus est.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXXIX.

Legamus Malachiam. Beatos vos dicent omnes, dicit Dominus, quoniam eritis vos in terra voluptaria, quæ significantius Græcè appellatur *δελτία*, quam vel sancti desiderant, vel quæ Deo placeat.] Falso antea non *δελτία*, sed *ἑπτακῖς* legebatur, nam quod Hebraei est *צדק*, idem est Græcis *δέλο*, locus est Malachia capite tertio: vbi enim nos habemus, Et beatos vos dicent omnes gentes, eritis enim vos terra desiderabilis, pro desiderabili, LXX. translulerunt *δελτία*. Erasmus lingua imperitia deceptus, quod terram voluptariam Hieronymus vocaverit: quasi voluptatis nomen a volendi verbo non veniat, aut aliter explicari potuerit vox Hebraea *צדק*, quod est cum desiderio, ac voluptate quadam velle. Quod autem legendum sit, vti nos emendavimus, coniecturæ opus minime est: ipse enim Hieronymus semes ipsum ita clare exponit, *δελτία*, inquit, id est, quam vel sancti desiderant, vel quæ Deo placeat: ha enim significantiones sub hac voce *δελτία* clare comprehenduntur: quando *δέλο* & velle, & desiderare significat: ad quam rem vox *ἑπτακῖς* nihil facit: prater quod Thessalia vallè, Ossa Olympoq; montibus cinctam, & aquis irriguam, scriptura sacra immiscere, non conuenit. Cicero Reatinorum vallem, qua Velino fluio alluita, ad lacum pertinet, aptius ex loci situ, & amoenitate *ἑπτακῖς* vocavit. Quanam autem illa sit, ostendit ego amplissimo Cardinale M. Antonio Amulio Episcopo Reatino, viro cum doctrina percelebre, tum pietate, prudentia, & verum gerendarum experientia nemini secundo, dum praterito anno per ea loca lustranda regionis & oblectandi animi causa pariter obequiarem, Expectabat

Expectabat enim fundamentum habentem civitatem.] A Sic habet vulgata editio Hebr. xi. & Græci codex: ἐξεδέξατο τὸ θεμέλιον τοῦ θεοῦ. Quævis est, antea legebatur, expectant.

Hanc epistolam quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab ecclesiis orientis, sed ab omnibus retro ecclesiis, & Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi.] Multis astruit epistolam ad Hebræos Pauli Apostoli esse: Erasmi, qui vt id negaret, etiam syllabas, ne dum voces, alibi semper, vbi potuit, captavit, hic pro suis reticet, & ne nihil quidem facit. corruptus antea erat hic locus. deerat enim copula, & . Ad populum phaleras, ego te intus, & in cute noui.] Perstanum carmen est quod ab his eorum citavit. sensus est: apud populum sumos tuos vende, & te ipsum iacta. Phalera enim ornamenta equorum sunt, sumunturq; pro verbis politis, compositis, & ornatis: vnde Phalera tra ab apud Terentium. Vique ad torrentem Aegypti, qui iuxta Rhinocoruram mari magno influit.] Rhinocorura Aegypti civitas est, vt in vita Hilarionis & in lib. de locis Hebræicis clarè Hieron. restatur. quod etiam ex hoc loco satis per se constat. Erasmi, Plinium male intelligens, taumæa opidum esse Rhinocoruram asseverat. Ab occidente ipsum mare, quod Palæstinæ, Phœnicis, Syriæ Cœle, Ciliciæq; protenditur.] Hic quoque locus vitatus erat. nam vox, quod, deerat: & protenditur, pro protenditur, legebatur. Lege librum Iosue, & Iudicum, & quantis possessionum angustis sis coartatus, intelliges.] Pro coartatus, contactus, sedisimo mendo legebatur antea. Nec Cn. Pompeium, Gabinium, Scaurum, Varum, Cassium, Sotiumq; replicabo.] Hi omnes Syriam vexarunt, vt ex Iosepho, & alijs constat: nam quod ad Egesippi lectianem pro hac re nos vixit: Erasmi, Egesippi qui hoc nomine circumferitur, liber huiusmodi est. Plutarcho Gabinius Consuli Syriæ decretam, cum Pisoni collega Macedonia obtigit, restatur, addens Cassium ab Antonio eò missum, & Cn. Pompeio illam subactam in provinciam Romani populi primum redactam fuisse.

Certe non colis idola, sed etiam seruens Persis, atque Romanis, & captiuitatis pressus tugo, ignoras Deos alienos.] Hoc est non propter idolatriam hoc tibi euenit, vt è terra Indæ expulsus sis; cum adhuc etiam Persis, & Romanis seruens, Deos alienos non colas: sed euenit, quia Christum in lege tibi promissum occidisti, propterea falso antea pro seruens, seruus legebatur. Habes quod elegisti, vique ad finem mundi seruiturus est Casari.] Olim, habe.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXXX.

Quæ non placentam redolent; quas non condit Apicius.] Farinaceum libum esse placentam, ex caleo, melle & similibus additis gustui placentem, omnes norant. Apicius omnium nepotium altissimus gurges, vt ait Plinius, quantas opes quæ impendio perdidit, & quæ de ciborum condituris, & virtutibus iruit amentis scripserit, libro etiam adhuc extante, nouissimum est. Seneca sua memoria extitisse Apicium restatur. Itaque quæritis quid sit Ephod bad.] Olim, Ephod bar. quæ lectior retenta etiam à nobis fuisse, si Marcella verba hac fuisse putasset. Bar enim non Bad ab illa, si et per errorem, vocem hanc prolata fuisse, ipsemet Hieronymus, non sine iussu paulo post recenset.

Vbi nunc legimus, & omnes portantes ephod, in Hebræo habet, portantes ephod bad. Hoc quare ita dixerim, in sequentibus dicetes.] Historiam hanc iuuenis 1. Reg. 22. vbi nos habemus, vestitos ephod, lineo. idem enim est Bad, quod lineum, vt ipse Hieronymus paulo inferius in hac eadem epistola interpretatur. Mancus, mutilus q; erat hic locus antea: legebatur enim cum interrogatione sic: Vbi nunc legimus, & omnes portantes ephod bad? Hoc quare ita dixerim, in sequentibus dicetes. Illud enim quod in sequentibus declarat, est quod Bad lineum significat: ne quis putet hoc referri debere ad falsam illam vocem Bar, quasi quod in eo Regnum loco ea non legatur, hoc enim dici non potest, quando ibi legitur: rucid, iuit in illa die octogintaquingue viros vestitos, seu portantes ephod bad. Brixiani codices nos iuueniunt.

Ad volumè iudicum transcendisti, in quo Micha de mōte Ephraim scitibitur mille centum argenti ficlos mari, quos illa vouerat reddidisse, atque sculptile inde fecisse, & constabile.] Pro atque, itaque prius legebatur. Fecit illud sculptile, atque constabile, quod fuit in domo Michæ: & domus Michæ, domus eius Dei.] Corruptissimum antea erat hic locus, & omni profusus carebat sensu, restitutus est autem xxx. interpretationis, à qua ille haustus est, ope, sic enim illi habent, Iud. 17. vbi hac historia inuenitur: vbi oīes iuxta, ad vbi oīes deos, id est, Micha domum suam, illi Deo fecerunt, dedicantq;. Nos habemus, Qui adiculam quoues in ea Deo separauit, hoc est, sacellum illi Deo sua in domo dicant, antea tamen ex Erasmi corruptione potius quam correctione legebatur, Fecit illud sculptile, atque constabile, quod fuit in domo Michæ: & vir Micha, & domus eius Dei, quod quidam sibi veller, ad ipsum, vt exponeret, pertinuit.

Et sexcenti viri qui cincti erant vasis bellicis, ingressi sunt domum Michæ, & sumperunt sculptile, atque constabile, ephod, & Theraphim: ex quo coarguuntur eorum opiniones, qui vt dissolubilem facerent quætionem, ephod argenteum putauerunt.] Putauerunt argenteum fuisse Ephod, propterea quod sculptile vocatum videretur, vt supra dixit: sed falsum est. hanc historiam habes Iud. 18. Erasmi hunc quoque locum deprauatum reliquit, deerat enim apud eum voces, ex quo: & pro dissolubilem, indissolubile legebat: qui quidem sensus contrarius vero erat, vt dissolubilis enim esset quæstio, qua in ijs iudicum capitibus, Ephod constabile vocatum videbatur, argenteum esse Ephod existimantur imperiti aliquot: quasi dicerent, si lineum esset Ephod, quo modo constabile appellaretur? ergo vt hæc quæstio soluitur, necesse est dicere, argenteum fuisse Ephod. verum errabant: quod enim ibi vocatur Ephod, non est idem cum eo quod constabile dicitur, quamobrem nos ibi habemus, nosiū quod in domibus istis sit Ephod, & Theraphim, & sculptile, atque constabile: & infra: sculptile, & ephod, & Theraphim atque constabile tollere nitentur. & rursus: tulerunt igitur qui inuenerunt, sculptile, ephod, & idola, atque constabile: erroris autè causa fuit, quod intrer ablatas ex argento formas, quæ erant in domo Michæ, ephod etiam numeraretur, de quo in superiori capite, vbi de eorum statuarum fusione tractatur, nulla mentio facta erat.

Nam & Samuel qui illo cinctus referetur, leuites fuit: & sacerdotes Nobæ sicut civitatis, qui Sauli iussu occisi sunt: de quibus scribitur 1. Reg. 22. quod portabant Ephod bad, vt paulo antea dicebam. Hunc etiam locum Erasmi correctione corruptum inuenimus: legebat enim, & sacerdotes Nobæ, id est dignitatis sua insignie portabant.

Et hæc stolæ quas facit, peitoralæ, & super humerale, & tunicas vocantur, & cidarim, & cinctorium.] Olim, & hæc stola quas faciunt, locus est Exod. 28. vbi enim nos habemus, tunicam, & lineam strictam, xxx. vna voce transfulerunt, κορυμβοτάς, significat enim simbriatum vestimentū Hæschio auctore, qui κορυμβοτάς ἡσασσώδης interpretatur. quo nomine etiam linea stricta comprehenditur. nam ἀνὰ δέσμη & ἐκ κορυμβοτάς paruo scuto simile, & ἡσασσώδης Aegyptium apud eundem Hæschium significat. Erasmo satis fuit dixisse, vestimentum cuiusdam generis hoc esse. ἡσασσώδης.] Sic transfulerunt xxx. super humerale. ἑπὶ super, quos humeris, Aquila autem id quod illi ἰσάριον dixerunt, ἑπίσπασμα & ἐπὶ ἐνδύμα dixit: quod scilicet tunica est. Et quod Hebræo sermone vocatur ἡνυθ Meil, superiorem tunicam, ἐνδύμα, ἡσασσώδης verò id est ἡσασσώδης, quod Hebræicè dicitur Ephod, superius pallium significat, quo tota sacerdotalis protegatur ambitio.] Sensus clarus, & dilucidus, quod Aquila ἰσάριον vocauerit ἑπίσπασμα, & ἐπὶ ἐνδύμα: & quod Meil superiorem tunicā, ἡσασσώδης verò super humerale significet. Superius tamen epistola cxxxviii. ait idem Hieronymus: Sextum est vestimentum quod Hebræica lingua dicitur Ephod. Septuaginta ἡσασσώδης, id est Super humerale appellant, Aquila ἑπίσπασμα, nos Ephod suo ponimus nomine. si ille locus incorruptus perstat, vt ego existimo, hic vitatus est: credi enim non potest vt nomen ἑπίσπασμα duobus vestimentis in vno eodemq; loco Aquila accommodauerit. Nam si super humerale vocauit ἑπίσπασμα, alterū quod lxx. vocauerunt ἰσάριον, ipse ἐπὶ ἐνδύμα vocasse credendus est, propterea abradendum esse vocem ἑπίσπασμα, & ita legendum censeto. Aquila autem id quod illi ἰσάριον dixerunt, ἐπὶ ἐνδύμα dixit, quod scilicet tunica est: & quod Hebræo sermone vocatur ἡνυθ Meil, id est superiorem tunicam, ἐνδύμα, ἡσασσώδης verò id quod Hebræicè dicitur ephod & cetæra. Erasmi autem quo modo locum correxit, ipsum audivimus, ait enim: Mirum quàm hic locus sit deprauatus in omnibus exemplaribus. Arbitror autem legendum ad hunc modum, ne lectorem tam diu torqueam quàm ipse tortus fui. Aquila autem quod illi ἰσάριον dixerunt, & ἑπίσπασμα, id est vestimentum, & subter vestimentum, ἐνδύμα dixit, & ἐπὶ ἐνδύμα, quod sub tunica est, quod Hebræo sermone vocatur Meil ἡνυθ, ἐπὶ ἐνδύμα id est superiorem tunicam: ἡσασσώδης verò quod Hebræicè dicitur Ephod, cum superius pallium significet. & peccat autem hæc Erasimiana emendatio in multis: Primò quod ἑπίσπασμα, vt ex altera D. Hieronymi constat epistola, nomen est ab Aquila, non à lxx. interpretibus vsurpatum. Secundo quia cum ἰσάριον & ἐπὶ ἐνδύμα vestimentum, & subter vestimentum, interpretatus sit, opus non est vt rursus dicat, quod sub tunica est. Tertio propterea quod cum ἐνδύμα, & ἐπὶ ἐνδύμα due sint vestes, in vnam confundi non poterint, vt de ambobus dicatur, quod sub tunica est. Quarto quod vox, cum, ab eo posita, sensum omnem interturbet, & desiderari aliquid amplius in contextu sciat lege supra epistolam qua est ad Fabiolam de veste sacerdotali, si hunc locum, redidit nobis emendatum, intelligere vis. ἡσασσώδης.] ἡσασσώδης, ἡσασσώδης, inde ἡσασσώδης figure, figuraciones forme. Et ecce xxxviii in lecto.] xviij in anem, & deos sepulcrum, inde cenotaphia sepulcra inanimata, & in quibus mortuorum ossa sita non sunt, sed tantum illorum vel inscriptione, vel alio modo seruient memoria monumentum eò rem Latini vocat.

Iuxta Æsopici canis fabulam.] Notissimus est Æsopi de cane Apolo- gus: quod cum is panis, non carnis, ut hunc etiam errorem Erasmo obi- ciant, frustum ore portans, prope aquam quandam transfret, in eaq; innotem, qua esset panis, illius vmbram vidisset, aperto ore ad vmbram illam, veluti ad verum aduolauit panem: & ita panem, quod ore tene- bat, amisit, & illud amplius, quod querebat, non inuenit.

SCHOLIA IN EPIST. CXXXI.

Hæc omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum decurrunt.] Hic locus haustus est 1. Cor. 10. vbi nos habemus, Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. & Græcus codex, ταυτα δὲ πάντα τῶν συμβαίνοντων ἐν ἡμῶν, ἐγγράφῃ δὲ ἀπὸς τοῦ θεοῦ ἵκανον, εἰς ὅς τε τὰ ἐξ ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων. & ita hinc etiam emendati Hiero- nymi codices. Erasmus tamen legebat, scripta sunt autem de nobis.

Osce scilicet, qui accepit vxorem fornicariã, & generauit filios fornicationis.] Olim generat. Et assumpsit mihi duas virgas, vnam vocauit decorem, & alteram vocauit funiculum.] Funicu- lum tam vulgata habet editio, quàm Septuaginta, & χωνισμὸν scilicet. Funiculo tamen legebatur anteq. error ortus quod quidam ex Hebraea voce id substituerunt, וְחַבְלֵי עֵץ enim apud Hebræos legitur. & ita ex Hieronymi versione etiam inuenitur. Verum Hieron. septuaginta inter- pretes vti iamdiu ab Ecclesia receptos semper citat, & ex eorum dictis vniversa sua intertextit opuscula. se enim, hoc est versionem suam cita- re minime poterat: neque vniquam id facie, nisi præfatus primo addat, secundum Hebræos, vel secundum Hebraicam veritatem, & similibus verbis. Quid enim aliter versionem suam allegaret, cum, se viuente, ne- dum recepta illa non fuerat, sed vires noua, & ab auribus Christiano- rum, veteri illi assuetis, abhorrens, à toto exhibebatur mundo, ut ipse innumeris in locis hac de re conqueritur? & huiusmodi obreclatoribus semper responderet: quod autem LXX. interpretationem citare soleat, ita libro secundo contra Rufinum asserit: Ego ne cõtra LXX. interpretes ali- quid sum locutus, quos ante annos plurimos, diligentissimè emendatos, meâ lingua studiosis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum edissero, quorum psalmos iugi meditatione decanto: tam stultus eram, ut quod in pueritiâ didici, senex obliuisci vellem? vniversi tractatus mei horum testimonio texti sunt. commentarij in XI. prophetas & meam, & LXX. editionem edisserunt. Ecclesia quem scit suum esse, libenter cõ- cedit emulã, dum viuat saltē apud aduersarium.] Id est concedit emula filium, quem scit suum esse. exponit enim duarum meretricũ iurgium quod Salomonis sapientia sopitum fuit, olim legebatur, Ecclesia qua scit suum esse. Quia in altero sape stylum vertimus.] Stylus veri dicitur cum quid ex scriptis deletur, quod vna styli parte scriberetur, altera deleteretur. Viuit autem Horatiano carmine, sape stylum vertas, &c.

SCHOLIA IN EPIST. CXXXII.

SATSQ. miror quid causã fuerit, ut cum in benedictionibus & tuis & illius perferendis fidelis extiterit, in reddenda epistola negligens comprobetur.] Pro reddenda, vetenta falsò legebatur. Appellat autem benedictiones mansuetula, & elemosynas se- cundum illud Apostoli: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, multi Græco nomine Eulogias appellant. Roboam cum quadragesimum & primum annum ageret ætatis, Patri successit in regnum.] Sic 1. Reg. 14. Quadragesima & vnus anni erat Roboam, cum regnare cepisset. Apud interpretem tamen legebatur, Roboam cum quadragesimum annum ageret ætatis. Num quia ætate nostra duplex Lydda natus est homo.] Indeã vrbs, ac etiam vna ex decem Toparchiis, Plinio auctore, Lydda est. Lustralibus hostiis.] Lustrare idem est quod expiare, sic vrbem, sic exercitum lu- stratum dicimus. vnde Linius, lustrum exercitum oue, sue, tauris tri- bus lustrauit, hinc lustrales hostie, quibus maclatis vel ciuitas, vel exer- citus, vel domus, priuatusq; aliquis à malis omnibus, monstrisq; aut vis- sis, aut auditis expiatur, mundabaturq;. Et alter intatum secus est libidinem, ut septingentas habuerit vxores, & trecentas concubinas.] Loquitur de Salomone, de quo scriptum est 3. Reg. 11. Fueruntq; ei vxores quasi Regina septingentæ, & concubine trecentæ. Vides quantum sit verum claritas, & tamen apud Erasmus pro septin- gentas, septuaginta legebatur. Ex quo intelligi vult, non statim post mortem patris filium imperio subrogatum, sed vel seditionibus populi, vel quibusdam interregnis, aut certè prementibus malis, & hincinde confluentibus bellis, regnum eius fuisse dilatum.] Ita hunc locum maximè corruptum, veterum codicum, Florentinorum præsertim ope, restituiimus. legebat enim Eras- mus, Quibusdam inter se regnis, id est Iuda, ac Samaria discordantibus, aut certè prementibus malis. Error primò ortus est, quod ex interregnis factum fuit, inter se regnis: mox quidam ut exprimeret quam essent ista regna, addidit in margine, id est Iuda ac Samaria discordantibus;

A postremo è margine in textum translata sunt verba, nos, vti adulterina, & qua in emendatis exemplaribus non inueniebantur, expunximus: re- ctè autem fuisse expuncta, constat tam quia de interregno post mortem patris, nulla, ut opus erat, sic fiebat mentio; tum quia hoc ipsum quod expunctum est, satis plene exprimitur dum subditur, Hinc inde conflurgentibus bellis; hæc enim verba, omnia bella, que partim Iuda cum Sama- ria, partim cum alijs vicinis populis habere potuit, peregre explicant. Interregnum autem dicitur spatium quod est à morte Regis vsque ad alterius Regis creationem. Cum manifestissimè legatur,] Aliter, scribatur.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXXXIII.

NYPER cum Rheticij Augustudunensis episcopi, qui quondam à Constantino Imperatore sub Siluestro episcopo, ob causam Montensium missus est Romam, commentarium in cantico canticorum perlegissem.] Non Constantino, sed Constantino politano, apud Erasmus legebatur, de hoc Rheticio ita scribit idem Hieronymus in catalogo: Rheticius Æduorum, id est, Augustu- dunensis episcopus sub Constantino celeberrima fama habitus est in Gal- liis. Montenses autem, quos per irrisionem Campitas in fine libri aduer- sus Luciferianos vocat, heretici fuerunt, à Montano, de quo alibi dici- mus, appellati. δμῶνυον esse vocabulum.] Hoc est equi- uocum, cum aquè vox eadem plura significat. Plurimum Martius appellat, ut exempli causã canis, vox est, qua & quadrupedem, & piscem, & signum in celo quoddam exprimitur. Gallicano co- thurno fluens.] Altum dicendi genus cothurnus dicitur, quo quis se, veluti qui cothurnatus incedit, attollit, secundum illud Virgilij, Sola So- phocleo tua carmina digna cothurno. Tragicum enim cothurno utebatur.

Sed tam malè videtur exillimasse de ceteris, ut nemo possit de eius erroribus iudicare.] Hic Erasmus taxat portenta, ut ipse vocat, que in recentium theologorum commentarijs leguntur, eaq; vocat insulsa, & tam impudenter scripta, ut subus, non hominibus videantur exarata: homo ipse qui festucam alieno in oculo videat, & trabem que in suo est, non conspiciat. Equidem sicut non negauerim multos inceptè, ac barbare solere scribere, ita maiorem esse errorem puto veritatem rerum ab hominibus auferre, & verborum tantum fucos, orationisq; le- nocinium illis viderè: ut facit ipse Erasmus, qui eoulsq; processit, ut Hieronymum iniuste à Deo verberatum pro Ciceroniano alicubi scribat, quasi Hieronymus quoddam stylo Ciceronem affecturus esset, & non potius quod in legendo eo nimiam impenderet operam, plagiu se scribat affectu.

SCHOLIA IN EPIST. CXXXIII.

λέροτο, ἄνυτο.] Fiat, fiat. sic legimus in fine P salmi quadragesimi, septuagesimi primi, octogesimali octauo, & centesimali quinti. Nam & titulus ipse Hebraicus.] & sic à Petro Apostolo vocatur, cum ait, scriptus est enim in libro psalmorum: propterea auctoritati Apostolica hoc conuenire asserit. Quorum translationem diligentissimè emen- datam, olim meâ lingua hominibus dederim.] Hoc est LXX. inter- pretum editionem diligentissimè emendati, & Latine legendam dedi. Latinos enim sua lingua homines semper vocat, non, ut quidam falsò putant, Dalmatas. In siluam ne ligna feras.] Ex Horatio accipi- tum est carmè, quod in fine etiam librorum aduersus Pelagianos citat. Cum Græcè versus scribere pararet Horatius, apparuisse ei in somnijs Romulus dicitur, & à scribendo illum dehortatum, quod plus nimio pot- tarum esset apud Græcos: propterea dixit, In siluam non ligna feras, insanius ac si Græcorum magnas malis implere ceterus.

SCHOLIA IN EPISTOLAM QUÆ EST VNICA ET FRETELÆ NUMERO CXXXV.

D ET belliosa pectora vertuntur in mansuetudinem Chri- stianam.] Olim, reuertuntur. Sed hoc interest inter vtramque, quod κοινῆ.] Id est communis, scilicet editio, olim impressorum vitio notata. nam pauld superius rectè legebatur κοινῆ, hæc autem editio Lucia- nea à Luciano Martyre vocabatur, ut pauld superius asserit. Perdet euphoniã, & dum interpretationis κακοῦ ἡλίω sequimur.] Ma- la imitatio κακοῦ ἡλίω dicitur, dum interpretes verba potius quàm sensa secundo, versionem & sensu & verbis deformem reddidit. ἡυορία autem est, cum sine oratio, siue verbum auribus bene sonat. Non ita mul- tos, ut in alijs, hic inuenimus, quos austerius errores, propterea, quod diligentiores, quàm fuit Erasmus, Epistola emendatores habuerit. qui- nam fuerint, ab eo etiam relati sunt, Amerbachij scilicet, & dur Ioannes, Conon, & Capnion. Tu autem Domine ne elongaueris au- xilium tuum à me.] A me, decrat olim. καὶ ἐπὶ τῶν νεφῶν αὐτοῦ τῆς λέγουσας δόξαυ.] Olim, αὐτοῦ. ἀρεθίζου.] Olim ἀρεθίζου, id est ex- probauerunt. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; & dicitis adhuc, in Græco non inueniri, ἔτι ἐξ ἡμετέροισιν αὐτοῦ, id est

id est, Spera in Deū, quoniam confitebor illi.] Olim spera in eo, et A
 spera in iū. Quæstio erat quod vox, adhuc in Græco non reperiebatur, nō
 quod pro Deo, seu Deum, legendū esset eo, vel eum. nā quod, Deum seu
 Deo, legendum esset, certum est. aiunt enim LXX. εἰς τὸν θεὸν ἢ εἰς τὴν
 θεότητα, ἢ εἰς τὸν εὐαγγ. Ne quando rapiat, & sit qui eripiat, &
 in Græco vos reperisse dicitis, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ.] solum de-
 rat antea. Et noscent quoniam Deus dominabitur Iacob.]
 Sed est in Græco, quod citatur olim, Dominus. Et est additum,
 Quis sustinebit.] Verū additum est. nam apud LXX. non inuenitur, ut
 ἰσχυροῦς, id est, quis sustinebit, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. id est, et enim non credentes inhabitare.] Olim, viro, ut reor, im-
 pressorum ἰσχυροῦς legatur. Theodoro quoq; ἰσχυροῦς
 verū, succedamus.] Olim, typographorum foortia, ut a bitur, ἰσχυροῦς.
 Ut in priori versu, tu, nō habeatur.] Olim, habeat.

Id est, tu tribulasti capita draconum in aqua, tu confregisti
 caput draconis.] Hac verba à nobis ex Brixianis codicibus reposita
 sunt. Græca enim quæ precedunt, reddunt, aliqui non explicata. hæc
 enim est Hieronymi consuetudo in hæc epistola, ut, quod Græcè distinctis
 est, Latine statim explicet. ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ.] Olim, ἔτι.
 ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ.] In pinguis, seu opimis quos Aquila ἐπιτίθημι dicit, &
 Symmachus ἐπιτίθημι, Septuaginta, Theodotio, & Quinta editio vo-
 carunt τόνω, olim lumen legebat, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. Et non, ut
 vos ponitis, ἢ ἐπιτίθημι, id est, quæ acquirit.] Que scilicet dexte-
 ra, pro εὐαγγέλιον, olim legebat, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. Quæ vos ut huiusmo-
 di ineptas, & superfluas contentiones, vbi nulla est sensus muta-
 tio, declinetis.] Olim, ineptias. Et omnes χεῖρες, voce
 simili transferunt.] Olim, χεῖρες, In centesimo quarto.
 Edidit terra eorum ranas, pro quo in Græco, ἐξέπεσαν ἢ γὰρ εὐ-
 γάρυες.] Pro ἐξέπεσαν, antea legebat, ἢ ἐξέπεσαν, sed falsò. apud
 LXX. impolluta, ut nos correximus, adhuc manet lectio, vox est ἢ ἐξέπεσαν,
 ἢ ἐξέπεσαν, id est, reperi fecit. sic enim Hebræum verbum פרוּ opimie
 explicatur. οἶκος τῆς ἐπιτίθημι, id est, domus exasperans.] Falsò
 antea legebat, τῆς ἐπιτίθημι, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. enim masculini est generis: nisi
 legebat, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. Et deluxit eos in portum volantis eor-
 eorum.] Deduxerunt, falsò legebat, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. ἐπὶ τὸν ἄλλοθεν ἢ ἐπὶ τὸν
 ἄλλον, id est, amici facti sunt.] ἢ ἐπὶ τὸν ἄλλον, falsò legebat, antea.
 ἢ ἐπὶ τὸν ἄλλον, id est, quas dilexi vehementer.] Olim, ἔτι.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, pro pronuntiabit in
 Græco ἐπιτίθημι vos legisse dicitis.] Olim, pro quo nunciabit.
 Verum quia apud Hebræos mensis secundum lunæ cursum
 supputatur, & apud Græcos κατὰ τὴν ἰσθμὸν luna dicitur, ἢ ἐπὶ τὴν ἰσθμὸν
 quasi luna nova appellatur.] Vitius hic locus erat a te. sic enim legeba-
 tur: & apud Græcos ἰσθμὸν dicitur, ἢ ἐπὶ τὴν ἰσθμὸν, quasi luna nova
 appellatur, error patet, propterea non est opus ut de eo à nobis reddatur
 ratio.

SCHOLIA IN EPISTOLAM.
 CXXXVI.

Quod Aquila interpretatur ἀλαμω.] Rectius atq; hoc no-
 men interpretati sunt ἀδρῆμος, id est, sibi ipsi satis, qui nullare indigent.
 hoc enim magis sonat Hebræa vox quam ἀλαμω, id est, robustum, &
 sufficientem, scilicet pro ἰσχυρὸς, ἢ ἰσχυρὸς. Sextū ἰσχυρὸς
 quod in Exodo legitur, qui est misit me.] In Exodo scriptum est
 ἰσχυρὸς, sum qui sum, quod perperam aliqui interpretantur,
 ero qui ero, nam est futuri temporis vox ἰσχυρὸς sit, commutantur tamen
 apud Hebræos tempora, & ex subiecta materia exponuntur: ut omittam
 ita à veteribus omnibus translaturum verbum. Quod ἀλαμω
 id est, ineffabile putauerunt.] Quod reuerentia plenum sit nomen,
 veluti quod Deo magis cōueniat, ita dixerunt: Hebræi quia nullum a-
 liud nomē sit quod Deū nobis, quidnā sit, magis exprimat, ἢ ἰσχυρὸς
 vocauerunt: id Deo enim, ut resū est Dionysius, magis possumus dicere
 quid non sit, quam quid sit. & si affirmando de eo loquī volumus, quid-
 nam melius, & accidit datus dicemus, quā quod sit vera substantia ille
 qui verē sit, hoc est ἢ. Delusam olim variis erroribus gentilitatem, &
 ab Hebræica veritate vna cum tempore quōtidie magis semper delap-
 sam, ab hoc nomine Iouis nomen, quod multis postea facinoribus, fig-
 mentisq; polluerunt, elicuisse, aliqui credunt. Iehoua enim vox Iouis si-
 milis est, & iam Græcè à vita ἔξῃ appellatur, sicut Hebræi ab essen-
 tia, quod idem est ἰσχυρὸς. Quod autem apud tres præcipuas nationes
 quatuor literis Deū nomen scribatur, ex eo venit mysterio, ut in crucis
 titulo per eas totus orbis Christum pro Deo vero cognosceret. toridem
 enim in eo dictiones fuerunt quot in Dei nomine sunt literæ. nam
 quem Hebræi vocant ἰσχυρὸς, Græcè θεός, Latine Deus dicitur: ita ut per
 has tres linguas, tres earum populos tam in crucis titulo, quam in Deū
 nomine describendo, præcipue sibi Christus sacravit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXXXVII.

Qvos ἐξέτασαν vocant.] Ab exponendo, quod in iis libris ex-
 positiones sacra scriptura continentur. ἠθαν ἠθαν Maran atha.]
 Dominus noster venit, hoc significat, non enim in fine, nostrum, & ἠθαν
 autem Dominum notat. ἠθαν autem idem est quod venit. Chaldaicum
 est, ex ea lingua quam Babilonia Iudæi didicerunt. Syram vocat Hier-
 onymus, quod idem ferme est, locus est apud Pasion: Si quis nec amat
 Dominum nostrum Iesum Christum, sic anathema. Maran atha, im-
 peritum vulgus peius aliquid, quam sit anathema, putans esse Maran
 atha, Marani nomen, quo Hebræus, à fide Christi ad Iudæismum red-
 dens, significatur, inuenit. Pro ἠθαν.] Titulus Psalmi vicesimū
 secundū est, qui ita apud Hebræos inscribitur אלהים אלהים אלהים אלהים. id est,
 pro ceruo matutino, Septuaginta, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. id est,
 pro susceptione matutina interpretari sunt.

SCHOLIA IN EPISTOLAM
 CXXXVIII.

De diaspalmate.] διὰ δίασμα vocatum ab antiqui patribus, &
 Binioretibus est verbum ἠθαν quod est apud Hebræos, facto nomine quod
 in Psalmis intersereretur, & psallendi concentum contineret, mutaretq;
 Verum quid prodest ἠθαν ἠθαν me, cum meo maior tibi
 cupiditas silentio concitetur? Olim, ἠθαν ἠθαν. Multi di-
 cunt animam meam, non est salus ipsi in Deo suo semper.] Apud
 Hebræos ἠθαν ἠθαν. & apud LXX. ἠθαν ἠθαν. & apud
 Latinos similit, non est salus ipsi. Olim tamen deest vox, ipsi.
 Turamenta tribus quæ locutus es.] Sic legitur Habacuc
 tertio capite. olim, est. Pro quo apud Aquilam, post cly-
 peum, & gladium, & bellum, semper.] Grammatices regula sic
 postulant, ut sicut dicit, apud LXX. apud Symmachum, & apud quin-
 tum editionem, sic verba quæ sunt intermedia, eodem modo proferat,
 scilicet pro quo apud Aquilam, ut habent omnes Florentia codices, &
 ex Brixianis maior pars, & non pro quo Aquila. In sexta verò.]
 Et quintam, & sextam citat editionem, de quibus alibi diximus. Sep-
 tentim quia sex editiones in vno volumine per columnas inuicem separa-
 tas posuit, ἢ ἐπὶ τὸν ἄλλον, ab eorum numero, nunciavit.

Ut saluos faciat mites terre semper.] τὸν ἄλλον ἢ ἄλλοθεν ἢ ἄλλοθεν
 ἢ ἄλλοθεν, habent LXX. & Hebræi ἠθαν ἠθαν. & vulgata editio, ut saluos faceret omnes mansuetos terra. olim lege-
 batur, facias, manuscripta exemplaria simul cum iis quæ diximus, con-
 sentiunt, faciat, enim legitur. Vox, omnes, non reposuimus; quia obiter
 versum citat, & eam in manuscriptis codicibus non inuenimus. Vnde
 assemptissimauerit Erasmus, quod in hac epistola Hieronymus istud
 Horatij carmen retulerit, Sape stylum vertas, iterum quæ digna legi
 sunt, scripturus: equidem nescio, in ea enim neque Horatij neque Ho-
 ratiane huius, aut alterius similit sententia, mentio sit. In epistola enim
 cxxxix, scriptum est hoc, sicut in eadem alterum quod exponit, mentis
 scilicet affectus idem proventus esse quod imitari, exposuerat ibi eadem,
 veram lyncum more, eorum quæ pro oculis illi non sunt obliuis, rur-
 sus ea hic insarfit, & lectori absque causa, alicuius in epistola defectu,
 scrupulum iniecit.

SCHOLIA IN EPISTOLAM
 CXXXIX.

Domine refugium factus es nobis in generatione, & ge-
 neratione.] ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. & in Hebræo דברך דברך, & ita habet
 etiam vulgata editio. olim, in generatione, & generationem. Theodoretus
 emendationi nostræ ipse etiam assentitur. Dominus posse-
 dit me initium viarum suarum.] Ariam hunc locum corrup-
 erunt, & pro ἠθαν, quod est, possedit, substituerunt ἠθαν, id est, crea-
 uit, ut sicut Dei creaturam esse ostenderent, torfit iam dicitur orthodoxos
 patres hic locus, & Cyrillus Alexandrinus multum in eo exponendo la-
 boravit: mendum non fuisse animaduersum demor. Post Hierony-
 mum, qui vocem Hebræam קברו possedit me, & non creavit me, signifi-
 care primus aperuit, cessatum esse à iurgis, quæ propter eum locum ab
 hæreticis in catholicos emerferant: & clare ab omnibus agnitum est,
 pro catholicis esse, quod aduersus catholicos citabatur, olim, in initio.

Quia mille anni in oculis tuis, ut dies hesternæ quæ præter-
 it, vel transit, & ut vigilia nocturna, siue in nocte.] Olim, ut dies
 hesternæ, quæ præterit, transit, ut & vigilia, exponit ea verba, ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ.
 Multum conuersioni nostræ contulit & saluti, quod omnis
 vita mortalium.] Vox, nostræ, à nobis reposita sit. Pro quo Sep-
 tuaginta sæculum nostrum translulerunt.] ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν δευτέρῳ. & apud
 LXX. & apud Hebræos עולם עולם, & in vulgata, sæculum nos-
 trum in illuminatione vultus tui, vox tamē, nostrum, olim deest.
 Tenebræ

Tenebrae non obscurabuntur a te.] *ουβροσ δ ονομασθησασ*
αυτ ου, habent Septuaginta vulgata editioni concordet. olim tamen le-
gebatur Tenebra non abscondentur a te. Omnes enim dies
nostrum transierunt in furore tuo, consumpsimus annos nostros,
quasi sermonem loquens.] Sic vertit hunc versum D. Hieronymus,
Ex ea versione eam correximus. nam Septuaginta, vt addit, aliter
transulerunt. olim legebatur, Omnes enim dies nostri transierunt, & in
furore tuo consumpsimus annos nostros, quasi in sermone loquens. verba
enim, in furore tuo, a verbo transierunt pendunt. propterea quietu com-
mate, vt vocant, ita apud Hebraeos distinguuntur. Anni nostri si-
cut aranea meditati sunt.] Septuaginta τα ετη ημων οσει αραχης
εμεδιστον. Hebraei vero hoc modo, כדור כדור כדור, vnus vocis duas in-
terpretationes simul commixtas existimo. כדור enim & aranea, & me-
ditari significare simul non potest. pro meditari enim poni, ex primo & ex
secundo psalmo certissimum est. Septuaginta autem pro aranea, qua He-
braei est wy, eam accepisse hinc liquet, nisi Hebraeus textus mancus sit.
Viciumque, si nihil apud Hebraeos deest, dicendum esset, anni nostri sicut
qui meditantur, aut sicut qui sermonem loquuntur, aut, vt ex Septuaginta a
colligimus, sicut aranea. Telam aranæ texunt.] Olim, Telam,
impressorum vitio. Gyrabant in foro qui plangunt, quoadul-
que pulsatur funiculus argenti.] Olim, quoadulque non pulsatur.
locus est Ecclesiasti 12. vbi nos habemus, circuibunt in platea plangen-
tes, antequam rumpatur funiculus argenteus. Quod autem à vulgata
editione hac cum aliis eiusdem capituli verba dissentiant, non miraretur
Erasmus, si quam Hieronymus in citando sequeretur interpretationem,
exploratum haberet. sed scire, & nescire omnia aequè ei licuit, sicut si ca-
tholico, & obsequenti erga Ecclesiam fuisset animo, lectorum semper nõ
stiteret, vt hic facit, aiendo, dubitasse Hieronymum an secunda epistola
sit Petri, & alibi an Pauli, quæ est ad Hebraeos, an Ioannis Apostoli A-
pocalypsis: & rursus taxando Hieronymum quod probus potius, & cõu-
icij, quam rationibus, & argumentis contra Vigilantium egerit: & in
Ecclesiam inuictus, dicendo, neque apud tomiianum acerrimum illius
assertorem, praconemque, neque apud Hieronymum vquam fieri men-
tionem, quod inter Ecclesia sacramenta matrimonium ponatur. Quid
dicam de religione Canobitarum monachorum, quam in vita Hierony-
mito rarisq; blasphemis carpit: Quid de virginibus Deo sacratis, quas
inuri, repagulis, & voti obligatione, veluti mancipia caenæ vincitæ, co-
hiberi, retineriq; conqueritur: liberam esse vult vtrisque & exuendi, &
redendi facultatem, prout cuique liberum, at inquis turpe est cõtra lar-
uas lactari. immo decorum, & honorificum est huiusmodi abigere à facie
& à laribus, propterea à fidelium conuentu, extrudere à studiis, & biblio-
thecis, & veluti Ecclesia hostes proscribere, & ex hominum memoria pe-
nitius delere. aureo enim Babylonis calice, venenum fundunt, & verborũ
fucus, orationisq; lenocinio mendacium pro veritate rudibus, & imperiti-
is populis vendunt. Et teptuaginta millium, & octoginta
millium hominum multitudines.] Olim, pro millium, millia yro-
*biq; legebatur. *μακροστροβιλος δ.*] Correctionem, & eruditionem*
*propterea hanc vocem asserit significare, quidã *μακροστροβιλος* vtrumque signi-*
*ficat. *μακροστροβιλος* puer, & quia pueri corripuntur, edocenturque, hinc *μακροστροβιλος**
corripere, & erudire significat: & amplius pueros nutrire, quod est
μακροστροβιλος*, & *μακροστροβιλος* eruditus, sicut *μακροστροβιλος* *μακροστροβιλος
est, quod est compedibus vincire, compeditos. Quod autem in-
fert, vique quo, illam habet intelligentiam, quam in duodeci-
mo psalmo legimus: Vique quo Domine obliuisceris me in fi-
nem?] Olim, diximus, pro legimus, nihil enim Hieronymi super illo psal-
mo habemus, & in commentarijs etiam, quæ eius nomine super psalmos
circumferuntur, ea vox ibi vix tangitur, ne dum quod explicetur.

Appareat apud seruos tuos opus tuum, & gloria tua super filios eorum, Septuaginta, respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum.] *Ηic versus secundum Lxx. à nobis ex Brixianis codicibus repositus est. Nota enim est Hieronymo consuetudo tam in hoc psalmo quam etiam in sequenti, quod facit etiam in omnium Prophetarum expositione, vt suam, & Lxx. versionem simul & iungat, & interpretetur.*

Scholiam in expositionem psalmi xliiii, ad Primitiam. epist. cxl.

Tu vnium quotidie concipis, parturis, generas, vnione fecundum, maiestate multiplicem, trinitate concordem.] *Hoc est: licet Rebecca genuerit duos filios, & tu virgo vnium tantum spiritualiter Christum generas, iste tamen vnus longe duobus illis antecellit: quippe cum licet sit vnus, in hac tamen vnione & secundus, & multiplex est: fecundus scilicet, tam gratia, qua ab eo quotidie in omnes emanat, quam fidelium, qui ab eo procedunt, generatione: sicut multiplex ob multam, & immensam eius maiestatem, alibi etiam in epistolis hoc loquendi modo Diuus Hieronymus vsus est. Interpres qui hic secundum, nõ secundum reliquit, ibi secundum legens, vnionem pro margarito accepit, & Hi-*

beras naniq; sacris admiscuit literis. Brixiani codices nos inueniunt.

Legimus & aliam sapientem feminam, quæ, cum obfideretur ciuitas, & propter vnium perduellem, Dux exercitus Moab, murosq; arietate quatere, locuta est ad populum in sapientia sua.] *Et propter vnium eam perdere vellet dux exercitus Moab, murosq; arietate quatere, olim legebatur, nos ex quatuor Florentinis, & aliquot Brixianis codicibus ita emendauimus, appellat autem perduellem Sibã filium Buchri, qui à Dauid Rege rebellans omnẽ Istraëlem secum adduxit. Perduellem enim vocabant veteres hostem proprie publicum, id est, vel Reip. vel Principis, qui per duellum, hoc est bellum eos appeteret, quẽ admodum fecit Siba. mox ad omnem hostem vox tracta est. hanc historiam leges secundo Regum libro, c. 20. Sequuntur mulieres Saluatorem, & ministrant ei de substantia sua, ille qui de quinque panibus quinque millia hominum, exceptis mulieribus, & paruulis aluit.] *Olim, ille qui de panibus, & sequentur, ministrabant, nos ex Florentinis & Brixianis codicibus suo tempore verba reddidimus, ne sine causa mutentur tempora. instanti enim sumi cetera quã procedunt, & que sequuntur. Quam multi sunt senes, & iudices Istaël, quos Rex Babylonius frigit in sartagine sua.] *Id est quos Diabolus ad libidinem inflamat, alludit autem ad illud Hieronima, quo Sadechiam, & Achab à rege Babylonis fixos in sartagine scribit: hos enim illos duos senes, qui Susannam deperibant, fuisse Iudei autumant, olim, friger. Quod interpretatur liliũ.] *וירש לילי, inde Susanna. Nec est tempus vltimum quod non mutetur sanctus, praeteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens: cum interior noster homo renouetur de die in diem.] Spiritus nõ sanctus, legebatur prius. De quo Esaias canit, cantabo canticũ dilecto vineæ.] *Olim, Dilecti. Lxx. & vulgata editio nobis iustificat.*****

Quidam ex persona Christi, quidam ex persona Patris dictum intelligi volunt, quod ex imis vitalibus, & cordis arcanis verbum suum, quod in se erat, semper protulerit.] *Sic legebatur antea, sed falsò, ex persona enim patris dictum est, Eructauit cor meum verbum bonum, quod scilicet verbum suum protulerit, propterea nos ab exemplaribus admoniti, quatuor primis vocibus exprinxis, ita emendauimus. Quidam ex persona patris dictum intelligi volunt.*

Sic cor, & verbum, quod profertur ex corde, patrem ostendat, & filium.] *Dixerat iam quod vterus in Deo, non significat vterũ, cum incorporeus Deus sit, nunc dicit similiter, quod cor, & verbum, de quo canitur, eructauit cor meum verbum bonum, non cor, & verbum, sed patrem significet, & filium, antea ex Erasmi corruptione potius quam correctione, legebatur: sic cor, & verbum profertur ex corde, vt patrem ostendat, & filium. Omnia quæcumque pater facit, eadẽ & filium facere.] *Olim, Omne. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris.] Sic habent Lxx. Esaiæ 43. vbi nos habemus, narra si quid habes vt iustificeris, & Hebraeus etiam congruit codex, apud interpretem tamẽ ex quinquagesimo psalmo assumt hic fuerat, in sermonibus tuis, hoc est, vt iustificeris in sermonibus tuis, quæ tamen verba in manuscriptis exemplaribus deerant. Nisi enim habuisset & in vultu quiddam oculisq; si derent, numquam eum statim secuti fuissent Apostoli.] *Oculisq; deerat olim, ex manuscriptis codicibus vox à nobis reposita est. Et Apostolus sciens prædicationem suam, non in eloquentia seculari, sed in virtute Dei.] Olim, Non eloquentia.***

Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris.] *Falsò olim legebatur, vestrius, nam subditur ab Apostolo, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, Græcus codex habet, *εν ταις καρδαις ημων, id est, in cordibus vestris, & dicitur ταις καρδαις ημων.* Ita hic effuso gratiæ, & benedictionis in sempiternum, ad eum referenda est, qui potest humiliari.] *Vox, & deerat. Qui ei apparuerat ad torrentem Iaboc.] Locus est Gen. 32. ante legebatur, Iacob, non Iaboc.**

Vulnerata caritate ego sum.] *εν τρηπαμενι καρδιας εγω, sic habent Lxx. Cant. 2. vbi nos legimus, quia amore languo.*

Quasi præmium caritatis, & odij iniquitatis in vnctione sumpturus.] *Id est, præmium, quod iniquitatem oderit. & sic habent quinque ex Florentia exemplaria, antea tamen, nescio quo sensu, legebatur, & odium iniquitatis. Lætificabis eum de domibus eburneis, sine, vt melius in Hebræo scribitur, de templo dentium, & laudes Domino canes.] *Ridicula lectio est, quam hic Erasmus reliquerat, scilicet, de templo videntium, in Hebræo enim est, *בן-דכר-בן-דכר.* Verum *בן-דכר* dentem significat, non videntem, Lxx. pro elephanti dente, id est pro ebore acceptum, sensum magis sequentes, quam verbum, hoc est, *αποδοσει εν ελεφαντινον.* Pro quo Aquila *αποδοσει εν ελεφαντινον*, id est concubinam.] *αποδοσει* falsò legebatur antea, masculini enim generis ea vox est. Vnde Saluator ait, Vos ex parte diabolo estis, *υμεις εν ταις τριβυς του διαβολου εστε.*] *Græco aduiculi vulgata etiã consentit editio, olim, Vos ex parte diabolo nati estis.***

Filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur diuites plebis.] *αυτη η θυρις ητις εδωκεν ταις εθνεσιν ελεησιν, olim, Filie Tyri. Omnis*

Omnis gloria eius, gloria filiae Regis ab intus.] *πᾶσι δὲ ἐξ αὐτῆς διὰ τὸν ἁγίον πνεῦμα ἔγραψεν. Sic habet septuaginta, & vulgata quae ab eu venit editio: ita legit etiam Basilus, & alij. Hieronymus videtur legisse, πᾶσι δὲ ἐξ αὐτῆς διὰ τὸν ἁγίον πνεῦμα τὸν ἁγίον πνεῦμα. Erasmus reliquit hic, Omnes gloria eius, gloriae filiae Regis ab intus.*

In quibusdam exemplaribus inuenitur ἐξ ἑνωσῶν, quod cogitationes sonat.] *Olim, ἐξ ἑνωσῶν. Nono quoque psalmo titulus inscribitur, pro absconditis filiis.] Hic quoque Erasmus reliquerat, in nono quoque psalmo, cuius titulus inscribitur, quae lectio aliquid amplius sibi desiderat, manca enim alioquin est locutio, verum in textu nihil amplius ponitur.] Omnis gloria filiae regis intrinsecus: faciens sensum diuinorum interiora membra obuoluuntur Ecclesiae: & tota vteri tegitur ambitio.] Inferiora, non interiora, falso legebatur antea. alludit enim ad vocem ἑνωσῶν, siue intrinsecus, inde interiora, non inferiora, intus enim est omnis gloriae filiae regis.*

In voce exultationis, & confessionis, sonitus fulta celebratium.] *ἡ ψὸν ἑορταζέσθαι ἔσθαι ἔσθαι ἔσθαι. & in vulgata eodem modo, somnus epulantis, olim tamen legebatur, sonitus. Debemus sponsae pares nosse, vt conuenienter nouerimus & filios.] Fædo errore hic quoque legebat Erasmus debemus sponsum patris nosse, loquitur enim de patribus sponsae, interpretans illud, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Regina quae steterat à dextris regis in vestitu deaurato, & iussa fuerat obliuisci populi, & domus patris sui.] *Olim, A dextris tuis, sed falso, non enim ad ipsam regem diriguntur nunc verba, sicut fecerat David, sed Hieronymus verba sunt, praeclata suis verbis iterantur. Conuertit ad sponsum voces suas, & pollicetur recordaturam se semper nominis sponsi.] Ad sponsam legebatur antea: verum mendose. Virgini & septem errores ex hac vna tantum, vt vides, epistola expunximus.**

Scholiam in expositionem psalmi cxxv. ad Marcellam, epist. cxlii.

Demetrium Phalerenum & Pisistratum in sacrae bibliothecae studio vellet equare.] *Demetrius Phalerenus, cuius vitam Diogenes scribit, Theophrastus auditor fuit, totusq; etiam, ac tanta scripsit, vt omnes sui temporis Peripatetici os spererant. Cicero in Bruto eum primū orationem inflexisse, eamq; mollem, & teneram reddidisse scribit. Retū apud Athenenses annis decem potius fuit: verum damnatū Phocione, ipse quoque, licet absens, vt refertur Plutarchus, cum Calimedonte, & Charicle reus mortis pronuntiatus est, addit Laërtius ex cccxix. statū, quae illi ereclerant, omnes, excepta vna, in eo furore aut iras, aut summesas, aut venditas fuisse, quod cum ille auisset, At virtutē, inquit, cuius gratia illis exererant, minime euerterunt. Pisistratus, de quo Troguus, & Plutarchus in Solone, eloquentissimus fuit, & Atheniensium tyrannus, regnauitq; apud eos annis tribus & triginta: artes liberales maxime fuit, & bibliothecam primus Athenis publicauit: Xerxes vrbe potius in Persidem eam transfudit: Seleucus Nicanor multos post annos eam restituendam curauit. Demetrium Phalerenum idem etiam fecisse, factū ex veteribus constat. ἄρτον διαπνεύματων.] Panem elaborationum: διαπνεύματων enim laboro significat: hoc est panē qui labore paratur. Symmachus in eundem sensum ἀρτον ἁγνοῦν δούλων, id est erumnosum seu afflictionis panem dixit. ἁγνοῦν δούλων enim idem est quod affigi, ac malū ipsi affici, nos habemus ἀρτον ἁγνοῦν, id est panem doloris.*

Sexta ἡκομδέντος vocē.] *Hoc est acuti sensus, vt ipsemet exponit: & sic habent omnia vniuersa exemplaria: propterea opus non est vt pro ea voce Erasmus ex sua libidine nobis ἐμνομήματος, id est ex acuti, substituat. Et factum est ex die illa, medijs excussorum faciebāt opus.] Vocem, ex, nos ope exemplarium restitimus. Sed Latini de Graeci verbi ambiguitate decepti.] *Olim, De Graeco.**

Cum ἔγραψεν manus quoque dicantur.] *ἔγραψεν apud Gracos, volam manus, seu ἀρτοῦ τῆς χειρὸς, vt ait Helychius, significat; ut fructum, & amplius filij, & lamam. Repente stimulus quibusdā dolentis stomachi suscitatus, in orationem prorupi.] Vox, dolentis, a nobis reposita est.*

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXLI.

Regnauit autem Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamestor vnde decimus imperabat.] *Pro vndecimus, vnde decimus annis, falso ex Germanica Erasmi olim correctione legebatur. Agamestor enim, seu Agamestor, vt constat ex Eusebio, vndecimus Atheniensium dux fuit: primus enim fuit Medon, mox Agastus, Archippus, Terpsippus, Phorbas, Medades, Diogenethus, Phoredus, Arisphron, Terpsippus, Agamestor: eodemq; tempore in Latio apud Albanos imperabat Amulius Numinis frater: quod nomen olim apud Ethnicos clarum, longē clarius in Ecclesia cognominē*

nunc repraesentat M. Antochius Amulius Venetus, Cardinalis amplissimus.

Quando verò ille mortuus est, vniuersa quae sublequens sermo monstrabit, apertio te lucine prodiderunt.] *Olim, monstravit, falso legebatur. explicatur enim postea ex Esaiæ dictū quae acciderint. Quidam ante me tam Graeci, quàm Latini.] Ex Graeco qui hanc Esaiæ visionem enarrarunt, Didymus fuit, vt in epistola lxxiiii. quae est ad Pammachium, & Oceanum, ipsemet testatur: item Gregorius Nazianzenus. Et ter Sancti nomen ingemunt.] *Olim, Ter sanctum, at melior est haec lectio, quàm Brixiani codices habent: alioquin aliud quoddam videretur esse nomen, quod sanctū esset, & non quod ipsum per se sanctum diceretur. w. p. enim, quod à Seraphim ingemuntur, Sanctum significat: repetitū q; ter in Trinitatis mysteriū, vt etiam vetustissimi Hebraei interpretēs nos docent, τριὰς ἅγιος Graeci appellant. Quae cum non minimum puluerem moueāt.] Hoc est, cum maximam sermō afferant difficultatem, decet at tamē apud Erasmus vox non mouere autem puluerem, pro difficultatem afferre, sumptum est ab athletis qui in arena decerant: vbi enim maior est impetus, & in prostrando aduersario difficilius nititur, maior etiam è terra, pedibus commotus excitatur puluis. Rursum illae, quae in indutum carne conspicuntur, nouo mysterio stupefactae interueniunt.] *Olim, ille, impressorum incuria. Propriam Esaiæ asseruit passionem, qua Iub Manasse interfecit & Regē.] Sic habent sex Florentinae codices, & aliquot Brixiani, olim, qui. Ecce Demirus in euangelio cingitur linteo, peluim ad lauandum discipulorum pedes praeparat, serui surgunt ministratio. Esto vt doceat humilitatem, vt nobis inuicem ministret, non abno, non recuso. Quid est quod Petro recusant dicit, nisi lauro pones tuos.] Pro Esto, quod nos ex Florentinis, Brixianisq; codicibus repositurus, stat, legebatur antea, sensus patet, magis q; patebit, si legent ea quae sequuntur, aliam enim ob causam, quàm humilitatis, id se scisse ait.***

Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit.] *Sic habent, quos sequitur, Septuaginta interpretes. id est ἡ λατο τοῦ τῶν χειλῶν σου, & ἀφεθεῖ τὰς ἀνομιὰς σου, & similiter pro purgabit, καθαράσει. apud Erasmus verò legebatur, Ecce tetigit hoc labia tua, & abstulit iniquitates tuas, & peccata tua purgabit: hunc error, in hac epistola vni uerum. Sine duo testimonia intelligere volueris, siue aliquas apparatus in caelestibus virtutes, siue in signum captiuitatis futurae vni uerum, quandam ueritatis futurae praefiguratam, nunc accipe Seraphim.] Pro nunc, hunc, falso legebatur antea, duo enim Seraphim fuerunt, vos, hunc, vnum tantum respiceret. De quo & in Esaiā dicitur: habes carbores ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium.] *Locus est Esaiā 47. vbi enim nos habemus, non sunt p̄ uno quibus calefaciant, nec focus vi sedent aut eum, sic facta sunt tibi in quibuscumq; laboraueras. Septuaginta legunt, ὅτι ἔχεις ἀδύνατον πνεῦμα, καὶ δυνάμη ἀποτύχου, οὗτος ἔσονται σοὶ βοηθοὶ. Accipe calicem vini meri huius de manu mea.] *Locus est Hier. 52. vbi lxx. legunt, καὶ ἐξ τῶν ποτηρίων τῶν δεινῶν τῶν ἀπέχεσθαι τοῦ πνεῦμα ἐκ τῆς χειρὸς μου, & sic etiam legit Theodoretus, decet at tamē antea vox, vini, manuscripta exemplaria nos admonuerunt. Pro qua propheta.] *Olim, Propheeta.****

Tenuisti me, & posuisti.] *ἐκπαῖνος ἐστίν, καὶ ἰδὺ ὡδὸς. sic habent lxx. Hier. 20. falso tamē legebatur antea, tenuisti me, & posuisti. Septuaginta interpretibus sensum potius quàm verbum de verbo exprimentibus.] *Conruptus erat antea hic versus: legebatur enim, Septuaginta interpretibus potius quae dixi verbum de verbo exprimentibus. Quinq; ex Florentia, iunctis Brixianis, exemplaria nos admonuerunt. Vt oculo dolore cruciati.] *Olim, Dolori.***

Scholiam super reliquis Esaiæ de Seraphim, ad Damascum epist. cxliii.

Quod autem ceteteri interpretes promissum esse, volasse dixerunt.] *Olim, volare dixerunt. Septuaginta, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua.] id est ἡ λατο τοῦ τῶν χειλῶν σου, sicut supra bis emendauimus, antea enim legebatur, tetigi. Sed ne videamur aliquid praeterisse eorum quas Iudaei vocant διωρεώσεις, & in quibus vniuersam scientiam ponunt, nunc breuiter illud attingimus.] *Olim, Videremur, vocat autem διωρεώσεις traditiones, quod secunde post sacram scripturam sunt, habebant eas multas Hebraei, quas tanti faciebant, vt earum causa diuina interdum praecepta frangerent, sicut latē hunc errorem sapē illis Christus in euangelio ante oculos ponit. Traditionum sensus sunt etiam quae apud Thalmudistas copiose, ex Hebraeorum magistris collecta, nunc leguntur. hīs enim Iudaei veluti nos P̄ofiticio, ac Casareo, iure vtuntur, volumini, quod ingens est, ac multū refertum varietatibus, nomen à doctrina impositum est.**

Surge veni proxima mea, speciosa mea.] *Speciosa, non sponsa, vt legebatur antea, & hic & alibi legendū est, nos errorē ubique expunximus.*

SCHOLIA IN EPISTOLAM CXLIX. AD MARCELLAM.

QUIA aliud est tormentis cedere, & se Christianum negare, aliud Christum diabolum dicere. Credere procedere, falso legebatur antea, & vox, Quia, deeat.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CL. HEDIBLAE.

QVOD audeam ad stirpem generis sui quippiam miffitare.] Miffitare, fubmiffa voce, & fecretè loquor fignificat, à Miffio quod Græcis est μίση. iam enim, inquit Lianus, ita etiam quidam miffitantes vulgo tum enim appellabant. Ut abyffus veteris testamenti inuocet abyffum euangelicam.] Sic exponit dictum illud pſalmi, abyffus abyffum inuocat in voce car. tractatum fuarum. Sed vt rigarent arua gentilium, & torrentem ſpinarum.] Sic legitur tobelu tertio capite. Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Quia omne facrificium quod abſque fale eſt, Domino non offeritur.] Leuitici 2. ſic legitur. Quidquid obtuleris facrificij, fale condies, nec auferes fal ſcederis Deitui de facrificio tuo. in omni oblatione offeres fal. ad hoc autem alluſit Marcus euangelifta, ſeu verius per Marcum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum dixit, Omnis victima fale ſalietur. Quam vidit Ieſus quali fulgur cadentè de celo.] Sic exponit verba illa Chriſti, Videbam Satanam quaſi fulgur de celo cadentem: pro illuſtri ſcilicet mundi eloquentia.

Quæſtio prima.

Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Intelligentia opus eſt vt poſt intelligentiæ beatitudinem ſciaur quis ſit egenus & pauper.] Ita hunc locum ex Brixianiſ codicibus emendauimus. prius enim ita legebatur: Intelligentia opus eſt, & poſt intelligentiæ beatitudine, qui ſit egenus, & pauper. Et hæc dicitio non quòd in pauperes Iudæos, ſiue gentiles, & omnino, cuiuſlibet gentis ſint pauperes, prohibeamus faciendam elemoſynam.] Vox, ſunt, ex Brixianiſ codicibus reſpoſita à nobis eſt. Si qua autem vidua habet liberos, & maximè ſi nobilibus familie eſt, egètes filios non dimittat, ſed ex æqualitate eos amet, & vt meminerit primum animæ ſuæ, & ipſam putet eſſe de filiis.] Hæc verba, eos amet, à nobis ex Brixianiſ codicibus reſpoſita ſunt: deeat enim apud Eraſmum, cum tamen neceſſaria ſint.

Quæſtio ſecunda.

Ex hoc loco quidam mille annorum fabulam ſtruant.] Intelligentiæ illi hæretici qui ab hoc annorum numero χιλιασται ſunt appellati. ex Apocalypſi loco quodam malè intellecto hunc acceperunt errorem. Nos autem audiamus panem quem fregit Dominus, deditque diſcipulis ſuis eſſe corpus Domini ſaluatoris, ipſo dicente ad eos: accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum: & calicem illum eſſe de quo iterum locutus eſt: bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui testamenti, &c.] Legant hæc noſtri temporis hæretici, qui contra ſanctiſſimum Chriſti corpus, & ſacraſſimum ſanguinem, putidum quotidie aperiant: & clara ac perſpicua Chriſti verba in ſenſum ſuum detorquent, & ex corpore vibrateam quandam, rypnamq; efficiunt. ſequitur contra eos D. Hieronymus: Si ergo panis, qui de celo deſcendit, corpus eſt Domini, & vinum quod diſcipulis dedit, ſanguis illius eſt noui testamenti, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionè peccatorum: Iudaicas fabulas repellamus, & aſcedamus cum Domino cœnaculum magnum, ſtratum, atque mündatum, & accipiamus ab eo ſuſcipi calicem noui testamenti, ibiq; cum eo paſcha celebrantes, inebriemur ab eo vino ſobrietatis: non enim eſt regnum Dei cibis & potus, ſed iuſtitia, & gaudium, & pax in ſpiritu ſancto. Nec Moyses dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus: ipſe cœnauit, & conuiuium ipſe comedens, & qui comeditur. Illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus: & quotidie in facrificij eius de genimine vitæ veræ, & vineæ forec, qua interpretatur electa, rubentia muſta calcamus, & nouum ex huius vinum bibimus de regno patris: nequaquam in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus: cantantes canticum nouum, quod nemo poteſt cantare, niſi in regno Eccleſiæ, quod regnum patris eſt: & cetera. Hactenus Hieronymus. Quibus verbis illuſtrius ac clarior de veritate corporis & ſanguinis Chriſti dici nil potuit. Quod autem ad verba quibus iuxta cerimonias Moſaicas in aſpergendo victima ſanguine utebatur ſacerdos, alluſerit Chriſtus dum dixit, hic eſt ſanguis meus noui testamenti, ſomnium eſt Eraſmianum: verbis enim in aſpergendo ſanguine vii ſolitos ſacerdotes non conſtat.

Quæſtio quarta.

Vespere ſabbati, id eſt ſero, non incipiente nocte, ſed iam profunda, & magna ex parte tranſacta.] Græca vox εὐδὲ hoc ipſum ſignificat, id eſt ſero, tarde, poſt longū ſcilicet tempus. extat in hanc

A ſententiam Dionyſij Alexandrini epiftoſa: & Ambroſius ita etiam hunc locum exponit. Præſertim cum tetramotus, & ſaxa dirupta,] Diruta legebatur antea, ſed falſo. petra enim, inquit, euangelifta, ſciſſa ſunt: & Græcus codex: ἡ ἀπέτρην ἐν γλῶσσοις. & ita habent manuſcripta Brixie exemplaria.

Quæſtio quinta.

Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum. & eſt ſenſus, quem mortuum quæris, viuente tangere nō mereris: Si me necdum putas aſcendiſſe ad patrem, ſed d hominū fraude ſublatum, meo tactu indigna es.] Noli me tangere: tibi enim non tum aſcendi ad patrem meum, legebatur antea, ſed falſo, vt conſtat. euangelij enim verba primum ponit, mox ea exponit.

Quæſtio ſextima.

Ab Hieroſolyms ne diſcederet, ſed expectaret promiſſionem patris.] Deerat olim hæc verba, ſed expectaret promiſſionem patris.

Quæſtio ſeptima.

Iuxta anagogen.] ἀναγωγή eſt cum mens ad diuina ſuſtollitur, & ex rebus, verbisq; humilibus alta quis, & ſacraſtiora contemplantur. Et petra ſciſſa ſunt, id eſt dura corda gentilium: ſiue petra, vniuerſa vaticinia prophetarum, qui & ipſi à Petra Chriſto cū Apoſtoliſ petra vocabulum acceperunt.] Deerat olim vox, id eſt, & pro Chriſto, Chriſti legebatur. Et vique ad quadrageſimum ſecundum annum datum eſt ei tempus pœnitentiæ.] Et ſcilicet Hieroſolymsa, deeat tamen antea vox, et.

Quæſtio octava.

Vos autem ſedete in ciuitate quoaduſque induamini virtute ex alto.] Sic legitur in vulgata editione: & Græcus codex habet, ὑμεῖς δὲ καθίσαι, ſedebitis autem legebatur antea. Et ceperunt loqui variis linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis.] Sic eſt in vulgata Eccleſiæ editione, & ita habent manuſcripti Brixianiſ codices. aliter tamen, qui idem eſt ſenſus, alius linguis: eſt enim apud Græcos codicem, ἡ ἑκάστη λαλῶν ἐτέρας γλώσσαις. Verum magis rem exprimit vox variis, quam alius.

Quæſtio decima.

Iſti æſtimantur in ſemine.] Exiſtimantur falſo legebatur antea. λογίζονται εἰς σπέρμα. Si Elau & Iacob necdum nati erant, nec aliquid egerant boni, aut mali, vt vel promerentur Deum, vel offenderent.] Demerentur, non promerentur, falſo apud Eraſmum legebatur.

Quæſtio vndecima.

Cum veniſſem, ait, Troademi propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi euident apertum eſſet in Domino.] Vocem, euident, vti apoſtolicam amonimus, deest enim in vulgata ſacrorum bibliorum editione tam Latina quam Græca, & manuſcripti Brixiaſ codices eam non habent. ἡ δὲ εἶδος μοι ἀνεῳγμένον ἐν κυρίῳ, eſt in Græco, 2. Cor. 2. Nō enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbū Dei.] Ita eſt in vulgata editione, & in manuſcriptis codicibus magis emendatis. Græcis vero codex habet ἡ ἀνεῳγμένη ἐν κυρίῳ, id eſt cauportantes, ſeu ἀνεῳγμένον τοῦ ῥηθῶς Dei, id eſt cauportum inſtar venundantes, ac negotiantes, aliqua exemplaria legunt venundantes. Capite quarto eiuſdem epiftoſa, vbi non habemus, non ambulantes in aſtutia, neq; adulterantes verbum Dei, Græci legitur, μὴ δὲ ἀποδύντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, id eſt, neque dolose tradentes verbum Dei. Cumque haberet ſciētiam ſcripturarum.] Paulus ſcilicet, de quo loquitur. propterea opus non eſt vt addatur vox, Paulus: & iam vacat apud omnes codices manuſcriptos. Neque enim delicata, & diuitiis ſtudens, ac ſecura conſeſſio eſt, ſed in carceribus, in plagis, in perſecutionibus.] Pro delicata, falſo antea legebatur dedicata. Soluit ἀνεῳγμένον. Id eſt quod e contrario inferri poterat, tacitam, vt dicimus, obiectionem.

Et in ſignum cui contradicitur.] Sic legitur in vulgata editione. aliter contradicitur, εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, eſt in Græco. Quia difficile dignus præco virtutum Chriſti inueniri poteſt, qui in annuantiis illis non ſuum, ſed eius quærat gloriam quem prædicat.] Deerat apud Eraſmum vox, virtutum: qua tamen neceſſaria hic eſt. nos illam ex cunctis manuſcriptis exemplaribus reſtituimus.

Transiſtus in Macedoniam adiuta nos.] Quod cum vidiffet, ſtatim quaſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quòd vocaſſet nos Deus euangelizare illis.] Vidiffet, legendum eſt, non audiſſet, vt legebatur antea. & ita habent emendati codices manuſcripti. Et in ipſo loco Actuum Apoſtolorum, c. xvi. legitur, Vt autem viſum vidit, ſtatim quaſiuimus proficiſci in Macedoniam. Et in Græco, αἰ δὲ το δέξμα εἶδεν. & ſuperius, ἐξέταυ δὲ τῆς νυκτὸς ὄφρα τῶ πάλω.

Quæſtio duodecima.

Spiritum ſanctum tuū ne auferas à me. Qui quādo auferitur, non in ſubſtantia ſui, ſed ei à quo auferitur, extinguitur.] Voculam, in, nos ex Brixianiſ codicibus reſpoſuimus. Hoc enim magis ſonat

Quaestio quarta.

Graues veteri, paruulique lactentes fugam retardant. Olim, lactantes. Non potest abscondi ciuitas super montem posita. Sic habet vulgata editio, & manuscripti omnes ex Florentia codices: quibus Brixiani quoque quatuor assentiantur: & in Græco κρυφθήσεσθαι legitur. Olim, latere, quod idem est. Quæ si de sermone diuino aliquando generari, necesse est quæ generata sunt crescere, & primum accipere lac infantia, donec perueniant ad solidum cibum, & ad maturam ætatem plenitudinis Christi. Perueniat, falso legebatur antea.

Quaestio quinta.

Et non receperunt eum, quoniam facies eius erat obfirmata, vadens in Hierusalem. Hæc vox obfirmata, in cunctis manuscriptis exemplaribus deest, & quod amplius est, in ipso etiam Græco codice. legitur enim in eo, ἡ δὲ ὄψις αὐτοῦ ὡς τὸ ἀπόστολον αὐτοῦ ἢ τοσοῦτον ὡς ἐστὶν ἐν τῷ κώδικι. Nos autem impressam lectionem idem retinimus, quod Hieronymus ita legerit. unde subdit, Obfirmatione enim & fortitudine opus est ad passionem sponte properant. Infrā, Obfirma, inquit, faciem tuam. Et, Dedit faciem tuam aneam, & frontem tuam ferream. repetit autem vocem vir sanctus ex præcedentibus eiusdem euangelij verbis, vbi dicitur, ἡ δὲ ὄψις αὐτοῦ ὡς τὸ ἀπόστολον αὐτοῦ ἢ τοσοῦτον ὡς ἐστὶν ἐν τῷ κώδικι. Et ipse faciem suam firmavit vt irret in Hierusalem: nam postea sine huius vocis adiectione legit, dum ait, Facies igitur eius erat pergens in Hierusalem.

Quaestio sexta.

Domus dispensatorem hac vox significat. domus, & distributio, æconomicum verò Xenophontis librum Columella etiam transtulit: verum tam ipsius quam Ciceronis versiones interciderunt. Qui fidelis est in paruo, & in multo fidelis est. Qui in minimo iniquus est, & in multo iniquus erit. Sic habent emendati manuscripti codices, & Græcus similiter, & πολλοῖς: antea tamē legebatur, in multis vulgata editio habet, in maiori. Cœpitq̄, eos qui prius versabantur in lege, & sic in Christum crediderant, ne arbitrarentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, prophetas præterisse, & quæ antea pro lucro fuerant, reputari in stercore. Olim, reputare.

Quaestio septima.

Bonum autem ad Deum patrem. Refert scilicet Arrius, nam antea dixit, Porro Arrius iustum ad Christum refert, mox addit, Bonū autem ad Deum Patrem, deat tamen antea vox, ad. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vox nūc, secundo posita à nobis restituta est.

Quaestio nona.

Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Bonus pastor, inquit sanctus Ioannes, animam suam dat pro ouibus suis: & ita habent tres ex Brixia codices, duo antea impressi, & vnus manuscriptus. Deest tamen in aliis vox, suis, sicut etiam in Græco qui circumfertur.

Quaestio decima.

Nemo aduersus vos brauium accipiat, hoc enim Græcè dicitur κρατὸς ἐλάσθη. Refert aliqua, quæ ex patria Cilicum lingua Apostolum dixisse ait, cuiusmodi est hoc, & quæ sequuntur, iudicari ab humano die, id est humanò iudicio: Et, humanum dico: Et δὲ κρατὸς ἐλάσθη, non grauius vos. Vt non seruiatis spiritali intelligentiæ, sed exemplaribus futurorum, quæ nec ipse vidit qui vos superare desiderat, siue vidit, vtrumque enim habetur in Græco, præsertim cùm tumens ambulet. Interpres legebat, siue audiuit, vtrumque enim habetur in Græco. Genuina lectio est, que nec ipse vidit, neque videt, vtrumq̄, enim tempus Græcæ vox ἐλάσθη significat, cū sit ποσειδώνιος. Et iam quatuor ex Florentia manuscripti & decem ex Brixia codices, septem scilicet manuscripti, & tres antea impressi, videt, habent, non audiuit, quod est inuoluntarium, nullam enim inter se similitudinem habent ἐλάσθη & ἰκούσθαι, vt vidit, et audiuit, legi possit. Verè enim humilis sensus, & miseranda superstitio, Deū credere hæreticorum, atq; taurorum sanguine delectari, & nidore thymiamatis, quæ sæpe homines declinamus. Quæ scilicet niderem, antea, quæ, legebatur, sed falso. Mortui autem ab elementis mundi, pro eo quod est, elementis; cur mecum non dicitis, Mihi autem absit gloriari, &c. Hæc verba, pro eo quod est elementis, nos ex quinque Florentinū manuscriptis, & decem Brixianis, septem scilicet manuscriptis, & tribus antea impressis codicibus, restitimus, deerrant enim apud Erasmus. Præterea quia iustum est, vt diebus sabbatorum fœdat vnusquisq; in domo sua, & non egrediatur, neq; ambulet de loco in quo habitat. Locus est Exod. 16. vbi enim nos habemus, Maneat vnusquisq; apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo: Septuaginta interpretes, quos Hieronymus citat, ita legunt, κατὰ οὐρανὸν ἔλασθη ἑστὶν τὸς δίκυς ἐλάσθη.

Elementa autem mundi, à quibus, immo quibus mortui sumus, lex Moyfi, & omne vetus instrumentum intelligendum est. Sic ex manuscriptis codicibus lectionem restitimus, legebatur enim antea, Elementa autem mundi, à quibus conspuli, immò mortui sumus. Cùm enim verba illa Pauli exponat, Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, vt sepeliendi vox immiseretur, necessarium non fuit, præsertim ante vocem mortui, quando mors sepulturam, non sepultura mortem præcedit. Habent etiam quædam suas. Id est, introductiones sicut quibus ad discendas artes imperiti introducuntur, sic Porphyrius, sic alij libros inscripserunt.

Quaestio undecima.

Qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non teneatur tollere tunicam suam. Hæc verba, & qui in agro, & cetera, à nobis ex Brixianis codicibus, & ipso etiam Euangelio reposita sunt. Tūc apparebit signum filij hominis in celo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis. Hæc verba, & tunc plangent omnes tribus terræ, similiter à nobis reposita sunt, sic enim sunt in Euangelio Matthæi quod citat c. 24. & ita habent quinque Brixiani codices. Ego veni in nomine patris mei, & nō credidistis mihi: Si alius veniet in nomine suo, illum suscipietis. Olim, Alius veniet in nomine suo. ἡ δὲ λαμβάνετε με, est in Græco, & non accipitis me: & in vulgata editione, Et nō accipitis aliter, Et non accipitis me. Nos nihil ab impressa mutauimus lectione, propterea quod ab exemplaribus adiuui non sumus. Et sicut in Christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter, ita & in Antichristo omnes erunt fortitudines. Olim, ita & Antichristo. Erasmus rursum nomine antidoti venenū hic fundit, & carimonias Ecclesie, quod nimie, & vera pietatis pestis sint, asseuerat: accendunt pietatem sacra Ecclesie carimonia, non destruant: vt quæ ex visibilibus rebus atq; conspiciunt ad inuisibilem, & diuinorum cognitionem, contemplationemq; nos ducant: & Hieronymus de Iudaicis loquitur, nō de Christianis carimoniis. vnde ait: Loquitur autem Apostolus vnuerfa contra eos qui credentes ex Iudæi in Dominum Saluatorem, Iudaicas carimonias obseruare cupiebant, super quæ & in actū Apostolorum non parua quaestio concitata est: loquens de Iudaicis Hieronymus nec eas etiam taxat aut reprehendit, vt de Ecclesie carimoniis facit Erasmus, sed reprehendit eos qui cūm sub Christi gratia sint, Iudaicas carimonias obseruare volunt. carimonias autem vocat, circumcissionem, neomenias, scenopegias, & huiusmodi legalia. Vide decimam quaestionem, vbi de his latè: sic enim ex ipomet Hieronymo Erasmanam blasphemiam confutari videbis: & si vacat, legas eiusdem ad Augustinum epistolam LXXXIX.

SCHOLIA IN CANTICA CANTICORVM, QVÆ Origenes interpretatus est: secundum quod Hieronymus expositionem ipsam vertit.

CANTABO canticum dilecto vineæ meæ. Locus est Esa. 5. tam secundum LXX, quàm secundum vulgatam Ecclesie editionem, antea tamen legebatur, dilecta. Ofculetur me ab ofculis oris sui. Sic ex Brixianis codicibus, quatuor manuscriptis, & duobus antea impressis, hic & aliis in locis emendauimus: cui emendationi Hebræa Græcæq; exemplaria assentiantur. ἡ δὲ ὄψις αὐτοῦ ὡς τὸ ἀπόστολον αὐτοῦ ἢ τοσοῦτον ὡς ἐστὶν ἐν τῷ κώδικι. Quousque mihi sponsus meus mittit oscula per Moysen, mittit oscula per prophetas? Vox, mihi, à nobis ex omnibus codicibus reposita est. Christi bonus odor sumus Deo. Hic locus in vulgata 2. Cor. 2. deerrat tamen antea vox, Deo. Brauium Christus est, & hæc quidē adolescentulæ, quas propter amoris exordium foris stare cognoscimus. Olim, hæc, nos ha. Istæ verò exultatione, & lætitiâ differunt: adolescentulæ quippe sunt, differunt caritatem, & dicunt, Exultabimus & lætaborum in te: diligemus vbera tua super vinū. Diligemus, inquit, nō diligimus. Falso antea pro differunt, deserunt, legebatur. Brixiani codices nos admonuerunt. quod autem differunt, legendum sit, constat, dum sequitur, Diligemus, inquit, nō diligimus. Innixa super fratrualem suam, id est ἐπισυναγωγὴν ἑστὶν ἡ ἀδελφὴν αὐτοῦ, id est, super pectus eius recumbens. Hic quoque locus vitiatius erat antea. ἀδελφὴν αὐτοῦ enim, non ἀδελφὴν αὐτοῦ legebatur, & non ἐπισυναγωγὴν, sed ἑστὶν τὸ ἐπίσυναγωγὴν. Tres Brixiani codices nos admonuerunt. cū ὅς pectus, inde ἐπισυναγωγὴν, id est super pectus recumbens, quemadmodum ita habere meliora exemplaria Origenes asserit: quippe cū in vulgata Græca editione esset ἐπισυναγωγὴν. Vt ascendā innixa super fratrualem meū. Olim, innixus. Nisi enim tū mihi annunciaueris, incipio errabunda lactari: & dū te quero, in aliorū greges incurro: & quia aliorum erubescō faciem, meam absque mora mox contegere incipio. Aliter, & quia aliorum erubescō aspectus, faciem meam atq;

ora mox contegere incipio. in Florentinis tamen omnibus codicibus deest vox, aspectus, propterea nos eam remonimus, nam & superflua erat. absque motu autem, pro, atque ore, ex Brixia accepimus. quae lectio valde placet. Genae tunc ut nurrus. Faciem illius laudat, & genarum rubore succenditur.] Succeditur, habent sex codices Brixiani, quinque manuscripti scilicet, & vnus ante Erasimianam corruptionem impressus. perfunditur, autem legebatur antea. quod autem legendum sit succenditur, constat ex textu; loquitur enim de sponso, qui cum pulchritudinem sponsa considerat, & faciem, rubore genarum illius succenditur, ac inflammatur.

IN SECUNDAM HOMILIAM ORIGENIS SVPER CANTICA.

Oportebat quippe, vt, quia omnes gentes in stillam situle reputatae sunt, is qui pro omnium salute factus est omnia, etiam stilla ferat ad eas liberandas.] Olim, his, non is. Opernit motus vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei.] Cedros Dei, habent cuncta manuscripta tam Brixiae, quam Florentis exemplaria. & ita est in psalmo LXXI. x. tam Graecè quam Latinè, ac etiam Hebraicè, τὰς κέδρους τῆς δέου. & חֲרָוִי אֱלֹהִים. antea tamen ex Erasmi deprauatione legebatur, cedros Libani. Videamus & aliam laudem sponsae, vt & nos amulemur sponsae fieri.] Ex Brixianis codicibus sic emendauimus olim. Videamus & aliam laudem speciosa. Has de sponsa audiens laudes, sponso vicem in laudibus tribuit.] Vox, se, deerat olim. Ecce speciosus es fratruelis meus, & quidem pulcher.] Itatres manuscripti ex Brixia legunt codices, & ita habent LXX. interpretes quos sequitur. ἰδὸν εἰ κἀδὸς ἀδελφῶός μου, ὡς γὰρ ἐγγίτω. ita legit Mattheus Rex, ac etiam ex Hebraica veritate D. Hieronymus, dum transfuit, Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. antea tamen legebatur non pulcher, sed pulchre. Neque enim ad hoc filius Dei de caelestibus ad terrena descenderat, vt de lectulis descendere imperaret.] Vocem, descendere, propterea amouimus, quod in cunctis exemplaribus vacaret, & superflua etiam esset. Vt cum ad te velut ad sponfam venerit sponfus.] Olim, a te. Ecce speciosus fratruelis meus, & quidem pulcher. Falso legebatur antea, Ecce sponfus fratruelis meus, & quidem pulchre. Siquidem pro Stæbe ascendit cypressus.] Falso antea legebatur stybe, est enim σοῦβη herba, quam aliqui Phleon vocant, de qua vide apud Plinium, & Dioscoridem. locus est Esaiæ 5. vbi nos habemus, Pro saluica ascendet abies, & pro vitica crescet myrtus. Ego, inquit, desideravi in vmbra eius roquiescere, sed postquam me sua protexit vmbra, etiã fructu illius saturata dico, & fructus eius dulcis in guttate meo.] Falso pro saturata, saturatus legebatur. sponsa enim hac verba sunt: & pro in gutture meo, legebatur gutturi meo. ἐν ἀερέῳ μου. est apud LXX. quos sequitur, & manuscriptos magis emendatos. Recole conscientiam tuam de patris, matris, fratris q. affectu, & considera qualem circa sermonem Dei, & Iesum habemus caritatem.] Olim, Iesu. verum legendum esse Iesum, verba quae sequuntur ostendunt. deprehendes magis te filium & filiam diligere quam verbum: magis te parentes amare quam Christum. Quia vulnerata caritate ego.] ἦν περιττωμένη ἀγάπης ἐγὼ. Nos habemus, quia amore languo. falso igitur legebatur antea, quia vulnerata caritatis ego. qui error vbi a nobis expunctus est. Intellige sponfam animam beatam, atque perfectam.] Olim, sponsa. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.] Has voces, sicut passer, nos adnotationibus cunctis exemplaribus reposuimus. Ecce mossa ascendit per fenestras vestras.] Sic habent LXX. quos Origenes, Hieronymusq. sequuntur. ἰδὸν τὸ εὐπιδὸν ὄμαρ, nostras tamen, id est ἰδὸν, est in vulgata editione apud Hieremiam. Iccirco spiritus sanctus non in turturem vertitur, sed columba fit: Quae inter nos propter hominum multitudinem auis mansuetior conuertatur.] vox, Que, exemplarium ope, vni necessaria a nobis reposita est. Primum veni ad id quod ante murum est, & postea poteris introire vbi murus est Petra.] Non vbi, sed vbi, falso legebatur prius. Tace enim ait, & audi Israë.] ὁμῶς, ὡς ἀκούεις τὸ εὐρα. sic habent LXX. interpretes Deut. 27. vbi nos habemus, Attende, & audi Israë.

SCHOLIA IN EPISTOLAM CLII. MINERIO ET ALEXANDRO.

Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur.] Ita legit Tertullianus, & Cyprianus, ac etiam D. Hieronymus Esaiæ 51. Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur.] Sic habet Graeca vulgata editio, & ita legit Iustinus Martyr in responsionibus ad orthodoxos, & Origenes in libro contra Marcionem qui in Vaticano extat, nondum tamen impressus. hoc est, πάντες ἡμεῖς οὐ κοιμησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλοιωσόμεθα. vulgata autem Ecclesiæ Latina editio legit, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes im-

mutabimur. quam lectionem Ambrosius, ea ipsa verba exponens, sequitur. & Philon Carpathius Epiphanius Salaminae Cypri amicus in cantico canticorum. Hieronymus ea non habet. Tectusque oculi, qui Gregæ dicitur ὁπῆ, tanta velocitate transcurrit, vt penè sensum videntes effugiat. Verù quia in plerisque codicibus pro ὁπῆ id est ictu, vel motu ὁπῆ legitur, hoc sentire debemus, quod quo modo leuis pluma, vel stipula, aut tenue, siccumque folium, vento, flatuque raptatur, & de terra ad sublime transfertur; sic ad ictum oculi, & ad nutum Dei, omnium mortuorum corpora mouebuntur parata ad aduentum iudicis.] Hanc posteriorem lectionem Graeci vulgati nunc habent codices, ἐν ἑστῆ ὁδομαχίῳ. D. Hieronymus ὁπῆν εἰς τὸ πῆλζεν, quod est sufflare, deducit. ὁπῆ, verò momentum quoddam exiguum significat, vt illud quo lanx in alterutram inclinat partem, confunditur tamen interdum, & vnum pro altero ponitur, vt constat per Hesychium. συνεκτὸν ζυμμάτωρ.] Id est, collecturarum questionum. Nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non praeuenimus eos qui dormierunt.] Sic legitur in vulgata tam Graeca quam Latina editione. τὸς κοιμηθέντας. prius tamen legebatur, qui dormiunt. Et in tuba Dei.] καὶ ἐν σαλπιγγί θβο. deerat antea vox, in. Et mortui in Christo resurgent primi.] Sic est in vulgata Latina editione, aliter primum. ἀρῶντων enim est in Graeco. Neque enim fieri potest, vt qui ad Timotheum scripserat, Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meae instat, putaret, se in carne perpetuum, & nunquam esse moriturum, & de vita terrena statim ad regna caelestia transiturum.] Olim, non terrena sed aeterna, falso legebatur. ex octo Brixianis codicibus, sex manuscripti, & duobus impressis, sic emendauimus. Sicut igitur anima quae peccat viuente corpore mortua est; & eadem die qua peccauerit, dormit in morte, dicente Ecclesiaste, Qui peccauerit, mortuus est ex tunc.] Ecclesiastes 8. vbi nos habemus, Peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustinetur, vel vt aliter D. Hieronymus legit, Peccator facit malum centies, & elongat ei Deus. Symmachus transfuit, Peccans enim malis inortuus est longa aetate concessa. τῆς ἐστὶν in Hebræo: quam vocem LXX. transfulerunt εἰς τὸ τε, id est, ex tunc. Aquila, Symmachus, & Theodotus, mortuus est: Hieronymus autem, centies. citat autem nunc locum secundum LXX. verum aliorum etiam translationem admisset, & ex omnibus interpretationibus pulchram eruit sententiam, vocem Hebraicam τῆς & pro mortuus est, accipiens, & pro, ex tunc, vide eum in commentariis super Ecclesiasten. Neque enim peccatoribus cum iustis rapien- tur obuuiam Christo, sed ij quos mors dissoluerit.] Olim, non ἦ, sed eos. Origenes in tertio volumine ἐξηγηματικῶν.] Id est expositionum. Sin autem reliquiae, & electio secundum gratiam, appellatur viuentes: Qui non ita credunt, nec de Israëlitica nobilitate generati sunt, dormientes, & mortui appellabuntur in Christo.] Olim, appellatur in Christo. Porro qui viuunt & habent testimonium fidei, & necdum receperunt promissionem Dei: qui & aliis melius quiddam cogitauit, vt non absque iis qui iusti sunt, coronentur: in eo habent beatitudinem, quod fruuntur bono conscientiae.] Hic locus virtutis maxime erat, non enim cogitauit, sed cogitauit, legebatur. cogitauit, autem legendum esse constat ex Paulo Hebr. 11. vbi dicitur, Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt reprobationem; Deo pro nobis melius providente, vt non sine nobis consummarentur. item pro fruuntur bono conscientiae, legebatur, feruntur bono conscientia. Residui ergo erunt de credentibus pauci, qui aduentum Domini videant, secundum id quod Deus verbum est, nequaquam in vilitate carnis, sed in gloria triumphantis.] Ita locum ex septem Brixianis codicibus, quorum vnus erat impressus, correximus. Erasimus enim Arrianum sensum hic immiscuerat: legebat enim, secundum id quod Deus verbum factum est. Quis enim alius prater Arrium filium Dei factum esse vnquam asseruit: ἢ enim creaturam esse filium Dei aiebat. Aut quis vnquam prater vnum Erasimum ferre potuit, vt diceretur, Deum verbum factum esse? legimus quidem Verbum factum carnem, hoc est humanam assumpsisse naturam: sed quod ipsum verbū sit factū, aut creatum, nisi apud Arrianos legimus. Hanc lectionem ex septem, vt dicebamus, exemplaribus accepimus: ex quibus & locum correximus; quando absque codicibus, & ratione nihil a nobis est immutatum. Verum ego existimo a Hieronymo scriptum fuisse, secundum id quod Deus verbum caro factum est, alioqui non adieciisset, Nequaquam in vilitate carnis, sed in gloria triumphantis. Non enim ad filium tantum Dei respexit, sed ad filium incarnatum, id est qui humanam carnem assumpsit. Legimus in Numerorum libro sacratas Deo tubas, quae ante ostium personent.] Ita locum ex Brixianis codicibus correximus, falso enim apud Erasimum legebatur prius, ante hostias, lae- cus est Num. 10. in hac verba: Cumq. increpaueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi sederis. erant autem dicitur

mortuus est, quia non conuenit Abraham deficere, & imminui.] Inuenitur tamen hoc hodie apud Hebraeos: quapropter aut diuersa olim exemplaria Hebraica circumferantur: aut, quod magis reor, mutatus in multis in locis Hebraicus textus ab eo qui Hieronymi tempore vulgaris erat, nunc est: sicut codicem quem habuerunt LXX. Hieronymi a te immutatam alibi probauimus. Hanc autem Hebraici textus mutationem multis in locis factam inuenies, si ex his Genesios questionibus rem diligenter discutias. quapropter magnificanda est vulgaris Ecclesiae editio, & tot nonorum interpretum petulantia, secundum Tridentini concilij doctrinam compescenda, ac retinenda. Cap. 30. *σωματέρες* id est, *in Deo, & σωματέρες*.] Id est, conuerit me Deus, & conuersa sum. sic ipsemet Hieronymus exponit. Erasmus contra, pro conuersari, qua in se primum uerbum non conuenit, propterea nec secundum. vna enim est significatio. Cap. 32. *דוד הָיָה לְךָ מֶלֶךְ*.] Quia regnasti cum Deo. ab *אֶלֶּךָ*, regno, impero, cui vox Hebraea שָׂרִית Saritha optime respondet. Symmachus addidit *וְלִי אֱלֹהִים דָּוִד*. id est, regnasti uobis aduersus Deum. Cap. 36. *רַעַי לְאִמּוֹתַי*.] Id est, *רַעַי*, aquas, uel uerius *רַעַי* id est *maria*, quodidem est, cum secundum Hebraeorum idioma omnis congregatio aquarum appelletur mare. Hebraicam autem uocem omnes reliquerunt, quod & in Chabrat a LXX. etiam factum est. *יִצְחָק* autem mare, seu aquam singulari scilicet numero significat, sic enim Graeci in Hebraicis uocibus utitur. unde Seraphim & Cherubin singulari, plurali uero numero Seraphim, & Cherubin dicunt: at Hebraei non ita, sed in singulari *כְּרֻבִים שְׂרָפִים*, *כְּרֻבִים שְׂרָפִים* in plurali uero *כְּרֻבִים שְׂרָפִים*. Cap. 44. Pro *כַּסֵּא*, id est, poculo, quod etiam in *Phaia* legimus, Aquila scyphum, Symmachus phialam translulerunt. *דֶּבַע* id est *דֶּבַע*, est apud *Esaiam* cap. 51. & alibi eo uerit nomine. Graeca uox est: quamuis Erasmus solita imperitia Hebraicum uel Aegyptiacum nomen putat. Cap. 47. Et in hoc loco quidam frustra simulant adorasse Iacob summitatem sceptri Ioseph, quod uidelicet honorans filium potestatem eius adorauerit: cum in Hebraeo multo aliter legatur. & adorauit, inquit, Israel ad caput lectuli: & cetera. Iacob summitatem uirga Ioseph adorasse Hebr. 1. scribitur his uerbis, *עָשָׂה יַעֲקֹב מִשְׁכָּבָה לְיוֹסֵף בְּעֵת מוֹתוֹ וְעָשָׂה יַעֲקֹב מִשְׁכָּבָה לְיוֹסֵף בְּעֵת מוֹתוֹ*, & ipsum LXX. translulerunt, id est, adorauit Israel contra summitatem uirga eius, legendum esset, & adorauit contra fastigium uirga eius: sic enim Paulo Apostolo, qui LXX. hac in re secutus est, Hieron. non contradiceret. cum aliud profecto sit uirgam, aliud contra summitatem uirga adorasse. Versus enim Iacob ad lectuli

caput, in quo Ioseph cum uirga in manu manebat, dicitur adorasse contra summitatem uirga. *מִמִּיתָא* Mitta enim apud Hebraeos uirgam, & lectum significat. LXX. hic uirgam translulerunt, sicut paulo inferius, *עָשָׂה יַעֲקֹב מִשְׁכָּבָה לְיוֹסֵף בְּעֵת מוֹתוֹ*, Et confortatus Israel sedit super lectulum: hoc est, *עָשָׂה יַעֲקֹב מִשְׁכָּבָה לְיוֹסֵף בְּעֵת מוֹתוֹ*. Cap. 48. Et ego do tibi Sicimam praecipuam super fratres suos. Sicima nomen loci est, Neapolis uerbo Samaritae postea dicta. de qua in euangelio Ioannis ita scribitur: Venit ergo in ciuitatem Samariae quae dicitur Sichar, iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Sichem uero legi debet, non Sichar, ut Hieronymus hic testatur. pro do, dedi, falso legebat ut antea. *עָשָׂה יַעֲקֹב מִשְׁכָּבָה לְיוֹסֵף בְּעֵת מוֹתוֹ*, & *עָשָׂה יַעֲקֹב מִשְׁכָּבָה לְיוֹסֵף בְּעֵת מוֹתוֹ*, est in Graeco. *εὐκαρπύου*, falso legebatur antea. est autem *εὐκαρπύου*, truncus, seu ramus. *εὐκαρπύου* ἀνεπέμψου, uirgultum, seu ramum resolutum.

In tertium librum Regum.

Cap. 2. Quos occidit, & effudit sanguinem belli. & cetera usque ad uocem, *Haec*. haec uerba reiecta erant in sinem, post septimum scilicet caput. nos suo loco, id est sub secundo capite hic reposuimus. Venit autem nuncius ad Iob, & cetera. haec quoque suo loco reposita à nobis sunt, hoc est sub secundo capite. reiecta ipsa etiam erant in sine post septimum caput. Peshulanus codex nos admonuit. idem fecimus in sine secundi libri *παρασκευασμένων*, ubi, *Qui* praerant substantia Regis cum eunuchis, sunt enim ea uerba capitis xxviii. & tamen post xxix. mutato ordine ponebantur, ut constat ex locis in margine à nobis citatis, correximus etiam in eis aliqua, ut 1. Par. 17. Feci, tibi nomen. nam antea legebatur, fecit, sibi nomen. & 1. Par. 13. Auertit arcem Dei in domo obedi Edom. euerit enim, legebatur prius. & alia similia.

In librum de locis Hebraicis.


Roob quam transferunt exploratores qui ab Iesu filio Naue missi sunt, qui hodie uicus Rooba in quarto lapide Scythopoleos sic uocatur: qui & leuitis separatus fuit. Cum Iosue, legendum esset, non ab Iesu, seu Iosue, exploratores enim, qui transferunt Roob, à Moyse missi sunt, non à Iosue, ut constat Num. 12. iuit tamen cum eis Iosue, ij qui à Iosue missi sunt exploratores diuertent quidem ad Raab meretricem, quae habitabat in Iericho, sed per Roob locum non transferunt, ut ex secundo Iosue apparet capite. si ita non legatur, lapsus uideretur memoria D. Hieronymus. Verum nos absque exemplaribus nihil mutare uoluimus. ad ea enim lectorem mittimus. quippe in libro de locis Hebraicis ea nobis deseruunt. restitimus autem aliqua, à sacris Bibliorum libris, unde omnia hausta sunt, hac in re adiuui.

F I N I S.

CENSURA SCHOLIORVM.

Displicuit permultis pietate & doctrina claris, quod passim Erasmus uocaretur Batauus interpres, Hollandus, somniator, aliquando etiam haereticus, haereticorum omnium pessimus: aliaque in eum praeter Christianam modestiam scriberentur: Ideoque ea, absque scholorum detrimento, in hac editione omissa sunt. Quae etiam auctori suo, edito opere, displicuisse, ex Roma accepimus.

Iob. Molanus.



INDEX IN TRES PRIMOS S. HIERONYMI TOMOS, LOCVPLETISSIMVS.

COMPOSITVS EST AVTEM A NOBIS EA RATIONE, VT SCHOLIIS ETIAM NOTIS, in quibus res omnes & historiae latius tractantur, inseruiat. verum ex textu ad ea accedere oportet. Quo autem res facile inueniantur, & Tomorum numerum apposuimus, & paginam in duas diuisimus columnas, quas vocauimus a, b: vbi autem Tomorum numerus non est appositus, ad proxime nominatum cotendas, & paginam integram legas, si litteras, quibus illa distinguitur, signatas non inuenias: res enim tunc in omnibus illius partibus, non in vna tantum, aut altera continetur:



A B A R I M אבירימ mons, 3.tom. 363,b
 Abigaus Hispanus presbyter, 1.tom. 87,b
 Abdias vbi pauti prophetas, & vbi sepultus, 1.tom. 76,a
 Seruus Dei interpretatur, 3.tom. 339,a,b
 Abel Sithim; 3. tom. 364,a
 Abiathar pro Abimelech ponitur, 2.tom. 28,b
 Abigaus Hispanus presbyter, 1.tom. 87,b
 Abin & Paanin, 2.tom. 268,a
 Abisag Sunamitis, 1.tom. 5,b,& 6
 Abiactati qui dicantur, 1.tom. 77,b
 Abnegare se ipsum, 1.tom. 90,a,b
 Abnet אבנת vestis, 3.tom. 366,b
 Aborum procurantes, 1.tom. 38,a
 Mystice abortus quid sit, 3.tom. 426,b.& seq.
 Abradotes Panthea vir, 2.tom. 160,b
 Abraham in summis diuitijs Dei amicus, 1.tom. 26,a
 Eius potentia 72,a
 An ex igne Chaldaeorum liberatus, 3.tom. 455,b
 An accepit ad Melchisedec decimas vel deditur 355,a
 Quousque cum Domino loquendo iuerit, 1.tom. 75,a
 Eius sinus sub terra, 3.tom. 370,a. 1.tom. 8,b
 Abraxas 1.tom. 84,a. 123,b. 2.tom. 203,a
 Abstinētia a cibis late predicatur, 2.tom. 168,a vsque ad 173.
 In Paula quanta fuerit, 1.tom. 79,a
 Abundantius, & eius exilium, 1.tom. 111,a
 Abusus religioni non prauidicatur, 2.tom. 191,b
 Acacius presbyter, 3.tom. 398,b
 Idem Caesariensis episc. 445,a, 447,a. 1.tom. 130,a
 Academia Platonis villa 2.tom. 167,b
 Academicus noui 2.tom. 263,b
 Acarnanij 3.tom. 455,b
 Achab regis penitentia 1.tom. 85,a, 97,b
 Achad vrbs 3.tom. 455,a
 Achaz filium an gignat xi. anno, episc. 132.
 Eius mala vita 3.tom. 375,b
 Aclillas lector Atrianus 2.tom. 202,a
 Achor vallis 1.tom. 75,b
 Acinax gladius 2.tom. 160,b
 Acipenser piscis 2.tom. 232,a
 Acroceraunia 3.tom. 343,b
 2.tom. 242,a
 Actoria Paulla Catonis vxor 2.tom. 162,a
 Acus discriminialis 2.tom. 262,b
 Adam אדם virum & mulierē cōprehendit sicut apud nos homo, 2.tom. 152,b. 3.tom. 453,a
 Cur Adam a Deo creatus, si eius prauidetur lapsus, 2.tom. 293,b
 Qua etate creatus 1.tom. 80,a
 An, si non peccasset, cogniturus fuisset vxorem, 2.tom. 152,b
 Vbi mortuus & sepultus 1.tom. 50,b, 51,a 75,a
 Adam primus & Adam secundus 2.to. 177,a
 Adamantius .i. Origenes 1.tom. 53,b. 3.tom. 398,b, 451,b.

Ader turtis, 1.tom. 75,a
 אדיר אורט
 Adiaφoεστ
 אדיר אורט
 Adipes 2.tom. 270,a
 Admerus 2.tom. 166,a
 Admerus 2.tom. 160,b
 Adolēscēntula mysticē 3.tom. 398,a
 אדל אגיא 3.tom. 382,b
 Adomim locus 1.tom. 75,b
 Adonis Veneris amafius 1.tom. 39,b
 Adoratio proprie Deo debetur, 2.tom. 190,a,b
 Christi praesepē adorat. .i. veneratur Hieron. 257,b
 Adorea 1.tom. 34,b
 Adria insula 2.tom. 321,a
 Adrianus Imperator 2.tom. 309,b
 Adulatio prohibetur 1.tom. 15,b
 Eius mala 44,a,b
 Adulator blandus est inimicus, 2.tom. 276,a
 Non amat eum cui adulatur
 Fructum semper & lucrum respicit 1.to. 27,a
 Ei tamen libenter homo fauet 62,a
 Adulterij poena episc. 49.
 In sua vxore nimis intemperans adulter est, 2.tom. 162,b
 Ob adulterium diuertens non nubit, 1.to. 85,a
 De adulterae in euangelio historia, 2.to. 286,b
 אדולטור
 Aedificare, pro, filios procreare, 3.tom. 457,a
 Aegre reprehendas quod finis consuecere, 1.tom. 18,b. 38,a.
 Aegritudo quo solamine alleuanda, 1.tom. 77, b.& seq.
 Paula quo modo aegrotates moniales tractaret 78,b
 Et Paulam matrem Eustochium 80,b
 Et monachos alij 63,b
 Aegyptus animalia colit, & ab eis vrbes nominat, 2.tom. 167,a
 Eius primogenita philosophorum sunt dogmata 3.tom. 357,a
 Corruunt eius templa Israel egrediēte, ibidē.
 Eius sacerdotes 2.tom. 169,a
 2.tom. 140,a
 Αιγυπτουσις
 Aes Cyprium 1.tom. 111,b
 Aeschinus in Demosthenem dictus, 3.to. 337,b
 Aesculapij vates 1.tom. 111,b
 Aescopicus canis 3.tom. 373,b
 Mus 1.tom. 27,a
 Aetates hominum septem, 2.tom. 294,a
 Tēnera in vtramque partem facile trahitur, 1.tom. 38,a
 Aethiopes argentei cur dicantur, 2.tom. 332,b
 Eorum bellum 3.tom. 455,a
 Aethiopsissa Moysi vxor 3.tom. 359,b
 Africe nomen 3.tom. 460,b
 Agamemnon 1.tom. 73,a
 Agamestor Atheniensium dux, 3.tom. 400,a
 Agape mulier haeretica 2.tom. 265,a
 Agape, αγάπη, 1.tom. 63,a
 Agapetae taxantur 1.tom. 58,a
 Αγαπηταις 2.tom. 336,a
 Agar an filium grandaeum portet in humeris 3.tom. 352,b, 458,b
 Agareni qui & Saraceni, 3.tom. 371,a

Agatho Episcopus 2.tom. 299,a,b
 Αγινεαλιγυτ
 Agenna vrbs 1.tom. 130,b
 Ageruchia mulier 1.tom. 32,b
 Aggaeus significat festiūm 3.tom. 339,b
 Agitator 1.tom. 109,b
 Agnes martyr, & virgo 1.tom. 21,a, 25,b
 Αγνοδότης 2.tom. 145,a
 Αγοραγορευ
 Agrippa scriptor Ecclesiasticus 1.tom. 123,b
 Ahod iudex 2.tom. 153,a
 Aila vrbs mari rubro adiacens 1.tom. 110,b
 Αιταλογοι
 Albanopolis Armeniae vrbs 2.tom. 231,a
 Albina Marcella mater 1.tom. 120,a
 300,b. 332,a.
 Albinus Hieronymi amicus 2.tom. 304,a
 Albinus qui festo successit, 1.tom. 17,a
 Albinus Pontifex 3.tom. 339,b, 346,a
 Alcæus poeta 2.tom. 160,b
 Alcibiades 2.tom. 141,a, 160,b
 Alcmena 2.tom. 192,a
 Alentius Diaconus 2.tom. 194,a
 Aletius presbyter 3.tom. 424,a
 Alexander Magnus Leonidis paedagogi vitia imbibit 1.tom. 18,a
 Feras gentes Caucaſi cohibet claustris, 1.tom. 86,a
 Daniel cum varijs ferarū vocat nominibus, 108,b
 Alexander Aphrodisæus, 2.tom. 186,b. 237,a
 Alexander Hierosolyma episcopus, 2.tom. 125, a. 126,a.
 Alexander Polyhistor 3.tom. 460,b
 Alexander Cappadociae episcopus, 1.tom. 127,a
 Alexandria prius No vocabatur, 1.tom. 76,a
 Eius ecclesia Romanae princeps est, 2.tom. 299,a
 Presbyteri in ea Episcopum quamdiu eligere soliti fuerint 310,b
 Eius Synodus 202,a
 Alienum a nobis esse omne quod saeculi est, 3.tom. 428,b
 Alipius 2.tom. 311,a. 324,b. 331,a
 Αλιπιδου 3.tom. 364,b. 368,b
 Alleluia quid significet 3.tom. 387,a
 Eo ad collectam monachi vocabantur, 1.tom. 78,b
 In Pascha tantum debere cantari, Vigilantijs haerēs est, 2.tom. 189,b
 Allimentum 3.tom. 424,a
 Alpes diblataiema 3.tom. 363,b
 Alpes Iuliae 1.tom. 36,b
 Alphabetum Hebraicum 3.tom. 342,a,b
 Quae ab eius litteris in sacra per ordinē incipiant scriptura ibidem
 Eius interpretatio, episc. 155.
 Altare cur gradus in lege veteri habere non poterat 3.tom. 366,a
 Super eo corpus Petri & Pauli habente, Romanae Missae celebrat Rom. Pontifex, 2.tom. 191,a
 Altinum fretum 1.tom. 9,b
 Alus אלוש 3.tom. 358,a,b
 Aman

I N D E X.

- A**man iniquitas interpretatur, 1. tom. 60. a. 3. tom. 339. b
- Amare** aliquid natura omnibus innatum, 1. tom. 58. b
- Ad bonum nobis datus est amor, sed nos ad malum cum conuertimus, 3. tom. 439. a
- Amor ordinem nescit, 1. tom. 95. b
- Vetus nouo excluditur, 1. tom. 14. b
- In propria vxore bonus & malus esse potest, 3. tom. 439. a
- Intemperans enim adulterij loco est, 2. tom. 162. b
- Nunquam saturatur mulieris amor, 152. b
- Quæ a pluribus amatur, difficilè custoditur, 161. b
- Episcopus amari debet, non timeri, 225. b
- Diuini amoris buccina nos semper excitet, 1. tom. 71. b
- Eius vis, 1. tom. 42. a
- Amaritudo pro veritate ponitur, 2. tom. 276. a
- Deo placet, & in scripturis laudatur, 1. tom. 38. a. 54. a
- Ea mixtum Pascha comeditur, 2. tom. 179. b
- Christus omnem à nobis mala abstulit amaritudinem, 3. tom. 357. b
- Amasius Rufini Origenes, 2. tom. 253. a
- Amath vrbs, 3. tom. 455. a
- Amathas Magni Antonij discipulus, 1. tom. 106. a
- Amazones, 2. tom. 179. b
- Ambiani, 1. tom. 36. b
- Ambitosorum mores scribuntur, 1. tom. 52. b
- Ambitiones spernens Hieronymus, otio, & quieti nihil præferet, 2. tom. 227. a
- Ambrosius Mediolanensis episcopus, 1. tom. 68. a. 131. b. 2. tom. 184. a. 195. a. 230. b. 232. b. 244. b. 319. b. 3. tom. 429. a
- Ambrosius alter Origenis amicus, 1. tom. 126. b. 127. a. 2. tom. 231. a
- Amen quid significet, 3. tom. 376. b. 387. a
- Amica & proxima sponsi quæ, 3. tom. 398. a
- Amicitia vera, quæ in Christo glutinata est, 3. tom. 337. a
- Quæ bonorum est, prodest, 1. tom. 87. b
- Quæ desinere potest vera nunquã fuit, 94. a
- Nullam debet habere suspensionem, 2. tom. 321. a
- Vnum velle, & vnum credere, summa amicitia est, 254. a
- Diffusi debet potius quam scindi, 1. tom. 94. b
- Redintegrata maiori studio seruari debet, 2. tom. 232. a
- Aminadab, 2. tom. 153. b
- Ammon Beronices episcopus, 1. tom. 128. a
- Ammonius Alexandrinus, 3. tom. 350. a
- Ammonius Monachus Origenista, 2. tom. 264. b. 298. b
- Amor, vide Amare, & Caritas.
- Amphicraus, 2. tom. 162. b
- Amphilochius Iconij episcopus, 1. tom. 131. b
- Amphimallum, 1. tom. 83. a
- Amulius Latinorum Rex, 3. tom. 400. a
- Anabasi, 2. tom. 252. a
- Anabatha villa, 2. tom. 211. b
- Αναβητης, 2. tom. 149. a
- Anachorite, 1. tom. 63. a. b
- Αναχωρητης, 2. tom. 245. b
- Αναμνητης, 2. tom. 264. a. b
- Anagoge ἀνευρηθη historia veritatem auferre nõ debet, 3. tom. 355. a
- Ananias & Sapphira cur damnati, 1. tom. 400. b. 3. tom. 416. a
- Ananus Pontifex, 1. tom. 119. b
- Αναπλητης, 1. tom. 120. a
- Anathema, 3. tom. 421. a. 431. b
- Αναστασις, 1. tom. 260. a
- Anastasius Papa Origenis heresim Romæ compescit, 1. tom. 24. b. 49. b
- Origenem damnat, 2. tom. 238. a
- Ei apologiam pro se Rufinus mittit, 241. a
- Verum hæresis nota ab eo inuritur, 257. a. 261. a
- Reliqua, 244. b. 246. a. 256. a. 299. b. 303. b. 304. b.
- Anatolius Laodiceæ, & Syriæ episcopus, 1. tom. 128. b. 2. tom. 310. a
- Anathoth viculus, 3. tom. 347. b
- Anaxagoras, 1. tom. 8. b
- Ancilla quo modo tractanda, 1. tom. 62. a
- Monachus eas fugiat, etiã si matris sint, 131. a
- Andabata, 1. tom. 3. tom.
- Andreas Apostolus, 1. tom. 119. a. 3. tom. 414. a
- Eius reliquiæ Constantinopolim transferuntur, 2. tom. 190. b
- Andromade, 1. tom. 74. a
- Angeli sexu carent, 2. tom. 220. b
- Eorum ordines varij, 2. tom. 176. a. b
- Et officia diuersa, 238. a
- Singulorum hominum custodes, & comites sunt, 1. tom. 73. a
- Eis virgines & continentis similes sunt, 2. tom. 239. b
- Eorum lapsus, 165. b
- An eum præuiderint, Augustinus à Hieron. querit, 323. a
- Eis in resurrectione quo modo similes erimus, 1. tom. 80. a
- Eos Dæmones fieri, vel contra, Origenes errans credebat, 2. tom. 204. b. 205. b. 207. a
- In Christi passionis tempore, migrantium è templo Hierosolymitano voces audite sunt, 1. tom. 51. a. 3. tom. 401. b. 418. b
- Anicetus Papa, 1. tom. 123. a. b
- Anima veluti auriga corporis est, 2. tom. 167. a. b
- Eius principatus vbi, 3. tom. 364. b
- Origo vnde, 2. tom. 241. b. 243. a. 304. b
- Ex Dei esse substantia Manichæi & Stoici aiebant, 304. b
- In Cælestibus fuisse animas, quibus argumentis impij Origenista persuadere conarentur, 1. tom. 24. b. 25. a. 2. tom. 79. b. 238. a
- Nam è celo labi propter peccata, & in ipsa corpora etiam bruta, gradatim tamen relegari, miseri credebant, 2. tom. 204. b. 206. a. 209. b. & seq.
- Et sic ex angelis illas fieri hæreticè putabant, 215. b. 216. b
- Vnde & Christi animam ante Mariam virginem fuisse Origenes insaniendo asseruit, 244. b
- Eodem modo verum non est, vt idem existimabat, ex animabus rursus angelos fieri, 240. b
- Et animam in vbi tandem conuertendam, 205. b
- Ecclesiæ enim catholica, veraq. sententia est, animas a Deo semper creati, 217. a. b. 259. a
- Animam Pauli Eremitæ in cælum deserri Magnus vidit Antonius, 1. tom. 108. a
- Immortalem esse animã quo modo quidam philosophi crediderint, 8. b
- Anima tunc dicitur sana, cum peccato non laborat, 2. tom. 295. b
- Animalia omnia non esse in cibum data, 2. tom. 166. a
- Animus crapula suffocatur, 2. tom. 168. b
- Anitij sanguinis genus, 1. tom. 20. b
- Anna Samuelem quo modo obtulit, 1. tom. 20. a
- Anna quid significet, 1. tom. 32. a. 3. tom. 405. a. b
- Annæ consilium Didoni forori datum confutatur, 1. tom. 35. b
- Anna Phantelis, 1. tom. 32. a
- Annia pudica mulier, 2. tom. 161. a
- Annianus Celedensis Diaconus hæreticus, 2. tom. 303. b
- Antipatrius, 1. tom. 74. a
- Annulus signatorius, 1. tom. 48. a
- Annulus mysticè quid sit, 3. tom. 409. a
- Αντιστοιχιος, 3. tom. 354. a
- Antagonista, 1. tom. 115. b
- Ante præpositio, 2. tom. 133. b
- Anticipationes locos quosdã dici, 3. tom. 456. b
- Antichristus totus in finitris, 3. tom. 395. b
- Quæ eius præcedent aduentum, 434. b
- Iudas circa sua tempora cum venturum putabat, 1. tom. 126. a
- Antigonus, 1. tom. 119. a
- Antymus Eremita, 1. tom. 61. b
- Antinois vrbs, 1. tom. 175. b. 2. tom. 167. a
- Antinous Adriani Imp. amasius, 1. tom. 123. b
- Antiochia Syriæ, 1. tom. 116. a
- Patriarchatus orientis, 2. tom. 222. b
- Porta eius daphnitica, 1. tom. 125. a
- Αντιοχος, 2. tom. 286. b
- Antipatri spineta, 2. tom. 235. b
- Antiphrastricè multa dici, 2. tom. 332. b
- Antiquaria arti seruientes, 1. tom. 126. b
- Antiquitas circa psalmos recepta seruanda, 3. tom. 382. a
- Antisthenes, 1. tom. 71. b. 82. b
- Αντιστων, 2. tom. 205. b
- Antonius Magnus Abbas, 1. tom. 48. b
- Hierosolymæ nunquam fuit, 39. b
- Alexandriam ab Athanasio vt testis contra Arianos aduocatur, 88. b
- Hilarioni scribit, 112. a
- Eius interpres quis, 113. b
- Tumulum suum occultari mandat, 133. b
- Eius mortè diuinitus noscitur Hilarion, 113. a
- Post eius mortem triennio non pluit, 113. b
- Eius vitam è Græco transfert Hieronymus, 2. tom. 334. a
- Magnum eius erat nomen, 1. tom. 109. a
- Reliqua, 106. a. b. 129. b
- Antonius orator citatur, 2. tom. 108. a. 297. b
- Αντιος, 3. tom. 404. a
- Anthropomorphitæ, 2. tom. 215. a
- Anus Ecclesiæ opibus sustentantur, 1. tom. 105. b
- Antonij montes, 1. tom. 40. b
- Απαιθεις, 2. tom. 6. a. 263. b. 264. a. b
- Απαρτες, 3. tom. 356. b
- Apelles hæreticus, 1. tom. 115. a. 2. tom. 265. a
- Resurrectionem negat, 218. b
- Απεθια ομιλετας, 3. tom. 433. b
- Aphroditon vicus, 1. tom. 113. a. b
- Apinianus Hieronymi amicus, 2. tom. 304. a
- Apitius helluo, 2. tom. 158. b
- Απλων, 2. tom. 205. b
- Apocalypsis Ioannis Euangelistæ est, 2. tom. 151. b. 203. a
- Recipitur ab Ecclesia, 3. tom. 370. b
- Spiritualiter est intelligendus, 413. b
- Apocrypha cauenda, 1. tom. 19. b
- Apodemius, 3. tom. 424. a
- Apollinarius Hieropol. 1. tom. 124. a. 125. b. 2. tom. 310. a
- Apollinarius Laodiceus hæreticus, 1. tom. 130. b. 2. tom. 229. a. b. 237. a. 251. a
- Ex traduce animam esse dicebat, 304. b
- Porphyrus respondit, 3. tom. 349. a
- Apollinaristarum in Hieronymum fraudes, 2. tom. 247. a
- Eis Hieronymus aduerfatur & Theophilus, 300. a. 303. b
- Cetera de Apollinario, 2. tom. 309. b. 315. b. 319. b
- Apollo Delphicus & Loxias ambiguè respondebat, 2. tom. 129. b
- Eius vates furiosæ,
- Apollonius scriptor eccl. 1. tom. 125. a
- Apollonius Romanus senator scriptor eccl. 1. tom. 125. b. 2. tom. 310. a
- Apollonius Tyanæus, 2. tom. 222. a. 3. tom. 337. a
- Apostolica sedes Roma, 2. tom. 255. b
- Apostoli primæ disciplina nostræ, & Christiani dogmatis duces, 2. tom. 151. a
- Parua dimittunt, verum quia se offerunt, veluti totum dimittentes laudantur, 1. tom. 90. b
- Vxores an habuerint qui & quo modo, 19. b. 20. a
- Virgines, vel post nuptias continentis omnes fuerunt, 2. tom. 186. a
- Scribendo non errarunt, 226. a
- Quando, quoties, & quo modo spiritui sanctum acceperint, 3. tom. 419. a. b
- A Gentibus Iudaizandum non esse decernunt, 2. tom. 327. a. b
- Dissentunt inter se saluis amicitia & caritate, 45. a
- Sensum non verba in translatione seruant, & vbi deficiunt, lxx. Hebraicam sequuntur veritatem, 3. tom. 425. b
- Illis adhuc viuentibus hæreses oriuntur, 2. tom. 203. a
- Qui proprie dicantur Apostoli, 3. tom. 404. b
- Appion eccl. scriptor, 1. tom. 126. a
- Appius orator citatur, 2. tom. 324. a. 3. tom. 444. a
- Aplarus fluius, 1. tom. 119. b. 120. a
- Aguas omnes ad mare redire, 3. tom. 454. a
- Remum in eis immerfum fractum videri, 2. tom. 222. a

I N D E X.

Veræ sunt, quæ super, & subtus firmamentum dicuntur, contra id quod Origenes dicebat, 210. b
 Multa æquarum mysteria in laudè baptismi recentur, 307. a, b
 Ponuntur pro doctrina, 164. b. 165. a
 Et quæ Iordanis sunt pro nuptijs, 148. b
 Reformidat aquas ij quos reguli momoderint, 307. a
 Aquiliculus, 1. tom. 19. b. 66. a. 70. b
 Aquila Iudæus interpres, 2. tom. 250. a. 3. tom. 346. a.
 Eius editionem cum Hebræo confert Hieronymus, 2. tom. 300. b
 Profelytus fuit, contentiosus, & etymologias nominum persecutus est, 335. b
 Verba ipsa diligentissimè explicauit, 3. tom. 387. b. 388. a.
 Ac magis propriè interpretatus est, 353. a
 Aquilicæ Rufinus habitat patria relicta, 2. tom. 241. a. 254. a.
 Aquilius Seuerus, 1. tom. 130. b
 Aquilo mala in mundum immittit, 3. tom. 357. b.
 Arabia felix, 3. tom. 460. b
 Arabica lingua in Iob, 348. b
 Arabum cibus, 2. tom. 165. a
 Arach id est Edesæ vrbs, 3. tom. 455. a
 Arator Alleluia decantat, 1. tom. 54. a
 Aratus poetæ citatur ab Apostolo, 2. tom. 309. b
 Arbee ארבע civitas, 3. tom. 459. b
 Arbitrium liberum, Manichæi tollunt, 2. tom. 293. b.
 Pelagius nimis extollunt, contra eos, lib. 2. & 133. a, b.
 Non eius sed Dei volûntate multa fiunt, 2. tom. 294. a. b. & inde.
 Eius libertas in quo consistat, 295. a, b
 Gratia indiget, 3. tom. 389. a
 Ab ea enim iuuatur, non destruitur, 2. tom. 265. b.
 Pelagius, qui contra gratiam illud extollit, confutatur, libro 2. contra Pelag. 2. tom. Cetera, 2. tom. 242. a, b. 3. tom. 407. a. 421. b. 453. a.
 Arbor bona bonos fructus facit, quamdiu est bona; & mala malos, quamdiu est mala, 2. tom. 175. a.
 Arca Noë typos Ecclesiæ quo modò sit, 2. tom. 148. a. 202. b.
 Arca fœderis à maioris gradus sacerdotibus portatur, 2. tom. 178. b
 Arceffias, 2. tom. 243. a
 Arcefflaus, 2. tom. 243. a
 Αρχιδου, 3. tom. 359. b
 Archadius Imp. ossa Samuelis transfert, 2. tom. 190. b.
 Archangelus fuit, qui nûc satanas est, 1. tom. 95. b
 Archelus comes, 2. tom. 223. b
 Alter Mesopotamiæ episcopus, 1. tom. 128. b
 Archidiaconus, 1. tom. 14. b. 2. tom. 214. b. 215. b
 Archippus Pythagoræ auditor, 2. tom. 261. b
 Archipresbyter, 1. tom. 14. b
 Archytas Tarentinus, 2. tom. 261. b. 3. tom. 337. a
 Eius irati in seruum dictum, 1. tom. 28. b
 Argenteractus vrbs, 1. tom. 36. b
 Argentum pro eloquio, 3. tom. 366. a
 Argus, 1. tom. 30. b
 Ariel, 1. tom. 74. b
 Arietes, 3. tom. 357. b
 Ariolus, 1. tom. 49. b
 Arimathia vicus, 1. tom. 74. a
 Ariminensis Synodi historia, 2. tom. 201. a, b
 Eam Hilarius scripsit, 1. tom. 130. a
 Magnus in ea Episcoporum fuit numerus, 2. tom. 305. b.
 Aristæta mulier, 1. tom. 110. a. 113. a
 Aristarchus, 2. tom. 186. b
 Aristides eccl. scriptor, 1. tom. 123. a. 2. tom. 309. b
 Aristides neptis Myros, 2. tom. 162. a
 Aristippus, 2. tom. 141. a. 179. a. 187. b
 Aristobolus Iudæus scriptor, 1. tom. 125. a
 Aristocles Orchomenij tyrannus, 2. tom. 159. b
 Aristomenes Messenius, 2. tom. 159. b
 Aristoteles Alexandrum docet, 1. tom. 18. a
 Aristoxenus musicus, 1. tom. 119. a
 Arius, Euzoia, & Achilles hæresim struunt, 2. tom. 202. a.

Filium Dei creaturâ, Spiritum sanctum feruum vocat, 196. b. 199. a, b
 Ut poenitens à Nicæna Syn. recipitur Arius, 202. a.
 Sororem principis decipit, 265. a
 Arrianorum doli in Arimin. Syn. 201. b
 Et in Hieronymum, 172. a, b
 Armeni ab. VI descendunt, 3. tom. 455. b
 Armilla quid significat, 1. tom. 54. a
 Arnobius scriptor, 1. tom. 40. b. 128. b. 129. a
 Quomodo legendus, cû sit hæreticus, 2. tom. 302. a.
 Eius libri contra gentes, 310. a.
 Arnon, id est maledictio, 3. tom. 363. a
 Arrêbaci, 2. tom. 190. a
 Ars omnis possibilis, 2. tom. 274. b
 Felices essent artes, si de eis soli iudicaret artifices, 1. tom. 71. b
 Artaxerxes, 236. b
 Astuerus, 2. tom. 295. a
 Artemia rustici coniux, 1. tom. 96. a
 Artemisa Mausoli vxor, 2. tom. 160. b
 Arthemion hæreticus, 1. tom. 128. a
 Artorius Marcionis, 2. tom. 233. a
 Articulus etiam Hebræi habent, 2. tom. 336. a
 Asa Rex iustus, sed excelsa non abtulit, 2. tom. 288. a.
 Ασχυρος, 1. tom. 128. b. Ασχυριδος, 131. a
 Atelepiades Cyprii ciuitas, 2. tom. 169. a
 Atella mulier laudatur, epist. 15. & 2. tom. 332. a. 3. tom. 393. b.
 Atelli bipedes, 2. tom. 190. b
 Aser beatitudinem, vel diuitias notat, 1. tom. 32. a
 3. tom. 462. a.
 Asia cur habeat multos hæreticos, 2. tom. 287. a.
 Asianus tumor Attico sale siccat, 1. tom. 13. a.
 Ασκήτης, 2. tom. 301. b
 Asini auriculars manu agitare, 1. tom. 15. a
 Asinius Pollio, 2. tom. 239. b
 Astongaber, 3. tom. 361. b
 Ασμονα ארבעתין, 361. a
 Astoti Αστυ, 2. tom. 306. a
 Asper Virgilij interpres, 2. tom. 236. a
 Aspidum, 1. tom. 11. a
 Astuerus Artaxerxes dicitur, 2. tom. 295. a
 Et alia cur quærarur vxor, 1. tom. 14. b
 Astabari, 3. tom. 454. b
 Asteriscus Ασπίσκος, 3. tom. 344. a. 346. b. 378. b
 Asterius Scythopolitanus, 2. tom. 319. b
 Asterius subdiaconus, 2. tom. 320. b. 322. a
 Idem episcopus, 324. b. 331. a
 Acalanta Calydonia virgo, 2. tom. 159. a
 Atellanarum ludicia, 1. tom. 3. b
 Atellanus, 103. a
 Aterbius, 2. tom. 260. a, b
 Q. Aterius, 2. tom. 215. a
 Achanasius Romam quasi ad matrem confugit, 1. tom. 48. b
 Ipse & Paulinus soli in Oriète catholici Arrianorum, & Eunomianorum tempore, 2. tom. 213. a.
 Ut Magus ab Arrianis infamatur, 262. b
 Eius nomine exultant quidam episcopi, 201. b.
 In episcopatum redit, 201. b
 Eius pallium Antonio donatû Paulus, quo mortuus inuoluatur, petit, 1. tom. 107. b
 Epistolas eius securè legi, 19. b
 Eius scripta, 129. b
 Athenæ 30. tyrannos ab Alexandro impositos accipiunt, 2. tom. 160. a
 Alcibiades Atheniensis vincit, 160. b
 Eorum episcopi Publius, & Quadratus, 1. tom. 123. a.
 Athenodorus, 1. tom. 127. b
 Athénogeron, 2. tom. 236. a. 253. a
 Athletas non viuere diu, 2. tom. 168. a
 Atomis mundum Epicurus struit, 3. tom. 44.5. a
 Atrebara, 1. tom. 36. b. 2. tom. 173. a
 Attagen Ionius, 1. tom. 28. a. 2. tom. 165. b. 332. a.
 Attalus Rex, 1. tom. 94. b
 Attilius doctissimus vir, 2. tom. 187. a
 Auaritia calcanda, 1. tom. 24. a. 62. b
 Maximè à sacerdotibus, 2. tom. 308. b
 Nam nunquam expletur, 1. tom. 78. b

Et auaro tam deest quod habet, quam quod non habet, 3. tom. 340. b
 Audi Israël, & tace, 1. tom. 14. b
 Audire, & auribus percipere simul, quid notet, 3. tom. 349. a.
 Et quid sit in scripturis auditus, ibidem.
 Eius sensus, 2. tom. 167. b
 Augustinus Hipponensis laudatur, 2. tom. 298. a, b. 324. a.
 Hieronymum hortatur, vt nò in Hebræis sed Græcis vertendis se occupet litteris sacris; & an in scripturis mendacium admitat, percontatur, epist. 86. 87. 88.
 Et qui sint Origenis errores, vt exponat, flagitat, 2. tom. 314. a
 Laudes & rumusculos vulgi querere, & doctrinam ostentare velle creditur, 321. a, b
 Eius super psalmos interpretatio, 319. b. 321. b.
 Taxatur à Hieronymo quòd scribat nimis intricatè; & sermone in longum protrahat, 318. b.
 Contra Hieronymum se librum ait non scripsisse, 320. a
 Duos libros Hieronymo dicat, 324. a
 Ad quem discendi causa aliquem è suis mirrere cogitat, 322. b
 Eo le longè in doctrina afferit inferiorè, licet dignitate maior sit, 322. b. 330. b
 Auguratorum mensis orbis ministrat, 1. tom. 27. a.
 Aulon, 3. tom. 355. b
 Aurata piscis, 1. tom. 82. a
 Aurelij Victoris historia, 1. tom. 55. a
 Auribus percipere, quid, 3. tom. 349. a
 Aurum tantum, non etiam argentum in Sancta sanctorum defert, 2. tom. 148. b
 Aurum Ophaz, 3. tom. 376. a
 Septem auri vocabula esse apud Hebræos, 396. b.
 Pio sensu ponitur, 366. a
 Αυριστορας, 2. tom. 294. a. 1. tom. 129. a
 Αυριζου, 1. tom. 116. a
 Αυριζιδου, 2. tom. 186. b
 Auxentius Arrianus Mediolan. episcopus, 1. tom. 106. a. 130. a. 2. tom. 195. a.
 Αυριζου, 2. tom. 240. a

B.

Abel i. confusio; & eius turris, 3. tom. 455. a
 Babylon, 1. tom. 113. a
 Petrus eius nomine Romam intelligit, 121. a
 Babylas Antiochiæ episcopus, 1. tom. 126. b. 127. b.
 Bacchus è femore Iouis natus, 2. tom. 160. a
 Bacchylus Corinthi episcopus, 1. tom. 121. b
 Bactrus camelus, 1. tom. 112. a
 Baie, id est palmarum folia, 2. tom. 169. a
 Balaam propheta, 3. tom. 459. b
 Balatro rusticus, 3. tom. 449. a
 Bale vrbs, 3. tom. 458. a
 Ballista quo plus retrahitur, eò fortius ferit, 2. tom. 140. b.
 Balnea, 1. tom. 19. a, b
 Fugiant ea monachi, 13. a
 Paula nisi periclitans ea non adibat, 76. b
 Balsamus, 2. tom. 191. a
 Balsami vineæ, 1. tom. 75. b
 Baltheus, 1. tom. 26. b
 Bamoth, 3. tom. 363. a
 Βάμωσις, 2. tom. 174. b
 Baptismi encomium, 2. tom. 307. a, b
 Omnes labes delet, 305. a, b. 306. a, b.
 Et peccata, sed virtutes non confert, nec futuram seruat iusticiam, 275. a. 292. a, b
 Sine spiritu sancto non est, 197. b
 In Pentecoste & Paschate celebratur, 224. a
 Etiam laicus in necessitate baptizat, cû alio qui nec diaconus, nec presbyter iniussu episcopi baptizat, 199. a
 Sine illius enim consensu non confertur, 224. a.
 Baptizandi de symbolo interrogantur, 199. b
 Caput moxter immergunt, deinde mel & lac degustant, 198. b
 Christus vt è fluente caput extulit, spiritum sanctum accepit, 198. a
 Etiam

I N D E X.

- Etiam infantes baptizantur, 197.b.293.a
 Ioannis quale fuerit, & cur iteratum, 198.a
 307.b.
 Iterabatur in Paulinianis, 104.a
 Baptizati ab hereticis cur suscipiantur,
 202.b.
 Africani Episcopi sententiam de eo iterando
 mutant, 203.a
 Plenè baptizatos à diabolo nec subverti, nec
 iterari posse Iovinianus hereticus falsò aie-
 bat, 140.b.163.a
 Secundus quidam baptismus est indicium
 monasticum, 1.com.68.a
 Barach, i. Benedic, 1.com.112.b
 Barbam monachi ferebant, 2.com.173.a
 Barbelon, 1.com.83.b.2.com.191.a
 Barce & Barcei populi, 3.com.371.a
 Barcelona vrbs, 1.com.130.b
 Baranina Hieronymi præceptor, non Barrabas,
 2.com.235.a.
 Barbarorum varij incurfus, 1.com.11.a.36.b
 Bardesanes Babylonius scriptor, 1.com.124.b.
 2.com.169.a.310.a.
 Baptes, 3.com.396.b.
 Barnabæ epistola ea quæ est ad Hebræos, à qui-
 busdam creditur, 1.to.121.a.3.to.370.b
 Eius epistola, 1.com.121.a.
 Barnabas propheta quidam hereticus, 1.com.
 123.b.
 Barthocabas Iudæus, 2.com.259.b.
 Bartholomæus Apollolus, 1.com.120.a.124.b
 Baruch liber, 3.com.142.a
 Basilica sanctorum, 2.com.188.b.190.b
 Eas Eunomiani non ingrediuntur, 191.b
 Bassides hereticus, 1.com.84.a.123.b.2.com.
 179.a.191.a.203.a.264.b.3.com.421.a
 Bassilus magnus, 1.com.135.a
 Eius Hexæmeron, 2.com.230.b
 Bassilus Ancyranus episcopus, 1.com.129.b.
 Basterna, 1.com.58.b
 Beaticudines octo Christus enumerat, 2.com.
 202.b.
 Beatorum omnium æqualem esse mercedem
 Iovinianus prædicat, 140.b.174.b
 Confutatur, 174.b. & inde vsque in fine libri.
 Diuersos enim habere gradus probat Hiero-
 nymus, 178.b.179.a.2.b
 Beelsephon, 3.com.357.a
 Bellum per antiphrasim dici,
 3.com.362.a
 Varij bellorum incurfus, miseræq. narran-
 tur, 1.com.11.a.36.b
 Belus Draco, & eius fabula, 3.com.348.b
 Bene iaccon ἱεροῦ, 3.com.361.a
 Benedictere pro maledicere, scripturæ loquendi
 mos, 1.com.89.b
 Clerici benedictiones dant, 58.b
 Beniomini, id est filius virtutis vel dexteræ, 1.to-
 mo.70.a.
 Benoni, id est filius doloris mei, 1.com.74.b
 Beræa Syria, 1.com.120.a
 Bersabee, 5.com.459.a.461.a
 Beryllus episcopus, 1.com.127.a
 Beryto, 1.com.74.a
 Beryscim ברושין, 3.com.385.a
 Bethesda pitana, 2.com.197.b
 Bethel, id est domus Dei, 1.com.91.a
 Beryllium opidum, 1.com.113.a
 Bethlehem colit Paula, & laudans saluat, 1.to-
 mo.74.b.
 Eius præsepe in altare conuersum, 103.a
 Ad eam reuertitur Hieronymus, 2.to.257.b
 Cum Ioannis presbyteris ibi comunicat,
 227.a.
 Laudatur, 1.com.52.a.53.b
 Paula monasteria & diuersoria ibi extruit,
 76.a.b.
 Bethoron, 1.com.74.a
 Bethphage, 1.com.75.b
 Bethula id est virgo, 2.com.153.b
 Barchus, 2.com.216.b
 Btblinæ epistole, 1.com.284.b
 Bibliorū apud Latinos varia ad cuiusq. librum
 ferri exemplaria, 3.com.341.b
 Et secundum diuersas diuersorum emenda-
 tiones legi, 343.a
 Communem editionē ab ea quæ est in Exa-
 plis, diuersam esse, 377.b
 Menda in eis vade irreperint, 349.b
- Septem eorum editiones Origenes in vnum
 conuertit, 1.com.126.b
 Qui ea emendarint, 2.com.249.a.b
 Solis Biblijs ea debetur reuerentia, vt nullus
 in eis sic error, 325.a.b
 Bibliothecæ insignes, 3.com.398.b.1.com.129.a
 131.a.
 Calanensis, 2.com.120.a.122.a
 Bigami ad altare non admittuntur, 1.to.34.a
 Et ab eleemosynis Ecclesie repelluntur,
 Bigamum non esse qui alteram ante baptis-
 mum vxorem habuit, multis contendit,
 2.com.240.b. & epist. 83. fol. 305. a. b.
 & inde.
 Bilia Duclij vxor, 2.com.168.b
 Bilinguis pro maledico, 2.com.253.a
 Bis id ipsum Deus non punit, 1.com.88.b.90.b
 Blesilla Eustochij soror, & Paulæ primo genita,
 virum statim amittit, 1.com.58.a
 Eius vita & epitaphium, 67.a.b
 Bonafus Segestanus, 2.com.332.b
 Bonofit eremum incolentis laudes, 1.com.93.b.
 94.b.
 Bonum id verè est, quod per se, non vt alteri cõ-
 paratum bonum est, 2.com.142.a
 Id amare non possumus nisi oderimus ma-
 lum, 1.com.14.b
 Sub eius prætextu Diabolus nos decipit,
 116.b.
 Bos lassus fortius figit pedem, 2.com.322.b
 Bosor aut caro, aut in tribulatione significat,
 2.com.221.b.
 Botra, i. caro, 2.com.290.a
 Brabianus scriptor, 1.com.126.a
 Brachium pro opere ponitur, 3.com.364.b
 Brachmanæ, & eorum vitia, 1.com.19.a.2.com.
 169.a.3.com.337.a.
 Brauium, 3.com.432.b
 Brennus Gallorum Rex,
 Romanos ad Alliam vincit, & Romã capit,
 36.b.
 Britanni, 1.com.52.b.2.com.266.b
 Bromius pater, 1.com.17.b
 Bruta rationem quandam habere, 1.com.122.a
 Brutus, 2.com.163.a
 Eius vxor, 161.a
 Bucalia Ægypti loca, 1.com.115.a
 Budda Gymnosophistarum princeps, 2.com.
 160.a.
 Burgundiones, 1.com.36.b
 Burci manni, 1.com.71.a
 Byssus pro terra, 3.com.367.b
- C.
- Kenia,* 3.com.411.b
Κένωσις, 3.com.411.b
 Cacus, 2.com.189.b
 Cades desertum, 1.com.112.a
 Interpretatio, 3.com.362.a
 Cadesa, id est scortum, ibidem
 Cæcilius comicus, 2.com.333.b
 Cæcitas forti animo toleranda, 1.com.87.b.
 88.b.
 Cælebs dictus quoddam celo dignus sit, 2.com.
 179.b.
 Celibatus sacris initiorum, 2.to.154.b.178.a.
 182.b.
 Cælum Hebraicè ab aquis dicitur, 2.com.307.a
 Lex vetus calorum regnum non promit-
 tit, 3.com.371.a
 Sed euangelium, 2.com.277.a.b
 Ante Christum nemo eum ingressus, 3.com.
 369.b.370.a.
 An cæli sunt dissoluendi, Origenis opinio,
 2.com.205.b.
 Cæpisse multorum, ad culmen pertuenisse pau-
 corum, 1.com.82.a
 Carimonia legis abrogata, 2.com.318.a.
 327.b.
 Cæsarea Palæstina metropolis, 2.com.222.b
 Dea, 1.com.74.a
 Olim curris Stratonis, 125.b.
 Cain multiplex peccatum, 3.com.352.a
 Eius ciuitas, 1.com.
 A Lamech interficitur, 3.com.351.b
 Caina hæresis, 2.com.191.b.305.a
Καινοζήλια, 2.com.333.b
 Calaguritanus Vigilantius fuit, 2.com.189.b
- Calamina India vrbs, 1.com.126.a
 Calanistratus, 1.com.25.b.188.b.2.com.161.a
 Calamus contractus mysticè, 3.com.425.b
 Calceolus stridens, 1.com.39.a
 Calceos Christus non habuit, 1.com.39.b
 Mysticè quid significet calceus, 1.com.59.b.
 3.com.409.a.
 Eius corrigia à Moyse abiecta conuubij vin-
 culum notat, 2.com.148.b
 Apollolis prohibitos calceos in significatum
 operum mortuorum, 1.com.66.b
 Nemo scit vbi calceus iste me premat, dictū,
 2.com.162.a.
 Calcæus virgo, 2.com.159.a
 Calcis & eius eremus, 1.com.116.b
 Calculus, 3.com.404.a
 Caleb sepultura, 1.com.75.a
 Caliga, 1.com.116.b
 Caliga follicans, 1.com.63.b
 Muliebris, 100.b
 Petrus caligas habuit, 2.com.285.a
 Calix quid significet, 1.com.54.b.
 Salutaris calix, 64.b
 Callides, 2.com.261.b
 Callimachus poëta, 2.com.309.a.b
 Callistho vrbs, 3.com.455.a
 Calpurnius, 2.com.240.a.259.a.b
 Lanarius cognomen, 310.b.3.com.449.a
 Rufinus sic vocatur, 2.com.321.a
 Caluariorum nomen, 1.com.51.a
 Camelorum carne & lacte qui viuunt, 2.com.
 166.b.
 Camelum per foramen acus transire, 1.to.27.a.
 3.com.415.b.2.com.270.b.285.a.
 Camelus saltat, Prouerbium, 138.b.
 Diuicia eius prauitatis comparantur, 1.to.91.a
 Camilla Volscorum Regina, 2.com.159.a
 Campanes heretici, 2.com.195.a.b
 Campitæ Montanistæ per irrisionem vocantur,
 2.com.204.a.
 Candelabrum septem lucernarum, 3.to.366.a
 Candidus hereticus, 2.com.246.b.247.a
 Ecclesie scriptor, 1.com.126.a
 Canina sacundia, 2.com.322.a.3.to.444.a
 Cannæ torrens, 3.com.425.b.426.a
 Canones in euangelia decem, 3.com.350.a.b.
 1.com.127.a.
 Cantharides, 2.com.262.a
 Cantharus Bacchi poculum, 2.com.192.a
 Canterius Gallicus, 2.com.336.b
 Cantica veteris testamenti omnia recensentur,
 3.com.435.b.
 Canticum canticorum dicitur id quod est Salo-
 monis, 3.com.435.b
 Cantus lasciuji vitandi, 1.com.38.a
 Caper grammaticus, 2.com.242.b
 Caphar barucha, 1.com.75.b
 Capillis alienis caput extruunt mulieres quadã,
 1.com.66.a.
 Cappadoces à Mosoch, 3.com.449.b
 Caprea, 3.com.443.a
 Captiuitas maxima est amor,
 2.com.
 Cur filij Ionadab primi captiuitatē sustinuis-
 se dicantur, 1.com.40.a.b
 Caput Ecclesie Christi in omnem Ecclesiam
 vti in corpus vitam infundit, 3.com.432.b
 Carbasia, 1.com.73.b
 Carbinulus lapillus, 3.com.404.a
 Carceres, 1.com.111.a
 Cardamomum, 2.com.169.a
 Cariath-arbe, & Sephor, 1.com.75.a
 Caricis quinque tantum in die quidam viuēbat,
 1.com.106.b.
 Caritas ordinem quem habeat, 3.com.441.b.
 442.a.
 Eius necessitate nulla maior, 1.com.94.b
 Eius encomium, 2.com.227.a
 Carneades philosophus, 2.com.186.b.222.a
 Carix, 1.com.109.b
 Caro hominibus post diluuium cur concessa,
 2.com.148.a.b.
 Eam non manducare ad perfectionem spe-
 ctat, 166.b
 Pro peccatis mysticè sumitur, 219.b.220.a
 Tentatio eius itatim reprimenda, 1.to.56.b.
 57.a.
 Desideria quo modo sint frenanda, docet, 25.a
 & inde.

- Quæ caro amanda, 2.tom.231.a
 Καρῶν, 3.tom.452.a
 Carpocrates hæreticus, 2.tom.203.a
 Καρῶν, 3.tom.399.b
 Carterius Hispanus Episcopus, 2.to.305.b
 tom.139.a
 Cassia fistula, 3.to.396.a
 Casci, 1.tom.94.a
 Cassandra, 2.tom.159.b
 Castes, 1.to.101.a 2.to.197.b
 Cassiculi araneorum, 2.tom.256.b
 Cassiani chronographia, 1.tom.125.a
 Cassius, 3.tom.371.b
 Castitatem ex omni scriptura, multisque antiquorum exemplis laudat, 2.tom.152.b vsque ad finem libri.
 Castorina matertera S.Hieronymi, 1.to.91.b
 Castra, 3.tom.356.b
 καταστῆς, 3.tom.361.b
 Catalogus Hieronymi, 2.tom.248.a
 Eius inscriptio, 315.a,b
 καταγραφῆς, 1.tom.130.b
 καταγράφας, 3.tom.452.a 457.a
 Cataphryges hæretici, 1.to.124.a 125.a
 καταφρυγγῶν, 1.tom.33.a
 Catechumeni per dies 40. instruntur, 2.tom.215.b
 καταχρηστῶν, 1.to.125.a 126.a 128.a 130.b
 καταχρηστῶν, 1.to.186.b 2.tom.226.b
 καταχρηστῶν dogma, 1.tom.128.a
 Catholicum vt se probet vsq; ad mortem, Hieronymus contendere vult, 2.tom.262.b
 Catilina, 2.tom.194.a 254.a
 Cato Censorius semel risit, 1.tom.33.b
 Eius vxor, 2.tom.162.a
 Dictum, 1.tom.71.b
 Filia, 2.tom.161.a
 Sententia de vxoribus communicandis, 167.a
 Caucaia claustra, 1.tom.86.a
 Cauterium vniouis, 2.tom.195.a
 Cedar, id est tenebræ, 1.tom.68.a,b 73.a
 Celerinus, 1.tom.32.a
 Celestiana hæresis, quæ & Pelagiana, ab Augustino in Africa iugulata, 2.tom.303.b
 Cellula monachorum, 1.tom.63.b
 Septuaginta Interpretum cellulas destruit, 2.tom.249.a,b 3.tom.340.b 243.a
 Celsus Ecclesie hostis, 1.tom.119.a
 Qui eum impugnet, 2.tom.183.a,b
 Celtiberi, 2.tom.190.a 200.b
 Cenones, 2.tom.193.b
 Cenforia virgula, 2.tom.235.a
 Centauri, 2.tom.189.b
 Centumvirautes causæ, 2.tom.186.b
 Cepe Pelusiotæ non comedunt, 1.to.167.a
 Cera ima eradere, 1.tom.95.b
 Cera non offertur, 37.b
 Cerafa & Cerafunta, 1.tom.54.b
 Ceraunij lapilli, 1.tom.22.b
 Cerberus, 1.tom.22.a
 Cereales, 2.tom.252.a
 Cerealia arma expediunt fessi rerum, 233.a
 Cerealis consularis, 1.tom.48.a
 Cereos in ecclesiis accendi, 2.tom.191.a
 Cerinthus hæreticus, 1.tom.121.b
 Legem euangelio miscet, 2.to.203.a 317.b
 κερῶν, 2.tom.254.b
 Cernuus, 2.tom.236.a
 Ceroma, 2.tom.336.a
 Cerussa, 1.tom.48.a 76.b
 Ceruical mysticè, 3.tom.442.a
 κερῶν, 1.tom.130.b
 Ceruus, 3.tom.443.a
 Cestus Entelli, 2.tom.322.b
 Cetura, 3.tom.460.a
 Chalcedon, 2.tom.190.b
 Chalcenterus, 1.tom.53.b 2.to.186.b
 Chaldaei vnde, 3.tom.455.b
 Vr Chaldaeorum quid, 455.b 457.a
 Eorum lingua qui libri scripti snt, & quantum eam Hieronymus calluerit, 348.a,b
 Chamaleon, 2.tom.166.a
 Chamiscim חמטק, 3.tom.353.a
 חמטק, 2.tom.283.a
 Charta ex Ægypto, 1.tom.94.b
 Carthago, 2.tom.160.a
 Chebron, 1.tom.75.a
 Cheremon Stoicus citatur, 2.tom.169.a
 Cherubim scientiæ multitudo, 3.tom.340.a
 Irem genus varium, atque dictum, 373.b
 Cherubim paradisi ianuæ, 1.tom.68.a
 Migrant è templo, 75.b
 χερουβ, 2.tom.336.a
 Chiliastræ, 3.tom.416.b
 Chimæra, 2.tom.189.b
 Chirogrylus, 3.tom.385.a
 χιρογρυλλῶν, 3.tom.366.b
 Chochibus Iudæus, 1.tom.123.b
 Choicus χοικὸς Adam, 2.tom.240.b
 χόικος, 2.tom.178.b
 Chorus psallentium, 1.tom.103.a
 Chryseis, 2.tom.159.b
 Chryssippus philosophus, 2.tom.213.a
 Eius spineta, 235.b
 Contorta argumenta, 240.a
 Cetera, 270.a 305.b
 Chpisma, 2.tom.199.a
 Chryfagonus Rufini sectator, 2.tom.240.b
 Chryfophora mulier, 1.tom.124.a
 χριστός quid significet, 3.tom.385.a,b
 Christus omnia est, 1.tom.71.b
 Verus homo non phantasticus fuit, 2.tom.285.b
 Misericordias pro nobis multas sustinuit, 1.tom.64.b
 In passione ab omnibus relictus est, 2.tom.175.a
 Verè surrexit, 217.b, & seq.
 Ianus clausus ad discipulos ingressus est, 222.b
 Comedit, vt veram ostenderet resurrectione, 221.b
 Quod hæretici quidam negarunt, 218.a,b
 Origenis de hac re, & de passionibus eius irrandis error, 207.b 219.a 237.a
 Eum qui dicantur sequi, 1.tom.71.b
 Et à quibus, quandoque recedat, 2.to.163.a,b
 Eius sepulchrum venerabile, 1.tom.51.a
 Ipse nobis proponitur imitandum, 1.tom.43.a
 Vnam tantum personam habet, 3.tom.
 Corpus eius mysticum est Ecclesia,
 Eius os omni gratia plenum fuit, & in vultu oculisque sidereum quiddam habuit, quo & Apostolos traxit, & satellites deiecit, 3.tom.394.b 395.a
 Vinctus fuit spiritu sancto, 396.a
 Post resurrectionem vbique eodem fuisset tempore, 414.a
 Christianis non in initia, sed fines quæruntur, 1.tom.30.a
 Etiam in hac vita plus accipiunt quàm dimittunt, 71.a
 Corporis fortitudine non indigent, sed satis est illis viuere, 2.tom.168.b
 An debeat dimittere vxores, quas ante fidem habebant, paganas, 143.b
 Chromatius Aquileiensis Episcopus, 2.tom.231.b 247.a 250.b 252.a 1.tom.94.a,b
 Cybelis sacerdotum abstinentia, 2.to.171.b
 Cibis diabolus molitur insidias, 1.to.23.a
 Viduis & iuuenibus qui periculosi, 30.b
 Quocidie parè sumpti magis profunt, quàm nitij & raro sumpti, 31.a
 Eorum frugalitas laudatur, 57.a
 Monachorum cibi qui, 40.a
 Et Paulæ, 77.a
 Cur excitatis à mortuis à Christo dati, 2.to.221.b 222.a 1.tom.80.a
 Eorum & vestium sollicitudo taxatur, 62.a,b
 Mala ex eis orta recensentur, 2.tom.169.b 170.a,b 171.a
 Quantum ex eis fumendum, 168.a
 Sui proprij cuique regionis sunt, 166.b
 Condimenta, 167.b
 Damnantur ab Enkratitis, 140.a 168.a
 A Iouiniano æque dantur, 140.b 165.b
 Ciceronis filius patrem in eloquentia non exhibuit, 1.tom.29.b
 Eius Brutus, 119.a 3.tom.344.a
 Quæ è Græco vertit, 2.to.333.b 341.a
 Eius lingua Antonij vxor acu discriminali confodit, 2.tom.262.b
 Hirtij sororem ducere super sedit, 2.tom.
 Citantur libri eius de Rep.
 Cyclades insulæ, 1.tom.74.a
 Cicures Enniane, 2.tom.244.a
 Cilices vnde, 3.tom.459.b
 Cilicium, 1.tom.
 Cilicium, 21.a
 Quattuor Licinio mittit Hieronymus, 83.a
 76.b
 Cilicina tunica, 115.b
 Cimbri, 1.tom.36.b
 Cimices etiam in medicina vtilis, 2.to.166.a
 Cimeriæ tenebræ, 2.tom.224.b
 Cinnatulus, 1.tom.25.b 38.a
 Cingulum, 1.tom.66.a
 Cyphi, 2.tom.167.b
 Cyprianus quidam diaconus, 2.tom.314.a
 315.a 322.a 331.a.
 Cyprianus Martyr, 1.tom.127.b
 Eius phrasis, 40.b
 Notarius, & dictum de Tertulliano, 126.a
 Sententia de rebaptizatione, & quod in ecclesia in anstir, 2.tom.203.a,b
 Passionis tempus, 1.tom.128.a
 De elemosyna liber, 70.b
 Alter de trinitate falso ei adscribitur, 2.tom.247.a
 Ciratur, 1.tom.70.a
 Cyprus insula, 1.tom.115.a,b
 Eius monasteria, 74.a
 Circitor, 2.tom.216.b
 Circumcisio pro virgine, & circumcisio pro virginitate, 1.to.37.b 2.to.144.a 181.a,b
 Secunda circumcisio Hebræorum sub Iosue, 148.b 149.a
 Circumforaneus, 2.tom.186.b
 Circenses Iudi, 1.tom.111.a
 Cyrillus Hierosolymitanus, 1.tom.130.b
 Alter Hieronymi amicus, 2.tom.302.b
 Cirratorum dictata, 2.tom.187.a 236.b
 Cithra torrens, 1.tom.76.a
 Cissa locus, 1.tom.88.a
 Cythera insula, 1.tom.74.a 115.a
 Cythium vrbis Cypri, Zenonis patria, 2.tom.172.b 3.tom.454.b
 Cito datur, si bene datur, 1.tom.71.b
 Ciuitas Apocalypsis, 1.tom.51.b
 Quam ingressi sunt excitati à mortuis Christi tempore, & vocatur sancta, Hierusalem est, 51.b
 Claudia Vestalis nauem cingulo ducit, 2.tom.159.b
 Claudie, 163.a
 Claudius Piceni episcopus, 2.tom.201.a
 Clauus nauis, 1.tom.104.b
 Cleanthis spineta, 2.tom.240.a
 Clearchus scriptor, 2.tom.160.a
 Clemens Alexandrinus, 1.to.125.a 2.tom.230.b 245.b 310.a
 Clemens Papa martyr, 1.tom.122.b
 Eius recognitionum libri ab hæreticis falsati, 2.tom.245.b
 Cetera, 145.b & 1.tom.120.b
 Cleobulina, 2.tom.163.a
 Cleodemus Malchus historicus, 3.tom.460.b
 Cleombrotus, 1.tom.68.a
 Cleopatra, 1.tom.106.b
 Clericorum vita qualis esse debeat, vide epist. 2.
 In vrbe viuant, 1.tom.40.a
 Patres sunt monachorum, 30.a
 Matronas sectari non debent, 58.b
 Cum mulieribus non habitent, 99.a,b
 Mali interdum eliguntur, 2.tom.155.a
 Ex merito non ex gradu apud Deum laudantur, 155.b
 De calibatu eorum, vide supra, Calibatibus.
 Clericorum non proderunt eis, 2.tom.
 κληρονομία, 2.tom.242.a
 Clerus tertius Romæ episcopus, 1.tom.102.b
 Clinici, 1.tom.73.b
 Clytemnestra, 2.tom.162.a
 Cn. Pompeij vxor Mucia impudica, 2.to.162.a
 Reliqua, 190.a
 Coadiutor Alexander in episcopatu Hierosolymæ fuit, 1.tom.127.a,b
 Coccinum infantis Thamar quid, 1.tom.355.b
 Coccus pro igne, 3.tom.367.b
 Cœnobarum vita, 1.tom.63.a,b
 Cœnomya, κωνομύα, omnium muscarum genus, 3.tom.386.b
 Coirus omnis secundum Enkratitas spurcus, 2.tom.140.a

I N D E X.

Promiscuus etiam cum matribus vbi, 167.a
 Collecta, 2.tom.209.a.211.b
 Columba pro spiritu sancto, 2.tom.202.b.
 3.tom.442.a,b.
 Eius oculi, 440.b
 Insuperantia, 1.tom.54.a
 Columna, ad quam Christus Iesus flagellatus
 est, 1.tom.74.b
 Comam Nazaraei nutriunt, & perado voto de-
 ponunt, 2.tom.317.a
 Comaculus, 1.tom.31.b
 Comedi creata omnia non posse, 1.tom.166.a
 In alio saculo non comedentes, 2.tom.221.b
 Comici, 2.tom.333.b
 Commentatoris officium, & commentariorum
 mos, 2.to.185.a.235.b.237.b.254.b
 Comma, & commacule, 3.tom.0.
 Communes vxores Plato, & Catonis exēplum
 faciunt, 2.tom.167.a
 Comparare quid significet, 2.tom.253.b
 Maioribus detrahitur, cum minoribus com-
 parantur, 140.a
 Iusti & perfecti aliis comparati, non absolute
 dicuntur, 273.a,b
 Concipi factum ex imaginatione, 3.tom.461.b
 Conclusionum septem modi, 2.tom.240.a
 Concordia vrbis, 1.tom.126.a
 Concubina mystice quid, 3.tom.398.a
 Concupiscentia qua trahimur, amore Christi re-
 stinguenda, 1.tom.28.b
 In lege prohibita quæ sit, 3.tom.450.b
 Condimenta exquisita ciborum vituperantur,
 3.tom.370.a
 Confarracatus, 2.tom.194.a
 Confessio pro laude, & gratiarum actione,
 3.tom.462.a
 Confessio sacramentalis, 2.tom.194.a. &
 tom.194.a
 Confirmationis sacramentum tractatur, 2.to-
 mo, 198.b
 Confusio duplex, 1.tom.70.b
 Con sanguineis vt pauperibus dari possunt ele-
 mosynæ, non aliter, 1.tom.24.a
 Conscientia bona nullius oculos fugit, 1.tom.
 101.a
 Suam qui iactent, 58.a
 Consilium facere est in hominis arbitrio, non
 sic præceptum, 2.tom.144.b.145.a
 In eo implendo est perfectio, 1.tom.71.a,b
 Constantia femina, 1.tom.115.b
 Constantianus Magnus Andreæ, Lucæ, & Timo-
 thei offa transfert Constantiopolim, 2.to-
 mo 190.b
 Rhetoricum ob Mōtenium causam Romam
 mittit, 3.tom.376.a
 Crispus, eius filius, 1.tom.129.a
 Constantinus Imp. Arrianus, 1.tom.113.a
 Consuetudines locorum seruandas, 1.tom.81.a
 Consulibus cuiusdam obitus, 1.tom.66.b
 Confus consiliorum Deus, 1.tom.111.a
 Contemnere hominum iudicia, prima mona-
 chi virtus, 1.tom.70.b
 Continentia inter coniuges promissa, 1.to.98.b
 Contraria contrariis curari, 3.to.424.a
 Contubernia periculosa vitanda, 1.tom.99.
 a,b.100.a,b
 Conuersio nunquam sera est, 2.tom.195.b
 Conuiuia episcoporum opifera taxantur, 2.
 tom.308.b
 Viduarum qualia, 2.tom.28.a,b
 Cophini xij, 1.tom.76.a
 Coquendi epulas quàm varia ars, 2.tom.308.b
 Cor ab ore differtens habere. Christiani non est,
 2.tom.201.b
 Corban, 1.tom.33.b
 Core i. caluaria, 3.tom.394.a
 κορηθαι, 2.tom.324.a
 Cornelia Gracchorum mater, 1.tom.29.b
 Cornelij centurionis domus ecclesia sit, 1.to-
 mo 74.a
 Cornelius Papa martyr, 1.tom.106.a.127.b
 Cornelius Nepos citatur, 2.tom.215.a
 Cornelius tribunus sediciosus, 2.tom.215.a
 Cornix Æsopi, 1.tom.76.b
 Corpus omne non est caro, sed bene contra,
 2.tom.219.a,b
 Multis modis corpus sumitur, ibidem
 Carnis corpus cur a Paulo vocetur, ibidem

Quodnam resurrecturum Origenes credat,
 219.a
 Et quo modo corporale omnem substantiam
 aut interituram, aut in subliorem mutan-
 dam idem putet, 205 a,b.207.a.208.a
 In animam redigi mystice corpus, quo modo
 Hieronymus dixerit, 239.b
 Christi corpus verum post resurrectione fuisse
 probatur, 156.a
 Sicut erit etiam nostrum verum, non spirituale,
 1.tom.80.a.83.b
 Integrum & fragrans Hilarionis corpus post
 mortem inuenitur, 115.a
 Coruus panem Paulo defert, 1.tom.107.b
 Ex arca emissus Diabolus ex ecclesia eiectum
 signat, 2.tom.202.b
 κορυμνη vestis,
 3.tom.372.b
 Colli vermes, 2.tom.171.b
 Coch, 1.tom.74.a
 Cotia alpe, 2.tom.189.a
 κρηνη εκ φουετο, 2.tom.301.a
 Crapula libidinis fomes, 3.tom.412.a
 Morbos gignit, 2.tom.168.a
 Vituperatur, 168.a,b
 Cras & crastinum pro futuro poni, 3.to.411.b
 Crassa corpora medici quo modo curent, 2.to-
 mo 168.a
 Crassum semel rississe, 2.tom.240.a.1.to-
 mo 95.a
 Creaturam omnem bonam esse, 1.tom.23.b
 Crates Thebanus, 1.tom.39.a.71.b.82.b.
 90.a.2.to.167.b
 Crepitacula, 1.tom.80.b
 Crepundia, 1.tom.38.b
 Creteus cynicus, 1.tom.123.b
 Crescens Pauli discipulus, 1.tom.120.a
 Crescite & multiplicamini, sententia, 1.to.35.a
 Crines pro verborum ornamentis, 1.tom.71.b
 Crispus Cæsar, 1.tom.129.a
 Crystallinum, quod dicitur, cælum, apud Eze-
 chielem, 2.tom.307.a
 Crocodilis qui vescantur, 2.tom.167.a
 Cruetula, 1.tom.37.a
 Crux Christi quando à Simone Cyrenæo porta-
 ta, 3.tom.426.b
 Frons cruce signetur, 1.tom.23.a
 Hoc enim Christianorum est, 79.a
 Paula moriens os ea signat, 81.a
 Tali signo se munit magnus Antonius, 107.a
 Tali Hilarion, 109.b
 Quod etiam in sabulo pingit, 114.b
 Crucis lignum lambitur, 53.a
 κρηνη,
 3.tom.452.b
 Cresiphon vrbis,
 3.tom.454.a
 κρηνη,
 3.tom.385.a
 Cuba i. cisterna, 1.tom.106.b
 Cubiculo inclusa maneat virgines, 1.to.60.b
 Cuculla, 1.tom.40.b.115.b.3.to.367.a
 Cucurbitarij, 2.tom.320.a
 Cuniculus pro astu, 2.tom.256.b
 Curialis quidam senex taxatur, 1.to.61.b.62.a
 Curium Cypri vrbis, 1.tom.115.a
 Curij pauperas, 2.tom.168.b
 Cutis nitens fordidamini indicium, 1.to.100.b

D.

Dalmatia, 2.tom.254.a
 Eius insulæ, 1.tom.9.b.90.b
 Damascus Syriæ metropolis, 3.tom.455.b
 A quo condita, 457.a
 Damascus citatur, 1.tom.60.a
 Hieronymum de multis interrogat quæstio-
 nibus, 3.tom.350.b
 De filio prodigo dicatur ei à Hieronymo li-
 ber, 2.tom.177.b
 Prætextatus quid ei diceret, 214.a
 Virgo fuit, & doctus, 185.b
 Damna rei familiaris æquo animo Paula tole-
 rat, 1.tom.78.a
 Damnatorum æquales esse pœnas aiebat Iou-
 nianus, 2.tom.172.a
 Quæ hæresis à Hieronymo confutatur, 172.a
 vsque ad finem libri.
 Dan quæ & Pameas, 3.to.355.b
 Danaë, 1.tom.38.a.2.tom.252.b
 Auro corruptitur, 333.b
 Daniel an sit propheta, 2.tom.251.a
 Eunuchus fuit, 150.a,b

Captiuus ducitur, 150.a,b
 Habacuc cum prandio suscipit, 170.b
 Solus secundum Theodotionis interpretatio-
 nem legitur, 251.a.3.tom.341.b
 Daphca, 3.tom.358.a
 Dardan præfectura, 3.tom.
 Dares & Entellus, 2.to.320.b.322.a
 Darij filia Rhodogunc, 2.tom.160.b
 Dauid peccatum, & penitentia, 2.to.165.a
 Eius genus in Christo defecit, 1.tom.75.a
 Vt vir sanguinum ob homicidium, nō ob bel-
 la templa ædificare prohibetur, 2.to.150.a
 Vxores, 150.a
 Debora, 1.tom.32.a
 Defunctorum laudes qui, & vbi dicerent, 1.to-
 mo 8.a
 Delicia vitanda, 1.tom.64.b
 Earum causa diuitiæ quaruntur, 2.to.168.b
 Delictum maximum est, quod opere perpetra-
 tur, 1.tom.222.b
 δημαρις, 3.tom.367.a. & 568.b
 Delphidius poëta Gallus, 3.tom.415.a
 Demaratus, 2.tom.252.a
 δημας, 2.tom.209.b
 Demetrius Lactantij auditor, 1.to.129.a
 Demetrius insignis virgo, quo modo seruare
 virginitatem debeat, docetur, 1.tom.20.a
 & inde.
 Demetrius Iudæus scribit contra gentes, 1.to.
 125.a
 Demetrius Phalereus, 3.tom.398.b
 Demetrius Alexandrinus, 1.to.124.a.126.a
 127.b, & tom.2.310.a
 Origenem expellit, 303.a
 Ab eo laceratur, 246.a
 Dæmones in æmulationem Dei multa faciunt,
 2.tom.172.a
 Vagantur in orbe, & nimia celeritate variis ia
 locis adsunt, 190.b
 Nos ad peccandum hortantur, non autem cog-
 unt: vnde causa peccati nobis esse dici non
 possunt, 242.a
 Dum in nobis regnant, indignos nos diuinis
 reddunt, 3.tom.400.a
 In æternum perditii sunt, 2.tom.242.b
 Nam redire in angelos saluum est, 239.a
 Quod Origenes dicebat, 204.b.205.a,b.
 207.a.210.a
 Ad reliquias martyrum torquentur, 192.a
 1.tom.76.a
 Per hunc errant aëtem, & vitia eorum sunt
 cibi, 3.tom.407.b
 Dæmonium meridianum Atrius, 2.tom.246.a
 Demosthenis contortæ, vibratæque sententiæ,
 1.tom.21.a
 In Æschincom scribit, 2.tom.215.a
 Et in Philippum, 162.a
 Plus olei quàm vini consumit, & litera à can-
 nibus discit, 236.a
 Demosthenis filia, 2.tom.159.b
 Denarius vnus datus operariis quid, 2.tom.0
 178.a.3.tom.411.a
 Depompatio, 2.tom.240.b
 Derbices, 2.tom.167.a
 Desertum pro virginitate, 1.tom.83.b
 Desiderius presbyter, 2.to.190.a.3.tom.
 epist.104.
 Desideriorum vir Daniel, 1.tom.57.b
 Detractio prohibetur, 1.tom.15.a,b
 Reiciit debet, 43.b.44.a
 Et tristi vultu compecci, 15.b
 Curanda non est, vbi culpa abest, 45.a,b
 Ab ea nemo immunis, 31.b
 Per eam nobis fama quæri non debet, 2.tom.
 320.b
 Eius mala, 1.tom.444.a
 Cetera, 43.b.44.a.52.b.77.b
 Deucalion orbis Hilarium diaconus, 2.to.203.b
 Δουρπερς Iudæorum, 3.tom.404.b.1.to-
 mo 123.a
 Deum non honorat qui præcepta eius non ser-
 uat, 1.tom.41.b
 Virginem lapsum non suscitatur Deus, 56.a
 Præsentia iudicat, non futura, 2.to.293.b
 Nihil facit quod sit iniustum, est videatur,
 266.b.267.a
 Nec queri possumus quod angelos nos non fe-
 cerit: nec alij similiter, 293.a,b
 Consilium

I N D E X.

Consilium eius inuestigari non debet, 277.b
 278.a
 Voluntas cum gratiarum actione implenda,
 non discutenda est, 237. b. 288.a
 Mundum cur in ignorantia tam diu reliquerit,
 266.b. 267.a
 Quo modo visus dicatur, 3.tom.402.b
 Amandum ante parcos & cognatos omnes est,
 441.b.
 Cum eo sumus, aut ab eo discimus affectu
 non loco, 407.b
 Cum peccatores non flagellat, maxime iratus
 est, 1.tom.88.b
 Vocatur paterfam. pastor, agricola, & similib.
 nominibus, 3.tom.407.a
 Masculino apud omnes profertur genere,
 403.b.
 Decem eius explicantur nomina, epist. 136.
 Dei nomē trinitatis proprium, omnibus enim
 personis conuenit, 412.b
 Vnus iustus, alter bonus secundum Marcionis
 hæresim, 429.a
 Et sub mundi habitu multi seruerunt, 1.tom.
 26.b.
 Interdum plus tribuit quàm rogetur, 93.a
 Dexter præfectus prætorio Hieronymi amicus,
 1.tom.119.a. 2.tom.248.a.
 Dexter scriptor, 1.tom.131.b
 Dextra mysticè, 3.tom.442.a
 Diabolus in æternum perditus, 2.to.242.a.b
 Vbiq; seruus Dei persequitur, 1.tom.77.b
 2.tom.164.a.
 Dum tenrat, scripturæ auctoritate refellatur,
 1.tom.93.b.94.a.
 Eius nomina, 3.tom.407.b
 Diaconatus tertius ordo, 1.tom.25.b
 Diaconi aras, 2.tom.226.b
 Officium, 208.b. 209.a
 Vis, 202.b. 310.b. 311.a
 Diaconissæ ordinabantur, 2.tom.209.a
 Dialecticæ partes, 3.tom.339.a
 Diana virgo fingitur, 2.tom.159.b
 Eius templum comburitur, 158.a
 Taurica virgines habet sacerdotess, 159.b
 Διαβόλημα, 3.tom.399.a
 Διαβόλη, 1.tom.121.b
 Διαβόλη, 1.tom.123.b
 Diapalma, 3.tom. epist. 138.
 Διαβάω, 3.tom.367.b
 Dialectica prædicatio, 2.tom.232.a
 Dibon Gad, 3.tom.363.a.b
 Διός, 3.tom.462.b
 Dicæarchus citatur, 2.tom.168.b
 Dichotomemata, 1.tom.127.a
 Διδασκαλία, 3.tom.338.a
 Διδασκαλία, 2.tom.275.a
 Didymus Alexandrinus, 1.tom.150.b
 Reprehenditur ab Antonio quòd cæcitate
 suam agrè ferat, 88.b
 Eius opus de Spiritu sancto vertit Hierony-
 mus, 3.tom.351.a
 Iam senex cum audit, 2.tom.228.b
 Eius enim & Rufini magister fuit, 259.a
 Psalmos interpretatur, 319.b
 Tres libros super Osee ad Hieronymum di-
 ctat, ibidem
 Et vnum ad Rufinum, 259.a
 Libros πνευματικῶν commentatur, 244.a. 245.b
 Item epistolam ad Ephesios, 237.a
 In trinitate catholicus fuit, in cæteris Orige-
 nista, 245.b. 233.a.b
 Doctissimus fuit, 186.b
 Dido regina Carthaginis, 1.to.34.a. 2.to.160.a
 Digamie auctor Lamech, 1.tom.29.a
 Cur permissa, ibid. & 34.b
 Quo modo eam velit Apostolus, 33.a.b. 34.a
 Notatur, 2.tom.147.a.b
 Subicitur primis nuptiis, 147.a
 Etiam apud Ethnicos nõ fati probatur, 29.a
 Digamus à clero & eleemosyna reicitur, 147.a
 Eam Hieronymus non damnat, 182.a
 Dignitas caulæ parturi, 2.tom.186.b
 Dignitas ecclesiastica Christianum non facit,
 1.tom.3.a.
 Dilemma, 2.tom.252.a. 253.b
 Dilectio Dei, proximi, & inimici, quantum in-
 ter se differant, 3.tom.441.b
 Diligens quor modis accipitur, 2.to.238.a.b

Diluuij tempus, secundum Græcos, 2.to.211.a
 Διουσις, 2.tom.270.a
 Diodorus Tarsensis episcopus, 1.tom.131.a
 3.tom.444.b
 Diodorus philosophus, 2.tom.270.a
 Filia, 160.a
 Diocesces diuisæ sunt, nec inuadi debent, 2.to-
 mo 208.b.
 Diogenis liber, 1.tom.8.b
 Reliqua, 2.tom.167.b. 169.b
 Dionysius Papa, 1.tom.128.a
 Dionysius Corinthiorū episcopus, 1.to.310.a
 Dionysius philosophus, 3.tom.449.a
 Dionysius Alexandria episcopus, 1.to.128.
 a. 2.tom.245.b. 310.a.
 Dionysius Diopolitanus episcopus, 2.to.224.a
 Dioscorides, 2.tom.166.a
 Diopolis, 1.tom.74.a
 Diopolitana Synodus, 2.to.304.a
 Discendum ab eruditiss, 1.tom.253.b
 Quanta fecerint veteres, & quòd perrexerint
 docendi causa, 3.tom.337.a
 Quis sit prius discipulus quàm magister, 1.
 tom.13.b.
 Dicendi plura esse genera, 2.tom.235.b
 Hoc est quinque, 183.a
 Discophorus, 3.to.348.b. 2.to.170.b
 Dispensatione eleemosynarum quis præficien-
 dus, 1.tom.6.a
 Non clericus, 7.b
 Non monachus, 40.a
 Et si clericus præficiatur, statim dispen-
 set, 7.b
 Disputantis contra hæreticos non esse captan-
 da verba, 2.tom.183.a
 In vtramque partem Carneades disputabat,
 186.b.
 Pacifica mente disputandum est, 315.a.b
 Dinitia Christiano non quærenda, 1.to.91.a.b
 Eas abiecere incipientium est, nam & philoso-
 phi hoc fecerunt, 82.b
 Qui eis incubant, taxantur, 36.a.b
 Ea potius in vxore, quàm vxor quæritur,
 2.tom.161.a
 Si delicias tollas, nemo eas quæret, 168.b
 Viuæ dinitia dispensentur, 161.b
 Quo modo saluari diues possit, 1.tom.27.a
 2.tom.270.b
 Diues mysticè vel pro Iudæo in lege, vel alio
 docto sumitur, 3.to.397.b
 Doctores catholici tantum legendi, 1.to.31.a
 Ad doctos pertinet de re qualibet iudicare, 71.b
 Dogma, 3.tom.338.b
 Dolium, Diogenis domus & prætorium, 2.to-
 mo 169.b.
 Doma, 1.tom.91.a. 386.a
 Domina ex ancilla morib. iudicatur, 1.to.28.b
 Dominationes in angelis, 2.tom.176.a
 Dominica dies in memoriam resurrectionis est,
 2.tom.191.b.
 Missæ in ea celebrantur, ibid.
 Vna Sabbari dicitur, 192.b
 Domitianus Imperator, 2.tom.222.a
 Domitius orator, 1.tom.5.b
 Domnion Hieronymi amicus, 3.tom.449.b
 Domnus, 1.tom.125.b
 Domus Dei quæ, 3.tom.400.b
 Nostra mala nouissimi scimus, 2.tom.162.a
 Remotus in ea ad orandum habeatur locus,
 1.tom.45.a.b.
 Donatus Hieronymi præceptor, Terentij & Vir-
 giliij commentator, 2.tom.236.a
 Donatus hæreticus, 1.to.129.b. 2.to.265.a
 Donec quantum temporis significet, 2.tomo
 114.b. 115.a.
 Dona Christi diuersa, 2.tom.143.a
 Dor, 1.tom.74.a
 Dormitio & peccatum & mortem significat,
 2.tom.446.a.b.
 Sancti dormientes non mortui vocantur, 2.
 tom.191.a.
 Cur sic, ratio redditur, 1.tom.83.b
 Dositheus Samaritanorū princeps, 2.to.203.a
 Duellius & eius triumphus, 2.tom.160.b
 Dulcedo labores & virtutes sequitur, 3.tomo
 361.a.
 A Christianis contemni debet, 363.b
 Ex ore hominum dulce non semper exire de-
 bere, contra Pelagium probatur, 2.to.276.a

Dupondij æstimare, ac supputare, 2.to.138.a
 E.
 E Bionita, 1.tom.121.b
 Ebrietates ab episcopo aliena sit, 2.to.308.b
 Taxatur, 1.tom.31.a
 Ebrona עברנה, 3.tom.361.b
 Ecclesia super Christum fundata, 3.tom.397.b
 Eius sanguinis effusione, 427.a
 Item super Petrum, 2.to.151.a. 193.b
 Extra eam non est salus, 195.a
 Continet etiam malos, 202.b
 Non est sine sacerdotibus, 202.b
 Dum nascetur, multa ob infirmitatem gen-
 tum concessit, 154.b
 Ad eam pertinet scripturas recipere, vel repro-
 bare, 191.a
 Lupanar factum Lucifer caufabatur, 196.a
 Maculam in alio sæculo nõ habet, 3.to.425.a
 Ecclesiâ ingredi non audeat Hieronymus, dum
 alicuiuslibet minimæ sibi conficius est, 2.to-
 mo 192.a.
 Clericorum ipsa debet esse heres, 1.to.5.b
 Ecclesiasticus liber cuius sit, 3.to.342.b. 346.b
 Ecstasis, 3.tom.452.a. 457.a
 Eculus, 1.tom.105.a
 Eden עדן, 3.tom.452.a
 Edessa viros, 3.tom.455.a
 Edificio quinta vbi inuenta, 3.tom.435.b.
 vide Biblia.
 Edom nomen, 3.tom.461.a
 Cruetum aut terrenum significat, 2.to.221.b
 Vel sanguinem, 290.a
 עדום, 2.tom.285.a
 Elam & Elamita, 3.tom.455.a.b
 Eleazari sacerdotis sepulchrum, 1.tom.75.b
 Eleemosyna faciendâ, 1.tom.24.a.b
 Cum iudicio, 40.a.b
 De eo quod nobis superest, 1.tom.76.b.
 3.tom.416.a.
 Quibus & quo ordine danda sit, explicatur,
 415.b. 2.tom.192.b
 Non excluduntur ab ea Samaritani, 192.b
 Lucci causa fieri non debet, 1.tom.6.a
 Nec gloria, 62.b. 63.a
 Hierosolymam non esse mittendam, Vigilan-
 tius aiebat, 2.tom.192.a
 Eam dare non est virtutum culmen, 1.to.77.a
 Prædicatur, 76.b. 77.a
 Eam non dantes taxantur, 62.b. 63.a
 Qualis Nebriidij fuerit, 27.a
 Pammachij, 70.b
 Paula, 77.a
 Elementa mundi lex vetus, sicut scientiarum
 principia elementa dicuntur, 3.tom.434.a
 Quatuor elementis nos constamus, 2.to-
 mo 219.a
 Ελεϋθη, 1.tom.123.b
 Eleuthina Dea, 1.to.123.a. 2.to.169.a
 Eius sacra, 309.b
 Eleutherius Papa, 1.tom.123.b
 Eleutheropolitana mulier, 1.to.110.a
 Diocesces, 2.tom.226.b
 Elias fortis Domini interpretatur, 2.to.212.a
 Virgo fuit, 150.a
 Mulierem perturbatus timet, 288.a
 Raptus paradisi colonus est, caelesti pane satura-
 tur, & manet in ære qua raptus est, 220.b
 Apocalypsis eius nomine apocrypha, 335.a
 Elim, 3.tom.337.b
 Elifus agamus, 2.tom.150.a
 Eloquentia tristis non est, 1.tom.87.a
 Fulguri de celo cadenti cõparatur, 3.to.415.a
 Elula, 1.tom.112.a
 Εϋϋϋϋϋϋ hæretici, 2.tom.216.a
 Emaus, 1.tom.741. 275.b
 Empedocles, 2.tom.166.a
 Εϋϋϋϋϋϋ, 3.tom.338.b
 Εϋϋϋϋϋϋ, 2.tom.334.a
 Encratitæ hæretici, 2.tom.140.a. 149.b.
 171.a. 180.b. 182.a. 1.tom.124.a.
 Εϋϋϋϋϋϋ, 3.tom.373.a
 Εϋϋϋϋϋϋ, 2.tom.270.a
 Engaddi, 3.tom.440.a
 Engastrimythos, 1.tom.129.a
 Enipostata, 2.tom.195.a
 Ennius poeta citatur, 1.to.48.b. 94.a
 Enoch in carne raptus, paradisi colonus iest,
 & caelesti pane saturatur, 2.tom.220.a
 Nondum

Nondum mortuus est, 295.b. 3.to.446.b
 Morie:ur,scut & Elias, 413.b
 Cur tranflatus fuerit, 2.to.147.b.148.a
 Eius liber apocryphus, 1.tom.120.b
 Enos, 3.tom.150.b
 Entellus & Dares, 2.tom.320.b.322.a,b
 ἐνθεός, 2.tom.186.b
 ἐνθεός, 3.tom.373.a
 Ependites, 1.tom.109.a
 Ephod & Ephod-bad, 3.to.366.b.372.a,b
 & 2.tom.149.b
 Ephraim i. frugifer,mons. 2.to.149.a
 Ephrem Syrus, 1.tom.131.a
 ἐπιχέρυμα, 2.tom.320.b
 Epicurus logicam spernit, 2.tom.240.a
 Mundos asserit innumeros, 205.a.233.a
 Holera & renues laudar cibos, 168.a
 Reliqua, 162.b.166.b
 Epidaurus Dalmatiæ opidum, 1.to.114.b
 Epim enides à Paulo citatur, 2.tom.509.a
 Epiphaniæ festum, 3.tom.444.a
 Epiphania Syriæ vrbs, 3.tom.371.a.455.a
 Epiphanius Salaminiæ Cypri episcopus Romam venit, 1.tom.73.b
 Paulam agrotam vt vinum bibat hortatur, 79.a
 Hilarionis amicus est, 108.b
 Quinque habuit linguas, 2.to.247.b.253.a
 Laudatur, ibid. & 214.b
 Hieronymum Cypro recipit, 257.b
 Rufinum ignorans eum hæreticum ad officium accipit, 257.b.258.a
 Ne Ioanni Hierosolymitano communicetur mandat, 223.b
 Scribit contra eum Epistolam quam Hieronymus vertit, 332.b
 Excusat se Ioanni de ordinatione Pauliniani, epist. 60.
 Infamatur à Rufino, 257.b
 Scribit librum de lapidibus, 3.tom.368.b
 Hieronymus ex eo quadam vertit, 2.tom.235.a.
 Reliqua, 1.tom.131.a
 Episcopus, id est superintendens, 2.to.310.b
 Presbytero maior est, 223.a
 Apostolorum honorem possidet, 1.to.39.a.
 2.tom.193.b
 Ad vitandum schisma electus, 2.to.310.b
 Presbyter ipse etiam vocatur, epist. 85
 Vbiunque fuerit, Episcopus est, 310.b
 Diuitius & dignitate non sic sublimior, ibid.
 Ab eius dignitate Ecclesiæ salus pendet, 199.a
 Doctus esse debet, 308.b
 Opes non augeat, ibidem
 Philosophia & poësi non assumatur, 199.b
 Neque ex Neophyto, 308.b
 Ad mulcendas aures populi non concionetur, 199.b
 Eius exemplum omnes attendant, 1.to.11.a
 Dissert à Rege, 11.a
 Sacerdotem se, non Dominum, notit, 5.b
 Non erubescat audire presbyteros concionantes, ibidem
 Clerici subiecti sint, ibidem
 Honor magnus ei deferendus est, 2.to.227.a
 Pedes ei osculantur, 215.a
 Non omnis episcopus episcopus est, 1.to.2.b
 An sit desiderandus episcopatus, 2.b
 An fieri possit episcopus qui luxuriosos habuerit filios, 18.b
 Qua ætate ordinari possit, 2.to.226.b
 In ordinandis clericis interdum fallitur, 1.to.102.b
 Eius bona vel mala ordinato nec profunt, nec nocent, 104.a
 Ipse offert & recipit penitentem, 2.to.197.a
 Hæreticos suæ diocesis frenat, ac punit, 188.b
 Propter obsequia vel affinitatē clericatus gradum dare non debet, 155.a
 Sic bibat, vt an biberit ignoretur, 155.a
 Diuorem non quarat episcopatum, 306.b.
 307.a
 Ne transferatur Nicæna Syn. prohibet, 306.b
 Parum ei profunt virtutes nisi populum instruat, 155.a
 Qualem depingit Apostolus, difficile inuenitur, 274.b.275.a
 Reuertens ab hæresi etiam episcopatu retento

recipitur, 196.a.& inde.
 Octo à Nicæna Syn. sic recepti sunt, 201.b
 Epistola ad Romanos tota obfcura, 3. tomo 420.b.431.b.
 Eam quæ est ad Galatas qui exposuerint, 2.tom.315.b.
 De ea quæ est ad Hebræos, 3.tom.354.b
 370.b.1.tom.120.b.122.b.127.a.
 ἐπιφάνεια, 3.tom.366.b
 Epitaphium catalogus Hieronymi nō dicitur, 2.tom.315.b.
 Epithalamium, 3.tom.436.a
 ἐπιθεμα, 3.tom.364.b
 ἐπιτασις, 2.tom.275.a.308.a
 ἐπιτασις, 3.tom.366.b.373.a
 Equos ad altaria Christi stabulatos dolet, 1.to.11.b.
 Eremus à quo primum habitari cœpta, 1.to.106.a.
 Eius laudes, 3.a
 Vide de Eremitis, Anachoritæ.
 ἐρηδωόντις, 1.tom.127.a
 Erichthonius, 2.tom.142.a
 Euphila, 2.tom.162.b
 Erroribus sola tantum sacra caret scriptura, 2.tom.325.a.
 Alij, quantumvis docti, non, ibidem
 In sacros bibliorum codices vnde tot menda irreperint, 3.tom.349.b
 Efasas propheta, 3.tom.347.a
 Euangelium potius texuit quàm prophetiam, 339.b.347.b.
 Cur immunda habuerit labia, 402.b
 Quare sectus fuerit, 402.b
 Esau Iudæorum figura, 3.tom.353.b
 Escol, 1.tom.75.a
 Estras, vide Ezdras.
 Estra, 1.tom.116.b
 Esse mali non dicuntur, 2.tom.183.b
 Solus Deus verè habet esse, ibid. 195.a
 Eiusque essentia vna ac vera est, 195.a
 Esse an possit, quod nunquam fuit, 267.a
 Effedum, curus, 2.tom.161.a.241.a
 Effeni, 1.tom.64.a
 ἐφορητισμῶν, 3.tom.345.b
 ἐθελοθρησκία, 3.tom.433.b
 Etesia ventus, 2.tom.257.b
 Echam, 3.tom.357.a
 Eua Ecclesiæ typus, 2.tom.217.a
 Vita interpretatur, 3.tom.452.b
 Euagrius Antiochenus episcopus, 1.to.131.b
 Presbyter, 2.tom.195.b
 Hieronymi in Eremo comes, 16.b.17.a.93.b
 Laudatur, 105.b
 Euagrius Papa Hieronymi necessarius, 1.tom.116.a.
 Euagrius Ponticus hyperborita hæreticus, 2.tom.264.b.
 Euangelium cruce dedicatum, 2.to.150.b
 Ioannes suum altius orditur, 151.b
 Quod è Græco illud verat, Hieronymū Augustinus laudat, 2.to.314.b
 Hieronymus quod nihil ex eo mutauerit se defendit, 336.a
 Dum legitur in Ecclesia, ascenduntur cerei, 191.a.
 Eius codicem manus sua scriptum ob paupertatem vendit Hilarion, 1.to.114.a
 Pro nauilo iterum dare illum vult, 114.a
 E Græco Hieronymus Euangelium corrigit, 132.b.
 De eo quod dicitur Nazæorum, 1. tomo 120.a.122.b.
 Euangelistæ cur quatuor animalibus comparantur, 2.tom.151.b
 Eubulus scriptor, 2.tom.169.a
 Eucharistia verum corpus & sanguinem Christi continet, 1.tom.50.b.3.tom.416.a,b
 Eius sacrificium & sacramentum in Melchisedec figuratum, 1.tom.50.b
 Equè eam omnes accipimus, licet equè cunctis non profuit, 1.tom.174.b.175.a
 Eam sacerdos proprio conficit ore, 1.to.2.b
 2.tom.310.b.
 Populo ministrat Episcopus, 2.to.196.b
 Ipse tantum & presbyter eum conficiunt, 2.tom.202.b.
 Coniuges nisi se prius à debito coniugali absti-

neant, eam non recipiunt, 2.to.148.b.184.b
 Non sumitur nisi penitentia prius acta, 3.tom.413.a.
 Nec ab iis qui sunt in discordiis, 2.tom.225.a
 Sumere eum peccato sacrilegium est, 1.tom.58.a.
 An quotidie sit sumenda, 1.tom.83.a.2.tom.184.b.
 Cetera, 2.tom.147.a.238.b.3.tom.365.b.409.a.
 ἐυχαριστίας πνευματικῶν, 1.tom.127.b
 ἐυχίται hæretici, 2.tom.268.a
 Eudoxius Antiochenus, 2.tom.202.a
 Eugenius tyrannus, 1.tom.11.a
 Eumenides furiv, 2.tom.332.b
 Eunomius hæreticus, 2.to.191.b.214.b
 Miracula taxat, 191.b.192.a
 Eunomiani, 213.a
 Cetera, 245.b.246.b.1.tom.131.a,b
 Eunuchus Æthiops, 1.tom.75.a.3. tomo 338.a.2.tom.145.a,b.
 Eunuchi, 2.tom.145.a,b
 Daniel & tres pueri eunuchi fuerunt, 150.a
 Euphorbus, 2.tom.261.b
 Euphrates Paradisi fluuius, 2.tom.210.b
 Eupolemus contra gentes scribit, 1.tom.125.a
 Euripides citatur, 2.tom.169.a
 Eius tragodiæ, 162.a
 Euripus, 1.tom.93.b
 Eusebius Nicomediensis reuerfus ab hæresi suscipitur, 2.tom.202.a
 Eusebius Vercellensis, 1.tom.130.a
 A Lucifero dissentit, 2.tom.202.a
 In Episcopatum ab exilio redit, 201.b
 Psalms ex Origene interpretatur, 301.a
 Eusebius Cæsariensis, Arrianorum princeps, 2.tom.228.b.245.a,b.
 Reuertens à Synodo Nicæna suscipitur, 201.b
 Psalms interpretatur, 319.b
 Contra Porphyrium scribit, 309.b.3.tom.349.a.
 Canones in Euangelia decem edit, 350.a
 Biblia emendat, 341.b.343.a
 Decem ecclesiasticæ historiæ libros componit, à quibus Hieronymus multa accipit, 1.tom.119.a.
 Quadam ex eo vertit Hieronymus, 2.tom.234.b.
 In quibusdam eum laudat, non in dogmatibus, ibidem.
 Magna eius & Pæphili Martyris amicitia fuit, 2.tom.231.a.234.a.
 Eius scripta, 1.tom.129.a
 Reliqua, 3.tom.398.b.448.b
 Eusebius presbyter Cremonensis, 2.to.333.b
 Hieronymi intimus amicus, itineris comes, & cum eo in monasterio viuens, 248.a,b.
 252.b.257.a.258.a.301.b.304.a.3.to.340.a
 Eusebius & Hippatius Coss, 2.to.201.a
 Eusebius Emisenus, 1.tom.129.b.331.a
 Eusebius Monachus Origenista, 2.to.265.a.
 298.b.
 Eustathius Antiochenus, 1.tom.129.a
 Laudatur, 3.tom.354.b
 Ab Arrianis infamatur, 2.tom.262.b
 Eustochij patris Hymettius, 1.tom.18.a
 Romæ in Marcellæ cubiculo nutritur, 48.b
 Vt virginitatem seruet hortatur, epist. 22.
 Cum magno are alieno à matre relinquitur, 1.tom.76.b.77.a.81.b.
 Euthymius Origenista, monachus, 2.tom.264.b.298.b.
 Euzoius Antiochenus episcopus, 2.tom.202.a
 Euzoius presbyter Cæsariensis, 1.to.131.a.
 3.tom.398.b.
 Exapla ἐξάρια, 3.tom.344.b.346.a.2. tomo 250.a,b.
 Excetra, 1.tom.103.b
 Hibera, 92.a
 Excommunicatio, 1.to.2.b.2.to.188.b.189.a
 Non facillè ferenda, 1.tom.124.b
 Sepeliri excommunicatus non potest, 2.tom.224.b.
 Excusantes peccata sua, 3.tom.413.a
 Excussi qui dicantur in Psalmo, 3.to.399.a
 Exedra, 1.tom.63.b
 Exemplaria sacrorum liberorum quæ magis emendata, 3.tom.341.a.
 Exequit,

I N D E X.

Exequiæ, 1.tom.67.a.68.a,b
 Cum psalmis & hymnis celebrantur, 81.a
 Paulæ quales fuerint, 81.a,b
 Quales Fabiolæ, 87.a
 Exodium, 1.tom.37.a
 Exoletus, 2.tom.306.a
 Ἐξολετῶν, 2.tom.170.b
 Exponi variè vnus idemque potest locus, 2.tom.330.b
 Externa nobis cum philosophis communia, 1.tom.89.a,b
 Exuperius Tolosæ episcopus, 1.to.16.a.36.b
 Ezdras Ἐζδρας, id est adiutor, 3.tom.340.a
 Alias reperit litteras, & legem instaurauit, 342.a
 Hebraicis litteris, sed Chaldaeo sermone conscriptus est, 348.b
 Qui eius libri apocryphi, & qui canonici, 2.tom.191.a.3.tom.344.a
 Reliqua, epist.109.
 Ezechias peccatorum conscientia morti vicinus flet, 2.tom.288.b
 Vasa omnia etiam templi mōstrat Babyloniis, 288.b
 Ezechiel quando captus, 2.tom.150.b
 Eius templum exponere difficile, 1.tom.20.a

F.

Fabiano Papæ Origenes scribit, 2.to.251.a
 Fabiola, 2.tom.252.b
 Eius epitaphium, 1.tom.84.b
 Fabius Maximus, ibidem
 Fabius citatur, 1.tom.71.b
 Fabricij consularis, 2.tom.333.a
 Continentia, 168.b
 Facidia Rhinocoruræ vicus, 1.tom.110.b
 Facie ad faciem loqui Deum quid, 3.to.402.b
 Speculum mentis est facies, 1.tom.31.b
 Facultates simul vendere & dare pauperibus, melius quàm seruare, & paulatim distribuere, 2.tom.192.b
 Falcorum præceptoris historia, 2.tom.333.a
 Fama bona curanda ob aliorum profectum, 1.tom.45.a,b.100.a
 Fascia pectoralis, 2.to.162.b.3.to.366.a
 Mysticè quid, 3.tom.397.b
 Fauni, 1.tom.107.a
 Faustina Iuliani coniux, 1.tom.89.a
 Felicitiana mulier, 3.tom.450.b
 Femoralia, 3.tom.366.a.369.a
 Femur quid, 1.tom.57.b
 In quo Abraham seruum adiurat, Christum significat, 2.tom.144.a
 Mysticè pro nuptiarum operibus sumitur, 3.tom.395.a
 Fenestræ corporis, per quas mors ingreditur, oculi, 3.tom.443.a
 Ferentarij, 2.tom.155.b
 Feretrum Paulæ Episcopi ferunt, 1.tom.81.a
 Fermentum mysticè, 3.tom.357.a
 Ferrum Elisei aquæ supernataus quid, 1.tom.14.a
 Fescennina, 1.tom.21.a.37.a
 Festum, 1.tom.108.b
 Quo modo celebrandum, 54.b
 Festum Petri Apostoli, 54.a
 Christianis omne tempus festum est, 3.tom.432.b
 Festus in Iudæa Felici succedit, 1.to.120.b
 Fiuula chlamydis, 1.tom.105.a
 Fideicommissis testamentorum clerici, monachi que illudunt, 1.tom.51.b
 Fides dicitur quoddam fiat id quod promittitur, 2.tom.321.b
 Pro fiducia indubitata interdum ponitur, 200.b
 Eius merito quis ponderat, 1.tom.39.a
 Sine operibus mortua est, 2.to.163.b.164.a
 Quod fide probatum vocat Rufinus, Hieronymus reprehendit, 241.a
 Et se mori in ea, quæ natus est, velle asseuerat, 230.b
 Fidelis torus mundus diuitiarum est, 3.to.340.b
 Fingenta monachorum quorundam de demonum pugna, 1.tom.13.b
 Filios bene educare, magnum est meritum, 1.tom.27.b
 Fouitætas quando impuletur parentibus, 18.b

Optare eos & habere, interdum miserrimum est, 2.tom.161.b
 Salomon & Achaz an xi. anno genuerint filios, 3.tom.375.b
 Primos homines filias duxisse vxores scriptura magis intelligi vult, quàm exprimere, 2.tom.138.a
 Pro operibus mysticè sumuntur, 3.to.427.a
 Frugi & prodigi filij parabola exponitur, epist.146.
 Filij Dei fidem quàm pessimè Origenes habuerit, & quæ de eo hæretica crediderit, 2.tom.204.b
 Quæ de eodem Ariminenfis statuerit Syn. 201.a
 Filum tenue in dicendo tenere, 2.to.180.b
 Fimbriæ cur fterent Iudæis, 1.to.433.b
 Cur à pharisæis dilatarentur, ibidem
 Firmus presbyter, 2.tom.324.a,b.325.a.331.a.3.tom.382.a
 Flabellum, 1.tom.80.b
 Flamen nullus bimaritus, 2.tom.163.a
 Flaminia via mollissima, 2.tom.241.a
 Flammeum virginale, 1.tom.20.b
 Flauia Domicilla ob fidem exulat, 1.tom.74.a
 Flauianus Antiochenus, 1.tom.127.b
 Flavius Grammaticus, 1.tom.129.a
 Poëta, 2.tom.166.a
 Flet Christus ob amorem Lazarum, & Hierusalem, 1.tom.51.a
 Ob impenitentiam alij multi, 96.b.97.a
 Felicitas femina, 2.tom.332.a
 Felix Papa Liberio substituitur, 1.tom.130.a
 Femine cum iuuenibus etiam spiritualibus non conuersentur, 1.tom.13.a,b
 Pectus & colla non nudent, 255.b
 Non psallant in publico, 2.tom.276.a
 Legis scientiæ non vacent, ibidem
 Forceps mysticè quid, 3.tom.404.a
 Formicæ labores & industriæ monachorū præferunt, 1.tom.117.a,b
 Fornicationis causa separatus aliam, viuente prima, non ducit vxorem, 2.tom.143.b
 Fortuna muliebris, 2.tom.163.a
 Fortunatianus Aquileiensis episcopus, 1.tom.130.a
 Fortunatus Hilarij amicus, 2.tom.186.a
 Fotinus hæreticus, 3.tom.396.a
 Francia olim Germania, 1.tom.111.b
 Frater affectu, spiritualiter, & communiter dicitur, 2.tom.137.b.138.a
 Fratris item, & fororis filius, 137.a,b
 Natura, gente, cognatione, & affectu, 137.a,b
 Fratres Domini quo modo quidam dicti sint, 136.a,b
 Frenum, 3.tom.360.a
 Frigus sceleratum, 3.tom.432.b
 Frons, 2.tom.315.a
 Quæ in ea mysticè contigerint, 3.tom.400.a
 Fronto, & eius grauitas, 1.tom.14.a
 Fructus centesimus virginitas, lxx. viduias, tricesimus matrimonium, 1.tom.58.a,b.59.a,b.2.tom.140.b
 Fuci mulierum taxantur, 1.tom.30.a. b.66.a
 Fugere quàm pugnare contra carnem tutius, 2.tom.193.a
 Fullo, 1.tom.119.b
 Fulua Ciceronis linguam acu confodit, 2.tom.262.b
 Fumus verborum, 2.tom.259.a,b
 Locustarum, 259.b
 Mysticè pro parua Dei cognitione accipitur, 3.tom.401.b
 Funiculus triplex, fides, spes, caritas, 2.tom.227.a
 Furius Camillus de Gallis triumphat, 1.tom.87.a
 Furum in monasterio grauissimum crimen, 1.tom.79.a
 Futurum pro præterito interdum versunt lxx.

G.

Gabaon, 1.tom.74.b
 Gabinius, 3.tom.371.b
 Gadgad mons, 3.tom.361.b
 Gaius Ecclesiæ scriptor, 1.tom.127.a
 Galaad, 3.tom.463.a
 Galatha à Gomer, 3.tom.454.b

Galeatus prologus, 3.tom.342.b
 Galenus in ἀπλοῖς citatur, 2.to.166.a.168.a
 Galerius, 3.tom.366.b
 Galæ mulier hæretica, 2.tom.265.a
 Gallia monstra nunquam habuit, 2.to.189.b
 Marcus hæreticus & Vigilantius eam inficiunt, 1.tom.84.a.2.tom.189.b
 Studia in ea florentissima, nitore & vbertate celebra, 122.b
 Corhurno se attollentia, 41.a
 Romam Galli capiunt, 1.tom.211.b
 Ganges fluiuis, 1.tom.112.b
 Garzim mons, 1.tom.76.a
 Gaudere aliorum malis, malum, 2.tom.283.a
 Giza, 1.tom.75.a
 Contra Hilarionem & Hesygium rescriptum
 Gazenes impetrant, 114.a
 Gedeon & Ierobaal idem, 2.tom.137.a
 Gelasius Casaræ episcopus, 1.tom.131,b
 Geminus scriptor, 1.tom.127.b
 Gemmarum scriptores, 3.tom.367.a
 Genealogia Christi numero quadragesimo secundo sacra, 3.tom.355.b.356.a
 Generatione quarta, an quinta Iudæi ex Ἐγγυρο ascenderint, 3.tom.352.a,b
 Genesis parua liber apocryphus, 3.to.360.a,b
 Genethlius Iupiter, 2.tom.162.b
 Gentilium & Christianorum discernimen, 1.tom.100.a
 Eorum testimonia rectè suis scriptis inferere multis probat Hieronymus, epist.84.2.tom.309.a,b
 Eorum virgines, & vniueræ referuntur, 1.tom.34.a
 Genua quando non flebantur, 2.tom.198.b
 Orandi frequentia camelorum duritiam contrahunt Iacobi genua, 1.tom.119.b
 Et Afellæ, 50.b
 Genium in infringere, 2.tom.239.b
 Geon fluiuis i. Gangem Epiphanius vicit, 2.tom.210.b
 Gerion, 2.tom.189.b
 Germania olim Gallia, 1.tom.111.b
 Feritate & armis depositis, litteris vacat, 3.tom.377.a
 γερουσία, 1.tom.101.a
 γέροντες ἰπείρων, 1.tom.61.b
 Giezi peccatum, 1.tom.111.a
 Gildo Africa præfectus, 1.tom.37.a
 Gymnosophistæ, 3.tom.337.a.2.tom.160.a.165.a
 Eorum cibi, 1.tom.192.a
 Mulier & vxor, 2.tom.152.a,b
 Gipedes populi, 1.tom.36.b
 Gischalis opidum Pauli Apostoli patria, 1.tom.120.b
 Gloria virtutem sequitur, 1.tom.73.a
 In deserto tantum Dei gloria ab Apostolis videtur, 93.b
 Christi gloria, de qua in scripturis, 3.tom.420.a
 Æternæ consequendæ gratia quiduis perpetuandum, 1.tom.64.b.65.a
 Arrha hic de ea sanctis datur, 2.tom.211.b
 Mundanum spernere magnum, 246.b
 Gnoitæ hæretici, à scientia dicti, qui & Gnostici, 2.tom.203.a.210.a.264.b.1.tom.123.b
 Basilides Gnosticus fuit, 84.a
 Gog & Magog, 3.tom.454.b
 Gomortha pro hoc mundo ponitur, 1.to.52.a
 Gorgias Leoninus rhetor sellam publicè ponit, & se de omnibus quæstionibus responsum iactat, 2.tom.215.a.259.b
 Reliqua, 162.a.183.a
 Gorguns, 2.tom.163.a
 Gortynna Cretæ vrbs, 1.tom.124.a
 Gothi & eorum origo, 3.tom.454.b
 Gracchus orator, 2.tom.215.a
 Gracchorum eloquentiæ sermo matris ab infantia profuit, 1.tom.108.a
 Gradus poenarum, & beatitudinis, negat Iouinianus hæreticus, 2.tom.171.b.172.a,b
 Confutatur à Hieronymo, 172.a,b. & inde.
 Gradum Psalmi, 3.tom.339.a
 Græci leues & vani, 1.tom.55.a
 Græcia Magna, 3.tom.337.a
 γραικὸς ἑρβῆς, 1.tom.302.a
 Gratia Dei extollitur, 1.tom.23,b
 aa s
 Et omnia

I N D E X.

Et omnia accepta referenda, 2. tom. 233.b. 284.a
 Et per totum secundum lib. cōtra Pelagianos.
 Ea semper & in minima quaque te indigentius, 2. tom. 265.a, b. 3. to. 389.a. 392.b.
 Iuuar, & erigit, nō deditur liberum arbitrium, 2. tom. 265.a, b.
 Tantum infunditur quantum haurire valeamus, 174.b.
 Pelagiani in natura tantum & lege illam ponunt, 265.a, b. 269.b. 274.a
 Confutantur libro secundo, & aliis.
 Agenda Deo semper est & de bonis & de tribulationibus omnibus, 1. tom. 67. b
 Hebræi תורה seu חכמה illam vocant, 3. tom. 405.a.
 Gratianus Imp. 1. tom. 131. b
 Eius mors, 11. a
 Gregorius Neocæsariensis Episcopus, qui & Συναγωγος, 1. tom. 127. b
 Apostolicorum signorum vir, 2. tom. 310. a
 Gregorius Nazianzenus Hieronymi præceptor, 1. to. 331. b. 2. tom. 146. a. 186. b. 235. a.
 Quod Rufinus eum transtulerit, reprehenditur, eum sermonis maiestatem, & sensuum diuinitatem assequi nequieuit, 240. a.
 Interrogatur à Hieronymo de Sabbato ἑβδομάτης, 1. tom. 6. a
 Gregorius Nyssenus, Basilij Magni frater, 1. tom. 131. b
 Gregorius Bæticus, 1. tom. 130. b
 Gregorius quidam abbas, 2. to. 209. a
 Gryphes aues, 1. tom. 12. b. 2. to. 274. a
 Grues vnam sequuntur ordine literato, 1. tom. 14. b
 Grunnius quidam detractor carpitur, 1. to. 15. a
 Gulæ vitium taxatur, 1. tom. 57. a
 Reliqua, vide Cibis.

H.

H Abacuc quid significet, 3. to. 339. b
 Eius rapus, 348. b
 Habitus Hilarionis, 1. tom. 115. b
 Monialium Paulæ vnus, idemque, 78. b
 Hadrianus Augustus Hierosolymam instaurat, 3. tom. 371. b
 Eius amassus Antinous, 2. tom. 167. a
 Athenis Eleusina sacra inuist, & hiebat, 1. tom. 123. a
 Antinoim urbem struit, 2. tom. 167. a
 Hadrianus Hilarionis discipulus, 1. tom. 114. a
 Hædus pro peccatore & Antichristo, 3. tomo 410. b.
 Hæreses octoginta, 2. tom. 210. a
 Apostolorum temporibus oriri cœperunt, 203. a.
 E. Chaldæis, Syris, & Græcis exortæ, 179. a, b
 Scripuras citant, sed male, 210. a
 Pœnitentiam semper simulant, 324. a
 Hæretici sunt, qui sanctis non vacat operibus, 3. tom. 427. a.
 Ecclesias non habent, sed conciliabula, 1. tom. 35. a.
 Item ne: virgines, 1. tom. 64. b
 Hæresis suspicionem nemo patienter ferat, 2. tom. 212. a, b.
 Eorum libros cur legat Hieronymus, 3. tomo 448. b.
 Habent aliqua quæ non sunt mala, 2. tomo 301. a.
 Cauendi sunt & eiciendi, 155. b. 298. b. 299. a, b. 300. a.
 Imperatores eos persequi debent, & punire, 235. a. 264. b.
 Et nos, 227. a
 Reuertentes etiam retentis gradibus suscepi sunt à Siluestro, Iulio, Marco Pontificibus, & à Synodo Nicæna, 2. to. 203. b. 204. a
 Origenistæ Romæ dereguntur & expelluntur, 1. tomo, 1. tom. 36. b
 Hagiographa quæ, 3. to. 342. b. 345. a. 348. b
 Helam populi, 1. tom. 36. b
 Halma חלמך secretam virginem adolescentulam significat, 2. tom. 153. b. 154. a. 3. tomo 460. a.
 Hannibal Fabij patientia frangitur, 2. to. 321. b
 Romam obsidere non audet, 1. to. 36. b
 Moritur, ibidem

Harada חרדה, 3. tom. 360. b
 Hæreticus fictus stultorum verberat nares, 2. tomo 179. a. 236. b.
 Harpalice Thracia virgo, 2. to. 159. a
 Hæsaub חסאוב, 3. tom. 399. a
 Hadrubalis vxor eum liberis se in ignem conicit vt pudicitiam seruet, 1. tom. 34. a. 2. tom. 160. a.
 Hebion hæreticus legem Euangelio æquat, 2. tom. 317. b.
 Photinus eius hæresim instaurare conatur, 1. tom. 130. b.
 Sicut ipse Cerinthi, 2. tom. 203. a
 Contra eum qui scripserint, 138. b
 Hebræa lingua omnium linguarum prima, 3. tom. 401. a.
 Ab Heber Hebræi venerunt, 455. b
 Transitorum Hebræus significat, 361. b
 Id est חברים, 1. tom. 82. b
 Litteræ & earum mysteria quæ sunt apud Hebræos explicantur, 3. tom. epist. 155.
 Ambiguis habent voces, 2. tom. 236. b
 Vox secundum omnes quas habet significationes explicanda est, 237. a
 Qui ex veteribus Hebraicam citet veritatem, 251. a, b.
 Magno labore Hieronymus linguam discit, & infatigabili meditatione non deserit, 1. tomo 30. b.
 Paula, Eustochium, & Blæssilla facillè, 80. b. 67. a.
 Ecclesia cur quædam Hebræa retinuerit nomina, 3. tom. 387. a
 Origenis præceptor Huillus Hebræus, 41. a
 Cuius expositionem in Psalmis sequitur, Et Hieronymus super Esaiam sui, 3. tomo 402. a. 403. a.
 Hederam pro cucurbita ponit Hier. indeque rumor excitatur, 2. tom. 314. b
 Ipse se defendit, 320. a
 Genus quod seipsum sustineat, 320. a. 331. a
 Hegeffippus Hebræus historicus, 1. to. 123. b
 Helena Græca, 1. tom. 38. a
 Altera Adiabenorum Regina, 74. b
 Heli pontifex cur Deum offendit, 2. to. 155. a
 Heliodorus quem ad eremum hortatur, 1. to. 86. b. 132. a.
 Heliodorus presbyter Hilarij amicus, 3. tom, 399. a.
 Helisei sepulchrum, 1. tom. 76. a
 Helios, ἥλιος, id est sol Romæ colebatur, sed destructum fuit eius simulacrum, 1. tom. 17. b
 Heluidium impugnat Hier. 2. to. 133. a, b
 Viuente Damaso, 185. b
 Hemath, 3. tom. 337. a
 Hemitritæum ἡμιτρίτων, febris genus: sequitertiana dicitur, 1. tom. 110. a
 Hepateuchum, 1. tom. 83. a
 Heraclas Alexandriae episcopus, 1. to. 126. b
 127. b. 128. a. 2. tom. 310. b.
 Heraclæ, olim Perinthus, 3. tom. 444. a
 Heraclitus ἡρακλῆος dictus, & eius obsecratur, 2. tom. 140. a. 240. a.
 Heraclius scriptor Eccl. 1. to. 126. a
 Heraclius tyrannus, 2. tom. 298. a
 Heraclius Diaconus, 1. tom. 88. a
 Hercules nascitur, 2. tom. 192. a
 Heres desiderari non debet, 2. tom. 161. b
 Hereditates clericis monachisque capere interdicitur, 1. tom. 5. a
 Hericicus, 1. tom. 56. b
 Hennaceus, 1. tom. 22. b
 Hermas Pauli Apostoli discipulus, 1. tomo 121. b.
 Hermagoras, 2. tom. 259. b. 3. to. 340. a
 Hermione Euripidis, 2. tom. 162. a
 Hermippus peripateticus, 1. tom. 119. a
 Hermogenes hæreticus, 1. tom. 124. a
 Hermon & Hermonum montes, 1. tom. 76. a
 Consecratio interpretatur, 2. tom. 153. a
 Sanior etiam, & Sanior idem mons dicitur, 137. a.
 Hermotimus, 2. tom. 261. b
 Herodius, 3. tom. 385. a
 Herodiani Herodem regem pro Christo suscipiunt, 2. tom. 203. a
 Herodotus citatur, 1. tom. 86. a
 Heruli populi, 1. tom. 36. b

Hesychius, & Biblia ab eo emendata, 2. tom. 249. b. 3. tom. 343. a. 349. b.
 Hesychius vir consularis, 2. tom. 333. a
 Hesychius Hilarionis discipulus, ei gratissimus, 1. tom. 113. a.
 Magistrum ubique querit, 114. b
 Hexæmetron qui interpretati sint, 1. to. 126. a
 Hyacinthi, 1. tom. 22. b
 Hyacinthina sacra, 2. tom. 160. a
 Hiberæ nenix, 2. to. 249. a. 3. tom. 340. b
 ἡβραϊστικῶν, 2. tom. 307. a
 Hieremias super Iosiah regis morte lamentationes componit, 2. to. 289. a
 Virgo est, & sanctificatus in utero, & captiuitatem non perperit, 154. a
 Cetera, 3. tom. 339. b. 347. b. 348. a, b
 Hiericho, 1. tom. 75. b
 Promundo, 2. tom. 149. a
 Hieronymi Seridonensis scripta, 1. tom. 132. a
 Parentibus Christianis oritur, 2. tom. 350. b
 Romæ baptizatur, 194. b. 195. b
 Gallias petit, & Treueris Hilarij ingens volumen de Synodis scribit, 1. tom. 16. b
 Eremum petit, indeque ad Heliodorum scribit, 1. a. b.
 Tentatus ab hæreticis Damasum consulit, 2. tom. 194. b. 195. a, b.
 In discenda Hebraica lingua laborat, 14. a
 Tentationes in eremo multas sufferit, 56. b
 Quod Ciceroem legeret vapulat, 62. b
 Adolescens quædam Origenis transfert, 2. tom. 248. a.
 Et laudat, 230. a
 A Paulino Antiochiæ sit presbyter, monachi propositum, & vitam retinens, 224. a
 Monasterij ac raris secreta seclatur, 319. a
 Later in cella, vt magis sit, quam videatur, 226. a.
 Vt quietè & in solitudine viuat, patriam & suos omnes relinquit, 227. a
 Romam venit cum Paulino, & Epiphano, 1. tom. 49. a.
 Oculos feminarum declinat, ibid. a
 Iuuat Damasum in chartis Ecclesiasticis, & Synodo consultationibus omnium ecclesiarum responderet, 34. b
 Romam relinquit dolens de infamia sibi à quibuldam illata, 2. tom. 331. a, b
 Per mare & Cyprum Hierosolymam redit, 257. b.
 Berthelem consedit latens in cella, 241. a
 Episcopatum nō ambit, sed pauper viuut, ibid.
 Bibliothecam copiosam habet, 1. tom. 16. b
 Omnes peregrinos ibi hospitatur præter hæreticos, & eorum pedes lauat, 2. to. 256. a
 L. X. X. editionem in conuentu fratrum edidit, & eo Psalmos iugiter meditatur, 248. b
 Hæreticorum hostis est, & zelum, contra omnes habet hæreticos, 2. tom. 268. b. 300. a
 301. a.
 Senex cum Rufino digladiatur, 254. a
 Reconciliatur cum eo, 231. b. 232. a, b. 260. a, b.
 Sed, rescissa amicitia, in eum rescribit tres libros, 232. a. & inde.
 Eius opera Rufinus, & Origenistæ omnes damnantur, 2. tom. 235. a
 Suas versiones etiam ex Origene numquam Roma taxauit, 233. b
 Scribit contra eum Annianus, 303. b
 Et Rufinus quædam, quæ reprehenderet, ex eius colligit scriptis, 233. a
 Quæ ramen omnia ipse defendit, 237. b. & inde.
 Et sictam epistolam de pœnitentia Hebraici studij confutat, 248. a, b. 258. a
 Cui ab adolescentia vacauit, 3. to. 348. a, b
 Apollinariū, Didymum, & Barabanū addit, 2. tom. 228. b. 229. a
 Et Gregorium Nazianzenum, 1. tom. 132. a
 Persequitur eum impetrato etiam exilio Ioannis Hierosolymæ Episcopus Origenista, 2. tom. 223. a, b. 226. b.
 Rufinum alterum Romam & Mediolanum mittit, 231. b
 Ab Augustino salutatur, & missis Alipio & Orrosto de multis interrogatur, 311. a, b. 324. a
 Scripta Aug. diuertenda suscipit, 312. a, b
 De loco

De loco Pauli ad Galatas se contra Aug. tue-
tur, epist. 89.
Testamentum vetus è Græco, & nouum emen-
dat, 2. tom. 319. b
Quadragesimo Christi anno contra Iou-
nianum scribit, 2. tom. 179. a
Virginitatem secundam, non primam habet,
186. a
Pericia eius, & studium in Hebræa, & Chaldea
lingua, 3. tom. 344. b. 348. a, b
Commentarij in Matthæum, 424. a. 426. a
Catalogus, 449. b
Liber de temporibus ab eo translatus, 400. a
Sein reprehensionem LXX. sacros libros non
verissime asserit, epist. 104. 105. 2. tom. 249. a.
& inde.
Hierophanta cicutæ castratur, 1. tom. 34. a
2. tom. 163. a.
Ierocolum, 1. tom. 132. a
Hierocolum ab Hadriano instauratur & Elia
vocator, 1. tom. 74. b
Tria in mysterium trinitatis habet nomina,
51. a
Et quartum, 3. tom. 371. a
Visio pacis interpreatur, 1. tom. 51. a
Vndique ad eam concurrunt, 39. b. 40. a. 52. b
Est enim maximè veneranda, 52. a
Laudatur ob spiritalia bona, 50. b. & inde.
Cur Sodoma & Aegyptus vocetur, 51. b
Quamdiu sancta vocata, & quamdiu Sodoma
& Aegyptus, 3. tom. 419. a
Quæ sanctis sint ibi incommoda, 1. tom.
Quibus ibi habitare prosit, 39. b
Bene enim ibi vixisse, non fuisse solum lauda-
tur, 39. a
Semel tantum eò accessit Hilarion, Antonius
numquam, 1. tom. 39. a
Qui eam inuisit, laudantur, 98. b
Quando à Tito destructa, 3. tom. 419. a
A quibus capta & debellata, 571. b
Hyginus historicus, 1. tom. 119. a
Hilarionis monachi vita, 1. to. 108. b. & inde.
Hilarius Pictauiensis, 1. tom. 130. a
Libri eius securissimi, 19. b
Scribit de Synodis ingens volumen, quod Hie-
ronymus adolescens Treueris manu propria
describit, 16. b
Phrasis, 41. a
Eruditio, 3. tom. 399. a
Translata ex Origene, 2. tom. 232. b. 244. a.
255. b. 301. a
Libri, 310. a. 319. b
Hieronymi tempore confessor fuit, ibidem
Ab exilio in Gallias redit, 2. to. 201. b
Citatur, 3. tom. 412. a. 451. b
Hilarius Diaconus hæreticus orbis Deucalion,
qui scripsit contra Ecclesiam de rebaptizan-
dis hæreticis, 2. tom. 203. b
Hylas S. Melanij famulus, 1. tom. 93. b
Hymnus trium puerorum, 3. tom. 348. b
Hyperaspistes, 3. tom. 341. a. 378. b
Hypocritæ, 2. tom. 236. a
Hypocritæ quidam taxantur, 1. tom. 61. b
Pauci hypocritis carent maculâ, 2. tomo
285. b
Hypocritæ, 3. tom. 368. a
Hypostasis, 2. tom. 195. a. b
Hippocentauri, 2. tom. 310. a
Hippocentauri, 1. tom. 107. a
Hippocrates citatur, 3. tom. 424. a. 462. b
Eius iuramentum, 1. tom. 7. b
Vinculum, 2. tom. 140. a
Aphorismi, 168. a
Hippolytus martyr, & Eccl. scriptor, 1. tomo
127. a. & 2. to. 230. b. 310. a.
Opera, 1. tom. 83. a
Hirny vigil, 1. tom. 84. a. 2. to. 189. a
Hircani populi, 2. tom. 167. a
Hirenæus Lugduncensis, 1. tom. 84. a
Hirrus, 2. tom. 162. a
Hysopus pro Christi sanguine, 2. tom. 144. b
Hispani à Thubal, 3. tom. 454. b
Cetera, 1. tom. 36. b. 82. b. 83. a
Hysii portus, 1. tom. 120. a
Historiam vsque ad sua tempora texere Hie-
ronymus cogitat, 1. tom. 116. a

Histrion, 1. tom. 53. b
Hodæporicon ἰδοιπεριον, 1. tom. 74. a
Holds mulier, 2. tom. 150. a
Holera & fractus cibi optimi, 2. tom. 168. a
Holographus ἰδωγραφος, 2. tom. 255. b
Homeri versus citatur, 2. tom. 262. a
Etiam prosa apud Latinos versus non cohæ-
ret, 309. b
Homerocentones, 3. tom. 338. b
Homo & vir in quo differant, 3. tom. 388. b
Quando in utero incipiat fœtus reputari ho-
mo, 427. a
Bonus homo etiam in hac vita Dei promissa
recipit, 1. tom. 71. a
Omnes homines saluari posse, 127. b
Misericordia, 11. b. 12. a
Consortia vitanda, 36. a
Nec hominis est nec ad hominem Ciceronis
dictum, 2. tomo 232. b
Honor communis vilescit, 1. tom. 71. a
Honore viduas & presbyteros apud Paulum
quid, 33. b
Horæ canonicæ, quibus Ecclesia vitur, 1. tom.
19. a. 24. b. 64. a. 78. b
Horatii poetæ citatur, 1. tom. 55. a. 77. a.
89. a. 92. a. 2. tom. 140. a. 230. b. 232. b. 236. a.
240. a. 264. a. 298. a. 336. a. 3.
Quid facit cum psalterio, 1. tom. 62. a
Horma ἡνθη, anathema, 3. tom. 362. b
Horror & horrendum, 3. tom. 383. b. 384. a
Horrensus orator inter paternos sinus didicit,
1. tom. 18. a
Hospitum pedes lauandi, 1. tom. 14. b
Hieronymus eos lauat, 2. to. 256. a
Hospitalitas commendatur, 1. tom. 72. a
Hostia typicæ, 1. tom. 51. a
Humanitas quid, 3. tom. 412. b
Humis alienis virgo non innitatur, 1. to. 61. b
Humilitas vera sectanda, 1. tom. 44. a
Prima Christianorum virtus est, 76. b
Christus eam docuit, & fecit, 95. b
Hunni Christianis inuadunt, 1. tom. 86. a
Huz Iob regio, 3. tom. 455. b. 459. b

I.

Iacob gentium figura, 3. tom. 353. b
Quare quatuor uxores habuerit, & quando,
2. tom. 148. a, b
Iacobus iustus frater Domini, 1. to. 119. b
2. tom. 157. b
Virgo fuit, ibidem
Minor dicitur ad maioris distinctionem, 136. b
Alphaei Iacobus idem vocatur, 137. a
Duo fuerunt Iacobi, tertius enim reicitur,
136. b. 137. a
Iacobus Zebedæi, 1. tom. 120. a
Iamblicus Platonicus, 2. tom. 261. b
Iasonis & Papiſci altercatio, 3. tom. 451. b
Iarbatha, 3. tom. 361. b
Ichabod, 1. tom. 70. a
Ichthys piscis, 1. tom. 94. b
Ichthyophagi, 2. tom. 167. a
Idololatria non est, sanctis honorem præstare,
2. tom. 191. a
Idololatria crimen, 1. tom. 2. a
Idumæa quid significet, 2. tom. 290. a
Ieabarium, 3. tom. 363. a
Iebus, i. calcarea, 1. tom. 51. a
Iecur Deo cur offertur, 3. tom. 364. b
Ieiunium extollitur, ac prædicatur, 2. tomo
168. a. b. & inde vsque ad 172. & 1. tom. 57. a.
b. 23. a. 45. a
Argumenta Iouiniani contra illud dissoluuntur,
2. tom. 171. a, b
Virtutum fundamentum est, non autem per-
fecta virtus, 1. tom. 23. b
Quotidianum & moderatum laudatur, 1. to-
mo 58. b
Vnius diei cum aliorum dierum crapula non
ita, 2. tom. 168. b
Ieiunari quando non debeat, 198. b
Quod ieiunium Deo displicet, 1. tom. 64. a
Excepta Dominica, & Pêtecostes quinquagin-
ta diebus, ieiunare semper licet, 1. tomo
83. a. 2. tom. 193. b
Paulus tamen cum credentibus etiam Pente-
costen die ieiunauit, 1. tom. 83. a
De ieiunio Sabbati, 2. tom. 327. a

Temperandum est secundum corporis vale-
tudinem, 1. tom. 10. a
Quodnam assumendum, & quale esse debeat,
1. tom. 7. a. 19. a. b. 23. b
Iudæi post apparentem stellam comedunt, &
ieiunium soluunt, 2. tom. 166. a
Iepte votum reprehenditur, 2. tom. 149. b
Iesimon, 3. tom. 363. b
Iezraçi, & eius vinea mysticè exponitur, 1. to-
mo 104. a
Ignatius Martyr, 1. tom. 122. b. citatur,
2. tom. 292. b
Ignis Dei, 3. tom. 401. b
Ad deuorandum sacrificiū descendebat, 453. a
Æternus secundum Origenem quis, 2. to-
mo 242. b
Et inferni quo modo puniatur, 206. a
Ignorantiam quoque habere peccatum multis
exemplis & auctoritatibus probatur, 2. tom.
278. a. b. & inde vsque ad 282. a
Etiam sancti multi ignorarunt, 3. to. 353. a
Imago Dei in nobis quid sit, expolis erroneis
declaratur, 2. tom. 211. a, b
Omnes homines eam habent, 211. a
Nec Adam eam, vt Origenes volebat, perdidit,
210. b. 211. a, b
Hominis imaginem ad fores templi penden-
tem cur scideat Epiphanius, 211. b
Imma vrbs, 1. tom. 116. b
Immortalis solus Deus per naturam, alij per
gratiam, 2. tom. 283. a
Imperatorum multorum acerbi exitus, 1. to-
mo 11. a, b
Imperatiuo modo pro optatiuo scriptura sæpe
vitur, 3. tom. 436. b
Imperitia sancta solum sibi prodest, 3. to. 337. b
Eam pro sanctitate habentes taxantur, 2. tom.
335. b
Impius quis, 2. tom. 276. b
Impenitentia sola veniam non habet, 1. tom.
101. b
Qui in ea sunt, lugeantur, 96. b. 97. a
Impositum & Græcus proverbium, 1. tom. 66. a
Importunitas orantis auditur, 2. tom. 195. b
Impudicitia freno laxant veteres iuriconsulti,
1. tom. 85. a
Incantationes amatoria, 1. tom. 111. b
Incredibilia quædam videri in scripturis, quæ
credenda tamen sunt, 3. tom. 375. a
Incubi, 1. tom. 107. a
Indices librorum auctorum habet Hieronymus,
3. tom. 369. a. 398. b
Indi fortunati, 1. tom. 120. a
Mos Indorum circa uxores, 2. to. 160. b
Indifferentia multa esse, 2. to. 318. b. 326. b
Quæ sint, 162. b
Indulgentia Dei & voluntas differunt, 2. to-
mo 156. b
Infans quo modo educari debeat, epist. 12.
Doceri, 1. tom. 17. b. 18. a
Eius ætas & natura, 37. a, b
Baptismus, 2. tom. 298. a
Etiam grandævus, infans dicitur, 3. tomo
458. b
De eo qui feminam quandam grauidam red-
dit, 375. a
Inferos & cælum & terram dici secundum Ori-
genem, superiorum comparatione falsum,
2. tom. 207. b
Inferia, 1. tom. 87. a
Inferior superiore interdum vincit, 1. tom. 3.
Insuper obojo indiget, 3. tom. 340. b
Infirmi ac debiles fouendi, 1. tom. 86. a, b
Ingenium præclarum in varias redundat artes,
1. tom. 10. b
Ingeniosus homines magis verecundia quam me-
ritis superat, 1. tom. 71. a
Inimicus obiurgans amico demulcentè melior,
2. tom. 322. b
Amandus est, non tamen æquè vt proximus,
3. tom. 277. a. 442. a
Iniurias quo modo Paula suffert, 1. to. 78. a
Innocens quis dicitur, 1. tom. 42. a, b
Christianorum propria est innocentia, 42. a, b
Innocentius Papa Anastasij successor, 1. to. 24. b
Innocentius Hieronymi comes, 2. to. 194. b
Mortuus, 1. tom. 93. b
Innocentius Africanus presbyter, 2. to. 303. b
Internæ

I N D E X.

- Interna Christianorum propria, 1. tom.
 Interpretationis quodam in optimum genus, explicat, epist. 101.
 Petrus & Paulus quos habent linguæ interpretes, 3. tom. 42.2. a
 Inuidia suum rodit auctorem, 1. tom. 78. a
 Virutum comes est, 77. a
 Viros magnos semper sequitur, 3. tom. 451. a
 Cadit etiam in sanctos, 410. b
 Cedendum interdum ei est, 1. tom. 77. b
 Inuisibilis solus Deus est, 2. tom. 296. a
 Nobis etiam angelus, 214. a
 Error Origenis de hac recitæ filium, 205. b
 208. a. 209. b. 214. a
 Ioannes Baptista cur mittat ad Christum discipulos interrogans an esset Messias, 3. tom. 424. a, b, quat. 1.
 Elias quo modo fuerit, 425. a
 Samaritæ sepelitur, 1. tom. 76. a
 Enconium, 2. tom. 198. a
 Ioannes Euangelistæ vita, & scripta, 1. tom. 121. b
 Puer erat Christi tempore, 2. tom. 151. a
 Virgo fuit, & propterea plus amatus à Christo, 151. a
 Multa ei contulit priuilegia, ibidem
 Ob nobilitatem notus erat Pontifici, 1. tom. 48. b
 Conuincit de mendacio quendam, 1. tom. 121. b
 Romæ in dolum feruentis olei mittitur, 2. tom. 151. b
 Auream portat in fronte laminam, & Ephesi dormit, 1. tom. 125. b
 Obiit sub Traiano anno post passionem Domini LXXVII. 2. tom. 151. b
 Ioannes presbyter, 1. tom. 121. b. 123. a
 Ioannes Antiochiæ presbyter, 1. tom. 131. b
 Qui & Chrysothomus, 2. tom. 316. a
 Catholicus & sanctus, 264. b
 Ioannes Hierosolymæ episcopus Origenista, 2. tom. 209. b
 Octo eius errores Hieronymo epist. 61. conarguit.
 Accusatus de hæresi Isidorus cum litteris mittit, 2. tom. 222. b. 223. a
 Ei in Palæstina non communicatur, 212. b
 Sic enim Epiphanius mandarat, 223. b
 Cum Epiphanius & Hieronymo inimicitias exerceat, epist. 60. 61
 Hieronymo & monachis Palæstinæ exilium impetrat, sed implere non potest, 2. tom. 226. b
 Iob an fuerit de stirpe Esau, 3. tom. 354. b. 459. b
 Peccator ipse etiam fuit, 1. tom. 98. a, b. 2. tom. 282. a
 Tentatur & vincit, 1. tom. 89. a
 Vxor cur ei reseruetur, 89. a
 Prosa incipit & finitur, & versu labitur, 3. tom. 339. a
 E Græco vertitur à Hieronymo, 2. tom. 188. a
 Quod Augustinus laudat, 2. tom. 314. a, b
 Iohel propheta, 3. tom. 449. a
 Ionadab, 1. tom. 40. a
 Eius filij, 13. b
 Ex præcepto patris vinum non bibunt, 2. tom. 170. b
 Ionas Christi typus, 1. tom. 8. a
 Eius portus, 2. tom. 257. b
 Ioppe, 3. tom. 371. a. 1. tom. 74. a
 Iordanis fluuius, 3. tom. 456. b
 Quod influat, 371. a
 Mysterium, 1. tom. 71. b
 Iosaphat vallis, 3. tom. 400. a
 Ioseph sacerdos magnus, 2. tom. 165. a
 Iustus Domini interpretatur, 289. b
 Ioseph vir Mariæ, virginis virgo, 2. tom. 138. b
 Non habuit plures uxores, 138. b
 Aliam eum habuisse aliqui credunt, indeque fuisse eos, qui fratres Domini vocatur, quod tamen Hieronymus improbat, 1. tom. 119. b
 Christus eius filius dictus, quod ita crederetur, 2. tom. 134. a
 Iosephus Hebræus, & eius libri, 1. tom. 122. a
 Contra Appionem, 2. tom. 309. b
 Machabæorum historia, 283. a
 Græcus Liuius vocatur, 1. tom. 64. a
 Iosia nullus Rex iustior, & tamen interfectus est, 1. tom. 88. b
 Quod verba Domini ex ore Hieremiæ noluit intelligere, 2. tom. 289. a
 Cetera, 165. a
 Iosue olim Aufe, siue Ofee, 2. tom. 148. b
 Christi typum gessit, 1. tom. 68. b
 Eius mysterium, 2. tom. 149. a
 Sepulcrum, 1. tom. 75. b
 Iouiniani forma & habitus, 2. tom. 17.2. b
 Monachus fuit, 158. b
 Tam malè scribit, vt à nemine intelligatur, 187. a
 Romæ damnatus est, 180. a
 Multas hæreses fundit, quas Hieronymus omnes confutat, 2. tom. 140. a, b. & inde. 1. tom. 11. a
 Iouiniani Imp. mors, 1. tom. 159. b
 Iphigenia, 2. tom. 282. b. 283. a
 Ira, 2. tom. 282. b. 283. a
 Hominis est irasci, finem iræ ponere Christiani, 1. tom. 124. b
 Irenæus scriptor, 1. tom. 124. b
 Irreprehensibilis quis dicatur, 2. tom. 308. a, b
 Isaac benedictio & error mysticè exponuntur, 3. tom. 353. a. quat. 3.
 Isaac Magni Antonij interpres, 1. tom. 113. b
 Isidorus Monachus Origenista, 2. tom. 264. b
 Presbyter, 223. a, b. 226. b
 Nitriæ Episcopus alter, 1. tom. 76. a
 Et abbas, 63. a
 Isis sacerdotum abstinentia, 2. tom. 171. b
 Ismaëlitæ habitus, 1. tom. 116. b
 Ismenias musicus, 3. tom. 343. b
 Isocrates, 1. tom. 4. a
 Israël vnde dictus, 3. tom. 463. b
 Carnalis & spiritalis, 421. a
 Iter Hebræorum ex Ægypto, nostrum è terra ad cælum significat, 3. tom. 356. a
 Explicatur latè in mansionibus, 356. a, b. & inde.
 Itabyrium, & Tabor mons idem, 2. to. 137. a
 1. tom. 40. b. 53. a
 Iuda 1. confessio, 1. tom. 67. b
 Iudas frater Iacobi, 1. tom. 120. b
 Zelotes & Thaddeus idem, 2. tom. 137. a
 Iudas Ecclesiæ scriptor, 1. tom. 126. a
 Iudas proditor de calice Domini bibit, 2. tom. 175. a
 Signa cum Apostolis fecit, ibidem, b
 Iudææ terræ descriptio typus est triumphantis Ecclesiæ, 2. tom. 178. b
 Latitudo & longitudo, epist. 129
 Iudæorum tres sectæ, 2. tom. 169. a
 Ob superbiam delicti sunt, 1. tom. 95. b
 Eorum captiuitates, & miseræ recensentur, 3. tom. 371. b
 Sacerdotum à gentibus acceperunt, 354. b
 Sacras litteras corruerunt, 2. tom. 330. b
 Eorum carimonias seruatae perniciosum, 317. b. 318. a
 Iudicare de alieius vita temere non debemus, 1. tom. 92. b
 Secundum præsentia, non futura iudicandi sumus, 98. a
 Iudicij dies semper cogitetur, 1. tom. 46. b
 Veniet in modum noctis, 3. to. 446. b. 447. a
 Tuba septima resurgent mortui, 445. a, b
 Viui multi tunc inueniuntur, 446. b. 447. a
 An autem sint morituri, tractatur, 413. b. 444. a, b. 445. a, b.
 Peccatores & iniqui aliqui post pœnas purgatorij scilicet recipientur, 2. tom. 276. a
 Iudicia Dei Abyssus multa, 1. tom. 67. b
 Iudith volumen, 1. tom. 32. a
 Inlianus apostata falsitatis arguit Euangelistas, 2. tom. 335. a
 Ravidus in Christum canis est, 1. tom. 119. a
 Hilarioni & Helychio mortem parat, 114. a
 Octo libros in expeditione Parthica contra fidem scribit, 2. tom. 309. b
 Nazanzenus eum impugnat, 1. tom. 131. a
 Occiditur conto in illis traiectus, 2. tom. 309. b. 1. tom. 11. a
 Mortem terræ motus per totum orbem sequitur, 1. tom. 114. b
 Iulianus Diaconus, 1. tom. 91. b
 Alter quem consolatur, 88. b. & inde.
 Iulius Africanus scriptor, 1. tom. 127. b.
 3. tom. 310. a
 Iuliorum sanguis Paula, & Eustochium, 1. tom. 73. b
 Iumentum eo quod iuuat dictum, 2. to. 165. b
 Iuniperus & eius cineris vis in igne per annum conferuando, 3. tom. 399. b
 Iunonis sacerdotes vniuiræ, 2. tom. 144. b
 Iuppiter Gamelius, & Genethlius, 2. to. 162. b
 Scator, ibidem.
 Coit cum Alcmena, 192. a
 Ignitus scribitur, 1. tom. 3. b
 Eius simulacrum in loco resurrectionis ponitur, 39. b
 Iurandum non esse, 1. tom. 44. b
 Ius summum summa malitia, 1. to. 105. b
 Iustificatio ex lege veteri non erat, 2. tom. 327. a. 328. b
 Iustificari Sodomam, quid, 273. a
 Iustinus philosophus est martyr, 1. to. 123. b
 Eius apologia, 2. tom. 310. a
 Iustitia perfecta solius Dei est, 3. tom. 410. b
 In patriarchis & prophetis non fuit perfecta, 2. tom. 271. b
 Prima ex Dei gratia in nos venit, 282. b
 Quo modo custodiri possit, 292. a
 Duas esse iustitias, 272. b
 Pro elemosyna interdum ponitur, 284. b
 Veraque iustitiæ pars implenda, 1. tom. 42. b
 Iustitium, 1. tom. 113. a
 Iusti aliqui cur dicantur, 1. tom. 98. a
 Etsi multi sic vocati sint, non tamen fuisse sine peccato probat, 2. tom. 281. b. 282. a
 Iustus Tiberienfis scriptor, 1. tom. 122. b
 Iuuenalis carmen, omisso tamen auctoris nomine, citatur, 2. tom. 187. b
 Iuuenus poëta Christianus, 1. tom. 129. a
 Iuuentus bona senectuti malæ præfertur, 1. tom. 38. b. 39. a
 K.
 Kikaion $\kappa\iota\kappa\alpha\iota\omicron\nu$, 2. tom. 320. a
 L.
 Labor improbus omnia vincit, 3. tom. 348. b
 Labra similes habent lactucas, 1. tom. 95. a
 Lacædæmoniorum princeps Lyfander, 2. tom. 160. a
 Frugalitas, 169. a
 Laceris viridibus vescentes, 2. tom. 167. a
 Laciniosus finis, & periodi, 2. tom. 214. a.
 3. tom. 345. a
 Laciniosa disputatio, 2. tom. 215. b. 245. a
 Lactantius Firmianus & eius scripta, 1. tom. 129. a
 Eius phrasis, 40. b
 Libros eius Damafus cur non probet, 3. tom. 350. b
 Cyprianum mordet, 2. tom. 309. b
 Non scribit animam venire ex traduce, quod Ruffinus dicit, 243. a. 259. b
 Hæresis, 230. a
 Lactæum cæli palatium, 1. tom. 66. b
 Læta mulier, 1. tom. 27. a
 Lamech & eius historia, mysteriumque, 3. tom. 352. a
 Hæreticorum fuit figura, 1. tom. 35. a
 Lamiacum bellum, 2. tom. 159. b
 Lamina aurea summi sacerdotis, 3. to. 367. b. 368. b
 Eam in fronte Ioannes Euangelista fert, 1. tom. 125. b
 Lapis inter Ecclesiæ ornamenta, 1. tom. 52. b
 Qui in sacerdotis veste ponerentur, 3. tom. 367. a
 Mystice duorum generum sunt, 363. a
 Duodecim Iordanis 12. Apostolos signant, 1. tom. 75. b
 Laruæ paruulos terrent, & in tenebrosis angulis gannunt, 3. tom. 451. b
 Lala vrbs, 3. tom. 455. a
 Laterum opera laborem vitæ signant, 3. tom. 360. a
 Lateranenfis basilica, 1. tom. 85. a
 Latini hæreses quando genuerunt, 2. tom. 179. a
 Lingua vna eum Græca discenda, 1. tom. 19. a
 Latio

I N D E X.

Latro conuersus prius Christum blasphemauit, 3.tom.41.a.
 Ex hominibus martyr effectus est, 2.to.195.b
 In paradiso post Christum latro, ante eam
 Abraham in inferno, 1.tom.8.a,b
 Quid fecerint in Hilarionem latrones, 110.a
 Laodamia Protefilii vxor, 2.tom.160.b
 L.Launius, 2.tom.239.b.3.tom.451.a
 Laudes ab hominibus non querenda, 1.tom.
 7.a.644.a,b.
 Quae sunt mundi vitanda, 61.b
 De bonis animi Christiani laudandi, 73.a
 Multi laudant alios, vt ipsi inde laudentur,
 44.a,b.
 A maioribus inchoare laudes conuenit, 20.a,b
 Omnes ferè laudes appetunt, 61.a,b
 Mercede accepta à Gracis dicuntur, 1.tom.
 55.a.
 Lea mulier monasterio praefecta moritur, & lau-
 datur, 1.tom.66.b
 Lectionis fructus, 3.tom.350.b
 Lectus sponsa mystice, 3.tom.440.b
 Paulus lectus durissimus, 1.tom.76.b
 Legumina immoderate sumpta veneremur, 1.
 tom.31.a.
 Lentis primum cibum Iudaei accipiunt, 1.tom.
 68.b.
 Lentulus Rom. 2.tom.194.a
 Lenculus mimographus, 2.tom.247.a.1.tom.
 101.a.
 Leo pro ira, 1.tom.53.b
 Pro superbia daemonum, 2.tom.153.a
 Paulo sepulcheri leones effodiunt, 1.to.108.a
 Pro Malcho pugnat leona, 118.a
 Leonis baptizati fabula, 1.tom.121.a
 Leontium mulier, 2.tom.162.b
 Leos & eius filia, 2.tom.159.a
 Leosibora, 1.tom.84.a.2.tom.191.a
 Leosthenes, 2.tom.159.b
 Lepis vrbs, 2.tom.162.a
 Leuita xlii vrbs accipiunt, 3.tom.364.a
 Leuita, 1.tom.129.b
 Lex naturae, 3.tom.430.a,b
 Diuina discenda vt opere impleatur, 1.tom.
 43.b.
 Legis genera, 3.tom.430.a,b
 Lex veteris mysteriorum plena, 3.tom.356.a,b.
 373.b.
 Differt ab euangelio, 2.tom.277.b
 Eam euangelio miscentes haeretici damnati,
 317.b.
 Euangelium ei praefertur, 277.b
 Iudicari non debet lex, sed seruari, 282.b
 Eius scientiam pauci habent, 276.a
 Caerorum regnum non promittit, 277.a,b
 Marcion & Manichaeus eam damnant, 318.a
 Neminem iustificat, 296.a.327.a
 Quo ad caerimonias & sacrificia, non quo ad
 praecipua morum abrogata est, 281.a
 Cessauit & seruari amplius non debet, 317.b
 318.a.
 Omnes Adam peccato sub ea tenebantur,
 1.tom.68.b.
 Oriente Ecclesia paulatim à Christianis abie-
 cta vt finita, non vt derelicta, 2. tomo,
 326.a,b.327.b.
 Honorifice ad sepulturam deducta est, 327.b
 Paulus, secundum Augustinum nondum eam
 prorsus abiecerat cum Petrum reprehendit,
 licet necessarium ad salutem non putaret,
 313.a.
 A nemine completa fuit, 284.a,b
 Verè eam Christus seruauit, 328.a
 Quo modo sit causa peccati lex, 3.c.430.a,b
 Libanus, candor pro virginitate, 2.tom.153.a
 Liber Baechus, 2.tom.192.a
 Liber homo pro vinculis nuptiarum soluto,
 2.tom.144.b.
 Libertini, 1.tom.13.a
 Liber non ornatus sed correctus sit, 1.tom.19.b
 Emendatum enim habere, quam pulchrum,
 melius, 3.tom.346.a,b
 Purpureis membranis auro argentoque di-
 stinctis ornabatur, ibidem
 Etiam imperitorum libri lectores inueniunt,
 2.tom.236.b.

Librarij, id est qui à notarijs excerpta in libris dis-
 tinctè explicabant, 1.tom.94.a
 Etiores eorum, 83.a
 Liberius Papa, 1.tom.120.a
 Librum arbitrium, 2.tom. 217.a.3.tom.
 407.a.421.a.
 Graecè quo modo dicatur, 2.tom.294.a
 Eius vis & potestas, 267.a
 Manichaei illud tollunt, Pelagiani nimis ex-
 collunt, 268.b
 Etiam cum Dei omnipotentia illud seruat
 Hieronymus, 2.tom.293.b
 Libyes à quo venerint, 3.tom.455.a
 Libithina, 1.tom.103.b
 Lichnos locus, 1.tom.113.a
 Lydda vrbs, 1.tom.74.a.3.tom.345.b.375.a
 Lilybaeum Siciliae, 1.tom.52.a
 Liliium virginitatem significat, 1.tom.81.b
 Puritatem, 12.b
 Et castitatem, 22.b
 Lynceus, 2.tom.222.a
 Lyncurij lapillus, 3.tom.367.a
 Lineam in dicendo seruare, 2.tom.180.b
 Linguam Hebraeam adolefens incipit Hier. di-
 scere, 3.tom.348.a,b
 Chaldaeam magis intelligit quam sonat,
 ibidem.
 Linum fumigans quid, 3.tom.426.a
 Linus post Petrum Romae episcopus, 1.tom.
 121.b.
 Lynx fera & eius obliuio, 1.tom.95.b
 Λυξ, 2.tom.283.a
 Lyfander, 2.tom.160.a,b
 Lyfias orator, 2.tom.215.a
 Lyfides Pythagorae auditor, 2.tom.261.b
 Λύσιος, 3.tom.383.a
 Litterae non diuitijs sed labore quaeruntur, 2.to-
 mo.236.a,b.
 Quo modo litteras infantula discere debeat,
 1.tom.17.b.
 In Alphabeta Hebraeorum, Syrorum, &
 Chaldaeorum quae sint, & earum mysterium,
 3.tom.342.a.
 Solae litterae absentes praesentes reddunt ho-
 mines, 1.tom.94.a
 Lilius historicus, 3.tom.337.a
 Locrides virgines, 2.tom.160.a
 Locus hominem sanctum non facit, 1.to.39.a,b
 Scripturam melius intelligit qui terrae sanctae
 viderit loca, & sic de alijs, 3.tom.343.b
 Locustae Io. Baptista, 2.tom.166.b.167.a
 Logicam Epicurei contemnunt, Stoici sibi vin-
 dicant, 2.tom.240.a
 Λογισμῶν, 2.tom.334.b
 Λόγος, 2.tom.306.b
 Longinus Creticus, 1.tom.15.b
 Lot an crauerit in concubitu filiarum, 1.tom.
 57.a.75.b.
 Eius è Sodomis discessus mystice exponitur,
 96.a.
 Perditio vxoris, ibidem.
 Declinans interpretatur, 72.a
 Loxias Apollo, 2.tom.129.b
 Lucanus poeta, 2.tom.236.a
 Eius patruus, 159.b
 Senecae enim fuit nepos, 1.tom.122.a
 Lucas Euangelista, 1.tom.121.a
 Graecè fuit eruditissimus, 3.tom.405.b
 Profelytus & Hebraeus litteras ignorauit, se-
 cundum quosdam, 468.b
 Eius reliquia, 2.tom.190.b
 Lucianus Antiochenus, 1.tom.128.b
 Lucifer Caralitanus Sardiniae Episcopus, 1.to.
 130.a.2.tom.196.a.
 Exulat, sed mox Ecclesiam deserit, & haeresim
 fruit, 202.a
 Hieronymus contra eam scribit, 2.to.196.a
 & inde.
 Lucifer pro Archangelo qui lapsus est, 2.tom.
 165.b.
 Luciferi stellae cultui Saraceni addicti, 1.tom.
 112.b.
 Lucilius, 2.tom.228.b.240.a.1.tom.99.a
 95.a.

Lucinij Baetici laudes, 1.tom.83.b
 Lucius Papa, 1.tom.127.b
 Lucius Alexandriae episcopus Arrius, 1.tom.
 131.a.
 Luceria Romana, 2.tom.160.b.1.tom.34.a
 Lucretius poeta Epicureus, 2.to.259.a.264.b
 Lucrum solij homini est, Christo sociari, 1.to-
 mo.12.a.
 Lucullus, 1.tom.54.b
 Lucus dictus quod minimè luceat, 2.to.332.b.
 3.tom.362.a.
 Ludio, 2.tom.223.b
 Lugdunum, 1.tom.124.b
 Lumbos accingere, est castitatem habere, 3.to-
 mo.395.a.
 Nam in iumbis Diaboli vitus est, 1.to.95.a
 Cetera, 57.b
 Lupicinus sacerdos, 1.tom.95.a
 Lupus pro fero homine, 1.tom.88.a
 Lupum auribus tenere, 2.tom.213.b
 Lux sanctorum tenebras habet inimicitias, 2.to-
 mo.282.b.

M.

Macarius Nitriae abbas, 1. tomo.63.a.
 93.a.
 Macarius Rufini amicus, 2.tom.227.b
 Machabeorum libri, 3.tom.342.b.346.b
 Machabaei martyres, 2.tom.313.a
 Macrinus Imp. 1.tom.127.b
 Maones vrbs, 3.tom.455.b
 Maotis palus, 1.tom.86.a
 Magaha, 1.tom.21.b
 Magdala magnitudo vel turris, 3.tom.357.a.
 Inde Magdalenae, id est turris, 1.to.48.b
 Magistrum omnis scientia desiderat, 1. tom.
 14.b.
 Homo sibi ipsi pessimus magister, 119.a
 Sub eo monachus eruditur, 14.b
 Adrianus quod eum spreuerit, morbo con-
 sumptus est, 114.a
 Quails esse debeat etiam à principio, 18.a
 Magorum munera, 1.tom.81.b
 Triarum sunt genera, 2.tom.169.a
 Signa quae coram Pharaone faciunt, non sunt
 vera, 171.b
 Maguntiacum vrbs, 1.tom.36.b
 Mahalat, 3.tom.409.b
 Mahon, 3.tom.389.a
 Maioma vrbs, 1.tom.76.b
 Gazae emporium, 109.a
 Maiomites Gazanus, 111.a
 Hilarionis corpus eò defertur, 115.b
 Maiorum sententiae iudicandae non sunt, 1.to-
 mo.14.b.
 Macheloth, 3.tom.360.b
 Malachias & Ezras idem, 3.tom.349.a
 Malchion Antiochiae presbyter, 1.tom.128.a,
 2.tom.310.a.
 Malchus interpretatur Rex, 1.tom.116.a
 Malea promontorium, 1.tom.74.a.115.a.2.to-
 mo.257.b.
 Malitia pro afflictione & malignitate, 3.tom.
 411.b.
 Malum punicum mystice, 3.to.360.a.367.b
 Malum pro afflictione, 3.tom.392.b
 Malum pro malo reddi non debet, 1.tom.
 44.a,b.
 Et mala & morbi irrepunt, etiam si omnis
 adhibeatur diligentia, 2.tom.295.b
 Mala quod permittat Deus reprehendi non
 potest, 222.a,b
 Facile malum creditur, 1.tom.100.b
 Mamertia vrbs subuertitur, 2.tom.159.b
 Mamma pro eruditione ponitur, 1.tom.71.b
 Mammea Alexandri Imp. mater, 1. tomo,
 126.b.
 Mammona, 3.tom.428.b
 Iniquum cur dicatur, 415.b
 Mandatum, vide Praeceptum,
 Manichaeus à Mane Persa, quod nomen in-
 saniam significat, 1.tom.128.b.2.tom.
 218.b.
 Animam ex Dei esse substantia asserit,
 304.b.
 Legem improbat, & nouum testamentum
 tantum recipit, 277.b.281.a
 Sed

I N D E X.

- Sed corruptum asserit, 325.b
 Liberum arbitriū tollit, & gratiā, naturamq.
 damnat, 168.b.293.b
 Duas naturas bonam & malam ponit,
 266.b.
 Resurrectionem negat, 2.tom.218.b
 Coniugia damnat, 1.tom.46.a
 Et ieiunia, 1.tom.83.a
 Christum solitum fuisse mutare formā asse-
 rit, 3.tom.417.b
 Suos omni peccato carere affirmat, 2.t.264.b
 Virgines non habet, sed scorta, 1.tom.64.b
 Inde Manichæa, 58.a
 Impugnarunt Manichæos, 263.a
 Cetera, 2.tom.140.a.176.b.180.b.191.b.
 227.a.
 Et de thesauro eius libro, 191.a
 Manipulus militum, 2.tom.155.b.176.b
 Manfionum x 111. populi Iudeorum mysteria
 sigillarim mysticè explicatur, 3.tom.355.b.
 & inde.
 Sicut Blæssa olim postularat, 1.tom.86.a
 Manfueti qui sint intelligendi, 3.tom.369.b.
 370.a.
 Mantuca, 2.tom.320.b
 Manus mysticè pro nuptijs, 1.tom.59.a
 Pro opere, 3.tom.404.a
 Hieronymo vt presbytero osculabatur, 2.to-
 mo, 331.b.
 Manibus obuijs excipere, 1.tom.180.a
 Manus imponebatur super pœnitentes, 2.tom.
 197.a.
 Et in sacramento confirmationis, 198.b
 Marah מרה, 3.tom.357.b
 Marcella maior, 2.tom.161.a
 Marcella Hieronymi amica, Pammachij confo-
 brina, 2.tom.188.a
 Albinae soror, 332.a
 Romæ in Auentino manet, 3.tom.449.b
 Laudatur, 393.b
 Annæ Phanuelis comparatur, 1.tom.321.b
 Eius vita describitur, epist.16
 Marcellina, 2.tom.342.a
 Marcellinus ab hæreticis cæditur, 2.tom.298.a
 Marcellus Ancyranus, 1.tom.129.b
 Marcellus Sideres, 2.tom.166.a
 Marcellus mimographus, 2.tom.247.a
 Marcellus apud Nolam Pœnos vincit, 1.tom.
 94.b.
 Marcia Catonis filia, 2.tom.161.a
 Marcia Pupinia, 1.tom.72.a
 Marcion hæreticus legem ab Euangelio sepa-
 rat, 1.tom.35.b
 ΑΡΤΙΩΣΗΣ ex eo ad hæresim suā conficit, 2.to-
 mo, 253.a.
 Iustum & bonum Deum ponit, 3.tom.419.a
 Legem damnat, 2.tom.318.a
 E nuptias, 140.a
 Corpus Christi phantasticum asserit, 222.a
 Resurrectionem impugnat, 218.b.222.b
 Polycarpus primogenitum Satanæ illum vo-
 cat, & ab eo Romæ deceptos conuertit,
 1.tom.123.a.
 Iustinus contra eum scribit, 123.b
 Reliqua, 2.tom.171.a.180.b.265.a.274.a.
 327.a.b.
 Marcob propheta hæreticus, 1.tom.123.b
 Marcus Euangelista, 1.tom.121.a
 Auditor & interpres Petri fuit, 119.a.b
 Petro dictante euangelium scripsit, 3.tom.
 422.a.
 De vitio eius euangelij capite, quid plus vel
 minus habeat, 3.tom.416.b.2.tom.285.b
 Marcus hæreticus Basilidis sectator, 1.tom.8,
 84.a.
 Mare pro occidente cur ponatur, 3.tom.456.a
 Salinarum, seu mortuum, 371.a.456.b
 Maris rubri ad maximam urbem nauigationis,
 & eius mysterium, 1.tom.12.b
 Mare frenat Hilarion, 1.tom.114.b
 Margaritum pro sacra scriptura, 1.tom.55.a
 Marie sororis Moylis mors prophetiæ mortuum
 signat, 3.tom.362.a
 Mana virgo semper incorrupta, 1.tom.4.b
 Eius portas semper clausas solus Christus in-
 tactas pertranst, 2.tom.282.a
 Eius uirginitas multis præfiguratur, 186.a
 Quod perpetua fuerit, defenditur contra Hel-
 nidium, 2.tom.in principio
 Tribus ex causis desponsata fuit, 134.a
 Ad ingressum Angeli cur perturbata, 1.tom.
 64.b.
 In partu mater & obstetrix sibi fuit, 2.tom.
 135.b.
 Eius genealogia ex Ioseph genealogia osten-
 ditur, 134.a.
 Vt virgo Ioanni uirgini commendatur, 1.to-
 mo, 49.a.
 Maria Magdalena, i. turrita, 1.tom.48.b.2.to-
 mo, 176.b.
 Lacrymis baptizatur, 1.tom.30.a
 Laudatur, 3.tom.393.a
 Christū tangere cur prohibita, & quo modo
 postea eum tetigerit, 3.tom.413.b.414.a.
 418.a.
 Cur ad sepulcrum flere dicatur, si Dominum
 prius uiderat, 417.a
 Duæ fuerunt hoc nomine secundum quos-
 dam, ibidem
 Diuersa quæ uixit pedes ab ea quæ uixit
 caput secundum Origenem, 437.a
 Cur Marthæ præferatur, 1.tom.60.b
 Maria Iacobi minoris mater, vxor Alphæi, Cleo-
 phæ filia, & Mariæ uirginis soror, eadē fuit,
 2.tom.136.b.137.a.
 Mariæ in Euangelio celebres quatuor quæ sint,
 explicatur, 3.tom.417.a
 Maritus quo modo colendus, 1.tom.45.b
 An vt Sodomita possit relinqui, & accipi
 alius, 3.tom.412.b
 Honorem tribuit uxori, cum se ab ea absti-
 ner, 2.tom.142.b
 Maritorum numerus esse desinit, ubi vir no-
 minatur, 147.a
 Marius ad aquas Sextias Theutonem vincit,
 1.tom.34.b.
 Cur triumpho putatur indignus, 1.to.71.a
 Marnas idolum, 1.tom.17.b
 Maronia Syriæ vicus, 1.tom.116.a
 Martinianus Hieronymi amicus, 1.tom.16.b
 Martyrem uoluntas coronat, 2.tom.177.b
 Seruitus deuota martyrium quotidianum,
 1.tom.81.b.
 Martyrio errores tolluntur, 2.tom.231.a
 Sepulera & ossa martyrum ueneranda, 190.a
 & inde. 1.tom.52.a.
 Dæmones ad ea contremiscunt, 1.tom.76.a
 2.tom.192.a. uide Sancti.
 Massageta, 1.tom.86.a
 Massiliani hæretici, 2.tom.268.a
 Mastruca Sardiæ uestis genus, 2.tom.196.a
 Mater à Monacho quo modo uidentia, 1.tom.,
 13.a.
 Mathematicos Minucius impugnat, 1.tom.
 127.a.
 Mathusalem anni, & an uixerit post diluuium,
 3.tom.453.b. & seq.
 Matrimonium cum gentilibus non contrahit-
 tur, 2.tom.143.b.144.a
 Non dissoluitur ex adulterio vel alio uitio,
 3.tom.412.b. Vide nuptiæ,
 Matronæ uita instituitur, 1.tom.epist.14
 Grandis Christianorum tentatio matronæ,
 113.a.
 Matronianus Hispanus, 1.tom.131.b
 Marthæus Euangelista, 1.tom.120.a. 3.tom.
 140.a.349.b.
 Matthias Apostolus, 1.tom.120.a
 Manorte cucullæ genus, 1.tom.58.a
 Mausolus & Mauoleum, 2.tom.160.b
 Maxilla pro eloquentia, 3.tom.364.b
 Maximus tyrannus, 1.tom.11.a.131.a.b
 Maximus philosophus, 1.tom.131.b
 Maximus Constantinop. episcopus, 1.tom.,
 131.b.
 Maximus eccl. scriptor, 1.tom.126.a
 Mazuloth, i. zodiacus. 2.tom.174.a. Mazuroth.
 3.tom.367.b.
 Medicinæ tres partes, 2.tom.274.b
 Quæ ex multis rebus sint, scribuntur,
 166.a.b.
 Mediolanum, 1.tom.131.b
 Megarensibus quid dictum sit, 1.tom.36.a
 Mehil חמץ uestis sacerdotalis, 3.tom.366.b
 Mel in Dei sacrificijs non offertur, 1.tom.54.a
 Ratio redditur, 37.b
 Melancholia ex nimia abstinentia, 1. tomo,
 25.a.
 Cur in eam monachi quidam incidant, 15.a
 Melanias laus & peregrinatio, 1.tom.69.a
 Cam Paula Hierosolymam accedit, 2.tom.
 331.b.
 Cum Rufino ex Ægypto eò redit, 1.tom.
 16.a.
 Hieronymi grata & amica, 2.tom.304.a
 Mox Rufino præceptori adhærens ei aduer-
 satur, 336.a
 A tenebris eam proinde is uocat,
 Melanthius Gorgiæ iniunicus, 2.tom.162.a
 Melchisedec Eucharistiæ sacramentum dicitur,
 panem, & uinum Deo offerendo, 1.to.50.b.
 3.tom.354.b.
 Μελεχισδὲν cur dictus, 2 tom.150.a.3.to-
 mo.354.b.
 Quis & unde fuerit, & tota eius historia la-
 tæ explicatur, 3. tom. epist. 126. & fol.
 456.b.
 Meletius Episcopus Antiochenus, 2. tomo,
 195.a.b.
 Melis, id est taxus, pro Deo colebatur, 1.tom.
 17.b.
 Melito Sardenfis Episcopus Eunuchus, 1.tom.
 123.b.125.b.2.tom.310.a.
 Melius non dicit nisi comparatione ceterioris,
 2.tom.143.a.
 An hoc sit semper uerum, 185.a
 Meloten uestem Elias raptus abiecit, 1.tom.,
 82.b.
 Membra genitalia cur creata, si tantum extolli-
 tur uirginitas, tractatur, 2.tom.155.b.156.a
 Membranæ Pergamene, 1.tom.94.b
 Menander Simonis Magi discipulus, 2.tom.,
 203.a.
 Menander poëta à Paulo citatur, 2.to.309.b
 Mendacium in scripturis nullo modo admitt-
 endū, Augustinus cū Hieronymo disputat,
 2.tom.311.b
 Etiam si sit officiosum improbat, 328.b
 In simulatione Petri, & reprehensione Pau-
 li non fuisse officiosum mendacium, sed
 dispensationem quandam caritatis, asserit,
 317.a.b
 Plato & Origenes mendacium in quibus ca-
 sibus admittant, 2.tom.129.a.235.a
 Mendaciorum origijs Origenistæ se fœderant,
 236.b.
 Merces bonorum operum, 2.tom.174.b.176.a
 Meretricis labia primum mel, mox felle ama-
 rius desillant, 1.tom.37.b
 Ob ecclesiæ typum meretrices in genealogia
 Christi computantur, 2.tom.150.a
 Ecclesiam & Synagogam meretricis dictas,
 3.tom.374.a.
 Ea, quæ Christi pedes lauit, Ecclesiæ fuit ty-
 pus, 1.tom.98.a
 Meridies mysticè, 1. tom. 75.b. 96.a. 3.tom.
 438.b.
 Merita bonorum operum, & eorum diuersitas
 latè probatur, 2.tom.173.a.b
 Et inde usque in finem illius libri, & 273.a
 Et hoc contra Iouinianum qui æqualia om-
 nium asserbat esse merita, 171.a.b.172.a
 Maioris meriti est offerre quod quis non de-
 bet, quàm reddere quod præceptum est,
 145.a.
 Non ordo sed merita cuiusque laudantur,
 155.a.b.
 Messalla Coruinus, 2.tom.162.a
 Messallorum soror Valeria, 2.tom.161.a
 Messenij quod Lacedæmoniorum uirgines stu-
 prant, bello appetuntur, 2.tom.159.b
 Messis mysticè quid, 3.tom.443.b
 Methca מתיקה, 3.tom.361.a
 Metella Syllæ vxor, 2.tom.162.a
 Μετελλη Σύλλης, 2. tom. 166.a. 205.a. 206.a.
 261.b.
 Methodius Tyri episcopus & martyr, 1.tom.,
 129.a.2.tom.234.b.
 Porphyrio respondit, 3.tom.349.a
 Μεθόδῳ, 3.tom.338.b
 Methone urbs, 1.tom.74.a
 Metrodorus Epicuri discipulus, 2. tomo,
 162.b.
 Metronia Ageruchæ auia, 1.tom.12.b
 Michææ

I N D E X.

Michæa prophetæ sepulcrum, 1.tom.76.a
 Michnefe מִיכְנֵסֶה vestis, 3.tom.366.a
 Milefæ virginis, 2.tom.160.a
 Militia cæli, 3.tom.433.a
 Millepeda vermiculus, 2.tom.166.a.2.59.a
 Milton Crotoniatis,fortiffimus athleta. 2.tom.168.b.276.b
 Miltiades eccl.ſcriptor, 1.tom.125.a.2.tom.
 Miluſus auis, 3.tom.385.a
 Pro rapace ponitur, 1.tom.88.a
 Minei hæretici,ſeu Nazaræi, 2.tom.317.b
 Minerua virgo fingitur, 2.tom.159.b
 Et è capite Iouis nata, 160.a
 Minio literæ ſcribuntur, 3.tom.345.b.350.a
 Minucius Felix eccl.ſcriptor, 1.tom.127.a.2.tom.
 mo.310.a
 Minutia Veſtalis virgo ſuffoditur,2.tom.159.b
 Minuta duo,quæ vidua miſit in gazophylaciū,
 quid ſignificent, 1.tom.32.b
 Myoparo nauiculæ genus, 1.tom.115.a
 Myros Socratis vxor, 2.tom.162.a
 Myrtha pro mortificatione ponitur.2.to.153.a
 3.tom.396.a.b
 Et pro peccati amaritudine, 1.tom.14.a
 Miſericordiam eſt, 2.tom.209.b.3.tom.457.a
 Quotidianum, 3.tom.416.b
 Et præcipua Chriſtianorum ſalus, 2.tom.
 208.b
 Eam ſuper corpus Petri & Pauli Romæ Pa-
 pa celebrat, 2.tom.191.a
 In ea pro omnibus oratur, 209.b
 Eis publicè celebrandis Hier. & Vincentius
 vacare nolunt,quòd curam animarum re-
 cufent, 2.tom.208.a
 Proprias habet veſtes, 277.a
 Vide infra Sacrificium.
 Mythes מִיִּתְּסִים, 1.tom.71.b
 Mitella, i. parua mitra, 1.tom.66.a
 Mitra & Eriſthionius æſtu libidinis generati
 ſinguntur, 2.tom.142.a
 Myrtha pro ſole, 1.tom.17.b
 Mitra pro capitis ornamento, vt Mitra cris-
 ſpans, 1.tom.30.a
 Michridates Rex Ponti, 2.tom.231.a
 Miznephet מִיִּזְנֵפֶת facerdotalis veſtis genus,
 3.tom.366.b
 Moab vrbs & prouincia, 3.tom.358.a
 Moderatus Pythagoræ auditor, 2.tom.261.b
 Modestus ſcriptor eccl. 1.tom.124.a
 Modus virtus,nimietas vitium, 1.tom.79.a
 Mœniamum, 3.tom.384.b
 Mœrentes quo modo ſe ſolari debeant, 1.to-
 mo.78.a
 Moyſes cõpaſſionis affectu dixit, Dele me de li-
 bro vitæ, 1.tom.38.b
 Cur fregerit tabulas, 2.tom.170.a
 Ad crucis ſignum manus extendens vincit,
 3.tom.358.b
 Vndecim pſalmos componit, 388.b
 Pro lege ponitur, 2.tom.149.a
 Populum in terram promiſſionis non intro-
 ducit,propterea quòd lex nōminem ſaluat,
 3.tom.362.a
 Eius & Iofuæ differentia myſtice ponitur,
 2.tom.149.a.b
 Monachorum nomen, 1.tom.2.a.39.a
 Viuendi formalatè epift.4.& fol. 40.a.63.a,
 b.64.a,b.121.b
 Rerum omnium abdicatio, 1.tom.13.a
 Veſtium mutatio, 15.a.39.a
 Noui habitus aſſumpcio, 2.tom.173.a
 Pedum nuditas, 2.tom.173.a
 Profeſſio, 1.tom.15.a
 Paupertas, 1.tom.63.a
 Victus abſtinentiffimus, 106.
 Orandi in choro mos, 63.
 Manuum labores, 109.a,b.3.tomo.346.
 a,b.
 Obedientia erga præpoſitos, 1.tom.14.b.
 Caſtitas,& eius tentatæ remedium, 14.a,b
 Officium, 2.tom.192.b.193.a
 Communis in monaſterio vita, 1.tom.13.b.
 14.b.63.a,b.
 Vrbes non habitent, 39.a
 Ad patriam etiam ſub ſpecie boni nō reuert-
 untur,tentatio enim hæc eſt, 116.a
 Inter ſuos non degant, 2.tom.193.a
 Cum matre quenquam degere periculofum,

1.tom.13.a.101.a.
 Baptiſmus alter monachus eſt, 68.a
 Flos & pretioſiſſimus lapis Eccleſiæ, 1.tom.
 52.b.
 In Elia & Eliſæo & prophetarum filijs cœ-
 pit, 13.a.40.a
 Et eorum incunabula in Io:Baptiſtæ cibus in-
 choata, 2.tom.170.b
 Primi eccleſiæ Chriſtiani monachis ſimiles
 fuerunt, 1.tom.121.b
 Antonijs, Macarijs, Paulis, & Hilarionibus
 mox ſolidati ſunt, 40.a
 Tria monachorum genera quæ ſint, explica-
 tur, 63.a,b
 Sacerdotes etiam & Leuitæ aliqui ſunt, 76.a
 Nitriæ ad quinque millia erant, 63.a
 Narrantur de eis aliqua, 76.a,b
 Romæ monachi incipiunt, 48.b
 Pœna & damnatio eorum qui diuitias com-
 parant, 14.b.15.a
 Eius qui diues obiit, 14.a
 Exemplum vnus qui cum pecunia deſoſus
 eſt, 63.a
 Vulgus in monachos obloqui ſolet, 69.a
 Laudatur eorum vita, 2.tom.192.b.193.a
 Monachæ ſolæ nunquam procedant, 1.tom.
 25.b.
 A viris ſeparatè degant, 78.b
 Earum pſallèdi mos, & communis vita qua-
 lis fuerit, ibidem.
 Ctinem deponunt,& velantur, 103.a
 Flammeo velo ſacrantur, 103.a
 Ab epifcopo ſcilicet, 2.tom.308.b
 Promittunt in monaſterio ſe manſuras, 1.to-
 mo,103.a
 Muris alcis inclufæ manent, ibidem.
 Garrulas & rixofas Paula caſtigat, 78.b
 Monaſteria virginum & monachorum Romæ,
 1.tom.49.a.
 Tyrheno mari adiacentia, 86.a
 Quæ Bechlehem Paula erexit, 78.b
 Palæſtina innúmerabilia, 112.a
 Similiter Nitriæ Ægypti multa, 63.a
 Hilarion ea quæ ſunt in Palæſtina viſitat, &
 inſtruit, 112.b
 Monogamia & eius laudes, epift.11
 Mons pro rebus ſublimibus & cæleſtibus,3.to-
 mo.426.b.
 Montes Chriſtianorum myſterijs pleni Syon,
 Thabor & Sina. 1.tom.40.b
 Poëtarum Helicon,& Aonius, ibidem.
 Qui ardeant,& flammas euomant, 30.b
 Monſtra præter naturam gigni, 3.tom.375.a
 Montani vita,& hæreſes quæ, 2.tom.193.b.
 194.a.
 Cataphryges ab eo incipiunt, 1.to.124.a
 Priſca & Maximilla, nobiles & opulente ſe-
 minæ,ei adhærent, 125.a.2.tom.194.a.
 265.a.
 Per quas multos decipit, 265.a
 Terullianus cum ſequitur, 1.tom.126.a
 Et Proculus contra quem Gaius ſcribit,
 127.a.
 Miltiades & Apollonius impugnant, 125.a
 Spiritum ſanctum in ſe veniſſe ait,2.to.191.
 b,3.tom.420.a,b.
 Lapis manum non porrigit, & pœnitentes
 non recipit,2.tom.164.a,b.212.a.1.to-
 mo,85.b.
 Montentes ſectatores eius dicuntur, Campitas
 per irriſionem vocat Hieronymus, 2.tom.
 204.a.
 Contra eos Romam Rheticius mittitur,
 3.tom.376.a.
 Mopſi viculus, 1.tom.11.a
 Moraſtim patria & ſepulcrū Michæe prophe-
 tæ, 1.tom.76.a
 Morbi grandes naturæ curæ dimituntur,2.to-
 mo,230.a,b.
 Moria mons, 3.tom.459.a
 Morini populi, 1.tom.36.b
 Μορφωματα, 3.tom.373.a.463.a
 Mors omnibus communis, 1.tom.80.b
 Chriſtus eam vicit, 83.b
 In Chriſtianiſ formus eſt, 83.b
 Grauior eſt expectata, quam illata, 117.b
 Contigit iuueni interdum ac malus ſiat,
 67.b.

Quæ Chriſtianorum eſt, non eſt lugenda,
 epift.25.
 Qui autem,& qua ratione lugendi ſunt, 1.to-
 mo,8.a.9.a.67,b.
 Et cur ſancti mortuos ſleuerint, 67.b.68.a
 Clerici mortuos ſepeliunt, 105.b
 Auraris non humentur veſtibus, 108.b
 Quadratus multos,qui ab Apoſtoliſ ſuscita-
 ti ſunt,vidit, 123.a
 An ſint morituri ij quos iudicij dies viuos in-
 uenerit, 3.tom.413.b.444.a,b.445.a,b
 Mortuus vel pro corpore, vel pro peccatore ſum-
 mitur,dum de viuorum & mortuorum iu-
 dicio ſit mentio, 3.tom.445.a
 Sicut mors pro peccato ſumitur, 446.b
 Moferoth מוֹסֵרוֹת, 3.tom.361.a
 Mu non faciam vitra, 2.tom.230.a
 Mucia Pompeij vxor, 2.tom.162.a
 Mulieres citò ſeneſcunt, maxime quæ circa viros
 ſunt, 1.tom.101.a
 Earum pulchritudine Samſon, Dauid, Salo-
 mon, & Amnon capti ſunt, 57.b.58.a
 Multarum hæreſum cauſa quæ ſunt, 2.to-
 mo,265.a.
 Sanctæ Chriſto amicæ, 1.tom.48.b
 Ei miniſtrant, 2.tom.150.b
 Sæpè ad eius currunt ſepulcrum, 3.tom,
 417.a.
 Hieronymus ad eas ſcribit, & multas ex ſcri-
 pturis recensens, valde laudat, 393.a,b
 Vbi viri deſunt,laudari ſolent, 2.tom.150.a
 Quis cuius licitus,& illicitus eis ſit, 1.tom.
 37.b.58.a.45.b.
 Fuci & ornatus vani taxantur, 1.tom.18.a.
 48.a.10.a,b.
 Quæ ſcurpiter comunt,vitentur, 25.a,b
 Exemplum virginis ſe ornantis,miferum
 reſertur, 18.a
 Cum quibus verſari debeant, 37.b.38.a
 Qui earum aſſectæ eſſe non debent, 31.a,b
 Clerici eas fugiant, 5.a
 Ægroti anus in miniſterio teneant, 5.a
 Eas tangere malum, 2.tom.142.a,b
 Curid ſit,ratio redditur, 183.b
 Secundas nuptias apud gẽtiles quæ ſint aucto-
 rata, 160.a,b
 Quæ malæ & incontinentes, 162.a
 Quæ xxi. maritos habuerit, 1.tom.34.b
 Quid eſſet,captiuæ pilos & crines radere,vn-
 gueſue præcidere, 2.tom.309.b
 An fuerit eadem,quæ Chriſti caput & pedes
 vnxit, 2.tom.176.b
 Multitudinis via ad mortem ducit, 1.tom.42.b
 Munditia corporis animi immunditia eſt, 1.to-
 mo.78.b.
 Mundus & cælum pariter haberi non poteſt,
 1.tom.90.b.2.tom.186.b.
 Eius delectatio amaritudine terminatur,
 3.tom.357.b.
 Sex millibus durabit annis, 390.b
 Quæ præceſſerunt, & quæ ſequentur, igno-
 rantur, 401.a
 Quot ſint, & quales ſecundū Origenem tra-
 ctatur, 2.tom.205.a.206.b
 Munerarius, 1.tom.70.b
 Municipatus cæli, 1.tom.1.b.2.tom.195.b
 Murænula pro torque, 1.tom.47.a
 Murenula piſcis, 3.tom.345.b
 Mus peregrinus, 2.tom.167.b
 Eius pellicula olens, 1.tom.25.b
 Muſanus Chriſtianus ſcriptor, 1.tom.124.a
 Muſca pro luxuria ponitur, 1.tom.54.b
 Muſcarium ſtabellum, quo muſcæ abiguntur,
 1.tom.54.b.
 Muſcus muſ ſfragrat, 1.tomo.48.a.2.tomo,
 167.b.
 Muſtu pro ſpiritu nouo myſtice ponitur, 2.to-
 mo.153.b.
 Mutatio in ſanctis quid, 3.tom.393.b
 Muzonius epifcopus Byzantinus, 2.tomo,
 201.a.
 N.
 Nabo mons, 3.tom.363.b
 Nabuchodonofor recipit humanam men-
 tem, 1.tom.17.b
 Nageb, Theman, Darom, idem, 2.tom.137.a
 Nahaliet נַחְלֵיִת, 3.tom.363.a
 Nahara

I N D E X.

Nahara נהרה א.olefcentula, 2.tom.153.b
 Nahum נחום, id est consolator, 3.tom.359.b
 Naid feu Nod נוד, 3.tom.453.a.1.tom.104.a
 Naphalim נפלים, 3.tom.454.a
 Nardus myrtice, 3.tom.459.b
 Narcifus Hierofolymæ epifcopus, 1.tom.125.a
 Nafci quem ex adulterio eius culpa non est, 2.tom.217.b
 Nathanael נתנאל, id est donum Dei, 1.tom.96.a
 Natiuicas Chrifti qualis, 1.tom.64.b
 Naturam malam non effe contra Manichæos, 2.tom.266.b
 Eius neceffitas citè expletur, 169.b
 Natus quæ conto, non antemna regitur, 1.tom.115.a
 Nauali bello Duellius primus triumphat, 2.tom.160.b
 Nazareth, id est flos, 1.tom.53.a
 Nazargorum euangelium, 1.tom.120.a.3.tom.418.b
 Hærefis, 2.tom.317.b
 Neapolis Palæftina vrbs, 1.tom.123.b
 Nebriidj laudes, 1.tom.26.b
 Nechota נכחא, 3.tom.468.a
 Nehemias נחמיה, id est consolator, 3.tom.340.a
 Nemete vrbs, 1.tom.36.b
 Neocæfarienfis epifcopus Gregorius, 1.tom.127.b
 Neomenia, 3.tom.386.b
 Neophytum non ordinandum, 2.tom.275.a
 Nepos Cornelius historicus, 1.tom.119.a
 Nepos epifcopus hæreticus Chiliafta, 1.tom.128.a
 Nepotiani vita, tom.1.epif.3
 Nequid nimis, Terentianum dictum, 1.tom.23.b.79.a
 Nero Petrum & Paulum occidit, 1.tom.88.b
 Nerua Auguftus, 1.tom.121.b
 Nestoris melliflua oratio, 1.tom.4.a
 Νείπος Πλάτων, 2.tom.148.a
 Nicanor Thebas vincens virginem captiuam deperit, interficitq. quod potiri nequeat, 2.tom.160.a
 Nicæna Synodus de libris canonicis ftatuit, 3.tom.345.a
 Ælia, i. Hierufalem honorem defert, faluo Cæfaræ metropolitatu, & Antiochiæ Patriarchatu dat, 2.tom.222.b
 De Spiritu fancto, Origenis, & aliorum hærefim, non damnat, quod de ea re tunc non tractaretur, 2.tom.229.b
 Octo epifcopos Arrianos cū cōfessione Homouifij reuertentes gradibus feruatis recipit, 201.b
 Niceratus & eius coniux, 2.tom.160.a
 Nicias hypodiacocon Aquileiæ, 1.tom.94.a
 Nicolaus Antiochenus, & Nicolaitæ hæretici, 1.tom.102.b.3.a
 Obfenos, & inauditos concubitus excogitat, 2.tom.203.a
 Omnium immunditiarum repertor choros ducit femineos, 265.a
 Nicopolis vrbs olim Emmaus, 1.tom.74.a.127.b
 Nycticorax, 3.tom.386.b
 Ninuæ vrbs, 3.tom.455.a
 Pro Ecclefia myfticè ponitur, 1.tom.8.a
 Niobe, 2.tom.305.b
 Νυμφάδες, 2.tom.155.a.305.b
 Nifibis vrbs, 3.tom.455.a
 Nitria Ægypti vrbs, & mons, eiusq. monafteria, 1.tom.63.a.76.a.2.tom.257.b
 Rufinus eò accedit, & manet, 1.tom.76.a
 Item Paula Ro. matrona, 76.a
 Monachi ab Origeniftis tentantur, 2.tom.248.b.293.a
 Laudantur, 300.a
 Nitrum prophetale, 1.tom.71.b
 Quo peccata exterguntur, 76.a
 Niphus, qui Romæ colebatur, 1.tom.17.b
 Fortè Nifus. Vide nofta Scholia.
 No, id est Alexandria, 1.tom.76.a
 Nobe facerdotalis vrbs, 1.tom.74.a
 Nobilitas Chriftiani laus non est, 1.tom.73.a
 Non ex ea, fed ex vitæ merito laudes mereatur, 84.b
 Propterea eam iactare non debet, 44.b

Vera enim nobilitas est non feruite peccatis, & clarum esse virtutibus, 44.b
 Alioqui omnes eundem patrè Adam, in quo nalcimur, & Chriftum in quo renalcimur, habemus, ibidem
 Nocturnus fclautinus quis, 2.tom.192.a
 Nodum in fclirpo querere, 2.tom.112.b
 Noe נח id est requies, 3.tom.453.b
 Eius ebrietatis, & iurifionis filij myfteriū explicatur, 354.b
 Diluuij icidem, arcæ, & fimilium, 2.to.202.b
 Noëmi, & eius nominis fignificatio, 1.tom.32.b
 Nomina Hebræa apud Græcos, Latinosq. corrupta, 3.tom.358.b
 Pluribus idem homo interdum vocatur, 2.tom.137.a
 Cum honoris præfatione nominari folent homines, 226.a
 Hæretici non Chrifti, fed fuo vocatur nomine, vt Pelagiani, 267.b
 Taxaris vitij, aliquo non nominato, fe accufat, qui conqueritur, 235.a
 Nonna, 1.tom.58.b
 Noſce te ipſum, 2.tom.336.a
 Notarius notis, & cōpendio ſcribit, 3.tom.394.b
 Eius velocitas in ſcribendo, 1.tom.89.a
 Nouatus hæreticus, Cypriani præbyter, dogma, quod κενός dicitur, conſtituit, 1.tom.128.a
 Nouatianus Romæ eum ſequitur, ibidem
 Penitentes nõ recipit, 1.to.85.b.2.to.212.a
 Eius cauſa rebaptizationis ſententiam Cyprianus ſtatuit, 2.tom.203.a
 Confutatur eius hærefis, 3.tom.414.a.b
 Eamq. Rheticius & Pacianus impugnant, 1.tom.129.a.130.b
 Nouatianus hæreticus Rom. præbyter, 1.tom.128.a
 Vir fuit eloquentiffimus, 3.tom.351.a
 Scripfit librum de Trinitate, 2.tom.247.a
 Et epiftolas, quas Hier. petiit, 1.tom.55.a
 Schifmaticus fuit, ibidem
 Rheticius eum impugnavit, 129.a
 Et Cyprianus martyr, 55.a
 Nouum nihil in marty, 2.tom.261.b
 Nubes myfticè propheta, & Apoftoli, 3.tom.448.a.b
 Nubere, vide Nuptiæ, & Matrimonium
 Nugas qui audiant non defunt, 2.tom.236.a.b
 Numæ Pompilij tēpore Pythagoræ continentiam Roma amplectitur, 2.tom.180.a
 Quis fuerit hic Pythagoras, vide noſtra ſcholia.
 Numerus impar mundus, par immundus, 1.to.59.b
 Imparis myfterium qui tractarint, 2.tom.186.a
 Binarius cur bonus non fit, 147.b
 Triceſimi, Lx, & C. myfterium, 180.b
 Minor maiori præponi ſolet, 175.b
 Numularij probati eſſote, Chrifti dictum, 3.tom.448.b
 Nuptiæ honorabiles ſunt, 1.tom.29.a
 Eis Chriftus cur, & ſemel tantum interſuerit, 2.tom.159.a
 Eneratitæ hæretici eas damnât, 149.b.182.a
 Marcion & Manichæus detrahunt, 140.a
 Montaniſtæ ſecundas rejciunt, 193.b
 Et eas Gentiles quædam auerſantur, 160.a.b
 Legis veteris felicitas nuptiæ ſunt, 1.to.59.b
 Virginitas eis præferunt, 59.a
 Hieronymus non damnat, ſed ſubijcit, 2.to.139.a.140.a.b.182.a
 Quod epiftola, ſolatè probat, 180.a.b
 Vt ſubijciat non vt damnet extenuat, 156.a & inde.
 Nec octogamos etiam rejciit, 182.a
 Iouinianus nimis extollit, 141.& inde.
 An indulgentiam, & ſimpliciter bonas vocet Apoftolus, 143.a.b
 Et cur adoleſcentulas velit nubere, 1.tom.85.a.2.tom.147.a
 Quo prætextu ab impudicis expetatur, 1.tom.31.b.32.a
 Moleſtiæ & incommoda earū quæ, & quantæ ſint, 1.tom.55.b.60.a.2.tom.139.a.b
 Præſertim ſecundarum, 1.tom.32.a
 Qui earum explicarint miſerias, 2.tom.146.a

Exemplum vnus qui viceſies & amplius eas repetijt, 1.tom.34.b
 Clerici proxenetæ nuptiarum non ſunt, 7.b
 Nuptiator, qui nuptijs operam dat, 2.tom.157.a
 O
 Ofa Eremus, 1.tom.113.b
 Obeliſcus, 3.tom.378.a
 Obelus, i. virgula, ſeu paruum veru, 2.tom.319.a.3.tom.344.a.346.b.
 Oboth מנחת manſio Hebræorū, 3.tom.362.b
 Obreſcutores taxantur, 1.tom.12.b
 Eis tollenda occaſio eſt, 45.a
 Oceanus Hieronymi amicus, 2.tom.152.a.301.b.304.b
 Octonarij numeri myſterium, 2.tom.202.b
 Oculorum ſenſus, 2.tom.167.b
 Quidam ſibi eos effoderunt, 167.b
 Cæcitas æquè tolerari debet, 1.tom.88.a.b
 In videndo fallaces & incerti ſunt, 2.to.222.a
 Dexter pro virginitate, ſiniſter pro matrimonio ponitur, 153.a
 Alijſlippicibus aliorum vngi oculos, Prou. 213.a
 Οδυσσεύς, 1.tom.129.a.130.b
 Odium ſcribendo querere extrema dementia, 3.tom.344.a
 Odoramenta varia, 2.tom.167.b
 Οὐκὸν ἄνθρωπος, 3.tom.428.a
 Οὐκὸν ἄνθρωπος, 3.tom.389.b
 Oenanthe odoramenti genus, 2.tom.167.b
 Oeconomus monachorum, 1.tom.63.b
 Offerre ſe ipſum Deo Chriftianorum eſt, 1.tom.82.b
 Ὀφείλιος, 1.tom.49.b
 Oleum vnctionis Chrifti habemus, 1.tom.68.b
 In templo cur accendatur, 37.b
 Benedicit Hilarion, & præbet, 113.a
 Duos eo à morte liberat, 115.b
 Et morſi à ſerpentibus eodè curantur, 113.b
 Ponitur pro bonis operibus, cuiuſmodi eſt oleum virginum, 16.a.23.b
 Olibriorum genus, 1.tom.20.b.21.b
 Ολυμπιακία, 3.tom.380.b
 Olympiaci agones, 2.tom.169.b
 Oliuere à monte Chriftus in cælum aſcendit, 1.tom.75.b
 Olla ſuccenſi ab Aſſyrio Rege mali homines ſunt, 1.tom.56.a
 Οὐκὸν ἄνθρωπος, 3.tom.423.a
 Olius in cibis Chriftianis vitæ, 1.tom.31.a
 ο μίγμα καὶ α, 2.tom.148.a
 Omnes omnia habere non poſſumus. 2.tom.275.a.b.
 Et omnes perfectiones nemo habet, 275.a.b
 Pro maiori parte omnes interdum ſumuntur, 3.tom.410.b
 Ομοδοσίον, 2.tom.212.b
 Onager, i. ſilueſter aſinus, 1.tom.113.b.2.tom.202.b.3.tom.457.a
 Oneſimus è ſeruo Diacocon fit, 2.tom.226.a
 Onocrotalus ονοκρόταλος, auis, 2.tom.189.b
 Ophir auri genus, & Indiæ locus, 3.tom.396.b
 Opera neceſſaria ſunt, 3.to.368.b.2.to.157.b
 Semper aliquid eſt operandum vt Diabolus occupatos inueniat, 1.tom.14.a
 Moniales Paulè laborabât manibus ſuis, 78.b
 Quæ operari debeant virgines, 24.b
 Quæ monachi, 14.a
 Ophitæ hæretici, 2.tom.203.a
 Οφθαλμικός, 2.tom.336.a
 Οπαιροφουλάκιον, 3.tom.383.a
 Oppofita magis eluceſcunt cū iuxta ſe ponantur, 1.tom.96.b
 Opprobria quibus verbis ſolantes nos ferre debeamus, 1.tom.78.a
 Optatus Mileuitanus, 1.tom.130.b
 Or γη mons, 3.tom.362.a
 Orare mutuo pro nobis omnes poſſe, 2.to.190.b
 Sancti mortales orando iuant, 1.tom.81.b
 Deum retinet & impedit oratio, 1.tom.38.b
 Malas repellit cogitationes, 28.b
 Leſioni ſuccedat, & illi leſio, 19.a
 Orans cum Deo loquitur, legentem Deus alloquitur, 60.b.93.b
 Egreſſum è domo præcedat, regreſſum ſequatur, 64.a
 Orantis animus ſæpe diſtrahitur, 2.to.200.b
 Copula coniugum orationè impedit, 142.b
 Domi-

I N D E X.

Dominica dicitur in Missa ex Christi institu-
to, 2.tom.297.a
Orationum loca in Hierusalem multa, 1.to-
mo 52.b.
Qui Psalmi orationis habeant titulum, 3.to-
mo 388.b.
Quæ sit eius definitio, 389.a
Sanctis ipse somnus oratio est, 1.to.64.a
Oratio rhetorum per cola & commata distin-
guitur, 3.tom.347.a
Eius frondefcens ornatus in sacris litteris non
requiritur, 353.a
Oratores an & quo modo legendi, 408.a
Orbes oculorum sibi fuliginati, 1.to.30.a
Orbitus, 2.tom.240.a
Ortus inferni, 1.tom.22.a
Ordo Ecclesiæ seruo dari an possit, 2.to.226.a
In aliena diocesi dari non potest, 209.a
Ex caritate interdum id admittitur, ibidem
Epiphanius nec ordinasse Paulinianum in
diocesi Ioannis Hierosolymitani, se ei excu-
sans asserit, epist.60.
Tento ore ne reclamaret, eum & Diaconum
& presbyterum ordinavit, 2.to.209.a
Et alios fugientes, 209.a
Romæ ad Diaconi testimonium presbyter ordi-
natur, 311.a
Orgia, 2.tom.129.a.236.b
Oriens hæresibus discerptus, 2.to.194.b
Origenis vita, & scripta, 1.tom.126.a.
2.tom.230.b.
Abque lectione nec cibum capit, nec somnũ,
53.b.
Orationem lectioni, & illi lectionem iungit,
ibidem.
Hebræam linguam facillè discit, 2.to.67.a
Huillum habens præceptorem, 2.to.235.a
Citar hunc interdum in scripturis, ibidem
Psalmos interpretatur, 319.b
Stomatum decem libros componit, 310.a
Commentaria in Epist.ad Ephesos, 237.a
Biblia 4.& sex editionum iungit, 249.a.b.
3.tom.343.a.
Et Ixx Theodotionem miscet, 3.to.340.b
Exapla huic postremè nomen est, vide Exapla.
Leguntur hi labores alicubi, 2.tom.249.a.b
Omnes eius libros habet Hieronymus, 245.b
Ex eis Ixx interpretatur, 238.b
Sex millia librorum eum composuisse falsum,
226.a.247.b.
Indicem operum omnium Eusebius texuit,
247.b.
Libros *περί ἀρχαίων*, mutatis, additisque quibus-
dam, Rufinus vertit, 233.a
Ad vulgus vulgata editione, in disputatione
maiori, Hebræica vitur veritate, 3.to.451.b
Laudatur vt martyr filius, vir maximæ con-
tinentiæ, & doctrinæ, non vt dogmatistes,
2.tom.226.a.230.b.
Sic antè laudatur Hieronymus mox repre-
hendit, 329.a
Eius errores & hæreses numerato referuntur,
epist.59.2.tom.204.a.b.
Et breuius recensentur, 213.b.214.a.244.
a.b.301.a.
Et quæ de anima sunt rursus, 259.b
Vera enim ipsius sunt, & non ab aliis infera
quæ in eius libris hæretica reperiuntur,
2.tom.246.a.
Nam ab hæreticis falsata, falsum est, 231.a
Qui essent eius errores, Aug. à Hieronymo pe-
tit, 313.b
De his ipse Fabiano Papæ se excusat, 231.a
Quo modo sit legendus, exponitur, 302.a
Cur eum legerit Hieronymus, 300.b.301.a
Cur libros *περί ἀρχαίων* transulerit, 3.tom.449.a.
Cur laudarit, 2.tom.228.b.229.a
Cur non omnia eius opera reprober, ibidem
Quidam quòd ignorarentur errores nõ dam-
nantur, 129.a.b.
Romam eius hæreses afferuntur, 1.to.49.a.b
Paulam Origenista quidam aggreditur, 79.b
Hieronymus eum confutat, 79.b
Damnatus & à mentibus expulsiis nunciatur,
1.tom.194.a.298.b.299.a.b.300.a.303.a.
Vrbe pellendos Origenistas Imperatores re-
scribunt, 2.tom.235.a

Arrij patet Origenes fuit, & multarum hære-
sum origo, 209.b.229.b
Vt Pelagianæ, 265.a
Tyri obiit, annis c. l. à tempore quo Hiero-
nymus scribebat, 2.tom.230.b
Orionus vir quidam, 1.tom.110.b
Ornatus corporis non quærendus, 1.to.68.a
In mulieribus mundi quis sit, 22.b
Sumptuosus & nimis taxatur, 18.a.b.25.a
30.b.65.b.
Ornabantur olim, & vnguebantur mulieres, &
post sex menses Regum iungebantur ample-
xibus, 3.tom.456.a
Orpheus, 1.tom.0.
Osanna quid significet, 3.tom. epist.145.
Osculum capiti præbebatur, 2.tom.179.b
Et manibus ab adoratoribus, 237.a
Hieronymi vt presbyteri manus osculabatur,
331.b.
Pro veneratione osculum ponitur, 237.a
Et Dei osculum pro incarnatione Christi,
3.tom.408.b.
Osee propheta, 3.tom.349.a
Eius scortum quid signet, 1.tom.35.b
Otiosus semper in desideris est, 1.tom.14.a
Verbum otiosum puniunt, 31.a
Oves bis in anno parere, 3.to.463.a
Ouum caro liquida est, 2.tom.169.a
Oza percussit, 1.tom.60.a
Ratio, 104.a
Ozias Rex, 3.tom.399.b.400.a
Azarias idem vocatus est, 2.to.137.a
P.
Pacianus episcopus Barcelonenis, 1.tom.0.
130.b.
Pachunius abbas, 1.tom.48.b
Paganos libros non esse legendos, 1.tom.62.b
Paleas cum tritico hic semper immixtas, 2.to-
mo 271.b.
Palaestinarum auctores primi, 3.to.455.a
Mare habent ab occidente, 456.a
Sub Cæsariensi Metropolitanatu sunt, 2.to-
mo 222.b.223.a.
Palinodiam canere, 2.tom.230.b.234.a.
313.b.320.b.321.b.
Pallurus spinæ genus, 2.tom.289.a
Palladius Galata Origenista, 2.to.212.a
Hieronymi taxat de Hebræica versione, 268.b
Pallium Ægyptiæ & Eliæ quid, 1.to.90.a
Mysticè res mundi significat, 1.to.91.a
Palmarum consul, 1.tom.66.b
Paludamentum, 1.tom.26.b.91.b.105.a
Pambo abbas, 1.tom.63.a
Pammachij virtus, & laus, 1.tom.69.b.
70.a. & inde, 90.a.
Eius opera Iouinianus Romæ damnatur, 2.
tom.180.a.
Pamphilus presbyter Martyr, 1.to.128.b
Eius Bibliotheca, 3.tom.120.a.398.b
Apologia pro Origene secundum Rufinum,
2.tom.227.b.
Eusebij cam esse Hieronymus detegit, 2.tom.
231.a.234.a.248.a.257.b.
Eius vitam tribus voluminibus Eusebius scri-
psit, 2.tom.234.a.254.b
Ipse nihil operis reliquit, præter epistolas ad a-
micos, 231.a.234.a.254.b
Maximam cum Eusebio amicitiam habuit, ita
vt ab eo ille sit cognominatus, 231.a.b
Martyrio coronatus est, 234.a.255.a
Citatur inter cæteros scriptores, 310.a
Pampini pro verbis, 1.tom.13.a
Panegyricus, 3.tom.346.b
Panegyricus, 1.tom.89.b
Eum canentes, verba vertunt ad illos quos lau-
dant, 3.tom.395.a
Panis & aqua ad victum satis, 2.to.168.a
Cibarius quis, 1.tom.7.a
Propositionis panes, 3.tom.366.a
Doloris panis quis, 399.a
Triticæ vel hordeacei mysticè, 356.a
Ponitur pro scriptura, 359.b
Hilarion benedicti, & porrigit, 1.tom.113.a
Quotidianus, seu superfluentialis, corpus
Christi est, 2.tom.297.a
Pannonij populi, 1.tom.36.b
Panthæus eccl. scriptor, 1.tom.124.b
2.tom.310.a.

Panthea Abradotis vxor, 2.tom.160.b
παυροῦ, 3.tom.452.b
Papa, i. Rom. Pont. super corpora Petri & Pauli
missas celebrat, 2.tom.191.a
Damasum, quid credere debeat, Hieronymus
interrogat, epist.57.58.
Oriens & Occidens eum consulunt, 1.to.34.b
Episcopi totius orbis ad eum fidei causa Im-
perialibus litteris coguntur, 73.b
Inter quos fuit Paulinus, & Epiphanius, ibid.
Athanastus & Petrus Alexandrini quasi ad
tutissimum communionis suæ portum eò
confugiunt, 48.b
Cyprianus acta suæ Syn. ad eum mittit, 2.to-
mo 203.a.
Est enim ibi cathedra Petri, super quem ædifi-
cata Ecclesia est, 2.tom.195.a
Ibique tantum incorrupta Patrũ seruatur hæ-
reditas, ibidem
Reliqua vide infra, Petrus & Roma.
Paphus Cypri vrbs, 1.tom.115.a.b
Papias Ioan. Euangelistæ auditor, 1.to.123.a.
83.a.
Papillatus corymbus, 1.tom.70.a
Papinianus Iurifconsultus, 1.tom.84.b
Papius sanctus, 1.tom.125.b
Papius Rom. de Samnitibus triumphat, 1.
tom.87.a.
Papistæ & Iasonis altercatio, 3.to.451.b
Parabola quid sit, & vnde dicatur, 3.to.428.a.b
Paracleti, i. consolatoris nomen toti conuenit
Trinitati, 3.tom.420.b
Paradisus quando formatus, 3.tom.452.a
Verè in terra est, & veras arbores & aquas ha-
bet, 2.tom.210.a.b
Eius pigmenta per Gangem deuehuntur, 1a
tom.12.b.
Differt à celo, & ita Paulus ponit, 2.to.210.b
Origenes quòd allegoricè illum fumar repre-
henditur, 210.a.213.b
παυροῦ ἀποκάλυψις, 1.tom.83.a
παυροῦ ἀποκάλυψις, 3.tom.385.b
Parcæ καὶ ἀντιπαρὰ διδασκ., quòd minimè par-
cant, 2.tom.332.b.3.to.362.a
Paralipomenon liber, scripturæ *παραπομπῆς*, 3.to-
mo 339.b.
Parentes quatenus honorandi, 3.to.365.a.b
Post Christum amandi, & honorandi, 1.to-
mo 1.b.3.tom.441.b.442.a
Post Deum diligendi, 1.tom.29.b
Monachis an eos videre expediat, 1.tom.13.a
παρεργον, 2.tom.300.b
Paretonium Libyæ vrbs, 1.tom.114.a
Parochia in aliena ordinari quis non potest,
2.tom.226.b.
Parricidis Solon supplicium cur non statuit,
3.tom.430.a.
Paruo contentum esse grandis animæ est exul-
tatio, 2.tom.168.b
Paschatis ratio, epist.31. vide nostra scholia.
Eius circuli, & canones, 1.tom.127.a
Vigilia, & vigilia ieiunium, 2.to.191.b.327.a
Cur cum amaritudinibus & azymis comedere-
tur, 1.tom.375.b.2.tom.276.a
Quæstiones de eo, 1.tom.127.a
Qui id cum Iudæis celebrarent, 125.b
Palsphæ, 2.tom.162.b
Pastoris liber, 1.tom.121.b
Pastores vbi essent, quando apparuit illis ange-
lus, 1.tom.75.a
Patella dignum operculũ, Prou. 1.to.49.b.95.a
Pater noster, exponitur, 2.tom.297.a
Pater familias mysticè, 1.tom.22.a
Pater Diabolus nobis erat antequam Christo
renasceremur, 1.tom.55.b.3.to.397.a
Paterius rhetor, 3.tom.415.a
Paternitas, *πατρική* quid, 2.tom.137.a
Patientia persecutiones vincendæ, 1.tom.71/b
Patræ Achaia vrbs, 1.tom.119.b
πατρις, 2.tom.137.b
Patria neminem habet prophetam acceptũ, nec
monachum perfectum, 1.tom.2.b
Patriarchæ xij. vbi sepulti, 1.tom.76.a.2.to-
mo 335.b.
Montanitarum Patriarchæ, 2.to.193.b
Reuelationes nomine Patriarcharum apocry-
phæ, 2.tom.191.a
Paulæ Rom. matronæ vita, mors, & gesta omnia
b b late ex-

I N D E X.

late explicantur, epist. 17
 ipsi & Eustochium filialaudantur, 1. tomo
 72. a. b.
 Eorum maiores recensentur, 29. a. b.
 Marcella fuit amica, 48. b.
 Quinque liberos habuit, 73. b.
 Romam deserit, & Hierosolymam pergit,
 73. b. 74. a.
 Melania cum ea proficiscitur, 2. tom. 230. b.
 Et sancta in Christo mors, 1. tom. 80. b. 81. a.
 Paula iunior, Paulæ iam dictæ ex Toxicio filio
 neptis, 1. tom. 17. a. 80. b. 2. to. 304. a.
 Paulina Pammachij vxor, & eius vita, 1. to-
 mo 70. a. b.
 Paulinus presbyter, qui postea Nolæ fuit epis-
 copus, salutatur, & laudatur, epist. 13.
 Ad sanctiorem monachorum vitam, & ad sa-
 crarum litterarum cognitionem hortatur ead-
 em epist. & epist. 103.
 Scribit librum pro Theodosio, 1. to. 40. b.
 Vigilantium, si tamen idem est, Hieronymo
 commendat, 2. tom. 301. b.
 Eius creditur epist. 14. qua Celantia matrona
 doctæ sanctæque instruitur.
 Deo se ipsum obtrahit, 1. tom. 90. a.
 Paulinus, Antiochiæ episcopus, in Antiochena
 disensione se Rom. Ecclesiæ hære dicit,
 2. tom. 195. b.
 Hieronymus nec eum, nec Melesium, Vita-
 lemque agnoscit, quousque à Rom. Pontifice
 doceatur cui communicare Antiochia de-
 beat, 195. a.
 Eius postea fruitur communione, 2. to. 257. b.
 Ordinatur Hieronymum presbyterum, ordina-
 tumque Antiochiæ tenet, 224. a. b.
 Venit Romam cum Epiphano, & Hierony-
 mo, 1. tom. 49. a. 73. b.
 Arrianorum & Eunomianorum tempore so-
 lus ipse & Athanasius in Orientæ Catholicam
 defendunt fidem, 2. tom. 213. a.
 De eus ab episcopatu, vt ab aliis scribitur, eiec-
 tionem, latenter sub Pauli nomine tractari
 existimo, 2. tom. 256. a.
 Paulinianus frater, S. Hieronymi ex vrbe Ro-
 ma adulescens cum Hieronymo Hierosoly-
 mam pergit, 2. tom. 257. b.
 Mittitur in patriam ad vendendas paternas
 res, 1. tom. 72. b.
 Et Italiam ad nauigat, 2. tom. 258. a.
 Ordinatur inuitus tæro ore, ne clamaret, Dia-
 conus primus, mox presbyter, ab Epiphano
 Salaminiæ episcopo, 209. a.
 Ex hac ordinatione inter Ioan. Hierosolymitan-
 um episcopum, & Epiphanium magna
 oritur discordia, quod Ioan. in sua dicece il-
 lum diceret ordinatum, 225. b. 226. a.
 De qua ordinatione tractatur etiam, 214. b.
 224. b.
 Ioan. excommunicat eos qui hunc pro pres-
 bytero recipiunt, 224. a. b.
 Ingressus Ecclesiæ sic Hieronymo, & aliis pro-
 hibetur, ibidem
 Quiescit in cella, & clericatus honorem onus
 existimat, 226. a.
 Cypri versatur, subiectus episcopo, interdum-
 que Bethlehem inuisit, 224. a.
 Refert Hieronymo quæ in eius Commentariis
 ad Ephesios Rufinus taxat, 230. a.
 Salutatur ab Augustino, 320. b.
 Ipseque rursus illum resalutat, 321. a.
 Paulus Apostolus, eiusque vita, & scripta, 1.
 tomo 120. b.
 Execratur vt plus videat, 2. tom. 195. b.
 Virgo fuit, 1. tom. 59. b.
 Eius doctrina, & eloquentia quanta, 2. to-
 mo 236. a.
 Et in disputando, & aduersarios vincendi ars,
 183. a. b.
 Tonitrua potius quam verba emitit, ibid.
 Tito interprete Græca in lingua ob fidei my-
 steria aptius explicada vitur, licet linguarum
 omnium gratiam habeat, 3. tom. 422. a.
 Minus etiam Latine ea explicat, & vt Calices
 interdum loquitur, 432. a. b.

Artis Grammaticæ imperitus est, 433. b.
 Sensum & scripturæ transfert, non verbum è
 verbo, 2. tom. 335. a. b.
 Poëtarum vitur testimoniiis, 1. tom. 12. b.
 2. tom. 309. a. b.
 Multa legalia nolens obseruat, 147. a. b.
 Et legis cerimonias inuitus, 317. a. b.
 Non simulat Petrum reprehendendo, vt scri-
 bit contra Hieronymum Augustinus, 311.
 b. 312. a. b. 313. a. b.
 Hieronymus se hac de re defendit, epist. 89.
 Ex persona peccatoris, seu humani generis di-
 cit, Non quod volo bonum hoc ago, &c.
 2. tom. 281. a. b.
 Cur datus sit ei stimulus carnis, 1. to. 67. b.
 68. a.
 Cur corpus suum castiget, 45. a.
 Romæ sibi ipsi hospitium cõducit, 2. to. 317. a.
 Ibi vincit quatuor scribit epistolas, 238. a.
 Scit se moriturum, non viuum rapiendum in
 cælum, vt quidam putabant, 3. to. 446. a. b.
 Paulus primus eremita, & eius vita, 1. tomo
 106. a. & inde.
 Mittitur hæc vita Paulo Concordiensis, 55. a.
 Paulus Concordiensis senex, 1. to. 55. a. 126. a.
 Paulus Samofatenus Antiochiæ Episcopus he-
 reticus, & eius scripta, 1. tom. 123. a.
 In nomine Trinitatis non baptizat, propterea
 eius discipuli rebaptizantur à Nicæna Syno-
 do, 2. tom. 204. a.
 Paulus quidam à sacerdotio eiectus, 2. tomo
 256. a.
 Vide Paulinus.
 Paulus Emilius inter exequias filiorum trium-
 phat, 1. tom. 9. a.
 Pauonis simus podagra vtilis, 2. to. 166. a.
 Pauperes ad templorum fores elemosynas pe-
 tunt, 1. tom. 63. a.
 Res pauperum dare non pauperibus, pars sa-
 crilegij est, 71. a.
 Paupertas Monialium, 78. b.
 Eius vocum, 2. a. b.
 Pax querenda & retinenda, 1. tom. 14. b.
 Cum Christianis necessaria, 2. tom. 225. a. b.
 Oprari potest, sed non haberi, 225. a.
 Paxamus helluo, 2. tom. 159. b.
 Peccata secundum stoicos paria, 2. to. 273. b.
 274. a.
 Quæ opinio improbat, 172. b.
 Leuia enim à grauibis differunt, 177. a.
 Consensu fit peccatum, 277. b.
 Originale in omnibus regnat, 298. a.
 Quod habitat in nobis, concupiscentia est, 3.
 tom. 430. b. 431. a.
 Peccatis, Christo excepto, nemo caruit, 431. a.
 Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli illis obno-
 xij, 1. tom. 98. a. b. 102. b. 2. to. 271. b.
 Ea in Deum referre Phariseorum est, 2. tom.
 290. b.
 Peccare non posse, quod impossibile est, qui-
 busdam secundum Origenem facile, 268. a. b.
 Etiam si velimus, nos non posse esse sine pec-
 cato, contra Pelagianos probatur, 264. a. b.
 265. a. b. 268. b. & inde.
 Differt peccatum ab impietate, 276. b.
 Etiam minima cauenda sunt, 1. tom. 42. a.
 Paula leuia multum plangit, 76. b.
 An leue iure dici possit, quod in Deum admit-
 titur, dubium, 42. a.
 Maiora sanctæ quæ sub virtutum signis latent,
 42. a.
 Peccatum libidinis in corpus, cetera extra cor-
 pus fieri, quo modo dicatur, 3. to. 411. b.
 412. a.
 Sancti in peccatorum persona interdum loquunt-
 ur, 431. a.
 Etiam post baptismum peccari posse cõtra Pel-
 agianos probatur, 2. tom. 163. b. 164. a.
 In cibo & vestitu simpliciter nõ est peccatum,
 173. a.
 Peccantes hic non affligi, magna Dei ira est,
 1. tom. 88. b.
 Eos non flagellari Dauid conqueritur, 1. to-
 mo 101. b. 102. a.
 Non desperent peccatores sed resurgant, 3.
 tom. 362. b.
 Nam etiam post baptismum peccantes salua-
 ri posse, contra Iouinianum probatur,

2. tomo 163. b. 164. a.
 Pectus manibus in orando percutitur, 2. to-
 mo 200. b.
 Hostiæ pectus mundam cogitationem signifi-
 cat, 3. tom. 364. b.
 Pecunia sermonem monachus vitet, 1. to. 40. a.
 Furtim cudi solebat, 106. b.
 Peduth 7777 redemptio, 3. tom. 405. a.
 Pelagiana hæresis ab Origene fluxit, & Iouin-
 niano consentit, 2. tom. 265. a.
 Iouiniani enim hæresim Pelagius suscitauit,
 268. b.
 Quæ fuerit, vide in nostro argumento, 2. to-
 mo 263. a. b.
 Opiniones multæ Pelagij recensentur, 275.
 b. 276. a. b. 277. a. 296. b.
 Phariseo se iactante Pelagianus peior est,
 296. b. 297. a. b.
 In feminis legis scientiam requirit Pelagius,
 276. a.
 Blasphemias suas non propalat, 268. a.
 Hieronymus omnes eius hæreses confutat e-
 pistola vna, & tribus libris, 2. to. 263. b.
 & inde.
 Pellibus & ciliciis tabernaculum tegitur, 2.
 tom. 249. a.
 Pro peccatis mysticè pellis sumitur, 3. tomo
 353. b.
 Quæ colubri est, auribus prodest, 2. to. 166. a.
 Pelusianus monachus, 1. tom. 113. b.
 Pelusium vrbis Ægypti, 1. tom. 113. a.
 Pelusiotæ cepe non comedunt, 2. tom. 167. a.
 Pro terreno, & hebere ponitur, 216. b. 230. b.
 Penelope pudicitiam Homerus cantat, 2. to-
 mo 160. b.
 Pentapolis Palæstina, 1. tom. 76. a. 2. to-
 mo 174. b. 3. tom. 371. a.
 Pentateuchi Moyse auctor, & Ezras instaura-
 tor, 2. tom. 135. a.
 Pentecostes & Spiritus sancti mysterium expli-
 catur, 3. tom. 419. b.
 πεπρω, 1. tom. 61. b.
 Pepusa Phrygiæ, 2. tom. 193. b.
 Pera Apostolis prohibita diuitiæ sunt, 1. to-
 mo 66. b.
 περπατος, id est transitor, Hebræus, 3. to. 361. b.
 & 456. b.
 περπατος, 3. tom. 361. b.
 Perdullis, 2. tom. 256. b. 3. to. 393. a.
 Peregrinationes quorundam philosophorum
 discendi causa susceptæ referuntur, 3. to-
 mo 337. a.
 Perfectus quis, & an possit esse in patria, 1. to-
 mo 2. a. b.
 Quo modo quis possit esse, ex Christi verbis
 docet, 3. tom. 415. a. b. 416. a.
 Quæ vrbes sanctorum virorum, 431. a.
 Absolutam perfectionem nemo habet, 2. to-
 mo 272. b. 273. a.
 In carne imperfecta perfectio est, 272. a.
 Perfectus quis dicitur, quod perfectum Deum
 sequatur, non quod cunctas virtutes perfectè
 habeat, 279. b.
 Omnes habere perfectiones Christi sciam est,
 275. a.
 Duobus igitur modis perfectio sumitur, dua-
 que sunt perfectiones, 272. b.
 Omnia relinquat perfectio, 1. to. 89. b.
 Perfluere, 2. tom. 152. a.
 Pergamus diues quidam, 1. tom. 113. b.
 Pergamenæ membranæ, 1. tom. 94. b.
 Pericles Atheniensis, 1. tom. 8. b.
 Perifition Platonis mater, 2. tom. 160. a.
 Pericula vitanda, 1. tom. 99. b.
 Periculosa semper est vita mortalium, 56. a.
 Perinthus, id est Heraclea vrbs, 3. tom. 444. a.
 περιόδοι Pauli & Theclæ, 1. tom. 121. a.
 2. tom. 151. a.
 Peripareticorum sententia, 2. tom. 283. a.
 περιερεται, ibidem
 περισευλη, 3. tom. 366. a.
 περιουλογία, 2. tom. 253. b.
 περιζωμια, 2. tom. 332. a.
 Permittere & velle, differunt, 1. tom. 143. a.
 Perferre pro Deo Romæ colitur, 1. tom. 17. b.
 Perferum victus, 2. tom. 169. a.
 Persecutionem Christianus semper patitur,
 1. tom. 1. b.

I N D E X.

Perfuerare paucorum est, 2.tom.155.b
 Peritus poeta citatur, 2.to.184.b. 236.
 a.245.b. 320.b. 332.b.
 Personam mutamus secundum peccata, 1.to.53.b
 Perturbationes in nobis quatuorquæ, 2. to-
 mo.288.a.
 Eis carere non possunt homines, 287.a.
 Nec contrarij in nobis possunt, 263.b
 Moderari possunt, amputari nequaquam,
 1.tom.24.a.
 Petra pro Prophetis & Apostolis, 3.to.419.a
 Petrus Apostolus, eius vita, & scripta, 1.tom.
 119.a.
 Apostolorum princeps est, & in eo Ecclesia
 fundatur, 2.tom.193.b.195.a.271.b
 Christi enim Petra ipse est, 142.b
 Eius auctoritate Paulus magni facit, 316.a.b
 Vincula coniugalia experitur, 147.b
 Vxorem enim habet & filiam, 151.a.b
 Eam ad Christum conuerteret relinquit, 150.b.
 1.tom.90.a.
 Fide super mare ambulat, qua dubitante sub-
 mergi incipit, 2.tom.222.b
 Verè Christum negat, 3.tom.414.b
 Larymæ eum in suum locum restituit, 1.
 tom.92.b.
 Non ignorat legem post Euangelium seruandam
 non esse, immo eius lententia primus est
 auctor, 2.tom.316.a.b
 Timore tamen ad obseruandæ legis simula-
 tionem compellitur, 317.a
 Et gentes exemplo cogit Iudaizare, 313.a.b
 Antequam Apostolicum id, vt creditur,
 facit, 326.b
 A Paulo reprehenditur, verè, nõ simulatorè,
 secundum Augustinum, 324.b. & inde
 per totum.
 Romæ cum Philone Hebræo loquitur, 1.tom.
 121.b.122.a.
 Dictat, & Marcus Euangelium scribit, 3.to-
 mo.422.a.
 Eum enim pro interprete habuit, ibid.
 Stylo inter se Epistolæ eius propterea differunt,
 quòd diuersis vsus sit interpretibus, ibid.
 Secunda eius à Hieronymo citatur, 2.tom.
 158.b.
 Eius corpus, sicut & Pauli, Romæ cubat, 2.
 tom.191.a.
 De eius Basilica, quæ est Romæ, 1.to.63.a
 114.b.
 Petrus Alexandrinus, 2.tom.302.b
 Romam quasi ad tutissimum cõmunionis sue
 portum venit, 1.tom.48.b
 Phalarica lanceæ genus, 2.tom.317.b
 Phantasma nocturnum, 2.tom.192.a
 Christi corpus post resurrectionem phantasma
 non fuit, 221.b
 Phanael פנאול vultus, seu facies Dei, 1.tom.
 32.a.2.tom.294.b.
 Pharaon פרהאון desertum, 3.to.359.b.361.b
 Pharaon quo modo induratus dicatur, 3. to-
 mo.421.a.b.
 Expectatus est à Deo ad pœnitentiam, 1. to-
 mo.101.b.
 Verus Pharaon diabolus est, 12.b
 Pares פרהאון Iudæ filius, 1.tom.4.b
 Pharisæi, 1. diuisi, nõ conueniunt cum Iudæis,
 2.tom.203.a.
 Eorum traditiones, 3.tom.433.b
 פרהאון דאנאון, 2.tom.232.a
 Pharnabazus qui Alcibiadè suscepit, 2.160.b
 Phasphid id est transitus, 3.tom.356.a
 Phasga mons, & eius mysterium, 3.tom.363.a
 Phasis fluiuius, 1.tom.119.b
 Phasis auis, 1.tom.28.a.71.a
 Phegor פהגור locus, & membrum genitale, 2.
 tom.149.a.
 פהגור, 3.tom.449.b
 Phi hachiroth פיהחירוף, 3.tom.357.a
 Phidonis filia te præcipitant, 2.tom.159.b
 פהידון פהידון, 3.tom.412.b
 Phileas ecclesiasticus scriptor, 1.tom.128.b
 פהילאס, 3.tom.460.b
 פהילאס, 3.tom.354.a
 Philippus Apostolus vnus è XII. 1.to.120.a
 Eius filia tres, quarum duæ virgines, 125.b
 Philippus Diaconus vnus ex septem, qui qua-
 tuor virgines & prophanter filias habuit, vt

legimus Act.21. 2.tom.157.b
 Cælaræ, eius, & filiarum cubacula Paula in-
 uisit, 1.tom.74.a
 Philippus Cretenensis Episcopus, 1.tom.124.a
 Philippus primus Imp. Christianus, 1. tomo
 126.b.
 Philippus Macedo ab vxore excluditur, 2. to-
 mo.162.a.
 Philistion mimographus, 2.tom.247.a
 Philo Iudæus, eius vita, & scripta, 1.tom.121.b
 64.a
 Platonici sermonis est imitator, 2.tom.169.a
 Scribit librum de Essenis, 2.tom.169.a
 Veluti in laudem suæ gentis, cum tamè Chri-
 stiani essent quos laudat, 1.tom.121.a
 Citatur, 2.tom.160.a
 Philo Episcopus pro fide à Constantio relega-
 tus exulat: Hilarion eum inuisit, 1.to.113.a
 Philo alter, Epiphanijs synchronos, Episcopus
 Cypri, 2.tom.209.a
 Philoistor φιλοιστορ, 3.tom.0.
 Philolarca φιλολαρκα, id est carnis amatores,
 2.tom.218.a.
 Philomene mulier, Apellis hæretici comes, 2.
 tom.265.a.
 φιλοπονηται, 3.tom.451.a
 φιλοφωλια, 1.tom.131.a
 Philosophia mortis est meditatio, 1.to.100.b
 49.a.2.tom.261.b.
 Philosophus gloriæ animal, & popularis auræ
 seu rumorum venale mancipium, 1. tomo
 71.b.90.a.
 Virtutes qui amatint, & qui voluptates, 2.
 tom.141.a.
 Qui discendi causa peregrinati sint, 3. tomo
 337.a.b.
 Eorum doctrinis qui sancti suos libros reple-
 uerint, 2.tom.309.b.310.a
 An sint legendi, & quo modo, 3.tom.408.a
 Vani sunt, & falsis plerumque confidunt, 2.
 tom.293.a.
 Patriarchæ hæreticorum sunt, 264.a
 Quidam sua manu cuncta sibi fabrefacit, 1,
 tom.10.b.
 Philostratus, qui Apollonij vitam scripsit,
 3.tom.337.a.
 Phinees in præmium quid acceperit, 3.tom.
 363.b. & seq.
 Phirmilianus Cæsareæ episcopus, 1.to.126.b
 Phison, id est Ganges fluiuius, 3.tom.452.a
 Phlegon historicus, 3.tom.454.b
 φοβερδς, 3.tom.383.b
 Photinus hæreticus, 1.tom.130.b. 2. tom.
 213.a.
 Photinus martyr, 2.tom.310.a
 Phunon castrametatio filiorum Israël, 3. to-
 mo.362.b.
 Phut à quo Libya origo, 3.tom.454.b
 Piceni Episcopus Claudius, 2.to.201.a
 Picra πικρα medicamenti genus, 3.tom.357.b
 424.a.
 πικρως, 2.tom.166.b
 Pierius presbyter scriptor, 1.tom.128.b
 2.tom.188.a.
 Pietas in suos nimia, impietas in Deum est,
 1.tom.69.a.
 Pygmalion Didus frater, 2.to.160.a.169.a
 Pindarus poeta, 3.tom.346.a
 Pinytus Episcopus, 1.tom.124.a
 Pipizo, 1.tom.61.b
 Pyracium succus è pyris, 2.tom.166.a
 Pyrrhus quidam, è quo se venisse Pythagoras a-
 iebat, 2.tom.261.b
 Pyrrhus Epirotarum Rex, 1.tom.365.b. 2.
 tom.333.a.
 Pissistratus, 3.tom.398.b
 Pisonianum vitium, 2.tom.305.b
 Pythagoras memphiticus vates adit, 3. to.337.a
 Filium & filiam virginem habet, 2.to.160.a
 262.a.
 Animas è cælo lapsas ait, 3.tom.420.b
 Et immortales primus prædicat, 2.to.261.b
 μετεμψωσιν ponit, 205.a.206.a.261.b
 Discipuli doctrinam eius sequuntur, non dif-
 ciantur, 3.tom.448.b
 An eius vilis extet liber, 2.tom.261.a
 Aurea præcepta, & discipuli eius, 261.b
 Carmina, Symbola, seu ænigmata, 261.b
 Sententia de abstinentia, 166.a

Littera quæ Pythagoræ dicitur, 1.tom.184.
 b.72.a.
 Pythagorei solitudines perunt, 2.tom.167.b
 Pythagoras alter Spartiata, à quo Numam edo-
 ctum scribit Plutarchus, 2. tom.280.a
 Placitus magnus in funere Stephani primi mar-
 tyris sit, 1.tom.68.a
 Ninius in funere reprehenditur, 69.a
 Ponitur mysticè pro pœnitentia, 96.a
 Platææ Christi sponsum non habent, 1.to.60.b
 Plato Ægyptum, & magnam Græciam petit,
 3.tom.337.a.
 Discit multa in magna Græcia, & socios ibi
 habet, 2.tom.262.a
 Matrem habet, quæ ab Apolline oppressa di-
 citur: habet & nepotem, 161.b
 Eius thorum lutatis pedibus calcatur Diogen-
 es, 167.b
 Alterum Deum credit, 3.tom.341.a.451.b
 De animabus id ipsum quod Origenes asserit,
 è cælo scilicet lapsas, 1.tom.216.b
 Moritur anno 81. adhuc scribens, 4.a
 Damnatus est, & vt stultus reputatur, 1. to-
 mo.3.b.
 Plautum legit Hieronymus & vupular, 1. to-
 mo.62.a.
 Citatur, 2.tom.140.a.231.b
 Et nominatum Amphitryon, 192.a
 Plautinum sal, pro dicacitate, 235.a
 Plautina familia pro dicaci, 185.b.186.b
 Plinius secundus de quibus scribat, 2.to.166.a
 Citatur, 3.tom.344.a
 Pluraliter vnum, & singulari numero plura in-
 terdum scriptura vocat, 2.tom.176.b
 πνευματοφωλια, 2.tom.186.b
 Podagræ quid vile, 2.tom.166.a
 Ex ea quo modo quidam conualuerint, 168.b
 ποδιφωλια, 3.tom.366.b
 Poena bicillata in alio sæculo non repetitur,
 3.tom.351.b.
 Alius pro alio hic punitur, 2.tom.279.b
 Pœnitentia baptismum imitatur, 2.tom.278.a
 Secunda post naufragium miseris tabula est,
 1.tom.23.a.
 Ex sanguine Christi mundat peccata, 2. to-
 mo.283.b.
 Ad eam Ioan. in Apocalypsi ecclesias Agnæ
 hortatur, 165.a.203.a
 Et Hieronymus diaconum quendam, epist.48
 Quanta sit eius vis, & quantum Deus pecca-
 tores ad eam vocet, epist.48
 Deum iratum placat, 1.tom.58.a.b
 Publicè Fabiolam eam agit, ibid.
 Montanus & Nouatus pœnitentes non recipi-
 unt, 2.tom.164.a.b.193.b
 πωλαππασωλια, 2.tom.175.b
 Poetæ an & quo modo legendi, 3.tom.408.a
 Eorum carmina Dæmonum eibus, ibidem
 Et virulentia Ægyptiorum, 359.b
 Paulus Apostolus eos citat, 2.tom.143.b
 Polemon, 1.tom.131.a
 Polycarpus martyr Ioan. auditor, 1.tom.123.a
 Smyrnæ cubat, 125.b
 Eius libri, 1.tom.83.a
 Polycrates Ephesiorum episcopus, 1.to.125.b
 Pompatica fercula, 1.tom.94.a
 Pompeius de Ponti gentibus triumphat, 1. to-
 mo.87.a.
 Pompeiopolis, 2.tom.190.a
 Pontifex ad funus filij non virginis minime ac-
 cedit: nec illa ad illius, 2.tom.148.b
 Eius in lege mysteria multa explicat, 3.tom.
 364.b.365.a.b.
 Pontius Cypriani diaconus, 1.tom.128.a
 Populorum variorum varij recensentur cibi,
 2.tom.166.b.167.a.
 Porcia Bruti vxor, 2.tom.161.a.163.a
 Porcos cur Christus obrui à demonibus per-
 miserit, 1.tom.112.a
 Porphyrius rabidus in Christu canis, 1.to.119.a
 Christianorum miracula dæmonum prestigias
 vocat, 2.tom.192.a
 Christum inconstantiæ imperitissimè arguit,
 286.b.
 Petri & Pauli contentionem falsè taxat, 316.a
 317.b.318.b.
 Petrus de morte Ananiæ iniuste reprehendit,
 1.tom.24.a.

I N D E X.

- Euangelistas falsitatis errans accusat, 2. tomo 335. a.
- Et quod lacum mare vocauerit, nesciens sic à scriptura vocari, 3. tom. 452. a.
- Contra Danielis librum multa mentitur, 349. a. 2. tom. 251. a.
- Nobis obicit, quod Deus in ignorantia siue-rit manere mundum vsque ad Christum, 2. tom. 266. b.
- Methodius, Eusebius, & Apollinarius ei copiose responderunt, 1. tom. 129. a. 2. tom. 183. a.
- Methodius decem millibus versuum, Eusebius libris 25, Apollinarius 30. 2. to. 309. b.
- Fertissimi libri sunt quos Apollinarius scripsit, & egregia volumina, 2. tom. 228. b. 229. a. 230. a.
- Posidonius, 1. tom. 8. b.
- Posse esse & non esse, & posse esse quod non-quam fuit, discutitur, 2. to. 275. b. 292. b.
- Possessionum cura Christi seruitio impedimen-tum est, 1. tom. 82. b.
- Postliminium, 1. tom. 116. b.
- Potestates in Angelis, 2. tom. 176. a.
- Pothynus Lugdunensis Episcopus Martyr, 1. tom. 124. b.
- Potiri quid significet, 2. tom. 242. a.
- Rufinus quod potiri ignibus dixerit, repre-henditur, ibidem.
- Præceptorum duo sunt genera, faciendi & non faciendi, 1. tom. 42. a.
- An facilia sint, 2. tom. 266. a.
- Possibilia an impossibilia, 274. a. b. & inde. Licet possibilia sint, non tamen omnia imple-ri, 275. b.
- Nostra culpa est, vt non seruentur, vel facilia non sint, 284. a. & inde per to-tum librum.
- Noæ legis præcepta veteris comparatione leuia dicuntur, 282. b.
- Seruanda sunt omnia, 1. tom. 42. a.
- Qui minima contemnit, paulatim decedit, 1. tom. 42. a.
- Maiores præcepta leges Apostolicæ cen-senda sunt, 83. a.
- Prædestinatur quis non quia sit sanctus, sed vt sit sanctus, 2. tom. 237. b. 238. a.
- Prædestinationis materia tractatur, 3. tomo 420. b. quæst. decima per rotam, 1. tomo 47. a. b.
- Prædia ementes clerici, monachique taxantur, 1. tom. 21. b.
- Prægnantes mysticè quid, 3. to. 426. b.
- Præmia diuersa beatorum ex diuersis meritis esse probatur, contra Iouinianum, 2. tom. 175. b. 178. a. & inde.
- Præputium, & præputiorum in vnum coacer-uatio apud Iosue quid, 2. tom. 148. b.
- Pro nuptiis ponitur præputium, 144. a. 1. tom. 37. b.
- Præcius futurorum Deus quosdam eligit, 1. tom. 47. a. b.
- Eius præscientia neminem ad peccatum im-pellit, 2. tom. 293. b.
- Cur creet, quos malos futuros prævidet, ibid.
- Præsentia id est cellula, 1. tom. 63. b.
- Præsidius diaconus, 2. to. 324. a. 331. a.
- Præstigiæ theatrales, 2. tom. 212. b. 295. b.
- Præsumptio pessimum cuique præceptor, 1. tom. 25. a.
- Prætextata nobilis femina, 1. tom. 18. a.
- Prætextatus Consul designatus quid Damasô diceret, 2. tom. 214. a.
- Prætor, 1. tom. 49. a.
- Presbyter & Episcopus olim idem, 2. tomo 306. a. 310. b. 311. a.
- Continentur in Episcopo presbyteri, & filio-rum Aaron locum tenent, 311. a. 1. tom. 5. b.
- Eis detrahendum non est, 1. tom. 15. b.
- Nisi cum duobus testibus non accusantur, 2. tom. 336. b.
- Senes presbyteri interpretantur, 2. to. 226. b.
- Qua ætate ordinari possint, ibidem.
- Primogenitus etiam est omnis vnigenitus, sed non contra, 2. tom. 135. b.
- Primogeniti sacerdotes olim erant, 3. to. 335. a.
- Sis Noë primogeniti pontifices fuerunt, 456. b. 461. b.
- Ægyptiorum primogeniti philosophorum do-gmata significant, 357. a.
- Et mensis etiam conceptus primos, 1. to-mo 23. a.
- Principes duo simul esse non possunt, 1. to. 14. b.
- Principia virgo, 3. tom. epist. 140.
- Prisca, 3. tom. 348. b.
- Prisca seu Priscilla, & Maximilla hæreticæ, 1. tom. 124. a. 3. tom. 420. b.
- Nobilis & opulenta femina fuit, Montani co-mes, & per eam multos ille seduxit, 2. to-mo 265. a.
- In se Spiritum sanctum descendisse aiebant, 194. a.
- Pœnitentes non recipiebant, 3. tom. 407. a.
- Priscillianus hæreticus, 1. tom. 131. a.
- Animam ex Dei esse substantia suspicatur, & in Hispania docet, 2. tom. 304. b.
- Turpiter inuicem Priscillianistæ miscentur, 264. b.
- Sæculi gladio Priscillianus damnatur, ibid.
- Probi, Proba, & Probina, 1. tom. 20. b. 21. b.
- Probolæ, 2. tom. 246. b.
- Probus consularis, 1. tom. 37. a.
- Procopius tyrannus, 1. tom. 11. a.
- Proculus Montani lætator, 1. tom. 127. a.
- Professio sæculum relinquendum, 1. to. 22. a. b.
- Pronubans, 1. tom. 117. a.
- Prophetæ falsi, 1. tom. 28. b.
- Propheta falsi dulcia semper promittunt, 2. tom. 179. b.
- Etiã post Christum fuere prophetæ, 193. b.
- Duodecim minorum ordo, 3. tom. 349. a.
- Quidam ex dimidio prophetant, 2. to. 280. a.
- Reuelationes quædam prophetarum nomine Apocryphæ, 2. tom. 191. a.
- Protesilaus Laodamiæ vir, 2. tom. 160. b.
- Proteus, & de eo capiendæ fabula, 2. to. 275. b.
- In varias se mutat formas, 172. b.
- Eius ad Ægyptum columnæ, 257. b.
- Prudentia in malo, 2. tom. 238. b.
- Psalmi an pluribus libris diuidantur, 3. tomo 376. b. 389. a.
- Eorum sunt quorum titulum habent, ibid.
- Qui titulis carent, deputantur iis quorum ti-tuli præcesserunt, 188. b.
- Octogesima nonus cum x i. sequentibus Moyli sunt, 188. b. 2. tom. 235. a.
- Quinquagesima totam pœnitentiam pecca-toris ostendit, 1. tom. 97. b.
- Psalmi graduum x v. 1. tom. 95. a. 2. to-mo 178. b.
- Septuaginta interpretum P salterium à Hiero-nymo emendatum Roma suscipit, 2. tom. 250. b.
- Rursus ex Hebræo illud vertit, 3. tom. 376. b.
- Græci in quibus ab Hebræis differant, sigilla-tim enarrat, epist. 135.
- Multi Psalmi interpretati sunt, 2. to. 319. b.
- Monachi ad verbum discant P salterium, 1. tomo 14. a.
- Pfallendi in Ecclesia mos, 103. a.
- Qui Psalmi à litteris Alphabeti incipiant, 3. tom. 342. a.
- Pfallia, id est quæ pfallit, 1. tom. 31. a.
- Pseudomenus Syllogismus, 2. tom. 240. a.
- Ψυχὴ vnde dicta secundum Origenem, 2. to-mo 209. b.
- Psimithium fucigenus, 1. tom. 66. a.
- Publicanus peccus percucit, quasi thesauru pef-simarum cogitationum, 2. tom. 273. b.
- Etiã ex Iudeis erant publicani, non solum ex gentilibus, 3. tom. 407. a.
- Publicum virgines non adeant, 1. tom. 60. b.
- Publius Achenarum Episcopus martyr, 1. to-mo 123. a.
- Pudicitia propria mulierum virtus, 2. to. 163. a.
- Eius forma in iuenculis periculosa, 1. to-mo 28. a. b.
- Abque ieiunio tuta non est, 57. b.
- Inter epulas difficile seruat, 100. b.
- Etiã barbaris venerabilis fuit, 2. to. 166. a.
- Pudica verè est quæ cū potuisset peccare, non peccauit, 2. tom. 161. b.
- Pudicitia laudes, 162. b. 163. a.
- Puella quo modo fit instituenda, & docenda, vide epist. 7.
- Puer lactens qui occidebatur à Montanistis, 2. tom. 194. a.
- Pugnandum Christiano semper est, 1. to. 22. b.
- Pulegium apud Indos pipere pretiosius, 2. to-mo 311. a.
- Pulullius dedicans Capitolium filium sepeliri mandat, 1. tom. 9. a.
- Pupæ imagunculæ pueriles, 1. tom. 37. b.
- Purgatorium, quo animæ in alio sæculo expian-tur, ponitur, 2. tom. 276. b.
- Purpura pro mari, cuius coloris est, 3. to. 367. b.
- Purpurissum, fuci genies, quo rubicundum co-lore genis mulieres inducunt, 1. tomo 66. a. 76. b.
- Q
- Vadi populi, 1. tom. 36. b.
- Quadragesima ieiunio Christi sacrata est, 2. tom. 171. a.
- Ex Apostolorum traditione venit ad nos, 193. b.
- Vna est, & congruo anni tempore fit, 193. b.
- Montanistæ tres celebrant, ibidem.
- In ea ieiunii vela pendenda, 1. tom. 19. a.
- Cœnobitæ districtius in ea viuunt, 63. b.
- Afella sui nauigij vela in ea tendit, 47. b.
- Hieronymus ea media infirmatur, 62. b.
- Quadragesima Apostolorum discipulus, 1. tom. 123. a. 2. tom. 309. b.
- Quadrans nouissimus qui, 1. tom. 22. b.
- Quadrigrum cursus in circo, 1. tom. 111. a.
- Quadruga virtutum, 1. tom. 70. a.
- Quinquæque vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis. sententia est quæ le-ges & prophetas complectitur, 1. tom. 43. b.
- Questiones aliquæ omittendæ, 2. tom. 278. a.
- Quæti & orio Hieronymus cum suis monachis nihil præfert, 2. tom. 227. a.
- Quinque reges à Iosue victi, quinque sensus sunt, 2. tom. 149. a.
- Quinquagenarius pœnitentiæ numerus, 3. to-mo 428. b.
- Eius mysterium, 352. a. 359. a.
- Quintilianus Calagurritanus, 2. tom. 189. b.
- Citatur, 3. tom. 451. a. 462. b.
- Quis pronomen pro difficili interdū accipitur, non pro impossibili, 2. tom. 282. a. b.
- R
- Abbini quidam Iudæorum celebres, 3. to-mo 433. b.
- Rachel pro Ecclesia, 1. tom. 35. b. 59. b.
- Radix & textrina, 2. tom. 336. a.
- Raguel & Iethro idem, 2. tom. 137. a.
- Rahab meretrix, 1. tom. 4. b.
- Raham רַחַם, 3. tom. 353. a.
- Raka רַקָּה, id est vanus, 2. tom. 284. a.
- Rameles רַמְעֵל quid significet, 3. tom. 356. b.
- Raphidim רַפְדִּים, 3. tom. 358. a. b.
- Raptus Abacuc, Ezechielis, & Pauli, 3. tomo 348. b.
- Rarum plus appetitur, 2. tom. 311. a.
- Ratio omnium quæ hic eueniunt, reddi non potest, 2. tom. 199. a. b.
- Rationale, λόγικόν, sacerdotalis vestis, 3. to. 367. a. b.
- Rauenna, 2. tom. 324. a.
- Rebecca Spiritus sancti portat imaginem, & pro patientia ponitur, 3. tom. 353. b.
- Rechab filij, 1. tom. 60. a.
- Recus רַעֲוָה, 3. tom. 456. b.
- Regina mysticè quid, 3. tom. 398. a.
- Regnum. vide Rex.
- Reguli serpentes, 1. tom. 117. b. 2. to. 307. a.
- Relinquere omnia, & se ipsum, quantæ perfe-ctionis sit, 1. tom. 89. b.
- Reliquiarum sanctarū veneratio cõtra Vigilan-tium probatur, 2. to. 188. b. 189. a. b. 190. a. b.
- Martyrum sepulcra vbique veneramur, & san-ctam fauillam oculis apponentes, si liceat, etiam ore contingimus, 1. tom. 52. a.
- Eas non venerari, Eunomiana hæresis est, 2. tom. 191. a. b.
- Effossas à barbaris dolet, 1. tom. 11. b.
- Reminiscantiam doctrinæ esse, Pythagoras pri-mo asserit, 2. tom. 261. b.
- Remoboth monachorum pessimum quoddam genus, 1. tom. 63. a.
- Remorum vrbs, 1. tom. 36. b.
- Remon phares, 3. tom. 360. a.
- Repudiij Iudeis cur concessum, 2. to. 148. a. b.
- Resa רַעַסָּה, 3. tom. 360. a.
- Resurrectio

Resurrectio Christi qua hora fuerit: quo modo
 Euangelistae in ea concordēs reddantur: &
 circa ea alia multa, 3.to.417.b.418.a
 Christiani & Iob resurrectio explicatur, 339.a
 Vterque resurget iexus, 1.tom.79.b
 Corpora integra resurgunt: quod ex Christi
 resurrectione probatur, 80.a
 In Christi aetate resurgemus, ibidem
 Corporis nō carnis resurrectionem Origenes
 haereticus credit, 2.to.229.b
 Sed corporis cuiusdam spiritualis, 219.a
 Quae eius opinio explicatur, 218.a, b.219.
 a, b.222.b.241.b.242.a.
 Confutatur autem, 217.b.218.a, b.219.
 a, b. vsque ad 221.
 Marcion haereticus idem quod Origenes con-
 tracarum, & ossium resurrectionem asser-
 bat, 222.b
 Quae blasphemia ipsa etiam confutatur, ibid.
 Recta mysticē quid, 3.tom.443.a
 Retro Christiano non eundem, 1.tom.82.a
 Hoc illi non expedit, 55.b
 Reuelatione opus est ad intelligendum legem,
 3.tom.358.a.
 Multa à Deo sanctis reuelantur, 2. tomo
 243. b.
 Reuelationes quaedam Patriarcharum & pro-
 phetarum nomine apocryphae, 191.a
 Rex ab Episcopo quo modo differenter praestit,
 1.tom.11.a.
 Ornatas & vinctas mulieres post sex menses
 olim Reges admittent in concubitu, 3.tom.456.a.
 Cum filij viucentibus patribus regnant, non fili-
 lis sed patribus regnorum anni adscribun-
 tur, 375.b
 Rhetoricus Augustudunensis episcopus, 1.to-
 mo 129.a.
 Eius Commentarij, 1.tom.16.b
 Romā à Constantino contra Montenses mit-
 titur, 3.tom.376.a
 Taxantur eius quaedam interpretationes, ibid.
 Rhinocorura vrbs Aegypti, 1.to.110.b
 3.tom.371.a.
 Rhodogone filia Darij, 2.tom.160.b
 Rhodon Afsianus Eccl. scriptor, 1.tom.124.b
 Rhodensis Ciliciae Ecclesia, 1.tom.125.b
 Ridelulosum & ridiculum, 2.tom.254.b
 Riparius presbyter, 2.tom.190.a
 3.tom.444.b
 Rufus ab ore Christiano abfit, 1.to.24.a
 Crassus & Caro semel tantum in vita riserunt,
 ibidem.
 Rahoborh רחובורח id est latitudines, 1.to.50.b
 Romae nomen quid significet, 2.tom.179.b
 Parricidio dedicatur, 1.tom.14.b
 Studium celebre habet, & graue, 12.b.13.a
 Romani à Poenis caeduntur, 21.b
 A Petro super Christum fundatur, 2. tomo
 179.a.
 Blasphemiam in fronte scriptam Christi con-
 fessione delet, 179.b
 Ioannes Euangelista in dolium feruentis olei
 ibi mittitur, 151.b
 Catholicam habet fidem, 233.a
 Apostolico ore laudatam, 1.tom.181.a
 Quae semper firma ac stabilis fuit, 2. tomo
 255.a.
 Eam laudat, acconfulit Hieronymus, 194.b.
 195.a, b.
 Adeunt totius orbis episcopi, 1.tom.73.b
 Cyprianus Syn. suae acta eō mittit, 2. tomo
 203.a.
 Obsidetur à barbaris, & capitur, 1.tom.50.a
 Id Hieronymus deplorat, 36.b.38.a, b
 Eius uastatione affligitur, 2.tom.304.b
 Quod Rom. vincatur exercitus plangit, 1.to-
 mo 11.b.
 Inclinat, ac desolatur eius imperium, 3. to-
 mo 434.b.
 Sancta est in ea Ecclesia: sunt trophaea Apo-
 stolorum ac martyrum: sed ob ambitionem,
 & hominum frequentiam periculosus est lo-
 cus, 1.tom.52.b.53.b
 Presbyter ad diaconi testimonium ibi ordina-
 tur, 2.tom.311.a
 Diaconus quod praesente presbytero ibi fe-
 ceat, & benedicat priuatis cōiuijs, non pro-

bat, ibidem
 Haereticos quosdam ibi Polycarpus conuertit,
 1.tom.123.a.
 Tertullianus inuidia clericorum inde disce-
 dit, & ad Montanum declinat, 126.a
 Sabbato ibi ieiunatur, 2.tom.327.a
 Romulus & Remus è virgine nati dicuntur,
 2.tomo 160.a.
 Romuli aetas, 3.tom.400.a
 Rhomphaea flammea paradisi, 1.tom.8.b.68.a
 3.tom.445.a
 Rosa, & eius forma describitur, 1.tom.70.a
 Verecundiam rosa significat, 12.b
 Item virginicatem, 22.b
 Rosas & violas martyres habent, 81.b
 Rostra, id est suggestum in plateis Forantium,
 2.tom.267.a.
 Rubrum Mare vnde dictum, 3.tom.358.a
 Ructus mysticē in scripturis quid, 3.to.394.a
 Rudis pro virgine honorifica, 1.tom.34.b
 Rufina Paula filia, 1.tom.73.b
 Rufini tyranni mors, 1.tom.111.a
 Rufinus presbyter Aquileiensis Aegypti mo-
 nasteria inuifit, inuitatur à Hieronymo, &
 ne ab amicitia discedat, obsecratur, epist.41.
 Laudatur, & extollitur, 1.tom.16.a
 Pro defensione Origenis librum scribit, 2.to-
 mo 254.b.260.b.
 Quod libros πνευματικῶν verterit, carpitur,
 243.b.244.a, b.
 Scorpius inde vocatur, 1.tom.49.b
 Quod Origenem mundo velit obtrudere, re-
 prehenditur, 2.tom.268.b
 Taxatur de hac versione ab Anastasio papa,
 244.b.245.a.
 Apponit libro praefationem, 227.a, b
 De qua eum vrget Hieronymus, 255.b
 Ignorantiam Origenis errorum praetendit,
 235.a, b.
 Vt liberetur ab Origenis haeresei orat Epipha-
 nius, 210.b
 Latinos in Graecum vertit, 260.b
 Euagrii praepertoris libros transfert, 264.b
 Nomine Sisti martyris Xysti Pythagorici o-
 pus interpretatur, & Pamphili pro Origene
 Eusebij apologiam, 264.b
 Latinam linguam, dum peregrinam quaerit,
 obliuiscitur, 232.b
 Eius è Roma discessum Hieronymus non ta-
 xat, 257.a, b
 E inon ablatas, falsatasque scedulas contendit-
 tur, 252.b.260.a, b
 Somnium suum illi in faciem regeritur, pro
 Hieronymi somnio, 260.a
 In patriam ad parentes redit, 241.a
 Relicta patria Aquileiae habitat, ibidem
 Inde ad Anastasium papam in sui excusatio-
 nem Epistolam scribit, 241.a
 Eam taxat, ac fursum deorsum versat S. Hie-
 ronimus, 241.a. & inde.
 Scripsit in S. Hieronymi inuectiuas; ad quas
 ille tribus libris copiose respondit. 231.b.
 & inde.
 Has similitates dolet Augustinus, 323.a, b
 Rufinus alter presbyter Hieronymi amicus,
 2.tom.231.b.258.a.
 Rumor falsus facile opprimitur, 1.tb.31.b
 Rus & ruralis villa laudatur, 1.tom.53.b.
 54.a.
 Rusticitas sancta eloquentiae peccatrici praeser-
 tur, 1.tom.6.a
 Rusticus, quod promissam cum vxore conti-
 nentiam fregit, ad poenitentiam inuitatur,
 1.tom. epist.46.
 Ruth misericordiam praestat, & ex eius semine
 Christus nascitur, 1.tom.69.a

S.

Saba שבה id est conuersio, 3.tom.424.a
 De regione, & Sabaeis, 454.b
 Sabbatum initio mundi rumpitur, 3. tomo
 452.a.
 Duo millia tantum passuum in eo Iudaei am-
 bulant, 433.b
 Romae ieiunatur, 2.tom.327.a
 An alibi id faciendum sit, 1.tom.83.a
 Pro hebdomada sabbatum ponitur, & prima

seu vna Sabbati Dominica est, secunda dies
 Luna, tertia dies Martis, & similiter reliqui
 dies, 3.tom.417.a.2.tom.192.b
 Sabbatum δευτερεπαιστον apud Lucam quid,
 1.tom.6.a.
 Sabellius haereticus vnam tantum in Trinitate
 personam ponit, 2.tom.193.b
 Non tres subsistentes, veras, integras & perfe-
 ctas personas, 302.b
 Nominibus tantum Trinitatem distinguit,
 199.b.
 Sabinarum raptus, 1.tom.76.a.117.a
 Sabinus Mesopotamiae dux, 1.tom.118.b
 Sacci populi, 1.tom.119.b
 Saccus mysticē quid, 1.tom.54.b
 Sacerdos scientiam legis habet, 3.to.337.b
 364.b.
 Et cum ea vitam etiam sanctam, 368.b
 Lege indiget sacerdotum, & contra, 356.b
 Fuerunt ante legem sacerdotes, 354.b
 Primogeniti scilicet, 355.a
 Interdum pro Episcopo ponitur, 2. tomo
 320.a.
 Et summus sacerdos Episcopum significat, 3;
 tom.349.b.
 In cuius dignitate Ecclesiae salus pendet,
 2.tom.199.a.
 Magnus in lege sacerdos ad exequias suorum
 non accedit, 1.tom.68.b
 Ministrans vinum & siceram non bibit, 2.
 tom.308.b.
 Omnes Christianos vt filios diligit, 1. to-
 mo 26.b.
 Ei non detrahitur, 30.a
 Calibes esse debent sacerdotes, 2.to.190.a
 Vide de hac re supra, Calibatus.
 Ex maritis multi eliguntur, 149.b
 Propter virginum penuriam, 154.b
 Sacerdotium laici baptismata est, 197.a
 Sacramenta veteris legis non iustificabant,
 2.tom.327.a.
 Sacrificia fuerunt etiam ante legem, 3.to.354.b
 Eorum & victimarum mysteria, 364.b
 Iudaeis praecipua, ne idolis sacrificarent, 2.
 tom.290.b.
 Idolorum sacrificia, Iudaeorum sacrificia post
 Christum sunt, 3.tom.433.a, b
 Sacrificant in altari nunc Christiani sacerdo-
 tes, 2.tom.197.b
 Ventes in hoc mundis, & candidis vestimen-
 tis, 277.a
 Et quotidie, dicuntque orationem Domini-
 cam, 297.a
 Sacrificio altaris semper Christus immolatur;
 3.tom.409.a.
 Quod sacrificium in Melchisedec sacrificio praer-
 figuratum fuit, 354.b
 Vide etiam supra, Missa, &c. 2.tom.191.b
 Sacriligium, 1.tom.2.a
 Saducei ex Dosithei radice nati, 2. to.203.a
 Sagaris Episcopus martyr, 1.tom.125.b
 Sagitta mysticē pro Christo, 3.tom.442.a
 Domini sagitta quid, 395.b
 Sagum vestis, 1.tom.109.a
 Saharim סהרם, 3.tom.461.a
 Sal omne sacrificium perficit, 1.tom.122.a, b
 Salamina Cypri vrbs, 1.tom.115.a
 Salem cuius Rex fuit Melchisedec, 3. tomo
 395.b.
 Σαλαμίνας, 3.tom.453.a
 Salim pax, siue perfectio, 2.tom.307.b
 Salim iuxta quam Ioan. baptizabat, 3.to.155.b
 Salinarum vallis, 3.tom.456.b
 Salissa vrbs, 3.tom.458.a
 Salina pro phrafi, & gustu, 2.tom.231.a
 Salua imbibita pro gustu consueto, 3. tomo
 349.b.
 Salua vna, id est vno impetu, 2. tomo
 214.b.
 Sallustio, Ciceronis inimico, Terentia, à Cicero
 ne repudiata, nubit, 2.tom.162.a
 Salmoneus, 2.tom.259.b
 Salomon an anno x. i. gignat filium, epist.132
 Eius regni initium, 4.tom.375.b
 Iudicium, quo duarum meretricum iurgium
 extricitur, mysticē exponitur, epist.131
 Vxores & concubinas multas habet, ob quas
 Domino displicet, 2.tom.150.a

I N D E X.

Cortuit, ferrè ob delicias, 1. tom. 64. b. 65. a
 Qui sine verè eius libri, & qui falso ei adscri-
 pti, epist. 115
 Salon vrbs, 1. tom. 115. a
 Saluari aliquos homines rationabiliter ferri, non
 ex personarum acceptione, 3. tom. 421. b
 Saluina mulier, 1. tom. 37. a
 Salutacionis officia, 1. tom. 52. b. 53. b
 Samaim עַמּוֹן, 3. tom. 387. a
 Samanæ gymnosophista, 2. tom. 169. a
 Samaria, id est Sebaste vrbs, 1. tom. 76. a
 Iudeis opido infesti sunt Samaritani, 3. to-
 mo 427. a. b.
 Eorum characteres, 342. a
 Samarites, seu Samaritanus feruatore & cu-
 stomem significat, 1. tom. 75. b. 84. a.
 2. tom. 256. a.
 Samaritana & suorum virorum mysterium,
 1. tom. 76. a.
 Samnites populi, 1. tom. 104. a
 Samson Christi typus, 3. tom. 354. b
 Id est Saluatoris, 2. tom. 149. b
 Samuel Leuita fuit, non pontifex, neque sa-
 cerdos, & sic in Psalmo nominatur, 2. tom.
 149. b. 3. tom. 353. a.
 Non solum Leuita fuit, sed Propheta & iudex,
 3. tom. 393. a.
 Eius genus, & maiores recensentur, 2. tomo
 149. b.
 Corpus ab Archadio Imp. transfertur, 2. to-
 mo 190. b.
 Sanctos venerandos esse vnà cum eorum reli-
 quiis, probatur contra Vigilantium, 2. to-
 mo 189. b. & inde.
 Iuuant nos sancti orationibus suis, præsertim
 qui iam sunt beati, 190. b. 1. tomo
 115. b.
 Agnum sequuntur, nec inclusi manent, 2.
 tom. 190. b.
 Honor qui eis præstatur idololatria non est,
 191. a.
 Cereis honorantur & templis, 190. a.
 191. a. b.
 Vigilatur & pernoctatur in eorum basilicis,
 191. b.
 Ad eorum reliquias dæmones rugiunt, 192. a
 Oratur ad sepulera, 1. tom. 115. b. 2. to-
 mo 191. a.
 Peccatorum veniam impetrant, 1. to. 69. b
 Super eorum tumulos Christi sacrificium of-
 fertur, 2. tom. 191. a
 In dedicatione officii martyris candida vesti-
 menta, mutatis lagubribus, Iulianus sumit,
 1. tom. 89. b.
 Fidelium filij cur dicantur sancti, 3. tomo
 449. a.
 Etiam ante Christum fuere sancti, eiusdè me-
 riti quo nunc Christiani, 2. tom. 165. a
 Sanguiluga vr euomatur, remedium, 2. to-
 mo 166. a.
 Mystice pro Diabolo sanguifuga ponitur,
 152. a.
 Sanir, עַמּוֹן id est Deus lucernæ, 2. tom. 153. a
 Sanna, & sannas manducare, 3. tom. 348. a
 Sapher עַמּוֹן mons, 3. tom. 360. a
 Sapientia habenda est, 1. tom. 4. a
 Ea sola crescit in senibus, ibidem
 Ei in cibi, & pocus abundantia vacari non po-
 test, 2. tom. 167. b
 Magna quæ sit sapientis felicitas, scribitur,
 161. b.
 Sapientia, quæ Salomonis nomine inscribitur,
 non est in canone, Hebræorum scilicet, 3.
 tom. 342. b. 346. b.
 Sappho mulier vates, 3. tom. 346. a
 Saræ nomen mutatur, 3. tom. 457. b
 Eius cellula, 1. tom. 75. a
 Ecclesiæ typus fuit, 2. tom. 141. a
 Saraballa, 1. tom. 105. b
 Saraceni qui & Agareni, & Ismaélite vagi
 sunt, incertis habitant sedibus, & incurfatio-
 nibus vacant, 3. tom. 457. a
 Luciferi cultui, seu Veneris dati sunt, 1. tom.
 112. b.
 Camelorum lacte, & carnibus viuunt, 2. to-
 mo 166. b.
 Sarapion eccl. scriptor, 1. tom. 125. b
 Sarapion Thmuis episcopus, 1. tom. 130. a

Saras presbyter, 2. tom. 201. a
 Saxpta Sidoniorum, 1. tom. 74. a
 Sarmata populi, 1. tom. 36. b
 Sartagine Rex Babylonis senes iudices frigit,
 1. tom. 31. a.
 Quid significet, vide nostra Scholia.
 Satan, שָׂטָן hinc Saanas aduersarium signifi-
 cat, 1. tom. 66. a. 3. tom. 461. a
 Ex fastigio Archangelorum superbia decidit,
 1. tom. 95. b.
 Suetas etiam ex vili cibo vitanda, 2. to. 168. b
 Satyrus iustiorius, 1. tomo 119. a. 2. tomo
 169. b.
 Satyri, 1. tom. 107. a
 Satyrani ex mundi voluptate quis non potest,
 3. tom. 485. a.
 Saturninus Aelarensis Arrianus, 1. to. 130. a
 Saturninus hereticus, 2. tom. 203. a
 Saturni aureum sæculum, 2. tom. 168. b
 Saul a Samuele cur fletus, 1. tom. 96. a
 Saxones populi, 1. tom. 36. b
 Saddai עַמּוֹן, 3. tom. 386. b. 387. a
 Saxa ex arenis, 1. tom. 111. a
 Scala Iacob, 1. tom. 30. a. 36. a. 75. b. 90. b.
 2. tom. 176. a.
 Σαλατρινός, 3. tom. 382. b
 Scalms, 1. tom. 104. b
 Scamma σαμάμα, 2. tom. 216. a
 Σαλατρινός, 2. tom. 286. a
 Scandali occasiones omnes vitandæ, 1. to 36. a
 Quod de bona vita sumitur, reprehenditur,
 65. b. 66. a.
 Scansio versuum, 3. tom. 405. b
 Scaurus Iudæam vastat, 3. tom. 371. b
 Seedasi filia, 2. tom. 160. a
 Σακετλασμοός, 3. tom. 405. b
 Σακί-Θις, 3. tom. 348. b
 Scientiæ studium commendatur, 3. to. 337. a
 Ea & veritas in nemine, nisi in Christo, pienè
 fuit, quod exemplis probatur, 3. tom. 353. a
 Humana dæmonum cibus est, 408. a
 Scylla multis canibus succincta, 1. tom. 22. a
 Ponitur pro libidine, 2. b
 Et obrectatore, 12. b
 Scipio de Numantinis triumphat, 1. to. 87. a
 Ultra annos triumphum virtute meruit, 71. a
 Σκώλος, 2. tom. 286. a
 Scopere quid significet, 3. tom. 382. b
 Σκοπεός, 2. tom. 272. a
 Scorpiaeus Tertulliani liber, 2. tom. 191. b
 Scorpiones quos mordet, lymphaticos & v̄s-
 ebus faciunt, 2. tom. 307. a
 Scortifarius, 2. tom. 210. a
 Σκοτεινός, 2. tom. 140. a
 Scoti populi, 2. tom. 266. b
 Britannia gens est, & humanis velicitur car-
 nibus, 167. a
 Vxores habent communes, 306. a
 Scribere infantula quo modo docenda, 1. to-
 mo 17. b.
 In qua olim materia scriberetur, 94. a
 Tremula scribentium manus per lineas du-
 cuntur, 55. a
 Scriptura diuina semper legenda, 1. tom. 5. b
 Cuius studium maximè commendatur,
 epist. 103.
 Eo enim nihil est dulcius, 3. tom. 350. b
 In physicam, ethicam, & logicam paritur,
 450. a.
 Tres sensus habet, 423. a
 Fundamentum eius est historia, mox sequitur
 spiritualis intelligentia, 1. tom. 80. b
 Intus nucleum & spiritum habet, 40. b. 69. a
 Postquam perfecta & impleta fuerit, verè in-
 telligitur, 48. b
 Cur in verbis sit simplex, & sine vlla elegantia,
 3. tom. 340. a.
 Ipsa sola omni modo errore, 2. tom. 325. a
 Omnes eam sine modo vindicare, exponereq;
 vt libet, conqueritur, 3. tom. 338. b
 Hæretici eam citant, sicut citant diabolus,
 2. tom. 204. a.
 Qui eius libri sint in canone, & qui non, 3.
 tom. 342. a. b. 346. b.
 Scripturæ studium otium, & quietem requirit,
 2. tom. 305. a.
 Scriptores Eccl. interdum labuntur, 226. a
 Eius qui scripsit, non esse quod displicet, sed

ab aliis dicere intertextum, improbat, 245.
 b. 246. a.
 Scripta aliorum, & verba, vt reprehendant, au-
 cupantes, taxat, 187. b
 Qui scriptores Eccl. gentium testimonijs vsi
 sint, 309. a. b
 De scriptura sacra vide infra, Testamentum,
 & supra Lex.
 Scruta, 1. tom. 114. b
 Scurrilitas vitanda, 1. tom. 24. a
 Scutarius, 1. tom. 114. b
 Seutulatus, 3. tom. 398. a
 Sebaste Gracè, 1. Augusta vrbs, 1. to-
 mo 76. a.
 Sebasti Hieronymi amicus, 2. tom. 309. a
 Secundo die creationis mundi cur non sit di-
 ctum, vidit Deus quod esset bonum, 2. to-
 mo 147. b. 185. b.
 Securitas ad lapsum facilis, 3. tom. 360. b
 Securus dum viciit nemo est, 1. tom. 56. a. b
 Segel עַמּוֹן, 3. tom. 396. b
 Segor עַמּוֹן, id est paruula, 1. tom. 96. a
 Ciuitas est, de qua, 3. tomo 456. a. b.
 458. a.
 Sehir עַמּוֹן, id est pilosus & hispidus, Esau sic
 dictus est, & ab eo montis quædam regio,
 3. tom. 408. b. 461. b.
 Se ipsum qui Deo offert, totum dat, 3. to-
 mo 340. b.
 Nihil tali oblatione melius, 1. tom. 72. a. b
 Sela עַמּוֹן quid significet, epist. 138
 Seleucia vrbs, 3. tom. 455. a
 Seleucensis syn. historia ab Hilario scripta,
 1. tom. 130. a.
 Sella myticè quid significet, 1. tom. 54. b
 Selmona עַמּוֹן locus mansionis filiorum Is-
 raël, 3. tom. 362. b
 Sem Noè filium Melchisedec fuisse, 3. tomo
 354. a.
 Seneca, 1. tom. 122. a. 2. to. 162. b
 Senex diu viuere non potest, 1. tom. 48. a
 A quibus comedantur, suspendantur, aut ca-
 nibus proiciantur senes, 2. tom. 167. a
 Sensus quinque corporis, per quos veluti per
 fenestras mors ingreditur, describuntur, 2.
 tom. 167. a. b. 168. a. b.
 Quinque regibus à Iosue superatis, qui in spe-
 luncam se abiderant, comparantur, 149. a
 Trahuntur re, cuius voluptate capiuntur,
 167. b.
 Quo modo cohibeantur, ibidem
 Sensus, non verba, interpreti obseruandus,
 epist. 101.
 Triplicem sensum sacra habet scriptura, 3.
 tom. 423. a.
 Sententias argutas in clausulis strunt pueri,
 1. tom. 71. b.
 Sephora Moysi vxor, 2. tom. 148. b
 Septuaginta interpretes in lxx. fuisse cellulis
 separatos, falsum, 3. tom. 341. a
 Quis primus eas mendacio suo extruxerit,
 ignoratur, ibidem
 Conferendo inter se transfulerunt, ibidem
 Spiritu sancto pleni fuerunt, 343. b
 Pentateuchum tantum, secundum quod ait
 Iosephus, transfulerunt, 451. b
 Mytheria sacre scripturæ Ptolemæo prodeie
 noluerunt, præsertim de Christi aduentu, ne
 duplicem diuinitatem ille crederet, 451. b
 Loca quæ omiserunt, recenset, & cur id fecer-
 rint, rationem reddit, 340. b. 343. a.
 347. a.
 Magna est eorum auctoritas, 2. tom. 311. b
 314. b. 330. b.
 Editionem eorum Hieronymus non impro-
 bat, 248. b. 249. a. b. 250. a. b.
 251. a.
 Multa illi omiserunt, ac multa addiderunt,
 dum sensum è sensu, non verbum è verbo
 curarunt, 2. tom. 335. b
 Eorum editionem Ecclesia recepit, vel quòd
 antiquior sit, vel quòd ab Apostolis, vbi ab
 Hebræo non discrepat, sit vsurpata, 335. b
 Manca est, corrupta, ac viciata, 249. b.
 314. b. 319. a. 335. b. 3. tom. 343. a. 344. a.
 Communis scilicet, & quæ vulgo circumfer-
 tur, at nonita quæ in Exaplis est, 3. tom.
 377. b.

I N D E X.

Eam Hieronymus emendauit, 347.a
 Latinam fecit, & Latina lingue studiosi de-
 dit, 2. tom. 248. b. 3. tom. 343. b
 Eorum psalmos iugi meditatione carabat, &
 versionem in conuentu fratrum diserebat,
 2. tom. 248. b.
 Pterium ab eo emendatum Roma susce-
 pit, 250. b
 Vniuersos tractatus suos lxx. testimonij
 Hieronymus intertexuit, vt qui editionem
 eorum citaret, 248. b
 Septuaginta duo discipuli in 72. psalmis figura-
 ti sunt, 3. tom. 358. a
 Sepulcrum Christi venerandum, 1. tomo
 52. a. b.
 Eius lapidem post resurrectionem angelus
 reuoluit, 3. tom. 418. a
 Petrus & Ioannes quo modo illud ingressi
 sunt, cum a militibus custodiretur, ibidem
 Sepulcra concupiscentiarum, 359. a
 Sepultura vendi non debet, nec pretium eo no-
 mine accipiendum, 3. tom. 459. b
 Moyse & Iosep sepultura comparatur, 2. to-
 mo, 149. a. b.
 Hymnis & canticis Christiani suos sepeliunt,
 1. tom. 105. b.
 Seraphim & eorum nominis significatio, & ex-
 plicatio, 3. tom. 400. b. 401. a. b. 402. a
 Deo cum laudibus assistunt, & ad purgandos
 homines, secundum cuiusdam opinionem,
 mittuntur, 401. b
 Deum sedere super Seraphim, dici non debet,
 403. b.
 De eis, dum Efaia visio explicatur, late tra-
 ctatur, epist. 142. & 143
 Duo Seraphim Efaia, duo significant testa-
 menta, 1. tom. 32. b
 Serenilla mulier, 3. tom. 449. b
 Serenus poeta, 3. tom. 339. b
 Serica vestis, 1. tom. 66. a
 Et Serum velleta, 1. tom. 19. a
 Sermo in longum protractus non intelligitur,
 2. tom. 318. b.
 Sero pro tarde exponitur in euangelio resurre-
 ctionis, 3. tom. 417. a
 Serpens exuium ad quid vtile, 2. tomo
 166. a.
 Seruius Valeriz vir, 2. tom. 161. a
 Serualorum genus querulum est, 1. tomo
 100. b.
 Seruus apud Paulum pro coniugato sumitur,
 2. tom. 144. b. 181. b.
 Seuerus hereticus, a quo Seueriani, 1. tomo,
 124. a.
 Sexaginta referuntur ad viduas, 2. tom. 140. b
 Sexus Ecclesiasticus scriptor, 1. tom. 126. a
 Sexus vterq. resurgit, 2. tom. 156. a
 Sibylla θεομανη, id est Dei consilium significat,
 2. tom. 159. a.
 Decem fuerunt, & omnes virgines, vt Ery-
 thraea, & Cumana, ibidem
 Sicca Africae vrbs, 1. tom. 128. b
 Sicera שִׁכְרָה, 1. tom. 6. b
 Sicera quæ & Neapolis vrbs, 1. tom. 76. a
 Sichæus Didonis maritus, 2. tom. 160. a
 Siciliam intrat Hilarion, 1. tom. 114. a
 Sicius ἡρα moneta, 3. tom. 459. b
 Sycomoros Zachæi, 1. tom. 75. b
 Συκωρα, 3. tom. 459. a
 Sycophanta, 2. tom. 226. a
 Sidon vrbs, 3. tom. 455. a
 Eius Regulus Strato, 2. tom. 160. b
 Signaculum mysticè quid, 3. tom. 409. a. b
 L. Sylla, 2. tom. 162. a
 Signa cæli duodecim, 2. tom. 159. b
 Silentio detractores vincendi, 1. tom. 77. b
 In Efaia silentium peccatum fuit, 2. tomo,
 289. b.
 Siliquæ porcorum mysticè, 3. tom. 407. b
 Syllogismorum genera, 2. tom. 240. a. 305. b
 Silo, 1. tom. 76. a
 Silua pro multitudinede credentium, 3. tomo,
 361. b.
 Siluester Papa, 3. tom. 376. a
 Symbolum fidei & spei nostræ ab Apostolis tra-
 ditum, corde, non tabulis, scribitur, 2. to-
 mo, 219. b.
 Post confessionem Trinitatis, & vnitatem

Ecclesiæ, carnis resurrectione concluditur,
 ibidem.
 Pars ad Dei filium spectans ponitur, 201. a
 Alia, credo S. Ecclesiam, remissionem pecca-
 torum, 199. b
 Qui baptizatur, illud profiteretur, ibidem
 Simeon tribus a Moyse non benedicitur. 3. to-
 mo, 364. a
 Similitudo Dei ad quam conditi sumus, gloria
 est, 2. tom. 211. a
 Ad quid referatur similitudo, 176. b
 Symmachus interpres hereticus, & Iudaizans,
 2. tom. 250. a. 3. tom. 346. a.
 Symmites, συμμιτῆς, 1. tom. 41. a. 71. b. 2. tom.
 229. a. 260. b.
 Simon Cananæus cognomen Iudas, Aposto-
 lus, 1. tom. 120. a. 2. tom. 189. a. 120. a
 Simon leprosus dicitur, quod fuerit, non quod
 esset, 3. tom. 374. a
 Mundi principem significat, 437. a
 Simon Magus hereticus, 2. tom. 265. a
 Se Dei virtutem esse asserit, 203. a
 Peccatum eius quod, 1. tom. 111. a
 Ad conuincendum eum Petrus Romam ve-
 nit, 111. a
 Simonides lyricus, 3. tom. 339. b
 Symphonia, 3. tom. 409. b
 Συμψηφιστής, 2. tom. 155. b
 Simulacra portento fororum Deorum Romæ sub-
 uersa, & exusta, 1. tom. 17. b
 Sinus desertum, 3. tom. 358. a
 Rubus seu odium interpretatur, 362. a
 Omnis eremus vsque ad montem Sina sic
 vocatur, 358. a
 Sinus quod & Cades, aliud desertum, 3. tom.
 362. a.
 Συγγραφεὺς ἀγράμματος, 2. tom. 187. a. 253. a
 Sinistra mysticè quid significet, 3. tom. 442. a
 Sinius Capito, 3. tom. 454. b
 Sinon, cuius Virgilius meminit, 3. tom. 344. b
 Sinoris mulier, 1. tom. 21. b
 Σινυταχμῆς, 2. tom. 234. a. 248. b. 255. a. 3. tom.
 340. b.
 Σινυταχμῆς, 2. tom. 234. a
 Synthema vestis genus, 1. tom. 88. b
 Sion ἵερὺ destruitur, & reedificatur, 1. tomo,
 74. b.
 Arx vel specula interpretatur, ibidem
 Mysticè quid significet, 83. b
 Sior ἡρα fluuius Egypti, 1. tom. 76. a
 Sirene, & earum cantus, 2. to. 141. a. 187. b. 1. to.
 31. b. 59. a. 100. b.
 Syriæ eremus vbi erat Hieronymus, 2. tomo,
 195. a. b.
 Syrorum origo, 3. tom. 455. b
 Σύριξ, 3. tom. 396. a
 Syritius Papa Rufino & socijs cõmunionis lit-
 teras dat, 1. tom. 49. b
 Has pro se Rufinus profert post mortem Sy-
 ritij, damnatus ab Anastasio, 2. tom. 257. a.
 258. a.
 Io. Hierosolymitani Episcopi epistolæ excu-
 satorias ad se missas Syritius non satis pro-
 bat, 215. b
 Siromaltes, σιρομαλτῆς, haista, 2. tom. 189. a
 Syrtes Libyæ, 1. tom. 12. b
 Syntinnius diaconus, 2. tom. 320. b. 321. a. 3. tom.
 444. a.
 Sistus Papa, vide Xystus.
 Sitarchia, σιταρχία, 1. tom. 118. b
 Situlæ in stillam olim gentes reputatæ, 1. tom.
 95. b. 3. tom. 440. a.
 Smaragdus lapillus, & eius viror, 1. tom. 22. b
 Smyrna ciuitas Asiae, 1. tom. 123. a
 Qui martyres ibi cubent, 125. b
 Soham ἡρα, lapillus, 3. tom. 367. a
 Soccus mulierum calcæus, 1. tom. 66. a. 2. tom.
 162. a.
 Socoth סוֹכוֹת, 3. tom. 357. a
 Socrates semper eodem manet vultu, 2. tom.
 292. a.
 Nihil scribit, 262. a
 Hoc vnum, ait, scio, quod nihil scio, 336. a
 3. tom. 340. a.
 Item, quæ supra nos, nihil ad nos, 2. tomo,
 259. a.
 Logicam deserit, & ad ethicam transi-
 rit, ibidem.

Xantippe vxor aqua eum perfundit, 162. a
 Ex eius fonte multi manant discipuli, qui di-
 uersis currunt riuus, 183. a
 Eius forma, & vxores, 162. a
 Socrus Dei mater virginis est, 1. tom. 159. b
 Nurus semper oderunt focos, 2. tom. 162. a
 Sodoma quo modo iustificata dicatur, 3. tomo,
 410. b.
 Et in antiquum restituenda, 1. tom. 51. b
 Soebadius Agennensis episcopus, 1. tom. 130. b
 Sogdiani populi, 1. tom. 119. b
 Sol Mythra a Persis dicitur, 1. tom. 17. b
 Eius mensa, 3. tom. 337. a
 Solarium domus, 3. tom. 384. b
 Solocissimus, ὁλοκισσῖμος, 2. tom. 265. b
 Solliciti vnde viuamus esse non debemus, 1. to-
 mo, 36. a.
 Soliloquia Augustini libri, 2. tom. 321. b
 Solitudines philosophi cur quæserint, 2. tomo,
 167. b.
 A monachis cur quærantur, 193. a
 Eas enim quæere debent, 1. tom. 39. b
 In monasterijs erudiendi primū sunt qui cam
 appetunt, 13. b
 Periculosa enim solitarij vita est, 13. b. 14. b.
 25. a.
 Solitudinis laudes vide epist. 1.
 Solon cur patricidis pœnam non statuit, 3. to-
 mo, 430. a.
 Solus cum est sapiens, minus solus est, 2. tomo,
 161. b.
 Somnijs credendum non est, 2. tom. 240. a
 Deiciuntur eorum reuelatione interdū ho-
 mines, 3. tom. 434. b
 Esq. somnijs deludunt dæmones, 1. tomo,
 111. b.
 Sui, in quo se verberatum dixerat, rationem
 reddit, 2. tom. 240. a. b
 Somnus ipse sanctis oratio est, 1. tom. 64. a
 Ponitur pro peccato, vel morte, 3. to. 446. a
 Sophocles Tragicus poeta, 1. tom. 4. a
 Sophonias quid significet, 3. tom. 339. b
 Sophronia mulier, 1. tom. 48. b
 Sophronius Eremita quidam reprehenditur,
 1. tom. 61. b.
 Sophronius Hieronymi amicus, Græcè doctus,
 1. tom. 131. b.
 Psalterium a Hieronymo ex Hebræo versum,
 in Græcum vertere pollicetur, 3. tom. 377. a
 Σωφροσύνη, 2. tom. 151. b
 Σόφρων, 2. tom. 155. a
 Sordes & munditiæ Christiano non conueniunt,
 1. tom. 62. a.
 Sorites Syllogismus, 2. tom. 240. a
 Solus Iudæam vastat, 3. tom. 371. b
 Spadones in securam longamq. sunt libidinem,
 2. tom. 161. b.
 Speculo mundi abiecto, Christi gloriam specu-
 lemur, 1. tom. 66. a
 Luther in tabernaculo è speculis mulierum
 ieiunantium fit, 2. tom. 148. b
 Ad speculum mulieres se poliunt, 1. tomo,
 66. a.
 Spelunca pro corpore ponitur, 2. tom. 149. a
 Spes magis laudanda quam res, Ciceronis dicti,
 3. tom.
 Speusippus philosophus, 2. tom. 160. a
 Spinea corona cur Iesus coronatus, 1. tomo,
 22. b.
 Σπινθηριόμοδος, 2. tom. 218. b
 Spiritus in anima quid sit, 3. tom. 423. b
 Fructus spiritus continentia sustentat & pro-
 tegit, 2. tom. 157. b
 Spiritus sanctus triplici profertur genere, 3. to-
 mo, 403. b.
 Deum esse, & à Patre filioq. procedere proba-
 tur, 420. a. b
 In prophetis etiam fuit, 420. b. 423. a
 Varia habet dona, & propterea pluries Apo-
 stolis datus est, 419. a. b
 Qui sub lege Iudæorum est, eum non habet,
 2. tom. 318. a.
 Eius substantiam Lactantius negat, 230. a
 In eum quæ impia Origenes dixerit, 204. b
 Peccatum in Spiritum sanctum quid, & irre-
 missibile quo modo sit, epist. 149
 Sponsa Christi ecclesia est, 3. tom. 435. b
 Sponsæ vxores dicuntur, 2. tom. 133. b

I N D E X.

Σταυρὸς σταυρός, 1.tom.23.b
 Σταυρῶν, 1.tom.121.a
 Scamen, 3.tom.397.b
 Scare iustorum est, 3.tom.408.b
 Scator Iupiter, 2.tom.162.b
 Scæte Myrrha flos, 3.tom.396.a
 Στάχυος ἀσπίδιον, 3.tom.470.a
 Stellarum quarundam nomina, 2.tom.174.a
 Idoiorum nominibus eas veteres infamarunt, 3.tom.367.b
 Ex præcedentibus causis factas, & animatas esse falsò Origenes credebatur, 2.tom.205.a,b. 206.a.
 Stephanus Papa, 1.tom.128.a.2.tom.203.a,b
 Stenilitatem procurantes, 1.tom.58.a
 Stesichorus poeta, qui ob vituperatam Helenam obæcatus, palinodie cantu vitium recepit, 2.tom.234.a.319.a.320.b.330.b.
 Stibium pigmenti genus, 1.tom.76.b
 Στίβιον, 2.tom.336.a
 Scilla & scilla situlæ mysticè, 3.tom.440.a
 Stylus in cera, calamus in charta scribit, 3.tom.394.b.
 Idem etiam delet, scilicet inuersus, 2.tomo, 186.a.
 Stylo scripta, cuius sint, cognoscuntur, 420.b
 Stymphalis virgo, 2.tom.159.b
 Stymphalides aues, 2.tom.189.b
 Stoici logicam sibi vindicant, 2.tom.240.a
 Animam ex Dei aiunt esse substantiam, 304.b
 Perturbationibus posse hominem carere, 283.a.
 Patienter omnia toleranda, 277.a
 Peccata omnia paria faciunt, 1.tom.42.a
 Stola mysticè quid significet, 3.tom.409.a
 Stola Esau fides Hebræorum est, 333.b
 Straro Regulus Sidonis, 2.tom.160.b
 Stratonis turris Cæsareæ, 1.tom.125.b
 Strophæ, 2.tom.235.a.237.b.244.a.253.b
 Subare, 2.tom.179.a
 Subdiaconi, 2.tom.209.a.420.b
 Substantiæ vnus esse Deus, Angelos, & homines, delirus Origenes aiebat, 2.tom.208.a
 Succenturiati milites, 2.tom.179.a
 Succidia, 2.tom.179.a
 Sudarium Christi, 1.tom.51.b.3.tom.417.b
 Sufflamen & sufflaminare, 2.tom.215.a
 Vide quæ diximus in scholijs, vbi hoc & alia quæ sunt in indice latè tractamus.
 Sunamitis, 1.tom.4.b
 Superbia taxatur, ac reprehenditur, 1.tomo, 95.b.
 Eam præ omnibus Hieronymus vitat, 87.b
 Superhumale indumentum, 3.tomo, 366.b.
 367.b.
 Suph שופ, 3.tom.358.a
 Sus cur creata, 2.tom.166.b
 Sufannæ historia, 1.tom.127.b.3.tom.348.b
 Sufpiria orationi Paulus Eremita miscet, 1.tom.108.a.
 Sufurronum genus pessimum est, 1.tom.78.a

T.

Tabellarij, 1.tom.94.a
 Tabernaculi sacri mysterium explicat, 3.tomo, 366.a,b.
 In eius officio cur Deus Moyfi locutus, 401.b
 Tactus sensus quæ mala nobis ingerat, 2.tomo, 167.b.
 Thaddæus Apostolus, & Iudas Zelotes idem, 2.tom.137.a.
 Talentorum parabola in parte tractatur, 2.tomo, 178.a.
 Abcondi talentum non debet, 1.tom.2.b. 3.a.
 Talio, 2.tom.228.b.263.a
 Tanais fluius, 1.tom.86.a
 Tanauil, 2.tom.163.a
 Tangere mulierem, malum, 2.tom.142.a,b
 Tantali fons, 3.tom.337.a
 Ταπεινοσύνη, 3.tom.433.a
 Taprobana insula, 1.tom.120.a
 Tarpeia rupes, 1.tom.52.b.54.a
 Tarsus Cilicia, 3.tom.376.a.454.b
 Tatianus hereticus Encraticarum auctor, 1.tomo, 124.a.
 Encraticarum auctor est, & princeps, 124.a. 2.tom.182.a.

Rhodorem Romæ docet, 1.tom.124.b
 Neptus damnat, 2.tom.182.b
 Omnia eorum spurcum putat, & cibos quos Deus creauit, improbat, 171.a.180.b
 Abstinenciam perpetuam indicit, 2.tom.171.a
 Paulus Apostolus eum designat, ibidem
 Clemens Alexandrinus eius voluminis contra gentes meminit, 1.tom.125.a
 Tatianus diaconus, 2.tom.302.a
 Taurus Ægyptius, idclum, 1.tom.34.a
 Taurus præfectus prætorio, qui Syn. Arimineni interfuit, 2.tom.201.a
 Testum doma dicitur, 3.tom.384.a,b
 Telamon, 1.tom.8.b
 Templum sibi fabricari magnus Antonius timens, corpus occultari viuens mandat, 1.tom.113.b.
 Mundū & absque fuligine, ac tersum seruās floribus, arborum comis, & vitium pampinis illud ornat Nepotianus, 1.tom.10.b
 Edificantes templa, illaq. columnis auro ac marmorum crustis ornantes laudantur, sed pauperibus subueniendi, & Christo bonos ministros eligendi curā omittere propterea non debent, 1.tom.6.b.24.a.38.b
 Sic Paula faciebat, 77.a
 Basilicas prophetarum, Apostolorū, ac martyrum Christiani venerantur, 2.tom.188.b
 Hieronymus præ timore, & reuerentia ingredi non audeat, cum alicuius minime labi sibi conscius est, 192.a
 Pro Christiano proposito templum mysticè sumitur, 1.tom.68.b
 Et pro anima fideli, quod quale esse debeat dicitur, 44.b
 Templum Ezechielis typus Ecclesiæ, 2.tomo, 280.b.
 Mulæ in templo partes sunt, 2.tom.176.b
 Virgo ad templum sine matre non accedat, 1.tom.19.a.
 Martyria inuisebat Afella, 47.b
 Et Marcella, 48.b
 Templum in arca Orne Iebusæorum Regis constructum, quid significet, 50.b
 Tempus omne apud Deum breuissimū ac nihil, 3.tom.390.b.
 Quantumuis longū ob finem apud nos breuissimum purandum, 2.tom.146.b
 Præteritum quamuis longissimum nihil, 1.tom.10.b.11.a.
 In quibus male teratur, 53.b
 Tenebræ mysticè mundus hic sunt, 1.tom.68.a
 Exteriores quid, 22.b
 Tentatio à diabolo immittitur ad malum, 2.tomo, 164.b.
 Non à Deo, ibidem
 Nemo ne tentetur certus est, ibidem
 Tentatio est vita hominis super terram, 1.tomo, 22.a.
 Tenupha תנופה, 3.tom.364.b
 Tepidos odit Deus, 1.tom.
 Terentia repudiata à Cicerone quibus nupsit, 2.tom.162.a.
 Terentius Menandrum vertit, 2.tom.333.b
 Eius obrectator Lucius Launius, 3.tom.451.a.
 Ciratur, 2.tom.276.a
 Terra promissionis quàm longa ac lata, epist. 129.
 Spiritualiter intelligi debet, ibidem
 Pro terra videntium scilicet, sicut & alibi in scripturis, 3.tom.369.b.370.a
 Terræ sanctæ descriptio, 1.tom.74.a,b. & inde. Eusebius eam descripsit, 2.tom.234.b
 Terrarum cognitio prodest ad literas, 3.tomo, 343.b.
 Terrena volētibus Christo seruire impedimento sunt, 1.tom.82.b
 Terræ motus ingens per totum orbem Iuliani Apostatæ mortem insequitur, 1.tomo, 114.b.
 Tertullianus, eius vita, & scripta, 1.tomo, 126.a.
 Eo magistro Cyprianus vitatur, 2.tom.228.b
 Ecclesiæ homo non est, 138.b
 Sed Montanum sequitur, 228.b
 Pœnitentes non recipit, 3.tom.407.a,b
 Animam ex traduce esse putat, 2.tom.304.b

Eloquentissimus homo est, & doctissimus, 3.tom.351.a.2.tom.310.a.
 Creber in sententijs, sed difficilis in loquendo, 1.tom.40.b.
 Scribit librum ad amicum philosophum, 1.tom.60.a.
 Alterum iuuenis de nuptiarū miserijs, 2.tomo, 146.a.
 Item Scorpiaicum dictum cōtra Cainam hæresim, in quo venena in Ecclesiam diffundit, 191.b
 Item de vestibus Aaron, 3.tom.369.a
 Adscribitur ei liber quidam de Trinitate, 2.tom.247.a.
 Falsam de publicanis sequitur opinionem, 3.tom.407.a.
 Ingenium eius laudat Hieronymus, non hæresim, 2.tom.126.a.228.b
 Citatur, 2.tom.151.b
 Codex eius repositur, 1.tom.16.b
 Testamentum verus obscurissimum, 3.tom.424.a
 Hæretici illud reiciunt, vbi contra eos facit, 2.tom.165.a.
 Tam verus, quàm nouū, purius est in suo fonte, quàm translatus, 135.b
 Verus ex Hebræo, nouum è Græco corrigendum, 1.tom.83.a.3.tom.349.b.377.b
 Quod ipsum Hieronymus fecit, 1.tom.83.a
 Nouum exemplaribus variat, propterea ex Græca origine corrigendum, 3.tom.349.b
 Reliqua vide, Lex, & Scriptura.
 Testamentum condidit Hilarion, 1.tom.115.b
 Testamentum Porcelli, 2.tom.236.b
 Tetragrammaton Dei nomen, 3.tom.387.a. 401.b.
 Eius ἡ litteram Abraham & Saræ datam, 457.b.
 Thahata vicus, 1.tom.108.b
 Thahat תהת, 3.tom.360.b
 Thammath lareh, 2.tom.149.a
 Thamus pro Adonide, 1.tom.39.b
 Thare תרה, 3.tom.360.b
 Tharsis תרשש, 3.tom.376.a,b
 Theano mulier, 2.tom.163.a
 Theatrum facti sumus mundo, & hominibus, sic legit Pauli locum, 1.tom.78.a
 Thebana virgo stupratorē primū, mox se occidit, 2.tom.160.a
 Thecla, 1.tom.121.a.
 Θεκλα, 3.tom.370.a
 Theman, i. australis regio, 3.tom.460.a
 Themistocles, 1.tom.4.a
 Theodora Lucinij Bærici soror, 1.tom.88.a
 Θεοδώρα, id est consilium Dei, 2.tom.159.b
 Theodorus qui & Gregorius Neocæsariensis, 1.tom.127.b.
 Vide supra Gregorius Neocæsariensis.
 Theodorus monachus Romam à Theophilo Alexandrino missus Hieronymum inuist, 2.tom.300.a.
 Theodorus Heraclia Thraciorum episcopus, 1.tom.129.b.
 Psalms interpretatus est, 2.tom.319.b
 Citatur, 3.tom.444.a.448.b
 Theodosius Imperator capite quandam chartarum furem plecit, 2.tom.333.a
 Paulinus eum laudat, 1.tom.40.b
 Visque ad annum eius x l i i i. Hieronymus catalogum extendit, 1.tom.119.a
 Theodosius Anachoreta, 1.tom.92.a
 Theodorius interpres Iudæus & blasphemus, 2.tom.319.a.
 Eius interpretatio, 3.tom.349.b
 Theodorus Byzantius hæreticus, 2.tom.138.b
 Theogonus Nicæus Episcopus, 2.tom.202.a
 Theon presbyter, 2.tom.214.a
 Theophili nomen vnde, 2.tom.302.b.303.a
 Theophilus septimus post Petrum Antiochiæ Episcopus, 1.tom.124.a.3.tom.428.b
 Quatuor euangelia in vno coniunxit opere, 3.tom.428.b.
 Citatur eius expositio, ibidem
 Theophilus Cæsareæ Episcopus, 1.tom.125.b
 Theophilus Alexandrinus, 2.tom.256.a
 Eius liber de Paschate laudatur, 1.tom.87.a
 Scribit ad S. Hieronymum & monachos pro pace cum Ioanne Hierosolymitano, 2.tom.224.b.225.a,b.

I N D E X.

Mox super Origenis damnatione ubique l-
teras mittit, 234.a
Epistolae eius, & ad eum inuenies, 298.b.
299.a, b. 300.a.
Theophrasti libri de re medica, 2.tom.166.a
Item de nuptijs, & eius dicta aliqua, 161.a
Theoprobis Cypri Episcopus, 2.tom.209.a
Theolebas presbyter, 2.tom.224.b
Theocimus Scythiae Tomorum episcopus, 1.to-
mo, 131.b.
Theraphim תרפים, 3.tom.463.a
Thetistrum de quo in canticis canticorum, pro
pudicitia, 1.tom.18.b
3.tom.453.a
Theubarum castrum, 1.tom.113.a
Theutones populi, 1.tom.34.b
Thimuis Aegypti vrbs, 1.tom.128.b.130.a
Thircus inuicperatur, 2.tom.167.a
Tholabar תחלבה, 3.tom.367.b
Thomas Apostolus, 1.tom.120.a
Christi manus tetigit, 80.a
In India praedicauit, 3.tom.414.a
Thorofulus, 1.tom.100.b.2.tom.169.b
Thrace a Thiras venerunt, 3.tom.454.b
Thracius Rex, 1.tom.62.a
Thraefas Episcopus & martyr, 1.tom.125.b
Thronum pro imperio, 3.tom.395.b
Tiara תיאר, 3.tom.366.b
Tibareni populi in patibulis suspendunt quos
dilexerint senes, 2.tom.167.a
Tiberianus Baeticus eccl. scriptor, 1.tom.131.b
Tiberias lacus, 3.tom.371.a
Timasij infelix exitus, 1.tom.111.a
Timaeus Locrensis Platonis amicus, 2.tom.261.b
Timaeus philosophus scriptor citatur, 2.tom.160.a
Timoclia mulier, 2.tom.163.a
Timor virtutum cultus est, 3.tom.360.b
In caritate perfecta non est qui timore opera-
tur, 408.b
Timotheus Pauli Apostoli discipulus, 1.tom.
120.a
Eius corpus transfertur, 2.tom.190.b
Tintinnabula quid significent, 3.tom.367.b
Tyrus olim insula, 1.tom.86.b
Pro gentibus ponitur, 3.tom.397.b
Titiana furia mater, 1.tom.29.b
Titus Pauli Apostoli discipulus, 1.tom.120.a
Pauli interpres fuit in Graeca lingua, 3.tom.
422.a
Titi Liuji fama quida ex vltimis Hispaniae par-
tibus Romam venit, 3.tom.337.a
Tituli psalmorum, 3.tom.388.b.389.a
Tolosa vrbs, 1.tom.36.b
Tonitrus scripturae verba sunt, 3.tom.356.b
Tornacus vrbs, 1.tom.36.b
Torrens, & eius mysterium, 3.tom.461.a
Toxotius Paulae matronae Rom. vir, 1.tom.73.b
Pammachij socer, 72.a
Toxotius Paulae praedictae filius, & Paulae iunio-
ris pater, 1.tom.17.a
Traconitis vrbs, 3.tom.455.b
Traditiones maiorum vt leges Apostolicae ser-
uandae, 1.tom.83.a
Multa sunt in Ecclesia traditiones quae scrip-
tae legis auctoritatem habent, 2.tom.
198.b.
Et seruari omnino debent, ibidem
Huiusmodi sunt baptisimi caritatis, die
Dominico, & a Pascha vsque ad Penteco-
sten genus non flectere, & similia, ibidem
Eae quae erant Pharisaeorum contra Dei praer-
cepta, taxantur, 3.tom.433.b.434.a
Tranquillus liber, 1.tom.119.a
Transfiguratio Christi cur Moyse & Elia se-
cum habuerit, 2.tom.170.a
Treceris Hieronymus Hilarij libri manu pro-
pria scribit, 1.tom.16.b
Tribulationes Christiano expectandae, 1.tom.
190.22.a.
Eas homines sancti patiuntur, 64.b.65.a
In ijs quo modo Paula se soletur, explicatur,
61.a.
Et quomodo Paula se solaretur, 77.b
A quo ferendae sunt animo, 67.b
Eas pati, signum est a Deo hominem amari,
88.a, b.

Tribulatio opportuno Deus releuat tempo-
re, 77.b
Non curantur mali tribulationibus, sed san-
cti, 88.a
Triginta ad nuptias referuntur, 2.tom.140.b.
180.b.
Trinitatis vna substantia siue *diuina* est, & tres
personae, 2.tom.193.b.195.a, b
Eius fidem qualem credat, Hieronymus ex-
plicat, 302.a, b
Se inuicem videt sanctissima trinitas, contra
id quod Origenes dixit, 214.a
Quae de ea impiè credat Origenes, 204.b
Tripullius Cypri, 1.tom.129.b
Tryphon eccl. scriptor, 1.tom.127.a
Tripolis Arcas opidum ex aduerso in radicibus
Libani montis habet, 3.tom.455.a
Triptolemus, 2.tom.169.a
Tritari de aliorum bonis, malum, 2.tom.283.a
Tritium compitum tritum viarum, 2.tom.186.b
Triumphus Dei, 3.tom.422.b
Triumphalis via Romae, 1.tom.119.b
Troas quae & Troia, 3.tom.422.a
Troglodytae populi, 2.tom.167.a
Tropologia in scriptura, 3.tom.423.b
Quis sit tropicus loquedi modus, 2.tom.239.a
Sensus tropicus de Ecclesia ad animam quo
modo transferri possit, 3.tom.397.a
Trossulus, 1.tom.100.b
Vide scholia nostra.
Tritinari verba spumantia, 3.tom.353.a
Et caua, 3.tom.332.b
Tubae sacerdotes euangelicam praedicationem
significat, 2.tom.149.a
Tullius Cicero praeripuit Demostheni ne ille
esset solus orator, illi q. Demosthenes ne
esset primus, 1.tom.6.a
Eius liber de consolatione, 8.b
Tunica pellicea Adam mystice, 1.tom.59.a, b
Origenis ea de re opinio, 2.tom.210.a
Tunica inconcussa, virginitas, 1.tom.59.a
Tunicam conseruare, nuptias contrahere est,
ibidem.
Tunica vnus nomine omnes vestes necessariae
intelliguntur, 3.tom.416.a
Turpilius comicus, 1.tom.94.a
Turtis pro superbia, 3.tom.357.a, b
Turturis natura & typus, 2.tom.153.a
Moyse, prophetas, & ipsum interdum Spiritum
sanctum significat, 3.tom.443.b
V.
Vacca a quibus non comedatur, 2.tom.167.a
De vacca rufa, 1.tom.75.b
Valens Mursensis episcopus Arrianus, & eius
dolos in catholicis in Synodo Arminensi,
2.tom.201.a.
Scripsit contra eum & vrsacium sanctus A-
thanasius, 1.tom.129.b
Item S. Hilarius librum, in quo Arminensem
historiam complexus est, 130.a
Valens Imperator Arrianus Epiphanium ta-
gere non audeat, 2.tom.213.a
Legem de non comedendis vitulis edit, 167.a
Sub eo Athanasius moritur, 1.tom.129.b
Germanus Valentiniani fuit, & Gothico be-
lo in Thracia victus occubuit, 111.a
Valentinianus Valens Germanus Imp. vastato
genitali solo, & inultam patriam derelin-
quens, vomitu sanguinis extinguitur, 1.tom.
111.a.
Valentinianus secundus, Imp. & eius mors,
1.tom.111.a.
Valentinus haereticus contra sacratissimam vir-
ginem ea quae postea Heluidius dixit, 2.tom.
138.b.
Resurrectionem negauit, 218.b
Bardesanes eius discipulus fuit, 1.tom.124.b
Scripsit contra eum Irenaeus, scripserunt &
alii, 2.tom.138.b
Valeria Messalliarum soror, 2.tom.161.a
Vana dieuntur omnia non propter
comparatione, 2.tom.183.b
Vangiones delicti, 1.tom.36.b
Varius Geminus orator, 2.tom.152.a
Varronis libri de antiquitatibus, 3.tom.454.b
Item de eruditis, ac doctis viris, 1.tom.119.a
Varus qui Iudaeam vastauit, 3.tom.371.b

Vasa cur dicantur sacra, 3.tom.449.a
Luculenta ac pura templi vasa Nepotianus
seruat, 1.tom.100.b
Pro virginitate templi vas sumitur, 66.a, b
Vaticanum, vbi Petrus Apostolorum princeps
iuxta viam Triumphalem sepultus est, 1.tom.
119.b.
Vbera sponfi & sponfae mystice, 3.tom.436.b.
440.a.
Vectones populi, 2.tom.190.a
Velamen Moysi quid, 1.tom.40.b
Velites milites, 2.tom.179.b
Velle, vide voluntas.
Vellus scitatum, & ros per aream effusus, quid
significet, 1.tom.39.a
Velum templi quod scissum est, & eius rei in-
yestium, 3.tom.418.b
Velum cum hominis imagine foribus templi app-
pensum scindit Epiphanius, 2.tom.211.b
Vendere omnia & dare pauperibus, perfectio
est, 1.tom.24.a. 2.tom.166.b
Venerius episcopus, 2.tom.247.b
Venter mystice quid, 3.tom.364.b
Pinguis non gignit mentem tenuem, 1.tom.7.a.
Venus Elusae cur colatur, 1.tom.112.a, b
Eius statua in crucis rupe Hierosolymae po-
sita, 39.b
Veneres ex ore fluere, 2.tom.187.a
Vera mulier laudatur, 1.tom.91.a
Verborum vitia inter Christianos reprehendi
non solent, 2.tom.243.a
Non statim taxanda sunt, sed videndum qua
mente dicta sint, 183.a, b
Quaedam a Rustino inepte dicta reprehendun-
tur, 242.a
Contendere verbis, impudens est, 308.b
Verba caua, seu spumantia trinitati, 2.tom.
332.b. 3.tom.353.a.
Vercellae ciuitas, 1.tom.104.b
Veredarius, 1.tom.61.b
Verisimilia cur a philosophis reperta, 2.tom.
243.a.
Rhetores ea magis quam vera sectantur,
183.a.
Veritas amara est, 2.tom.179.b
Amara & offendit contractos, 276.a. 332.a
Laborat, sed non vincitur, 275.b
Quia ea tacuit, immunda labia Esaias habe-
bat, 289.b
Verum tacuisse peccatum est, ibidem
Vermes qui populi comedant, 2.tom.166.b
Veritatem facere, 1.tom.76.b
Versus hexametri in Iob, & alibi alij, quo modo
sunt, 3.tom.345.b. 346.a
Prophetae versibus scripti non sunt, 347.a
Qui psalmi, & quae aliae scripturae partes ver-
sibus scriptae sunt, 450.a, b
Vesperae in euangelio quo modo sumatur, 310.
mo. 417.a.
Vesta virgines habet sacerdotes, 2.tom.159.b
Vestales virgines, 2.tom.144.b
Vestes veterum sacerdotum sigillatim, & mystice
omnes explicantur, 3.tom.366.a, b. 367.
a, b. 368.a, b.
Ea quae talaris eorum dendi erat, 366.a, b
Polymita Ioseph quid significet, 21.143.a.
181.a.
Christi vestis baptismus est, 194.b. 195.b
Hieronymo pro celebranda missa vestis do-
natur, 1.tom.100.b
Episcopus, presbyter, diaconus, & reliqui cle-
rici ad sacrificium altaris cum candida pro-
cedunt veste, 2.tom.277.a
Qui se Deo dicant, vestes mutant, 1.tom.47.a
Quibus vti debeant clerici, 62.a
Quibus monachi, 13.a
Quas Demetrius fugerit, quas habuerit, 20.
b. 21.a.
Mundities vestium Deo non displicet, 2.tom.
277.a.
Pelagus contrarium dicebat, ibidem
Pompa, & luxuria vestium taxatur, 1.tom.100.b
Via vna spatiosa, & altera arcta, 1.tom.42.b
Regia, qua se transitorium promittit Israel,
quae, 16.a
Victor Rom. episcopus, 1.tom.124.a
Victorinus Pictauiensis episcopus, & eius ope-
ra, 1.tom.128.b.

I N D E X.

Deest illi eruditio, sed non eruditionis voluntas, 2.com.310.a
 Inclyto martyrio coronatus, quod intelligit eloqui non potest, 1.com.403.b
 Origenem sequitur in explanatione dumtaxat scripturarum, 2.com.301.a
 Aliqua illius trāsferat ut auctor, 230.b.232.b
 Frater Domini dū vocat, propinquitatem intelligit, non natura, contra id quod citaue- rat Heluidius, 138.b
 Suum vocat Hieronymus, & eius expositiones in Genesi, & Elia citat, 3.com.353.b. 401.a
 Victorinus Afer rhetor, qui Romæ sub Cō- stantio docuit, 1.com.130.a
 Commentarios in Ciceronis dialogos scripsit, 2.com.236.a
 Piaculum vocis, quod virgo & nupta non differant, Romæ, ni alter ille sit Victorinus, audire non potuit, 180.a
 Victus vnus diei omnia nobis necessaria alimenta significat, 3.com.416.a
 Vitæ & vestitū contenti esse debemus, 1.com. 62.b.63.a
 Christianorum diuitiæ ij sunt, 3.com.340.b
 Videntes, propheta cur dicerentur, 3.com.138.a
 Vidua quo modo viuere debeat, epist.9.& 10.& 3.com.
 Quæ in delicijs est, viuens mortua est, 1.com. 30.b
 Digama quibus indigna, 2.com.147.a
 Cur ab Apostolo sexagenaria eligatur, 1.com. 27.b.28.a
 Cur omnibus à Christo prælata ea quæ duo tantum minuta obtulit, 1.to.90.a.91.a.b
 Vigilantius hereticus, & eius errores, quos Hieronymus confutat, 2.com.188.189.& inde.
 Qui sunt, in nostro argumēto breuiter expli- cantur, 189.b
 Per antiphrasim dictus est, 188.b
 Vigilantius alter, 2.com.236.b
 Hieronymus eius obtræctationes recundit, ac confutat, 300.b.301.a
 Vigilantius presbyter Hieronymi amicus, 1.to- mo.40.b
 Vigiliæ in Ecclesijs, & pernoctationes contra Vigilantium hæreticum Hieronymus def- fendit, 2.com.189.a
 Nox in quatuor vigilijs diuiditur, 3.com, 390.a
 Virgo in eis à matre non discedat, 1.com.159.a
 Vingtini numerus infansus, 2.com.149.a
 Villicus iniquitatis quis, & omnis eius historia exponitur, 3.com.427.b.428.a
 Vincentius presbyter, Hieronymi intimus ami- cus, & indiuuus comes, sacrificia publicè exercere renuit, vt quieti vacet, 2.com, 208.b
 Constantinopolim deserit, vt in solitudine vnà cum Hieronymo adolescentiæ peccata def- feat, 224.a
 Ex vrbe Roma cum Hieronymo Hierosoly- mam redit, 257.b
 Isidori à Ioanne Hierosolymitano missi litem recipit, 223.a
 Hortatur à Io. ne Ecclesiam seindat, 224.a
 Rursus ex vrbe Roma redit Bethlehem & Theophilum Alexandrinum per Hierony- mi litteras saluat, 300.a
 Eius iudicium Vigilantio displicet, 301.b
 Vinculum mysticè quid, 3.com.361.a
 Pro corpore interdum sumitur, sicut anima vincita dicitur, 2.com.238.b
 Vineæ quædam à turba Hilarionis depasta, vi- num copiosius quàm antea reddit, 1.com. 112.b
 Vinum quando bibi cœptum, & quæ ab eo ma- la proueniunt, 1.com.57.a.b
 A quibus & quando bibendum, 31.a
 Nazaræi & sacerdotes ministrantur ab eo & sicera abstinebant, 2.com.170.b
 Quamuis non damnatur, à clericis tamen fugi- endum est, 1.com.6.b
 Item à virginibus, 56.b.57.a.75.b
 Infancula medico veantur, 18.b
 Monachi eo non vtuntur, etiam languentes, 56.b.

Ex eisq. senes tantum accipiunt, 63.b
 Ætate probatur vinum, 3.com.340.b
 Viola purpurea cælum significat, 1.com.12.b
 Vipera carnes ad quid vitales, 2.com.166.a
 Vir & femina non dicitur vbi virginitas & ca- sitas est, 2.com.239.b
 Virorum consortia bonæ fugiant mulieres, 1.com.58.a
 Nec eos sibi in domo adiungant, 100.a
 Vires carnibus comparantur, 2.com.168.b
 Virga ponitur pro regno, 3.com.396.a
 Et pro potentia seculari, vt ea quæ Apostolis prohibita est, 1.com.66.b
 Duæ virgæ apud prophetas Ecclesiæ & Syn- agogam significant, 3.com.374.a
 Virgilius patriæ suæ interdum verbis vitur, 3.com.432.b
 Taxatus quod Homeri versus ad verbum fu- raretur, quid responderit, 451.a
 Citatur, 1.to.73.b.74.a.93.b.106.b.107.b. 2.com.140.a.179.a.183.a.186.a.187.b. 202.b.236.a.259.a.261.b.264.a.b.302. b.304.b.338.b.383.b.390.b.
 Virgiliocentones, 3.com.338.b
 Virginitas in paradiso incipit, 2.com.152.b
 In Maria & Christo dedicatur, 1.com.59.a. 60.a
 Virgo noster Christus ex virgine, 2.to.186.a
 Virgines in se virgine facrat, 158.a
 Et per Apostolos emittit, ibidem
 Naturæ virginitas est, nuptiæ post peccatum, 1.com.59.a
 Nuptijs præferatur, 2.com.140.a
 Item viduitati, 154.a.b
 Heluidius & Iouinianus exæquant, 138.b. 139.a.140.a.b
 Voluntaria virginitas est, 3.com.369.a
 Non imperatur, sed offertur, 1.com.59.b
 Cur non imperetur, ibid. & 2.com.139.b. 144.b.145.a
 Difficilis est, & ideo rara, 2.com.155.a
 Lilijs comparatur & rosis, 1.com.22.b.3.com. 393.b
 Dexter oculus est, nuptiæ sinister, 2.com, 153.a
 Prima virginitas à prima natiuitate, secunda à secunda est, 2.com.186.a.b
 Hieronymus fe ea, printa scilicet, carere dicit, ibidem, b.
 Seruat, & custodit, scilicet alteram, 1.com, 60.a
 Facilior viduitate est, quod carnis incentiua non nouit, 2.com.149.a
 Dicitur in feminis quàm vitis est, propterea quod à feminis fluxit, 60.a
 Semper est armata virginitas, 3.com.395.a
 Ipsa sola non saluat, 2.com.159.a
 Qualiter ab infantia educanda sit virgo, epist.7.&8.
 Qualis esse debeat vita, epist.22
 Malæ sanctum bonarum propositum infa- mant, 2.com.157.a
 Malæ & stultæ sunt, quæ mente non sunt vir- gines, 1.com.56.b
 Multæ huiusmodi reperiuntur, 2.com.146.a
 Hæ autem taxantur, 1.to.58.a.61.b.64.a
 Cum vestibus & moribus, 58.a
 Earum multitudine, & miseria, 56.b.58.a
 Sufficitare post ruinam lapsum Deus an possit, 56.b.
 Episcopus virgines facrat, 2.com.308.b
 Orando super eas, & flamme eas velando, 1.com.20.b
 Velantur enim quæ Deo sacræ sunt, 54.b
 Quod velum flammæum vocatur, 80.b
 Cum Christo spondentur, pulla induuntur tunica, & seruo operiuntur pallio, aurè, & monilibus, linteaminibusq. ablatis, 37.b
 Crine amputantur, & professione emittunt, se in monasterio manusas promittentes, 103.a.b
 Si nubat Deo dicata, damnata est, & incesta vocatur, 1.com.131.b.2.com.145.b
 Bethlehemiticam ad stuprum sollicitatā con- queritur, 1.com.102.b.103.a
 Multis commendat virginitatem, à veteri in- cipiens testamento, 2.com.147.a.b.152. b. 153.a.& inde. 156.a.& inde.

Et virgines gentilium recensens, 159.a. & inde.
 Triumphantes Romani virginibus de via ce- debant, 159.b
 Prophetarum multi filij fuerunt virgines, 1.com.59.b
 Elias item, Elifeus, & Hieremias, ibidem
 Sibyllæ similiter virgines, 2.com.159.a.b
 Ioseph per Mariam virgo, 138.b
 Ioannes Euangelista similiter, qui propter virginitatem à Christo dilectus est maximè, 151.a
 Virgo Paulus Apostolus, 1.com.59.b
 Corpore & spiritu sancta esse debet virgo, 64.a
 Arca testamenti Christi sponsa est, intus & foris deaurata, custos legis Domini, 1.com. 60.b
 Super hoc precipitatorum, veluti super Che- rubim Deus sedet, ibidem
 Sola virginitas Dei nouit consilium, 2.com. 159.b
 Extra Ecclesiam non sunt virgines, 1.com. 64.b
 Maculorum consortium fugiant virgines, 2.com.
 Item matronarum, & viduarum, quas neces- sitas non voluntas viduas fecit: & ad do- mos nobilium non accedat, 1.com.58.b
 Taxantur parentes qui deformes filios Deo facrat, & parum eis relinquunt, 1.com. 21.b
 Decem in Euangelio virgines sollicitorū & pigrorum exempla sunt, 2.com.175.a
 Iudæi quo modo sanguinis gustu explorant an aliqua sit virgo, 3.com.
 Virgo caeleste signum, 2.com.159.b
 Virtus moderata, vitia in extremo, 1.com, 23.b
 Eius via vt in sueta aspera videtur, 42.b
 Vitia virtutum specie decipiunt, 18.b
 Vicina sunt virtutibus vitia, 2.com.200.b 295.b
 Omnes habere nemo potest, nisi participatio- ne, 273.b
 Qui vnā habet, omnes habet, ibidem
 Et qui vna caret, omnibus caret, 3.to.363.a
 Gloriam virtute superare difficile, 1.com, 360.b
 Quatuor virtutes tractantur, 1.com.70.a. 3.com.368.b
 Virulentia Ægyptiorum, 3.com.359.b
 Vis in cælorum regnum infertur, vt acquiratur, 1.com.65.a
 Visitandi officia, 1.com.52.b.53.2
 Vita nostra feno comparatur, 3.com.390.a.b
 Eius miseria & breuitas, 390.a.b
 Cur primum longa, postea breuior facta, 1.to- mo, 55.a
 Quilibet sibi longiorem promittit, 36.b
 Posterior iudicatur de priori, 31.b
 Nec sanctus dum viuuit securus est, nec pec- cator desperatus, 46.b
 Christiani qui viuunt dolèdi sunt magis quàm qui obierunt, 83.b
 Viui mysticè qui dicantur, 3.com.446.b.447.a
 Vitalis Episcopus Antiochenus, 2.com, 195.a. b.
 Vitula conternans, 3.com.
 Vitulus faginat mysticè quid, 3.com.409.a
 Vitulorum carne vesci interdum ob arandi ne- cessitatem prohibicum, 2.com.167.a
 Vlysis cursus, 2.com.257.a.b
 Vlyseum, 3.com.366.b
 Vmbilicus mysticè quid, 1.com.57.b
 Vmbra mysticè quid, 3.com.441.b
 Vnguenta Magdalena bona opera significant, 1.com.82.b
 Vngues mysticè mortua notant opera, 1.com. 71.b
 Vnium Deo per gratiam, 2.com.176.b
 Volcatus Ciceronis interpres, 2.com.236.a
 Volucres pro immundis operibus, 3.com.360.b
 Voluptas nunquam satiatur, 3.com.408.a
 Experta difficilium vitatur, 1.com.58.a
 Multi tamen facilius eam cauent, 37.b
 Voluptas hominis libera est, sed ad bonum Dei auxilio indiget, 2.com.265.b.267.a
 Nostrum

I N D E X.

Nostrum tantum non est, velle bonum, sed Dei, & liberi arbitrij, 265.b
 Velle & currere nostrum est, sed ipsum nostrum sine Dei semper auxilio nostrum non erit, ibidem.
 In omni re, quam velimus facere, Dei auxilium necessarium est, 266.a
 Id quod vult quis, statim facere non potest, 266.a.
 Voluntate enim propria, sine Dei scilicet auxilio, homines non reguntur, 276. a
 Voluntas Dei non discutienda, sed cum gratiarum actione patienda est, 288.a
 In amicis non res, sed voluntas quaeritur, 1. tom. 88.a.
 Votum reddi debet, 1. tom. 46. a, b
 Alioqui inimicus fit homini Deus, ibidem
 Nubere non potest virgo post votum Deo dicata, 1. tom. 131. b. 2. tom. 145. b
 Filia Deo voto promissa dari debet, 1. tom. 18. b.
 Coniuges continentiam nisi ex amborum consensu vouere non possunt, 1. to. 45. b. 46. a
 Vox rauca ex obeso corpore, 2. tom. 173. a
 Viua energiam habet, 3. tom. 337. b
 Vpupa auis, 2. tom. 179. b
 Vt Chaldaeorum, 3. tom. 455. b. 457. a
 Vrinae difficultas cimice appposito laxatur, 2. tom. 166. a.
 Vrsacius Arrianus, 1. tom. 129. b. 130. a
 Vrsicius haereticus Arrianus, 2. tom. 195. a
 Vrsi duo Elisei, Titus & Vespasianus fuerunt, 3. tom. 419. a.
 Vsa & sola, id est substantia, natura, essentia, 2. tom. 495. a.

Dolo Arrianorum in Syn. Ariminensi nomen Vsa obicitur, 201. a
 Et dicitur, propter scandalum, se abicere simulant, 212. b
 Vique, quid significet, 2. tom. 134. b
 Vuae pro sentibus, 1. tom. 13. a
 Vulcanus, 2. tom. 332. b
 Vultur, 2. tom. 166. a
 Vxor an sit ducenda, veterum sententiae recententur, 2. tom. 161. a, b
 Consilium non ducenda datur, 1. tom. 35. a, b. 36. a.
 Quae mala & incommoda vxores viris afferat, 2. tom. 161. a, b.
 Impudica seruari non potest, 161. b
 Eius vitia post nuptias discuntur, ibidem
 Quam miserum sit vxorem habere, auctoritate totius scripturae probat, 152. a, & inde.
 Eam ducere peccatum non est, 305. b
 Quatenus amanda sit, 162. b. 163. a
 Qui communes vxores habeant, 306. a, b
 Quae cum maritis se crement, 160. b
 Plures habere, olim lege concessum, 306. b
 Per tres dies ab vxoribus abstiniuit populus legem Dei suscepturus, 148. b. 184. b
 Et David propositionis panes aliter manducare non potest, 184. b
 Vouere abstinentiam sine viro vxor non potest, vel contra, 1. tom. 45. b. 46. a
 Vxores habere non possunt clerici sacriati, 2. tom. 154. b. 155. a.
 Vide supra, calibatus, clericis, sacerdotibus,
 Cur ab Apostolo vnus vxoris vir Episcopus, cum presbytero, & diacono eligatur, 154. b
 Pontificis vxor Ecclesia est, 306. b

X.
 Antippe Socratis vxor, 2. tom. 162. a
 Xenocrates citatur, 2. tom. 169. a
 Xenodochium in portu Romano a Paulino extruitur, 1. tom. 71. b. 86. b
 Xenophon, & eius constantia, 1. tom. 8. b
 Libri de vita Cyri, 2. tom. 168. b
 Xerxis potentia, & de humana miseria fletus, 1. tom. 11. b.
 Xystus Pythagoreus, & eius sententiae, 2. tom. 166. a
 Xystus Papa & martyr, 1. tom. 128. a
 Xystus Pythagoreus, & eius sententiae, 2. tom. 162. b.
 Huius liber a Rufino nomine Xysti Papae martyris transfertur, 264. b
 Xustici, 2. tom. 334. a
 Vbi nos habemus, rusticorum. vide scholia,

Z.

Zacharias, id est memor Domini, 3. tom. 319. b.
 Pater Ioannis peccauit quia non credidit, 1. tom. 0.
 Zachaeus, 1. tom. 75. b
 Zared torrens, & eius mysterium, 3. tom. 363. a
 Zebennus Antiochiae episcopus, 1. to. 127. b
 Zelotypus est Iesus, 1. tom. 61. a
 Zeno Stoicorum princeps, 2. tom. 172. b
 Zephyrinus Papa, 1. tom. 126. b. 127. a
 Zizania in praesenti saeculo non colliguntur, 2. tom. 285. a.
 Zona sacerdotalis, 3. tom. 366. b
 Mystice quid significet, 367. b

FINIS INDICIS.

LOCA SACRAE SCRIPTURAE,
 A S. HIERONYMO HIS TRIBVS,
 EPISTOLARVM TOMIS EXPLICATA,

AB EODEM

Mariano Victorio Reatino collecta.

Genes. 1. **D**ixit secundo cur non sit dictum, vidit Deus quod erat bonum, 2. to. 185. b
 Crescite, multiplicamini, & replete terram, 2. tom. 147. b.
 Maior est causa mea, quam vt dimittat, & caetera, 3. tom. 351. b
 Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet, 3. to. 351. a
 Septuplum vltio dabitur de Cain; de Lamech vero septuagies septies, 3. tom. 351. b. 352. a
 Apertae sunt cataractae caeli, 2. tom. 210. b
 Arcae mysterium explicatur, 2. tom. 202. b
 Columbam cum oliuae ramo redire expulso coruo, quid significat, 2. tom. 307. a
 Vinae plantatio, Noe ebrietas, & irrisio filij spiritualiter exponitur, 2. tom. 202. b
 15 Generatione autem quarta reuertetur hic, 3. tom. 352. a
 19 Ortus est eis sol in Segor, 1. tom. 96. a
 27 Vade ad gregem, & accipe inde mihi duos haedos bonos & teneros, & caetera, mystice exponitur; Rebecca factum, & benedictio Iacob, Esau excluso, mystice declaratur, 353. b. 354. a
 32 Ortus est ei sol postquam transfuit Phahuel, 2. tom. 294. b
 38 Coccinum, quo infantis Thamar ligata est manus, quid significet, 1. tom. 355. b
 Quare diuisa est propter te maceria, ibidem
 49 Non deficiet princeps ex Iuda, & caetera, 1. tom. 75. a
 Exod. 3 Rubum ardere, & non comburi, quid, 3. tom. 358. a
 6 Precor Domine, non sum dignus, 3. tom. 403. a
 15 De Marach, & ligno in aquam proiecto, de 12. fontibus, & 12. palmis, 3. tom. 357. b
 17 De Moyse orante, & ab Aaron, & Hur sustentato mysterium, 3. tom. 358. b.
 20 Peccata patrum in tertiam, & quartam generationem reddi, quid, 1. tom. 23. a. 102. b

Non concupisces, 3. tom. 430. b
 21 Septimo anno egredi liberum seruum, perforari eius auriculam, & cum vxore & liberis seruire, quid, 2. tom. 175. a, b
 28 Vestes pontificiae, & sacerdotales mystice omnes explicantur, 3. tom. 366. a, b. 367. a, b. 368. a, b.
 Leuit. 20 Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, &c. 2. to. 133. a
 21 Totum fere hoc caput exponitur, 3. tom. 364. b. 365. a
 Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos, &c. ad omnem mortuum non ingreditur: de sanctis non exierit, & non contaminabitur sanctificatio Dei eius, quia sanctum oleum vnctionis a Deo super eum est, 1. tom. 68. b
 Num. 33. Mansiones 42. explicantur, 3. tom. 356. b. & inde.
 35 De sex ciuitatibus fugitiuorum, eorum qui non sponte homicidium perpetrarunt, 2. tom. 279. a
 Postquam autem in eum fuerit sacerdos magnus, homicida reuertetur in terram suam, mystice exponitur, 2. tom. 178. a. 278. a.
 Deut. 21 Stradamaeris captiuam mulierem, & caetera: rades caesariem, & circuncidet vngues iradet pilos, & caetera: mystice exponitur, 1. tom. 71. b. 2. to. 309. b. 3. to. 408. a
 Iosue 3 De aquis Iordanis arefactis, 2. tom. 148. b
 5 De secunda circummersione, ibidem
 De principe militiae cum gladio occurrente Iosue, 2. to. 149. a
 6 De subuersione Hiericho, & sacerdotibus tubis, ibid.
 10 De quinque regibus occisis, ibid.
 14 De sepultura Iosue Moysi sepultura comparata, 2. tom. 149. a
 Iud. 1 De aquis irriguis superioribus, & inferioribus, 1. tom. 75. a
 6 De vellere compluto, 1. tom. 75. a
 11 De voto Ieptae, 2. tom. 149. b
 14 De Samsonis mysterio, ibidem
 18 De Ephod & Theraphim, 3. tom. 372. b
 1 Reg. 1 Quod Anna nunquam receperit filium quem Deo obtulit, 1. tom. 20. a.
 2 Cur Eli punitus cum filios increparit erroris, 2. tom. 275. a
 Glorifi-

LOCASACRÆSCRIPTVRÆ

- Glorificantes me glorificabo, 1. tom. 71. a
 3 Mortuus est Elias lucerna Dei antequam extingueretur, 2. to-
 mo 155. a.
 21 De panibus propositionis, quos David non comedit nisi post
 abstinentiam ab uxoribus, 2. tom. 148. b. 184. b
 2 Reg. 6 De Oza percussio propter arcam tactam, 1. tom. 60. a
 3 Reg. 3 De iurgio duarum mulierum Salomonis iudicio extricato,
 epist. 131.
 17 De uida Sareptana, 1. tom. 32. a
 19 De Elia stante in foramine petrae,
 De Elia bobus, 1. tom. 82. b
 4 Reg. 2 De pallio quod Elias raptus proiecit in terram, 1. tomo
 59. a. 82. b.
 4 De Eliaeo ius oliæ dulcorante, 1. tom. 57. a, b
 6 De filiis prophetarum ædificantibus tabernacula prope Iordanem,
 1. tom. 13. a. 40. a
 De ferro aquæ supernatante, 1. tom. 14. a
 22 Oda prophetissa habitabat in Hierusalem in Secunda, 2.
 tom. 288. b.
 2 Par. 35 Nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei, 2. to. 289. a
 Iob 7 Tentatio seu militia est vita hominis super terram, 1. to-
 mo 22. a.
 19 Celte sculpantur in silice, rursum circumdabor pelle mea, &
 in carne mea uidebo Deum Saluatorem meum, 2. tomo
 220. a, b.
 40 Aliqua huius capitis de Diabolo exponuntur, 2. to. 165. b
 Virtus eius in lumbis, & potestas eius in umbilico, 1. to-
 mo 23. a. 57. b.
 Psalm. 1. In lege eius meditabitur die ac nocte, 1. tom. 48. b
 Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio
 iustorum, 2. tom. 276. b
 2 Adorate filium seu adorate purè, vel osculamini filium, 2.
 tomo 26. b. 237. a.
 4 Itascimini, & nolite peccare, 1. tom. 91. b. 2. to. 282. b
 5 Rectam fac in conspectu tuo uiam meam, vel in conspectu
 meo uiam tuam, 2. tom. 294. b
 8 Quoniam uidebo caelos, 2. tom. 214. a
 9 De ipso titulo: pro occultis filij, 3. tom. 338. a
 11 Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, 2. tomo
 200. a.
 18 Et ab alienis parce seruo tuo, 3. tom. 391. a
 21 De titulo: pro assumptione matutina, 3. tom. 392. a, b
 22 Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, 3. to-
 mo 360. b.
 23 Attollite portas principes uestras, &c. 3. tom. 401. b
 26 Credo uidere bona Domini in terra uiuentium, 3. to. 369. b
 28 Vox Domini super aquas multas, 3. tom. 379. a
 Vox Domini confringentis cedros, & cætera, 3. to. 361. a. b
 31 Peccatum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non
 abscondi, 3. tom. 431. a
 Pro hac orabit ad te omnis sanctus, 2. tom. 281. b. 282. a
 37 De titulo: in commemorationem, 3. tom. 431. a
 38 Vniuersa uanitas omnis homo uiuens, 2. tom. 287. b
 39 In capite libri scriptum est de me, 3. tom. 452. a
 41 Abyssus Abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum,
 3. tom. 415. a.
 44 Torus hic Psalmus, qui incipit, Eructauit cor meum uerbum
 bonum, explicatur, 3. tom. epist. 140
 Audi filia, & uide, inclina aurem tuam, &c. 1. tom. 55. b
 50 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, 1. to. 57. b. 97. b
 62 Situit anima mea ad te, quam multipliciter tibi & caro mea.
 In terra deserta, in uia, & in aquosa, &c. 1. to. 96. b. 97. a
 67 Posteriora dorsus eius in pallore auri, 3. tom. 415. b. 416. a
 Increpa Domine bestias calami, 1. tom. 79. b
 Venient legati ex Ægypto, 3. tom. 361. a
 Æthiopia præueniet manus eius Deo, 3. tom. 438. a
 72 Titulus: Defecerunt hymni laud filij Iesse, 1. to. 66. b
 Domine in ciuitate tua inuocant nomen ipsorum dissipta, 1. to. 53. b
 73 Tu dirupisti fluuios Ethan, 3. tom. 357. a
 75 Et habitatio eius in Syon, 1. tom. 83. b
 76 Renuit consolari anima mea.
 Nunc cõpi, hæc mutatio dexterae excelsi, 2. to. 287. b
 78 Posside filios mortificationum, 1. tom. 78. a
 81 In medio autem Deos discernit, 1. tom. 56. a
 86 Fundamenta eius in montibus sanctis, 1. tom. 74. b
 88 In æternum misericordia ædificabitur, 2. tom. 287. b
 89 Torus hic Psalmus, qui incipit, Domine refugium factus es
 nobis, exponitur, 3. tom. epist. 139
 Si autem in potentatibus, 1. tom. 90. b
 90 A sagitta volante per diem, à negotio perambulante in tene-
 bris, 2. tom. 287. b
 91 Plantati in domo Domini, 2. tom. 287. b
 98 Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, 2. to. 149. b
 101 Ne reuocet me in dimidio dierum meorum, 3. tom. 392. a
 103 Petra refugium herinaceis,
 Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint, 2. to-
 mo 276. b.
 109 Ex utero ante Lucifera genui te, 3. tom. 394. a

- 111 In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non time-
 bit, 1. tom. 93. a
 115 Omnis homo mendax,
 Calicem salutaris accipiam, 2. tom. 284. b
 1. tom. 64. b
 117 A Domino factus est hic, 3. tom. 405. b
 118 Beati immaculati in uia,
 Factus sum sicut uer in pruina, 1. tom. 48. a
 Anima mea in manibus meis semper, 3. tom. 386. a
 119 Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis, 3. to-
 mo 395. b. 403. a.
 Habitauit cum habitantibus Cedar, 2. tom. 179. a
 126 Quid sit panis doloris, & qui sint filij excussorum, latè explica-
 tur, 3. tom. epist. 141
 127 Labores manuum tuarum, seu fructuum tuorum masticabis,
 3. tom. 399. b.
 131 Ecce audiuimus eum in Ephrata,
 Viduam eius benedicens benedicam, 1. tom. 75. a
 3. tom. 468. a
 136 Allidet paruulos tuos ad petram, 1. tom. 56. b
 140 Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me: Oleum
 autem peccatoris non impinguet caput meum, 2. to. 312. b
 Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum, audiet uerba mea,
 quoniam placuerunt, 2. tom. 289. a
 2. tom. 152. a
 Prouer. 3 Filij ne perfluas,
 9 Mulier insipiens & audax in ops panis efficitur,
 Terrigenæ apud eam pereunt, 2. tom. 152. a
 13 Redemptio animæ uiri, propria diuitiæ, 1. tom. 82. b
 24 Septies cadit iustus, & resurget, 1. tom. 98. a
 30 Sanguis uisus tres filii erant, & cætera, 2. tom. 152. a
 Eccl. 4 Funiculus triplex difficile rumpitur, 2. tom. 227. a
 7 Mulierem in his omnibus non inueni, 2. tom. 152. b
 9 In omni tempore sint uestimenta tua candida, 2. tom. 152. b
 10 Mulcæ morituræ, seu mortuæ perdunt suauitatem uinguenti,
 2. tom. 282. b. 283. a.
 Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, & cætera,
 1. tom. 22. b.
 Quia curatio quiescere facit peccata maxima, ibidem
 11 Da partes septem, & da partes octo, 2. tom. 202. b
 Cant. 1 Caput totum ab Origene exponitur, 3. to. 435. b. & inde.
 Speciosa sunt uerba tua à uino, 2. tom. 153. b
 In medio uerborum meorum, &c. ibidem
 Nigra sum, sed speciosa, 1. tom. 55. b
 Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti,
 2. tom. 152. b.
 2 Ferè totum ipsum etiam ab Origene exponitur, 3. tomo
 441. a. & inde.
 Sinistra eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur
 me, 1. tom. 59. a
 Hyems transit, pluuia abiit tibi, tempus sectionis aduenit,
 2. tom. 153. a.
 Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos
 suos, ibidem
 Tu columba mea in uelamento petrae iuxta promurale, ibid.
 Ostende mihi faciem tuam, ibidem
 Qui pascitur in terra Iilia, ibidem
 3 Vniuscuiusque uiri gladius in femore eius, ibidem
 4 Vadam ad montem myrrhae, & ad collem Libani, 2. to. 153. a
 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, 2. to-
 mo 296. b. 153. a.
 Veni à Libano spòsa, ab initio fidei, à capite Sanit, & Hermo,
 à cubilibus leonum, à montibus Leopardorum, 2. to. 153. a
 Vulnerasti me in uno oculo meo tuorum soror mea sponsa,
 2. tom. 153. a.
 Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisi ma-
 lorum granatorum cum fructu pomorum, 2. tom. 153. b
 5 Fratrueles meus candidus & rubicundus, 1. tom. 81. b
 2. tom. 153. b.
 Guttur eius dulcedines, & totus concupiscentia, 2. to. 153. b
 6 Sexaginta sunt Reginae, & lxxx. concubinae, & adolescen-
 tulae quarum non est numerus: Vna est columba mea, &c.
 3. tom. 398. a.
 7 Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filij Aminadad,
 2. tom. 153. b.
 8 Innixa super dilectum suum, 3. tom. 437. b
 Esa. 1 Comburentur iniqui & peccatores simul, & quirelinquent
 Deum, consummabuntur, 2. tom. 276. b
 6 Totum hoc caput exponitur, 3. tom. epist. 142. 143.
 Veh mihi quia tacui, & immunda labia habeo, 2. tom. 289. b
 7 Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, 2. tom. 153. b
 Et uocabit, vel uocabitis, seu uocabunt nomen eius Emma-
 nuel, 2. tom. 334. b
 11 Et flos, sive Nazaræus de radice eius ascendet, ibidem
 26 Intra in cellaria, 2. tom. 221. a
 28 Qui ablactari estis à lacte, auulsi ab uerbis, &c. 1. to. 77. b
 31 Beatus qui habet semè in Israël, & domesticos in Hierusalem
 secundum lxx. sicut & alia, 2. tom. 335. b
 34 In Idumæam descendet, &c. Victima Domini in Bosra, & in-
 terfectio eius multa in terra Edom, 2. tom. 230. a
 38 A modo filios faciam, secundum lxx. ubi nos habemus. Pater
 filiis no-

A HIERONYMO EXPLICATA.

- filii notam faciet veritatem tuam, 2.tom.150.a
- 42 Ecce seruus meus suscipiam eum, & cætera, vsque ad verba, hæc dicit Dominus, 3.tom.425.a. quæst. 2.
- 63 Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, 2.tom.221.b.
- Hier. 2 Vertunt ad me dorsa, & non facies suas, 1.tom.97.a
- 3 Et tu reliquisti metatamen conuertere, & suscipiam te, 1.tom.97.a
- 7 Non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustumatum, 2.tom.290.b
- 22 Nolite flere mortuum, neque plangatis eum: sicut planctu qui egreditur, quia non reuertetur vltra, 1.tom.97.a
- 23 Deus appropinquans ego, & non procul, 2.tom.290.b
- 31 Femina circumdedit virum, 2.tom.154.a
- Thren. 2 Muri Sion proferte lacrymas. vbi nos habemus, Super inuros filia Sion. Deduc quasi torrentem lacrymas, 1. to. 97.a
- Ezech. 1 De Quatuor animalibus, 3. tom. 368.a
- 2 De libro scripto intus & foris, in quo est scriptum, lamentatio, carmen, & vñ, 1. tom. 96.a. 102.b
- 10 De Cherubim, & rotis, 3. tom. 368.a
- 16 Perfecta eras in decore meo, 2. tom. 290.a
- Recordaberis & confunderis, vt non sit tibi vltra aperire os præ confusione, 2. tom. 177.b
- 14 Si fuerint tres yiri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob, 2. tom. 150.b.
- 20 Dedi eis præcepta non bona, 2. tom. 327.a
- 23 In Ægypto fractæ sunt mammae tuæ, 3. tom. 440.a
- 44 De porta Orientali quæ semper clausa manet, per quam solus Pontifex ingreditur, 2. tom. 186.a. 282.a
- Dan. 2 De lapide abscondito de monte sine manibus, 1. tom. 59.a
2. tom. 301.b.
- 3 De fornace quadrangula nouem cubitorum, 1. to. 23.a. b
- 6 Fenestras apertas ad Hierusalem cur habuerit Daniel, 1. tom. 61.a.
- Osee 7 Facti sunt mihi in arcum prauum, 1. tom. 15.b
- 13 Adducet vrentem ventum Dominus de deserto, & cætera, 1. tom. 83.b.
- Iohel 2 Sanctificat ieiunium, & cætera, prædicate curationem, & cætera, 2. tom. 171.b
- 3 Irrigat torrentem vel funium vel spinarum, 2. tom. 186.a
- Nahum 1 Et mundans te non faciet innocentem. Non vindicat Deus bis in id ipsum, 2. tom. 290.a
3. tom. 351.b
- Zachar. 3 De Iesu filio Iosede induto fordidis vestibus, ad cuius dextram stabat Satanas, 2. tom. 289.b
- 9 Lapides sancti voluntur super terram, ibidem
- Malach. 1 Iacob dilexi, Esau autem odio habui, 3. tom. 421.a
- 3 Eritis vos in terra voluptaria, 3. tom. 370.a

EX NOVO TESTAMENTO.

- Matth. 1 Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, &c. 2. tom. 133.a. b. 134.a. b
- Voluit occulte dimittere eam, 2. tom. 134.a
- Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, 2. tom. 135.a
- 2 Et tu Bethlehém terra Iuda nequaquam minima es, &c. 2. tom. 334.b. 335.a.
- Quoniam Mazaræus vocabitur, 2. tom. 334.b
- 3 Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham, 3. tom. 398.a.
- 5 Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, 3. tom. 369.b
- Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? 2. tom. 197.a.
- Qui irascitur fratri suo sine causa, 2. tom. 282.b. 284.a
- Esto consentiens aduersario tuo, &c. 1. tom. 22.b
- Esto beneuolus, siue bene sentiens de aduersario tuo, 1. tom. 48.a.
- Si manus tua &c. scandalizat te, &c. 2. tom. 284.b
- De vxore non dimittenda nisi ex causa fornicationis, 1. tom. 85.a.
- 6 Caute ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, 2. tom. 284.b.
- Pater noster, quies in cælis, &c. tota Dominica oratio exponitur, 2. tom. 297.a
- Sanctificetur nomen tuum. exponitur etiam alibi, 3. to. 416.a
- Lucerna corporis tui est oculus, &c. 2. tom. 197.a
- Noctæ solliciti esse de crastino, 3. tom. 416.a
- Sufficit diei malitia sua, 3. tom. 392.b
- 8 Permite me primū ire & sepelire patrem meum, 3. to. 365.a. b
- 9 Vinum nouum in vitres novos mittitur, 2. tom. 153.b
- 10 Non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam, 1. tom. 66.b
- 11 De interrogacione Ioannis Baptistæ, Tu es qui venturus es, & de aliis multis, 3. tom. 424.b. quæst. 1.
- 12 Ecce puer meus quem elegi, &c. 3. tom. 425.a. quæst. 2.
- Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, &c. ibidem
- 13 De centesimo, sexagesimo, & tricesimo fructu, 2. to. 180.b

- 16 Absit à te Domine, Non erit tibi hoc. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me, 3. tom. 426.a. quæst. 3.
- 17 Dicetis huic monti, transi hinc, & transibit, 1. tom. 115.a
- 19 Si talis est causa hominis cum vxore, non expedit nubere, 2. tom. 144.a.
- Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, & veni sequere me, 1. tom. 24.a. 71.a. 90.b.
2. tom. 166.b. 3. tom. 415.a.
- Facilius est camelum per foramen acus intrare, &c. 2. tom. 270.b. 285.a.
- 20 De operariis horæ primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, & vndecimæ, & cæteris multis, 2. tom. 177.b. 3. tom. 411.a
- Multi sunt vocati, pauci vero electi, 2. tom. 155.b
- Non est meum dare vobis, sed quibus parati est à patre meo, 2. tom. 176.a.
- 21 Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis, 3. tom. epist. 145
- 22 Non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cælo, 1. tom. 83.b. 2. tom. 220.b.
- 24 Vñ pręgnantibus & nutrientibus in illis diebus, 3. tomo 426.b. & quæst. 4.
- Non descendat tollere tunicam, 1. tom. 91.a
- Orate ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato, 3. tom. 426.b quæst. 4.
- 25 De talentis quinque, duobus, & vno datis secundum proprias virtutes, 2. tom. 178.a
- 27 Clamans voce magna emisit spiritum. velum templi scissum, & cætera multa, 3. tom. 418.b
- 28 Multa huius capitis, ad resurrectionem spectantia, explicantur, 3. tom. 417.a. quæst. 4. 5. 6. 7
- Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, 3. tom. 418.a
- Marc. 1 Sicut scriptum est in Esaiâ propheta: Ecce ego mitto angelum meum, & cætera, 2. tom. 335.a
- 2 Tolle grabatatum tuum, & vade in domum tuam, 3. tomo 440.b. 441.a.
- 7 Corban quodcumque est ex me tibi proderit, 1. tom. 31.b
- 14 Fracto alabastro effudit super caput eius, 2. tom. 176.b
- 16 Cum autem surrexisset mane prima sabbati, apparuit Mariæ Magdalena, 3. tom. 416.b
- De toto hoc capitulo, an vbique in Ecclesiis pariter habeatur, ibidem tractatur.
- Luc. 1 Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, 2. tom. 273.a.
- 2 Erant pater eius & mater admirantes super iis que dicebantur de eo, 2. tom. 135.a
- Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum, 1. tom. 98.a
- 3 Qui habet duas tunicas, det non habenti, 3. tom. 416.a
- 5 Non veni vocare iustos sed peccatores, 2. tom. 284.b
- 7 Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, 2. tom. 176.b
- 8 De porcis cur arrepti à dæmonibus & obruti, 1. to. 112.a
- 9 Et non receperunt eum, quoniam facies eius erat obfirmata vadens in Hierusalem, 3. tom. 427.a. quæst. 5.
- Vis dicamus vt ignis descendat de cælo, & deuoret eos? ibid.
- 10 Pauca autem necessaria sunt, aut vnum, 1. tom. 60.b
- 11 Accommoda mihi tres panes, 1. tom. 65.a
- 13 De tribus facis farinam sermento immixtis, mysteriū, 1. to. 32.b
- 15 Parabolam filij prodigi omnem plenè explicat, 3. tomo. epist. 146. 2. tom. 177.b.
- Proferte ei stolam, & date illi annulum, exponitur etiam, 1. tom. 97.b.
- 16 De villico iniquitatis parabola tota exponitur, 3. tomo 427.b. quæst. 6.
- Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis crederet vobis? 1. tom. 62.b
- 18 Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? 2. tom. 200.b
- Quam difficile, qui diuites sunt, intrare possunt in regna cælorum: facilius est camelum per foramen acus transire, &c. 3. tom. 415.b.
- Ioan. 1 In principio erat verbum, 3. tom. 338.a
- 6 Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, 2. tom. 295.a
- 7 Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, 3. tom. 420.a
- 8 De adultera, 2. tom. 286.b
- 10 Omnes qui venerunt ante me, furēs fuerunt & latrones, ibid.
- 13 De lotionē pedum discipulorum mysterium, 3. to. 402.a
- Post buccellam panis introiuit in eum Satanas, 2. tom. 242.a
- 14 In domo Patris mei mansiones multe sunt, 2. to. 176.a
- 17 Vñ sint vnum sicut & nos vnum sumus, 2. tom. 176.b
- 19 Continuò exiuit sanguis, & aqua, 2. tom. 307.b
- Viderunt in quem compunxerunt, 2. tom. 334.b
- 20 Vna autem sabbati Maria Magdalena venit mane cum adhuc tenebræ essent, &c. 3. tom. 417.a
- Mulier quid ploras? tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum, &c. multa, 3. tom. 417.b. 418.a
- Noli me

LOCA SACRÆ SCRIPTURÆ

- Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum,
1. tom. 69. c. 3. tom. 413. b. 414. a.
- 21 Si sic enim volo esse, quid ad te? 2. tom. 151. a
- Recus. 5 Vanum enim pro isto quis moritur: nam pro bono forsitan quis
audet mori, 3. tom. 429. a. quæst. 7
- 7 In hoc capite fragilitatem conditionis humanæ in persona sua
describit ab Apostolo, 3. tom. 430. b. 431. a
- Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in
me omnem concupiscentiam, 3. tom. 429. b. quæst. 8
- Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odium malum
illud facio, &c. 2. tom. 281. a. b
- Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?
1. tom. 23. a. 2. tom. 238. b.
- 9 Oprobrium ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus
meis, 3. tom. 420. b
- Quid ergo dicemus: numquid iniquitas apud Deum? &c. vs-
que ad ea verba, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis se-
men, latè exponitur, 3. tom. 410. b. quæst. 10.
- O homo tu quis es qui respondeas Deo? rursus exponitur,
2. tom. 266. b.
- 12 Sed sapere ad sobrietatem, 2. tom. 156. b
- Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius,
3. tom. 415. b.
- 14 Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non
manducat, manducantem non iudicat, &c. 2. to. 171. a
- Alius credit manducare omnia: qui autem infirmus est, ole-
ra manducat, &c. ibidem
- Alius iudicat diè plusquàm diè: alius iudicat omnè diè, &c. ibid.
- 1 Cor. 2 Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit: &c. nobis autem re-
uelavit Deus per Spiritum suum, 3. tom. 413. a
- 3 Si quis autem edificauerit aurum, argentum, lapides pretio-
sis, vel ligna, fenum, stipulam &c. 2. tom. 164. b
- Si cuius opus manserit, mercedem accipiet. si cuius opus arse-
rit, detrimendum patietur, &c. 2. tom. 173. b
- 4 Theatrum facti sumus mundo, & hominib. sic legit, 1. to. 78. a
- 6 Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est, &c.
3. tom. 411. b.
- 7 Totum hoc caput septimum latè exponitur, 2. to. 142. a
- vsque ad 146. b.
- Cuius expositionis aliqua replicantur, 2. tom. 181. a, b
182. a, b. 183. a, b. 184. a, b.
- Principium huius capituli vsque ad ea verba, Sed unusquisque
proprium donum habet, exponitur, 1. tom. 46. a, b
- Dico autem in unipris & viduis: bonum est illis si sic perman-
serint vt ego, &c. 1. tom. 33. b
- De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consi-
lium autem dō, &c. 2. tom. 139. b
- Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem,
1. tom. 39. b. 2. tom. 139. b.
- Diuisa est mulier, & virgo, 1. tom. 60. a. 2. tom. 146. a
- Cui vult nubat, tantum in Domino, 1. t. 33. b. 2. to. 146. b. 181. a
- 8 De rambente in Idolo, 3. tom. 408. a
- 9 Numquid non habemus potestatem mulieres, vel vxores cir-
cumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, &
Cephas? 2. tom. 150. b
- 12 Amulamini dona maiora, 2. tom. 273. a
- 14 Sed in Ecclesia volo quinquè verba sensu meo loqui, &c.
3. tom. 339. a.
- 15 Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedi-
bus eius, 2. tom. 134. b
- Tunc & ipse filius subiectus erit ei, 3. tom. 396. a. 412. a
- Vt sit Deus omnia in omnibus, 3. tom. 412. a
- Corrumpunt mores bonos confabulationes malæ, 1. to. 25. a
- Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. 2. to-
mo 157. a. 222. b.
- Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur:
vel, non omnes quidem dormiemus, omnes autem immuta-
bimur: vbi nos habemus, Omnes quidem resurgemus, &c.
latè exponitur, 3. tom. 444. a. epist. 152
- Corruptibile hoc & immortale induet incorruptionem, &
immortalitatem, 2. tom. 219. b
- 2 Cor. 2 Cum venissem Troadem propter euangeliū Christi, & ostium
mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritui
meo, eo quod non inuenirem Titum fratrem meum. &c. vs-
que ad finem capituli, 3. tom. 422. a, b
- 6 Nolite iugum ducere cum infidelibus, 2. tom. 143. b
- 8 Misimus cui illo fratrem cuius laus est in euangelio, 1. to. 121. a
- 11 Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo,
2. tom. 157. a.
- 12 Siue in corpore, siue extra corpus nescio, 3. tom. 348. b
- Gal. 1 Mansi apud eum diebus quindecim, 3. tom. 337. b
- 2 Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset genilis, compul-
sus est circumcidi: Propter subintroductos autem falsos fra-
tres, &c. 2. tom. 326. b
- Quo modo cogis gentes iudaizare? 2. to. 313. a. 317. b
- Ephes. 1 Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt effemus
sancti, & cetera, 2. tom. 238. a
- Philip. 3 Non quia iam accepi, aut iam perfectus sim: persequor autem
si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum
à Christo, &c. 2. tom. 272. a
- Quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora exten-
dens me ipsum, ad declinatam persequor, ad brauium, &c.
2. tom. 178. a.
- Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus, 2. to. 272. a
- Transfigurabit *μεταμορφωθήσεται* corpus humilitatis nostræ, cō-
figuratum corpori claritatis suæ, 2. tom. 219. a
- Col. 1 Reconciliavit in corpore carnis suæ per mortem, 2. to. 219. b
- 2 In expoliatione corporis carnis, 2. tom. 219. b. 220. a
- Nemo vos superet volens in humilitate mentis, & religione
angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sentiu
carnis suæ: &c. vsque ad finem capituli, 3. to. 432. a. quæst. 10
- 1 Thess. 4 Nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non
præueniemus eos qui dormierunt, &c. 3. tom. 446. b.
447. a. 448. b.
- Simul rapiemur cū illis in nubibus obuiâ Christo, 3. to. 413. b
- 5 Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere, &c.
3. tom. 423. a, b.
- Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer
spiritus vester, & anima, & corpus sine macula in aduentu
Domini nostri Iesu Christi seruetur, ibidem
- 2 Thess. 2 Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo pec-
cati, &c. 3. tom. 434. a. quæst. 11
- Tantum vt qui tenet nunc reneat, 3. tom. 434. b
- Cuius est aduentus secundū operationem Satanæ, &c. 435. a
- 1 Tim. 2 Salua autem fiet per filiorum generationem si permanserint in
fide & dilectione, & sanctificatione cum castitate, 2. tom.
151. b. 152. a. 3. tom. 427. a.
- 3 Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris vi-
rum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non
vinolentum, non percussorem, &c. filios habentem subditos
cum omni castitate, 2. tom. 155. a. 274. b
- Vnius vxoris virum, latius exponitur, 2. tom. 306. b. 307. a
- 5 Honora viduas, quæ verè viduæ sunt, 1. tom. 35. b
- Vidua, quæ in deliciis est, viuens mortua est, 1. tom. 30. b
- Volo iuniores nubere, filios procreare, &c. 1. tom. 33. a
- Iam noli aquam bibere, 2. tom. 171. a
- Quorundam hominū peccata manifesta sunt præcedentia ad
iudiciū, quosdam autem & subsequuntur, &c. 1. to. 30. b
- 2 Tim. 4 Pænulam, *περικλυτον*, quam reliqui Troade, veniens affer recum,
&c. 2. tom. 293. a. 3. to. 353. a
- Liberatus sum de ore leonis, 1. tom. 120. b
- Tit. 1 Constituas per ciuitates presbyteros, 2. tom. 310. b
- Oportet episcopum *ἀβέλγητον* sine crimine esse, sicut Dei dis-
pensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum,
non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem,
benignum, sobrium, iustum, &c. 2. tom. 274. b. 308. a, b
- Hebr. 2 Ne forè perfluamus, 2. tom. 152. a
- 5 De Melchisedec latè ex hac epist. tractatur, 3. to. 354. b. 355. a
- Et ininterpretabilis sermo, 3. tom. 354. b
- 6 Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, &c. rursus
renouari ad poenitentiam, &c. 2. tom. 164. a
- Act. 2 Musto pleni sunt isti, 2. tom. 153. b
- 5 Ananias & Sapphira cur dānati, & an Petrus illis imprecatus
sit mortem, 1. tom. 24. a. 40. b
- 8 Fecerunt super Stephanum planctum magnum, 1. tom. 68. a
- De Eunuchō Candacis Reginae Æthiopum, & Philippo,
3. tom. 338. a, b.
- 10 Occide & manduca, &c. 2. tom. 316. a
- 15 Nihil vltra imponere vobis oneris quā hæc necessaria, 2. r. 154. b
- De discussione legalium, & quod in sententiam Petri omnes
Apostoli descenderunt, 2. tom. 316. b
- De dissensione orta inter Paulum & Barnabam, 2. to. 252. a
- 28 Mansit autem biennio toto in suo conducto, 1. tom. 82. a
- Iacob 1 Ira enim viri iustitiam Dei non operatur, 2. tom. 282. b
- 2 Quicumque autem totam legem seruauerit, offendar autem
in vno, factus est omnium reus, 2. to. 273. b. 287. a
- 3 Inflammata rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna,
1. tom. 23. a.
- Ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt, 2. to. 211. a
- 4 Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex, 282. b
- 1 Pet. 3 Similiter viri cohabitantes iuxta scientiam, quasi infirmiorū
vasculo muliebri impartientes honorē, tamquā & cohære-
dib. gratiæ vitæ, vt non impediant orationes vestras, 142. b
- De arca Noë, quo modo Ecclesie typus fuerit, & quæ de ea di-
cuntur, mysticè exponuntur, 2. tom. 202. b
- 4 Sicut boni dispensatores multiplicis gratiæ Dei, 2. tom. 181. a
- 5 Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta, & Marcus
filius meus, 1. tom. 121. a
- 2 Petr. 2 Nouit Deus pios de tentatione eripere, &c. vsque in finem ca-
pituli, 2. tom. 158. a
- 3 Venient in nouissimis diebus illusores, 2. tom. 158. b
- 1 Ioan. 1 Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, 2. to. 283. a
- Sanguis Iesu filij eius mūdāt nos ab omni peccato, 2. to. 283. b
- 3 Nunc filij Dei sumus, & nondū apparuit quod erimus, 211. b
- 5 Mandata eius gratia non sunt, 2. tom. 282. b
- Apoc. 1

A H I E R O N Y M O E X P L I C A T A :

| | | |
|---------|--|-----------------|
| Apoc. 1 | Fuit in insula quæ appellatur Pothmos, | 2. tom. 151. b |
| 2 | Quid Ioannes Apostolus in quibusdam Ecclesiis reprehendat, | 2. tom. 203. a |
| 6 | Vidi subter altare animas interfectorum, | 2. tom. 190. b |
| 7 | De centumquadraginta quatuor millibus signatis ex xii. tribubus: & quodd pro tribu Dan, Leui tribus reponatur, | 2. tom. 158. b. |
| | Hi sunt primitiæ Dei & agni, | ibid. & 182. b |
| 11 | Vincet illos, & occidet eos, &c. & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, &c. | 1. tom. 51. b |
| 14 | Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, | 2. tom. 139. b. |
| | Sequuntur agnum quocumque vadit, | 2. tom. 190. b |
| | Habentem Euangelium æternum, | 2. tom. 207. b |
| 17 | Et mulier erat circumdata purpura, &c. | 1. tom. 52. b. |
| | 2. tom. 179. b. | |
| 21 | Ciuitas in quadro posita est: & lógitudo eius & latitudo tanta est quanta & altitudo: &c. | 1. tom. 51. b |
| | Et lucerna eius est agnus, | 2. tom. 190. a |

P R O V E R B I A,

Q U I B V S D. H I E R O -
N Y M V S V T I T V R.

| | |
|--|-------------------------|
| Surdus fabulam narrare, | 1. tom. 99. a |
| Vna manu panem ostendere, altera lapidem tenere, | 2. tomo 183. a. 231. b. |
| Litus melle gladius, | 2. tom. 321. a |
| Venenum erroris verborum melle circumlinire, | 2. tom. 212. b |
| Calix veneni melle circumlitus, | 2. tom. 233. b |
| Balbus balbum intelligit, | 2. tom. 187. a |
| Pacem scuto petere, | 2. tom. 200. a |
| Oliuæ ramum gladio insertum ferre, | ibidem |
| Nodum in scirpo querere, | 2. tom. 212. b |
| Amicus etiam praua recta iudicat, | ibidem |

| | |
|---|--------------------------------|
| Alis lippientibus aliorum oculos vngere, | 2. tom. 213. a |
| Collyrio vno omnibus oculorum morbis mederi, | 2. to. 213. a |
| Lupum auribus tenere, | ibidem |
| Manum peteris, & pedem porrigis, | 2. tom. 216. b |
| In portu naufragium, | 2. tom. 223. a |
| E portu egrediens statim nauem impegit, | 2. tom. 245. a |
| Oculis clausis quid facere, | 225. b. 250. a |
| Super aristas ambulare, | 226. a. 244. a |
| Sus Mineruam, | 236. a. 260. a |
| In siluam ne ligna feras, | 236. a. 298. a. 3. tom. 377. a |
| Cornutam bestiam petis, | 2. tom. 240. b |
| Cornicum oculos configere, | 249. b. 3. tom. 343. a |
| Mihi & Musis canere, | 2. tom. 250. a. 3. tom. 343. b |
| Prius antidotum quàm venenum, | 2. tom. 251. a |
| Mendaces memores esse oportet, | 255. a |
| Cum dixeris quod vis, audies quod non vis, | 262. a. 275. b |
| Vt mus suo iudicio prodetur, | 267. b |
| Actum ne agas, | 275. b |
| Laterem lauare, | ibidem |
| Afinus ad lyram, seu ἀνὸς ἀρὸς λύραν, | 301. b |
| Afino lyra superfluè canit, | 336. b |
| Contentiosum funem ducere, | 302. a |
| Proprium ignorare vocabulum, | 304. b |
| Acumen omni pistillo retusius, | 306. b |
| Malo nodo malus quarendus cuneus, | ibidem |
| Corrumpunt mores bonos colloquia mala, | 309. b |
| Aliorum manream & non suam videre peram, | 320. b |
| Bos lassus fortius figit pedem, | ibidem |
| Obsequium amicos, veritas odium parit, | 330. a |
| Oleum perdit & impensas qui bouem mittit ad ceroma, | 3. tomo 336. a. |
| Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat, | 3. tomo 355. b. |
| Amplissimam domum paruo foramine ostendere, | 3. tom. 354. b |
| Puluerem non minimum mouere, | 3. tom. 401. a |
| Omnis dives aut iniquus, aut iniqui heres, | 415. b |
| Inuenit patella operculum: aut, Dignum patella operculum, | 1. tom. 49. b. |

F I N I S.

A N T V E R P I Æ E X C V D E B A T C H R I S T O P H O R V S
P L A N T I N V S, A R C H I T Y P O G R A P H V S R E G I V S,
A N N O M. D. L X X V I I I. K A L E N D. F E B R.